SCRIPTORES
REI RVSTICAE
VETERES LATINI
CATO, VARRO, COLVMELLA
PALLADIVS

QVIBVS NVNC ACCEDIT

VEGETIVS DE MVLO-MEDICINA

ET

GARGILII MARTIALIS FRAGMENTVM

CVM EDITIONIBVS PROPE OMNIBVS ET MSS. PLVRIBVS COLLATI

ADIECTAE

NOTAE VIRORVM CLARISS. INTEGRAE

TVM EDITAE TVM INEDITAE

ET LEXICON REI RVSTICAE

CVRANTE

IO. MATTHIA GESNERO.

TOMVS PRIMVS.

EDITIO SECVNDA.

LIPSIAE

SVMTIBVS CASPARI FRITSCH

MDCCLXXIII.

SERENISSIMO AC POTENTISSIMO

PRINCIPI AC DOMINO

DOMINO

GEORGIO II

MAGNAE BRITANNIAE,

FRANCIAE ET HIBERNIAE

REGI

DEFENSORI FIDEI

BRVNSVICENSIVM ET LVNEBVRGENSIVM

DVCI

S. R. I. ELECTORI

ET

ARCHITHESAVRARIO ETC. ETC.

REGI AC DOMINO MEO

INDVLGENTISSIMO

S.

REX POTENTISSIME,

Quos ad puluinar TVVM deferre ſuſtineo Libros de re ruſtica veteres, eorum ipſi auctores fiduciam mihi aliquam inſpirant. Ciues Romani ſunt, viri non modo propter ipſam ruris diſciplinam ſimplices et nulla decoris affectatione debilitati, ſed doctrina etiam et ſapientia, immo imperiis et rebus gerendis, hoc adſecuti, vt ſi per fati temporumque rationem illis contigiſſet in aulam TVAM deduci, ad homines qui TE circumſtant, nobilitate, prudentia, fortitudine, eminentiſſimos, tum demum in conſilium ſe dignum, et ad ſimillimos ſui viros delati ſibi viderentur. Neque vero munus ipſum indignum MAIESTATE TVA videri debet, qui nihil contemnendum putes, vnde aliqua ad rem publicam vtilitas peruenire poſſit: rem porro publicam iis etiam iuuari literis, quas hic ornare ſtuduimus, ſapienter iudices. Taceo, quod Vegetii opus, minimum fere eorum, quae iuncta TIBI

 hic

hic offeruntur, olim Ferdinando, Hungariae tum et Bohemiae Regi, Romanorum deinde Imperatori de Nuenarii Comitis ſententia dedicatum eſt. Quid? quod imperandi etiam praecepta hic habentur, quae adſpernari non potes, REX AVGVSTISSIME, qui ſumma cum admiratione omnium, nec minore cum felicitate et gloria imperii TVI illis vtare; quorum in primis magnum illud atque diuinum eſt, VOLENTIBVS IMPERARE, quod quale ſit, nusquam melius quam in TVA ditione intelligitur. Addebat illud etiam nobis audendi animum, quod quinque iſti ſcriptores nondum ornamenti quidquam habent a Britannis TVIS: non quo plane ceſſatum ab iis ſit, viris omni laude in hoc etiam genere cumulatiſſimis; ſed quod nemo illorum potuit, fatis intercedentibus, deſtinata perficere. Putabam igitur fieri poſſe, vt hac ipſa AVGVSTISSIMI NOMINIS TVI praeſcriptione inuitati ciues TVI aliquid felicis operae ſuae ad comendos illos conferant, quod ipſum TIBI deinde, quotquot vbique ſunt ſtudioſi harum rerum debebunt. Denique temeritatis me atque impudentiae crimine liberat ſapientiſſimorum hominum iudicium, qui TIBI REX POTENTISSIME, me commendarunt loquendi orandique in Gottingenſi Academia TVA magiſtrum, ipſiusque adeo literariae vniuerſitatis, ſi res ita ferat, interpretem, et beneficiorum in nos TVORVM ad poſteros etiam praeconem. Neque vero quod de literarum minutiis hic diſputatur, et paruis rebus aliis, ideo minus dignus liber eſt, qui magno Regi offeratur, niſi forte contemni abs TE putamus Newtonos TVOS aut Sloanios, qui vel abſtruſarum doctrinarum elementa infinite

parua

parua perſecuti ſunt, vel in minimis naturae operibus ſcrutandis, conſeruandis, conſpectui curioſorum exhibendis, bonam rei familiaris atque temporis ſui partem impendunt. Scilicet quidquid in omnibus artibus magnum et admirabile eſt, illud fere occupatur circa minima: et ipſa rerum natura, quod Plinio olim viſum, nusquam magis quam in minimis tota eſt, hoc eſt, totam vim ſuam atque potentiam demonſtrat. Quae cum ita ſint, accipies, REX AVGVSTISSIME, illo vultu, quo vincula ſoles liberis animis iniicere, quidquid in hoc opere meum eſt, tanquam primitias quasdam fundi illius, quem nouum conſerere nuper DEO TIBI, DEO iſtam mentem tribuente, coepiſti. Non verentur, qui actorum TVORVM atque ingenii aliquam habent notitiam, ne vſu veniat huic TVO immortali operi, quod ruſticorum aliquis meorum queſtus eſt, opera noua plerosque fortius auſpicari, quam tueri perfecta: ſed potius omnes credunt, plantari abs TE arbores, et huic et alteris profuturas ſaeculis. Itaque nos, quorum partes aliquas in maximo illo munere exhibendo eſſe voluiſti, metu ſoluti tam vano, aliam curam ſuſcepimus haud paullo iuſtiorem, nonniſi cum vita ipſa deponendam, nequid noſtra culpa aut negligentia adeo ſecus adminiſtretur, ne non finem ſuum conſequatur magnifica illa et plane Regia animi TVI propoſitio; ne vlla vnquam aetas, quae quidem literas amabit, laudum TVARVM praeconio iuſtiſſimo non perſonet. Nam inter nos verſantem (audi, DEVS, preces noſtras, et longo poſt nos interuallo poteſtatis tuae vicarium hinc ad ſuperos euoca!) viuentem igitur parcius verecundiusque laudabimus. Quid enim rhetoris alicuius aut poëtae, aut

eius denique, qui ſtipendiis ſe TVIS militare cum gloria quadam profiteatur; quid, inquam, hominis ex eo genere laudes moueant vel iuuent Regem, ab integris populis, ab vniuerſo terrarum orbe laudari ſolitum? Quare TV viuus quidem placebis nobis, REX POTENTISSIME, carus nobis eris, nec poterimus ſemper geſtientem erumpere animi noſtri de TE ſententiam cohibere: ſed plenis quaſi velis laudandum per liberos TE noſtros horum poſteris commendabimus. Votis vero noſtris, quae pro TVA, pro REGINAE, REGIAEque SOBOLIS incolumitate, pro imperii TVI amplitudine atque gloria, nuncupamus, ſeris etiam nepotibus noſtris ſoluenda, nihil eſt quod modum ponat, quam ipſa mortalis vitae ac felicitatis conditio, ad cuius quidem quod altiſſimum eſſe poteſt faſtigium, TE, REX AVGVSTISSIME, peruenire, ita opto, vt hac ipſa in re ſalutem publicam verſari, ex animi mei ſententia iudicem

REGIAE MAIESTATI TVAE

Scrib. Gottingae TVAE
a. d. VIIII April. cIↄ Iↄ ccxxxv.

deuotus
IO. MATTHIAS GESNERVS.

IO. MATTHIAE GESNERI
PRAEFATIO.

Fungi enim tandem aliquando, Dei virtute, licet dulci officio, et diu votis noſtris expetito: quod tanto alacrius ruſticis noſtris, quin tibi, LECTOR, praeſtabimus, quo maiori nos voluptate finis ipſe longi laboris, et quaſi occupatus ex difficili nauigatione portus, afficit. Ne vero turba opprimamur, placet ordinem quendam iis, quae hic dicenda ſunt praefinire, vt primo quidem, quae ſingulorum ſcriptorum, quos damus, adhuc fata fuerint, indicemus; deinde qua fortuna coniuncti ſint vſi quatuor principes, perſequamur; vt commemoremus denique, quid auxilii vel ornamenti poſtquam aliorum conatus fortuna intercepit, hac editione iis acceſſerit.

I. Iam vt *M. Catonis Cenſorii, qui agricolationem Latine loqui primus inſtituit* (Col. 1, 1, 12.) vel caeterorum adeo vitam enarremus, nemo, credo, expectat, in primis cum in omnium manibus verſetur Fabriciana bibliotheca, quae ſtudioſos illius rei ad fontes ipſos ablegat. Scriptum ab illo de agricultura librum, vel ex noſtris ſatis certum eſt, ne de Cicerone dicamus ac Plutarcho. Sed vtrum is, quem habemus hodie, qualis hodie eſt, Catonem auctorem habeat, de eo non facile eſt pronunciare. Illud quidem apparet, quae Varro, Columella, Plinius, Palladius, laudant, ea nihil fere vel parum immutata hic legi. Habent etiam pleraque illam ex antiquitate grauitatem, breuitatem illam, oraculis non abſimilem, interlucentem illum in auſteritate incomta leporem atque ſuauitatem, quae faciunt, vt Catoniana eſſe, quae hic dantur, dubitari non debeat. Verum enim vero illud nemo temere mihi perſuaſerit, qualis nunc exſtat, et a nobis etiam poſt multas multorum curas editur, talem hoc eſt hoc ordine, his totidem verbis (ne de orthographia [a] quidquam commemorem) conſtantem librum ab auctore ſuo traditum amicis eſſe. Primo, ſi Seruio fides ad Georg. 2, 412 *Cato libros* ſcripſit *ad filium de agricultura.* Non illud nunc dicam *libros* appellari a Seruio, non *librum: librum* enim appellat Cicero, de Senect. c. 15. Sed *ad filium* ſi ſcripſit Cato, allocutus illum quidem eſt in ingreſſu libri, in fine; vt a Tullio factum videmus, vt a Varrone, vt ab omnibus, qui libros ſuos aliis inſcripſere. Sed huius quidem rei nec vola hodie nec veſtigium ſupereſt. Deinde, aut male nobis Catonis ingenium atque orationem deſcripſit Tullius eo ipſo loco, quem modo laudauimus, aut egit Cato paullo diſertius vberiusque de natura et rationibus agrorum, frumentorum, vinearum, arborum. Profecto qui fuit illo ingenio, quo ſuauiſſimus ille ſenex, quem pingit Tullius, [b] is non potuit ſibi temperare ab

a) Egit de illa erudite Cl. Pontedera principio notarum ſuarum in Addendis.

b) l. c. add. tamen Brut. 85. extr.

ab amoenioribus etiam quibusdam digreſſionibus et deſcriptionibus, quales non tantum Ciceronianus Cato profert, ſed Varro, ſed Columella, ſed Plinius, et quicunque ſunt viri humaniores. Quem modo nominaui Plinius 16, 8 ſ. 42 *nouiſſimum libri* Catonis *ait eſſe de aſparagis, vt appareat repentinam ac nouiciam viro curam fuiſſe.* At in noſtris libris non nouiſſimum eſt de aſparagis, ſed ſequitur adhuc *de pernis ſaliendis;* ac ne hoc quidem fuiſſe nouiſſimum, ſed *de offis Puteolanis* praeceptum adhaeſiſſe in antiquis libris, ex ſummario veteri ſiue lemmate ſit manifeſtum. Quod ex eodem Plinio adfert ad Ca. 112 Popma, non videtur magnam vim habere: et ea ipſa, quae adhuc protulimus non nimis firma forte aliquis dixerit. Sed illud quale eſt, quod Columella 3, 2, 31 ex Catone laudat, *nullum genus vitium conſerendum, niſi fama; nullum conſeruandum, niſi experimento probatum.* Ac ne quis dicat, ex ore forte Catonis hoc acceptum traditumque poſteris, alia formula de talibus vtitur Columella v. g. 1, 4, 1 *Caeſonianum praeceptum, quo fertur vſus etiam Cato.* Hoc quidem non mirarer, ſi hodie non legeretur apud Catonem: et tamen ſententia eius habetur in ipſo principio. Extra controuerſiam etiam eſt illud, ab eodem Columella 12, 50, 19 plura laudari ex Catone, quam hodie eo ipſo loco leguntur. Itaque pendet animus, an non iniuria facta ſit a me pariter atque Cl. Schoettgenio Columellae, cum ad 1, 3, 1 ipſum potius Moderatum feſtinationis poſtulare, quam conqueri de Catone amiſſo aut truncato maluimus. In eo quidem certe errare non potuit Columella; quod pratorum commendationem longam 2, 17, 2 M. Porcio Catoni adſcripſit, cum ſuffragatorem eius rei ipſum Tullium habeat. At in his Catonianis, quae nunc exſtant, *quintus* demum prato locus adſignatur. Hoc quidem eiusmodi eſt, vt integritatem libri euertat penitus. Sed ſunt etiam alia. Notas agri boni ex Catone laudat Plinius 18, 6 ſ. 7 n. 2 quae in noſtris libris non habentur: quasque ex eodem repetiſſe videtur Columella 2, 2, 20. Neque illud inuenio, quod ex eo adfert idem Plin. 18, 6 ſ. 8 *Quidquid per aſellum fieri poteſt, viliſſime conſtat.* Ecquis vero putabit, ſanum Catonem fuiſſe, ſi immiſcuit ipſe piſtoriis operibus *votum pro bubus* c. 83, aut inter vini condituras praeceptum *de canibus interdiu clauſis* c. 124. De priore iam ſtomachatus eſt Meurſius. Et nos malam manum ſuſpicati ſumus ad c. 38, 3. Minime etiam contemnenda nobis videntur, quae de repetitionibus in hoc libello occurrentibus monet Cl. Pontedera in ipſo fine, ſeu ad 162, 3. Iterum dico, aut talis vir non fuit, qualem nobis vno ore tradunt veteres, qualem loquuntur fragmenta a Gellio aliisque ſeruata; aut liber de re ruſtica, vt nunc eſt, non eſt Catonis. Itaque non tantum ſubſcribo ſententiae eius, qui in calce Rhedingeriani codicis adnotauit, *Exiſtimo opus eſſe fragmentatum, vt et alia multa, quae ad nos peruenere:* ſed fragmenta etiam reliqua male digeſta atque conſuta vix *dimidiatum Catonem* vel potius *disiecta membra Catonis* exhibere. An dicamus hic etiam eſſe, quae non ſint Catonis? Suſpicionem mouet Plinius. Hic enim 17, 14 ſ. 24 de Catone loquens *Ex iis*, inquit, *quae commen-*

commentatus est Cato, facile apparet, illa aetate inter lignum et corticem, nec alio modo inserere solitos. At noster cap. 41 *Vitem sic inserito — eam mediam diffindito* rel. Et paullo post, *Vitem teneram praeacuito, obliquo inter sese medullam cum medulla libro colligato. Tertia insitio est: Terebra vitem — pertundito.* Sed fateor, quo minus in argumento negante, vt ita loquar, omnia tribuam Plinio, nouo scrupulo impedior. Negat ille *prunorum neque siluestrium, neque aliorum mentionem a Catone fieri* 15, 13 s. 13. (quod idem de oleo ficticio 15, 7 s. 7. ac de mespilo arbore 15, 20 s. 22 de amygdalis autem dubie negauerat 15, 22 s. 24) cum tamen ipse 18, 6 s. 7 n. 2. inter notas boni soli, quas Catonis maxime verbis se ponere dicit, *prunum siluestrem* referat. Item Plinius 22, 25 s. 61 *alica,* dicit, *res Rom. est — nondum arbitror Pompeii M. aetate in vsu fuisse.* Sed noster c. 76 ad placentam suam adhibet. Verum hic quoque Plinii culpa videtur: siquidem *Alicarii* iam Lucilio noti fuere, autore Charisio, L. I. p. 75 et *alicarias reliquias* habet Plautus Poen. 1, 2, 54. Cum autem illud ipsum *maxime* liberare possit Secundum, manet vtique suspicio illa aduersus hodiernum Catonem mota: qui vndecunque sit, congeries est parum digesta *oraculorum* quae Plinius vocat veri et *Prisci* Catonis (Horatianum illud epitheton tribuunt illi etiam inter nomina libri antiqui) tum formularum et descriptionum ab ipso vtique primum profectarum, sed, quantum ad architectonicas v. g. a cap. 18 ad 22, ita varie corruptarum, vt nusquam fere minus intelligatur, plus tenebrarum et sudoris adeo offundat interpretibus. Sed qualiscunque est, hoc quidem iam Catone contenti simus necesse est. Incredibilem codicum varietatem etiam, praeter caetera scriptoribus omnibus communia, ortam esse arbitror, primo ex ipsa illa formularum et descriptionum obscuritate, in qua facile nimis fuit errare imperitis hominibus; tum inde etiam, quod correctores nunc ex Varrone atque Plinio Catonem, nunc contra emendare aggressi sunt.

II. Quae communia cum reliquis rusticis fata habuerit, deinde dicetur. iam illud monendi sumus, post PE. VICTORIVM diligenter in primis tractatum esse Catonem ab ADR. TVRNEBO in aduersariis, quibus strenue vsus est AVSON. POPMA: an satis liberaliter, alii existiment. Certe in suas areolas transtulit pluribus in locis Turnebi explicationes et emendationes, vbi verbum de Turnebo ipse nullum fecit. Exempla sunto, in quae primum nunc incidimus, *placentae, spirae, scriblitae, encyti, ernei, spaeritae, fauilli* descriptiones apud Catonem c. 76-84, quas eodem plane modo explicauerat Turnebus 23, 10. *Laterculos* Ca. 109 sic interpretatus fuerat Turnebus 30, 6. Plura huius generis in Varrone dabimus. Edidit igitur Popma Catonem cum reliquorum ipsius scriptorum fragmentis, quae a se collecta dicit (sed fecerat idem diu ante Riccobonus) in officina Plantiniana 1590. 8. quae quo minus diuendi posset editio, offecisse videtur Commeliniana, omnium rusticorum paullo post emissa. Igitur rescisso veteri nouum titulum adglutinari reliquis exemplis iussit Raphelengius,

lengius, adiecto adnotationum Meursianarum insigni auctario. Nouus titulus ita habet: *M. PorcI Catonis de agricultura s. de re rustica liber: post ultimam A. Popmae editionem centum amplius locis auctus correctusque studio atque opera Io. MeursI. Item fragmenta eiusdem scriptoris ab A. Popma diligenter collecta restituta. ex offic. Plant. apud Christoph. Raphelengium* 1598. 8. Illud de Commeliniana editione non dictum temere, inde etiam arguas quod iniquior est in illam Meursius in praefatione, quam deinde damus loco XIII. Separatim etiam vendita quaedam Meursianarum notarum exempla inde colligo, quod non noua modo paginarum series in iis notatur: sed, quod prima illarum plagula litera B signatur: vt intelligamus, τῇ A tributum cum praefationibus libelli titulum. Minutiora haec fortasse videantur: sed cum mutatis personis eadem agatur saepe fabula, interest harum artium non esse ignarum, qui in libris versetur. Meursianarum emendationum fundus est Basileensis Catonis Varronisque editio 1521. 8, quam cum Coloniense Gymnici conuenire, ipse non negat, & collatio ipsa me docuit. Cum igitur V. G. ad Ca. 10, 4 ex Codice suo, quem mirificis mactat laudibus, *dolia olearia XV* laudet, is autem, non minus quam reliqui ante Victorium libri typis incusi, *decem* habeat: errorem nescio cuius putaui, nec rationem eius in varietate lectionis adnotanda habui.

III. Et sane magnam partem notarum Meursii ita compendii fecimus. Prope enim ab insania abesse putabam adscribere adnotationem vnum alterumque versum impleturam, qua nihil disceret lector aliud, quam quod iam supra breui nota vnius alteriusque literae satis aperte indicatum esset. Atque hoc quidem eo consilio factum est, quod nemo facile improbabit. Sed alias etiam quasdam tum Meursii tum Popmae notas suo loco frustra requires, si forte id agas, Lector: cuius rei reddenda hic ratio est, ne quis alio, quam opus est accipiat. Decreueramus initio in quatuor quasi classes dispescere, quidquid ad illustrandos hosce scriptores pertineret, atque in prima classe ponere lectionis varietatem, eo modo, quem secuti etiam sumus, in altera breuiores adnotatiunculas quibus sententia redderetur clarior, easque et ipsas verbis auctorum subiicere; tertiae autem adsignare vberiores disputationes, quibus vel lectionis redderetur ratio, vel argumentum ipsum copiosius explicaretur; denique in Indicem coniicere ea omnia, quae ad singularum vocum significationem atque vsum pertinerent. Eam vero rationem, quam nunc etiam optimam iudicamus et omni lectorum generi accommodatissimam, quaque vsum ex parte aliqua video in Aretaeo nuper illustrem Boerhauium, seruare aliae quaedam rationes non sunt passae, euenitque quod est apud Comicum, *quae mihi putaram prima in experiundo repudio.* Hic igitur factum est, dum dispersae iam et in suas sibi stationes diuisae adnotationes in Catonis priora reuocantur, et sub vetera signa rediguntur, paucae quaedam in indice vt manerent, quaedam moratorum instar palatae sero tandem in addendis collocandae essent. Spero tamen nullam esse

esse vel Popmae vel Meursii animaduersionem ita praetermissam, vt non illius ratio vel in varietate lectionis, vel alterutro locorum quos dixi habita sit. Caeterum, redeundum enim in viam est, iterum recensuit Catonem et notas tum suas tum Meursii, suumque de instrumento fundi librum addidit, Ausonius Popma Franekerae 1620. 8. cuius ipsius quoque editionis rationem quoties a superiore dissentit, habuimus. Popmae praefationem neutra habet, posterior nec Meursii. Quoties cum Varrone Cato sit editus, quoties item cum reliquis rusticis deinde indicabitur. Codex Catonis MS. membranaceus recensetur in Montfauconii Diario Ital. p. 304. alius ibid. p. 313. alius denique p. 393. Neapoli in Bibliotheca S. Ioannis Carbonarii esse Catonem de re rustica Thom. Bartholinus narrat de peregrinat. Medica p. 26. Recentioris notae A. 1472 scriptus, et monstrose vitiosus est membranaceus item codex, qui adseruatur in Rhedingeriana Bibliotheca Vratislauiae, cuius specimina plura ad me misit humanissimus cum viueret senex Kranzius: conieceram autem in chartam loca in primis difficiliora, et quae opem a bonis libris expectare mihi videbantur. Cum ea parum aut nihil iuuari viderem, nolui abuti optimi senis facilitate, vel arca Thomae Fritschii in re parum, vt suspicabar, ad summam profutura. An recte coniectauerim, ipsi lectores iudicabunt, quibus inspiciendam omnem, quae nobis innotuit, huius quoque codicis varietatem exhibemus. Haec de Catone.

IIII. M. TERENTIVS VARRO *iam eloquentem* Sasernarum beneficio *agricolationem expoliuit* (Col. 1, 1, 12) tum quod methodum ei adplicauit diuisionibus subtiliter institutis, quas deinde adcurate plerumque persequatur (vid. V. G. 1, 5, 3 et 4. 1, 37, 4. 2, 1, 12. 3, 3, 1 seqq.) tum quod genere dicendi vtitur erudito, quod polymathian, Graecam praesertim literaturam, vbique resipiat. Hinc *etymologias* (vide Indicem hac voce) sectatur, vt auctorem librorum de lingua latina facile agnoscas, collocutores etiam et personas quasi ludi sui deligit, quorum nomina ad res de quibus agitur, apte cadant: *prouerbia* admiscet pluscula (vid. Indic. h. v.) antiquitatem in rebus et verbis, leges, historias, fabulas, passim docet obiter, dictionem suam translationibus vbique paene exhilarat (vid. Indic. *Metaphora*) doctumque et abstrusius dicendi genus sequitur perpetuo (vid. *Pleonasmus*, *Synesis* in Indic.) Integrior ad nos peruenit Catone, nisi quod suspicionem nobis mouit locus 1, 5, 4, quam ibi indicauimus, et versus finem vulnera aliquot habere insanabilia videtur: denique a Plinio 18, 29 f. 70 laudatur Varronis locus, qui ad rusticam rem pertinet haud dubie, sed in libris nostris non inuenitur: *Varro auctor est, si fidiculae occasu, quod est initium auctumni, vua picta consecretur inter vites, minus nocere tempestates.* Si bene coniecit Iustus Lipsius Var. Lect. 3, 21 (quem mihi indicauit ὁ πάνυ Fabricius) cum apud Nonium 7, 82 legi voluit *de re rustica*, pro eo quod legitur vulgo *de rerum natura;* si recte illi, quanquam non

laudato,

laudato, nec vlla varietatis mentione facta, obsecutus Mercerus, eum titulum restituit: etiam illo indicio constabit non integrum esse hodie Varronem, apud quem, nisi parum attendi, non sunt hodie verba illa *Ne familiae rixent cum vicinis* (*rixentur* male scribitur in Merceriana, et contra consilium Nonii) Confer. quae dicimus ad Varr. 1, 13, 6.

V. Si igitur, vt illuc redeamus, passus est iniuriam saeculorum Varro; at in hoc est felicior, quod sospitatorem est nactus, acutissimum monstrosarum saepe lectionum, quas Victorius ex MSS. Codicibus protulerat, interpretem, an coniectorem? IOSEPHVM SCALIGERVM; cuius notas, si titulo fides est, primum edidit cum reliquis anno 1573, 8 Henricus Stephanus: vocat enim *non antea editas.* Ex hac editione tum alias notas, quas postea deleuit Scaliger reuocauimus (ad 3, 17, 4. *quos proinde*, et ibid. *quam illi in Lydia*) ne quid talis viri pereat, tum in primis ad 1, 2, 10 nobiles Mureti versiculos Trabeae suppositos atque Accio. Reliqua ad Durdrechtanam 1619 editionem fere exegimus, non neglectis etiam, quae in margine adnotatae sunt lectiones, quas Aldinas fere esse, iam Cl. Pontedera ad 1, 12, 4 obseruauit. AVSONIVS POPMA etiam hunc dedit cum notis et coniectaneis ex offic. Plantin. 1601, 8. Sed minus etiam, quam in Catone factum obseruauimus, candori suo pepercit, ita passim alienis inuentis auctore dissimulato pro suis vtitur. Hoc temere non dici comperiet, si quis inspicere volet et comparare adnotationes ad 1, 23, 3 1, 45, 3. Illud *inigere est vtile* 2, 2, 12 debetur Vrsino. Add. 2, 2, 13 et 2, 2, 18 vbi duas Victorii notas praecedentem et sequentem compilauit. Add. 2, 3, 8. 2, 4, 10. 2, 4, 11 vbi locum Strabonis e Scaligeri nota ad *Tomacinae* sumsit. Eidem Scaligero quoque debentur notae ad 2, 5, 14 et ad 2, 9, 7. ad 2, 11, 2; Vrsino autem, quae ad 2, 9, 9 itemque ad 3, 1, 2 adscripsit; denique, desinendum enim est, Victorio ea, quae leguntur ad 3, 5, 9. Illiberale sane facinus, et dignum iris Scaligeri, qui vero mire locutus est, si dixit ea, quae tribuuntur illi in Scaligeranis secundis [c] quem locum indicauit nobis Cl. Schoettgenius, vt et alterum e Scaligeranis primis p. 19 vbi dicitur notas in Varronem de R. R. confecisse Scaliger anno aetatis XXV. Sed de Popmae notis illud adhuc dicendum. Mirifice corruperunt eas librarii, et minime ex dignitate Plantinianae officinae ediderunt. In mediis vocibus, vt hoc vtar, est interpunctum, toti versus geminati et alia id genus flagitia. Quae satis aperta erant, ea restituimus, non sane pauca. Erant etiam, de quibus suspicaremur, sed quae peruestigare tempore exclusi non poteramus. Illud quidem nemo qui superiorem editionem inspexerit, negabit, multo iam commodius eas notas emendatiusque legi. De MSS. illud adhuc vnum indicamus, vnum esse Vratisla-

viae

c) *Popma a pauvrement fait sur Varron. O les pauvres ingemens que les Popma! celuy qui a fait sur Varron et Salluste*, stercora collegit. (At descripsit Scaligerum, et magnos viros alios!) *Ie me moquois tant de lui à Geneue.*

viae in Bibliotheca Rhedingeriana saeculo scriptum XIIII, lemmatibus et capitum distinctione carentem, de quo non audebamus negotium facessere humanissimo Kranzio, quod non nimis multa speraremus a codice, qui nos in ornithonis descriptione, quam submiserat senex optimus, et paucis aliis locis dubiis, destituisset. Plus opis adtulit collatio ex antiquo codice facta a THEODORO RYCKIO, quam Perizonii rogatu cum Schoettgenio communicauerat Io. Theodorus Schalbruchius, Amstelodamensis Lycei professor meritissimus. Πολλὴ χάρις αὐτοῖς.

VI. De COLVMELLA paullo adcuratius agendum, cum ille totus noster sit, Cato et Varro inprimis propter reliqua scripta ad aliorum quoque curam pertineant. Huius igitur vitam scriptam esse ab Io. Argolo Talioquitiensi non tantum ex Teisserio p. 160 et libro Italico, *Glorie degli incogniti* p. 165 obseruauit Lichtenhahnius, Medicus in Saxonia celebris, cuius manu passim notatum exemplar Aldinum scriptorum rei rusticae peruenit ad I. H. Schulzium Medicum et Philologum clarissimum, verum etiam docuit me per literas Fabricius, eam laudari in Nic. Comneni Papadopoli hist. Gymnasii Patauini T. 2. p. 140. Addit vir summus, *Promissam video in elogiis Academicorum Incognitorum* p. 195. Vtrum is idem sit liber, cuius Italice modo titulum Lichtenhahnii fide retuli, iam non disquiro. Vtrum multo plura dederit Argolus, vel dare adeo potuerit, quam ex ipso opere viri constant, nescio. Quae illa sint, hic repetere nihil opus est, cum in Indice auctorum sub Columellae nomine posuerimus. Ex eo quod Syriam Ciliciamque se obiisse indicat 2, 10, 18, forte non iniuria collegerit aliquis, cum imperio, certe cum potestate ibi eum fuisse. Ea coniectura fuerit tanto minus improbabilis, si ex eodem indice auctorum de patruo ipsius Marco, aliquis volet cognoscere: qui idem docet, quoties Columellam Palladius laudet, Vegetiusque. De aetate certius statui inde potest, quod Senecae viuentis et florentis vineas commemorat 3, 3, 3: atque Cornelium Celsum suorum temporum virum nominat 1, 1, 14: passim ipse citatur a Plinio maiore. qui quidem non nimis illi aequus videtur fuisse, cuius rei vel testimonia vel indicia proferimus ad 2, 2, 19. 2, 9, 8. 2, 15, 4. 2, 16, 4. 2, 21, 5. 5, 6, 20. 10, 407. An pungat illum 1, 6, 3, itemque in ipso operis sui, prooemio, Palladius, ad ea disputamus: iniuria quidem certe in prooemio, si hoc voluit. Ita enim profecto disertus est Columella, non vt argumentum simplex, quod doceri amat, dicendo obscuret, quod Palladio facilius aliquis obiiciat, sed vt clarissima luce perfundat omnia, et mereatur non illud modo Vegetii, *Columellae abundauit dicendi facultas*, sed illud quoque Theodori Bezae Epigramma, quod non in Fabriciana tantum Bibliotheca, sed hic etiam legi dignum est:

Orphea mirata est Rhodope sua fata canentem,
Si modo Virgilii carmina pondus habent.
Tu vero Iuni siluestria rura canendo
Post te ipsas vrbes in tua rura trahis.
O superi, quales habuit tum Roma Quirites,
Quum tam facundum viderit agricolam.

Nimirum interdum quasi vela laxat orationi, vbi argumentum vim dicentis recipit, vt in praefationibus fere, et, vt exemplis ex medio opere petitis vtamur, 3, 10, 9 seqq. 3, 21, 2. 7, 12, 1. 8, 8, 10. vbique autem copiosus est, et vt rura, quae coluit, laeta quadam vbertate nitens et splendidus. Quam felicem verborum copiam habuerit, existimare licet, si synonyma quaedam illius proferamus. Quam diuersimode de caseo loquitur? *Lac cogitur, conducitur, concrescit, congelatur, glaciatus est caseus:* plantas translatas aut insitas *coalescere* dicit, *conualescere, comprehendere, tenere, respondere.* Plantae eaedem apud ipsum *ponuntur, differuntur, panguntur, disponuntur, deprimuntur, seruntur, differuntur, transferuntur, deponuntur, depanguntur.* Sed se, quod difficile erat, superasse, et ipsam naturae matris varietatem aemulatus videtur in re simplicissima et quotidiana exprimenda. Operae pretium est ipsi paullum auscultare. *Agit arbor coliculum, folia, gemmas: citat virgam vitis: creat palmes materiam: dat materias, edit frondem prima germinatione vlmus: effunditur vitis in materiam frondemque: egerminant vites: eiicit ex se vitem, sarmentum* (quanquam hoc solius forte Varronis est) *emicat in iugum palmes: emicat celeriter nux posita: emittunt oculi pampinos: enascuntur rami: euenit serius arundo: euomit solum herbas: exit herba: exigit palmes vuas: facit caulem cicuta: fruticat e trunco vitis: fundit vitis pampinum: gemmant palmae: germinat vitis ex singulis gemmis compluribus materiis cum fructu: incitatur vitis: mittere radiculas: procedit sarmentum, germen de cicatrice, e tenero nepos: prodeunt semina: procreatur palmes: profundit vitis ex insito germen, profundit se supra modum numerus palmitum: progemmant palmae: progerminant, promunt se, profiliunt vites: promunt vlmi samaram: prorepunt vndique pampini: prorumpunt nouelli caules: prouenit palmes ex duro: pullulascit, pullulat vitis: repullescit vitis nouis frondibus.* Sunt quadraginta prope formulae, cultae omnes, nitidae, rem vnam eandemque mira quadam venustate signantes.

VII. De libro, qui de arboribus inscriptus est totoque adeo Columellae consilio, dictum in prooemio illius libri ab Aldo, a Cl. Pontedera, et a nobis denique. Nunc illud addimus. Diximus, videri Columellam primum tribus aut quatuor libris rem omnem rusticam esse complexum, in quorum numero fuerit ille de arboribus, solus hodie suorum fratrum superstes. Iam si ponas qua-

quatuor fuisse, omnes aliquamdiu superstites, habebis computato integro, quod adhuc legimus opere XII libris concluso, *sedecim* illos, quos laudat Cassiodorus diuin. lection. c. 28. qui locus Cel. Fabricio scrupulum mouit. Post Palladium delituisse videtur Columella, cum illum accommodatiorem rationibus suis putarent agricolae, ea credo caussa, quod et lingua magis ad barbariem declinante, et illa in menses diuisione vsus est. Certe Pe. Crescentius, qui Catone, Varrone, Palladio, frequenter vtitur, nusquam, quod recorder, Columellae meminit. Tanto magis gratulandum nobis est, quod tot tamen codices aetatem tulere.[d] Commemorat plures Fabricius et in his primum ex fide Menagii, qui ad Diogenem Laërtium p. 54 edit. West. laudat Columellam monasterii Corbeiensis, qui hodie Parisiis adseruatur in Bibliotheca S. Germani de pratis. Hunc eundem puto, quem Nic. Heinsius saepe laudat ad Ouidium, vnde plurimas ipsius obseruationes et emendationes depromere Cl. Schoettgenio et mihi licuit. Quin aut valde fallor, aut idem est Goesianus ille, de quo deinde dicetur: Pergit Cel. Fabricius, *Alii tres MSS. exstant in Bibliotheca Medicea.* Horum vno alteroque vsus forte est amicus ille Pontederae et literarum Georgius. Quin suspicari fas est, in Mediceis numerari nunc, et iure quidem, eosdem quibus vsi sunt primo Angelus Politianus, ac post eum Pe. Victorius, quod et ipsum in huius editionis adparatu erit commemorandum. De illo quidem vix dubito, quem quartum numerat, ac Venetiis exstare dicit Cl. Fabricius in Bibliotheca S. Marci, eundem esse quo duumuiri modo laudati vsi sunt, nec Venetiis quaerendum, sed Florentiae, apud sodales Diui Marci (nam et ibi colitur Euangelista;) vel in ipsa adeo Medicea: de quinto enim qui Augustinianorum S. Galli fuit a Politiano Victorioque adhibitus, plane dubium non est, quin inter Mediceos sit referendus. Quae cum ita sint, probabile mihi est, quartum et quintum Fabricii codices, sub tribus Mediceis contineri. Aequum est autem, omnes qui magna sua cum commoditate vtuntur quotidie Fabricianis thesauris, non tantum comiter ferre, si is non viderit omnia: sed etiam pro virili quemque sua nummos aliquot in diuitem gazam conferre. Nos quidem hac praefatione tale quid conamur, non autem, quod emendari possunt quaedam in libris praestantissimis, viro multis nominibus amabili exprobrare. Addi igitur Fabricianis potest Codex Columellae collatus, qui exstat in Bibliotheca Ed. Bernardi n. 7478 No. 132 p. 227. Catal. MSS. Angliae: itemque quem Neapoli esse ait in Bibliotheca S. Ioannis Carbonarii Thomas Bartholinus de peregrinat. Med. p. 26. Sed huic nostrae editioni duo praesertim MSS. profuerunt. Primo Guil. Goesius Columellam cum optimae notae Codice contu-

 lerat

d) Laudauit cel. Fabr. B. Lat. To. 2. p. 680. locum Poggii Florentini ex dialogo de infelicitate Principum vbi inter inuentos ab illo auctores Latinos, qui ante detruncati et deformes erant, etiam Columella ponitur. Quod si ita est, miror, qui factum sit, vt neque primi typographi, neque Angelus Politianus, neque Victorius, eius rei aliquam mentionem fecerint. Quid si Mediceae Bibliothecae Poggiani illi codices Columellae illati sunt?

lerat ad editionem Colonienſem; eamque collationem editioni Pariſinae 1533 adſcripſerat Ianus Broukhuſius; qui liber deinde peruenit in Bibliothecam Lipſiae conditam a Io. Iac. Kaeſio Conſiliario Regis Poloniarum et Senatore Lipſienſi, in quam vir ille rei ruſticae ſtudioſus non magis quam peritus magnam vim librorum ad omnes eius partes pertinentium congeſſerat. Ex hac igitur Bibliotheca primum vtendam acceperat Cl. Schoettgenius, deinde etiam mihi eius copia facta eſt per THOMAM WAGNERVM ICtum et Conſiliarium Regium, inter maxima decora ſua agricolam etiam et ruſticum politiſſimum. Hinc lectiones omnes etiam in noſtram collectionem relatae ſunt. Non autem procedit ea collatio vltra Col. 8, 11, 4: ſiue non plura habuit antiquum exemplar, ſiue fatigatus eſt Goeſius aut Broukhuſius [e] adeo. Si prius eſt, damno coniecturam illam qua videbatur mihi idem ille Codex San. Germanenſis eſſe, ad quem prouocat ſaepe Nic. Heinſius: huius ſiquidem emendationes ad finem fere librorum progrediuntur. Caeterum adeo ſaepe inter ſe conueniunt, quae Heinſius laudat, et quae profert Goeſius, ad cuius familiam illius perueniſſe libros conſtat; vt mirum ſit, ſi ſint diuerſi: ſi quando diſſentire videantur, vt v. g. ad 6 pr. 7; poteſt fieri, vt coniectura Heinſii *Atticis*, pro lectione ipſius libri *Atticus* arrepta ſit. Cum vero ſaliuam eruditis mouiſſent merito Heinſianarum illa emendationum ſpecimina, tentauit quidem aditum ad ea ſcrinia Schoettgenius, ſed reſponſum tulit triſte, *non conſenſuros eſſe haeredes Heinſianos, vt theſauri iſti exteris concedantur.* Bene igitur eſt, quod vel inuitis quibusdam hominibus materia certe, in qua verſatum eſt ingenium Heinſianum, publici nunc iuris facta eſt, qua vti omnes in poſterum poſſint. Praeter hoc editionis noſtrae ornamentum multis etiam locis ſalutaris fuit Codex depromtus e bibliotheca Ampliſſimi Ordinis Lipſienſis, theſauro tam referto optimorum librorum, quam praeclarum ſemper fuit ille ordo virtutis, doctrinae, humanitatis quaſi armamentarium. Huius cum iam multas lectiones adnotaſſet Schoettgenius, viſum tamen eſt, opportunitate ita ferente, totum de integro codicem conferre, cuius laboris noſtri non poenitendum ad Columellam et lectores noſtros fructum redundare putamus.

VIII. Sed iam porro de hoc ſcriptore ſeparatim qui meruerint videndum eſt. Hic interpretes excipio, quos deinde commode vno quaſi faſce comprehendemus. Iam PETRARCHAE in Columellam notas in Bibliotheca Vaticana aliquando exſtitiſſe, deprehenſum a ſe ait ex aduerſariis philologicis intimi ſui Io. Rhodii, Iac. Phil. Thomaſinus in Petrar. rediu. c. 7. p. 34. Sed ille quidem labor metuo ne perierit, vel ſi exſtat, vt multum inde iuuari Columella poſſit. Plura expectare poteramus a PE. NEEDHAMO, qui Geoponicis

e) Editio Ro. Stephani collata cum veteri codice Wilh. Goeſii vſque ad Lib. VIII. c. 8 fuit in Bibliotheca Surenhuſ. p. 63 cum notis MSS. viri docti, Fabric. in literis.

nicis edendis, quantum in eo genere posset, declarauit. (vid. Act. Erudit. Lipſ. 1724 p. 376); ſed ille fato nuper functus, anno ſaeculi XXXII, ſpem noſtram deſtituit, non minus ac Menagius, qui idem conſilium indicauerat ad Diog. Laërt. p. 54. edit. Wetſt. Quidſi hoc reſeruatum eſt Abrahamo Gronouio V. C. qui non alia de cauſſa negauit mihi aui ſui, cui principatum in hoc doctrinae genere deferre ſoleo, obſeruata in Columellam, quem diligenter lectitaſſe et emendaſſe mihi conſtabat; quam quod ipſe cogitaret in lucem ea proferre. Vtinam inquam ea felicitas contingat Viro clariſſimo, vt Needhami et Menagii curas adiicere auitis aliquando poſſit. Nunc ad ea veniamus, quae habemus. PHILIPPVS BEROALDVS praefatus ille quidem eſt pauciſſima iam in editione Bonon. 1496 fol. in cuius titulo etiam *cum excriptionibus D. Philippi Beroaldi* dari hi ſcriptores dicuntur, h. e. ſi recte interpretor, ex recenſione Beroaldi. Adnotationis enim plane nihil hic comparet; ſed lectio a mendis Ienſonianae quam alioquin preſſe ſequitur, ſic ſatis diligenter purgata. In editione Regienſi 1499 eadem praefatiuncula Beroaldi habetur, ad nomen typographi accommodata: ſed notas ipſas non vidi prius editas, quam in Aſcenſiana 1529 fol. et cum ibi dicantur literarum ſerie digeſtae, ſuſpicari licuit alio habitu, ad ſeriem nimirum ipſius Columellae, fuiſſe initio diſpoſitas: in Georgii quidem Merulae explicationibus ita factum, deinde obſeruabimus. Poſt Aſcenſianam repetitae ſunt illae Beroaldi explicationes, a Galeoto, a Gymnico et a Gryphio. Nos primo cogitaueramus quales ſunt, indici noſtrae inſerere integras: ſed procedente opere, tum multa in iis deprehendimus bona illa quidem et neceſſaria adeo, cum proderet Beroaldus, ſed poſtea per Lexica omnia ſic vulgata, vt ſine emtorum lectorumque iniuria repeti hodie vix poſſe viderentur [f]: alia quaedam potius ad emendandum Columellam pertinere videbam, quibus olim obtemperatum eſſet in ſuperioribus editionibus, ſed nulla tamen viri mentione facta. Hic illud mihi curandum putaui, vt memoria huius meriti exſtet; igitur, in notis tum prioribus, tum poſt in addendis quidquid ad hanc claſſem pertinet, ſuo auctori vindicaui: explicationum autem tantum ſeruaui, vt habita illa quam dixi ratione potius tamen iuſto liberalior, quam reſtrictior videri mallem: ſcilicet, quae ad priuas voces pertinent, eas indici inſerui, alias autem inter adnotationes reliquas collocaui.

VIIII. Supereſt, vt de decimo libro Columellae ſiue hortulo aliquid dicamus, quandoquidem ille priuatim ſuos ſibi eſt fautores nactus; credo quod carmine venuſto ſcriptus, et paruae molis eſt. Eſt igitur penes I. H. Schulzium, Medicum et Philologum nuper Altorffi nunc apud Halenſes clariſſimum, libellus

f) Quid V. G. attinebat referre in indicem quae de verbo *decuſſare* habet Beroaldus ac de perfectione numeri denarii, cum iam agnouiſſet praeſertim *Graecam literam* quam nominat Columella eſſe X? Ita quae de coniugatis *fibulae* diſputat ad 1, 6, 13. ſunt ea bona; ſed olim in Fabro leguntur declarata accuratius etc.

bellus antiquissimus, et in ipsa typographiae infantia excusus, nisi fallit expressionis ratio adeo imperfecta et vitiosa, vt cum vitiosissimis MSStis certare possit. Hic igitur libellus in principio hanc habet praescriptionem *I. Moderati Columellae hortuli commentarium incipit foeliciter.* in fine autem legitur, *Commentarium I. M. Columellae finit.* In hoc commentario quod plagulas tres cum dimidia implet, habentur explicationes, quas plerasque omnes et multo plures damus nomine Iulii Pomponii Fortunati inscriptas: sed ita corrupte scriptae, ita multis verborum compendiis, (in charactere non Longobardico, sed Romano erecto, quem antiquum vocant typographi) implicitae, ita denique traiectae, truncatae, repetitionibusque deformatae, vt magistri cuiusdam dictata a discipulo neque docto neque diligente scripta, et imperitissime typis mandata, sine ipso Columellae carmine, adpareat. Emendatiora pleraque et pleniora; nec tamen illa valde praeclara sunt, quae adscripto nomine IVLII (in edit. Regiensi IVNII) POMPONII FORTVNATI circumposita versibus Columellae leguntur in Bononiensi 1494, Regiensi 1496, et Iuntina 1521 [g] (nam Aldus et Iuntarum prior contemsere) itemque in Ascensiana 1529, vbi intextae sunt *adnotationes virorum illustrium Baptistae Pii et Philippi Beroaldi, et aliquot aliorum.* Cur dicatur *aliquot aliorum*, non video: certe vnicam obseruaui Iac. Constantini Fanensis ad v. 178 et pauca hinc inde ab Ascensio, vt videtur, Pii obseruationibus adiecta: sub eo quidem nomine edi curauimus, quae in Gruteriana lampade (e qua describendas iam curauerat Cl. Schoettgenius) non inuenta dederat Ascensius: cum tamen alioquin illa Gruteri editio quibusdam locis sit plenior. Sed de Fortunato pariter ac Pio aliquid hic dicendum est. De illo Pyrrhus Perottus praefatione ad patrui sui cornu copiae *Pomponius*, inquit, *Fortunatus vir saeculo nostro doctissimus et Romanae Academiae princeps — Nicolaum Perottum Siponti Pontificem patruum meum hortatus est*, vt *M. Valerium Martialem* etc. Non dubito quin idem hic sit, cuius in Virgilium Commentarii, cum editioni iam parati essent A. 1486, demum in lucem prodierunt opera Io. Oporini Basileae 1544. 8. Cum non vulgata sit huius viri notitia, iuuat ex praefationibus huius libri docere, quae ad virum memoria dignum pertinent. IVLIVS igitur POMPONIVS SABINVS hic, a patria, credo, semper vocatur: vnde FORTVNATI nomen illi haeserit, in Commentarii ad Columellam inscriptione vsurpatum, non habeo dicere. Huius viri in Virgilium commentaria iam 1486, quod diximus, vulgare typis in animum induxerat *Daniel Gaitanus*, eumque dedicauerat *Petro Mannae, insigni Grammatices et Rhetorices propagatori, quem Cremona quadraginta iam annos legentem et ex pectore, non ex ore recitantem tum audiuerat, ad quem confugiebant ex vltimis Cisalpinae Galliae partibus magnorum principum gnati cum paedagogis erudiendi*; qui *quoties*

g) Sed vid. quae dicentur in Indice editionum.

ties plenissimo auditorio legebat, ingenua et liberalis iuuentus singula tanto studio adnotabat, vt nulla alicuius didascalia quam ipsius doctior effici posse arbitraretur: cuius etiam *dictata in Ciceronem, Salustium, Plinium, Liuium, Tranquillum, Caesaris commentarios (hos libros omnes ad manus habebat) in Ouidium, Lucanum, Silium, Iuuenalem, Martialem, Catullum, Propertium, Tibullum, Oratium, Papinium (quorum singulos saepius perlegerat)* praecipue vero in *Maronem* miris laudibus effert Daniel. Huic enim Petro Mannae, quod dicere coepimus, suo praeceptori, Pomponii commentarios dedicat hac formula vsus: *Quare tot tuis cumulatus beneficiis et meritis, Petre praestantissime, hoc meum pignus, mihi vita carius, quod prae omnibus thesauris et deliciis meis, ne vlla pila siue columna venale haberet, congestis vndique saccis incubans hactenus seruaui, non potui diutius penes me continere, quin palam facerem, tuoque ductu et auspicio illud adiutum omnibus Vergilianum poëma interpretantibus impertiri non dubitarem — Adest itaque Pomponius Sabinus, vir nostri temporis doctissimus: cuius exactissimum Opus in Virgilium viri docti quanto diutius expectauerunt impressoribus tradi, tanto fortasse — Sed ad Sabinum meum redeo. Is est vnus, qui in praeclarissima illa ac felicissima beatissimi Pii Pontificis Secundi academia optimas e situ literas in lucem coepit adserere, et mystica illa veterum annalium apophthegmata miro ingenio dilatauit: nec adhuc parcit quotidiana antiquorum Graecorum vti consuetudine, quos adhuc inclyta vrbs Roma, cunctarum gentium regina et imperatrix, ad sui contemplationem trahit, et notas in aes et marmor incisas scrutari. vnde coniecturis non solum colligit, sed argumentis quibusdam, esse non nihil, quo adhuc Latina lingua indigeat: et multa in manibus sunt, quae propediem lucem habebunt.* Haec Daniel Gaitanus ex vrbe Cremona 1486. Verum eo quidem tempore non est typis mandatus ille Commentarius, sed quacunque de caussa latuit in tenebris, donec ab *D. Arnoldo Arlenio Peraxylo, viro doctissimo adserendisque ab interitu veterum monumentis nato* nactus illum est Io. Oporinus, qui 1544 eum edidit, quod diximus, iudicatque in praefatione *dignum esse Pomponium hunc, cuius etiam reliqua scripta, quibus a se T. Liuium, Cor. Tacitum, Silium Italicum, et alios quosdam explicatos esse non vno in loco testatur, aliquando in lucem proferantur.* Profitetur porro Oporinus, *Supra sexcenta loca per librarii incuriam corrupta emendauimus, vt non tam alienam, quam nostram ipsius operam tibi commendare iure optimo videri queamus. Tametsi non omnibus etiam monstris, quae se in eo nobis offerebant conficiendis soli esse pares potuerimus.* Haec paullo verbosius de Pomponio nostro referre tanto minus dubitauimus, quod praefationes hae omissae sunt postea, licet recuderentur cum Georgii Fabricii Virgilio Seruioque ipsi commentarii. Adparet etiam credo ex his quae de Virgilianis commentationibus acta sunt, qui fieri possit, vt nomen suo alioqui merito illustre ferant explicationes et disputationes saepe mediocres, pueriles saepe, et plane absurdae. Nimirum non ipse literis talia mandauit Pomponius,

sed

sed excepta a rudissimis bonarum rerum auditoribus in vulgus tandem edita sunt. Itaque suspicor Pomponianos in Virgilium commentarios, quales primo ad Oporinum peruenere non multo meliores fuisse illo, quem apud Cl. Schulzium esse diximus libello. Hinc patet, quid voluerit sibi Pius ad Col. 10, 235 scribens, *Insulsissimus interpres Pseudo-Pomponius; non enim ausim credere, talem mentem in haec errata incidisse.* In hanc sententiam etiam accipi volo, si quid mihi exciderit, quod ad Pomponii iniuriam pertinere videatur: itemque illud a me dictum intelligi, quod paullo ante de eius emendatione commemorabat Oporinus. De ipso IO. BAPTISTA PIO dicere nihil opus est, postquam Pe. Burmannus, quem honoris caussa, statori harum literarum debiti semper adpello, in doctissima ad Valerium Flaccum praefatione obscuritati nomen et vitam atque facta viri eripuit. Huius viri ad laudem vel illud satis est, quod Burmannus, *Plurima*, inquit, *iam a me scripto consignata in notis Pii deprehendebam, quae a me profecta ante credebam; sed quae a Pio iam occupata esse comperiebam* —. Post haec non moramur, quae inclementer passim in Pium Barthius in aduersariis, vnde quaedam etiam translata sunt ad Col. 10, 40 it. 125. iniquissimumque illud Adu. 28, 14, vbi audit illi *Pius homo omnium bonorum auctorum varo quodam ingenio conspurcator.* Sed addit, verecunde quidem et modeste, *quanquam non raro tamen etiam suae sponsae bene colat fundum.* Sed, quod dixi, mihi videbatur veriorem candidioremque sententiam dicere Burmannus. Illud iam coepi dicere, adnotationes Pii hic dari vt a Cl. Schoettgenio ex Lampade Gruteriana excerptae fuerant, collata tamen passim Ascensiana editione, quae interdum potius videbatur sequenda. Video etiam, omissum interdum aliquid a Cl. Schoettgenio, quod vel ipse statim damnauerat auctor, vel quod alioquin ad rem Columellae plane non pertineret: qua in re, serius in primis animaduersa, standum ipsius consilio putabam. Haec de Pio. Reliquae hortuli editiones, in quibus nihil noui ornamenti accessit, in Catalogo, quem deinde texemus, commemorabuntur. Lancilloti expositionem MS. in hortum Columellae Florentiae in Bibliotheca Medicea pluteo LII esse narrat Cl. Fabricius.

X. Nunc transimus ad PALLADIVM, de cuius aetate nihil certi videtur posse constitui. Illud quidem satis apertum, Plinio et Quinctiliano non esse aequalem, quod putabat Christophorus Mylaeus apud Scheffer. de re vehic. 2, 6 p. 116. Sed neque Hadriani tempore vixisse potest, qui Apuleium laudet, quo argumento vtitur aduersus Ludou. Viuem Casp. Barthius ad Rutilii Itinerar. 1, 207. Neque adhuc, qui nostrum laudauerit, antiquior inuentus credo est Cassiodoro qui diuin. lectt. c. 28 *Aemilianus*, inquit, *explanatos duodecim* [h] *libros de*

h) Debebat XIII etiam non computato de insitionibus carmine. Si est a Cassiodoro, XII menses tantum cogitasse videtur, in quos descripsit opus suum Palladius.

de hortis vel pecoribus aliisque rebus planissima lucidatione disseruit: vnde probabile sit, etiam Isidori Aemilianum ad nostrum esse referendum, quamquam corruptissime ita laudatur 17, 1 *Cornelius Celsus et Iulius Atticus Emilianus siue Columella, insignis orator* (arator Basil. 1489) *qui totum corpus eiusdem disciplinae complexus est.* Nobis, dictionem praesertim et deletum prope Romanum genium, *titulorum* item diuisionem, ipsamque appellationem adeo, considerantibus, tanto minus falli aliquis videtur, quanto recentiorem fecerit. Itaque probabilem, dum certius quid proferatur, iudicamus sententiam Barthii, qui suspicatur Palladium Rutilii itiner. 1, 208 esse nostrum, quod tum commune nomen Rutilii, tum alia ibi commemorata suadent: vnde nec Petro Burmanno extra veri speciem ista coniectura videtur. De fundis suis in Sardinia ipse Mart. 10, 16. Vtrum vero *Neapolitanum territorium* cuius ibi mentionem facit, in ipsa Sardinia sit, quod nobis auctoritas praesertim MSS. persuasit, an famosior illa Neapolis? de eo tanto facilius est disputare, cum etiam ibid. f. 24 *in Italia* plantas grandes ficorum se disposuisse commemoret. Itaque nolim temere erroris postulare Antonium Sanfelicium, qui in libro de situ et origine Campaniae To. IX thes. Ital. Burmann. ex hoc ipso loco Palladii, eum Neapoli, quae caput regni est, scripsisse colligit. Indicauit mihi hunc locum Cel. Fabricius. Palladii Codice MS. vsus est Barthius, cuius obseruationes damus ex Aduersariis; diuersus a Leidensi, quod apparet ad 1, 9, 3 praesertim ad 1, 9, 12. Asseruatur alius in Bibliotheca Rhedingeriana Vratislauiae (quam in Catone et Varrone iam nominauimus) in titulos diuisus quorum argumenta s. rubricae interpositae ipsis titulis sunt: nomen scribitur *Rutilii* et *Emiliani.* Ad MS. quod in Bibliotheca Saluinii seruetur, prouocat in praefatione ad Facciolatum Cl. Pontedera. Quem laudat Felleri Catalogus Palladium bibliothecae Paulinae Lipsiensis, eum Cl. Schoettgenius comperit epitomen esse barbaram hoc titulo, *Palladii liber breuiatus per Gotfridum tractatus primus de plantationibus arborum* rel. Sed Vossianum Palladii Codicem, qui in bibliotheca Academiae Lugdunensis asseruatur accurate conferri iussit, qui Varroni etiam suppetias tulit, Vir summus Iac. Perizonius, eamque collationem Cl. Schoettgenio misit, a quo illa porro dextre adhibita, a nobis vero tota in varietatem lectionis relata est. Idem esse videtur hic liber, quo vsus est Io. Frid. Gronouius, ex cuius obseruationibus haec pluscula relata sunt. Vid. V. G. ad 1, 6, 5. Quid si idem quoque a Vlitio adhibitus? conueniunt certe ad Ian. 12, 3.

XI. VEGETII RENATI artis veterinariae siue mulomedicinae libros IV vt scriptoribus rei rusticae comites darem, primo illud me impulit, quod videbam non materiam tantum nostris cognatam, sed etiam insignem Columellae locum, apud eum quoque legi; vt mutuam sibi opem vterque scriptor praestare posse videretur. Cum deinde viderem, illud negotium praeclare

iam actum in tertia Cl. Morgagni epistola, ibique inter se comparatum vtrumque scriptorem, vt vix quidquam nobis relinqueretur, abieceram consilium illud prius; mox tamen ad illud me retuli, cum praeter spem mihi offerrentur hinc ab incomparabili humanitate summi viri IO. ALB. FABRICII exemplum Vegetii cum Corbeiensi codice [i] collatum, quod ad ipsum ex Gudiana auctione peruenit, vnde quam plurimis locis emendatiorem dari hunc scriptorem posse animaduertebam: hinc ab IO. HENR. KROMAYERO humaniorum literarum in Academia Ienensi Professore clarissimo, amico veteri, quem malo harum literarum fato nuper extinctum nondum eluxi, primae editionis exemplar, cum altero Sambuci accuratissimo studio a se compositum. Videbar enim mihi ipse vix reprehensione carere posse, si tantam opportunitatem iuuandi operis, nimis fere ad hunc diem neglecti dimitterem. Ambabus igitur, quod aiunt, amplexus sum munus amicorum, atque illud cum meis coniecturis, et adnotationibus, propter alias occupationes, et quod moles operis iam metuebatur, breuissimis, in medium quam potui diligentissime contuli, adiutus aliquoties ab IO. ZACHARIA PLATNERO, Medico non minus quam Philologo praestantissimo: perfecique, spero, vt nunc maiore parte monstrorum quae obsederunt Vegetium profligata, cognosci commodius, et plus vtilitatis praebere studiosis queat. Quae supersunt pauca, ea forte confici et ipsa poterunt adhibito Codice MS. membranaceo, quem inter libros Bibliothecae Caesareae Philosophicos et Philologicos n. LXXXI numerauit Seb. Tengnagelius, quod subiecit mihi Cel. Fabricius, vt et illud, Vegetii exemplum cum notis MSS. fuisse in Bibliotheca Cl. Almelouenii; nec non hoc, Codicem MS. huius operis fuisse Neapoli apud illustrem Virum Iosephum Vallettam; idque ipsum opus cum aliis Veterinariis esse Noribergae penes Gottfridum Thomasium, virum, quem et nos experti sumus humanissimum, sed de hac re propter necessariam festinationem nostram compellare nolebamus; denique hoc, meditatum esse IO. RHODIVM, editionem huius operis (id quod obseruaueram etiam ex ipsius Lexico Scribo. Voc. *Fecula*) atque loca suspecta castigari sibi petiisse ex MS. Mediceo aliisque, quod constat ex Epistolis ad Heinsium Syll. Burman. To. V. p. 447. 449. 456. vbi laudat quoque Iordanum Calabrum de equorum natura, qui MS. in bibliotheca Thuana habeatur. [k] Loco, quem medium laudauimus, notat Rhodius, in Sambuci Vegetio quaedam aliunde accessisse. Et sane compages huius operis male quibusdam in locis cohaeret. Taceo libro secundo

i) Adscripsit enim; quisquis primus fuit collationis illius auctor: *Contuli cum exemplari descripto ex MS. codice Corbeiensis monasterii, tunc temporis Coloniae apud S. Pantaleonis deposito.* item illud, *Codex Corbeiensis optimae notae admodum antiquus, literis vncialibus exaratus, lacerus tamen et inde* (forte hinc inde) *lacunis deformatus.* Quoties deficiat Corbeiensis codex, ex nostris notulis potest intelligi

k) Quin etiam illud docet Fabricius, To. 3 p. 137 Casparem Bartholinum Tho. F. iam typographis dedisse Rhodii suasque ipsius obseruationes; eiusque operis iam primum folium speciminis caussa excusum fuisse.

secundo, caput secundum, tertium et quartum bis numerari, illud quidem attento lectori patet, 4, 3, 3 sq. haberi introductionem quasi totius operis, certe distributionem, quae vel principiis ipsis, vel certe libri tertii ex auctoris consilio initiis conueniat: ita quae 1, 19 et 20 habentur, ea recurrunt 4, 12 *reliqua:* sunt enim plura quae ad hanc quaestionem pertinent. Et quid illud, quod Corbeiensis MSti titulus nullam facit Vegetii mentionem, sed ita modo conceptus est, *Digestorum artis mulomedicinae libri III?* Qui, igitur, hunc operi indicem praefixit, ille videtur non sola Vegetii nobis dedisse, sed aliunde etiam, inprimis quae Columella de hoc argumento habet, in vnum corpus digessisse. Et sane illud etiam ex varietate lectionis apparet, minime religiose tractatum esse hoc opus, sed diuersa exempla a suis dominis ita habita, vt non, quod a Vegetio scriptum esset, rationem haberent, sed quid ipsi conuenientissimum iudicarent. hinc medicamenta Vegetianis substituta, quae vel commodiora putarent, vel parabiliora e. i. g. a. legentibus enim idem patebit.

XII. De GARGILIO MARTIALI subiicere volebamus, quae ex Bibliotheca Latina mediae aetatis, quae hac parte excusa quidem erat, sed nondum cum ista scriberem, publicata, communicauit nobiscum humanissimus Fabricius, quorumque partem iam in bibliotheca Latina dixerat. Sed cum paullo post omnibus ea legendi facultas futura sit in libro, quo carebit nemo qui ista legit, ac Cl. Schoettgenius iisdem fere veterum locis vsus, iustam dissertatiunculam, de hoc viro scripserit; eam potius hic extare, et post praefationes reliquas collocari loco XVI debere, visum est. Illud vnum licet obseruare, hoc fragmentum, ne Cassiodoro quidem, quem laudat Schoettgenius, potuisse pulchrum videri, itaque mirifice corruptum esse debere: deinde ex eo, quod ex corpore DIGESTORVM ARTIS MVLOMEDICAE Corbeiensi desumtum, hoc fragmentum testatur, qui descripsit, confirmari coniecturam nostram de Vegetio, quam paullo ante proposuimus.

XIII. Dicendum etiam est aliquid de semiuetere scriptore, quem non edimus illum quidem, sed quo tamen saepe vtimur. Is est PETRVS CRESCENTIVS vel DE CRESCENTIIS, vt ipse se vocat, ciuis Bononiensis, qui septuagenarius cum esset scripsit, et Carolo II, Ierusalem et Siciliae regi (regnauit ab A. 1287-1308) dedicauit opus *commodorum ruralium* XII libris comprehensum, *visum, lectum, examinatum et approbatum per sapientissimum virum fratrem Aymericum, Magistrum ordinis fratrum praedicatorum et per prudentissimos fratres eius: itemque per peritos in scientia naturali vniuersitatis scholarium ciuitatis Bononiensis.* In epistola, qua miserat opus suum Aymerico, quem modo nominauimus, vestigia mihi deprehendere videbar, inquisitionis rei eo tempore vehementer agitatae. *Vestrae,* inquit, *dominationi eundem* (librum) *grandi affectu offero corrigendum per vestram prudentiam, quae summa est,*

eſt, et veſtrorum fratrum: humiliter ſupplicans, quod ipſius elimetur rubigo, et quod eſt vtile non ſpernatur. — Non enim opus, QVOD DE FIDE NON TRACTAT, *reprobari vel ſperni — ſicut nec eradicatur roſarium quibusdam ſpinis, ſi multas redolentes exhibeat roſas,* rel. Caeterum de ſe et vita ſua iſta quoque in tertia praefatione Petrus, *Ego qui tempus adoleſcentiae in Logica, Medicina, et ſcientia naturali totum conſumſi, et demum nobili Legum ſcientiae inſudaui, pacifici ſtatus anxius, poſt flendum ſchiſma illius egregiae vrbis, quae vero et ſibi proprio nomine Bononia h. e. bona per omnia in omnibus mundi climatibus dicebatur, cognoui, quod commutata vnitate et ſtatu pacifico, in diſſenſionem, odium et liuorem, non erat iuſtum illius peruerſae diuiſionis immiſcere negotiis: ideoque annis triginta diuerſas prouincias, cum earum rectoribus circumiui, ſubiectis iuſtitiam libenter tribuens, rectoribus fidele conſilium; et ciuitates in ſuo iure et ſtatu pacifico pro poſſe conſeruans. Multosque libros antiquorum et nouorum prudentum perlegi et diuerſas ac varias operationes colentium rura vidi. Demum ciuitate quodammodo diuina gratia reformata, taedio latae circuitionis — ad propria redii — ad cultum ruris mentem animumque conuerti et — actus et commoda eius, et cuiuslibet generis agrorum et plantarum atque animalium doctrinam obſcure ac imperfecte ab antiquis traditam, et modernis ſatis incognitam, de ſola Chriſti liberalitate confiſus dilucide, tam ſecundum prudentum naturalis philoſophiae ſententias et rationes apertas, quam ex approbatis experientiis, tradere in ſcriptis propoſui. Liber iſte ruralium commodorum dicitur —.* Non poenituit pluſcula ponere, cum in quibusdam editionibus, omiſſae ſint, ſi bene memini, praefationes. Et ſane intereſt lectoris, noſſe aliqua ex parte virum cuius teſtimoniis ſaepe deinde non nos tantum vtemur, ſed Pontedera quoque et Morgagnus VV. CC. vide v. g. huius Epiſtolam II, 12. Nimirum Catonis, Varronis, atque Palladii (de Columella enim non recordor) non ſententiis modo, ſed verborum longa ſatis ſerie ſaepe vtitur Creſcentius: ſcripſit autem eo tempore, quo antiquiſſimorum illi codicum facultas eſſe potuit: vt adeo primae Creſcentii editiones, nondum, quod poſtea non nusquam factum ſuſpicor, ad veteres ſcriptores exactae, inſtar MSStorum eſſe iis quas dixi, partibus poſſint: ac nobis quidem non minus quam praeclarus aliquis liber MS, ſaepe rebus dubiis, antiquiſſima editio profuit. De ea vero, et reliquis, deinde dicetur. iam illud monemus, Vegetio vſum non videri, neque Hippiatricis antiquis Creſcentium: adeo alia omnia h. e. barbara membrorum, morborum, inſtrumentorum nomina; alia medendi ratio: quibus quidem rebus omnibus melius illi cum Laurentio Ruſio conuenit.

XIIII. Nunc denique quae fata habuerint ruſtici noſtri, in quantum iuncti fuere, videndum eſt. Vtrum extet liber manuſcriptus, qui omnes illos in vnum quaſi corpus redactos habeat, non habeo dicere. Suſpicandi occaſionem praebet, quod inter tam multos, quos laudauimus adhuc nullus eſt. Palladius ſolus defuit illi, quo Victorius vſus eſt codici, quem deſcribit in praefatione

fatione explicationis suarum in hos libros castigationum, qui Catonem, Varronem, Columellam, et Martialem Gargilium comprehenderat, quorum vltimi duo perierant. Igitur quod norimus, coniunctionem illam suam et necessitudinem debent NICOLAO IENSONIO, quamquam enim ille quoque in tria quasi volumina totum hoc corpus diuisit, quorum primo Catonem cum Varrone iunxit, quod vel praefationes ternae testantur, quas deinde damus; ab eo tamen tempore plerumque simul editi sunt, et rei rusticae scriptores κατ' ἐξοχὴν dicti, etsi eodem iure Georgica Virgilii, et Plinii aliquot libri adsumi potuissent. Iensonianam igitur editionem qua antiquior adhuc nulla, quod sciam innotuit, curauit praecipue GE. MERVLA ALEXANDRINVS, quanquam medium nomen fere in his libris omittitur, non autem recensuit solum tres priores (nam Palladium curauit *Franciscus Colucia Verzinensis*) sed etiam enarrationes vocum obscuriorum adiecit; ordine librorum et capitum dispositus initio: quae in Ascensiana editione primum videntur elementari serie ordinatae. De huius viri vita atque libris quaedam dabunt additiones ad Trithemium in Fabricii V. C. Bibl. Eccles. p. 233. plura G. Stollius ob ingenii, morum, doctrinae, elegantiam, ornamentum Ienensis Academiae merito dicendus, in bibliothecae suae historia Germanice nuper edi coepta p. 15. Nescio an satis sanus sit locus, quem adfert ex Gallicis *Nouellis* (vtemur enim verbo quod facillime intelligatur, in re nouitia) reip. literariae M. Maio A. 1685. p. 473. *Il traitoit si mal Gileote qu'il en fut mourir de depit, et de tant de personnes, qu'il attaqua, il n'y en a eu pas vne, qui osa mettre la main à la plume, pour se defendre, tant on craignoit d'estre accablé par vne replique.* Legitur enim Tomo I Facis Gruterianae, p. 583 seqq. Cornelii Wittelli Corynthii (melius credo Vitellii Corinthii) defensio Plinii et Domitii Calderini contra Georgium Merulam Alexandrinum ad Hermolaum Barbarum, in cuius prooemio tum alias pessime traducitur viuus vidensque Merula, tum sua maledicentia in iracundiam coniecisse accusatur praeceptorem bene de se meritum Franciscum Philelfum, quae mortis viro statim causa fuerit. Post hunc PHILIPPI BEROALDI studio emendati videntur quatuor viri. De Columella satis constat, et nos paullo ante commemorauimus. Sed videtur etiam reliquis recensendis aliquid industriae impendisse: quod ex praefatione, quam loco V damus, intelligas: et docuit nos collatio instituta multa Iensonianae peccata in Bononiensi et Regiensi emendata esse. Bruschianam enim consulere non licuit. Illud autem obseruasse mihi videor, vnam quasi sectam esse earum editionum, quae ante Aldinam prodierunt. ALDVS enim edidit hos libros, a IVCVNDO VERONENSI, ex vetustis exemplaribus, quod in praefatione profitetur, emendatos; [1] quamquam est etiam, vbi τὰ καλῶς κείμενα videatur

1) Indicauit mihi Cel. Fabricius locum Budaei de asse L. V p. 232. *Iucundus Veronensis, professione Architectus, sed antiquariorum diligentissimus, Catonem imprimendum curauit, multaque in eo emendauit et restituit.*

tur mouisse. Iuntarum deinde editioni priori, a qua vix discedere alteram deprehendimus, operam dedit NICOLAVS ANGELIVS BVCCINENSIS vir ingenio praestans et doctrina. Hanc in explicatione vocabulorum quibus vtuntur nostri declarauit, cui cur praelata sit in editionibus posterioribus, illa altera Georgii Alexandrini non video. Hodie neutra valde opus est, postquam in Lexica haec talia commigrarunt, et quidem maiorem partem, et accuratiora et auctoritatibus suis confirmata. Ingenium autem Angelii elucet, quod multos locos in Iuntarum libris videas multo clarius legi, et explicatius. Quod si libris bonis ita dextre vsus est Angelius, bene habet. Sed metus est, ne coniecturae sint bonam partem, quod inde apparet, quod discessionem saepe ab illis lectionibus ita lepidis et planis, facit PETRVS VICTORIVS, ille vnus tot librorum sospitator atque Aesculapius.

XV. Quibus ille libris fretus ad emendandos rusticos accesserit, ipse indicat in praefatione cui locum XI adsignauimus. Hic singularem casum rusticorum narrabimus. Quibus Codicibus Victorius vsus est, eos ante diu contulerat cum Ienfoniana editione ANGELVS POLITIANVS (cuius de laude qui legere vult, adeat Barthii aduers. 47, 5) et varietatem omnem marginibus illius commiserat. Politiani ille liber in Magni Ducis Hetruriae Bibliotheca seruatur, vnde beneficio ANTO. MAGLIABECHII, quem literis adierat Schoettgenius, liberali autem et erudita opera HENR. BRENKMANNI descriptae accuratissime Politiani obseruationes post longum errorem tandem peruenere ad Thomam Fritschium, et nunc cum fide in hanc editionem relatae sunt. Iisdem codicibus vsum et Victorium, manifestissime apparebit inspicientibus v. g. Cato. c. 84. 112, 3. Varr. 3, 17, 4. Quin, quod ad Ca. 2, 4 *expinsi lar* legi scribit Victorius in optimo codice, pro quo ipse *far* coniecerit, illud in Politiani collatione eodem modo se habet: nimirum τῷ *lar* superscriptum *far* est. Suspiciosum id alicui videri poterat: cum constet inprimis, Florentiae etiam nunc esse librum Politiani; vsum autem esse Victorium etiam aliis eius viri in hoc genere laboribus, Terentio, vt hoc vtar, ad Cicero. fam. 7, 23. et libris iuris (Pandecten Florentinum, credo, intelligit) in peroratione notarum ad Colum. seu de Arb. 28, 4. Verum enim vero indignum est de candidissimo viro tale quid suspicari, qui fateri lubenter solet, per quos profecerit. Deinde si habuisset Victorius Politiani collationem, habuisset etiam Ienfonianam editionem. Iam vero pluribus ex locis nobis videbamur colligere, neque hanc neque aliam saeculi XV ad manus semper optimo seni fuisse. Inspiciat, qui volet, Varr. 2, 4, 20. 2, 11, 1. 3, 5, 14 in *naualia;* it. 3, 5, 4 *in id tectum;* 3, 12, 4 *mares in foeminas.* Nam quod Varr. 3, 9, 18 ad eas videtur respicere, illud ex coniectura facere potuit. tamen ad V. 1, 19, 4 Venetiis excusos libros memorat. Et plane abit a Politiani obseruationibus ad Ca. 95, 3, *nascebit;* itemque ad Ca. 11, 1. *dolia vbi quinque.* Saluus certe apud me Victorii pudor

pudor est, si etiam rationem forte omnium reddere non possim. Caeterum castigationum explicationem siue notas optimi viri dedimus comparatione editionum instituta pleniores. sed cum non semper ad manus fuerint, hinc factum est, vt aliquot earum in Addenda coniiciendae fuerint, inprimis illa nobilis de voce *quandoque* quem errorem nobis a beneuoli lectoris facilitate condonari petimus.

XVI. Alterum in Italia praesidium inuenere rustici nostri plerique FVLVIVM VRSINVM, quem *florem Italiae suae extra controuersiam* pronunciabat Lipsius Elect. I p. 609. Fuluius igitur Vrsinus, vt rem ex ipsius praefatione paullo repetamus altius cum PE. CIACCONO Hispano Romae familiariter viuebat, quod ambo essent inter delectos viros, qui Pontificis iussu biblia Graeca expolirent, post seueriores autem illas de obscuris S. Scripturae locis habitas disputationes, solebant hi duo aliquem ex nobilibus Latinis scriptoribus perpoliendum suscipere. *In quo quidem genere*, inquit, *scriptionis, cum multa ex illo congressu vterque nostrum ad communem vtilitatem contulerit, tum praecipue in M Varrone de re rustica, post aliorum in eum editas lucubrationes perpurgando communis industria elaborauit. Ad cuius sane libros cum permultae tum ex vetustis codicibus per nos collatis, tum ex coniectura petitae correctiones essent a nobis in aduersaria relatae — et Ciacconus morte satis immatura praeuentus esset — Omnia quae ille in suo chirographo ad M. Varronem notasset, edere operae pretium visum non est, verum illa tantum ex iis excerpere, quae mihi vel penitus probarentur, vel saltem non improbarentur. Quibus praeter ea, qui a me fuerant in eundem scriptorem notata, et cum Ciaccono cum viueret communicata, adiunxi etiam illa, quae in M. Catonem et L. Columellam, vel ipse iam pridem scripsissem, vel a Io. Babtista Sighicello clar. viro scripta accepissem. Quin et alia ad rem rusticam itidem pertinentia olim a me collecta adieci notas scilicet ad Kalendarium rusticum Farnesianum et ad veteres inscriptiones fratrum arualium, itemque ad Seruium in Bucolica Virgilii et Georgica, cuius etiam lectiones nonnullas in Commentario Aeneidis restitutas non omittendas censui.* Deinde etiam de iis, quae in illa collectione plane ad rem nostram nihil faciunt: quaeque iure a nobis praetermissa putamus. Curabunt ea, qui Virgilium, qui Grammaticos veteres edent in posterum. Ceterum longiorem ex Vrsini epistola locum describere non pigratus sum, tum vt rationem redderem, cur ipsius nomen adiectum sit adnotationibus, non ab ipso solo, sed maiorem forte partem a Petro Ciaccono profectis: deinde vt desiderium minuerem huius in Varronem notarum, quae in Isaaci Vossii Bibliotheca, quae Leidae asseruatur, esse cum dicantur a Colomesio, rogatus de iis a Schoettgenio Perizonius respondit, frustra eas a se requisitas. Multa sunt in his Vrsini et Ciacconi notis ingenio illorum digna, sed est etiam, vbi audaciores iusto videantur illorum coniecturae. Saepissime in iis visu mihi venit, quod sibi in Pio accidisse narrantem ante audiebamus Burman-

Burmannum. Bona nobis pars emendationum nostrarum sic periit. Quod interdum non dissimulauimus idem nobis in mentem venisse, id eo inprimis consilio factum, si ponderis aliquantum accedere posset coniecturis de quibus pluribus, tanto interuallo disiunctis, idem videretur. Sed non nobis solis hoc contigisse, etiam Cl. Pontederae exemplum docet, qui ab initio certe F. Vrsini notis destitutum se fuisse questus est, et tamen eadem dicit quae Vrsinus ad Varr. 2, 2, 12 et alias. Quin ipse etiam Vrsinus ad Varr. 1, 16, 6 de *oleris* appellatione eadem fere dicit, quae ibid. Scaliger: et quae ad 1, 19, 3 de *pecuaria* disputantur, ea praeceperat Victorius V. L. 31, 23. Solet Vrsinus vna comprehendere adnotatione plures in vicinia locos: nos plerumque ea distraximus, vt suo quodque loco applicari posset: sed est tamen vbi coniuncta manserunt, ita tamen vicina, vt diligenti lectori molestiam creare non possint.

XVII. Nouissime rusticis omnibus commodare conatus est HIERONYMVS COMMELINVS, qui ex mente Pe. Victorii, adhibita etiam Bartholomaei Bruschii editione suam concinnauit, vsus inprimis diligenti et ingeniosa opera FRIED. SYLBVRGII. Moliebatur opus multo amplius, quod ex praefatione illius, quam damus loco XII potest intelligi: sed fatis interceptum est: non minus, quam adhuc retenta sunt, quae alii viri praeclari in hos scriptores sunt conati. In his numeratur a Fabricio et Schoettgenio IOSEPHVS WASSE, Collegii Reginensis apud Cantabrigienses socius, qui gustum aliquem dedit, restitutis ad Sallustium aliquot Columellae locis quibus etiam vsus est laudatus modo Schoettgenius. Sic in eadem Anglia PE. NEEDHAM idem agitasse fertur; de quo supra diximus, cum de Columella ageremus. Quid IO. CONR. SCHWARZIVS, Director nuper Gymnasii Coburgensis factus, in quo diu bonas literas cum successu et fama docuit, quid igitur ille in animo habuerit, ex epistolis viri doctissimi, quae hanc editionem ornant, intelligitur. Et optandum erat, vt vel ipse nobis curasset hos auctores, vel certe sua cogitata atque obseruationes submisisset. Egerat quidem cum illo Cl. Schoettgenius, egi et ego, vt sua si videretur nobiscum communicaret, sed maluit ille, quod nec reprehendimus, sua sibi seorsim consilia habere. De ABRAHAMO GRONOVIO V. C. ante diximus cum de Columella ageremus. Habebit sane nunc aliquanto minus negotii, si quis post nos admouere manum rusticis voluerit: nisi tamen, sibi negotium datum putet peccata nostra deprehendendi, producendi, emendandi. Neque ego si posterius fiat, priora deprecor. Quid hic actum sit, nunc simpliciter exponam.

XVIII. Anni viginti credo sunt, cum THOMAS FRITSCHIVS quo nescio an maiorem bibliopolam nostra habuerit Germania, vir prudens inprimis, et literis variis non mediocriter cultus, consilium cepit edendi hosce scriptores, praesidiis, quae tum haberi possent omnibus exornatos. Vsus erat ad eam

eam rem opera CHRISTIANI SCHOETTGENII, viri eo tempore iuuenis acris, docti, et perquam diligentis. Ille virorum, quos adhuc commemorauimus, eruditorum notas et obseruationes in vnum corpus digessit, certe ordinem, quo quidque ponendum esset, praescripsit: Varias lectiones, quas diximus, (non peruenerant autem ad ipsius manus Mediceae Politiani) notis suis intexuit, quas quidem momentum aliquod habere crederet: eodem retulit eorum, qui in Lampade Gruteriana habentur, BARTHII item, GRONOVIIQVE, ac THO. CRENII adnotationes, ex Aduersariis, Obseruationibus, Animaduersionibus illorum excerptas; acceperat etiam a Viro illustri GISBERTO CVPERO obseruationes quasdam in Varronem, neque quidquam intermiserat, quod ad ornandam Spartam pertineret. Iacuit deinde opus, credo, quod expectarentur copiae illae Italicae: et Schoettgenius ad alia vocatus, in manibus Thom. Fritschii diligentiae suae fructum reliquit. Circa annum seculi, quod viuimus XXVI ad me iuit vir ille acerrimus, cum interim non Medicea tantum collatio venisset, sed etiam excitati a CL. FACCIOLATO Duumuiri praestantissimi IO. BAPT. MORGAGNVS et IVLIVS PONTEDERA, Patauinae Academiae et Medicae artis, alter Botanices praesertim, Anatomices alter lumina, suos labores doctos sane et ingeniosos liberaliter Fritschio indulsissent, quibus nouis subsidiis deinde etiam accesserunt A. BVCHNERI et C. S. SCHVRZFLEISCHII quaedam obseruationes ex bibliotheca cui tum praeeram, Vinariensi desumtae, itemque eae, quas ALMELOVEENIVS margini libri sui commiserat, liberalitate Illustris VFFENBACHII, cuius viri nunquam nobis memoria, et grata beneuolentiae illius recordatio, excidet.

XIX. Petiit igitur a me Fritschius, vt vniuersas copias iam denuo meo iudicio digererem, quas tandem aliquando in lucem edere posset. Putabam initio, laboris tantum et diligentiae mediocris opus futurum, ingenio aut doctrinae qualicunque vix locum relictum iri. Sed aliter euenit. Illam fundi huius calamitatem vel praecipuam animaduertebam, quod nemo vnus operam dedisse videretur virorum doctorum, qui a Victorii inde aetate hos scriptores attigerunt, vt vno quasi tenore perlectis semel iterumque et perceptis hisce rei rusticae praeceptis, ante omnia et orationi quatuor virorum et sententiis ita adsuesceret, vt illos tanquam suos amicos et de sententiis et de verbis nosset: ex quo et falsas interpretationes non nunquam, et emendationes non necessarias, quin corruptiones potius, oriri in aliis saepe didiceram. Primum igitur omnium summa diligentia totos mihi vnoque quasi spiritu cognoscendos sumsi hos libros, vt non ad omnia solum, quantum possem attenderem, verum etiam in indicem referrem, quidquid ad verba vel res explicandas pertinere videretur; speroque hanc rem non tantum eo profuturam lectoribus, quod pro Lexico vti poterunt rustico, inprimis cum in illum multae obseruationes tum nostrae, tum aliorum coniectae sint: sed multis in locis sententiam auctorum aperire facilius,

eorumque tueri integritatem nobis licuit, quod praesertim in Vrsini audacioribus coniecturis saepiuscule fuit necessarium. Commode hic nobis accidit, et commodius multo lectoribus accidet, illa capitum quae vocantur et titulorum in minora segmenta diuisio, iam a Schoettgenio instituta, quae etiam ad parallelismum, quem vocant, indicandum, vnum optimum interpretandi libros quoscunque instrumentum, apprime vtilis est, vt mirer, rem ita facilem et olim cognitam negligi fere in splendidis librorum antiquorum editionibus, praesertim cum metus non sit, ne ea similia bonis libris vulnera infligat, qualibus capitum illa diuisio occasionem dedit.

XX. Hic locus est plura de infelici illa capitum diuisione, et coniunctis ei rei lemmatibus disputandi; qua de re visum est hic vno loco ita dicere, vt totam complecti aliquis animo possit, ac tum in his, tum in aliis libris eorum quae hic disputata sunt meminisse. Iam ipsos antiquos scriptores vno fere tenore et continuatione libros scripsisse, satis constat, vt non tantum historias in vnum perpetuum et vndique cohaerens corpus redigerent, sed ea etiam, quae diuersitatem aliquam habent, arte quadam inter se deuincirent, latentibus, vt in Corinthia columna membrorum finibus, aut in statuarii opere commissuris, et subtiliter permistis, velut in pictura extremis partis cuiusque lineis. Cuius rei nescio an clarius et mirabilius exemplum exstet Ouidiano Metamorphoseon opere: quod qui vno quasi spiritu legere volet, ille demum poëtae ingenium mirabitur, qui mille partes dissimillimas ita inter se coagmentauerit, vt vno solido factum marmore totum illud templum videatur. Ita quam apte Plinius ille naturae historicus transitione res saepe diuersissimas connectit? vt vnum voluisse illum librum vno quasi protelo percurrere appareat. Quae cum ita sint, dissecuisse antiquos, quae scripsissent, in partes libris ipsis minores, non est probabile: qui librorum ipsam diuisionem ad voluminum et chartarum modum necessitate quadam attemperauerint.

XXI. Sed exortum tamen mature est genus quoddam, vnde gradus ad capitum, quae vocant diuisiones factus est. Nimirum qui de rebus diuersis scriberent, quas non omnes omnis palati esse praeuiderent, ii solebant *indices* quosdam, *lemmata*, *summaria* (his enim vtuntur vnius eiusdemque rei nominibus auctores idonei) apponere libris suis, sed non partibus eorum, quas ita distrahere et lacerare nolebant, verum vno in loco sub conspectum legentis ponebant vniuscuiusque argumentum libri. Hoc Valerius Soranus fecerat, cuius se exemplum secutum ait Plinius in ipso praefationis fine, cui indicem illum subiungit, quo liber totus primus impletur. Hoc Gellius, hoc Solinus fecit, de quorum summariis plenissime, vt solet, disputat in praefatione ad opus magnum Claudius Salmasius. Quod vero ait, ab initio tantum operis, et post praefationem positos id genus indices, oblitus est credo Columellae nostri, qui diserte docet in ipso fine libri, qui vndecimus nobis est, se illo loco *omnium*

librorum

librorum suorum argumenta subiecisse, vt, cum res exegisset, facile reperiri possit, quid in quoque quaerendum, et qualiter quidque faciendum sit. et habet in eo ipso loco lemmata Lipsiensis Codex et Goesianus, nec ipsa tamen multum editis meliora, aut talia, qualia a Columella scripta iure putes. Quin Martialis quibusdam epigrammatibus v. g. Xeniis, nisi tamen aenigmata voluit scribere, plerisque, apposita lemmata fuisse, nec aliter potuisse, res ipsa loquitur. Alia quaestio est, vtrum ea, quae habemus, sint Martialis, quod de toto hoc genere merito negat Sanctius Mineruae 3, 14, p. 507. Sed illud plane diuersum scriptionis genus est, et a nostro proposito alienum.

XXII. De nostris illud tenendum: Varronis quidem et Columellae libros, ita inter se cohaerere, vt diuisio in capita, quae nunc habetur, plane auctorum consilio repugnet. Testantur hoc ipsi etiam antiquissimi libri, qualem Varronis non ipse modo Victorius tractauit, sed item etiam de eo ostendit, quo Nonius vsus est. vide illum in ipso explicationis suarum in Varronem castigationum principio, itemque ad 1, 60, 1. quem compilauit suo more Popma ad Varr. 3, 17, 9. Et quo quisque antiquior est Columellae liber, eo minus discerptus est, eo minus habet lemmatum. Palladius vero in *titulos*, quos ipse vocat, opus suum distribuit, si ipsi credimus Oct. 12, 9: verum ita, opinor, vt non interponeret lemmata ab orationis serie seiuncta, sed primis fere tituli cuiusque verbis indicaret illius argumentum. Eandem fere rationem, vt retro quasi tandem ad hunc veniamus, cui primae debentur alioquin, Priscus ille Cato noster tenuisse videtur. Ille enim, modo liber qualem nunc habemus talis de manu ipsius exierit, qua de re ante disputabamus; Cato igitur, vt quidquid vsu venit aut memoriam subiit, ita in chartam coniecit, nulla ratione habita ordinis, sic tamen vt primis fere verbis, quoties scribere inciperet, qua de re dicturus esset, indicaret. Haec ita se habere tanto videbit apertius, quo quisque diligentius ad libros veteres attenderit.

XXIII. Iam quibus quasi gradibus in eum statum res peruenerit, quo nunc est, videamus. Primum vel auctorum ipsorum argumenta (quae seorsim ipsi vniuersa posuerant, vti diximus) vel, idque multo frequentius, alia quaecunque lemmata margini commiserunt ipsorum locorum, ad quae pertinent, raro illi quidem omnium, sed prout vsus, libido, impetus, aut quaelibet altera causa suasisset: nunc densiora, nunc rariora, longa, breuia, apta, inepta, cuius rei exempla plura inueniet, qui vel ad dimidiam horam in manus sumere Lipsiensem Columellam voluerit. II. Quoties vero ita conueniret, vt verba ipsius auctoris lemmatis instar esse possent, ea ipsa indicis loco in margine posuerunt. vid. Ca. 10. it. 11 et 12 pr. it. 37. 57. 66. 106. 107. 110. 136. 161. Varr. 1, 59. 1, 60. Col. 12, 46 et 47. III. Cum libri antiquissimi vna serie atque tenore scripti essent, iique distinctionibus et interpunctis, quibus nunc vtimur, fere carerent, non potuit fieri, vt accurate satis lemmata illa responderent auctorum

 verbis,

verbis, quare superuenientibus librariis imperitis atque barbaris, qui vellent superare ornatu archetypos suos, et indices illos, quos, *rubricae* vt fierent, minio pingebant, tanquam emblemata quaedam intexere, saepissime absurdum in modum distracta sunt, quae auctores volebant coniunctissima. Vid. exempli causa Col. 2, 11, 1. 4, 12 et 13 itemque 16 et 17. Col. 12, 11 et 12 tum 14 et 15. Ita pars vltima cap. 51 ad 52 adiuncta. Ac poterat illis malis acutior aliquis facile mederi. sed vt est prona in vitia mortalitas, successerunt interdum his, qui medicinam multo peiorem facerent, et ita concinnarent verba, vt vestigia illa continuatae orationis abolerentur, certe obscurarentur. IV. Porro cum otiosa aliis viderentur verba iterum posita et rubricam solam seruarent, eam vero ipsam, alii vel differrent minii defectu, paullo post explendam, vel plane ornatum non necessarium omitterent: ea res truncandis capitibus occasionem dedit. Exempla supra ad n. II. dedimus. V. Denique alii, vel vt minio parcerent, vel alia de causa, vel temeritate, ea, quae lemmatis stationem tueri verba aliena debebant, ipsius auctoris contexto immiscuerunt. e. g. C. 3, 7 extr. Var. Lect.

XXIV. Post multiplicem illam a lemmatis calamitatem, mirum non est I. quae hodie interposita leguntur Catoni et reliquis, ea vehementer inter se inuicem discrepare, vt nulli fere libro cum altero conueniat, nisi quod, vt quisque est antiquissimus, ita minime illis phaleris ornatur. II. Sententiae auctoris saepe adversari, vel quod distrahunt, quae coniuncta esse debebant, vel quod vix partem aliquam attingunt eorum, quae tamen comprehendere videntur omnia. III. Quae tolerabilia sunt, ea fere ex ipsorum verbis auctorum repetita, aut plane ex lemmatum statione ad contextum orationis reuocanda esse. Quae cum ita sint, non reprehendendum credo consilium nostrum, quod I capitum quidem diuisionem, a primis inde editoribus acceptam, qualis Commelino placuit, seruauimus, non quod ea commodissima sit omnium, sed quod ad eam fere prouocatum adhuc est in sexcentis libris. quam ob causam non posset sine lectorum iniuria omitti. Lemmata autem a contexto auctoris plane remouimus, si qua tamen ad corpus ipsum orationis pertinere viderentur, ea reuocauimus in stationem suam. verbo, operam dedimus, vt, quantum eius fieri posset, prisca facies hac etiam parte bonis rusticis rediret. Denique lemmata Commeliniana scriptoribus praeposuimus, collata in Columella cum Lipsiensis codicis lemmatibus iis, quae vndecimo nostrae diuisionis, siue vt ille librarius numerat, duodecimo libro subiecta sunt, vt vel hoc solo specimine, quae de varietate lemmatum diximus, confirmentur. Plura passim adnotauimus, hic non repetenda. Illud solum iuuat adiecisse, Meursii iras et stomachum bonam partem in vulneribus Catoni per lemmata illatis occupari; Clariss. Pontederam per totum Catonem in eadem lemmata crisin sanam et salutarem posterioribus adnotationibus suis exercuisse. Cl. Morgagnum autem Ep. 1, 63 luculenter ostendisse, quam contra mentem auctoris Columellae capita quae vocantur saepe diuisa sint.

XXV.

XXV. Iam vt pergamus commemorare, quid a nobis fit praeſtitum, varietatem lectionis tum in MSS. tum in editis, quarum deinde Catalogum dabimus, obſeruatam, ſeparatim ſub vnum conſpectum poſuimus, compendio ea in re et notis vſi, quas poſt Catalogum explicatas dabimus, qua in re non modo faſtidio lectorum conſuluimus, qui haec non amant, quod nunc tanto facilius ea poſſunt praetermittere; et voluntati eorum, qui breui via ingenia veterum et recentiorum librariorum diſcere cupiunt, et ad Criticam facultatem adſpirare [m]: ſed etiam ſpatii multum lucrati ſumus. Quid? quod pluribus Meurſii in Catonem notis plane ſuperſedere potuimus. Vſi ſumus ſimili libertate nonnunquam in Clariſſimi Pontederae adnotationibus; non vt integras omitteremus, neque enim ille vnquam ſolam varietatem propoſuiſſe contentus fuit, ſed vt iam poſitam a nobis varietatem non repeteremus. Ita interdum loca, ex auctoribus noſtris plenius laudata a Viro Doctiſſimo, non tota poſuimus, ſed indicauimus tantum librum, caput, ſegmentum, vbi legerentur. Cum enim ille ita ſcripſerit ſuas adnotationes, vt legi per ſe intelligique poſſint, etiamſi quis libros noſtros ad manus non haberet, concedendum hoc nobis fuit, vt non cogerentur emtores, in quibus ſunt multi viri boni, ſed non nimis beati, certe nummati modice, bis emere, aut ſaepius in eodem libro expreſſa verba eadem, quae facili nimis negotio poſſent euoluere. In Cl. SCHOETTGENII annotationibus vſi ſumus ea libertate, quam ipſe nobis vltro per literas detulit, operamque ſtudioſe dedimus, vt pudoris vtriusque noſtrum ratio conſtaret, neque ſpero vnquam futurum, vt vel ipſe vel alius quisquam candorem in nobis honeſtatisue vllam partem deſideret.

XXVI. Atque vtinam aeque facile alios cauere errores atque peccata potuiſſemus, quorum ea demum lege veniam nobis dari petimus, ſi conſilio et volentes neminem hic hominem laeſimus, errorem ſuum aſpere exprobrauimus nemini, laudem ſuam nemini inuidimus, alienam ipſi inuadere nunquam ſumus conati. Tanto aequius nobiscum agent idonei harum rerum arbitri, quod per curſum huius operis varie ita ſumus iactati, vt non vno tenore, et per tranquillitatem quandam, hoc agere potuerimus, ſed ſaepe nimis vel mutare conſilia, vel ad intermiſſa redire, coacti ſimus. Interceſſit enim, ne alia commemorem, non dicenda, niſi cogamur, per hosce nouem annos, quibus hoc ſaxum voluimus, primo mors THOMAE FRITSCHII, quae incredibilem rebus noſtris plagam intulit; deinde multo luctuoſius vt reip. ita nobis fatum WILHELMI ERNESTI, Principis Vinarienſis, quod nos Bibliotheca vna locupletiſſima eius inſtrumenti, quo hic opus erat, mox vrbe ipſa excuſſit, et migrare per CXX millia paſſuum coëgit Onoldum, vrbem longe illam quidem mihi dulciſſimam, vel quod patria eſt, et pueritiae noſtrae nidus, vel quod Principes habet et proceres

 in

m) Qui hac mente ſunt, iis non legendam, ſed ediſcendam iam alias commendauimus auream BVRMANNI in Iuſtinum 1722. 12 editum praefationem, quae mirifice nos confirmauit.

in me indulgentissimos, vel quod humanissimis viris abundat et nobis amicis; sed vbi propter alia impedimenta nulla spes erat perficiendi. Hinc Lipsiam remigrare per CLX. M. P. iussus, inueni denuo Bibliothecas et commoditates reliquas; inueni CASPAREM FRITSCHIVM, qui fratrem mihi suum redderet, et cum sua liberalitate animum mihi adderet, ad telam strenue pertexendam, tum quod cultum operi eum destinaret praestaretque, quem in hoc genere nescio an viderit Germania. sed morbum etiam inueni, qui per binos impetus plures mihi menses eriperet; labores inueni plures quam putabam.

XXVII. De typorum erroribus nihil aliud dico, quam illud me negotium operarum peccata cauendi semper deprecatum; mandatum autem esse viris longo vsu harum rerum exercitatissimis, eorumque industriam honestis praemiis excitatam. Itaque credibile est, quam paucissima hic peccata esse: quae quidem in hoc genere obseruaui, ea in Addendis notarum retuli. Minutias distinctionum et reliqua, quae difficulter nimis humana cauet natura, quo quis est harum rerum peritior, tanto aequiore animo condonabit. Desinam cum laudauero ante operam diligentem, ingeniosam, et liberalem duorum iuuenum disciplinae meae in Vinariensi Gymnasio alumnorum IO. RODOLPHI ENGAVII et CHRISTOPHORI HENR. REIDEMEISTERI, qui Lipsiae etiam in contubernio meo cum esset, denuo multum me adiuuit. Ambo certe oculos, manum, doctrinamque, qua pollent, minime vulgarem ita fideliter liberaliterque commodarunt, vt absque iis si fuisset, destinata perficere non potuissem. Horum prior I. V. in Ienensi Academia Doctor iam praemia virtutis suae capere incepit, et collectos doctrinae thesauros aliis impertitur: hic in contubernium primarii Theologi assumtus, et filiis ipsius educandis praefectus, et ipse non ita multo post dignum virtute sua atque doctrina locum, quod auguror, nanciscetur. Si quis praeterea nobis et rusticis aliquid praestitit, cuius nomen scribentibus ista excidit, quando per absentiam nostram hunc memoriae errorem corrigere non licet: eum rogamus, vt obliuionem interpretari, quam ingratum consilio animum malit.

Colum. 5, 1, 2.

IN MAGNA SILVA BONI VENATORIS EST, INDAGANTEM FERAS QVAM PLVRIMAS CAPERE, NEC CVIQVAM CVLPAE FVIT NON OMNES CEPISSE.

LECTO-

LECTORI DOCTO ET AEQVO
IO. AVGVSTVS ERNESTI.

Cum Scriptorum rei ruſticae editio, a I. M. GESNERO curata, repetenda eſſet, recepi, quod ad me deferebatur, vt eam repetitionem conſilio meo regerem, et vel accuratiorem vel ornatiorem efficerem. Quo in negotio quid ſecutus ſim, quid fecerim, breuiter videtur eſſe dicendum.

Prima igitur cura fuit, vt ſuperioris editionis exemplum, quod operis traderetur, a vitiis liberaretur, quae vel operarum vel correctoris negligentia irrepſiſſent, ſpeciminum autem typographicorum emendatio committeretur viro, qui ei rei, in talibus ſcriptoribus, et doctrina et diligentia par eſſet. Textum autem ipſum, a GESNERO conſtitutum, plane intactum reliqui, neque quicquam mutare aut addere ſuſtinui, etſi quibusdam in locis mea de lectione opinio ab illius iudicio diſcrepabat; niſi quod ipſe ſua manu in exemplo ſuo vel correxiſſet, vel addidiſſet. Nec magis notas eius meis interpolare volui. Etenim omnino, ſi hoc agere vellem, vt perpetuas in hos ſcriptores notas meas adderem, videbam, quantum mihi temporis laborisque in iis tractandis inſumendum eſſet: a quo etſi me non laboris fuga, tamen illud auocabat, quod intelligebam, huius tanti tamque longi laboris fructum paene nullum fore; cum ſatis mihi conſtaret, hos libros, vel propter argumenti genus, vel propter difficultatem intelligendi, in tanta multitudine verborum, lectoribus fere nouorum, a nimis paucis, ac prope dicam nemine, legi. Profecto, ſi quis hos ſcriptores totos ac deinceps omnes perlegere inſtituerit, ei accidere poſſe crediderim id, quod ante multos annos mihi, cum Plinii maioris libros ita legentem ac tractantem oppreſſiſſet amicus valde ille eruditus. Nam cum ei, quid agerem, quid libri in manibus haberem, quaerenti reſpondiſſem, quod erat; tum ille admirabundus: Vniuerſum tu hoc tantum ac tam difficile opus? non putaui, inquit, quemquam hoc tantum

tum

tum opus totum legere: nec, quoad vixi, aut in his, aut aliis regionibus vidi, qui se totum legisse diceret. — Neque tamen nihil operi in hac repetitione accessit.

Primum igitur addidi COLVMELLAE Varietatem lectionis e Codice illo antiquissimo et celeberrimo Parisiensi in monasterio Germani, cuius potiundae GESNERO, quamquam optanti et roganti, potestas data non fuit. Eam mihi oblatam ante a FRANCISCO OUDENDORPIO, cum ipsi aliquid ex eo genere suppeditassem, misit per RVHNKENIVM V. C. filius. Sed huius Codicis lectiones a Gesneriana diuersas, non varietati, inter textum operis COLVMELLAE et notas virorum doctorum positae, immiscui, quod fore videbam opportunius iis, qui Columellae libros legerent: sed ad calcem subieci. Causam habui hanc, quod id aptius putabam iis, qui totam illam varietatem et in verbis et in scriptura, ad vsum criticum in scriptoribus latinis tractandis, cognoscere vellent: quod animaduerti factum a viris quibusdam doctissimis. Nam vidi in notis criticis ad veteres latinitatis auctores, vt a DRAKENBORCHIO in Liuianis, aliisque, lectionum harum mentionem fieri ita, vt iis ad decernendum vterentur. Ceterum ex his Codicis lectionibus non parum emendationis accedere Columellae posse existimo, idque etiam specimine, quanquam breui, demonstrauit vir doctus in Obseruationibus Doruillianis T. VII. p. 274.

Aliter feci in PALLADIO. Eius exemplum, antiqua manu scriptum, cum Erfurti, in Collegii Amploniani Bibliotheca, inter alios libros scriptos reperisset I. FR. HEKELIVS vir doctissimus, eius diligenter cum exemplo Gesneriano collati varietatem mihi ad huius nouae editionis vsum misit, eo maiori beneficio, quo minus preces meas exspectarat. Eas ergo lectiones immiscui ceterae varietati, addito interdum meo de iis iudicio. Vniuerse ille Codex quidem cum libro Lugdunensi valde consentit, sed habet tamen etiam multas lectiones suas, in his quasdam vulgatis, vt existimaui, meliores.

Quinto

Quinto anno post (1740) quam absolutum GESNERI opus prodisset, PONTEDERA V. C. is, qui ipsi notas quasdam suas ante miserat, praeclarum *Antiquitatum rusticarum* opus edidit Pataui, epistolarum forma factum. Inter eas epistolas est vna, proprie illa ad Gesnerianam Rusticorum Scriptorum editionem pertinens: in qua ita de hac iudicat, vt vel iniquitas viri vel morositas incurrat in oculos. Ei putamus satisfactum a GESNERO ipso, in Epistola ad REIZIVM V. C. Luciano huius praemissa: ad quam, qui velint rem causamque cognoscere, amandamus. Sed aliae ibi epistolae sunt, quae locos horum scriptorum, vel ad emendandum vel ad explicandum, sed magis in illam partem, tractant. Primum venit in mentem, excerptas inde vel emendationes vel interpretationes, suis quasque locis, addere scriptoribus singulis: post melius visum epistolas ipsas integras ad calcem operis adiicere. Itaque fecimus, notatis locis singulis per sectionum minutarum numeros, vt vsum volentibus paratiorem faceremus.

In Varronis pulcerrimo et iucundissimo opere, L. III. initio, est elegantissima horti Varroniani, in eoque *Ornithonis*, descriptio. Ea habet communem cum omnibus aliis huius generis descriptionibus difficultatem rei et accurate intelligendae, et ex orationis vel obscuritate vel ambiguitate ad figurae euidentiam reuocandae. Etenim, vt alibi demonstrauimus, haec operum talium communis est natura, vt ea, etsi non modo spectator, sed artifex ipse talium operum vel inueniendorum vel struendorum, idemque ad bene accurateque scribendum exercitatus, tamen non possit ea oratione exprimere, ex qua oculis subiici graphidos arte, sine errore ac sine magna difficultate possit. Itaque cum interpretationi verborum eius descriptionis addi placuisset eius ornithonis figuram e verbis ductam: non est mirum, si in ea ars aberrauit a veritate. Sed error animaduersus est oculis ad opera huiusmodi spectanda exercitatis et eruditis, inprimis SEGNERI, V. Ill. qui non modo GESNERVM literis ad eum scriptis monuit, sed etiam in Schedis Halensi-

 bus,

bus, quae tum ſuper variis rebus edebantur, de ea re ſcripſit, et eius ornithonis formam ſuo modo e Varronis verbis ductam, et graphide expreſſam propoſuit. Rogauimus virum illuſtrem, daret hoc tum memoriae amici veteris, tum beneuolentiae in viuum, hoc eſt, nos, vt, quae olim diſſipatis locis ſcripſiſſet, ſub ingenii ſui acumen reuocaret, et ſuam ſuper ea re ſententiam latine explicatam, addita ornithonis forma, ad ſuam ſententiam adumbrata, ſecundo huius operis Volumini inſerendam nobis mitteret. Annuit, quod rogaramus, atque etiam corollarium beneficio addidit, quod et ipſum gratum futurum iis, qui hos ſcriptores cognoſcere cupiant, ſperamus.

Indicem porro editionum ſuperiorum, qui a GESNERO in capite voluminis primi propoſitus erat, recognouimus, aliquot locis et emendauimus et auximus, denique ad huius editionis tempus accommodauimus, deletis indiciis bibliothecarum, quae iam nullae ſunt, diſtractae ac diſſipatae poſt dominorum mortem. Omnino in hoc genere indicii ſaepe liberaliores ſunt viri docti, quam eſt opus. Nam ea indicia fieri debent, vel ad fidem faciendam alicui generi exemplorum: quod interdum et fictae ſunt editiones librorum graecorum et latinorum, eaque praecipua cauſſa eſt: vel vt viri docti, ſi qui in aliquo ſcriptore vetere emendando accurate cupiant verſari, vnde exempla antiqua e libris ſcriptis ducta, et ad textum conſtituendum profutura petere poſſint, cognoſcant: quod tantum in publicis ſatis valere, certe ſatis diu, in promtu eſt.

In Lexico denique ruſtico, ſi quid hoc tempore, dum legimus hos ſcriptores ruſticos, praeteritum reperimus: cuius cognoſcendi cauſa ſaepe id inſpeximus, qui experti ſcimus, quam facile aliquid praetermittatur, quod non debebat: huiusmodi quid igitur, ſi reperimus, id ſuo loco inſeruimus.

Haec fere ſunt, quae in hac editione curauimus ac fecimus: quibus, vt Lectores aequi contenti ſint, rogamus: atque ita facturos ſperamus. Scr. Kal. Octobribus a. C. CIƆIƆCCLXXIII.

I. GEOR-

I.

GEORGIVS* ALEXANDRINVS
BERNARDO IVSTINIANO
EQVITI ET SENATORI FACVNDISSIMO,
SALVTEM.

Pisistratus Atheniensis patria sua per tyrannidem potitus, siue vt aliquid faceret, quo tyrannicum scelus minus inuidiosum foret, siue Homerica maiestate motus, vatis praeclarissimi carmina dispersa, atque membratim per vniuersam Graeciam dissipata, ad se proposito praemio deferri curauit. Sed quum illa lucri cupiditate indistincta, promiscua et temere cumulata, plurimi attulissent, grammaticos accersiuit, qui tunc eruditissimi habebantur, id oneris iniungens, vt illam carminum molem indigestam accurate excuterent, penitus rimarentur, et prudenter reuolutam apte distinguerent. Qui tyranno obsequentes, versus, quos tanti vatis non putauerunt, omnino a familia Homerica submouerunt, vtpote subditicios, et in Homeri domum mendaci inscriptione ingressos; aliis asteriscum imposuerunt, qui lucis indigerent; alios, qui infra poetae dignitatem viderentur, obelisco confoderunt. Vnde factum est, vt diuini poëtae opus, quod prius ordine fortuito legebatur, Pisistrati impendio et acri grammaticorum iudicio commode diuisum, purum, candidum et ex omni parte speciosum habeamus, quod in duo diuisum volumina de facti nomine ῥαψῳδίας Graeci dixerunt. Quam vellem, vt nostra aetas aliquem Pisistratum sortita esset, qui praemiis hos ad veterum scripta indaganda incitaret, vt libri in tenebris iacentes a situ et foedo tinearum atque blattarum morsu vindicari possent; illis mandaret vt studiose, qui in lucem prodirent, quique in manibus habentur, eos perlegerent atque emendarent. Quod si nobis concederetur, quorum saeculo ars haec imprimendorum librorum excogitata atque in summum culmen euecta est, forsan maxima illa Latinarum literarum iactura plurima ex parte reparari posset. Sed proh dolor res in contrarium cessit. Nam docti pariter et indocti ad corrigendos libros passim concurrunt, quasi in compitis et in plebe vulgaria illa decantentur, quae felicioribus temporibus remotiora et recondita, mediocriterque doctis incognita fuerunt. Quare quum res difficillima sine cura discriminis et sine iudicio fiat, vix ausim dicere, obfueritne magis, an profuerit latinis literis nouum istud artificium, nisi copia librorum ingenia multorum acuet, solertiamque excitabit, qui collatis libris deprehensisque erroribus, meram veritatem quandoque assequentur. Igitur cum Nicolaus Ienson Prisci Catonis librum viri censura triumphoque insignis, et sui confessione acui optimi sine aemulo agricolae impressurus esset, nec non et tres doctissimi illius Varronis libros, qui potius par quam aemulus Graecorum scriptorum in quocunque disciplinarum genere fuit; etsi huiusmodi recognitionem saepe recusassem, quod peritissimi antiquarii et otiosi hominis foret: non potui satis honeste bonis et studiosis viris id petentibus negare, praesertim quum se vereri dicerent, ne temerario et velut sacrilego quorundam conatu de maiestate Catoniana, Varronianaque doctrina, plurimum nobis tolleretur. Id quod deprehendebant ex quibusdam exemplaribus, in quibus pauca admodum, quae vere Catonis atque Varronis dici possent, offendissent. Quae res hoc item effecit, vt in prima vtriusque scriptoris parte nonnulla putem aliter legi posse.** Sed nostra haec correctio primum repentino et graui morbo intermissa, tum ne impressorum operarii cum dominorum noxa feriarentur, praecipitata fuit, alioquin diligenter examinanda et pro varia et recondita priscarum rerum, veterumque vocum copia maturanda. Nam quid Catone, nostrarum literarum parente (vt Plinius ait) antiquius? Apud quem multa in literis remotissima, et ipsis pontificum libris obscuriora, nostris hominibus, tum ignorata, tum desita leguntur. Quare studiosum et accuratum lectorem rogamus, vt si vel legendis veterum libris, vel vsu aliquo rei rusticae, priscarum dictionum significata cognouerit, hunc antiquum et adorandum patrem iuuet. Hoc idem de Varrone dico,*** qui tribus libellis omnem agricolationis rationem subtiliter et prudenter diuisam cumulato in dialogi morem absoluit: abs quo non pauca Mantuanus vates in Georgicum suum carmen transtulit, atque ita longe Hesiodum reliquit, praecepta rustica in partis quatuor partitus, ratione diuersissima ab ea, quam Seruius Virgilianus interpres, alias doctissimus, in explananda Georgici carminis quadripartita propositione tradit. In qua re plurimum dissererem, nisi ex iis libris, qui nunc frequentissimi habentur, id luce clarius constaret. Sed vt lector laetior ad haec legenda accedat, quaedam annotaui-

* *Habetur in Iensoniana editione 1472 et in Bonon. 1494 fol. pertinet ad Catonem et Varronem.*

** *An hoc vult dicere, se non statim in principio ad hanc editionem ornandam aduocatum, eoque deterius aliquamdiu rem gestam esse?*

*** *Ad haec verba ista Politianus adscripsit: Fortasse hoc Varro non in his libris exposuit, sed in oeconomicis potius, quarum primus liber Matrisfamilias officia, secundus Patrisfamilias continebat; tertius agriculturae rationem, vt Seruius docet in primum librum Georgicon, post prooemium.*

annotauimus striktim enarranda, in quibus alioquin multi dubitarent. Quaedam intacta reliquimus, quae nos adhuc lateant, vt possint alii, vel libris fidelioribus repertis, vel ingenii bonitate et egregia praeceptorum doctrina de eruditione et diligentia laudem quaerere. Nam plurimum rei Latinae referret, hos auctores, qui primi Romano generi omnium rerum expetendarum praecepta tradiderunt, quam emendatissimos facere. Sed hanc emendationem nostram, qualiscunque ea sit, tibi dicamus, BERNARDE IVSTINIANE, praeclare senator, militiaeque insignibus decorate, quem in omni publico munere magnificum atque prudentem fere omnis Europa cognouit. Nam in censura domi mirabili quodam temperamento seuerus humanusque fuisti. In dicenda sententia quis senator te grauior? copiosior? et vehementior auditur? Foris vero in gerendis magistratibus, quanta tua fuit clementia atque iustitia? Sed in obeundis legationibus peculiarem illam domus tuae cum sapientia eloquentiam adeo praestitisti, vt vere Leonardum illum Iustinianum, patrem tuum, oratorem clarissimum, vt corpore, ita spiritu et eloquentia reddideris, possitque in familiam Iustinianam per continuam seriem oratorum id dici, quod in Curionum laudem de eloquentia historiae commemorant. Igitur, disertissime Patricie, si quando a publicis negotiis otiosus fueris, rusticos hos libros, quos legisse nec inutile nec indecorum erit, paulo accuratius perlegas. In quibus (quia in vtraque lingua polles plurimum) siquid mendosum inueneris, in studiosorum vtilitatem emendabis, vt possint latinae quoque literae de eruditione ita debere, quemadmodum de prudenti et generoso consilio res tua publica tibi debet. Vale.

II.

GEORGIVS * ALEXANDRINVS

DOMINICO GEORGIO,

INSIGNI PATRITIO. S.

Franciscus Philelphus, quo primum magistro ad litteras Mediolani sum vsus, quotiens a discipulis interrogaretur, immo vero, vt est comis facilisque natura, eos vt de se multa quaererent hortaretur, illud duntaxat affirmabat, quod exploratum sibi certumque fuisset, nixus semper tum nostrorum, tum Graecorum scriptorum testimonio. Quod si quempiam [*forte* quidpiam] vel parum constitisset, vel in praesens non succurrisset: non pudebat tantum virum scriptores euoluere, vel, si per otium id non licuisset, studiosos iuuenes ad libros remittebat, locum indicans, vbi quod consuleretur tractari explicarique putasset. Nonnunquam etiam si in exponendis auctoribus sententiam minus veram protulisset, tum autem ex lectione varia, aut ab alio vel aemulo diuersum cognouisset; libenter sua damnata expositione alienum sensum comprobabat. Adeo veram doctrinam colebat, tantaque ex fide discipulos erudiebat, vt nunquam contentiosus in veritatem insurgeret, aut iuuenum mentes iis praeceptis pateretur imbui, quae aliquando cum dedecore et damno dediscenda forent. Admirandus profecto vir, et ab iis inprimis colendus atque sectandus, qui prompto et expedito ingenio praediti honestam cupiunt eruditionem. Gregorius item Tifernus praeceptor noster, nunquam a me sine honorifica et grati discipuli praefatione nominandus, qui viam ad multa aperuerit, quae non dico ignorata, sed vix animaduersa a doctis viris nostro tempore fuerunt. Adeo acutus et exactus rimator Romanae antiquitatis et censor Latinae litteraturae seuerus fuit, vt non modo id probatum elegansque duceret, quod priscorum vsu confirmaretur: sed inter eos, qui in bonis litteris illustres olim fuissent, iudicium atque discrimen exigebat: quando quidem alius eruditioni magis quam eloquentiae conferret: contra in alio eloquentia maior quam eruditio spectaretur. Illud item ante omnia ab ingenuo praeceptore, qui vtilitati discentium consuleret, vitari dicebat, id sibi fidei postulare, quod plerique omnes magistri facere solent, vt sine locuplete teste aut ratione constanti, quae enarraret, credi vellet. Et vt fuit omnibus bonis artibus tam Graece quam Latine instructus et in nostra memoria doctissimus ac sine simulatione praeceptor verissimus: sic eos maxime omnium promeritus fuit, qui reconditae alicuius et indubitatae doctrinae amatores fuerunt. Sed quorsum tanta et tam longe de Philelpho Tiferno que repetita? Vtinam post ea tempora, quibus latinae literae diu turpiter oppressae et indigne iacentes paulatum respirare et se erigere coeperunt, pulsaque foeda barbarie maiestas Latina aliquantulum emersit, qui publice per Italiam professi sunt, siue ii publico salario conducti, siue priuatis discipulorum impendiis legerent: aut minus sibi arrogassent, aut quos docebant insolescere non docuissent. Nam iam excitatis studiis, reque Latina in maius crescente, si iuuenes ingenue (vt par erat) ad diligentiam magis quam ad insolentem negligentiam instituti fuissent: nostris temporibus in Romanam elegantiam exquisitamque eruditionem prope ventum esset. Sed pro nefas, perniciosam illam consuetudinem, qua nulla maior pestis studiosis afferri potest, in scholas intulerunt, vt quotienscunque paulo solertiorem discipulum nacti forent, plus quam conueniret eblanditi atque laudibus attollentes, hunc ex Plauti atque Terentii anima constare dicerent; in illo vim et copiam

* *Habetur in sola Iensoniana: et pertinet ad Columellam.*

copiam Ciceronianam plane spectari; alium διὰ τὴν τοῦ Πυθαγόρου παλιγγενεσίαν (per Pythagorae regenerationem) post longa tempora Virgilium referre; illum vero Nasonem effingere; hunc ita facere vt alterum Liuium iam Latini habere possint. Quae nugae eo superbiae atque arrogantiae multos perduxerunt, vt isto illiberali sermone et insano praecipientis iudicio contenti, spreto studio, propalam de omnibus se dicturos pollicerentur, omneque scriptorum genus tractare auderent. Quod si vnquam ratio grauior petita, vel firmius testimonium quaesitum fuisset, praeceptoris verba recordati, stulteque elati, nil aliud respondebant, nisi Pythagoreorum exemplo αὐτὸς ἔφη, hoc est ipse dixit: quamuis ipse non esset Pythagoras. Ex qua impudenti temeritate intolerabilique arrogantia lectiones tum variae et dissidentes, tum peruersae atque confusae nobilium auctorum habentur: et his potissimum diebus quibus in publicum commodum exprimendarum litterarum ratio, barbaro inuento barbaraque meditatione excussa fuit: vt saepe stomachatus fuerim, cum libros me conferre [*forte* conferente] egregias et proprias dictiones iam sublatas viderem. Quam ne rustici scriptores indignitatem paterentur, et praecipue L. Moderatus Columella, amicus quidam priscarum vocum assertor a me impetrauit, vt inter multas curas grauisque labores collatis exemplaribus quoad possem facundissimum agricolationis doctorem iuuarem. Quod tamen onus cum a me deprecarer, acrius instare coepit prolato codice quodam vmbilicis geminis decorato, aurea fronte insignito, viridi aluta circumtecto, coccineisque litteris superbo, quem diceret ab eo fuisse exscriptum archetypo, quod vnus ex eorum numero, de quibus paulo ante diximus, emendasset. In quo cum elegantes reconditae et Romanae voces in obuias tritas et peruulgatas, et, quod aegrius ferendum fuit, a scriptoris sensu alienissimas, conuersas offendissem: deploraui primum scriptoris Latinissimi casum, tum ignauiam et arrogantiam saeculi nostri conquestus, L. Columellae libros potius paulo diligentius perlegendos quam emendandos suscepi, quando intra XL dies instantibus impressoribus res multorum alioquin dierum conficienda foret. Quare pro eo otio, quod nobis tunc concessum fuit, proque ingenio nostro et ea doctrina, quam perexiguam in nobis cognoscimus, multis in locis elegantissima haec colendi agri praecepta iuuimus, ita nobis temperantes, vt nihil aut truncaremus, aut adderemus mutaremusue, nisi quod nobis luce clarius constaret. Nonnihilque dubitauimus, vtrum finem sexti libri recideremus, qui eadem iisdem fere verbis illic repeteret, quae in tertio iam praecepisset.* Sed cum nonnulla legerentur a superioribus praeceptis vel in verbis vel in re discrepantia, nolui temere falcem alienae messi (vt aiunt) supponere, illudque satis habui, hac praefatione consilii nostri lectorem admonere. Quantum autem noster hic labor litteris Latinis profuerit, te iudicem facio, Dominice Georgie, facunde senator, magnifice Patricie, quem omnibus prope muneribus, quae in sanctissima atque amplissima republica maxima habentur, functum gloriose videmus. Cuiusque integritas generosum prudensque consilium, dicendique vis atque copia, siue in agendis causis, siue in consilio patriae dando, adeo mentes auditorum intrat, penitusque in sensus omnes penetrat, vt te velut tonantem saepe senatus admiretur et stupeat, arbiterque quodammodo curiae dicaris. Porro in Veronensi praefectura, tum vero Patauina ea fuit cum iustitia continentia, vt nullo in praefecto vnquam aut magis temperata desideria, aut moderatiora remedia, spectata fuerint: ita omni ex parte tibi ipsi imperans, miti quadam austeritate, placidaque constantia, iura populis prudenter et fortiter dixisti. Quare factum fuit, vt te patria saepius desiderauerit, generosique patres sententiam tuam frequenter recordati aegerrime absentiam tuam ferrent: Populi vero, humanitatem clementiam bonitatemque tuam experti, te non vnius anni praefectum, sed praefectorum vices perosi plurium annorum vellent: nimisque festinantes menses, et perquam breuis ille videretur annus, per quem magistratum apud eos ageres. Caeterum ne te poeniteat in ciuilibus negotiis diutine versatum, atque semper magna tractantem, res rusticas humilemque materiam legere: quando Romani quondam patres iis manibus, quibus gentes domuerant, arua colerent, atque ex agris consulem dictatoremque accesserent, adeo opere rustico delectati, vt vrbico oneri renunciantes ruri velut in portu et quiete vitam agerent. Apud caeteros etiam populos de cultura agri praecipere principale fuit: siquidem reges fecere Hieron Philometor Attalus et Archelaus: duces item Xenophon et Mago poenus poenica lingua. Te praeterea oblectabit scriptoris facundia et sermonis elegantia, qui in tenui rerum materia agrestique vsu verbis non ex medio sumtis neque impropriis, sed nitidis apteque et commode positis vtitur. In dandis autem praeceptis et quid verissime et quid decentissime dicat respexit. Tum agricolas rerumque rusticarum studiosos et docere voluit, et simul docendo delectare. Quod a Mantuano vate abfuisse, cum de satione trimestri praecipit, Seneca in quadam ad Lucillum epistola scribit. Rationem item colendorum hortorum a Virgilio praetermissam excepit, adeoque scite et copiose horti dotes numeris absoluit, vt cum poëta diuinus illam post se aliis memorandam relinqueret, de Columella diuinasse videatur: cuius voces quasdam subobscuras et forsitan a pluribus ignoratas, ne legentem retardent, paucis enarrauimus. Id quod in Catone et Varrone fecimus. Vale.

* *Nimirum tertius tum liber erat ille de Arboribus; sextus autem, qui nunc est quintus. Vid. quae ante initium libri de arboribus disputantur.*

III.

GEORGIVS ALEXANDRINVS

PETRO PRIOLO

M. FILIO VENETO S.

Priscas dictiones de tribus rei rusticae scriptoribus annotatas, vt tibi latinae elegantiae studioso patricio morem gererem, pro tempore breuissime enarraui. Quanquam aut plura annotassem, aut enarratius ea interpretatus essem, si mihi vel plus otii a lectione publica relictum, vel maius ab impressoribus spatium concessum fuisset. Nam tu optimus testis es, hos libros potius transcursim et in tumultu perlectos, quam diligentius emendatos fuisse, adeo me morbo grauiter tentatum impressores vrgebant. Caetera, mi Petre, si ἀκριβεστέρως rustica praecepta euolueris, magna ex parte, sine tradente, cognosces. Illius tamen et te et reliquos, qui Catonis, Varronis, et L. Columellae libros legent, commonefacio, vt de multis medicos consulant, alia ab herbariis discant, nonnulla a veterinariis requirant. Sed ante omnes eum adeant virum, quem diutius ruri versatum colendo agro, tuendo pecori, fructibus condendis, salgamisque faciendis egregie operam dedisse nouerint, quando res disciplinaque rustica potissimum vsu et experientia docente habeatur. Vale.

IV.

NICOLAO * IENSON GALLICO

FRANCISCVS COLVCIA VERZINENSIS

S. P. D.

Etsi nihil gratius duco, vir praestantis ingenii, quam tuae obsequi voluntati: tamen cum a me Palladii de agricultura opus vt emendarem efflagitasti, dubitaui (fateor) nunquid onus susciperem. Videbam enim quam id mihi difficile futurum esset, qui cum vnum et item alterum exemplar paulo ante percurrissem, vitiata ea ac diuersa non paucis in locis ita repereram: vt non nisi acri iudicio discerni possit, quae vera esset lectio. Sed cum eam tibi de me opinionem esse animaduerterem, vt putares procul dubio facultatem mihi non defuturam si voluntas adesset: non potui non rem aggredi, ne tibi persuadere posses, me non tam non potuisse quam tua causa, cui etiam maiora debeo, noluisse. Sed gratias ago Deo optimo maximo, qui pro sua benignitate meis orsis secundos est impertitus euentus. Exceptis enim non pluribus quinque locis, vbi licet verba interrupta videantur, sensus tamen elici facile potest, caetera omnia (vt equidem arbitror) ita sunt pro paruitate ingenii mei emendata, vt si qui legerint, eis a me satisfactum iri non dubitem. Caeterum illud non omittam, Palladium non modo quae apud Catonem, Varronem, Columellam, Martialem, Magonem Carthaginensem, atque alios tum Latinos tum Graecos, qui de re rustica scripsere, optime tradita inuenerit, excerpsisse, sed etiam, quae subinde vsus cunctarum rerum magister mortales docuit scitu digna, collegisse, et in hunc libellum quam diligentissime elegantissimeque contulisse. Cuius vt praecepta magno erunt agricolis adiumento, ita stilus dicendi pro qualitate materiae adhibitus viris etiam eruditis voluptati non mediocri. Vale.

* *Habetur in sola Iensoniana: pertinet ad Palladium.*

V.

PHILIPPI BEROALDI EPISTOLA.

De agricolatione praecipere apud priscos regium ac principale munus fuit, siquidem Hiero Attalus et Archelaus reges, Xenophon ac Poenus Mago Duces de ea re non parum multa prodiderunt. Sed apud Romanos clarissimi rei rusticae conditores sunt Porcius Cato, M. Varro, Columella, atque Palladius, quibus veluti solidissimis fulturis omnis rusticatio innixa fulcitur; Plinium enim vt Achillem semper excipi par est. Hosce vno volumine connexos nuperrime impressit Benedictus * bibliopola Bononiensis castigatius limatiusque, quam priores impressores factitauerint, additis non paucis appendiculis, quod veluti illicium emtori sit, eumque faciat emturientem magis. Quicquid id est, lector candide, quaeso boni consulito.

* *Ita est in editione Bonon. 1494. at in Regiensi 1496 nominatur Dionysius de Bertbochis, seu volente ita Beroaldo, seu ipsius Bibliopolae ingenio.*

VI. IVCVN-

VI.

IVCVNDI VERONENSIS
IN
LIBROS DE RE RVSTICA
AD LEONEM X. PONT. MAX.
PRAEFATIO.

Rerum rusticarum studiis semper sum incredibiliter delectatus B. P. quod eae, quae ex illis capiuntur, voluptates: proxime ad sapientis vitam videntur accedere: habent enim rationem cum terra: quae nunquam recusat imperium, nec vnquam sine vsura reddit, quod accepit. Quam ob rem cupiens hanc vitam, requiem aliquando, oblectamentumque futuram senectutis, si ad eam vnquam Iesu Dei Opt. Max. munere peruenerim: cum alios libros de cultura agrorum, tum praecipue Catonis, Varronis, Columellae, Palladii sic semper studiose legi: vt satiari delectatione non possem. videbar enim illis legendis ruri esse, villas habitare, M. Curii, L. Quintii Cincinnati felicem illam vitam degere: quorum alter, cum de Samnitibus ac Sabinis triumphasset, et de Pyrrho, in agris consumsit extremum tempus aetatis, vbi ad focum sedenti magnum auri pondus Samnites cum attulissent, spreto auro, magnificam illam vocem edidit: non aurum habere praeclarum sibi videri; sed eis, qui haberent aurum, imperare: alter dictator factus, a villa in senatum accersitus est. Hos ipsos libros summa mea in illos beneuolentia cum antiquis contuli exemplaribus, accurateque emendaui, adhibito tamen iudicio amicorum, et doctorum hominum: tum Aldo nostro dedi, vt suis typis excudendos curaret: idque cum factum sit non indiligenter, sanctitatis tuae felicissimo nomini eos nuncupaui, cum ob meam erga illam summam obseruantiam, tum etiam, quia tu dignissimus omnium eo munere occurrebas. nam libri, in quibus de vitibus, et pastoribus, et patribus familiarum tractatur, cui conuenientius dicari possunt, quam ei, qui vitis est foecundissima, qui pastor optimus, qui pater omnium? *αὐτὸς ἔφη, Ego sum vitis vera, vos palmites. Ego pastor bonus, qui satago mearum ouium, et cognosco oues meas, et me illae contra.* Tu vero B. P. accipias velim munus hoc, qualecunque est, a Iucundo seruo tuo benigna fronte: vt spero, facies, es enim persimilis Dei, cuius locum tenes in terris. amat ille pium cor, amat puram mentem, amat simplicitatem offerentis, non munus. Venetiis Idibus Maii. M D XIIII.

VII.

ALDI PRAEFATIO.
STVDIOSIS S.

Ex omnibus iis actionibus, ad quas propter excellentiam animi natus vnusquisque videtur, nullam omnino praestantiorem esse duco, quam cum omni studio contendimus, vt non modo nostrae aetatis hominibus, sed ipsi etiam posteritati consulere possimus. Itaque nos de veteri nostro instituto hanc voluntatem retinentes, denuo Moderatum Columellam cum aliis, qui rem rusticam suis libris complexi sunt, quam licuit accurate recognitum, nostris typis excusum emittimus. in qua editione, vt interim reliqua silentio praetermittam, indicem quidem certe, qualem adhuc in hosce scriptores desiderastis, addidimus. Fortunati vero in Columellae carmen expositionem ea ratione omisimus, quod neque satis dignus ille videbatur, qui scriptori tam egregio veluti interpres attexeretur: et studia vestra remorari magis, quam adiuuare poterat. nihil enim vobis ab officina nostra praestari volumus, nisi quod fructum, et vtilitatem non minimam afferat. Valete.

VIII.

ALDVS LECTORI SAL.

IAMPRIDEM decreui, quacunque in re possum, prodesse studiosis. Quam ob rem perquam vtile visum est futurum, si hic de diebus et qui in viginti quatuor partes, et qui in duodecim diuiduntur: tum de horis, quae sunt apud Palladium, nonnihil dicamus. Atque eo magis, quod a perquam paucis aetatis nostrae hominibus intelliguntur. Dierum duo sunt genera, alii naturales: alii ciuiles. Naturales, quibus nunc passim vtimur: constant quatuor et viginti partibus aequalibus ab occasu solis ad alterum occasum: quae horae appellantur: et Graece ἰσημεριναί, Latine aequinoctiales dicuntur. Ciuiles

les autem, ab ortu solis ad occasum constant duodecim partibus inaequalibus: quae Graece καιρικαί, Latine, temporales, seu, quod idem est, vulgares nominantur. Atque hae duodecim partes hibernis solstitiis breuissimae sunt, et tertia parte minores, quam aequinoctiales, aestiuis autem longissimae: eademque tertia maiores, quam illae, et, quod sequens est vincunt hibernas duabus quartis: siue, quod idem est dimidio, id quod significare voluit Verg. eo versu: An ne nouum tardis sidus te mensibus addas, id est Iunio, et Iulio, quibus horae longissimae sunt. At Vere, sole Arietem, Autumno, Libram ingrediente: pares sunt aequinoctialibus: eaedemque ab hiberno Solstitio ad aestiuum cum die crescente crescunt: ab aestiuo autem ad hibernum cum eodem decrescente decrescunt. Et quoniam singuli dies ciuiles, ac noctes totius anni, horis duodecim continentur, sexta diei hora semper est Meridies: et prima incipit oriente sole: Duodecima eodem occidente finitur. Verbi gratia, mense Martio cum hae ipsae horae temporales fere pares sunt aequinoctialibus: prima hora diei ciuilis est eadem cum tertiadecima diei naturalis. Secunda, eadem cum quartadecima. Tertia, cum quintadecima. Quarta, cum sextadecima. Quinta, cum decimaseptima. Sexta, cum decimaoctaua. Septima, cum decimanona. Octaua, cum vigesima. Nona, cum vigesimaprima. Decima, cum vigesimasecunda. Vndecima, cum vigesimatertia. Duodecima, cum vigesimaquarta. Illud igitur in sacris literis. A sexta autem hora vsque ad Nonam, tenebrae factae sunt super vniuersam terram: intelligendum est a Decimaoctaua hora, vsque ad vigesimamprimam diei naturalis: vt nunc horae aguntur. Nam apud veteres, Solaria in horas tam noctis, quam diei temporales non aequinoctiales diuidebant. Mense autem Iunio: cum horae quam longissimae sunt: prima hora temporalis, est eadem, quae nona cum tertia parte decimae aequinoctialis: Secunda, quod reliquum decimae cum duabus tertiis vndecimae. Tertia, quae duodecima cum tertia parte vndecimae. Atque ita singulae tres horae temporales continent quatuor aequinoctiales. Pari modo, quarta est eadem quae tertiadecima cum tertia parte quartaedecimae. Quinta, quod reliquum quartaedecimae cum duobus tertiis quintaedecimae. Sexta, quod reliquum quintaedecimae cum integra sextadecima et est Meridies. Item tres temporales, Septima, Octaua, Nona, sunt eaedem, quae quatuor aequinoctiales: videlicet decimaseptima, decimaoctaua, decimanona, vigesima. Item decima, vndecima, duodecima, eaedem quae vigesimaprima, vigesimasecunda, vigesimatertia, vigesimaquarta. Non ab re hic visum est subiungere epigramma Martialis ad Euphemum structorem Domitiani: vbi harum horarum temporalium meminit, est autem hoc:

Prima salutantes, atque altera detinet hora.
Exercet raucos tertia causidicos.
In quintam varios extendit Roma labores:
Sexta quies lassis, septima finis erit.
Sufficit in nonam nitidis octava Palestris.
Imperat extructos frangere nona toros.
Hora libellorum decima est Euphem meorum:
Temperat ambrosias cum tua cura dapes.
Et bonus aetherio laxatur nectare Caesar:
Ingentique tenet pocula parca manu.
Tunc admitte iocos, gressu timet ire licenti
Ad matutinum nostra Thalia Iouem.

Horae autem, de quibus agit Palladius: sunt quae diem ab ortu solis ad occasum diuidunt, in partes duodecim: quae vmbris sic deprehenduntur. Fiat planicies quadrata ad regulam, et libellam in loco aperto: qui toto die illustretur a sole: spectetque vno latere septentrionem: alio Meridiem: Solem alio orientem: occidentem alio. Deinde in medio quadrati collocetur indagator vmbrae: qui Graece γνώμων, seu σκιαθήρας dicitur, obseruetur que prima dies cuiusuis mensis: Verbi gratia, Ianuarii: idque coelo sereno, tunc tacto gnomone a solis radiis: vmbra gnomonis prima hora diei erit longa pedes XXIX. Secunda XIX. Tertia XV. Quarta XII. Quinta X. Sexta IX. atque hac hora, semper (vt dixi) est Meridies: tunc enim sol altissimus facit vmbras breuissimas. Deinde incipit declinare, et descendere ad occasum atque vmbrae eadem, qua decreuerant, mensura augentur: quo fit, vt septima hora, quae est prima post meridiem, vmbra gnomonis sit longa pedes decem et respondeat quintae antemeridianae (nam horae ante sextam antemeridianae, post sextam pomeridianae appellantur) octaua sit longa pedes XII. et respondeat quartae. Nona, XV. quanta fuerat tertia. Decima, XIX. quot pedum erat secunda. Vndecima, XXIX. quot prima. Et quoniam in horarum spatio Ianuar. cum Decembri mense conuenit: eaedem erunt vmbrae singulis horis hoc mense, quae et Ianuario. Idem quoque faciendum est in caeteris mensibus: vt bini scilicet computentur, et Feb. in horarum mensura cum Nouembri mense concordet, Martius cum Octobri, Aprilis cum Septembri, Maius cum Augusto, Iunius cum Iulio: quemadmodum in fine cuiusque mensis apud Palladium licet videre. Illud apud eundem in fine postremi mensis his verbis. Decembrem Ianuario in horis causa dispar adiunxit: cum linea simili ille augeatur: hic decrescat: intelligendum est et de vmbris: quod tam ante meridiem, quam post pares, atque eaedem in singulis binis mensibus sint: idque dispari causa: et de diebus: quos constat sex mensibus augeri: et sex decrescere. Nam etsi eadem quantitate sunt horae mense Ianuario, qua et Decembri: eademque mense Februario, qua et Nouembri: et sic in reliquis paribus: quemadmodum auctor ostendit: tamen ex singulis paribus quantum augetur alter, tantum

tantum alter diminuitur. Ascendente enim Sole a Capricorno ad Cancrum (vt supra diximus) dies semper augentur: decrescunt contra descendente illo a Cancro ad Capricornum. Notandum praeterea, crescentibus diebus, decrescere semper vmbras gnomonis: contra, decrescentibus illis, has semper augescere: et hinc est, quod mense Ianuario cum dies breuissimi sunt, et augentur: prima hora diei vmbra gnomonis est longa pedes XXIX. Februario, quae est longissima, XXVII. Martio, XXV. Aprili, XXIIII. Maio, XXIII. Iunio, XXII. Mense autem Iulio, cum dies longissimi sunt, et decrescunt, prima hora diei vmbra gnomonis est longa pedes XXII. quae est breuissima: Augusto, XXIII. Septembri, XXIIII. Octobri, XXV. Nouembri, XXVII. Decembri, XXIX. Id quod vt melius cognoscatur: subiunximus et eos menses: quibus dies augentur, vmbris decrescentibus: et eos, quibus dies decrescunt, vmbris crescentibus. Incepimus autem ab Ianuario, et Iulio: quorum altero dies sunt breuissimi, et semper augentur vsque ad solstitium aestiuum: et vmbrae longissimae: sed decrescunt: quamdiu dies augentur: Altero dies sunt longissimi, et semper decrescunt vsque ad solstitium hibernum, et vmbrae breuissimae: sed augentur: quamdiu dies decrescunt. Et licet a solstitiis incipiendum fuisset: quae Decembri, et Iunio fiunt, tuncque dies vel augeri, vel decrescere incipiunt: tamen incrementa, vel diminutiones dierum cum diminutionibus, incrementisque vmbrarum sic facilius dignoscuntur, qua quidem re cognita, et dispar illa causa cognoscetur: quia in horarum spatio Ianuarius Decembri, Februarius Nouembri, Martius Octobri, Aprilis Septembri, Maius Augusto, Iunius Iulio adiuncti, linea simili, vt ait Palladius, augentur, vel decrescunt.

Ianuario augentur dies: et vmbrae decrescunt.

Hora	Pedes
I.	XXIX.
II.	XIX.
III.	XV.
IIII.	XII.
V.	X.
VI.	IX.
VII.	X.
VIII.	XII.
IX.	XV.
X.	XIX.
XI.	XXIX.

Februario augentur dies: et vmbrae decrescunt.

Hora	Pedes
I.	XXVII.
II.	XVII.
III.	XIII.
IIII.	X.
V.	VIII.
VI.	VII.
VII.	VIII.
VIII.	X.
IX.	XIII.
X.	XVII.
XI.	XXVII.

Martio augentur dies: et vmbrae decrescunt.

Hora	Pedes
I.	XXV.
II.	XV.
III.	XI.
IIII.	VIII.
V.	VI.
VI.	V.
VII.	VI.
VIII.	VIII.
IX.	XI.
X.	XV.
XI.	XXV.

Aprili dies augentur: et vmbrae decrescunt.

Hora	Pedes
I.	XXIIII.
II.	XIIII.
III.	X.
IIII.	VII.
V.	V.
VI.	IIII.
VII.	V.
VIII.	VII.
IX.	X.
X.	XIIII.
XI	XXIIII.

Maio dies augentur: et vmbrae decrescunt.

Hora	Pedes
I.	XXIII.
II.	XIII.
III.	IX.
IIII.	VI.
V.	IIII.
VI.	III.
VII.	IIII.
VIII.	VI.
IX.	IX.
X.	XIII.
XI.	XXIII.

Iunio dies augentur: et vmbrae decrescunt.

Hora	Pedes
I.	XXII.
II.	XII.
III.	VIII.
IIII.	V.
V.	III.
VI	II.
VII.	III.
VIII.	V.
IX.	VIII.
X.	XII.
XI.	XXII.

Iulio decrescunt dies: et vmbrae augentur.

Hora	Pedes
I.	XXII.
II.	XII.
III.	VIII.
IIII.	V.
V.	III.
VI.	II.
VII.	III.
VIII.	V.
IX.	VIII.
X.	XII.
XI.	XXII.

Augusto decrescunt dies: et vmbrae augentur.

Hora	Pedes
I.	XXIII.
II.	XIII.
III.	IX.
IIII.	VI.
V.	IIII.
VI.	III.
VII.	IIII.
VIII.	VI.
IX.	IX.
X.	XIII.
XI.	XXIII.

Septembri decrescunt dies: et vmbrae augentur.

Hora	Pedes
I.	XXIIII.
II.	XIIII.
III.	X.
IIII.	VII.
V.	V.
VI.	IIII.
VII.	V.
VIII.	VII.
IX.	X.
X.	XIIII.
XI.	XXIIII.

Octobri dies decrescunt: et vmbrae augentur.

Hora	Pedes
I.	XXV.
II.	XV.
III.	XI.
IIII.	VIII.
V.	VI.
VI.	V.
VII.	VI.
VIII.	VIII.
IX.	XI.
X.	XV.
XI.	XXV.

Nouembri dies decrescunt: et vmbrae augentur.

Hora	Pedes
I.	XXVII.
II.	XVII.
III.	XIII.
IIII.	X.
V.	VIII.
VI.	VII.
VII.	VIII.
VIII.	X.
IX.	XIII.
X.	XVII.
XI.	XXVII.

Decembri dies decrescunt: et vmbrae augentur.

Hora	Pedes
I.	XXIX.
II.	XIX.
III.	XV.
IIII.	XII.
V.	X.
VI.	IX.
VII.	X.
VIII.	XII.
IX.	XV.
X.	XIX.
XI.	XXIX.

SED sciendum primos quosque dies mensis descriptos tantum a Palladio: nec tantas fore vmbras caeteris diebus cuiusque mensis: quantae fuere primis: siquis eas describeret: sed semper vel minores, cum dies crescunt: vel maiores, illis decrescentibus, quae si describerentur omnes: magnum efficerent volumen, esset praeterea opus multis annis: si id fieret, in Europa: nam cum oporteat singulos quosque dies totius anni ab ortu solis ad occasum tunc esse serenos, nec id contingat vnquam in Europa: obseruandi forent dies sereni multorum annorum: donec omnes describerentur. Quod quia laboriosum est: et longi taedii plenum: nec Palladius fecit, nec alius quisquam: nec forte erit vnquam qui faciat. Sed de his haec satis. tu vero Lector carissime vale: et me ama.

IX.

PHILIPPVS IVNTA
FRANCISCO VICTORIO,
VIRO CLARISSIMO S.

Mirabitur fortasse quispiam, Francisce optime, quod ego, qui abhinc annos circiter decem libris noua impressione cudendis operam totam impenderim, nec ex eis aliquem sub cuiuspiam nomine ediderim, modo hos quatuor de agricolatione auctores tuo potissimum nomini dicarim, Cui quidem, si ea, quae in te bonarum artium fulgent ornamenta, praeter ea, quibus domi forisque splendes, virtutis emblemata perspexerit, facile obuiam est ire. Praetereo namque illud vetus familiaritatis et clientelae vinculum, quo maiores mei domui Victoriae iam tum ab ipso exordio arctissimo fuere coniuncti, quod vnum vel me satis ad id exhortari debuisset. Iure igitur cogitanti mihi iam diu, cui maxime hos de agrorum cultu libros dicarem, tu solus in primis occurristi, qui a Senatu Florentino missus maximis de rebus orator Caesareum imperatoris numen tam graui ac dulci oratione ad tuae Reip. vota impulisti, vt re bene gesta merito te eadem ad Iulium prius, tum ad Leonem Pont. Max, rursus legatum miserit, nuperque Roma rediens magna cum tuorum ciuium admiratione, ad christianissimum Galliae regem orator iterum crearis. Vnde quantum te tua Respublica indigeat, cuique facile est coniicere, quando negotiorum molem, in quem vertat, te solum tanquam Phoenicem vnicum delegerit. Tu igitur, qui, vt Vlysses Homericus, regiones multas et vrbes peragrando, agrorum etiam cultus non asymbolos perspexisti, totum hoc rei rusticae corpus bene compactum et ad amussim formatum, munus quidem tua dignitate minus protegendum suscipies, ipsumque cum fueris ab occupationibus feriis, magnisque negotiis, quibus iugiter detineris, feriatus, currenti saltem oculo leges. Vbi quantum curae ac laboris, ne vna quidem macula inesset, impenderimus, cum ex nouis typis, tum ex aliorum exemplarium mendis facile erit dignoscere. Accedit praeterea Nicolai Angelii Buccinensis, tui quondam praeceptoris accuratissima castigatio, qui quidem vir de vtraque lingua bene meritus suis lucubrationibus multa turgida resecuit, hiantia suppleuit, cariosa poliuit, tumentia complanauit. Adiecto item vocum indice, vbi vberrime ac elegantissime, quae pertinent ad villae positionem, fundi instrumenta, statumina, pomaria, ichthyotrophia, melitturgia, salgama, oxygara, oxypora, aliaque id genus rusticationis corpore complexa ad vnguem citra aliorum desiderium exponuntur. Accipe igitur, nostrae Reip. decus, opus te dignum, siquidem Reges Cyrus, Archelaus, Attalus, nec non et Xenophon, rusticationem excoluerunt, quam denique Mago Poenus octo et viginti voluminibus expoliuit, quae quamuis extera et barbara Senatus Consulto in Latinum conuersa sunt sermonem. Suscipe, inquam, illuc deferendos auctores, vnde tu felici legatione nomen grande reportasti, vt si qui rhinocerotes in tam longo itinere ipsos inuaserint, tuo audito nomine nasum aculeatum comprimant, me tu interea vt fidum clientem cum noua prole hac oblata consoue. Vale.

X.

PETRVS VICTORIVS
MARCELLO CERVINO
CARDINALIS.

Post longum temporis spatium, Marcelle Amplissime, reliquum tibi mei promissi persoluo. Neque tamen hoc ignauia aut negligentia feci, sed molestis occupationibus impeditus, rem plus quam voluissem, differre coactus sum. Nam animum meum, incredibileque satis tibi faciendi desiderium, primis illis meis laboribus perspicere potuisti. Paucis enim diebus toto animo in onus a te mihi impositum incumbens, ea confeci, quae me non inertem, neque immemorem mandatorum tuorum ostendere potuerunt. Secuta postea sunt tempora, quae me in negotio illo, quod declinare non potui, nouum atque inexercitatum ita perturbarunt, vt non dico rerum tuarum oblitus sim, sed veniam mihi te daturum

turum ſperarim, ſi meo illi tempori inſeruiens, curam hanc aliquantulum diſtuliſſem. Idem etiam me hoc facilius a te impetraturum conſiſus ſum, quod videbam, te eodem tempore in publicis maximis rebus occupatum, vt ſi haec ſtudia ex animo non abieciſſes, neceſſario te remiſſius illis nauare operam putarem. Nam ſubito fortuna auctus es, et in eum dignitatis gradum pro multis tuis meritis elatus, quo paucis aſpirare licet, et quo altius aſcendi nunc recte factis vix poteſt. Quae autem artes in tam illuſtri excelſoque loco collocarunt, eaedem te in honeſtiſſimis negotiis ſemper occupatum poſtea tenuerunt, vt a nobis etiam diu abfueris, ad Carolum Caeſarem miſſus, et apud eum perſonam Maximi Pontificis geſſeris. Mirari igitur non debes, ſi tot curis te implicatum videns, et pene tibi haec noſtra ſtudia dimiſſa ex animo putans, iis meis literis tibi obſtrepere nolui. Fateor enim me in hac re aliquantulum deceptum eſſe. Quanquam enim te vere ex animoque diligere ſtudia literarum ſciebam, (quippe in quibus tantum profeceras, vt paucos pares haberes, quomodo illa non amare vnice poteras?) tamen exiſtimabam, te magnitudine negotiorum abreptum, et conditionis etiam, vitaeque iſtius honeſtate compulſum, aliis nunc ſtudiis operam dare. Verum non multo poſt errorem meum cognoui, qui ex plurimorum ingenio te iudicaſſem. illi enim cum altius aſcenderunt, ſaepe etiam artes illas, quae viam ipſis ad eos honores patefecerunt, obliuiſcuntur. Animaduerti, inquam, me de te, quem optime cognitum habere debebam, non vere exiſtimaſſe: atque hoc intelligere maxime potui, cum Romam reuerſus, ſtatim me huius aeris alieni, literis tuis amantiſſime ſcriptis admonuiſti. Et quamuis magnum illae apud me pondus haberent, nec poſſem vllo pacto amplius ſalua fide creditorem ludificari: tamen cum mihi flagitatorem adpoſuiſti, qui quamuis multis de cauſis ſuauis iucundusque eſſe poterat, tamen quod ei mandaras, impigre ſtrenueque procurabat. Cum enim Ioannes Caſa publicis de rebus huc a Pontifice Max. miſſus eſſet, mandaſti ei, vt mecum accurate ageret, vt quam diligentiam olim in M. Varrone purgando adhibueram, eandem in Catone, quemadmodum pollicitus fueram, expoliendo adhiberem. Vix igitur domum ad eum acceſſeram, hominemque ſalutaueram, cum rem tuam ille agere coepit, et quantum tempus illud tulit, ac multitudo ciuium, quae ingens ad eum conuenerat, conceſſit, mandata tua executus eſt. Expectabatur enim cum ſumma omnium laetitia, qui ea, quae ab omnibus audiuerant de optimis moribus, eximia ingenii vi, ſumma omnium bonarum artium eruditione, videre cupiebant. Antea enim cum in patria non admodum vixerit, magis conſtanti omnium fama de praeclaris ipſius virtutibus delectati fuerant, quam illo praeſente frui vnquam potuiſſent. Breui igitur tunc, paucisque verbis rem expoſuit: nec tamen deſtitit, cum ſaepe ad eum (quemadmodum dignitas illius, ac noſtra vetus amicitia poſcebat) omni illo tempore, quo apud nos manſit, ventitarem, vrgere me, vt id conficerem, nec vllo pacto amplius procraſtinarem. Quare non multo poſt opus aggreſſus ſum, et ita me in eo ſedulo geſſi, vt rem totam mature confecerim. Vt qui tamen vellem temporis tarditatem aliquo munere compenſare, veteres meos labores in M. Varronem retractare coepi, et accuratius, quomodo poſſem tibi plene morem gerere, mecum diu cogitaui: ſtatuique tandem cunctos qui de rebus ruſticis Latine ſcripſerunt, cum antiquis codicibus conferre, et quaecunque auxilio eorum emendaſſem, libello aliquo meo explicare. Ita enim tu quid de ſingulis locis ſentiam aperte perſpicies, et alii etiam ex ſtudio meo, quod vt a te ortum, ita etiam tibi acceptum referri volo, fructum aliquem capient. Cognovi enim naturae tuae bonitatem, et mirifice te gaudere publicis commodis ſcio. Nec enim tu (quemadmodum nonnulli improbe faciunt) ea quae ſtudioſis literarum opem ferrent abdis: ſed contra, quae ingentes vtilitates praebere poſſunt, et egregia veterum ſcriptorum monumenta quae adhuc in tenebris latent, iam diu cogitas quomodo poſſis peruulgare: et eo iam rem deduxiſti, vt cito ſedulitas tua, atque aliis opitulandi incredibilis cupiditas, magnos fructus paritura ſit. Quaecunque igitur poſſent hoc meum negotium adiuuare, comparare coepi, magnamque librorum copiam vndique corrogaui. Nec ſi quid in hac re induſtriae aut exercitationis habeo, id ceſſare paſſus ſum, ſed omnibus ingenii viribus huic ſtudio incubui, quid praeſtiterim, tu ipſe, cui in primis placere cupio, et qui hoc propter ingenii acumen, et bonarum artium eruditionem egregie facere potes, iudicabis. Quod ſi diutius mihi in hoc ſtudio manere licuiſſet, (ſcis enim tu, qui omnes meas cogitationes perſpectas habes, in quibus nunc literis occupatus ſim, et quae multarum vigiliarum ſtudia animo verſem) rem, vt arbitror perutilem feciſſem: nec reliquis, in quo magnopere laborare deberent, fortaſſe reliquiſſem. Nec tamen is ſum, qui ſocios aliquos laudis habere vnquam recuſauerim, quos etiam laboris participes habuerim: ſed aliorum ſemper induſtriam excitarim, et in quo illi ingenia exercere poſſent oſtenderim, et non parua quoque auxilia ad rem peragendam fideliter ipſis benigneque ſuppeditarim. Quod autem exiguo hoc tempore, quod ex meis multis cotidianisque occupationibus eripui, conficere potui, ad te mitto: tu, quemadmodum te facturum eſſe confido, ſi qua acute animaduerti, boni conſules: ſi qua me fefellerunt, non reprehendes: ſed aut rei ipſius difficultati, aut ingenii mei tenuitati aſſignabis. Habes igitur magni illius Catonis librum de re Ruſtica, quantum fieri per me potuit, multis mendis inde ſublatis, non parum expurgatum. Habes treis M. Varronis de rebus itidem Ruſticis libros, doctiſſimi et grauiſſimi auctoris, in quibus etiam valde laboraui. Cum enim ille plurima ſcripſerit, et omnes pene Romanos homines elegantia et multitudine ſcriptorum ſuperarit, omniaque fere vetuſtate, quae (vt ipſe ſapienter inquit) non pauca deprauat, multa tollit, abſumta ſint: et hi quoque rerum ruſticarum, qui cum paucis aliis diſſectis mutilatisque de lingua Latina libris ſuperſunt, mali affecti eſſent: volui ſtudio, ac diligentia mea illis aliquid opis afferre: ſiquidem cum ſemper nobilitatis ſtudioſus fuerim, hos nobiliſſimos auctores in ſqualore ſordibusque ia-

cere, aequo animo pati non poteram. Nam de elegantia ipsius Varronis et sermonis puritate, quid ego nunc loquar? cui enim cognitum non est, eum optimis temporibus vixisse, et optimos semper Latinos Graecosque auctores pertractasse, indeque magnam elegantissimorum verborum syluam, et ad omnis rei naturam exprimendam appositorum, sibi comparasse? Nam antiqui etiam auctores, et qui de eodem studio diligenter scripserunt, affirmant, eum rem rusticam eloquentia et candore linguae expoliuisse. Huc vsque igitur fidem meam liberaui, nec amplius tibi quod sciam debebam. Accesserunt tamen, tanquam cumulus quidam, nonnulla quae in Columella emendaui: nam eum quoque scriptorem non neglexi. Quod si aut meliora ipsius exemplaria nactus essem, aut ille fortasse magis emendatoris opera eguisset: plura etiam in eo restituturus fui. Totam huius mei negotii rationem in castigationibus meis explicatam inuenies: nam nonnulla etiam quae aut a Graecis optimis auctoribus Terentius Varro acceperat, aut declaratione aliqua indigere videbantur, adnotaui: non pauca etiam vulnera quae sanare non potui, aperui: in quibus nunc purgandis studiosi literarum operam ponere debebunt. Hoc vt illi facere in animum inducant, et hos meos labores qualescunque sunt hilari vultu adspiciant, vehementer precor: nec aliam vllam mihi tantarum molestiarum mercedem posco. Nam si iudicio tuo probatus discessero, optime et ornatissime Marcelle, ab omnibus me magnifice laudatum esse, non sine causa existimabo. Dat. XII. Cal. Quintiles M.D.XLI. Florentiae.

* *Praefixa haec epistola Catoni et Varroni apud Gryphium* 1541. *et apud Ro. Stephanum* 1543. 8vo. *editis. De Marcello Ceruino et Codice Varronis vid. Victor. ad Cic. fam.* 8, 8.

XI.

IN PETRI VICTORII

EXPLICATIONES SVARVM IN CATONEM, VARRONEM, COLVMELLAM CASTIGATIONVM, PRAEFATIO.

Quia hunc laborem non ingenii, aut doctrinae ostentandae causa, sed optimum auctorem, eiusque studiosos adiuuandi suscepi: cupio in primis fidem meam probari. Nam si mediocris diligentiae laudem assequi potuero, non frustra mihi in tam molesto negotio versatus videbor. Quibus igitur auxiliis vsus sim, et quomodo me in hac re gesserim explanabo. Auxilia autem vetusti libri fuerunt, sine quibus, ne dum hoc opus aggressurus fuerim, vix hos rerum rusticarum scriptores, vt accuratius legerem, in manus vnquam cepissem: omnes enim omnium conatus sine illorum ope aut irritos esse, aut parum progredi posse puto. Vetustissimum volumen est in diui Marci Bibliotheca, in quo M. Catonis vnus liber est, quem de re Rustica scripsit: ac tres M. Terentii Varronis Rerum item rusticarum. Is vnus liber, vt verum fatear, et vt veris laudibus ipsum ornem, maiores mihi vtilitates praebuit, quam vniuersi alii: superat enim reliquos, quos habui, longo interuallo, et vetustate et fidelitate. Nec tamen cuncti, qui in eo continebantur auctores, ad nos peruenerunt: nam duo toti vetustate collapsi sunt, et M. Varronis extrema etiam pars defecit. Quemadmodum autem ex vetere inscriptione, quae in fronte libri est, cognoscimus, Iunii Moderati Columellae XII libri illic etiam erant, et vnus ante illos Claudii Martialis: literae tamen et antiquitate et frequenti attritu in prima parte libri ita deletae sunt, vt rubricam superinducere opus fuerit (rubrica enim notatae huiuscemodi inscriptiones in eo sunt) quare macula aliqua in his nominibus esse potest. *Martialis* tamen aperte legitur. Martialem autem veterem fuisse rei rusticae scriptorem, testimonio etiam Palladii didicimus. Seruius quoque Vergilii interpres cum locum illum e IV Georgicorum declararet, -- *atque aliis post commemoranda relinquo*: inquit: *Gargilium Martialem significat.* Sitne idem Palladii, et Seruii Martialis, studiose quaerere nunc minime oportet. Hoc autem relinquere nolui, quin notum facerem, vt vetustas huius libri intelligeretur, qui illis temporibus scriptus fuit, quibus alii adhuc scriptores reperiebantur, qui postea negligentia hominum, aut seculorum iniquitate perierunt. Ille autem si totus integerque conseruatus esset, et Iunium Columellam fortasse emendatiorem, et alium, quo caremus non negligendum scriptorem haberemus. Habui etiam eosdem auctores in alio volumine, non adeo vetusto, neque adeo fideli, quod literis Gallicis scriptum videbatur. Id autem e Medicaea bibliotheca promsi, et non paucos item alios, qui illic custodiuntur, quos nunc necesse non est omnes nominare. De vno autem tantum, qui diligenter exaratus fuit, et a bono exemplari exscriptus Pataui, non tacebo. Francisci autem Barbari, patricii Veneti, quondam fuit: et eius studio in ea vrbe, in qua doctrinarum domicilium est, diligenter descriptus fuisse, illic traditur. Hi sunt praecipue codices, quorum auctoritate vsus sum: nam alii, aut de optimo illo descripti, aut ita mendose et negligenter scripti sunt, vt eorum testimonium paruum pondus merito habiturum fuerit. Quomodo susceptum negotium administrarim, ex singulis nunc explicationibus meis apparebit.

XII. HIE-

XII.

HIERONYMI COMMELINI
PRAEFATIO.

Rei rusticae scriptores vetustiores tum Graecos tum Latinos tibi, polite lector, simul iunctos dare decreueram. Verum hoc inceptum ob alia maioris momenti ad tempus differre coactus, non ingratum tibi fore existimaui, si Latinos hosce (interea dum Graeci ad tres MSS. Palatinos collati, cum interpretatione Latina excudantur) praemitterem. Nudos porro hic auctores habes; sed quantum in nobis fuit, emendatissime expressos, quibus indices tres * Fr. Sylburgius noster, qua solet diligentia conscriptos, addidit. Criticorum notationes in praesens consulto omisi, quod ad eas, collatione Graecorum Geoponicorum facta, non exiguum emendationum numerum accedere posse re ipsa compererim, ita vt haec mora tibi nequaquam fraudi sit futura. Vale, et nostris laboribus faue.

* *Vnum capitum ex editione Regiensi 1482. auctorum alterum, tertium rerum et verborum.*

XIII.

IO. MEVRSII
IN CATONEM PRAEFATIO.

Habes, mi lector, Catonem seuere anxieque castigatum. Vsus sum ad eam rem exemplari vetuste excuso Basileae anno CIↃ IↃ XXI. qui incredibile quam fuerit bonae notae, quamuis et labem adspersam nonnunquam habuerit: sed aiebat Naso non inscite, decentiorem faciem, in qua aliquis naeuus. Idem hic vsurpauero. Praeterea inspexi quoque editionem Coloniensem annis XV. posteriorem, quam Scriuerius meus vtendam suppeditarat: sed inspexi tantum, quia nihil fere ab illa Basiliensi mea differebat. Commelinianam etiam CIↃ IↃ XCV. adhibui, eam tamen peiorem deprehendi Plantiniana, quae quinque annis istam praecessit, quam et denuo exhibeo. Illud insuper moneo. Capitum singularum ἐπιγραφὰς retinui, magis ad textus ornatum, quam necessitatem: nam vt Cato illas posuerit, nemo sanus credat, ego quidem nunquam: nullum earum in Basiliensi vestigium, vt nec in Coloniensi Scriuerii, qui tamen ait reperisse in Regiensi anni CIↃ CCCC XCIX. Notum autem quam soleant librarii impensis huiusmodi bonos auctores etiam cum detrimento eorum farcire, quo scilicet nauseae delicati auctoris subueniant, et ὄρεξιν aliquanto maiorem moueant. Quod quidem audere illos mirum non est; habent enim, quod olim de Cn. Domitio Ahenobarbo dixit Licinius Crassus, os ferreum, cor plumbeum. Haec volebam. Quid vero praestiterim, iudica et gratiam habe, referque, sed, quomodo Senatui Nero respondebat, quum meruero. Vale, et quisquis es, AETERNITATEM COGITA!

XIV.

IVLII PONTEDERAE
IN PATAVINO GYMNASIO BOTANICES PROFESSORIS
AD CLAR. VIRVM
IACOBVM FACCIOLATVM
IN EODEM GYMNASIO DIALECTICES PROFESSOREM
EPISTOLA.

Qua hora ad te, Vir Optime, vt tibi significaram, venire statueram, quod eo tempore pluuius aeris status publicas in horto exercitationes videbatur prohibiturus, discussis subito nubibus, et patefacto coelo, in hortum, vt iis qui conuenerant, botanicarum rerum historiam traderem, descendi. Qua propter, cum ingruentibus iam tenebris horto excesserim, neque cras munere grauissimo, et aliis subinde interpellationibus occupatus, te conuenire posse sperem, quod eram allaturus, obsignatis hisce litteris inclusi, et tibi sic reddendum misi. Inuenies eas, quas in Catonem et reliquos veteres tres, qui rustica praecepta latina consuetudine nobis reliquerunt, succisiuis temporibus adnotationes medi-

meditabar, magis vt meo ingenio, quo ab ineunte aetate huiusmodi rebus sum addictus, indulgerem, quam vt grauissimorum virorum iudicio, et tuo inprimis, quod iure ac merito semper feci maximi, subiicerem. Sed quoniam Vir Clariss., meique amantissimus, Ioannes Baptista Morgagnus Primarius anatomiae Professor non autoritate solum sed etiam exemplo (epistolis nimirum tribus ad me datis, ea qua solet doctrina expolitis, quae tibi cum his quoque reddentur) cum me nimis, vt ipse dicebat cunctantem, reuera autem minus amicorum reprehensione carentem videret, id mihi expressit, malo in discrimen huius adduci voluntati obsequens, quam ei, quem semper parentis loco colui, cuique me carissimum esse sentio, quicquam negando, grati animi officium a me desiderari. Nam si patria iucundissima nobis esse debet, quae nos materno sinu nascentes suscepit, si parentes carissimi, quorum beneficio viuimus, et libere et ingenue vita fruimur: omnia profecto summa ac prope immenta illis nos debere putandum est, a quibus non ciuitas, libertas aut vita tradita nobis fuit; sed recta viuendi ratio atque disciplina, sine quibus misera ac infelix est hominum conditio, his autem adiuuantibus, et patriae munera, et parentum beneficia perfecte consequimur cumulateque. Neque enim ego in eo sum hominum genere, qui dissimulant, per quos profecerunt; quin omnibus praedicare quoad viuam, non desinam, ipsum mihi ad omnia optimarum artium studia disciplinasque, et ad eas praesertim, quae naturalem historiam complectuntur suscipiendas non solum extitisse principem, verum etiam easdem mihi vnum tradidisse, et peramanter ipsis imbuisse, ac informasse. Atque vtinam mihi de tanto viro gloriari liceret, qui, cum omnia summa in illo, in me contra esse videam, vereor ne mihi, tanquam mali aedificii domino optimum architectum se habuisse iactanti, vitio culpaeque vertatur. Quod si quis forte miretur, me nunc in alio disciplinarum studio versari, is sciat, nihil esse homini in Physicis ac Medicis rebus diu exercitato facilius, quam se ad remediorum materiam, cuius pars quidem Botanice vel maxima habetur, conuertere, et mox ad vniuersalem stirpium historiam, sine qua manca ac imperfecta medicina censenda est. Iam vero ea quae ex secandis cadaueribus profecta est ratio, nonne certa similitudine ad plantarum anatomen ducem se praebet, quarum multa communia habet; tracheis enim pulmones respondent, fibris vasa, vtriculis glandulae. Ad hanc sane immortalis memoriae Malpighius non prius animum adiecit, quam in hominum fuerit brutorumque sectionibus diu versatus. Mitto ea quae in minutis animantibus contemplari soleo, quae nunquam attingenda iudicassem, nisi in maioribus exercitationem habuissem vsumque. Viro itaque de me optime merito, et mihi semper praeclaro, cupienti quicquam negare non sustinui, sed id quod adnotaram, raptim transcripsi, ipsique primum non inspiciendi solum, sed etiam, si per otium licuisset emendandi facultatem feci, mox tibi, vt reipsa praesto, facturus, quoniam et Morgagnus meus ac etiam noster, haice meas adnotationes ea conditione remisit, vt eas statim tibi reddendas vellet. Qua propter te etiam atque etiam rogo, atque obtestor, vt eas non solum diligenter perlegas, sed etiam (vt rusticis monitis iam vtar) ne opera tua parcas visere, et ne satis habeas semel circumire, quo emendatiores prodire possint, teque approbante, illustriores. Quid enim imperitorum voces verear, si, vobis quorum vtrumque in veterum auctorum monumentis emendandis, illustrandisque probe versatos video, assentientibus, iubentibusque haec quantulacunque sint, in hominum manus emittam. Habes quae me ad haec tibi subiicienda impulerint: nunc quas viderim editiones, accipe, simulque indicato, si quas non viderim, aut siquid item comparatu facile ad inspiciendum restat. Cum plurimi extiterint diligentissimi viri, quorum opera Latinos de *Re Rustica Autores* typis editos habemus, multum mihi contulit Nicolaus Iensonius Gallus sua Veneta anni 1472 editione, tum Aldo sum vsus, cuius libri Venetiis quoque prodierunt anno 1514; mox Iunta, qui proximus secutus (anno enim 1521 hosce Autores emisit Florentiae) multa ab Aldo accepit; ac vtrique simili Ioanne Gymnico, cuius opera quinque supra decem annos ab Iuntinis edita Coloniae accepimus; nouissime Roberto Stephano, Sergio Gryphio, Hieronymo Commelino, qui inter se plurimum conueniunt. Horum primus Parisiis anno 1543 Rei Rusticae Autorum editionem procurauit, alter Lugduni 1548, tertius Heidelbergae 1595. Haice septenas editiones in singulis autoribus emendandis adhibui: singulatim vero in Catone quidem Christophori Raphelengii libellum anno 1596 emissum cum Ausonii Popmae, et Ioannis Meursii adnotationibus, quem ex tua bibliotheca misisti, tibi propterea maximas ago gratias; nam multa scripseram, quae deleui, quoniam ab aliis annotata inueni; in Varrone vero tum eiusdem Raphelengii librum, quo Varronis opera, quae extant, omnia cum notis Ausonii quoque Popmae continentur anno 1601 formis subiecta, tum alium non absimilem opera Ioannis Berewoutii Dordrechti anno 1619 euulgatum, quo Iosephi Scaligeri, Adriani Turnebi, Petri Victorii, et Antonii Augustini emendationes in Varronem habemus. Ex horum monumentis nonnulla, quae in Catone et Varrone obscura mihi videbantur ac vitiosa, perspicua reddita ac emendata deprehendi. Quae licet praecipua, vtiliora tamen (quod minime credas) excerpsi ex eo libro, quem Petrus Crescentiensis anno 1473. vt Tournefortius prodidit, de Agricultura conscripsit. Hic quamuis barbarus scriptor, et impolitus autor, multa tamen vt in vetustis codicibus inuenerat, ex Catone, Varrone, et Palladio (nam Columella caruisse existimo; nihil enim nisi quod de Palladio est mutuatus, ex illo affert) transcripsit. Vtinam mihi optimae editionis copia fuisset! Sed quoniam eam quam Henricus Petri Basileae anno 1538 procurauerat, vitiis ac mendis plurimis refertam ad manus tantum habui, multa praetermittere sum coactus, donec meliora exemplaria inveniam. Accessere eiusdem Crescentii interpretationes duae, hac nostra vernacula consuetudine editae,

tae, quarum vna Venetiis prodiit 1536 Bernardini de Viano typis, altera Florentiae 1605 Cosmo Iunta curante. Nonnulla quoque commoda ad emendandum Palladium percepi, ex codice vetusto in Viri Clariss. Saluinii Bibliotheca Florentiae seruato, (cuius exemplum habui ab humanissimo Viro iisdem iam dudum mecum anatomicis studiis imbuto, nunc autem egregio horum professore ac collega nostro Ioanne Baptista Vulpio) quo Palladii vernacula lingua interpretatio continetur. Horum auctoritatem multis in locis sum secutus, num recte? tu videbis. Illud etiam praetereundum non est, multa ex vetustis Laurentianae Mediceae Bibliothecae codicibus mihi transscripta misisse Florentia amicissimum, atque liberalium artium, disciplinarumque studiis ac medicis potissimum praeclare ornatum Iosephum Gastonem Georgium, quibus dubias ac vitiosas nonnullas lectiones restitui. Roma quoque ex codicibus Vaticanis, et ex Regiensi editione, quam Bartholomaeus Bruschius anno 1482 concinnaverat, nonnulla quae adnotata leges, accepi. Inuenies etiam quae non ex aliorum scriptis, sed ex longo vsu, quo in huiusmodi rebus sum a puero versatus, cognoui. Caeterum cum Vitium cultura, quae pars quidem vel praecipua rei rusticae semper habita fuit, quibusdam vocibus tradatur, huic tantum accommodatis disciplinae, ideoque perobscuris, cuiusmodi sunt *furunculus*, *mergus*, *tabulatum*, *malleolus*, *torus*, *pollex*, et aliae, quae quod in hominum consuetudine minime versentur, nisi ab agricolationis peritis intelligi non possunt, figuras nonnullas adieci, eodem etiam Morgagno auctore, quibus harum stirpium cultus, vt apud hosce auctores praecipitur, et hac etiam aetate in plurimis regionibus seruatur, sub oculos poneretur, qua potui diligentia curaui. Sed quid te prolixiori epistola moror, meis adnotationibus non recte consulens. Ad ipsas iam te remitto. Da operam, vt valeas. Dabam Patauii ex horto publico Idibus Maii 1723.

XV.
SERENISSIMO AC ILLVSTRISSIMO PRINCIPI
DN. FERDINANDO,
REGI HVNGARIAE,
BOHEMIAEQVE, ARCHIDVCI AVSTRIAE DVCI BVRGVNDIAE, ETC.
DOMINO SVO CLEMENTISSIMO.

Inter tot, tamque varios et ancipites fortunae casus, quos infracto hucusque animo superasti, Ferdinande Rex Serenissime, illud merito in te miramur omnes, quod in ea aetate constitutus, ita animum instituerís, vt neque in rebus prosperis audaciae, neque in aduersis timiditati vnquam indulseris. Nam tot iam partis abs te triumphis, nihil immoderate, nihil arroganter egisse visus es. Sed ne in ipso quidem bellico furore mentem Tuam passus es a recta ratione dimoueri, quod heu nimium multis contigit, alioqui laudatissimis viris, magno suo, suorumque malo. Alios non paucos bellum ipsum exitialis rerum humanarum pestis, inhumanitatem, feritatem, et crudelitatem docet. Tu contra in ipsis bellorum tumultibus mansuetior, in militia reddi cultior videris. Quam rem maiore etiam admiratione dignam facit Celsitudinis atque dignitatis Tuae consideratio. Tu quippe citra omnem controversiam post Caesareum numen secundum in rebus humanis obtines locum. Quem quidem ita et magnanimitate et gratia tueris, vt nemo videri possit eo obtinendo dignior. Intellexerunt hoc Bohemi et Hungari, quibus nec visus antea, nec plene cognitus inter tot vndique competitores dignissimus es iudicatus, qui vtriusque regni gubernacula susciperes. Mirantur multi Cn. Pompeium, quod Mithridatem regem 70 regnorum cum tota fere Asia, natura imbelli; Marium, quod Cimbrorum colluuiem: Caesarem, quod Gallos agrestes tunc homines bello superarint. Te adhuc puero Sueuorum gens, quorum vires ipsis aliquando Romanis formidabiles erant, Tuo, id est Austriae Imperio accessit, idque felicissimo quodam auspicio, videlicet vt ex tam auspicato exordio Regni Tui, homines intelligerent, ipsos aliquando, ditionis Tuae terminos longe lateque propagandos esse. Venetos gentem totius Italiae florentissimam, ad conditiones acceptandas sola nominis Tui auctoritate compulisti, receptis oppidis aliquot, quae Maximiliano Caesari, iniuste ablata, iure debebantur. Accesserunt etiam finibus Tuis pars lacus Benaci, nec non alpium, ac Fori Iulii loca quaedam per Venetos iam dudum violenter occupata. Heluetios multo iam tempore graues illis, quos eo in tractu Tibi habes subditos, facile contines Tua auctoritate, satius iudicantes, quietem agere, quam quicquam quod tu violari nolis, attingere. Vngaricum

garicum bellum, quod praedonis illius Reguli inuidia exarserat restinxisti, vt prius quam copiae Tuae, ditionis illius fines attigisse crederentur, ille iam toto regno pulsus exularet. Sunt haec quidem argumenta summae fortitudinis et prudentiae, maioris etiam felicitatis Tuae. An non videmus hoc agere Deum? vt Caesarea Maiestas ac Tua Celsitudo tantum eminceant potestate, quantum modestia et bonitate excellitis. Amisit nuper Germania decus et ornamentum suum Diuum Maximilianum auum vestrum, cuius in re bellica non inferior Scipione, virtus atque industria habebatur: Amiserat ante Philippum patrem, adeo amabilem et charum omnibus mortalibus, vt pulcherrimum Titi et Vespasiani elogium illi iure competierit, Deliciae generis humani; sed Deus qui nunquam deest rebus humanis, quanto cum foenore, quod periisse videbatur, resarciuit, excitans nimirum duo ornamenta, duo humani generis praesidia, quorum auspicio, boni ad excolendas virtutes accendantur, mali vero benefacere discant. Sed haec epistolaris non comprehendit angustia: celebrabunt ea, quibus et plus otii et ingenii erit. Aperuisti Tu vel solus campum patentissimum, vbi et ingenium et eloquentiam exerceant omnes eruditi. Sane iniquum fuerit, nos ita suspicere antiquitatem, vt nostra cum non sint inferiora, contemnamus. Ego ne inter aulicos Tuos, solus nihil agere videar, chartaceum munusculum Tuae offero Serenitati, Vegetii inquam Renati, eius qui de re militari libellum conscripsit, artis Veterinariae siue Mulomedicinae opus, multis seculis absconditum. quandoquidem equos habere et multos et bonos regii decoris esse videtur, quos non tam ad pompam, quam ad res gerendas alere cordati homines solent. Qua in re Mulomedicorum opera minime contemni debet. Hoc itaque opusculum Beato Rhenano, nec non Ioanni Emmeo, conterraneo meo, viris cum eruditis, tum mihi amicissimis, primum commisimus, vt illorum opera castigatum exiret in vulgus. Nam erat propemodum infinitis locis corruptum. Verum cum Beatus ille variis obstrictus negotiis muneri obeundo adesse non posset, solus Emmeus, non absque summis laboribus, operi castigando manum applicuit. Huius igitur industriae debetur, quod ab infinitis vindicatum mendis nunc prodit in lucem. Tu vero Serenissime Rex Ferdinande, vt illos Tui gratia potissimum susceptos labores recompenses, bonas literas, quique illas sincere colunt, pro regia indole Tua, quemadmodum hactenus fecisti, ornare ac tueri non desinas. id enim pulcerrimis Tuis factis non parum splendoris adiiciet. Interim Deum O. M. precor etc. Ex arce nostra Bedburtina quarto Non. Iul. a. D. MDXVIII.

C. R. MAI. TVAE

addictissimus et obsequentissimus
Herm. Comes a Nuenare,
Praepos. aedis primariae Colon.

XVI.

DEDICATIO VEGETII EX PRIMA EDITIONE.

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI FERDINANDO, REGI HVNGARIAE, BOHEMIAE etc.

Transuexerat olim, Ferdinande Regum serenissime, ad nos D. Heremannus Inclytus a Neuenare Comes, Vegetii Renati artem Veterinariam, vt eam doctissimorum virorum auxilio a mendis, quibus scatebat, expurgaremus et typis excusam ederemus in publicum. Sed cum exemplaris infinita deprauatione desperantes ab incepto negotio deterriti fuissemus, codicemque illum peruetustum rursum ablegassemus, instigauit ad desperatum munus redeundum, quod tuae Serenitatis nomini opus hoc dedicandum asserebat, nimirum vt cui non ingloriosum esset, et egregios et validos equos habere etiam permultos, quos hic auctor et a peste praeseruari, et iam aegrotantes sanari non incommode perdocuit. Verum etsi non integre natiuo nitori me redditurum confiderem, sperabam tamen me et Celsitudini tuae rem gratam, et posteris ansam id studii diligentius perquirendi praebiturum. Habeant itaque per Serenitatem tuam et caeteri Vegetium hunc, nostro labore a vitiis propemodum infinitis expurgatum, quanquam sint pleraque, quae absque αὐτογράφῳ restitui posse non crederem, quae, vbi visum fuerat, vel obelo, vel asterisco, vel alia quadam notula consignauimus. Nonnulla, licet immutatis vel verbis vel verborum ordine, sententias tamen plenas et intellectu faciles insinuare comperimus, quae lectoris iudicio immutanda vel corrigenda reliquimus; mei enim candoris non esse censebam, si mea alienis ingererem. Quaedam etiam morborum, simul et herbarum, remediorumque vocabula licet immutanda cognosceremus, constans tamen exemplariorum consensus, ne quicquam immutaremus, prohibuit. Nam ita fortassis scriptum ab auctore, non vulgares neque inerudititi persuadebant amici, quod eo facilius effecerant et quod non ignorem Antonii Codri

Codri * de hoc auctore iudicium, et quod sciam apud plerosque medicos permulta esse vel corruptissima. Quaedam etiam cum vel variarent exemplaria, vel abundare viderentur, aut etiam vel parum, vel nihil ad sententiam facerent, parenthesi interdum cinximus. De his Serenitatem tuam admonendam duximus. Precantes nostrum hunc laborem (qui certe quantus fuerit, nemo facile crediderit) hilari fronte suscipere non dedignetur. Vale felix.

S. M. T.

obsequentissimus
Ioannes Faber Emmeus,
Iuliacensis Typographus.
Basileae.

* *Adscripserat aliquis ad hunc locum quaedam, quae extricare non potui, nisi quod intelligerem accusari duo in Vegetii Latinitate a Codro, tum quod* gambas *et* gambosum iumentum *dixerit tum quod* paruissimum. *Sed Hermolaum* gambas *deducere a Gr.* κάμπτω· *paruissimum vero esse apud Lucretium.*

XVII. SAMBVCI DEDICATIO.

Generoso ac Magnifico D. Rudolpho Khuen de Velasii, Dom. in Lichtenberg et Gandegg, L. B. in Lengpach, Maximiliani II. Imp. a Consiliis, Cubiculario, ac supremo eiusdem agasonum stabulique Magistro, reuerendissimi Archiep. Salzburgensis fratri germano, Musarum literarumque patrocinio IO. SAMBVCVS, Pannonius hoc P. VEGETII de Veterin. medicina opus ante annos L mutilum corruptumque editum, nunc vero ex VV. CC. plurimis in locis emendatum ac restitutum D. D. Viennae ipsis Kal. Quinctil. a. MDLXXIV.

XVIII. CHRISTIANI SCHOETTGENII DE GARGILIO MARTIALE BREVIS DISSERTATIO.

§. I. *Aetas Gargilii.*

Gargilius Martialis quo tempore vixerit, docet Lampridius in Alexandro Seuero c. 37 qui *eius temporis scriptorem* vocat, Vopiscus autem in Probo c. 2 inter Suetonium Tranquillum et Iulium Capitolinum collocat. Incidit igitur aetas ipsius in seculum III a nato Christo. Proinde nescio, quid in mentem venerit Seruio, qui verba Virgilii explicans, vbi materiam de arboribus tangens his verbis vtitur, Georg. 4, 147.

Verum haec ipse equidem spatiis exclusus iniquis
Praetereo, atque aliis post commemoranda relinquo;

haec addit: *Gargilium Martialem significat.* Quomodo enim Virgilius talem indigitare potest, qui tribus post seculis demum in lucem prodiit? Volebat forte scribere, illud, quod aliis Poëta reliquit, Gargilium Martialem post tria secula demum exsecutum esse. Horatius equidem Epist. 1, 7 Gargilium quendam venatorem ridet, qui feras pecunia coëmtas mulo imposuerat, et per forum vexerat, vt eas ipse cepisse videretur. Sed illum non credo huc pertinere. Si enim aurei seculi scriptor esset Gargilius Martialis, Columella, diligens rei rusticae scriptor, illum non praeteriisset, sed, quod de aliis fecit, in vsum suum conuertisset. Iam vero Gargilius noster a Palladio demum allegatur, et a nemine, qui Palladio est antiquior, adeoque seculum, quod ipsi adscripsimus, optime conuenit. Quis autem fuerit, quae patria, quas dignitates ornauerit, nemo veterum tradidit.

§. II. *Scripsit I. Historiam Augustam.*

Ex operibus notior est, quae tunc quidem elaborauit, iniuria vero temporum nobis inuidit. Primo loco scripta eius historica tangenda sunt, quae scilicet ad res gestas Imperatorum Romanorum illustrandas memoriae prodidit. Testis est Lampridius, qui, quum frugalitatem Alexandri Seueri memorat, omniaque ipsi ad modum et rationem praebita fuisse tradit, ad Gargilium Martialem prouocat, illorum

illorum temporum scriptorem, qui haec singulatim persecutus sit. Clarius id probat locus Vopisci in Probo, qui illum non optimis, sed tamen veris scriptoribus adnumerat. Verba eius haec sunt: „Et mihi „quidem id animi fuit, non vt Sallustios, Liuios, Tacitos, Trogos, atque omnes disertissimos imitarer „viros in vita principum et temporibus disserendis, sed Marium Maximum, Suetonium Tranquillum, „Fabium Marcellinum, Gargillium Martialem, Iulium Capitolinum, Aelium Lampridium, caeterosque „qui haec et talia non tam diserte, quam vere, memoriae tradiderunt."

§. III. *II. De hortis.*

Porro ipsum ad horticulturam animum applicuisse testes habemus tres. Seruium iam audiuimus. Palladius duodecies ad ipsum prouocat, et loca facili negotio adferri possent, sed nihil ex iisdem amplius, quam quae iam dixi, conspicitur. Tertius est Cassiodorus, qui c. 28 Diuinarum Lectionum hoc ipsum elogio mactat: „Quodsi huius studii requirantur auctores, de hortis scripsit pulcherrime Gar„gilius Martialis, qui et nutrimenta olerum, et virtutes eorum diligenter exposuit, vt ex illius com„mentarii lectione, praestante Domino, vnusquisque et saturari valeat, et sanari." Neque de solis oleribus commentatus est Gargilius, sed de tota horticultura, nam ipsum de amygdalis, nucibus, citro, ficu, ceraso, et aliis huiusmodi fructibus agentem citat Palladius. Caeterum Caspar Barthius, Criticus non incelebris, Aduers. 38, 4 librum de Arboribus, qui Columellae adscribitur, Gargilio Martiali tribuit, eiusque rei caussas in Commentario *de dubiis Scriptoribus* se disseruisse tradit. Commentarii vero illi lucem publicam nondum adspexerunt. Quaecunque vero sint rationes Barthianae, ego contra rationem habeo non contemnendam, quae librum laudatum Columellae vindicat. Testimonium scilicet Palladii, qui Columellam bis citat, quae in libro de Arboribus inueniuntur. Prior locus exstat in Februario tit. o *Vlmos Columella dicit seminario debere nutriri.* Haec exstant libri iam dicti c. 16. Alter in Octobri tit. 3 *Asserit autem Columella, explorari foecunditatem vitium vno anno non posse, sed quatuor.* Inuenies haec libro de Arboribus c. 2.

§. IV. *III. De re Veterinaria.*

Tandem de re Veterinaria siue medicina animalium scripsisse hunc nostrum, ex antiquis nemo equidem memorat, fragmentum tamen, quod nunc edimus, illud satis superque testatur. Et credibile est, ipsum de vniuersa re rustica siue oeconomica scripsisse, quia duas has partes illius non postremas adtigit. Petrus Victorius testatur in praefatione ad Catonem, Varronem et Columellam, in codicis manu exarati, quo ad hos scriptores restituendos vsus est, inscriptione, Gargilii Martialis quoque nomen adfuisse, quamuis ipsum opus defuerit. Idem autem fragmentum, quod nunc damus, habuit etiam Io. Rhodius, illiusque edendi spem fecerat in Lexico Scriboniano p. 367. impleuisse autem non constat. Primus igitur illud typis publicis nunc edo, idque ex codice bibliothecae Lugduno-Batauae, ex quo in meos vsus olim describi curauit Vir Celeberrimus, Iacobus Perizonius. Scriptum autem est exemplum Lugdunense manu recentiore anno CIƆIƆCXXXVII. nona Octobris, ex exemplari monasterii Corbeiensis depromtum, quod tunc temporis Coloniae apud S. Pantaleonis depositum erat, prout sub finem adscriptum legitur. Librarium habuit non optimum, quare Medici et Critici eruditi manum exspectat, qui Vegetio et Hippiatricis graecis adhibitis loca deprauata restituat.

INDEX

INDEX EDITIONVM CATONIS ET RELIQVORVM REI RVSTICAE SCRIPTORVM.

QVIBVS ASTERISCVS PRAEFIXVS EST, EAS IPSI TRACTAVIMVS: QVIBVS CRVX, DE IIS DVBITAMVS.

I. CATO, VARRO, COLVMELLA, PALLADIVS.

* 1470 fol. Venetiis per Nic. Ienſonum, Gallicum, recenſente Georgio Merula.

* 1472 fol. Venetiis, Nicolao Throno Duce Venetiarum inclyto, opera et impenſis Nicolai Ienſon Galli.
Eſt in Bibliotheca publica Noribergenſi, vnde vtendam opera amici fato iam functi accepimus, quod grati agnoſcimus. Poſtea venit etiam in theſauros Illuſtriſſimi BVNAVII, (inde in Electoralem Dresdenſem.) Vſus etiam eſt Cl. Pontedera.

1482 fol. Regii, opera et impenſis Bartholomaei Bruſchii, aliter Bottoni Regienſis.
Exſtat, Fabricio teſte, Hieronymi Commelini manu paſſim annotata in Bibliotheca publica Academiae Franequeranae. Vſus eius lectionibus Roma ſibi miſſis Cl. Pontedera: quas non nunquam diuerſas eſſe ab aliis omnibus, apparet Ca. 5, 1.

* 1494 ſiue MCCCCLXXXXIV fol. Bononiae, impenſis Benedicti Hectoris Bononienſis, Ioanne Bentino. II reip. bono habenas feliciter moderante.
Exſtat Lipſiae in Bibliotheca Paulina. Conſentit cum Ienſoniana.

† 1496 fol. Bono. per Benedictum Hectorem.
In Catalogo Hulſiano To. I p. 108. n. 1848.

† 1496 fol. Venet.
Habebat Fabricius.

* 1496 ſiue MCCCCLXXXXVI fol. Regii, impenſis Dionyſii Bertochi Regien. imperante Diuo Hercule Eſten.
Eſt Lipſiae in Bibliotheca Paullina. Fuit in Bibliotheca Boiſiana n. 2837.

† 1496 fol. Regienſis apud Franc. Mazalum.
Fabricius in literis. Quatuor igitur, ſi iſtae omnes verae ſunt, quod vehementer mirer, editiones eodem anno in Italia factae. Crucem tribus appoſui, ſine iniuria, ſpero, commemorantium. Poteſt fieri, vt fucum fecerint Bibliopolae.

1498 fol. Regii, apud Dionyſium Bertochium.
Fabricius in literis.

* 1499 fol. Regii, impenſis Franciſci Mazali, imperante Diuo Hercule Eſten.
Eſt in Bibliotheca Dresdenſi, et Academiae Ienenſis. Mihi videbatur nihil differre niſi in ſphalmatis a Bonon. 1494. adeoque et a Ienſoniana.

1504 fol. Bonon. ap. Maittaire T. II. p. 168. Ea vſus eſt La. Marſinus.

1513 fol. Paris.
Schoettgenius negat ſe in ea quidquam diuerſi ab ante editis obſeruaſſe.

† 1513 8vo. apud Aldum.
In Catalogo Hulſiano n. 4072. Sed non diuerſa videtur ab ſequente.

* 1514 8vo. mai. Venet. apud Aldum.
Huius anni exempla non rare in bibliothecis reperiuntur.

* 1515 8vo. mai. Florentiae opera et impreſſa (*ſic ſcriptum*) Philippi Iuntae, ex recognitione et cum Indice Nic. Angelii.

1521 8vo. Baſil. *vid. ſub Claſſe proxima.*

* 1521 8vo. mai. apud Iuntas.
Habuit Cl. Pontedera: Nihil diuerſum habet a ſuperiore Iuntina: niſi quod adiuncta habet Codri ſcholia ad Palladium de inſitione.

* 1528 8vo. ad Aldinum exemplar, quod in fine dicitur, expreſſa neſcio vbi.
Nihil ab Aldinis diuerſum habet, niſi quod Codri ad Palladium de inſitione ſcholia adiecta ſunt e praecedente Iuntina.

* 1529 fol. Parisiis. venundantur Iodoco Badio Ascensio.
Promittuntur in tituli pagina auersa etiam scholia Codri in Palladium de insitione, quae in libro ipso non dantur. Sequitur alioquin fere sectam Aldi. Argumenta et quaedam varietates notantur in margine: paucae adnotationes pagina proxima a Catonis initiis: praefationem habet Iucundi Veronensis, et eam, quam libro de Arboribus praefixit Aldus.

* 1533 fol. Parisiis apud Galeotum a Prato, in aula maiore Regii Palatii, ad primam columnam: prelo Antonii Augerelli, impensis autem Ioannis Parui et Galeoti a Prato.
Fuit in Bibliotheca Boisiana n. 2838. Est et Lipsiae in Kaesiana, adscripta Goesiani codicis varietate manu Iani Broukhusii. Videtur autem ex asse referre Ascensianam 1529, descripta etiam vana illa scholiorum Codri promissione. Sed margines hic vacui sunt.

* 1533 8vo. mai. Aldi editio repetita.
Nulla, quam obseruarim, differentia a priore.

† 1534 8vo. Aldi.
Sic Catal. Hulsia. n. 4079. Sed non dubito, quin sit eadem, quam modo laudauimus.

* 1535 8vo. mai. Basileae apud Heruagium.
Ad Aldinam et ipsa expressa est.

* 1535 8vo. Lugduni apud Sebastia. Gryphium.
Est certe apud me volumen Catonem, Varronem, Palladium complexum: nec de altero tomo, qui Columellam cum Ge. Alexandrini et Beroaldi explicationibus et enarrationibus, habere solet in Gryphianis et Stephanianis, dubito. Nondum hic fit mentio Victorii: neque quidquam praefationis hic est vel adnotationis. Lectio etiam aperte ad sectam ante Victorianam pertinet.

* 1536 8vo. Coloniae apud Io. Gymnicum. cum Ge. Alexandrini et Beroaldi explicationibus et enarrationibus.

* 1541 8vo. Lugduni apud Gryphium. Voll. 2.
In primo sunt Cato et Varro, qui in titulo dicuntur *per Petrum Victorium ad veterum exemplarium fidem suae integritati restituti.* In altero Columella et Palladius. Est in Bibl. Dresd. Praefixa praefatio Victorii, quam damus n. X. et in peculiari pagina *Loci aliquot Columellae ad vetustiorum exemplarium collationem emendati.* Respondent paginae et versus qui hic laudantur Columellae etiam editioni Gryphianae 1548. Haec prima videtur Victorii editio. indicat dies epistolae Victorii adscriptus: nisi eodem tempore in Italia edidit, cuius tamen rei nusquam vestigium obseruaui.

* 1542 8vo. Lugduni apud Gryphium Pe. Victorii Explicatio suarum in Catonem, Varronem, Columellam castigationum separatim edita.

* 1543 8vo. Parisiis apud Robertum Stephanum
Nihil differt a Gryphiana modo commemorata: quod quidem memorabile sit in contexto et praefationibus. Nam in Victoriana explicatione quaedam auctiora inueniuntur ea quam ex editione Gryphiana descripta erant iussu Cl. Schoettgenii; eaque in hac editione expleta sunt.

* 1548 et 1549 8vo. Lugduni apud Gryphium.
Nimirum Columella adscriptum habet annum 1548. Palladius autem 1549. Victoriana explicatio huic editioni adiecta non est.

* 1595 8vo. ex Hiero. Commelini typographio. Cato, Varro, Columella e vetustissimis editionibus; Palladius e veteribus membranis aliquam multis in locis emendatiores.

† 1629 fol. Paris.
In Catal. Bibl. Menarsia. p. 29. Sed recte Cl. Fabricius monet legendum 1529.

† 1635 4to. Basil.
In Catal. Hulsiano n. 4246. Sed est haud dubie Heruagiana 1535.

II.

CATO ET VARRO.

* 1521 8vo. Basileae apud Adamum Petri M. Terentii Varronis in omni literarum genere principis III de agricultura libri. M. Catonis Latinarum literarum (teste Plin.) parentis lib. I de rebus rusticis. Habes praeterea Graecarum et priscarum dictionum enarrationem.
In fine praefationis, cui subscripsit VL. HVG. nihil repertu dignum est, praeter ista: „His „duobus Adamus noster periculum facturus est, quam non defuturi sitis, (Lectores) industriae „eius, et vbi viderit, se operam et oleum non perdere, ex Graecis et Latinis alios rei rusticae „scriptores pari exarabit diligentia. Nec solum post Aldum hos auctores imprimere conatur, „vt omnes et minoris emere possint, sed vt emendatiores quoque posthac habeantur. Valete „in Christo, et viuat in his studiis, qui dulcissimos soles voluerit experiri.„ Num quid igitur

tur spes iam tum erat edendorum γεωπονικῶν Graecorum? Num hic *Adamus Petri* cognatione aliqua contingit Henricum Petri? Caeterum hic est ille ipse liber Meursianus quem tanto semper opere commendat: Sed quem nos ab Aldino rarissime abire deprehendimus.

1535. 1541. 1543 vid. Ord. praeced.

* 1576 8vo. Basileae: adiuncti methodo rusticae Catonis atque Varronis praeceptis aphoristicis per locos communes digestis a Theod Zuingero typice delineatae et illustratae.
Catonem dedit ex recensione Victoriana, ex Scaligerana Varronem.

III.
CATO SOLVS CVM FRAGMENTIS ALIORVM LIBRORVM.

* 1590 8vo. Lugd. Bat. ex officina Plantin. c. n. Ausonii Popmae.
In Bibliotheca Vinar.

* 1598 8vo. ibidem (*titulo tantum immutato*) adiectis notis Io. Meursii. *vid. praef.*

* 1620 8vo. Franequerae sumtibus I. Commelini viduae. A. Popma iterum recensuit et notas addidit. Acc. Io. Meursii notae, et Popmae liber de instrumento fundi.
In Bibliotheca Vinariensi.

IV.
VARRO SOLVS.

1545 4to. Paris. per P. Victorium ad veterum exemplarium fidem suae integritati restitutus ap. Lodoic. Tiletanum. Ibidem eodem modo editus Palladius v. infra.

VARRO SOLVS, CVM RELIQVIS LIBRIS ET FRAGMENTIS.

1569 8vo. apud H. Stephanum, c. n. Victorii et Scaligeri.
Fabric. vid. pr. §. 5.

* 1573 8vo. apud eundem cum iisdem.

* 1581 8vo. apud eund. c. iisd.
Est in Bibliotheca Vinariensi.

1585 8vo Parisiis. ap. Fabricium.

* 1601 8vo. min. Lugd. Bat. apud Christo. Raphelengium edente et recensente A. Popma cum suis notis.
Visus est Cl. Pontedera.

* 1619 8vo. Durdrechti ex offic. Io. Berewout.
Conuenit cum Stephanianis, nisi quod passim habet varias lectiones in margine.

1623 8vo. Amstelod. apud Io. Iansonium.

V.
COLVMELLA SOLVS.

Separatim quidem impressus est in Iensoniana, Bruschiana, Gryphianis ac Ro. Stephani: sed tamen vt collectionis totius pars esset. Sed

— 4to. Columellae de cultura hortorum Carmen sine loco et anno. subscriptio: Et sic est finis, per me Iacobum de Breda. Vnde patet esse Dauentriae editum. Literae sunt Gothicae. Habet Freytagius V. C. Consul Numburgensis. Consentit plane cum ed. Iensoni 1472. Bononiensi 1494 et Rhegiensibus 1496 et 1499.

1543 4to. Paris. Columellae liber x s. Hortus cum annotationibus Pomponii, Pii, Beroaldi et aliorum. ap. Fabricium.

— 8vo. sine mentione anni Argentorati cum Caena Baptistae Fierae de herbarum virtutibus.
Lipsiae in Bibliotheca Paullina.

1543 4to. cum Nicolai Bartholomaei carmine de cultu hortorum, et Georgii Vercellani, Annibalis Crucei Mopso et Carpo Hieron. Fracastorii,

1549 4to. Paris ap. Morellium. — Maittaire.

* 1655 8vo. As veterum nonnullorum, vt et mediae vergentisque aetatis scriptorum fere metricorum et medicorum, de re herbaria videlicet. I. L. Iun. Moderati Columellae cultus hort. II. Palladii Rutilii Tauri Aemiliani de insitione: cum aliorum villaticis carm. III. Walafridi Strabi Germani Hortulus: cum Auli Septimii Sereni Moreto. IV. Macri de viribus herbarum cum appendice. V. Incerti scriptoris Graeci de facultatibus plantarum quarundam Epos cum

cum prosa. VI. Thessali mysterium ad Hermen, de XII herbis per XII signa zodiaci et de VII aliis secundum VII planetas. VII. Alexandri Imp. de VII herbarum virtutibus quas percipiant ab influentia planetarum. VIII. Io. Mediolanensis schola Salernit. IX. Thesaurus pauperum methodici Barb. X. Apuleii de nominibus et medicaminibus herbar. XI. Antonii Musae de Betonica. XII. Vestii Valentis Antiochei de Planetar. naturis, et quibus praesint in regno minerali, vegetabili et animali. Qui iunctim nunc ita compacti, vt inuicem conferri, emaculari, illustrari et enarrari valeant, praemissa simul de auctoribus ipsis praefatione et subiuncto indice herbarum macti ab An. Riuino, Phil. et Med. D. ac P. P. Lipsiae vbi prostant in Bibliopolio Ellingeriano. Aera Christi ∞ Io CLV. 8vo. 1 Alph. pl. 3.

In fine monet auctor: "Cum auctores praemissi omnes et singuli ex antea editis recusi sint, itaque „prout ibi iacebant, fere fuerant relicti; neque naeui ipsi, qui plerisque adhaerebant, vbique „sublati, nec ipsa adeo sphalmata typographica, quorum correctionem B. Lectori commen„damus, reliqua animaduersionibus nostris reseruantes." Has vero animaduersiones nunquam prodiisse credibile est. Certe nec volam nec vestigium earum vspiam reperi.

COLVMELLAE VERSIONES.

ITALICA.

1554 et 1564 8vo. Venetiis Petro Lauro Mutinensi interprete. Fabricius.

GALLICA.

1551 4to. Paris. Les douze liures de Lucius Iunius Moderatus Columella des choses rustiques traduits par Claude Cotereau Chanoine de Paris, imprimés par Guil. Morel.

Halae in Bibl. publica.

1556 —— reueus et corrigez par Iean Thierry de Beauuais, et imprimez à Paris chez Kerner.

Haec la Croix du Maine p. 55. vt notauit in libro suo Almeloueenius. Cl. Fabricius habet annum 1554.

GERMANICAE.

1538 f. *Strasburg* L. Columellae *und* Palladii *Ackerwerck verteutscht durch Mich. Herren.*

Fuit in Biblioth. Riuin. n. 1356.

* 1612 fol. *Magdeburg*, Agricultur *oder Ackerbau* Columellae *und* Palladii etc. *durch* Theodorum Maium.

In praefatione reprehendit superiorem vt obsoletam et obscuram. Fuit in Bibl. Riuin. n. 1357.

1613 f. quam Fabricius laudat et Catal. Kaesianus, credo, eadem est, itemque ea cui typorum, vt suspicor, culpa adscriptus est apud Fabricium 1621.

VI.
PALLADIVS SOLVS.

* 1536 4to. Paris, apud Io. Lodoicum Teletanum, e regione collegii Remensis. In fine scriptus annus MDXXXIX. vter verior?

Nihil obseruaui diuersum ab Aldina. Praefationem non habet, ne Aldi quidem de horis Palladii epistolam: vnde suspicabar esse partem totius corporis, quod edidisset idem typographus. Certe paginae et quam *Signaturam* vocant typographi, ostendunt, suum sibi opus integrum hoc voluisse typographos.

PALLADII VERSIONES.

ITALICAE.

1528 4to. Venet. Petri Marini.

1560 4to. Venet. Sansouini.

Italica Palladii versio commemoratur a Iulio Nigro p. 539 Historiae scriptorum Florentinorum. Add. Cl. Morgag. Epist. I. 12 et 13.

GALLICA.

1553 8vo. Paris. auctore Io. Darcio Fabric. memorat ex Crucimanio etc. Sed Maittaire adsignat a:

1154 8 —— et officinae Vascosani tribuit. Darcium dicit Aumonier du Card. de Tournon.

GERMANICAE.

In Columella commemoratae.

VII. VEGE-

VII.
VEGETIVS.

* 1528 4to. Basileae excudit Io. Faber Emmeus Iuliacensis. editio prima.
* 1574 4to. Basileae per Pe. Pernam. opera Io. Sambuci Pannonii.

VERSIONES.
ITALICA.

1543 8vo. Venetiis cum Hippiatricis Graecis, et Rusio. Fabricius.

GALLICAE.

— — Carolus Stephanus, teste Crucimanio apud Fabricium.
1563 4to. Parisiis Bernardus Podius (du Poy mon clar) Lucensis in Bearnio. Fabricius ex Verderio.

GERMANICAE.

* 1565 4to. Francof. Vegetii *Thier-Arzneykunst*. Lipsiae in Bibliotheca Kaesiana.
1665 Francof. *Arzneybuch der Thiere*. In Catalogo eiusdem Bibliothecae.

VIII.
CRESCENTIVS.

1471 fol. per Io. Schuffler Aug. Fuit apud Io. Gottl. Schwarzium V. C. Altorfii, teste catalogo p. 86.
* 147.. fol. Louanii in domo Ioh. de Westfalia hoc industrioso caracterisandi stilo impressum. Est in Bibliotheca Vinariensi. Fuit in Riuini. n. 1365. Hunc illi locum assignat Loescherus in incunab. typogr. 150 Stromatei, Io. de Westphalia initia collocat in A. 1473. Anno 1474 adsignatur in Catal. Bibl. Hulf. n. 1852. Sed statim sine anno aliqua subiicitur n. 1853.
1486 fol. Argentinae. Est in Bibliotheca Ienensi: Fuit etiam in Bibliotheca Riuini n. 1364. et penes Schwarzium.
* 1538 4to. Basileae apud Henricum Petri. In Bibl. Ienensi. vsus etiam Cl. Pontedera.
1548 fol. Basileae. Catal. Bibl. Hulf. n. 1854.

VERSIONES.
ITALICA.

1536 Venet. typis Bern. de Viano.
1605 4to. Florentiae cur. Cosmo Iunta. Vtramque laudat Pontedera.

GALLICA.

Refert nescio vnde Cel. Fabricius in praef. Physicotheologiae Derhami praemissa, iam 1370 Gallice versum esse.

GERMANICA.

1493 fol. *zu teutsch mit Figuren gedruckt*. Fuit apud Cel. Schwarzium Altdorffii.
1518 *Strasburg*. Fabricius l. c.
1531 f. *Strasburg durch Hans Knoblauch*. Bibl. Riuin. n. 1366.
* 1583 f. *Franckf. durch einen Hochgelahrten des Feldbaues Wohlerfahrnen Herrn, der Arzney* Doctorn *in unsere teutsche* Orthographia *und Sprach an Tag gebracht, auch mit andern vielen Sachen gemehret*. Neque ordinem seruat Crescentii, et alioquin ita discedit ab autographo vt vix agnoscas.
* 1602 fol. *Strasburg*. In Bibl. Vinariensi.
† 1702 fol. *Strasburg*. In Catalogo MS. Kaesiano: sed metuo ne sit error librarii.

IX. Men-

IX.

Mentionem fecimus aliquoties LAVR. RVSII. Cum liber illius videatur esse rarior, nobis autem fortuna illius dominium concesserit, hic illum vtcunque describemus. Titulus est, Hippiatria siue Marescalia Laurentii Rusii ad Nicolaum S. Hadriani Diaconi Cardinalem, in qua praeter variorum morborum plurima ac saluberrima remedia, quadraginta tres commodissimae frenorum formae excusae sunt, vt nullum tam nouo oris vitio laborantem equum inuenias, cui non hinc occurrere possis. Parisiis excud. Christi. Wechelus 1531. fol.

Ex praefatione ad lectorem duas tantum obseruationes ipsis verbis typographi damus, literariam vnam, alteram Criticam.

I. ,,Gallicum Laurentium propediem proferemus, in quo vertendo conferendoque cum Mu„lomedicis totus et assiduus est homo quidam eruditus —

II. „In ductibus illis litterarum qui *im mu nu* etc. exprimunt, a nobis nihil verearis dissentire „sicubi videbimur tibi a recto aberrasse. Scis enim ita esse typos chalcographicos, vt tam multi ,,huiusmodi ductus coniungi non possint, quin certum aliquid explicetur: quo factum est, vt hic „cum exemplari nostro paria facere non potuerimus, quod in iis nihil non habet dubium ac am„biguum.„ Illud non ad Rusium solum, sed ad omnes prope libros antiquos pertinere, norunt, qui eos tractarunt.

NOTARVM S. SIGLARVM,
QVIBVS TVM IN VARIETATE LECTIONIS TVM IN NOTIS NON NVNQVAM VTIMVR EXPLICATIO.

Primo illud vix monere opus est Ca. Catonem notare, C. Columellam, V. Varronem et P. Palladium. Reliqua elementari ordine persequemur. Notat igitur

A. editionem Aldi.
B. Bononiensem.
Barth. in Palladio Barthianum s. collatum a Barthio codicem.
Ba. vel Bas. editionem Catonis et Varronis Basileensem 1521.
Ber. Beroaldi enarrationes.
Br. Broukhusianas coniecturas.
Cr. Crescentium.
Durd. editionem Varronis Durdrechtanam.
E. Erf. Codicem Erfurtinum Palladii.
G. editionem Io. Gymnici.
Goes. in Columella Goesiani codicis lectionem.
Gr. editionem Gryphii.
I. Iensonii editionem.
II. Iuntarum.
ins. inserit.
L. Codicem Lipsiensem Columellae.
Lugd. Lugdunensem s. Leidensem Palladii.
Mor. Morgagnum in epistolis.
P. vel Pol. Collationem Angeli Politiani. interdum 2 adiicitur ad secundae notae codicem, quem vocat, indicandum.
Po. 1. Po. 2 Popmae priorem Catonis vel posteriorem.
Pom. Iulii Pomponii Fortunati Comm. in X. Columellae.
R. Regiensem.
Ry. Ryckianum codicem Varronis.
St. Roberti Stephani editionem.
Vict. Victorium, a V. ante Victorium.
W. Codicem Wratislauiensem.

M. PORCIVS

M. PORCIVS CATO
DE
RE RVSTICA.

i

CAPITA REI RVSTICAE

EX RHEGIENSI EDITIONE

ANNI CIↃ CCCC LXXXII.

M. P. CATONIS.

M. PORCIVS[a] CATO
DE RE RVSTICA

Est interdum praestare[b] mercaturis rem quaerere, ni[c] tam periculosum fiet[d]; et item foenerari, si tam honestum † fiet. Maiores enim[e] nostri[f] sic habuerunt[g], et ita in legibus posiuerunt, FVREM dupli condemnari, foeneratorem quadrupli. Quanto peiorem ciuem existimarint foeneratorem, quam furem, hinc licet existimari. Et

VARIETAS LECTIONIS.

Cum laudamus Victorianam lectionem, illud intelligi volumus, nihil postea mutatum. Paucula, quae Popma sibi indulsit, suis locis indicantur. Editiones, quarum copiam nobis fuisse indicauimus, et quae hic tacentur, eas nobiscum facere, intellige. a) *Marci Catonis Prisci I. B. R.* b) *Populo* add. *B. H. A. Gr. G. Est int. praestantius W.* c) *nisi P. si non W.* d) *sit* hic et p. p. *I. B. R.* † *Si tam inhonestum non sit W.* e) *enim* abest *P.* f) *hoc* add. *I. B. R.* g) *habuere* et p. p. *posuere* omnes a *V.*

NOTAE VARIORVM.

1 DE RE RVSTICA) Hunc vnum titulum agnoscit ipse Cato apud Ciceronem, in dialogo de senectute, vbi sic loquitur, *Quid de vtilitate loquar stercorandi? dixi in eo libro, quem de rebus rusticis scripsi.* Eundem praeferunt omnes libri veteres, sine vlla varietate, et laudat Gellius 10, 26. POP. Hicne genuinus libri huius titulus? ambigo, et putem fuisse, *de agricultura.* Agellius ita citat 3, 14 *M. Cato in libro, quem de agricultura conscripsit.* Varro etiam de R. R. 1, 2 *Annon in magni illius Catonis libro, qui de agricultura est editus, scripta sunt permulta similia?* colligas quoque ex Plinio 14, 4 *Catonem ille primus triumpho, et censura super caetera insignis, magis tamen etiamnum claritate litterarum, praeceptisque omnium rerum expetendarum datis generi Romano, inter prima vero agrum colendi, illius aeui confessione, optimus ac sine aemulo agricola.* Et ex Columella 1, 1 *Vt agricolationem Romana tandem ciuitate donemus (nam adhuc istis autoribus Graecae gentis fuit) iam nunc M. Catonem censorium illum memoremus, qui eam Latine loqui primus instituit.* Eiiciam igitur vulgatam inscriptionem, vt nouam ac commentitiam? non autem, cum idem Agellius illam laudet 10, 26 *Atqui Cato in libro de re rustica, fundus inquit &c.* Quid ergo? dicam, quod censeo. Hunc librum suum gemino titulo inscripsit Cato. *de agricultura,* siue *de re rustica.* Cum enim plus esset in libro, quam primus ille titulus promitteret, secundum addidit, qui latius se extenderet. Sic etiam Varro gemina libros suos inscriptione insigniuit: sic Cicero, sic Sallustius, etsi hodie hoc minus appareat. Nam quin ille librorum suorum titulos duplicauerit, dubium non est, ita enim inscripsit. *Catilina, siue bellum Catilinarium.* Item *Iugurtha, siue bellum Iugurthinum.* Liquet ex Agellio, Nonioque: quod tamen ante me nemo, quod sciam, obseruauit. Iudica, serie et erudite Lector, nam liber testari in aditu hoc: *Odi prophanum vulgus, et arceo.* MEVRS. Num ita inscripserit hoc opus Cato, merito dubitat Ioannes Meursius. M. tamen Tullius vulgatam inscriptionem tueri videtur; siquidem in libro *de senectute* Catonem haec narrantem inducit, *Quid de vtilitate stercorandi loquar? dixi in eo libro, quem de rebus rusticis scripsi.* Puto verum titulum esse *de agricultura et re rustica ad filium.* PONTED. add. locus Gellii, quem laudamus ad 1, 3 *vbi naues ambulant.*

1 EST INTERDVM PRAESTARE) Locus ita interpungendus; et est antiqua locutio, cui fere similis illa Terentii Hecyra, *si est, vt velit reducere vxorem, licet:* et Horatii lib. 1. epist. 12, 2 *Non est, vt copia maior, ab Ioue donari possit:* et Ciceronis in Laelio, *Est quatenus amicitiae dari venia possit.* Vbi *Est interdum, Est vt, Est quatenus,* vsurpantur ornatus causa; quemadmodum apud Graecos ἔστιν ὅτε, ἔστιν οἷς, ἔστιν ἔνθα. Significat enim *praestat interdum, si velit, non potest.* POP. Fere adducor, vt Catonem existimem velle significare, interdum mercaturis praestantiam quaeri, mercatura enim diuites cum reddat, praestantes et excellentes efficit. Alii, *est praestare,* pro *satius esse,* explicant: sed illud alterum verius mihi videtur TVRN. 28, 47. Est attendendum vtrum potiora sint: *est interdum praestare populo mercaturis rem quaerere,* vt Venetiis in D. Marci Bibliothecae codice me legisse memini, quod etiam Benedictus Hector edidit, et Ioannes Paruus retinuit, Meursiusque in veteri exemplari reperit: an quae vulgo recepta video: *est interdum praestare mercaturis rem quaerere.* PONTED. Constructionis huius exemplum est Horat. 2 Sat 5. 104 *Est gaudia prodentem vultum celare.* Barth. 11, 3 p. 516 et 517 ita παραφράζει, bene praestando negotiationibus, res aliquando paratur. It. 29, 6 p. 1362 *praestare* h. l. interpretatur, suis rebus praeesse. Verius et simplicius cum Gron. obs. 4, 8 p. 118 *Est praestare* interpretamur *praestat, melius est.* De hoc vsu verbi *est* cum infinito copiose Cortius ad Sallust. Iug. 110, 3 vbi hunc ipsum Catonis locum in primo agmine collocat.

1 IN LEGIBVS POSIVERVNT) Testimonio Gramma-

2 Et virum bonum cum laudabant, ita laudabant, BONVM agricolam bonumque colo-
3 num. Ampliſſime laudari exiſtimabatur, qui ita laudabatur. Mercatorem autem ſtre-
4 nuum ſtudioſumque rei quaerendae exiſtimo; verum (vt ſupra dixi) periculoſum et calamitoſum. At ex agricolis et viri fortiſſimi, et milites ſtrenuiſſimi gignuntur, maximeque pius quaeſtus, ſtabiliſſimusque conſequitur, minimeque inuidioſus: minimeque male cogitantes ſunt, qui in eo ſtudio occupati ſunt. Nunc (vt ad rem redeam) quod promiſi inſtitutum principium [h] hoc erit.

I. PRAE-

h) *primum* omnes *a. V.* [C.I.]

Grammaticorum cognouimus, vetuſtiſſimos autores *poſiui* ſaepe protuliſſe: quare, cum hic, et non multo poſt iterum ſic in manuſcriptis codicibus ſcriptum inuenerim, Catoni ſuum ſermonem reddendum cenſui. Nam ſic etiam locutum fuiſſe Catullum in hymno Dianae, manifeſtum eſt, fortaſſe etiam eiusdem aetatis Poeta in Iambo, quo Catulli Phaſelum imitatus eſt, idem tempus eadem ratione protulit: ita enim arbitror verſiculum illum legi oportere: *Tua in palude depoſiſſe ſarcinas*, vt *depoſiſſe*, pro *depoſiuiſſe*, imminuto verbo dixerit. Quanquam alia ratione *depoſuiſſe* illic ſine vitio dictum eſſe, defendi poteſt, vt συνίζησις in media voce fiat. VICTOR. Exiſtimamus deſignari legem aliquam ex duodecim tabulis, licet haec non reperiantur in iis fragmentis, quae hodie in manibus habentur. VRSIN. Intelligit leges duodecim tabb. in quibus praeter caetera capita, de furtis hoc fuit, SI ADORAT FVRTO, QVOD NEC MANIFESTVM ESCIT DVPLIONEM LVITO De foenore autem ita cautum, ne quis vnciario foenore amplius exerceret, vt refert Tacitus 5; etſi non meminit de poena quadrupli, quam domum Valentinianus Imperator conſtituit in foeneratores, qui quidquam vltra centeſimam accepiſſent L. 11 C. Theod. de vſuris POP. V.C. *Poſuere.* Sed illud Catonis aeuum, et ſtylum magis redolet. Veteres enim, *poſiui*, dicebant. Plautus Aſinaria, *Quin pol, ſi repoſiui remum ſola ego in Caſteria.* et ita reſcribendum apud Nonium, *Caſteria.* MEVRS. Alia loca Plauti, et Apuleii adfert Priſcianus 10, 104. SCHOETTG. Pontedera ex edd. vett. addi vult *hoc* ante *poſiuerunt* in Epiſt. p. 26. ſed eſt gloſſa τῷ *ita.*

1 FVREM DVPLI CONDEMNARI) Haec conſuetudo legibus et diuinis, et humanis recepta eſt. Ipſe Deus Exod. 22, 4 et 7 furem duplum reddere debere praecipit, id quod ipſum apud Athenienſes quoque obſeruatum eſſe docet Meurſius, Themide Attica 2, 1. Aliter tamen ſanxit Iuſtinianus, *qui furti manifeſti poenam dupli, nec manifeſti quadrupli reſtitutionem poenae loco ſtatuit* §. 5 I. de oblig. quae ex delicto naſc. §. 23 I. de actionibus et §. 1 I. de poena tem. litig. SCH.

1 FOENERATOREM QVADRVPLI) Vnde etiam quadrupiatores appellati. Feſtus, *Quadruplatores dicebantur, qui eo quaeſtu ſe tuebantur, vt eas res perſequerentur, quarum ex legibus quadrupli erat actio.* Vide Aſconium in Diuinat. et Verr. 4 MEVRS. Addantur Marc. Donatus ad Capitolinum in Antonino Pio p. 873, et Turnebus aduerſ. 3, 9 SCH. *Foenus, Foenerari, Foeneratorem, Foenum* ſine *O* primae ſyllabae a Catone ſcribi ſolita, docet ex Varrone Nonius Marcellus. PONTED.

1 QVANTO PEIOREM CIVEM) Huc pertinet, quod Cicero extremo 2 de Offic. ait, hunc ipſum Catonem aliquando rogatum, quid eſſet foenerari? reſpondiſſe, *Quid hominem occidere?* MEVRS.

2 ET VIRVM BONVM CVM LAVDABANT) De hoc dixi in ſpicilegio Theocritico Idyllio 9 MEVRS. Citat hunc locum Plinius H. N. 18, 3 SCH.

3 PERICVLOSVM ET CALAMITOSVM) Horatius, (Epiſtola 1, 1, 45) *Impiger extremos curris mercator ad Indos Per mare, pauperiem fugiens, per ſaxa, per ignes*, MEVRS.

4 AT EX AGRICOLIS) Vide Cic. in Orat. pro S. Roſcio Amerino. MEVRS. et Vegetium de re militari 1, 3 SCH.

4 VIRI FORTISSIMI) Plin. 18, 5 f. 6 *Fortiſſimi viri, et milites ſtrenuiſſimi ex agricolis gignuntur minimeque male cogitantes.*

4 PIVS QVAESTVS) eſt legitimis et bonis artibus quaeſitus. *Pius* enim idem aliquando notat, quod iuſtus, id, quod obſeruat, et exemplis probat Rittershuſius ad Guntheri Ligurinum 1, 36. Ad rem ipſam, quod attinet, paria cum noſtro ſcribit Ambroſius de Offic. 3, 6 *Bona quidem eſt agricultura, quae fructus miniſtrat omnibus, quae ſimplici induſtria adcumulat terrarum foecunditatem, nihil doli, nihil fraudis, interſerens:* Adde Varronem 3, 1, 5, Columellam praef. n. 7. SCHOETTG.

C. 1. De titulis ſiue argumentis nunc in vniuerſum dicere inſtituam; quoniam in confeſſo eſt, pleraque Catoniana praecepta ab huiusmodi inſcriptionibus inchoari. In quibus tamen, vt ordine referam, adeo peccarunt interpretes, vt multa ipſi apponendo, multa quae Catonis erant, vel diſtrahendo vel miſcendo, omnia fere alia atque alia reddiderint. Quapropter exactiſſimo iudicio circa hanc partem examinanda ſunt omnia, vt vera a falſis internoſcamus. In qua quidem re certiſſimum habebimus ſignum, ſi quae neceſſario exigantur, quae non, diligenter perpenderimus. Haec ab interpretibus: illa a Catone eſſe, quis dubitauerit? Itaque primum: *Quomodo agrum emi pararique oporteat*, vt alienum reiicerem; nam hoc ſubducto, quae traduntur, ſatis plana ſunt et aperta. PONTED.

C. I.

I. PRAEDIVM quum [i] parare cogitabis, sic in animo habeto, vti ne cupide emas,
neue opera tua parcas [k] visere, et ne satis habeas semel [l] circumire. Quoties ibis,
toties magis placebit, quod bonum erit. Vicini quo pacto niteant, id animum [m] aduer- 2
tito: in bona regione bene nitere oportebit: et vti [n] eo cum introeas, circumspicias, vti
inde exiri possit: vti bonum caelum habeat, ne calamitosum siet. Solo [o] bono, sua vir-
tute valeat. Si poteris, sub radice montis siet, in meridiem spectet, loco salubri, ope- 3
rariorum copia siet, bonumque [p] aquarium, oppidum validum prope siet, aut mare, aut
amnis,

i) *cum comparare Cr.* et omnes *a. V.* k) *Cr. perdas. nec satis. videre W.* l) *semel* omitt. *I. B. R. it. W.* m) *animaduertito I. B. R. Ba. A. G. Gr. id aduertito Cr.* n) omitt. *eo I. B. R. W.* omitt. *cum Cr.* o) *solum bonum I. B. R. Ba. H. A Gr. G.* ipseque forte *Plin.* sed nobiscum reliqui et *Cr.* p) *bonum: in quem aquarium I. B. R. it. W. bonumque, ibique aquarium* reliquae *a. V.* nobiscum *P. Cr.*

C. 1, 1 PRAEDIVM CVM PARARE) Pleraque huius capitis laudat Plinius 18, 5 s. 6 ita tamen, vt sententiam confirmet, cum verborum varietate, vel nulla, vel tali, quae potius Plinio appendenti sententiam, non adnumeranti verba, tribuenda videatur, quam libri, quo vsus est, diuersitati. Alia ratio est Crescentii, qui et ipse totum fere caput in suas areolas transtulit 2, 12. Hunc ordine descripsisse, verba Catonis apparet, et ex Codice quidem eo, qui ne voces quidem dirimeret, nedum vt interpunctione crebra intellectum iuuaret. Itaque non tantum mox ab initio legit, pro *comparare, comparatione*, et pro *parcas, perdas*, (quae potius typographo tribuenda putem, *comparace* legenti eces) sed fere semper, vbi est in Catone *fiet*, quo incisum clauditur, ille orditur interpunctam, diuisis vocibus: *si et.* Nolui haec dissimulare eorum praesertim causa, qui in libris vetustis versari incipiunt, quos de moribus librariorum diligenter admonuisse, operae pretium est.

1, 1 NEVE OPERA TVA.) Iam MEVRSIVS hic laudat C. 1, 4, 1. *vbi Caesonianum* hoc *praeceptum* vocat, quo *fertur vsus etiam Cato.* Nescio, cur *fertur*, dicat, de eo, quod etiam Plinius l. c. ex libro Catonis profert.

1, 2 VICINI QVO PACTO NIT.) Columella lib. 1, 3. *De vicini commodo non est quidem certum, quem nonnunquam mors, aliaeque nobiscum diuersae causae mutant. Et ideo quidam respuunt Catonis sententiam: qui tamen multum videntur errare*, et quae sequuntur. Vide Hesiodum etiam lib. 1 Huc pertinet illud Themistoclis, qui domum venditurus addebat, *ὅτι καὶ καλὸν ἔχει γείτονα*, vt ait Plutarchus. MEVRS. *Nitere* est felici conditione gaudere, in qua notione, de iumentis et pecoribus adhibetur, quae pinguia sunt. Sed haec iam obseruarunt I. F. Gronouius ad Phaedrum 3, 8, 4 et Burmannus ad Petronium c. 99. Confer autem de re ipsa Greenium de rusticatione, et villis veterum 2, 3, p. 196. 197. SCH. Vera sunt, quae ex Columella, et aliunde hic laudant viri docti; sed hic quidem non eum locum tractat, proprie Cato, verum hoc modo sibi vult, si vicini bene habere videantur, inde coniecturam capi de bonitate soli et caeli.

1, 2 VTI INDE EXIRI POSSIT) id est, videas, quos euectus habeat ad exportanda, quae pecunia mutanda sunt, et foras danda. TVRN. 28, 47. Locus relictus fere a viris doctis, cum tamen interpretatione, si quis alius egeat. Dicam quid putem, libenter auditurus meliora monentes. Respicere igitur videtur vir sapiens ad fabulam, quae etiam apud Phaedrum est 4, 8 de capro, qui *non circumspexerat, vti exire posset* e puteo, in quem a vulpecula inuitatus, descenderat, quae illum deinde *clauso reliquit haerentem vado.* Et multi maiora copiis suis praedia emunt, ac iis se implicant negotiis, quorum facilius est initium, quam finem inuenire. Coelius ad Cic. 8, 6 extr. *ne te eo demittas, vnde exitum vides nullum esse.* Plane probarem hanc interpretationem, si ea, quae praecedunt, et quae proxime sequuntur, satis responderent. Quod tamen in Catonis hoc libello omnino esse necessarium nemo, credo, qui totum legerit, dixerit. Possis tamen etiam referre ad salubritatem, ne sit pro agro sepulcrum, et domus illa, *vnde negant redire quemquam.* Et ita conueniret cum his, quae sequuntur.

1, 2 VTI BONVM CAELVM HABEAT.) V. 1, 2, 8 C. 1, 3, 1.

1, 2 SOLO BONO, S. V. V.) Vera lectio est: *nam solum s. v. v. Solo bono* est ab Aldo. FVNTED.

1, 2 CALAMITOSVM) *Calamitas* proprie eiusmodi tempestas est, plerumque grando, quae calamos solet frangere, apud Terentium et alios. V. Becmannus Orig. p. 317 Gronouius obseru. 3, 9. Inde h. l. *calamitosum*, quod multis tempestatibus est subiectum SCH.

1. 3 SVB RADICE MONTIS) V. 1, 7, 1 Plin. 17, 5 s. 3. *Cato agrum optimum indicat ad radicem montium, planitie in meridiem excurrente.*

1, 3 BONVMQVE AQVARIVM) Hic veterem scripturam restituimus, quam nonnullae etiam coniecturae adiuuant. Ne autem cuncta, quae variauimus, quamuis minuta, aut aperta explicare cogamur, semel quam rationem in hoc negotio secuti simus, exponere placuit. Sciant igitur omnes, quaecunque immutata inuenerint, ad fidem priscorum codicum reducta esse, nec temere nos ab ipsis discessisse: quod si vnquam coniecturis ducti nobis aliquid permisimus, suspicionis nostrae causam reddemus, et in quo parua etiam licentia vsi sumus, ostendemus. VICT.

1, 3 OPPIDVM VALIDVM) Munitum, et frequens, vt fructus inuehere sine iniuria, et facile

 possit

4 amnis, qua naues ambulant, aut via bona, celebrisque [q]. Siet [r] in iis agris, qui non
saepe dominos mutant: qui in his agris praedia vendiderint, quos pigeat vendidisse: vti
bene aedificatum siet. Caueto [s] alienam disciplinam temere contemnas. De [t] domino
5 bono colono, bonoque aedificatore melius emetur. Ad villam cum venies, videto vasa
torcula et dolia multa ne sient. Vbi non erunt, scito pro [tt] ratione fructuum esse. In-
6 strumenti [u] ne magni siet, loco bono siet. Videto quam minimi instrumenti, sumptuo-
susque [x] ager ne siet. Scito idem agrum quod hominem, quamuis quaestuosus siet, si
7 sumptuosus erit, relinqui [y] non multum. Praedium quod primum siet, si me rogabis,
sic

q) *secus ei: celebris siet. In is agris W. celebris quae siet. In h. a. Iens.* pro *quae B. R. que.* r) *siet autem et in l. I.* et reliquae *a. V.* s) *caueto ne al. Cr.* et omnes *a V.* t) *a domino Cr.* sed *de* etiam Plin. tt) *pro om. Meurs. et Po.* u) *instrumenti magni ne fiet: bono loco fiet* omnes *a. V. inst. m. copia, bono loco ne fiet, vtile W. Instrumenta multa vel pauca sint videto Cr.* quae paraphrasis potius. x) *que* abest in omnibus *a. V.* y) *relinquere W. I. B. R.* quod praefert Ponted. Ep. 3. *relinquit H.*

possit diuendere. Vsurpat Sallust. lib. 1. Histor. *Vrbem validam multos dies restantem, pugnando vicit.* Et in Iugurtha; *Erat inter ingentes solitudines oppidum magnum, atque validum:* etsi ibi in plerisque libris veteribus est *valens:* id quod Cyprianus Popma, frater meus, et post illum alii receperunt. Gellius memoria lapsus hic legit *oppidum prope amplum.* POP.

1, 3 QVA NAVES AMBVLANT) Ennius apud Festum in Rigido, *Inde parum per caerula nauibus ambullabant.* Sic enim antiqui litteram *l* geminabant metri causa. Cicero etiam Xenophontem imitatus, (de Fin. 2, 34) *Xerxen nauibus maria ambulauisse* dixit. VRS. Conferri iubet haec Drusius Quaest. Hebr. 3, 59 cum illis Psalm. 104, 26 שם אניות יהלכון, *ibi naues ibunt.* SCH. Gellius 10, 26 cum defendit Sallustium, qui *transgressum,* pro transfretatione dixerat, *Qui autoritatem requirunt,* inquit — *volo, vti respondeant. quantum existiment interesse,* ingredi, *atque* ambulare. *Atqui M. Cato in libro de re rustica,* fundus, *inquit,* eo in loco habendus est, vt et oppidum prope amplum sit, et mare, aut amnis, qua naues ambulant.

1, 3 VIA BONA CELEBRISQVE) quae ab hominibus, et viatoribus saepe frequentatur. Vide, quae de voce *celebris* congessit ZINZERLINGIVS Promulf. Crit. c. 11. Intelliguntur autem viae publicae per totam fere Italiam lapidibus stratae, de quibus in compendio Lipsius de Magnit. Rom. 3, 10. SCHOETTG.

1, 4 QVOS PIGEAT VENDID.) Malim *hos:* ratio aperta dicendo obscurari potest, non explicari. Iam Fornerius ad l. 144. de V. S. et ibid. H. Memmius suspicati sunt, *quos* ortum esse ex *cos* pro *eos* posito.

1, 4 CAVETO ALIENAM DISCIPL.) V. C. *Caueto, ne alienam d.* Lego, et interpungo. *Vti bene aedificatum fiet, caueto. Ne alienam d.* MEVRS.

1, 4 AEDIFICATORE) qui magna aedificandi voluptate tenetur. Nepos Attico 13, 1. *Nam cum esset pecuniosus, nemo illo minus fuit emax, minus aedificator.* Et Ancus, *aedificator* audit Floro 1, 8, 4 Columella 1, 4, 8 *Eleganter igitur aedificet agricola, nec sit tamen aedificator.* SCHOETTG.

1, 5 ET DOLIA MVLTA NE SIENT) i. e. an sient. Cum videam viris non indoctis insolens videri, vt, *ne* separatim positum interrogationi seruiat, adeo quidem, vt de emendandis illis auctorum locis cogitent, vbi ita ponitur, iuuat vno loco proponere, quae adhuc obseruaui eius formae exempla. Plautus igitur Aul. prol. versu vlt. *Credo aurum inspicere vult, ne surreptum siet,* h. e. sitne surreptum. Id. Capt. 1, 2, 24. *Visam, ne nocte hac quippiam turbauerint,* h. e. turbauerintne. Id. Pseud. 1, 2, 71. *ne illi audeant id facere,* h. e. illine audeant. Terent. Andr. 4, 4, 45. ex fide castigatissimarum editionum, quem deserere nobis non videbatur debuisse Bentleius, *Audiui iam omnia. Ah ne tu omnia!* h. e. tu ne omnia audisses. Video tamen Bas. et Heru. hic et paulo ante τὸ *ne,* ad praecedentem vocem admouere. v. Ind. in *ne.*

1, 5 PRO RATIONE FRVCTVVM) Sed illud non credo voluisse Catonem, multa dolia si sint, vberes fructus hinc intelligi.

1, 5 INSTRVMENTI NE MAGNI SIET, LOCO BONO SIET) Haec Catoniana mihi non videntur, sed tanquam indices quondam in margine adnotata. PONTED. Sed v. quae dixit in Ep. 3. p. 27.

1, 6 VIDETO, QVAM MINIMI INSTRVMENTI) Haec non pugnant iis, quae §. 5 dixerat de paucitate doliorum. *Instrumenti* enim vox multo patet latius et comprehendit, quae v. g. noster c. 10 et 11 complectitur, quaeque V. 1, 17, 1 in *genus vocale, semiuocale et mutum* partitur. Ille igitur ager haud dubie melior, qui eosdem fructus minori instrumento cultus reddit. Huc pertinent ea, quae sequuntur.

1, 6 IDEM AGRVM, QVOD) singulare dicendi genus, quod non memini, alias me obseruare: forte Graecismus τὸν ἴσον. Alius dixisset *item* agrum, *vt* hominem etc. nisi sic legendum. Amicus aliquis noster putabat, intelligendum *facere, vel efficere.*

1, 7 PRIMVM) primarium, maximae vtilitatis, et optimae conditionis, quemadmodum alias in hac significatione occurrere notant Barthius ad Gratium v. 437. Reinesius ad Daumium epist. 46. SCHOETTG.

sic dicam. De omnibus agris, optimoque [z] loco si emeris iugera agri centum, vinea est prima, si vino multo [a] siet; secundo loco hortus irriguus, tertio salictum, quarto oletum [b], quinto pratum, sexto campus frumentarius, septimo silua caedua, octauo arbustum, nono glandaria silua.

II. PATERFAMILIAS vbi ad villam venit, vbi larem familiarem salutauit, fundum eodem die, si potest, circumeat: si non eo die, at postridie. vbi cognouit quomodo fundus cultus siet, operaque quae facta infectaque sient, postridie eius diei vilicum vocet, roget quid operis siet [c] factum, quid restet, satisne tempori opera sient [d] confecta, possit-

ne

z) *optimo loco omitt i. c. a. Vinea W. I. B. R.* a) *multa est W.* b) *Olivета Varr. & Cr.* [C. II.] c) *fiet* omitt. *I. B. R.* d) *sient: confectaque durare possint, aut quae reliqua sient conficere W. I. B. R.* nisi quod *B. R. sient quae: sient confecta, quae dur. poss., quid restet, aut quae relicta (Ba. et A. reliqua) sient conficienda,* reliqui *a. V.* nobiscum *etiam Pet. Cr.*

SCHOETTG. Caeterum hanc ipsam Catonis gradationem refert Varro 1, 2, 7 et ex eo Cresc. 2, 26.

1, 7 SIC DICAM. DE O. A. etc.) Veteres rectius sic distinguunt: *Sic dicam de omnibus agris. Optimo etc.* Ex Quinctiliano autem scribendum dicam. PONTED.

1, 7 VINEA EST PRIMA) In duobus libris manuscriptis (etiam Politiani) est, *vel si vino multo fiet.* Vnde apparet legendum esse, *si bono, vel si vino multo fiet,* atque hoc modo legisse Varronem, constat ex libro 1, 7 de re rustica, in quo ita circa hunc locum, Cato *quidem gradatim proponens, alium alio agrum meliorem dicit esse in novem discriminibus, et quod sit primus, ubi vineae possint esse bono vino et multo etc.* Sed *aut multo* legendum videtur. Putamus autem apud Catonem, ex *vono* (nam ita scribebant pro *bono*) factum fuisse *vino,* et mox eam vocem expunctam, quod bis posita esset. VRS.

1, 7 SI VINO MVLTO SIET) Ex Varrone quid deesse ostendimus, vt sit *si vino bono et multo fiet;* siue, *si vino bono vel multo fiet.* PONTED.

1, 7 SEPTIMO SILVA CAEDVA) Columella 3, 3. *Atque optabiliorem pratorum possessionem, pascuorumque vel siluae caeduae indicent.* Siluarum autem duo erant genera: hae sacrae, illae profanae. Sacras caedere non licebat. Arnobius 7. *Nunquid erui sacratissimos lucos, aut religiosa quaedam loca, substructionibus pollui, profanarique privatis?* Profanas licebat, vnde et *caeduae* dicebantur. Festus, *Conlucare dicebant, cum profanae siluae ramos deciderent officientes lumini.* De silua autem caedua ita Caius L. 7 ad Edictum. *Silua caedua est, vt quidam putant, quae in hoc habetur, vt caederetur. Seruius eam esse, quae succisa rursus ex stirpibus, aut radicibus renascitur.* De sacra ista Statii Thebaid. 3 etiam capienda. *Caedere nec validas sanctis e stirpibus hastas, Nec pudor emerito clypeum vestisse iuvenco.* MEVRS.

2. Hic argumentum est adnectendum Capiti, *Patris familias officia.* PONTED.

2, 1 PATERFAMILIAS) Veteres dominorum tyrannicum nomen abominati. *Patres familias,* se dici volebant. Seneca ep. 47. *Ne illud quidem videtis, quam omnem inuidiam maiores nostri dominis, omnem contumeliam seruis detraxerint? Dominum, patrem familiae appellauerunt: seruos, quod etiam in mimis adhuc durat, familiares.* Macrobius Saturnal. 1, 11 vbi totum hoc Senecae descripsit, *Et Maiores nostri omnem Dominis inuidiam, omnem seruis contumeliam detrahentes, Dominum patrem familias, seruos familiares appellauerunt.* Apud antiquissimos tamen *patres familiae* dicebantur generis principes, et *familiares* non serui, sed qui eiusdem essent familiae. Festus, *Familia antea in liberis hominibus dicebatur, quorum dux, et princeps generis vocabatur pater, et mater familias. Vnde familiae Pompiliorum, Valeriorum, Corneliorum, et familiares ex eadem familia, postea hoc nomine etiam famuli appellari coeperunt, permutata I cum V littera.* MEVRS. Sed vide mihi editionem Festi Dacerianam, vbi *familia antea* legitur etc.

2, 1 VBI LAREM FAM. SAL.) Veteres, vt peregre in patriam appellentes, Genium regionis salutabant (qua de re abunde dixi ad Lycophronem) ita cum domum rediissent, larem familiarem. Videmus hoc apud Catonem et Symmachum L. 5 epist. 72. *Octavo demum die multa reluctatus itineris difficultate larem patrium salutavi.* Colebant autem eum propter maiores, qui erant ibi sepulti; nam veteres in suis domibus sepeliebantur, vt noto in curis secundis ad Lycophronem: Servius Aeneid. 6. *Apud maiores omnes homines in suis domibus sepeliebantur; vnde ortum est, vt lares colerentur in domibus.* Colebatur autem (vt notum est) in foco, vnde et veteres frugaliores ibi cibum sumebant. Saluianus de prouid. Dei 1. *Nunquid parcam illam tunc agrestemque vitam cum gemitu et dolore tolerabant; cum viles ac rusticos cibos ante ipsos quibus exercebantur focos sumerent?* id quamvis postea mutarit, in villis tamen inter seruos rusticos nihilominus factitatum. Columella 11, 1 *Consuescatque rusticos circa larem domini* (scripserim *domi*) *focumque familiarem semper epulari.* MEVRS.

2, 1 VBI LAREM FAM. SAL.) Haec verba omisit Cresc. 2, 12 credo religione ductus.

2, 1 ET

ne quae reliqua fient conficere: et quid [e] factum vini, frumenti, aliarumque rerum omnium.
2 Vbi ea cognouit, rationem inire oportet operarum [f], dierum. Si ei opus non apparet,
dicit vilicus sedulo se fecisse, seruos non valuisse, tempestates malas fuisse, seruos aufu-
gisse, opus publicum effecisse. Vbi eas aliasque causas multas dixerit [g]; ad rationem ope-
3 rum operarumque vilicum reuoca. Cum tempestates pluuiae [h] fuerint, videto [i] quot dies,
quaeue opera per imbrem fieri potuerint, dolia lauari, picari, villam purgari, frumen-
tum transferri, stercus foras efferri, sterquilinium fieri, semen purgari, funes veteres sar-
4 ciri, nouosque fieri [k]: centones, cuculiones familiam oportuisse sibi [l] sarcire. Per fe-
rias [m] potuisse fossas veteres tergeri [n], viam publicam muniri, vepres recidi, hortum [o]
fodiri,

e) *ecquid Po.* 2 in not. f) *operariam* omnes *a. V. praeter B. R.* etiam *Be.* in qua vidisse vult *operariorum* Meurs. Ponted. Nobiscum *Pol. et Cr.* g) *dixit P. Cr.* non male. h) *pluuiaeue* omnes *a. V. et pluuiae Cr.* i) tria verba *vid. q. dies* omitt. *W.* k) *Fieri centones: cuculionesue* omnes *a. V.* nobiscum *Cr.* l) *sibi* omitt. *I. B. R. potuisse* pro *oport. Cr.* m) *potuisse* omitt. *I. B. R. item Be. H. A. Gr. G.* qui et inser. *vere*, quod habent etiam *I. I.* n) *tergi Pol. et Cr. tergere I. B. R.* o) *ortos W. hortos I. B. R.*

2, 1 ET QVID FACTVM VINI) Non tantum de oleo *facere*, dixerunt veteres, sed et de vino; quomodo Lycophron quoque Ἔρπιν τε ῥέζειν, ἠδ' ἐλαιοφαῖον λίπος. MEVRS.

2, 2 SI EI OPVS NON APPARET) h. e. si non constat ratio, si non satis operis factum videtur domino pro operarum i. é. hominum opus facientium, ac dierum numero. Turn. 28, 47 huc refert Plautinum illud Trin. 2, 4, 7 *Ratio quidem hercle apparet, argentum οἴχεται.*

2, 2 OPERARVM DIERVM. SI EI) Haec male distrahuntur; sunt enim hoc modo digerenda: *operarum dierum, si ei opus non apparet. Dicit villicus.* PONTED.

2, 2 DICIT VILICVS) V. C. *Villicus*, sed hoc magis placet: nam veteres non geminabant *l* literam. Festus, AB OLOES, *dicebant, pro* AB ILLIS. *Antiqui enim litteram non geminabant.* Lego, *a. enim l litteram n. g.* Facile videre est originem mendi. Dicebatur autem, *Villicus*, qui a patrefamilias villae curandae praeponebatur. Varro de re rustica 1, 2 *Villicus agri colendi causa constitutus, atque appellatus a villa, quod ab eo in eam conuehuntur fructus, et euehuntur, cum veneunt.* MEVRS.

2, 2 SEDVLO SE FECISSE) V. C. *sedolo*, quod duobus modis accipi potest, et pro *sedulo* ἀόχνως, vt *Consol*, pro *Consul*; et pro, *sine dolo*, vt est in fragmentis legum vetustarum. VRS. Suppetias fert Vrsino Cresc., qui *se dolo caruisse* scripsit; forte, quod vim vocis *se* non perciperet, *fecisse* in *caruisse* mutauit. *Se dolo*, vt in LL. XII Tabb. *se fraude.* Ipsum *sedulo* passim ita interpretantur Donatus, Nonius, Glossae: vt quicquid sit de scriptura, intellectus certe is sit, quem dicimus.

2, 2 SERVOS AVFVGISSE) Opinor a Catone scriptum: *ferias se fecisse.* Hac enim ratione par pari respondet Paterfamiliae, et ad singula allata a villico ordine redit, praesertim cum inter villici officia, *vti feriae seruentur*, recenseatur. PONTED.

2, 2 OPVS PVBLICVM EFFECISSE) opera publica sunt ministeria veterum, qui seruos suos ad reparanda balinea, conficiendos aggeres, sternendas vias, purgandas cloacas, non nunquam etiam ad cursus publicos mittebant. Haec seruitia agebant, vel priuatorum serui, vt ex hoc Catonis loco constare potest, vel serui publici, qui integrae alicuius ciuitatis, et reipublicae sumtibus ad hoc alebantur; de quibus eorumque seruitiis agunt Petrus Faber semestr. 2, 5. Lipsius Elect. 1, 22. Pignorius de seruis p. 65, s. SCHOETTG. Si audaci mihi esse licet in vna litterula, pro effecisse scribam *offecisse*, impedimento fuisse, ne plura fieri potuerint, *officere* vocem antiquam et Catone non indignam Lucretius ostendit, qui frequenter ea vtitur.

2, 2 OPERVM OPERARVMQVE) Ita habent omnes, quos vidi, editi Catonis libri, nempe Ienfonii, Aldi, Iuntae, Gymnici, Stephani, Gryphii, Commelini, Raphelengii, cum Meursii, ac Popmae annotationibus. Ego pro *operum* legendum opinor *dierum*, quod patet ex illis: *Rationem inire oportet operarum dierum.* Item *cum tempestates pluuiae fuerint, videto quot dies. Quaeque opera per imbrem fieri potuerint.* PONTED. Vulgatam tamen etiam agnouit Crescentius; et *operae* dierum notionem includunt. Est enim opera, quantum vno die operis potest fieri. Vid. Ind.

2, 3 TEMPESTATES PLVVIAE) non penitus damno lectionem omnium ante Vict. *pluuiaeue*, aut Cresc., *et pluuiae.* Tempestas niuem, grandines, ventos complectitur. Itaque Crescentius statim subiicit, *quae opera per hiemem fieri, et per imbrem potuerunt. Hiemem, χειμῶνα, tempestatem* synonyma saepe esse, notius est, quam vt hic dici debeat.

2, 3 STERQVILINIVM FIERI) in antiquissimo codice Catonis ac Varronis semper *stercilinum* scriptum est: quam scripturam, quamuis non receperim, tamen semel notam facere volui. VICT.

2, 4 FOSSAS VET. TERG.) Nam nouas facere ius pontificium vetabat. Macr. 1 Saturn. *Verrium Flaccum iuris pontificii peritissimum dicere solitum*

fodiri, pratum purgari, virgas vinciri, spinas runcari, [p] expinsi far, mundicias fieri. Cum serui [q] aegrotarint, cibaria tanta dari non oportuisse. Vbi haec cognita aequo animo fient, quaeue [r] reliqua opera fient, curare vti perficiantur: rationes putare argentariam [s], fru-

p) *truncari Cr.* add. *cremariq. ex piscina immunditias efferri* omnes *a. V. nisi quod H. A. Gr. G. afferri.* Contra *expinsi far* omittunt, quod habet *Pol.* q) *seruis excogitata cibaria tanta dari, quanta cum oportuisse W. I. B. R. seruis excocta cibaria non tanta dari, quanta cum sine tempestate operantur in aruis,* reliqui *a. V. cum aegrotarint Vict.* et secutae illam: *vid. not.* r) *quae opera sint curanda, vti perficiantur ratione putato. Argentaria W* ead. *I. B. R.* nisi quod pro *putato* habent *curato.* s) *frumenti pabuliue causa: quae paranda sint ratione vinaria oleariaque: W. I. B. R. et frumentariam familiae pabuline causa, quae paranda sient parare, rationem item vinariam oleariamque* reliquae *a. V.* nobiscum aliae, nisi quod *familiae* et *item* inserit dictis locis *Po. a.*

tum refert Varro, quia feriis tergere veteres fossas liceret, nouas facere ius non esset, ideo magis viduis, quam virginibus idoneas esse ad nubendum. Quo in loco notandum censeo insignem temeritatem Macrobii, qui cum Varro nominaret Flaccum, intelligeretque Fuluium Flaccum, Flaminem Martialem, cuius testimonio in libris de lingua latina aliquoties vtitur; ipse reposuit Verrium Flaccum, hominem Grammaticum, et aetate inferiorem, quam vt a Varrone tam honorifice potuerit laudari in illis libris Antiquit. Diuinar. ad C. Caesarem Pont. Max. POP. Cuius adnotationem, laudato auctore repetiit MEVRS. *Quid per ferias liceat agricolae,* disputat etiam Columella 2, 22 praesertim ex Virg. G. 1, 269 *seqq.* quem locum etiam Macrobius illustrat Sat. 3, 3. Add. Plin. 18, 6 f. 8 vbi ex oraculis abauorum refert: *Malum patrem familias esse, qui interdiu faceret, quod noctu posset, nisi in tempestate caeli. peiorem, qui profestis diebus ageret, quod feriatis deberet etc.*

2, 4 VIAM PVBL. MVN.) Hoc opus poenae speciem habebat. Traianus ad Plin. lib. 10 ep. 4 *Si qui vetustiores inuenientur, et senes ante annos decem damnati, distribuamus illos in ea ministeria, quae non longe a poena sint. Solent enim eiusmodi ad balineum, ad purgationes cloacarum item munitiones viarum et vicorum dari.* MEVRS. Add. Bergerius de Viis 1, 10.

2, 4 VIRGAS VINCIRI) putem esse viminea vasa fieri, et vitilia parari. Virgae enim, cum nectuntur, vinciuntur. TVRN. 28, 47.

2, 4 SPINAS RVNCARI) V. C. auget. *Spinas runcari, cremarique, ex piscina immunditias efferri, munditias fieri.* Et recte quidem, *ex piscina immunditias efferri,* ingerit. Sed capiemusne de publica piscina, (sic antea dixit *viam publicam muniri*) ad quam natandi, exercitiique caussa veniebant? de illa sic Festus, *Piscinae publicae, hodieque nomen manet, ipsa non extat, ad quam et natatum, et exercitationis alioquin causa veniebat populus.* Erat circa portam Ostiensem. Ammianus lib. 17. *Vnde chamulcis impositus, tractusque lenius per Ostiensem portam piscinamque publicam Circo illatus est maximo.* Ad cuius instar etiam erant istae piscinales cellae, quae in aestiuis balneis a septentrione, in hiemalibus autem a meridie lumen accipiebant, vt tradit Palladius 1 Tit. 40. Non potest; valide vetat Columella lib. 2 cap. 22 *Piscinas, lacus, fossas veteres tergere, et purgare,* quem totum locum cum hoc Catonis contulisse iuuabit. MEVRS.

2, 4 EXPINSI FAR.) Peruulgata lectio valde a priscis exemplaribus dissentiebat: hoc autem factum puto, quia in antiqua scriptura paruum mendum inoleuerat, quod cum aliquos turbasset, ita restitui posse locum censuerunt. Ipse eo sublato, veterem in suam sedem reposui, macula autem in vno verbo erat, nam reliqua cum fide in nostrum librum translata sunt: *Expinsi lar.* Vnius igitur tantum litterae castigatione pro *Lar, Far* lego. Varronis locus de vita populi Rom., qui a Nonio adducitur, rem confirmat. *Nec pistoris nomen erat, nisi eius, qui ruri far pinsebat.* VICTOR V. C. eiicit. Benéne? non ausim pronuntiare, cum Columella hoc ipsum etiam inter opera feriis licita numeret. Ait enim: *Feriis autem ritus maiorum etiam illa permittit, far pinsere etc.* MEVRS. Forte optimum fuerit vtramque lectionem coniungere, et alteram ex altera explere. Audiamus de re ipsa TVRN. 28, 47 *Cato dicit, expinsi far, non triticum, nam triticum in area exterebatur, cum facile liberetur sua gluma: far in pistrino pinsebatur, et torrebatur; quod in area sua gluma liberari non posset.* Vid. et ad Col. 2, 9, 14.

2, 4 CVM SERVI AEGROTARINT) Victoriana potior mihi videtur lectio. Nam Paterfamilias his verbis villico respondet dicenti *seruos non valuisse,* videlicet *si serui non valuerunt, cur tanta cibaria dedisti?* desiderari tamen potest τὸ *servi,* ad hunc modum: *cum serui aegrotarint, cibaria tanta dari non oportuisse.* Sic excerpsit Petrus Crescentius 1, 13 sic in codice manu exarato circa annum 1402 legi, per litteras monuit Iosephus Gast. Georgius; in tribus vero aliis codicibus Florentino vno, et duobus Bibliothecae Vaticanae: *cum serui excogitarint; excogitarint* pro *aegrotarint* posito; Item deprauatum locum Iensonius, et Bruschius ediderunt: *seruis excogitata cibaria tanta dari, quanta cum oportuisse.* PONTED. Cum tantis praesidiis nitatur vox *serui,* quae modo Cl. Pontedera exposuit, et accedat auctoritas Pol. non dubitaui eam recipere.

2, 5 QVAEVE RELIQVA OPERA SIENT) Cogitabam aliquando, locum hunc ita posse restitui;

frumentariam, pabuli causa quae parata sunt; rationem vinariam, oleariam, quid venierit, quid exactum siet[t], quid reliquum[u] siet, quid[x] siet quod veneat; quae satis accipiunda sient, satis accipiantur. Reliqua quae[y] sient, vt compareant. Siquid[z] desit in annum, vti paretur. quae supersint, vti[a] veneant: quae opus sient locato, locentur[b]: quae opera fieri velit, et quae locare velit, vti imperet, et ea scripta relinquat: pecus consi-
7 deret. Auctionem[c] vti faciat. Vendat oleum, si precium habeat, vinum frumentumque quod supersit. Vendat boues vetulos, armenta delicula[d], oues deliculas, lanam, pelles,

t) *siet* omitt. *W. I. B. R.* u) *rel. deinde siet imperato quid Ven. W. I. B. R.* x) *quidque I. I.* et reliquae *a. V.* y) *quae comparanda sint, si quid W. I. B. R.* z) *siqua desint i. a. v. comparentur I. I. G. comparetur* etiam *I. B. R.* nobiscum *Cr.* a) *vti* om. *I. B. R.* b) *loc. videat: quae deinde a. f. v. et quae nolit, imperet W. I. B. R. τὸ deinde* etiam habent caeterae *a. V.* c) *tonsionem W. I. B. R.* d) *reicula oues reic.* omnes *a. V.* plane omitt. *Cr.*

tui: *quae reliqua opera curanda sunt, vti perficiantur, curato. Rationes putato, argentariam, frumentariam, familiae, pabuliue causa, quae parata sint, rationem vinariam, oleariam, quid venierit, quid exactum siet, quid reliquum siet; deinde imperato quid veneat, quae satis acc. s. acc. reliqua etc.* Neque audaciae me magnae accusaturum confidebam, qui varietatem lectionis supra indicatam consideraret: sed cum horridiusculam Catonis aetatem non dedecere videatur Commeliniana lectio, quanquam non vsque quaque sibi respondens, et infinitiuus pro imperandi modo positus, legislatori, vel oracula fundenti conueniens (quo honore Catonem posterior aetas mactauit) videatur librariis mutandi occasionem praebuisse: nihil tentandum putaui.

2, 5 QVID EXACTVM SIET) Nimirum opponuntur *reliqua* iis, quae *exacta* sunt et *soluta*: vtrumque solenne, apud ICtos praesertim, verbum de pensionibus colonorum, aliisque publice vel priuatim praestandis.

2, 5 QVAE SATIS ACCIPIVNDA) Haec *satis acceptio satis dationi* respondet, quam vulgo *cautionem* vocant e. g. Dominus constituere debet, an satis accipiendum sit a vicino, cui nouum ipse opus nunciauerit. Quam quidem eo magis hic intelligi velim, quod ea sine praetore transigi potest. Vid. ICtos, e. g. Donell. 15. 46. p. 844.

2, 5 AVCTION. VTI FAC.) Male haec, vt plurima alia, in hoc libello a superioribus diuulsa sunt, quae coniungi debent ex fide veteris codicis. *Pecus consideret, auctionem vti faciat, Vendat oleum etc.* MEVRS. Locus mihi dubius; nam *τὸ auctionem vti faciat*, librariorum additamentum existimo, quippe apud Stephanum, Gryphium, Commelinum, Popmam, et in Vaticanis etiam codicibus capitis 3 argumentum, cum iisdem verbis etiam caput incipiant. Ienfonius edidit pro *auctionem, tonsionem*, [et] ita [quoque] Bruschius, quae vox in vetusto quoque codice Florentino extat ad hunc modum: *Pecus consideret, tonsionem vbi faciat.* Sed non tonsionis tantum (quod ad ouile et caprile pecus attinet,) aut *auctionis* gratia Paterfamilias pecudes considerat, verum ob alia multa: nempe, vt inutiles secernat, vt numerum recenseat, vt animaduertat, quomodo curentur, quae ad admissuram apta, quae ad rustica opera, qui foetus nati sint, qui nasciturì, et plurima alia. Idcirco Columella, qui multa ex hoc loco accepit, sic lib. 1 cap. 8 de patrefamilias est locutus: *tum etiam pecus et familiam omnem recenseat, fundique instrumentum supellectilem.* Quare ita fortasse scripsit Cato: *pecus consideret* in vniuersum id praecipiens. Certe Petrus Crescentius lib. 1, c. 13 qui totum fere caput excerpsit, scripsit haec solum: *Pecus omne consideret.* PONTED. Ita assentior viro clarissimo, vt *auctionem* quidem ad pecus solum pertinere negem, pecusque multis aliis quoque de causis considerandum fatear: sed plane tamen eiicere haec verba non audeam, eaque, vt summam dicendorum a Catone profecta credam, quae deinde, vt plerumque factum videbis, qui animum aduertet, lemmatis instar repetiuere librarii. *Tonsionem*, quam habent quidam codices, peperit forte eorum opinio, qui putarent necessario ad pecoris considerationem referenda esse, quae proxime sequuntur.

2, 7 VENDAT OLEVM SI PRETIVM HABEAT) *si pr. non habeat* I. B. R. Sed monet pro *non* legendum esse *tunc*, Cl. Pontedera.

2, 7 ARMENTA DELICVLA) in manuscriptis cunctis, quos vidi, ita legi. Formis excusi antea *Reicula et Reiculas*. Veterem lectionem non possum, nisi auctoritate vetustorum librorum confirmare. M. Varro de re pecuaria *Reiculas oues* appellat: item in Catone, vel de liberis educandis, vt ex Commentariis Nonii cognoscimus, haec enim eius verba: *Et vt in grege opilio oues minus idoneas remouere solet, quas reiculas appellat etc.* Nec tamen veterem scripturam damnandam censeo: multa enim apud hunc vetustissimum scriptorem leguntur, quae vsus postea aboleuit. VICT. *Deliquum* veteres dicebant, a delinquendo. Plaut. Casina *Quando tibi nil domi delicuum est*; et Deliculum, vt Cato, *armenta delicula, quae aetate vel morbo deficiunt, vt non possint amplius vsui esse. Delinquere* enim idem est, quod deficere, vt *Deliquium* et *Defectus* eadem sunt. Tubero in historia: *Nam delinquit, aut superest aliquid tibi*, id est, deficit, aut superat, vt interpretatur Seruius in 4 Aeneid. Alia his armenta reiicula, quae scilicet magister pecoris a grege ob vitium segregat, et alienat. POP. Quaenam

les, plostrum vetus, ferramenta vetera, seruum senem, seruum † morbosum, et siquid aliud supersit, vendat. PATREM familias vendacem, non emacem esse oportet.

III. PRIMA adolescentia patrem familiae agrum [e] conserere studere [f] oportet [g], aedificare diu cogitare oportet; conserere cogitare non oportet, sed facere oportet [h]. vbi aetas accessit ad annos XXXVI, tum aedificare oportet, si agrum consitum habeas [i]. Ita aedifices, ne villa fundum quaerat, neue [k] fundus villam. Patrem familiae villam rusti- 2
cam bene aedificatam habere expedit, cellam oleariam, vinariam [l], dolia multa, vti lubeat [m] caritatem expectare, et [n] rei et virtuti, et gloriae erit. Torcularia bona habere oportet vt opus bene effici possit. Olea vbi lecta fiet, oleum fiat continuo, ne corrumpatur. Cogitato quotannis † tempestates magnas venire et oleam deiicere solere. Si cito sustu- 3
leris, et vasa parata erunt, damni nihil erit ex tempestate, et oleum viridius et melius fiet.

†) omitt. *I. B. R.* [C. III.] e) *statim* addunt *I. I. G.* f) *studiose I. B. R.* g) *omitt. I. I.* etc. *a. V.* h) *omitt. iid.* i) *tum* add. *I. I.* etc. *a. V.* k) hoc membrum om. *P. W. I. B. R.* l) *vinariamque instructam I. I. G.* m) *iubeant W. I. B. R.* n) *et id rei I. I. G. f. id et* †) *quod annus tem. ma. habere W.*

nam *armenta delicula?* quaenam *oues?* an quae non amplius sugunt, vt sit ἀπογαλακτισμός, a *delicus?* eo enim vocabulo Latini veteres animalia lactere desita appellant. Glossae. *Delicum* ἀπογαλακτισθέν, Ita enim lego, non *Delitum*, vt inepte hodie est. Varro de R. R. 3, 4. *Cum porci depulsi sunt a mamma, a quibusdam delici appellantur, neque iam lactentes dicuntur.* Sed minime tamen conuenit id verbi huic loco, et melius V. C. *armenta reiicula, oues reiiculas.* Nam pecora *reiicula* dicebantur aetate, aut morbo grauia. Nonius: *Reiiculas oues, aut aetate aut morbo graues.* Varro Catone, vel de liberis educandis, *Et vt in grege opilio oues minus idoneas remouere solet, quas reiiculas appellat.* Et de re rustica 2, 1. *Praeter ea scire oportet in grege, quot foeminas habeat, quae parere possunt, quot arietes, quot vtriusque generis soboles, quot reiiculae sint alienandae.* Vbi tamen *epulae* legendum ex vestigiis Ms. coniicit vir illustris Iosephus Scaliger. MEVRS. Verum FACCIOLATVS V. C. e Lexicis interim, dum certiora adferantur, amandari, inter incertissimas certe vocem iubet reiici. Quod autem negat Meursius, hic posse intelligi oues a lacte recens depulsas, in eo quidem falli eum arbitror; quis enim ignorat de sobole partem ad lanionem ire, partem gregis supplendi causa submitti? Sed TVRN. etiam 28, 47 *delicula* intelligit, quae vel aetate vel morbo delinquunt et deficiunt.

2, 7 SERVVM SENEM) Hoc praeceptum, vt inhumanum reiicit Plutarchus, tribuitque moribus Catonis nimium austeris, nec vllam existimantibus extra quaestum esse inter homines communionem. Καίτοι τὴν χρηστότητα τῆς δικαιοσύνης πλατύτερον τόπον ὁρῶμεν ἐπιλαμβάνουσαν, et reliqua, quae in hanc sententiam vere et luculenter disputat in Catone. POP.

2, 7 VENDACEM, NON EMACEM) Haec et quae c. 3, 1 leguntur, habet etiam Plin. 18, 5 s. 6. Titianus libris de agricultura (notante Heinsio ad Ouid. am. 2, 6, 23) fere integra vsurpauit ista Catonis verba apud Diomedem libro. *Patrem familias vendacem magis quam emacem expedit esse. Nam id melius emitur quam venditur.* Vltima verba difficultatis aliquid videntur habere. Expectat enim lector potius hoc. *Nihil melius emitur quam venditur.*

3 Argumenta: *Auctionem vti faciat: Prima adolescentia agrum conserere oportet: Villam rusticam vti aedificatam habeat*, Catoniana non apparent. Sed quod Capiti IV apponitur: *Bubilia vti bene aedificata habeat*, et necessarium est et Catonianum, verum extra sedem, nam caput principio captum est et mancum: *Bubilia bona, bonis praesepis, fatiscas caltratas.* Cui est addendum: *vti bene aedificata habeat*, siue: *bene aedificata habere expedit.* PONTED.

3, 1 NE VILLA FVNDVM) In priscis exemplaribus posterius membrum non est, quod culpa librarii commissum credo: Nam Columella et Plinius, qui hoc praeceptum Catonis referunt, non simplex referunt: nisi quis putet, Catonem breuitate gaudentem, altero membro contentum fuisse: reliquos autem autores illud magis explicasse. VICT. Reperunt hoc praeceptum Plin. 18, 5 s. 6 et Col. 1, 4, 8 vnde interpretationem petere licet, sententiam ipsam habet V, 1, 1. Caeterum de villa vrbana, rustica, fructuaria Col. 1, 6.

3, 2 ET VIRTVTI) frugalitas, vel maxima virtus barbatis illis Romanis adeo vt omnem deinde laudem *frugi* appellatione comprehenderint. Vid.* Cic. Tusc. 3, 8.

3, 2 TORCVLARIA BONA) Non vini modo causa, sed inprimis etiam olei, de quo statim: generatim hic locum significat, vbi exprimuntur vuae, vel oliuae Vitr. 6. 9. Vid. Col. 12, 50, 6 sqq.

3, 2 FIAT CONTINVO) Idem praecipit Col. 12, 50, 10.

3, 2 OLEVM VIRIDIVS) Quin acerbum etiam

4 fiet. Si in terra et [o] tabulato olea nimium diu erit, putefcet, oleum foetidum fiet. ex
5 quauis olea oleum viridius et bonum fieri poteſt, ſi tempori [p] facies. In iugera oleti
CXX. [q] vaſa bina eſſe oportet. Si oletum bonum beneque frequens, cultumque erit, tra-
petos bonos, priuos [r], impares eſſe oportet: ſi orbes contriti ſient, vt [s] commutare poſſis,
funes loreos priuos, vectes ſenos, fibulas duodenas, medipontos [t] priuos loreos, trochleas
6 Graecanicas binas, quae funibus ſparteis ducantur. Orbiculis ſuperioribus octonis, infe-
rioribus ſenis citius duces. Si rotas voles facere, tardius ducentur, ſed minore labore.

IV. BVBILIA bona, bonas praeſepis, faliſcas clatratas. Clatros intereſſe [u] oportet pede. Si ita feceris, pabulum boues non eiicient. Villam vrbanam [x] pro copia aedifi- cato

o) *vel I. I. G.* p) *temperi Pol.* quod non damno. q) *centum viginti* omnes *a. V.* r) *priuos* abeſt *W. I. B. R.* s) *vt* abeſt *W.* t) [*melipontos*] *Po.* 1. *Melipontos Po.* 2. [C. IV.] u) *inter ſe oportet pede diſtare a V.* x) *ſuburbanam I. I. G.* nobiſcum alii omnes, etiam *W.*

iam. Nam tres gradus facit Col. 12, 50, 1 *acerbum, viride, maturum.*

3, 4 VASA BINA) De quibus Popma, de inſtrumentis fundi c. 2 et nos ad illum, vnde petes, quae hic de apparatu oleae premendae dicuntur.

3, 5 TRAPETOS BONOS, PRIVOS) Intelligo ſingulis torculis vaſis ſuos, et proprios, quos eosdem vult impares eſſe, ne inſtrumentum eorum commutetur, aliisque deſeruire poſſit, vt verbi gratia orbes, quibus olea teritur, quos tamen ſingulis trapetis plures imperat, vt commutari poſſint, ſi qui contriti ſint. Sic ſingulis vaſis torculis praecipit ſuos et *priuos funes* eſſe *loreos*, quos quidem *loreos funes* opponit *ſparteis: medipontos* itidem *priuos*, quos alio loco declaramus. *Trocleas graecanicas* polyſpaſta dicere videtur, vt e Vitruuio lib. 10 c. 5 et 16 et Theone intelligi poteſt: quod machinamenti genus inuenit Archimedes. TVRN. 28, 47. Totus hic locus in vulgatis libris male ab interpunctionibus laborat; eius ſenſus eſt: iugera oleti CXX requirunt in torculario bina vaſa torcula ad olei confectionem: et ſi oletum cultum, atque aſſidue terenda olea erit, oportet trapetos eſſe bonos ſingulos maiores, et minores, vt ſi vnius trapeti orbes frequenti preſſione ſient contriti, in alios poſſis oleam imponere. *Priuum* veteres dixerant id, quod nos ſingulum dicimus, atque ita Cato perpetuo vſus, itemque Lucillius et Lucret. vt *Priuas mutamur in horas*, et *Inque dies priuos aboriſci quaeque creata.* *Impares trapetos* accipio maiores et minores, quales deſcribuntur cap. 135. ſicut Varro lib. 8. de L. lat. dixit *lectum imparem*, et Liuius lib. 42. *Funda media duo funalia imparia habebat.* Non tamen ignoro doctiſſimum Scaligerum exiſtimare, *Trapetos impares*, hic eſſe *ſuccedaneos*, et *ſuperuacaneos*, quos ſcilicet diligens paterfamilias ſibi ſeruat praeter illos, quorum quotidie vſus eſt, vt ſi illi quotidiani fracti, aut contriti ſient, tum habeat in manu, quos illis ſufficiat: ſicut cap. 12 vult eſſe prela ſuperuacanea III. ſuccullam ſuperuacaneam I. POPMA. Vidit ſane Scaliger ad Varr. 1, 1, 7. *impares* trapetos hic dici non poſſe ſignificatione conſueta: quid enim? ſi impares ſunt, i. e. diuerſae magnitudinis commutari ne poſſunt, ſi orbis alterutrius trapeti contritus ſit? itaque putabam aliquando non *impares* ſed *pares* legendum. Sed nimirum de ſententia Scaligeri, *impar* eſt, quod *par* non habet, v. g. in trapeto *orbis* ſine mortario, in mola ordinaria veterum meta ſine catillo, aut conuerſim.

3, 5 FVNES LOREOS PRIVOS) quorum vſus videtur fuiſſe in circumagendo orbe inſtar trochi, et rhombi.

3, 5 MEDIPONTOS PRIVOS) In V. Cod. additur *bouos*, et ſcriptum eſt *Melipontos*, quomodo *Melica* pro *Medica* ſcribebant. F. VRS. Reliqua v. in Ind.

3, 6 CITIVS DVCES) Librariorum hic interceſſiſſe ignorantiam arbitror, qui mechanicarum legum imperiti, quo plures eſſent orbiculi in trochlea (*Scheiben in dem Kloben*) tanto citius onus poſſe promoueri, cum putarent, ſententiam et verba Catonis corrupere. Ipſum enim non ignoraſſe puto, virum in rerum harum actu verſatiſſimum, quod tirones hodie ſcire oportet, in polyſpaſto, quidquid accedat viribus, per orbiculorum numerum auctum, hoc tempori decedere. Ita illud etiam apertum eſt, rota, et quidem, quo maior ſit axis, circa quem funis voluitur, tanto duci citius, ſed maiori labore: qui tamen labor pro ratione longitudinis radiorum h. e. diametri ipſius rotae minuatur. Haec indicaſſe ſuffecerit: quomodo autem ſcripſerit Cato, hariolari ſuperuacuum hic eſt.

4, 1 PRAESEPEIS, FALISCAS) *Praeſepeis*, vbi pabulum bobus ponitur, quod minutum eſt, vt hordeum, lupinum, eruum, vicia, frons, quae in canali obiicere ſolemus iumentis. *Faliſcae*, in quibus ponitur pabulum gramineum, et herbaceum, vt foenum, farrago, reliqua: quod quidem praeſepis genus *raſtellatum* vulgo vocamus. Itaque apud Catonem *praeſepes* hibernae ſunt, *faliſcae* aeſtiuae, quia legumine et fronde, quae in canali ponenda ſunt (non enim faliſcis continerentur clatratis) iumenta aluntur hyeme: foeno, et reliquo pabulo, quod in clatris ponitur, aeſtate. Non me fallit tamen vtrumque genus praeſepiorum nomine compre-

cato [y]. In bono praedio si bene aedificaueris, beneque posiueris [z]: ruri [a] si recte habitaueris, libentius et saepius venies, fundus melios [b] erit, minus [c] peccabitur, fructi plus capies. FRONS occipitio prior est. Vicinis bonus esto. Familiam ne siueris peccare. Si te libenter vicinitas videbit, facilius tua vendes, operas facilius locabis, operarios facilius conduces. Si aedificabis, operis, iumentis, materia adiuuabunt [d]. Siquid (bona salute) vsus [e] venerit, benigne defendent.

V. HAEC

y) *aedificato in bono praedio. Si a. V. praesidio Cr.* z) *posueris eam a. V. bene posueris Pol.* a) *tu et si recte habis. W.* b) *melior a. V. melius V. Z. C. melios Po. 1. 2.* c) *minusq. a. V.* d) *iuuabunt a. V.* nobiscum *Pol.* e) *vsu I. I. G.*

comprehendi posse, cum apud alios scriptores *praesepeis* tantum, et *praesepias* reperiamus; *faliscas* non reperiamus. Sed et *praesepes* stabula significant. *Faliscae* autem nomenne habeant per diminutionem a *falis*, an quod potius reor, a Faliscis populis, nondum mihi satis liquet. TVRN. 14, 2. Ita Plauti Milite, *Fenestra clatrata*, munita clatris. Virgilius insertam vocat Aeneid. III. *Plena per insertas fundebat luna fenestras.* In lege parieti faciundo Neapoli: IISDEM FORES CLATRATAS II CVM POSTIBVS. Sunt autem *Faliscae* in quibus ponitur pabulum aestiuum, vt foenum, farrago et alia graminea et herbacea, *sicut praesepes*, quae habent pabulum hibernum et minutum, vt hordeum, lupinum, paleam, frondem, ex quo illae appellantur aestiuae, hae hibernae cap. 14. Dictae vero *Faliscae*, vt coniicio, quasi *Paliscae*, a palis firmioribus seu rastellis, e quibus fiunt: etsi aliter Turnebus. POPMA. Mihi dubium non est, quin praesepes sint illi ipsi *clathri*, quos *Falerii* olim optime faciebant, hibernae in stabulo, aestiuae portatiles, prout opus esset.

4 VILLAM VRBANAM) Ita scriptum reperi in optimo exemplari, quemadmodum non multo post, *Fundum vrbanum:* cum formis excusi libri praepositionem huic verbo addidissent. Animaduerti etiam a M. Varrone de agricultura ita hoc nomen vsurpatum fuisse in illo loco. Nunc contra *villam vrbanam, quam maximam*; si fides habenda est iisdem optimis ac vetustissimis libris. VICT. Qui *suburbanam* inculcarunt villam, quid *vrbana* esset, videntur ignorasse, rectiora edocendi ex Col. 1, 6.

4, 1 FVNDVS MELIOS ERIT) Ita emendaui, et veteres ita locuti. Varro lib. 6. de lingua latina. *Melios, melior. foedesum, foederum, plusima, plurima, asena, arena, ianitos, ianitor.* POP. V. C. *Melior.* Popma, *melios* non repugno. MEVRS. Cum vltimam *s* aperte praetulisse debeant Victoriani libri, *melius* autem, quod ille edidit, ἀπειρόκαλον videatur, Popmae posteriorem hic sequi placuit. De solenni apud veteres elementorum *r* et *s* loco sibi proximorum permutatione, plura ad Fabrum diximus. Poteras etiam suspicari *fundo melius.*

4, 2 FRONS OCCIPITIO PRIOR EST) i. e. vt interpretatur Turn. 14, 2 et 29, 17 praesentia potior est absentia. Ioh. Bapt. Pius annott. prior. To. 1 p. 430. Fac. Gruter. multis verbis hunc locum illustrat. Omnia redeunt ad veterum testimonia, quae huc etiam referemus. Aristoteles igitur in Oecon. 1, 6. Καὶ τὸ τοῦ Πέρσου inquit, καὶ τὸ Λίβυος ἀπόφθεγμα εὖ ἂν ἔχοι. Ὁ μὲν γὰρ ἐρωτηθεὶς, τί μάλιστα ἵππον πιαίνει; τὰ τοῦ δεσπότου ἴχνη ἔφη. Columella 3, 21, 4 huc trahit illud Maronis de numine, *Et quocumque Deus circum caput egit honestum* etc. Add. id. 1, 1, 18. et 4, 18, 1 vbi *oculos et vestigia Domini rem agro saluberrimam* dicit. Plin. 18, 5 s. 6 hoc ipsum Catonis, vt vocare solet, oraculum profert, et c. 6. s. 8. *Fertilissimum in agro oculum Domini*, maiores dixisse refert. Pall. 1, 6, 1. *Domini praesentia profectus est agri.* Meursius ad h. l. laudat etiam Theocritum Hercule Leonicida, cuius verba ex Idyll. 25. v. 58. emendatiora paulo quam in vtraque Meursiana factum exhibemus, Ὥς τε καὶ βασιλῆϊ ἐΐσδεται ἐν φρεσὶν ᾖεν, Αὐτοῖς κειμένοισιν ἐπίτηρος ἔμμεναι οἴκοις. Ad quem locum videri vult Spicilegium suum. Adde Camerar. iun. opusc. de R. R. p. 26, 27. In primis autem elegantem Phaedri fabulam de ceruo in bubili delitescente, nec nisi a Domino deprehenso 2, 9. cuius finis, *haec significat fabula, Dominum plurimum videre in rebus suis.*

4, 2 VICINIS BONVS) Virgilius Ecl. 5. 65. *Sis bonus o felixque tuis.* Dionysius Cato distich. 1, 11. *Sic bonus esto bonis, ne te mala damna sequantur* SCHOETTG. Vid. Col. 1, 3, 5 sqq. Plin. 18, 5 s. 6. *Agrum paraturos ante omnia intueri oportet aquam, viam, et vicinum*, qui etiam 18, 6 s. 18 *hoc humanissimum, vtilissimumque Catonis praeceptum vocat.* Plut. apophth. c. 38 de Themistocle, χωρίον πωλῶν ἐκέλευσε κηρύττειν, ὅτι καὶ γείτονα χρηστὸν ἔχει.

4, 3 SI TE LIBENTER) Schoettgenius tanquam Meursianam notam huc adscripsit, *Lego sic te etc.*

4, 2 BONA SALVTE) Quomodo tandem accipimus? et putem verbum esse, quo bonam valetudinem, et salutem ominabantur, contrariaque deprecabantur. Argumento est, quod comicus Plautus in mercatore, Sc. *Hera, quo me misit,* scribit his verbis *Sua quidem salute, ac familiae maxima.* Est enim bona salute, tanquam salute propitia. TVRN. 14, 2. Est εὐφημισμὸς et inuocatio salutis Deae, vt, *quod omen Deus auertat, saluis rebus tuis,* [illegible] vel similes omnium gentium formulae.

V. HAEC erunt vilici officia. Disciplina bona vtatur. Feriae feruentur. Alieno
manum abstineat. Sua feruet diligenter. Litibus familiae superfedeat. Siquis quid de-
liquerit, pro [f] noxa bono modo vindicet. Familiae male ne sit [g], ne algeat, ne esuriat,
2 opere [h] bene exerceat, facilius [i] malo [k] et alieno prohibebit. Vilicus si nolet male face-
re, non faciet. Si passus erit, dominus impune ne finat esse. Pro beneficio gratiam
referat, vt aliis recte facere libeat. Vilicus ne sit ambulator, sobrius fiet semper, ad coe-
nam nequo eat. Familiam exerceat: consideret [l], quae dominus imperauerit, fiant. Ne
3 plus censeat sapere se, quam dominum. Amicos domini, eos habeat sibi amicos. Cui
iussus

[C.V.] f) *pro noxa* absunt *Cresc.* g) *prouideat* omnes *a V. sed nobiscum P. Cr.* h) *operas I. B. R. Et opere I. I. G. Et vt opera* nescio vnde *Almel.* i) *sic facil. I. I. G.* k) *a malo prob. Cr.* l) *consideretque vt A. A. Gr.*

5, Huius capitis indicem *villici officia*, quis Catonis esse existimauerit? Non satis quod proponitur declaratur hoc initio: *Haec erunt vilici officia?* PONTED.

5, 1 HAEC ERVNT VILICI) *Vilicum* esse in optimis libris, non *villicum*, ante obseruatum est. Conferri potest totum caput cum C. 1, 8. Repetit etiam pene totum, quanquam Varrone laudato, Cresc. 1, 11 ita quidem, vt archaismis etiam abstineat, et v. g. *dormiet*, scribat, vbi Cato *dormibit* etc.

5, 1 LITIBVS FAMILIAE) Lectio vitiata apud omnes, *familia*, Ienfonio, Bruschio, et Crescentio exceptis, qui posuere: *Litibus familiae superfedeat.* Quod optimum videtur. PONTED. Habet tamen etiam antiquissima Crescentii editio *familia*. Interim lectionem I. B. R. praeferre nihil dubito reliquis omnibus, quod hic video vilici officia enumerari, inter quae haud dubie illud est, vt de controuersiis familiae iudicium interponat, sententiamque ferat in rebus minoribus, quo minus aequum est, ipsum litibus immisceri ita, vt litigator potius possit, quam iudex videri.

5, 1 BONO MODO) Formulae solennis vim habet, qua moderatio suadetur, et *lenitas* quaedam a summo rigore et contentione pro temporis et hominum ratione aliquid remittens.

5, 1 FAMILIAE MALE NE SIT) Non modo Cresc. 1, 11 *familia* legit, quod non damnauerim. Quidni enim *male* dicatur *esse familia*, cui male est? Sed Plin. 18, 6 f. 8. *Familias malas ne fint:* quod poteras huc referre. Opportune tamen Harduinus obseruat, esse vetera exemplaria Plinii, quae legant, vt in Catone editum adhuc est, *familiae male ne sit*.

5, 1 OPERE BENE EXERCEAT) Qui hanc lectionem sic formis ediderunt, credidisse videntur a villico familiam esse opere exercendam; at hoc infra Cato item praecepit: *Familiam exerceat*. Apud Ienfonium, et Crescentium 1, 12 legitur: *Operas bene exerceat*, id est, *operarios* tantum. Bruschiani libri hoc in loco deprauati sunt, nam habent: *Operas ne bene exerceat.* In vaticanis codicibus inuentum est: *Opere bono exerceat.* PONTED. Non indignabitur credo humanissimus Pontedera, in textu, quem vocant, exprimendo nos ipsius sententiam non secutos esse. Putamus enim a Catone illum generatim locum communem tractari, ne nihil agendo male agere patiamur familiam in vniuersum omnem: non operas tantum mercenarias. Nam quod deinde iterum *familiam*, inquit, *exerceat*, nouum illi non est, rem magni momenti bis ac saepius inculcare.

5, 2 NON FACIET) Intell. familia, quae voce illius et exemplo regitur.

5, 2 PRO BENEFICIO) h. e. bono facto generatim, vt diligentiam complectatur, et quicquid bene fieri a feruo potest. Leuiculum hoc videri poterat, sed non praetermittendum, quod omissum video in lexicis.

5, 2 NE SIT AMBVLATOR) Sic infra c. 143. *Ad caenam, ne quo eat, neue ambulatrix fiet*, Vocabantur autem *ambulatores*, circulatores et homines circumforanei Martialis lib. 1 epigr. 42. *Hoc quod Transtiberinus ambulator, Qui pallentia sulfurata fractis Permutat vitreis.* Petronius Satyrico, *Quarum furem male ambulantem obscuritas temporis facillime tegeret.* Ita ibi legendum monui in critico meo Arnobiano. Et infra hic idem noster Cato, *Si hoc faciet, minus libebit ambulare.* MEVRS.

5, 2 FAMILIAM EXERCEAT) Additamentum videtur, si retineantur superiora: *opere bene exerceat*, nempe *familiam*; ideo nos opinati sumus, *opere* fuisse *operas*. Quare docti viri animaduertant, verum haec fint emendanda, an illa abiicienda. PONTED.

5, 2 NE PLVS CENSEAT SAPERE) Plin. 18, 6 f. 7 n. 4 *Quam proximus Domino corde esse debet, et tamen sibi non videri.*

5, 3 QVOD DOMINVS CREDIDERIT) Qui in republica hoc munere fungebatur, *Coactor* dicebatur. Vide Ciceronem pro Cluentio. Hinc *argentaria coactio* Suetonio. *Vbi deinde venia et missione impetrata coactiones argentarias factitauit.* Sub imperatoribus vero medio aeuo, cuius id officium erat, *Comes priuatarum et sacrarum dicebatur.* Augustino *collectarius* nominatur de Ciuit. Dei 22. 8. *Rursus ibidem apud nos Irenaei cuiusdam collectarii filius aegritudine extinctus est.* Habebant autem libros, in quibus nomina perscribebant, vt foeneratores

iuſſus ſiet, auſcultet. Rem diuinam niſi compitalibus in compito, aut in foco ne faciat.
Iniuſſu domini credat nemini. Quod dominus crediderit, exigat. Satui [m] ſemen, ci-
baria, far, vinum, oleum mutuum dederit nemini. Duas aut tres familias habeat, vnde
vtenda roget, et quibus det: praeterea [n] nemini. Rationem cum domino crebro pu-
tet [o]. Operarium, mercenarium, politorem [p] diutius eundem ne habeat [q] die. Nequid 4
emiſſe velit inſciente domino, neu quid dominum celauiſſe velit. Paraſitum ne quem
habeat. Haruſpicem [r], Augurem, Hariolum, Chaldaeum ne quem conſuluiſſe velit.
Segetem ne defrudet [s]: nam id infelix eſt. Opus ruſticum omne curet vti ſciat facere,
et id faciat ſaepe, dum ne laſſus fiat [ss]. Si fecerit, ſcibit [t] in mente familiae quid ſiet, et 5
illi animo aequiore facient. Si hoc faciet, minus libebit ambulare, et valebit rectius, et dor-
mibit libentius [u]. Primus cubitu ſurgat: poſtremus cubitum eat. prius villam videat clauſa
vti ſiet [x], et vti ſuo quisque loco cubet, et vti iumenta pabulum habeant. Boues maxima di- 6
ligentia

m) *ſatum W. I. R. ſatu B.* n) *praeter nemini P. praeter eas I. B. R. Ba. A. H.* o) *paret I. B. R.* p) *poliſtorem W. pollintorem* omnes *a. V. polit. P.* q) *libeat Pol.* r) *Augurem aruſp. ariol. a. V.* s) *defrondet W. defruget I. B.* et vt ex ſilentio colligere licet etiam *Pol. defrudet* reliqui. ss) *fiat I. B. R.* t) *ſcribit Vict.* et ſecutae. u) *libentius* omitt. *I. B. R.* x) *fiat I. B. R. ſiat W.*

ratores Calendarium, atque hoc, *Codicem inſtituere*, vocat. Cicero pro Roſcio Comoedo Item. *Nummum commouere* pro ipſa coactione in Orat. pro M. Fonteio. MEVRS.

§. 3 PRAETEREA NEMINI) Non contemnendum videtur, quod ex Pol. obſeruauimus, *praeter nemini.* Saepe certe Plinius, v. g. 9, 12 pr. *praeterque* dixit pro *praeterea.*

§. 4 POLITOREM) V. C. *Pollintorem.* Inepte! Dicebant *Politores*, qui agros mercede conducti occabant. Ennius Annal. VIII. *Raſtros dentifabres capſit cauſſa poliendi Agri.* Vt legendum cenſet Galliae decus Turnebus. Et in illo verſu: *Laeti campi quos gerit Africa terra politos.* Feſtus: *Polimenta, ait Verrius, antiqui dicebant teſticulos porcorum, cum eos caſtrabant, a politione ſegetum.* Qui tamen locus aliud ingerit. Vide etiam Nonium in *Politiones*, ſi operae. MEVRSIVS. De *politore* et politione dedita opera dicemus ad c. 136. Sed vereor an non hic *pollintorem* verius ſit: certe de alio homine hic ſermo eſt, de mercenaria nempe opera in vnum diem conducta. Ac neſcio an *operarius mercenarius pollintor* ſint vnius modo hominis nomina. De omnibus enim operariis, mercenariis, accipere nimis durum videtur et a negotiorum ruſticorum ratione alienum. An hoc vult, *diutius ne habeat die dicta*, v. g. ſi in dies X conducta ſit illius opera, ne quid addat. Alioquin enim metus eſt, ne ſtudio opus trahant atque ducant mercenarii, quod inutile ipſis eſt, ſi non producatur ipſis conditio, ſed aliis conductis deludantur hiantes corui.

§. 4 SEGETEM NE DEFRVDET) v. c. *defrondet*, quae lectio poteſt videri ex veteri ſcriptura fluxiſſe, qua *frons* pro *frons*, et alia ſimilia in vſu erant. Plin. 18, 24. *Oraculum illud magnopere cuſtodiendum, ſegetem ne defruges*, et hoc modo Columellam legiſſe intelligimus ex his verbis: *Conſtat ſegetem nimia defrugatione exinanire.* VRS. *Defrudare* veteres pro *defraudare* dixerunt: *defrudat* autem *genium ſuum* homo et *ſe*, qui ſibi non indulget, et miſere viuit, et tanquam demenſo ſuo detrahit, quod idem facit, qui ſegeti, et agro culturam, et opera iuſta non tribuit: Sed vel de aratione, vel lactamine, vel ſemente deducit: tamen in Plinii codicibus, ne quid diſſimulem 18, 24 ſegetem *defrugare*, non *defrudare* legitur: quod Budaeus de frugibus terram extenuantibus accipit. TVRN. 14, 2. Plinius legit *defruget*, id eſt frugibus ſpoliet, ſed alterum retinent libri veteres Catonis, nec reſpuit verbi notio. Nam *defrudare* pro defraudare ſegetem, eſt minuere, extenuare; quod facit villicus, qui ſegeti iuſtum ſementis modum, et debitam menſuram detrahit: quo pertinere Catonis praeceptum colligitur ex Plinio, qui huc refert, vbi de diſciplina ſeminandi et modo ſeminum tractat. Quamuis ſegetem villici, et ſerui etiam minuant vel fraude, vel negligentia: cum et ipſi diripiunt, et ab aliis furibus non cuſtodiunt: ſed nec conditum cum fide rationis inferunt, vt notat Columella 1, 7. POP. Apertiſſimum eſt Plinium legentibus, illum ita intelligere Catonis verba, non eſſe maligne ſerendum. *Defruges* apud ipſum habere omnes Codd. teſtatur Harduinus. *Defruget* apud Catonem eſſe in I. B. ſupra obſeruauimus: quemadmodum etiam Vrſinianae lectioni ſuffragari oſtendimus Wratislauienſem. Deteſtabile ſcelus ſeruile eſſe κλέπτειν ἀπὸ τοῦ σπέρματος, non ἀπὸ τοῦ σωροῦ, apparet etiam ex Plutarcho de diſcr. adul. p. 97. H. Steph. Quid verum ſit N. L.

§. 5 SCRIBIT IN MENTE) legendum *ſcibit*, vt monui in notis ad Macrobium, in quo ſimilem maculam tum eluere commemini. MEVRS. Fere eſt, vt ſuſpicer, mendum tantum irrepſiſſe in Victorii primam, quod repetiere bona fide poſteriores.

ligentia curatos habeto. Bubulcis obsequitor [y], partim quo libentius boues curent. Aratra
vomeresque facito vti bonos habeas. Terram cariosam caueto [z] ne ares, neue plostrum,
neue pecus impellas [a]. Si ita non caueris, quo impuleris, triennii [b] fructum amittes.
7 Pecori et bubus diligenter substernatur, vngulae curentur. Scabiem pecori et iumentis
caueto. id ex fame, et si impluit, fieri solet. Opera omnia mature conficias face. Nam
res rustica sic est, si vnam rem sero feceris, omnia opera sero facies. Stramenta si de-
erunt, frondem iligneam legito, eam substernito ouibus bubusque. Sterquilinium [c] ma-
8 gnum stude vt habeas. Stercus sedulo conserua, cum exportabis spargito [d] et comminui-
to. Per autumnum euehito. Circum oleas autumnitate [e] ablaqueato, et stercus [f] addi-
to. Frondem populneam [g], vlmeam, querneam [h] caedito, [i] per tempus eam condito,
non

y) *obsequito prompte W. I. B. R. obsequitor statim I. I. G. obsequito partim Pol.* z) *caue Pol.* a) *in illam* add. *I. B. R. in eam impellas I. I. G.* b) *triennio* omnes *a V.* c) *stercil. Pol.* d) *purgato et comminuito W. I. B. R. purgato* etiam *Vict. et sqq.* e) *accumulato ablaqueatoque W. I. B. R.* f) *et stercus stercori addito consone W. I. B. R. et stercore addito consoueto I. I. G.* g) *populeam I. B. R.* non male. h) *querneamque* omnes *a V.* i) *et per temp. I. B. R.*

riores. Sententia aperta est. Si villicus ipse manum admouerit operi, non modo rectius commonstrabit reliquis, qua ratione vnum quodque tractandum sit: verum etiam prudentius iudicabit, quid effici possit, quis labor caeteris durior e. i. g. a. Itaque aequitate maio e seruos tractabit. Omnia redeunt ad illud Aristotelicum Pol. 3, 4. *ὡς ἔστιν εὖ ἄρξαι μὴ ἀρχθέντα.* De formis *scibit, dormibit* e. i. g. a. non opus est hic disputare.

5, 6 BVBVLCIS OBSEQVITOR PARTIM) *Partim* hic semel positum, quod Budaeus semper geminari censuit. Similiter cap. sequenti: *Vlmos serito et partim populos.* Sallust. lib. 3. hist. *Quorum alia toleraui, partim repuli Deorum auxiliis et virtute mea* Cic. in Laelio: *Nihil est, quod illi non persequantur suis argutiis, partim fugiendas esse* etc. POP. Aldus, Iunta, et Gymnicus ediderunt *statim*, et sic etiam Meursius in annotationibus ex Vet. Cod. legit; at Stephanus, Gryphius, Commelinus, Popma *partim*, quae etiam ex vetusto codice mihi a Georgio trascripta accepi Florentia. Sed neque *τὸ statim*, neque *τὸ partim* Catonis sententiam adaequat; asserit enim magis esse indulgendum bubulcis, quam reliquis operariis et seruis. Iensonius, et Bruschius propius accedunt edentes pro *partim*, et *statim*, *prompte.* At omnium rectissime Crescentius lib. 1. cap. 13. hunc locum ita expressit. *Bubulcis inprimis beneuolus sit, quo libentius boues curent.* PONTED. Non tamen ausus sum mutare lectionem Victorianam, ob ea, quae dicentur de *partim* solitario ad Ca. 6, 3. Potuit igitur Cato hoc sibi voluisse, bubulcis obsequendum, tum alias ob causas, tum inter alias, et vel maxime, quo libentius boues curent, quorum praesertim habendam rationem modo dixit. De Crescentio, quem laudatum video a Celeb. Pontedera illud adiiciendum est, videri illum alia atque nos editione Crescentii vsum. Nostra enim, de qua in praefatione dictum, aperte confirmat Victorianam lectionem. Siquidem ita habet. *Bubulcis obsequiosus*, partim *sit, quo libentius boues curent.* Si quid mutandum sit, dixerim *partim* illud ortum ex *praesertim* correpte scripto, vnde etiam appareret, cur Crescentius *in primis* posuerit, quod scilicet illi alteri plane esset Synonymon.

5, 6 TERRAM CARIOSAM) Copiose quid esset, *cariosa terra*, interpretatur Plin. 17. 5. f. 3. sed vt paullo aliter hunc locum legat. *Terram cariosam caue, neue plaustro, neue pecore impellas.* Interpretatur autem cariosam ex ligni natura, *aridam, fistulosam, scabram, canescentem, exesam, et pumicosam*, sed paulo aliter accepit, qui conferendus est, Col. 2, 4, 5.

5, 8 VLMEAM, QVERNEAM CAEDITO) *frondem caedere*, est eam colligere, quod cum faciebant, eam stringebant, et ferramento plerumque, velut deradebant ex arbore, et quia fronde saginabatur pecus, existimo Comicum Plautum per translationem in Mostellaria, Sc. *Exi e culina*, dixisse: *Esse, effercite vos, saginam caedite.* TVRN. 14, 2. Mihi nulla causa videtur, quare in alterutra formula a consueto vocis vsu recedendum sit.

5, 8 SPARGITO ET COMMINVITO) Non fuerit fraudi praetulisse hanc lectionem reliquis, apud eos certe, qui rerum rusticarum non plane imperiti, cogitauerint *purgari* quidem stercus non posse neque debere, quod plerumque tanto magis laetificat segetes, quanto est immundius: sed *spargi* debere et spargendo comminui, vt aequabiliter diuisum parem agris, vel pratis laetitiam inducat. Caeterum apparet, et hic, quod saepe factum esse constat, litteram *s* maiusculam pro geminam positam, quae inter finem praecedentis vocis, ac sequentis initium diuidenda fuerat, occasionem dedisse librario scribendi *pargito*, quod deinde corrector aliquis parum circumspectus in *purgato* mutauit.

5, 8

non peraridam, pabulum ouibus. Item foenum cordum, ſicilimenta de prato [k] ea arida condito. Poſt imbrem autumni [l] rapinam, pabulum, [m] lupinumque ſerito.

VI. AGRVM quibus locis conſeras, ſic obſeruari oportet: Vbi ager craſſus, et laetus eſt ſine arboribus, eum agrum frumentarium eſſe oportet. Idem ager ſi nebuloſus eſt, rapa, raphanos, milium, panicum id maxime ſeri [n] oportet. In agro craſſo, et caldo [o] oleam conditiuam, radium maiorem [p], Salentinam, orchitem [q], poſeam, Sergianam colminianam [r], albicerem. Quam earum in his locis optimam dicent eſſe, eam maxime ſerito. Hoc genus oleae in XXV [s] aut in XXX pedes conſerito. Ager oleto conſerundo, qui 2
in ventum Fauonium ſpectabit, et ſoli oſtentus erit, alius bonus nullus erit. Qui ager frigidior et macrior erit, ibi oleam Licinianam ſeri oportet. Sin in loco craſſo aut caldo ſeueris, hoſtus [ss] nequam erit, et ferundo [t] arbor peribit, et muſcus ruber [tt] moleſtus erit.
Circum coronas, et circum vias vlmos ſerito, et partim [u] populos, vti frondem ouibus et 3
bubus

k) *demito eaq.* omnes *a V.* l) *autumnum Pol. a W.* m) *pabulumque ſerito W. I. B. R.* [C. VI.] n) *fieri W.* o) *calido I. B. R.* p) *conditiuam vtriolariam aut Salentinam circicem puteolam Sergianam, colinianam aut albicerem W. rad. mai. aut Sal. I. B. R.* q) *orcitem Pol.* inde ſuſpiceris quid ſibi velit *circicem W.* r) *colmianam aut I. B. R. albiceram B. R.* s) *viginti quinque aut triginta a V.* ss) *hortus I. ortus W.* t) *foecundo W. I. B. R.* tt) *tuber I.* u) *partim* omitt. *H. A. Gr. G.*

5, 8 NON PERARIDAM) Hunc locum, et hanc vocem Catonis laudat Plin. 16, 24 extr. ſ. 38.

5, 8 FOENVM CORDVM) Meurſio etiam admonente diſtinctionem ſuſtulimus. de *cordo* vid. ind.

5, 8 POST IMBREM AVTVMNI) non contemnenda tamen, quam indicauimus, lectio Pol. et Wrat. Eleganter enim adiectiua notione ponitur *imber autumnus*, nec ſine auctoritate. Vid. Heinſ. ad Ouid. met. 3, 729. et Col. 11, 3, 38 quamquam is quidem locus dubius eſt.

6, 1 AGRVM QVIBVS LOCIS) Cum lemma hic ſit primum capitis membrum, quis ſine ratione iteratum defenderit? PONTED.

6, 1 VBI AGER CRASSVS) Ager *laetus* eſt bene ſtercoratus et pinguis. Stercus enim quod agris ingerebant ruſtici, *laetamen* appellabant. Seruius Ge. 1 *Fimus, qui per agros iacitur, vulgo* laetamen *appellatur.* Iſidor. 17, 11 *Fimus eſt, qui per agros iacitur, et dictus* fimus, *quod* ſiat imus: *id eſt ſtercus, quod vulgo* laetamen *appellatur.* MEVRSIVS. Quae ex Palladio addit, ea commodius in noſtro indice leguntur. Et hanc pariter ac ſuperiorem de politore adnotationem plane omittere decreueram, cum nihil habeant, quod non commodius aliunde petatur; ſed non licet ſemper arbitratu noſtro agere omnia. Reddit autem h. l. V. 1, 23, 7 ſeq. non ſine differentia.

6, 1 OLEAM CONDITIVAM, RADIVM) His olearum generibus explicandis commodior et ſuus locus in indice aſſignatur. Caeterum Plin. 15, 5 ſ. 6 ita laudatur hic locus: *In calido, et pingui ſolo radium maiorem Salentinam, orchitem, pauſiam, Sergiam, Cominianam, albiceram ſeri iubet (Cato) adiicitque ſingulari prudentia, quam earum in finitimis locis optimam eſſe dicant* etc. Nam plura ex hoc, et aliis locis Catonis ibi de olea coniungit, conf. et Colum. 5, 8 vbi de generibus olearum.

6, 1 IN HIS LOCIS) Sic habent codices Catonis, et Varro quoque, qui noſtrum exſcribit. Plin. H. N. 14, 5 legit *in finitimis locis*, quae verba Harduinus, Catoni noſtro reſtituenda, exiſtimat. Sed ego mallem dicere, voluiſſe Plinium circumſcribere Catonem, aut verba quidem iſta in mente habuiſſe, ſed aliter tamen ſcripſiſſe. Poteſt enim quaedam olea in finitimis locis eſſe frugifera, quae in noſtro non reſpondet, et contra. SCHOETTG.

6, 1 IN XXV AVT IN XXX PEDES) conf. Col. 5, 9, 7. Nimirum hic de ſolo non frumentario ſermo eſt. Add. Plin. 17, 12 ſ. 19 vbi laudat h. l.

6, 2 AGER OL. CONSER., QVI) Erunt fortaſſe, qui ante illud, *qui in ventum* τὸ *niſi* deeſſe exiſtiment, nam id apud Varr. 1, 24 dum Catonis hunc locum commemorat, legitur: *agrum olineto conſerundo, niſi qui in ventum Fauonium ſpectet, et ſoli oſtentus ſit alium bonum nullum eſſe.* PONT. Laudat hunc locum Plin. 18, 34 ſ. 77. *In hunc* (Fauonium) *ſpectare olineta Cato iuſſit.*

6, 2 AVT CALIDO) Mſ. *caldo*, quod magis Catonianum MEVRS.

6, 2 FERVNDO ARBOR PERIBIT) Plin. 17, 24 ſ. 37. *Nocet plerumque vitibus atque oleis et nimia fertilitas.*

6, 2 MVSCVS RVBER) Plin. 17, 24 ſ. 37 n. 4. *Nocere tradit Cato et muſcum rubrum.*

6, 3 ET PARTIM POPVLOS) Illud *partim* merito retinuit Codicum antiquorum diligens obſeruator Victorius, cum Ienſoniana editio *promptae* ſubſtituerit, quia ſcilicet non erat alterum *partim*, quod cum priore reciprocaretur. ſane notabile exemplum

bubus habeas, et materia, [x] si quae opus sit, parata erit. Sicubi in his locis ripae, aut lo-
cus humectus [y] erit, ibi cacumina populorum serito et arundinetum. [yy] Id hoc modo
serito: bipalio vortito, ibi oculos [z] arundinis pedes ternos alium ab alio serito. Ibi [a]
4 corrudam [b] serito, vnde asparagi fiant. (Nam conuenit arundinetum cum corruda, eo
quia foditur, et incenditur, et vmbram [c] per tempus habet.) Salicem Graecam circum arun-
dinetum serito, vti siet [d] qui vineam alliges. Vineam quo in agro conseri oportet, sic ob-
seruato. Qui locus vino optimus dicetur esse, et ostentus soli, [dd] ibi Aminnaeum [e] minuscu-
lum, et geminum eugeneum, helueolum [ee] minusculum [f] conserito. Qui locus crassus
erit, aut nebulosior, ibi Aminnaeum maius, aut Murgentinum, [g] Apicium, Lucanum serito.
Caeterae vites [h], miscellae [i] maxime, in quemuis agrum conueniunt.

VII. FVNDVM [k] suburbanum arbustum maxime conuenit habere, et ligna et virgae [l] venire possunt, et domino erit, qui vtatur. In eodem fundo suum quid-

x) *materiam vt si quid opus erit parata fiet Ba. H. A. Gr. G. siquid W. I. B. R. siqua Iunt. sique Pol.* y) *iunctus W. I. B. R. locus iunctus humectus Ba. H. A. Gr. G. vmectus Pol.* yy) *harundinetum hic et al. Pol.* z) *radicis* add. *W. I. B. R.* a) *ibique a V.* b) *corudam a V.* c) *partim* add. *W. I. B. R.* d) *vti fiat W. I. B. R.* dd) *solibus, Ammi. Plin. ibi* etiam omitt. *Pol.* e) *Amineum a V. Aminnium Pol.* et ita etiam *p. p.* vtrobique *Amineum Plin. Hard.* ee) *Heluinum Plin. Heluolum Pol.* f) *erit* add. *I. B. R.* g) *aut* add. *a V.* h) *et de his* add. *Ba. H. A. Gr. G. it. Varr.* i) *misellae W. I. A.* [C. VII.] k) *fundo suburbano I. B R. Ba. Gy. quod malle se dicit Turn. 25. 19.* l) *salictum vti venire possint, et domino fiat W. I. B. R. vti ligna et virgae salicti venire possint, e. d. fiat I. I. G. fiat* suspicatur *Meursius.*

emptum est *ἀνεπολογίας* Veterum, quod eleganter confirmatur allegata l. 10 §. 24 D. de orig. iur. eamque vicissim eleganter confirmat. Dicit ibi Pomponius de Decemuiris abrogatis, *populique consensu partim in carcere necatis:* nihil praeterea. Quare nonnulli totam periodum vncis incluserunt, vt suspectam, quod vel in Blauianis editionibus videri potest, alii vero explendi gratia adiecerunt, *partim vrbe pulsi*, aut simile quid. Haec Vir Eruditissimus, HENR. BRENKMANNVS, in litteris ad me V Id. Mart. CIↃ IↃ CCX Florentia datis, cum quo coniunge, quae ad caput proxime praecedens n. 6. notauit Ausonius Popma. SCHOETTG.

6, 3 LOCVS HVMECTVS) Vox, iunctus, abest a libris veteribus, neque eam habet Varro, qui hunc locum ita citat 1, 24. *Ille adiicit ab eodem scriptore,* Si *locus humectus sit* etc. est autem glossula expositoris, in textum recepta, et recte a Petro Victorio reiecta. Putamus etiam, verba, quae sequuntur (*nam conuenit arundinetum cum corruda, eo quia foditur et inceditur, et vmbram per tempus habet*) ab eodem expositore adiecta esse, nam apud M. Varronem in loco, quem supra citauimus, non leguntur. VRS. Non dubito quin ex *vmectus*, quod est in Pol. ignorantia librarii, vel correctoris fecerit *iunctus*. Suspecta Vrsino verba vncis includenda curaui.

6, 3 BIPALIO VORTITO) V. C. *fortito.* Sic *Serfos, Folpes,* pro *Seruus Vulpes* dicebant veteres. Erat autem *Bipalium* ligo ferramentum habens duo pedes longum. Columella 11, 3. *At vbi copia est rigandi, satis erit, non alto* (lego *alte*) *bipalio, id est, minus quam duos pedes ferramento nouale conuerti.* Mentio Catoni etiam infra cap. 151 et Varroni lib. 1, 37 MEVRS. Metuo, vt operarum peccatum sit, quod ex V. C. suo hoc est editione Bas. laudat hic Meursius. Certe ita videntur putasse, qui alias ab ea nunquam discedunt H. G. G. Vera tamen, quae de permutatione τῆς F et V dicit.

6, 3 IBI OCVLOS ARVNDINIS) *Radicis*, quod inseri notamus a quibusdam, haud dubie glossema videtur. Plin. 17, 20 f. 33 *seritur bulbo radicis, quem alii oculum vocant.* Locum ipsum Catonis refert idem 16, 36 f. 67. Adde V. 1, 24, 3 et Col. arb. 29, 1.

6, 3 IBI CORRVDAM SERITO) *Ibi* tantum in plerisque formis excusis libris ponitur, in caeteris, maxime antiquis, atque etiam in Meursii codice, *ibique*, quod sic explico: *ibi quoque corudam serito, vnde asparagi fiant.* Ita profecto exscripsit Varro. PONTED.

6, 4 VMBRAM PER TEMPVS) *partim*, quod habent quidam, ortum ex intempestiua repetitione syllabarum *per tempus.* Caeterum, qui me docuerit, quid sit h. l. *vmbram per tempus habere*, ei gratias agam L. M. Totum hoc suspectum fuisse Vrsino, modo vidimus.

6, 4 QVI LOCVS VINO) Plin. 14, 3 f. 5 post elogium Catonis ita refert verba, quae prae manibus habemus, vt Commelinum secuti expressimus, praeter paucula, quae in varietate lectionis notata sunt. Confer. V, 1, 25. De ipsis vitium generibus commodius agetur in indice.

6, 4 QVI LOCVS CRASSVS ERIT) Si cuncta, quae in hoc capite traduntur, diligenter expendamus, planior nobis erit sententia legentibus: *qui locus crassior erit, aut nebulosior*, vt Plinius etiam refert 14, 4. PONTED.

7 Indices cap. 7. 8. 9. neque a Catone sunt, neque necessarii. PONTED.

7, 1 FVNDVM SVBVRBAN. ARBVSTVM) Nam in arbusto, perticis, et virgis ad pedandam, iugan-

quidquid conferi[m] oportet, arbuſtoque vitem copulari. Aminnaeum minuſculum, et maiuſculum,[n] et Apicium. Haec[o] in ollis, ollae in vinaceis conduntur, eadem in ſapa, in muſto, in lora[p] recte conduntur, quas[q] ſuſpendas duracinas, aminnaeas maiores, 2

m) *conferet: oportet copulari vineam, amin. W. I. B. R. conferit oportet vitem compularia Pol. ſuum quodq. fructi genus conſeri oportet I. I. G.* n) *et malum W. I. B. R. vino vino et malus Pol.* o) *ea in olla vinaceis cond. W. I. B. R. eae in olla in vinaces Pol.* Poſt prius *conduntur* ſtatim *W. quae ſuſpendas.* p) *olla I. B. R. lora Pol.* et in marg. *denſa. II-G.* q) *quae ſuſpendas duratura. Aminea maiora vtilia ad fabrum ferrarium: pro paſſis ea recte ſeruantur. W. I. B. R. duranas Pol.*

iugandamque vineam nihil eſt opus. ita ligna, et virgae venire poſſunt, cum eis in arbuſto non ſit opus, ſit opus in vinea. ſic fundus erit fructuoſior. TVRN. 25. 19.

7, 1 SVVM QVIDQVID) vix dubito, quin altera lectio II-G. *ſuum quodque fructi genus* interpretationis cauſa ab aliquo primum adſcripta ſit. Vim pronominis reciproci intelligas ex illis Plinianis, quae iam ad Fabrum annotauimus 33, 4 ſ. 21 *aurum arrugia quaeſitum ſtatim ſuum eſt.* et 33, 8 ſ. 42 de minio, *ſuae venae arena ſine argento excoquitur, auri modo. Suum* igitur eſt, quod ſolidum eſt, et nihil alterius naturae admixtum habet. In eodem nimirum fundo praecipit Cato vnum tantum genus materiae conſeri. cuius praecepti ratio non eſt, puto, difficilis. Vid. quae Columella diſputat de vinea 3, 21.

7, 1 ARBVSTOQ. VITEM COPVLARI) vt arbuſtiua ſit vitis, de qua tum alias, tum praeſertim Col. 3, 6, et 7 dedita opera praecipitur.

7, 2 AMINEVM MINVSCVLVM, ET MAIVSCVLVM) Dubia dictio *maiuſculum* cenſenda eſt. nam c. 6. *maius* id vuarum genus appellatur, et in hoc etiam *Aminea maiora* habemus. Praeterea in vetuſtis libris editum eſt *malum*, quod propius accedit ad *maius*, quam ad *maiuſculum*. Id demum ex Varr. 1, 58 et Plin. 14, 4 confirmatur. PONTED.

7, 2 OLLAE IN VINACEIS) Plin. 14, 1 ſ. 3. *Aliae* vuae, *in ſua tantum continentur amina, ollis, fictilibus, et inſuper doliis incluſae, ſtipatae vinaceis circumfudantibus* ad V. 1, 54, 2.

7, 2 IN SAPA, IN MVSTO, IN LORA) hanc lectionem a manuſcriptis libris accepi, nam excuſi *in lora* non habebant: eandem Plinius confirmat, qui 14, 4 haec cum magno honore Catonis praecepta referens, inquit, *in lora recte conduntur* VICT.

7, 2 QVAS SVSPENDAS DVRACINAS) In magnis ſaepe anguſtiis verſantur, qui in hoc munere corrigendorum librorum occupati ſunt: ego ſane diu incertus fui, quidnam hic conſilii caperem, receptamne lectionem ſeruarem, an veterem reponerem, quae valde diuerſa eſt. Nulla demum mutatione facta, ſtatui totam rem, quomodo ſe haberet, in hoc meo libello indicare. M. Varro de agricultura, quo loco diſſeruit de vuis condendis, receptam lectionem adiuuare videtur: nam Catonem ſe ſequi oſtendens, inquit: *Quas ſuſpendas opportuniſſimas eſſe duracinas, et Amineas et ſcantianas.* Contra Plin. 14, 4 veterem: qui etiam ipſe, quae de vitibus, vuisque prodiderit Cato, referens, inquit: *Quas ſuſpendas duracinas, amineas maiores, vel ad fabrum ferrarium pro paſſis* etc. ita enim legitur in optimo exemplari: nam verba, quae in excuſis adduntur, neque in illo, neque in aliis manuſcriptis leguntur. Vt tamen, quo mihi animus inclinat, aperiam: arbitror, quam apud Plinium legimus, veram eſſe Catonis lectionem, in hanc ſententiam maxime autoritate veterum librorum ductus: communem autem hanc, et peruulgatam ſuſpicor a Varrone acceptam eſſe, qui Catonis magis ſententiam, quam verba expoſuerit. Nam illud etiam animaduertendum eſt, duo illa verba. *In lora*, quae paulo ſupra repoſuimus, e manuſcriptis libris eruta, a Varrone relinqui vt facilius etiam hac coniectura exiſtimem, totum locum ad ſcripturam Varronis conformatum fuiſſe. VICT. Ita legitur hic locus in VV. CC. et ita legit Plin. 14, 4 niſi, quod poſt vocem *paſſis*, addit, *hae.* In vulgatis autem codicibus male additur, *et ſcantianas opportuniſſimas eſſe, hae* etc. VRSIN. Vetuſta diſſimilia et meliora: *Quae ſuſpendas duratura: Aminea maiora vtilia: ad fabrum ferrarium pro paſſis ea recte ſeruantur.* Siquidem neutrius generis Cato iſta vuarum genera ſemper enunciat. Quae vulgo recipiuntur, a Varrone excerpta ſunt vitiis iam inquinata: quippe *aminea maior* et *Scantiana* vna eſt atque eadem vua; quin etiam *amineam maiorem* Varro, vt docet Plinius, *Scantianam* appellat. PONTED. Vidiſti Lector, Victorio pariter ac Vrſino magis placere eam lectionem, quam ex antiquiſſimis libris, qua cuſis, qua manu exaratis, codice praeſertim Politiani, reuocauimus. Reuocauimus autem non illorum tantum auctoritate moti, ſed quod obſeruaremus, a Plinio planiſſime confirmari Victorianam coniecturam, qui ex Varrone 1, 58 deriuatam eſſe vulgatam huius loci lectionem ſuſpicatus fuerat. Nimirum Plinius 14, 4 ſ. 5 cum retuliſſet Catonis verba, totidem apicibus, quot a nobis expreſſa ſunt, (niſi quod pro *eae* ſcriptum eſt in Harduini quidem editione *hae*,) paulo poſt ſubiungit: *Ammineam proxime dictam Varro ſcantianam vocat.* Vnde ſimul et illud apparet, *Ammineas* apud Varronem in Plinii quidem codice non fuiſſe. Porro hic, et ſimiles loci indicant ſatis, quantum licere ſibi in Catonem alioſque bonos autores librarii putauerint, et quantum proinde licere debeat Critico.

res, [r] vel [s] ad fabrum ferrarium pro passis eae recte seruantur. Poma, mala stru-
3 thea [t], cotonea scantiana, Quiriniana, item alia conditiua [u] mala mustea, et Punica. eo
4 lotium suillum aut stercus ad radicem [uu] addere oportet, vti stabilia mala fiant. Pira
volema, Aniciana, et sementiua [x]. (haec conditiua in sapa bona erunt,) Tarentina,
mustea, et [y] cucurbitina. Item alia genera quamplurima [z] serito, aut inserito oleas
orchi-

r) *et Scantianas oppertunissimas esse*, add. omnes inde a *Iunt.* Sed omitt. vt vidimus *Pol. V. I. B. R. vid. not.* s) *hae et ad f. f. r. s. II - G.* t) *struStea, coronea Scanriana W. struStea coronea* etiam *I. struStea* etiam *I. B. R.* u) *condiditia W.* uu) *eorum* add. *a V.* x) *sementina* omnes *a V. sementina* etiam *Plin.* y) *mustea, cucurbitina Pol.* z) *quampluris I. B. R.*

7, 2 VEL AD FABRVM FERRARIVM) Plin. 14, 1 f. 3. *Aliis vuis gratiam, qui et vinis, fumus adfert fabrilis.* Inde, obseruante Harduino, apud Caelium Aurel. chron. 4, 3 et 3, 2 *fabrilis vua dicitur*, h. e. *fumi vapore siccata.* Hae seruantur pro passis h. e. ad solem siccatis. Horat. Sat. 2, 4, 72. *rectius Albanam fumo duraueris vuam.*

7, 3 POMA, MALA STRVTHEA) Haec sic ordinanda et distinguenda videntur: *Poma: mala struthea, cotonea, scantiana, quiriniana, item alia conditiua mala mustea* et punica (*eo lotium suillum aut stercus ad radices addere oportet, vt stabilia mala fiant*) *Pira volema, aniciana et sementiua* (*haec conditiua in sapa bona erunt*) *Tarentina, mustea et cucurbitina, item alia genera* etc. Quod in nostris epistolis (p. 33.) diligenter explicauimus, et quid de veteri scriptura *Fabulim malorum* pro *stabilia mala* sit accipiendum, nostras coniecturas interposuimus. PONTED. Postquam de vitibus, quae visum erat, dixit, de pomis praecipere pergit, haec subdiuidit in *mala*, et *pira*. De generibus malorum conferendus Plin. 15, 14 f. 15. Nominum rationes, quantum eius fieri potest, reddimus in Ind.

7, 3 ITEM ALIA CONDITIVA) Lego, Item *mala conditiua.* Adhaesit prima littera fini praecedentis dictionis. MEVRS. sed nihil opus hac emendatione videtur. Nam possunt etiam in his, quae ante commemorauit, conditiua fuisse.

7, 3 VTI STABILIA MALA FIANT) Hic mendum esse suspicor, nam veteres libri ab excusis dissentiunt: optimus ille, et antiquissimus deprauatus est, sic enim in illo est, *vti fabulim malorum*; habet alter, non tam bonus, neque tam antiquus, *Pabulum malorum*, reliqui recentiores cum vetustissimo faciunt. Quamuis saepe multumque quaesierim, nihil potui excogitare, quod magnopere placeret, quare volo, in hoc, etiam aliorum ingenia exerceri. VICT. *Vt fauulum malorum fiat*, quod immundo lotio aeque mala, ac fauo aut melle homines delectentur. non ignoro tamen *pabulum* etiam legi, quo pastum et cibum malorum intelligemus, vt farraginem iumentorum. TVRN. 25, 9. Locus interpolatus, optimus Codex Victorii habuit, *vti fabulim malorum fiant*, e cuius lectionis vestigiis Scaliger tentauit emendare, *vt fabulium alarum fiant*, id est, culmorum fabalium, seu aceris fabalis, cuius frequentissimus vsus ad arborum stercorationem. Mihi probatur, *vti fauuli malorum fiant*; quod a veteri scriptura minimum decedit, et sententiam commodam habet: Fiant ad radicem, inquit, parua exculpta foramina, quae lotio aut stercore suillo repleta, velut fauuli, malis fomenta suppeditent. Quod praeceptum Geoponici commentarii tradunt [10, 18. Needh. p. 254.] his verbis *τὴν δὲ σκώληκας ἔχουσαν θεραπεύσεις, χοιρείαν κόπρον κεχυλισμένην οὔρῳ ἀνθρωπίνῳ παρέχων ταῖς ῥίζαις· πάνυ γὰρ χαίρει ἡ μηλέα τῷ οὔρῳ, καὶ δεῖ ταύτην συνεχῶς ποτίζειν* POP. Vulgata adhuc lectio sensum forte illum admittat, vt *stabilia mala* sint, quae condendo aptiora sint, nec ita facile ob mollitiem corrumpantur. Sed cum omnium, qui adhuc a viris doctis adhibiti sunt, Mstorum fides repugnet, eorumque scriptura aptissime, quod iam ostendemus, congruat huic loco, et negotio, vix dubito, quin scripserit Cato *pabulum malorum fiat.* Nimirum suillus fimus damnatus licet ad arua Columellae 2, 15, 4 (sed soli inter Latinos, cum scriberet Plinius 17, 9 quem deinde secutus est Palladius 1, 33) arboribus tamen vtilis est, et laudatur in Geopon. 2, 21 p. 5. Needh. itemque 10, 18 p. 254; a Plinio etiam 17, 27 f. 47 *vbi malorum Punicorum ablaqueatis radicibus fimum suillum adhiberi ait:* tum ab ipso Columella 5, 10, 15. Arb. 23, 1. ac Palladio Mart. 10, 3. Arb. 23, 1. Cur igitur addere oportet ad radicem malorum lotium, et stercus suillum? *vt pabulum malorum fiat* i. e. vt alantur ex illo laetamine arbores, dulcioremque fructum ferant. Sed quis hoc *pabulum* vocauit? Non prouocabo equidem ad poëtas; sed Columellae tantum autoritate vtar, qui de simili negotio 5, 9, 13 *fimo pabulandas esse oleas* docet. Si quis mihi obiecerit, illud *pabulum* nihil ad condendos fructus pertinere, illum diligentius legere Catonem iussero, vbi deprehendet, non ita seruantem ordinis, aut methodi fuisse illum, vt non prout quidque sub stilum veniret, ita poneret etc. vt hic postquam genera quaedam vitium enarrauit in fundo suburbano plantanda, statim, quomodo condantur subiicit, eodemque modo de reliquis. Sed compara tamen, lector, quae de hoc loco disputat vir longe doctior Ios. Scal. ad Varronem nostrum 1, 31, 4.

7, 4 PIRA VOLEMA) De pirorum generibus Plin. 15, 15 f. 16.

7, 4 EAE

orchites, posias, eae optimae [a] conduntur vel virides in muria, vel in lentisco contusae [b]. Orchites vbi nigrae erunt et siccae, sale confricato [c] dies v. postea salem excutito, in solem ponito biduum [d], vel sine sale in defrutum condito. Sorba [e] in sapa cum vis condere, vel siccare, arida [f] facias, item [g] pira eodem modo facias.

VIII. FICOS mariscas in loco cretoso et aperto [h] serito: Africanas, et Herculanas [i]. Saguntinas [k], hibernas, Telanas atras pediculo longo, eas in loco crasso [l], aut ster-

a) *optime Baf. it. Gryph.* 1542 *castigationum Vict.* b) *confusas W. et Ienf. contusas vel orch. Pol.* c) *confriato P.* d) *duos a V. et W. II. Pol.* e) *serua in sapa. Cum vis condere W. I. B. R. Sappa W. serua in sapa. Condere P. sorba in sapa cum vis condire II-G. sorba in sapa condere Vict. et reliqui; nobiscum Po.* 2. f) *viridia* omnes *a. V. viada W.* g) *item — facias* desunt *W. I. B. R. item pira facias P.* reliqui nobiscum, nisi *quod A. et G. pyrea.* [C. VIII.] h) *aprico II-G. aperto etiam Pli.* i) *Herculaneas Pol. et Pli.* k) *Sacontinas Pol. Sagont. Pol.* 2. l) *crassiore Pol.*

7, 4 EAE OPTIMAE CONDVNTVR) Si quis M. Varronem attendat, existimabit hunc locum mancum esse, defecisseque verbum *aridae*: ille enim in agricultura, cum de oliuitate dissereret, inquit, *oleas esui optime condi scribit Cato orchites, et pauseas aridas vel virides in muria vel lentisco contusas.* Plin. 15, 6 receptam nunc lectionem sequitur: quam cum in cunctis manuscriptis inuenerim, retinendam censui. VICT. Locus manifesto mutilus. cur enim *vel virides*, quae verba arguunt abunde antitheton desiderari. Restituo audacter. e. o. *conduntur aridae vel virides.* Ecce iuuat me Varro, qui hunc locum transscripsit 1, 60 his verbis. *Oleas esui, optime condi scribit Cato, orchites et pauseas, aridas, vel virides in muria vel lentisco contusas.* Lego vero etiam, *eae optime conduntur*, ad Varronis exemplar et hoc elegantius. MEVRS. Lego cum Meursio *optime* etc. Varro et Plinius, dum hoc Catonis monitum commemorant, sic transscripserunt, ille quidem 1, 60 *oleas esui optime condi scribit Cato, orchites, et pauseas aridas vel virides in muria vel lentisco contusas*: hic vero 15, 6. *Nec alio vllo modo laudat condi oliuas, optime orchites et pausias, quam vel virides in muria vel fractas in lentisco.* Sic etiam in suis castigationibus Petrus Victorius scripsit. id tamen nobis non inculcans, vt vitium tolleretur. Caeterum in Vaticanis codicibus recta inuenta haec lectio est. PONTED. *Optimae* significat ad condendum deligendas esse praestantissimas quasque, reliquas pretio subiiciendas. Deinde metuo, vt apud Varronem 1, 60 non ab aliena manu sit *vel aridae*, quod tanto facilius fieri potuit, quod est is locus, vt obseruamus, in I. B. R. mutilus. Certe Plinius 5, 6 pr. quanquam, et ipse, certe ante Harduinum, forte adhuc etiam hic mendosus, *virides* et *fractas* sibi opponit inuicem. Nimirum *virides* sunt, quales a sua arbore venere, et recentissimae: quod in fractis aliter fieri posse, constat. Caeterum ipsa vox *fractas* satis tueretur nostrum *contusas*, etsi, quod fieri nonnunquam solet, errorem W. et Ienfoniaeae repetiissent reliquae.

7, 5 SALE CONFRICATO) VV. CC. *confriato*: et ita legendum tum hic, tum apud M. Varronem 1, 60 *sale si sint confriatae*, et alibi, et apud Colum. 6, 15 *fuligo infriatur*, et cap. 31 *vlceri infriato* et 12, 30 *amphoris singulis infriato.* VRS. Parum aberat, quin recepissem, *confriato*, Politiani etiam libro probatum. Sed cum Victorii lectionem quasi consecratam videam, nec iniuria, nolui ab ea discedere, vbi ea se tueri quoque modo videretur posse. Videtur autem *confricare* aliquando plus esse, quam *confriare*. Hoc nimirum minutam rei, quae inter manus friatur, adspersionem notat. Illud autem, oliuas, vt hoc vtar, vel inter manus sale fricari, vel certe addito sale subigi et circumagi, vt ad omnes partes sal perueniat.

7, 5 DIES V.) ita legitur in veteribus libris, cum in excusis antea minor summa dierum esset: sed etiam M. Varro, hunc numerum sequitur, dum praeceptum hoc Catonis recitat. VICTOR. Duos peperisse videtur nota numeralis II, quam praefert etiam Pol. Haec cum parum absit, in Longobardica praesertim scriptura, ab altera V. facile ista, pro hac poni potuit.

7, 5 SORBA IN SAPA CVM VIS CONDERE) V. C. *in sapa cum vis condire vel siccare, viridia f.* Corrigo. *Cum vis condere, belle sicca et arida facias.* Nam *arida* quidem prae isto *viridia* retineo, auctoritate Varronis inductus, qui ita ait 1, 59 *Contra in sapa condita manere pira Aniciana et sementiua. Sorba quidem dissecta, et in sole macerata, vt pira et sorba per se, vbicunque sint posita, in arido facile durare.* MEVRS. Tentata hic a Meursio emendatio ita placuit Harduino, vt eam pro Catonis verbis laudet ad Plin. 15, 21. f. 23. *Cato et sorba condi sapa tradit.* Ausi sumus illud *cum vis* ex codd. antiquis reponere post Popmae secundam conf. Ca. 143, 3. P. Ia. 15, 5.

8, 1 FICOS MARISCAS) hunc locum ita laudat Plin. 15, 18. f. 19. *Ficos mariscas in loco cretoso, aut aperto serito. In loco autem crassiore, aut stercorato Africanas, et Herculaneas, Saguntinas, hibernas, Telanas atras pediculo longo.* Obsecuti autem sumus Harduino ad h. l. qui ex Macrobio Sat. 2, 16. incisum tolli iubet inter *Telanas* et *atras*.

ſtercorato ſerito. Pratum ſi irriguum habebis, foenum [m] non deficiet, ſi non [n] erit, ſiccum,
2 ne foenum deſiet, ſummittito. Sub vrbe hortum omne genus, coronamenta omne ge-
nus, bulbos megaricos, murtum [o] coniugulum et album et nigrum, laurum [p] Del-
phicam, et Cypricam [q], et ſiluaticam, nuces caluas [r], auellanas Praeneſtinas, et Graecas,

m) verba *foenum non def.* deſunt *in Pol.* n) *ſi non et erit ſiccum, ſummittito a. V.* o) *myrtum* ante *Pop.* 2. omnes. p) *loream P.* q) *Cypream P.* r) *galuas lenſ. galbas B. R.*

8, 1 SI NON ERIT SICCVM) Reſtituo ex V. C. *ſi non, et erit ſiccum, ne foenum deſiet, ſumito ſub vrbe* MEVRS. Metuo, vt recte viderit vir doctiſſimus, vel recte ipſius manum aſſecuti ſint typographi. Vetus codex, quem ille ſolet laudare, eſt Baſ. 1521. Hic aperte legitur, vt obſeruatum modo eſt. Interpunctum poſt *ſummittito* tollit quidem laudata editio non minus quam A. Gr. G: ſed ad prata omnino referendum eſt illud *ſubmittito* v. Ind.

8, 1 SAGVNTINAS) V. C. *Sacontinas*, antiqua ſcriptura, qua *maciſtratos* pro *magiſtratus* ſcribebant, vt eſt in columna Duilii, et in vetuſtis legum fragmentis. VRS.

8, 1 HIBERNAS) nam quemadmodum in Italia et vicinis regionibus ſunt fructus hiberni et aeſtiui, ita quoque credibile eſt, tale quid ſaguntinis ficubus factum eſſe. SCHOETTG. Sed Harduinus incidit poſt *hibernas*, eaſdemque ait, quas ante Plinius dixerat, *chelidonias*. idem etiam pro *Tellianas*, quod legebatur, *Telanas* repoſuit.

8, 1 BVLBOS MEGARICOS) Plin. 9, 5 ſ. 30 *bulbos Cato inprimis ferendos* praecipit *celebrans Megaricos*. vid. C. 10, 105.

8, 2 MVRTVM CONIVGVLVM) ſic etiam legitur infra cap. 134, quod ob ἀρχαϊσμὸν probo magis, quam Plinii *coniugalem*. Haec autem ſpecies myrti dicta eo, quod Veneri et coniugiis ſacrata eſſet. Plin. lib. 15, 19 *Ideo tum electa, quoniam coniunctioni et huic arbori praeeſt Venus*. Servius Georgic. II. *Veneri myrtus conſecrata eſt, vel quod haec arbor gaudet litoribus, et Venus dicitur de mari procreata, vel quod, vt medicorum indicant libri, haec arbor apta eſt mulierum neceſſitatibus plurimis*. POP. MYRTVM CONIVGVLVM ET ALBVM ET NIGRVM) Sic fere legitur. Plinius tamen 15, 29 ait, *Cato tria genera myrti prodit, candidam, nigram, coniugalem*. Vbi Hermolaus, cum tria genera myrti prodidiſſe Catonem citet Plinius, *candidam, nigram, coniugalem*; coniugulum *non coniugalem* apud Catonem ſcriptum tradit obſeruaſſe. Ego in vetuſto Catonis codice *coniugalem* non *coniugulum* inuenio. Et Plinius ſtatim ſubdit, *Coniugalem exiſtimo nunc noſtratem dici*. Illud autem magis annotandum, Columellam 12, 38 duo tantum genera myrti feciſſe, tanquam Catonis verba ſint aliter accipienda quam Plinius ſenſerit: *coniugalem* ſ. myrti albae et nigrae epitheton, quod eſſet ad coniugia idonea, et non tertium myrti genus: nam coniunctioni praeerat Venus, cui haec arbor ſacra: quin et ara fuit Veneri, quam ideo *Murteam* appellant. Haec CATANEVS apud Aſcenſium poſt praefat. Quod de etymo *coniugulae* vel *coniugalis myrti* dicit, hauſit ex Plinii l. c. Malunt alii apud Bodaeum a Stapel ad Theophr. hiſt. plant. 4, 6 p. 379 *coniugulam* dici, quod operae topiario cum pergulis et parietibus hortorum elegantiſſimo ſpectaculo aptiſſime coniugatur. SCHOETTG. Ita omnes libri tum hic, tum 133, 2 vt maſculino genere vſurpata vox videatur, cum tamen non de fructu, qui neutro genere dicitur, ſed de arbore ſermo ſit Plin. 5, 29 ſ. 37 vbi hunc locum laudat, foeminino genere effert, *nigram, candidam, coniugulam*. Scilicet *fruticem* forte intellexere veteres, vti poſteriores arborem, ad quod genus Plinius perpetuo, niſi fallor, myrtum refert. Si quis tamen neutro genere vſum dicat Catonem, et *genus* vel ſimile quid intellexiſſe, floccum non interduim, nedum, vt contendam. Caeterum *murtum* ſcripſimus apud Catonem, eo magis, quia id nomen ante iam Romae cognitum videtur fuiſſe, vt ex Plinio l. c. apparet, quam literatura Graeca. *Coniugulam* non *coniugalem* legit Plinius Gelenii et ipſius Harduini.

8, 2 LAVRVM DELPHICAM) laudat h. l. et genera diſtinguit Plin. 15, 30 ſ. 39.

8, 2 ET SILVATICAM) Haec verba in omnibus libris veteribus, et vulgatis extant, tamen vereor, ne ſint adulterina, nam Cap. 131. duo ſolum genera lauri nominat, Cypriam, Delphicam, et Plin. 15, 30 expreſſe ſcribit: *Duo eius genera tradit Cato, Delphicam et Cypriam*. POPMA.

8, 2 NVCES CALVAS) Similiter in Lexico vetere *Caluae κάρυα πεφρυγμένα*: Sed in Plinio legitur *galbas*: quae varietas fortaſſis eſt, ex affinitate, et commutatione litterarum C, G, et B, V. Dicitur autem *Nux calua*, quod fructum caluum fert, id eſt, ſummo apice nudum, qualis eſt auellana; Galba a colore, vt galbula auis. nam Galbus eſt viridis, pallidus, flauus, qui color in nucibus hornotinis c. 17. Nux graeca eſt amygdalum. POPMA. Plinii Mſti omnes, monente Harduino 15, 22. ſ. 24. *galbas*. Cum vero *caluae nucis* auctoritas praeter h. l. ad Gloſſarium ſolum et dubium Petronii locum c. 66. redeat, vocem quibuſdam certe Catonis, et omnibus Plinii codicibus ſe tuentem praeferre forte praeſtiterit. Quod diſtinctionem inter *auellanas Praeneſtinas* ſuſtuli, obſecutus ſum Senftlebio nuc. Saturnalit. c. 4. p. 28. qui *Praeneſtinas* adiectiuum eſſe oſtendit *auellanis* et *caluis* ſ. *gallis* conueniens.

8, 2 HAEC

eas, haec facito vti ferantur. fundum vrbanum [s], et qui eum [t] fundum solum habebit, ita paret [u], itaque conserat, vti quam solertissimum [x] habeat.

IX. SALICTA locis aquosis, humectis [y], vmbrosis, propter amnes ibi seri oportet. Et id videto, vti aut domum [z] opus fient [a], aut vt venire possint. Prata irrigua, si aquam habebis [b], potissimum facito: si aquam non habebis, sicca [c] quam plurima facito. Hoc [d] est praedium quod vbi vis expedit facere.

X. OLI-

s) *suburbanum II-G.* t) *et qui cum fundo solum habebit W. I. B. R.* u) *apparet Pol.* x) *fertilissimum II-G. sollertissimum Pol.* [C. IX.] y) *viretis vm. propeque W. I. B. R. vietis vm. propterque II-G. vmectis vm. propter Pol.* z) *domui a. V.* a) *fiant I. B. R. fiant W.* b) id *inf. a. V.* c) *sic vt habeas quamplurimum a V.* d) *Hoc modo pr. quoduis exp. a V.*

8, 2 HAEC FACITO, VTI SERANTVR) Ne cui libeat forte hunc locum emendando corrumpere, quia plures accusatiui non habeant, quo referantur, iuuat Plauti quaedam loca similia adscribere Amph. 1, 1, 141. *Nunc propterea, quod* ME *meus fecit, vt vigilarem, hic pugnis faciet, hodie vt dormiam.* Asin. 1, 1, 13. *vt ipse scibo*, TE *faciam, vt scias.* Pers. 5, 1, 8. *vnde ego omnes* HILAROS etc. *faciam vt sciant.* Simillimus autem nostro loco est Pseud. 1, 2, 33 *Pernam, callum, glandium, sumen, facito in aqua iaceant.* et 4, 6, 37. *Quid ego cesso Pseudolum facere, vt det nomen ad molarum coloniam?* Plura Ciceronis etiam, et Terentii dabit Perizon. ad Sanctii Min. 2, 5, 5. De Graecis autem Kuster. ad Aristoph. Plut. 55.

8, 2 FVNDVM VRBANVM) Hinc noni capitis initium in Ienson. Bon. Iuntt. Ald. Gymn. quod placet etiam Meursio. Bonon. etiam praescribit titulum, *vt salicta locis aquosis serantur.* Sed melius, arbitror, Polit. Vict. reliqui, haec iungunt superioribus, tanquam recapitulationem et summam de fundo suburbano dictorum. *Suburbanum* autem fundum, malim fere pro *vrbano*, tum re ipsa suadente (vid. 7, 1 et principium huius ipsius segmenti) tum autoritate motus. Nisi tamen *Vrbanum* hic sumit Cato pro suburbano. Christius Villat. p. 89 f. intelligit, qui solius habitationis caussa et ad voluptatem vsu vrbano constitutus ruri esset. Sed haec est villa vrbana.

8, 2 ET QVI EVM FVNDVM SOLVM HAB.) Vox *fundum* abest a vv. cc. et certe videtur, adiecta VRS. Retinuimus eam consensu reliquorum, et quod pleonasmus videatur haud inelegans, et antiquitatis colorem concilians orationi.

8, 2 QVAM SOLERTISSIMVM) *Fertilissimum* melius videtur MEVRSIO. Sed si cogitemus etiam *ingenium* tribui passim sensu carentibus naturae daedalae operibus, tum *salem, blitum, oleum, inertia* dixisse Plinium 31, 7, f. 40, 20, 22 f. 93. 23, 4 f. 45: quidni *solertissimum fundum* credamus a Catone appellatum, in quo summa naturae atque domini solertia ex varietate, et cultu eluceat: idque tanto magis, si quis solum, et vnicum habeat, ne alius fundus alii ferre suppetias, et quasi succenturiari queat. Et sermo est de suburbano, ad quem elegantes homines et hospites saepe accedunt, in quo causam interponere non potest pater familias, per absentiam suam negligentius haberi. Hunc fundum merito iubet Cato esse *solertissimum.*

9 HVMECTIS, VMBROSIS) haec est prisca lectio: nam in excusis pro *Humectis, Vietis.* Duae res, vt suspicor, castigatorem aliquem, aut librarium fefellerunt. Nam *Vmectis*, sine aspiratione in antiquis libris scriptum hic est, quemadmodum nonnullis aliis in locis: ita autem fere scriptum *Vmorem et Vmidum* in priscis exemplaribus inueniri docti, et diligentes viri admonuerunt: quod ipse quoque in optimo, ac vetustissimo diligenter seruatum, animaduerti. Altera est, quod priore voce, quod ad humorem pertineret significari putarunt. Discrepare tamen aquosum et humectum, manifestum est, nec posterior vox otiosa, meo iudicio, haberi debet: Reliqua, quae a caeteris excusis in nostro variant, ab iisdem veteribus libris accepta sunt. VICTORIVS.

9 IBI SERI OPORTET) Illud *ibi* non *vacuum* plane, sed ex more Catonis nostri reuocat, et complectitur quasi ea, de quibus singulatim dictum fuerat: vt paulo ante recensum rerum hortensium ita finit, HAEC *facito, vti serantur* etc.

9 SICCA QVAM PLVRIMA) Vetus haec est lectio, quam vehementer probo. Sicca prata opponuntur irriguis, quod etiam ex superiore capite intelligi potest: manifestius tamen ex illo, cum legem pabuli locandi exponeret: *Ex Kal. Septembrib. prato sicco decedat.* Id, vt suspicor, cum aliquis non animaduertisset, omnia perturbauit. VICT. Necessaria videtur loci huius, non difficilis licet, et a Victorio probe intellecti, explicatio, ne quis Meursium audiendum putet, qui restitutum a se putat, cum legit, *sic, vt habeas quam plurimam facito*, quasi id tibi vellet Cato, si non habeas aquam, fac, vt quam plurimam habeas. Sed, quod pace manium optimi viri dixerim, id eiusmodi praeceptum est, ac si mendico diceres, si non habes pecuniam, fac, vt quam plurimam habeas. *Si non habeas*, aperte significat, si habere non possis, si copia non sit aquae. Hic igitur, Catonem si audis, prata tamen sicca etiam facito, quia vel sic vtilius erit, quam si aliis rebus conseras. *Hoc enim est praedium, quod vbiuis expedit facere.* Scilicet prato non *riguo* tantum, sed *siccaneo* etiam

 veteres

X. OLIVETVM [e] agri CCXL iugerum. vilicum, vilicam, operarios V. bubulcos III. [f] subulcum I. asinarium I. opilionem I. Summa [g] hominum XIII. boues trinos [h], asinos ornatos [i] clitellarios, qui stercus vectent, III. asinum vnum [k], oues C. vasa [l] olearia instructa iuga V. ahenum quod capiat quadrantalia [m] XXX. operculum aheni [n], vncos ferreos III. vrceos

[C.X.] e) Lemma: *quot villicus conseruos: quot boues et asinos et ministros et vtensilia habere oporteat. Villicus villicos operarios habeat I. B. R.* Lemma: *Quae villicus habere debet.* deinde versus deficit, tum *villicus villicos W.* Lemma: *Quomodo oleum agri iugera* CCXL. *instruere oporteat. Vilicum vilicam Pol. Vict.* et rel. praeter *Po.* 2. quae nobiscum. *Oliuetum agri ducentorum quadraginta iugerum habere oportet II-G.* f) *duos I. B. R.* g) *hominum* per *h.* solitarium exprimit *Pol.* Totum hoc, *summa h. XIII.* om. *W. I. B. R.* h) *ternos a. V.* i) *onerarios W. I. B. R. instratos.* k) *ad* add. *a. V.* l) *vasa ollariaque instrumenta habeat. Ahenum vnum, quod capiat metretas triginta aut pluris. W. I. B. R.* m) vox *quadrantalia* in Pol. signatur litera *q* tum hic tum deinde. n) *vnum* add. *a. V.* hic et alias. Hic omittit quaedam *W.*

veteres Romani primas in agricolatione tribuerunt. Qui Columellam 2, 17, 1 et 2 et praesertim 6. praef. 4 seq. et Plin. 18, 5 legeris, quin vera sit haec sententia, non poteris dubitare.

10 Argumenta cap. 10 et 11 nihil certius est, quam ad Catonem, a quo subducta sunt, reuocare. PONTED.

10, 1 OLIVETVM AGRI CC XL IUGERVM) Bene sit istis optimis librariis, qui nobis caput hoc, vt alia non pauca in Catone, insigniter mutilarunt. Simile in Macrobio obseruaui, vt ostendam in secundis curis. Nunc vero hoc agam. Rescribo ex fide mei veteris codicis, *oliuetum agri* CCXL *iugerum habere oportet vilicum vilicam* etc. ex quibus verbis isti mutilatores *ἐκγραφὴν* nobis fabricarunt. Sed gratia optimo meo codici, cuius opera et indicio omne hoc, quicquid est, damnum farciam sine vllo negotio. MEVRS. Vetus editio. *Oliuetum agri iugerum* CCXL. *habere oportet*, quae postrema duo verba sunt e glossemate. Est enim lemma, *Oliuetum agri iugerum* CCXL. *villicum villicam* scilicet requirit, vel habere debet: sicut Cato frequenter, et aliquotiens Varro, lemma proponit, mox explicationem subiicit: Sed vbique fere librarii glossemata infarserunt, quae leguntur in codice antiquitus excuso, quem cum vulgata editione contulit vir doctissimus Ioh. Meursius. POP. Putaui omnium optime a veritate abesse Popmae curas posteriores. Modum olicueti finiuit haud dubie Cato: quorsum alioquin numeri reliqui? verba nostri auctoris primum pro lemmate arrepta, tum etiam varie contaminata, alias etiam obseruaui. Caeterum profuerit contendi V. 1, II it. 19 et 22. it. quae ad initium capitis proximi notabimus.

10, 1 BVBVLCOS III.) Bubulcos tres imperat, vt existimo, ad arandum, singulosque singulis boum paribus praeficit: *boues* enim *trinos* in hac reperio formula, quod interpretor tria boum paria, vt instruenda vinea (11, 1) *boues binos* lego, et expono duo boum paria. TVRN. 7, 22.

10, 1 ASINOS ORNATOS.) Haec vera est, et eadem antiqua lectio. Eodem intellectu Cicero pro lege Manilia *ornare classem*, inquit. Graeci [illegible]: Veteres etiam Iurisconsulti sic locuti sunt. Vlpianus de aedilicio edicto L. *Aediles agunt*, hoc aperte ostendit: nam *iumenta ornata*, et *ornamenta iumentorum* saepe appellat. VICT.

10, 1 ASINVM VNVM) M. Varro 1, 19 citat hunc locum et legit: *Asinum molarium vnum*, quae vox in VV. CC. non reperitur. VRSIN. Cum ad tres asinos, asinum praeterea vnum addit, eum molarium interpretor, vt tres illos clitellarios ad stercus vectandum. TVRN. 7, 22. V. C. *A vnum ad oues C.* Lego vero, *asinum molarium vnum.* Ita Catonem scripsisse suggerit Varro 1, 19 istis verbis: *Quod addit, asinos, qui stercus vectent tres, asinum molarium.* MEVRS.

10, 1 VASA OLEARIA INSTRVCTA IVGA) quinque trapeta, vel prela ordinaria intelligo, cum suo omni instrumento TVRN. l. c. ita et infra c. 145, 1. *si sex iugis vasis opus erit facito:* et Varro 1, 22, 3 vbi locum, quem prae manibus habemus, refert. Nemo vel veterum, vel recentiorum, quod sciam, quid sint *vasa iuga* satis explicat. Putabam primo, esse *iuncta vasa*, forte *iugo* etiam quodam instructa, qualia apud nos aquae ferendae passim adhiberi videas, situlas nimirum duas a iugo, humeris hominis imponendo, aptas atque suspensas, quo referebam etiam *gemellaris* appellationem, quod est inter vasa olearia v. c. C. 12, 50, 10: sed iam magis probo, esse *vasa olearia quinque iuga*, quinque generum vasa coniuncta, quae vnam *synthesin* efficiunt, et quasi corpus instrumentorum. Et sane quinque enumerat Cato *ahenum*, *operculum aheni*, *vncos*, *vrceos*, *infudibula.* Ita hic Vinariae, vbi ista commentabar, decet in familia esse *vasa cereuisiaria iuga quinque*, quae vulgaribus appellationibus exprimemus, *eine butte*, portandae ex coquina cereuisiae, *ein grosser Stutz*, colligendae, antequam diffunderur in dolia, *ein Trichter*, infudibulum, *etliche Fasser*, dolia, *kleine Stütze*, excipiendis binorum doliorum fecibus. Confirmat hanc sententiam l. c. Varronis. Is enim, cum dixisset, *Cato scribit — vt faceret vasa olearia quinque, subiicit, quae* MEMBRATIM enumerat. Ita Col. 12, 50, 12 *tricena labra* in vno ordine componi vult, e quorum vno in alterum transfundatur oleum: haec dixeris *tricena iuga labra. Iugus a, um,* adiectiuum nomen est, pro quo posterior aetas *iugis*

vrceos aquarios III. infidibula[o] II. ahenum[p] quod capiat quadrantalia V.[q] aheni operculum, vncos[qq] III. labellum polulum; amphoras olearias II. vrnam quinquagenariam 2
vnam, trullas[r] III. fitulum aquarium vnum, peluim vnam, matellionem[s], trullium, scutriscum, matellam, nassiternam[t], candelabrum, sextarium[u], plostra[x] maiora III. aratra cum vomeribus VI. iuga cum loris ornata III. ornamenta bubus VI. vrpicem[y] vnum,
crates stercoraria[z] IIII. sirpeas stercorarias[a] III. semuncias III. instrata asinis III. fer- 3
ramenta

o) *infundibula a. V. infud. Po.* 1 *et* 2. p) *ahenum vnum, q. c. vrceos tres, ab. op. vnum, amphoras olearias duas: quinquag. W. I. B. R. ahenum aliud II-G.* q) *decem II-G.* r) *tru*[illegible]*l. B. R.* s) *matelionem trulium, scurriscum W. I. B. R. trullium scurriscum Pol.* t) *nasiternam II-G. it. Po.* 2. u) *sestarium Pol. I. B. R. vnum* add. hic et alias singularibus editt. aliae. x) *plaustra I. B. R.* y) *irpicem B. R.* etiam *vrp. Jens.* z) *stergerarias W. I. grates sterg. P. scirpeas II-G.* a) *sestercenarias W. I. B. R. stercerarias Pol.*

gis dixit, scilicet, vt *hilarus, sterilis,* et alia, quae laudat Auson. Popma de vsu antiq. locut. 1, 8. Ab antiqua hac forma est *Iuno Iuga* apud Festum, vbi de *iugario vico: ita biiugus, triiugus, quadriiugus, coniugus* etc.

10, 1 INFIDIBVLA) Ita in manuscriptis libris vno consensu scriptum inueni, quemadmodum sequenti capite iterum, ac tertio, vbi exponit, in cella olearia, quae opus sunt: quare eorum fidem, et auctoritatem secutus, ita in meo scribi volui. Nec tamen me latet, alios *Infundibulum* hoc, siue instrumentum, siue vas appellasse: et a fundendo etymon habere tradidisse. VICT.

10, 1 AHENVM QVOD CAPIAT) Bene auget v. c. *Ahenum aliud quod* c. nam antea dixit: *Ahenum vnum quod capiat quadrantalia triginta.* An vero idem X bene habeat pro V, non habeo dicere, nam nihil hic iuuat Varro, qui alias non nihil. MEVRS.

10, 2 VNCOS III) *Vncos ferreos* inuentario suo adscribit, vt vel ex vrceis aliquid extrahatur, vel potius, vt vrcei de iis suspendantur, vel iis gestentur TVRN. l. c. v. c. *Vrceos tres.* Optime. Astruit Varro 1, 22 *quae membratim enumerat, vt ex aere ahenea, vrceos, nassiternam.* MEVRS.

10, 2 SCVTRISCVM) *Scutra* genus patinae maioris, cuius mentio cap. 157. Plauti Persa, et Lucillii lib. 6. *Scutram ligneolam cerebro infixit.* Ab hoc *scutriscum* Catonis, et *scutula, Scutella* apud Ciceronem et Martialem, a rotunda figura, simili scuto: quae nomina paene integra in germanica lingua remanserunt, pro patella. POPMA. Germanica vox, quam innuit Popma, est Belgarum *Schotel,* pro qua nostri *Schüssel.*

10, 2 ARATRA CVM VOMERIBVS VI) cuique iugo boum et pari binos vomeres adscribit, et bina *ornamenta:* sic autem ea vocantur, quibus ad arandum ornantur, vt strata, et subiugia, TVRN. 7, 22. Plostra autem singulis iugis vel paribus singula tribuenda esse, diserte praecipit noster c. 63.

10, 2 IVGA CVM LORIS ORNATA) si nihil aliud ad ornatum, h. e. instructum iugum requiritur, quam lora, hic locus inter eos referendus est, vnde fundamentum constructionis verbi *ornare, et similium* cum sexto casu intelligitur, adiiciendusque Perizonianis ad Sanctii Mineruam 4, 6. obseruationibus, non minus, atque alter Plinii 7, 20 f. 19 *vehicula cum culeis onusta.*

10, 2 VRPICEM VNVM) Lego *irpicem* V. Festus: *Irpices genus rastrorum ferreorum, quod plures habet dentes ad extirpandas herbas in agris.* Varro de lingua latina lib. 4 *Irpices, regula cum pluribus dentibus, quam item vt plaustrum boues trahunt, vt eruant, quae in terra sunt.* Seruius V. Cl. Petri Danielis, in illud: VIMINEASNE TRAHIT CRATES, *Ad agrorum* (inquit) *scilicet exequationem, quam Irpicem rustici vocant.* Vide magnum Scaligerum ad Varronem et Festum. Nec persuadeor *Vrpicem* Catonem pro Irpice dicere voluisse. MEVRS. Add. Salm. ad Solin. c. 37. p. 513. SCH.

10, 2 CRATES STERCORARIAS) Simpliciterne librariis debeatur notata supra lectionis varietas, non dixerim. *Sirpus* etiam et *scirpus,* unde est *sirpea* vel *scirpea* diuersimode scribi constat. *Sestercenarias* forte peperit insueta scripta *stercer.* et sequens *semuncias,* vt scilicet de ponderibus aut nummis somniaret librarius. quamquam nihil impedit, quo minus, vt *trimodiae fuerunt satoriae,* quarum mentio est apud Colum. 2, 9, 9. et 12, 50, 8. ita etiam fuerint *sestertiariae.* ita etiam *bipalium sestertium* est Col. arb. 1, 5.

10, 3 SEMVNCIAS III.) Semuncias interpretor sirpeas minores, et tanquam semisirpeas: vt sirpea loco vnciae sit. TVRN. 7, 22. *Semunciae* hic sunt clitellulae, quas glossae veteres interpretantur ἡμισάγμα, vt Turnebus obseruauit. Ego puto *Semuncias* dici clitellas minores parte dimidia: sicut *sestertium* paruum operimentum duorum pedum et semissis, quod tertiam partem corporis, humerorum tenus tegeret; apud Sueton. Augusto. POP. Locus Suetonii est c. 83. Sed placuit fere viris doctis *Segestrium* a Cuiacio primum prolatum obs. 13, 13.

10, 3 FER-

ramenta [b], ferreas VIII. farcula VIII. palas IIII. rutra [c] V. rastros quadridentes II. falces foenarias III. stramentarias VI. arborarias V. [d] secures III. cuneos III. fistulam [e] far-
4 rariam I. forpicis [f] II. rutabulum I. foculos II. dolia olearia C. [g] labra XII. dolia quo vinaceos condat X. amurcaria X. vinaria X. frumentaria XX. labrum [h] lupinarium vnum, serias [i] VI. labrum eluacrum [k] vnum, solium vnum, labra aquaria II. [l] opercula doliis, seriis priua plura [m], molas asinarias vnas, et trusatiles vnas, hispanienses vnas, molilia [n] III. abacum I. orbes aheneos [nn] II. mensas II. scamna magna III. scamnum in cubiculo vnum,
5 scabilla [o] III. sellas [p] IIII. solia [q] II. Lectum in cubiculo I. lectos loris subtentos [r] IIII. et lectos [s] tres, pilam ligneam vnam, fullonicam vnam [t], telam iogalem vnam [u], pilas

b) *stramentaria ferrea I.B.R. setamentaria ferrea W ferramenta furcas ferreas II-G.* c) *rastra quinque, furculas quadrid. W.I.B.R.* d) numerus abest et iungitur cum secures *W.I.B.R.* e) *fiscellam farinariam W.I.B.R. ferrariam Pol.2.* f) *forcipes a.V.* g) *olearia decem: labra totidem, dolia quis a.V.* h) *labrum* abest *W.I.B.R.* i) *sestercias sex W.I.B.R. serias x. Pol.* k) *vinaticum a.V. vinacium W. eluacrum Pol.2.* l) *quinque a.V.* forte fuit *v* quod alius legit *ii.* m) *plura* abest *Pol.* n) *mobiliacum vnum, orbes W.I.B.R. mollilia I.I.G.* nn) *aeneos a.V.* o) *scabillia I.B.R. Bo. A.G.Gr.* p) *sellas* ii; *Pol.* q) *sollia P.B.R. vrceos II-G.* r) *subsientos I.B.R.* s) *communes* inser. *a.V.* t) *vnam* omitt. *W.I.B.R.* u) *telam regale vnum W.I.B.R.*

10, 3 FERRAMENTA, FERREAS VIII.) In manuscriptis, quod erat in excusis hic *Furcas*, non legitur: vt apud Varronem etiam, qui totum hunc locum Catonis recitat, quare id delevimus. VICT. V. C. *Furcas.* Male: hanc lectionem adstruit Varro 1, 22. Ait enim ipsis in Catonis verbis, vt solet, *Sic de ferramentis quae sint, et quot opus ad multitudinem, vt ferreas octo, farcula totidem, dimidio minus palas, item alia.* MEVRS. Primo ne quem turbet vox *ferramenta*, quam, vt vidimus, quidam librarii mutarunt in *stramentaria*, quod mox sequitur, obseruandum, eam generalem esse, et plura, quae sequuntur, complecti, idque Varrone inprimis 1, 22, 3 collato apertum est. Sed quod est de *furcis*, quas contra impressorum, quos nominauimus, auctoritatem furcillis eiiciunt Victorius, atque Meursius, vereor, an non frustra ad consensum Mssorum prouocetur. Apud Varronem certe, ad quem prouocant, *furcas* agnoscunt non impressi tantum ante Victorium omnes, sed etiam alter Politiani Mstus. Et quam facile potuit *furcas* in *ferreas* corrumpi? alterutrum igitur vocabulum solum et hic et apud Varronem scribendum puto. Res facilis foret, si aliunde constaret, *ferream* pro *furca* dictam.

10, 4 DOLIA OLEARIA C.) Quis probet ista? Melius in veteribus excusis libris, *dolia olearia X.* PONTED.

10, 4 LABRVM ELVACRVM) Vid. Victor. ad Ca. 11, 3.

10, 4 SERIIS PRIVA PLVRA) v. c. *doliis et feriis p. p.* Sed, si quid iudico, omnino inducendum τὸ *plura.* Quomodo enim, si *priua*, quod non potest? nam si plura, desinunt esse priua. Narro fraudem: nata illa vox ex vitiosa geminatione τοῦ *priua.* MEVRS. Confirmat Meursii coniecturam, vt vidimus, lectio Pol. quam neglectam studio non arbitror a Victorio. Sed quod Meursius a voce *priua* argumentatur, illud vereor vt satis firmum sit. Possunt enim *opercula priua* esse suis non nisi vnum doliis vel feriis respondentia; et tamen plura, quia plura sunt vasa.

10, 4 MOLAS ASINARIAS) in quibus asini ipsi molunt. Hae erant versatiles, h. e. asini, et alia animalia in circulum iuerunt. Gabrias fab. 14. Φέρων λέοντος δέρμα τοῖς ὤμοις ὄνος, Ηὔχει λέων εἶναί τις, αἰπόλους βλέπων· Ἐπεὶ δὲ γυμνὸς τῆς λεοντῆς εὑρέθη, Τοῦτον μύλων ἔμνησε τῆς ἀταξίας· Leonis pellem humero ferens asinus. Iactabat esse leo quispiam videndo caprarios Sed vbi sine leonis inuentus est pelle, Pistrinum eum memorem turbationis reddidit. Achmet Onciroсr. c. 195. Ἐὰν ἴδῃ τις, ὅτι ἔχει μύλωνα ἀλήθοντα ὄνῳ δυνατῷ· *si quis visus sibi fuerit habere pistrinum, in quo asinus robustus moleret.* Vide Bochartum Hierozoic. 1, 2, 13. Schefferum de re vehic. 1, 8. Alias mola asinaria gr. μύλος ὀνικὸς, notat magnum aliquem lapidem molarem Matth. 18, 6. *Saxum molinum* vocat Tertullianus adu. Marcionem 4, 35. λίθον μύλωνα Antiochus homil. 18. λίθον τοῦ μύλωνος Achmet. c. 194. SCHOETTG.

10, 4 LECTOS LORIS SVBTENTOS) Lecti subtenti loris, aut restibus in vsu veterum. Lucill. lib. 6 Satir. *Tres a Deucalione grabati restibus tenti* Horatius, *Tenta cubilia, tectaque rupit.* Quod explicat Porphyrio: *Lectus restibus siue fasciolis subtentus.* Glossae Isidori eiusmodi restes vocant *instites: Institae Grabati resticulae.* Interpres Iuuenalis *Instita, qua lectus intenditur.* Hinc est *Epidromum funemm textam*, quod subtenditur lecto, in quo seruus cubat c. 13. Tinc *Tori* dicti, quod tenderentur *toris*, id est funibus ex loris retortis: de quibus mentio cap. 135, etsi Varro et Seruius aliter. POPMA.

10, 5 LIGNEAM VNAM, FVLLONICAM VNAM) Non dissimulo, mihi commodius videri,

pilas duas, pilum fabarium vnum, farrearium vnum, feminarium vnum, qui nucleos succernat [x] vnum, modium vnum, femodium vnum, culcitas [y] VIII. instragula VIII. puluinos XVI. operimenta X. mappas III. centones pueris VI.

XI. VINEA [a] C. iugerum vilicum, vilicam, operarios X. bubulcum I. asinarium I. salictarium [b] I. subulcum I. Summa [c] homines [d] XVI. boues II. asinos plostrarios II. asinum molarium I. vasa torcula [dd] instructa III [e]. dolia [f] vbi quinque vindemiae

x) *secernat* omitt. *vnum* a. V. y) *culcitras* a. V. [C. XI.] a) Lemma: *Alia institutio, quot et quibus conseruis et operibus institui villicum oporteat. Villicum vilicos operarios et opera haec in iugera plura oportet habeat: Bubulcum vnum etc.* I. B. R. Lemma: *Alia item habenda a Villico. Villicum villicos etc.* W. Lemma: *Quomodo viniae Iug. C. instituere oporteat. Vilicum vilicam P. Vineam Centenam iugerum habere oportet villicum villicam etc.* I. I-G. *Vinea centenum iugerum, Villicum, villicam etc.* Po. 2. b) *salictarium I.* omitt. a. V. c) *opilionem vnum: stabularios quattuor: boues duos: et asinos etc.* I. B. R. W. d) *hominum* I. I-G. dd) *torcularia* I. I-G. e) *quattuor* I. B. R. W. f) *quattuor* I. B. R. W. *dolia. Vbi quinque vind. Pol. dolia cum operculis, vbi etc.* I. I-G. *dolia V. vbi Vict.*

ri, si auctoritate W. I. B. R. omisso posteriori *vnam* coniunctim legatur *pilam ligneam vnam fullonicam*, nimirum cum caeterae pilae metalli aliquid, certe lapidis, haberent, vt fortius contundi earum ope frumenta possent: fullonicae, ne qua fraus fieret vestibus, totae erant ligneae.

10, 5 TELAM IOGALEM VNAM) Sic in cunctis manuscriptis, cum in excusis *Tedam*: quemadmodum in capite de villa aedificanda, nam iidem *Telas iogales* habent. In re incerta fidem vetustorum codicum sequi volui, neque enim de facibus nuptialibus agere hic Catonem credo. VICTOR. *Telam iugalem*, iugo impositam, in quo texatur, esse puto, ad aliarum telarum discrimen, quae pinguntur acu, texuntur radio, pectine, aut alio genere, sine iugo tamen. De iugo telarum Ouid. 6 metam. *Tela iugo iuncta est.* TVRN. 7, 22 extr. Vt mihi videtur, *tela iugalis* ipsum hic *iugum* significat, quod neque alias insolens. V. Intt. ad Tib. 2, 1, 65 et Popma ad Ca. 14, 3. itemque de Instr. fundi c. 19.

10, 5 PILAS DVAS, PILVM) Posset alicui non immerito in mentem venire, scriptum a Catone fuisse ita *pilas duas, pilam fabariam vnam, farreariam vnam*: vel ita, *pila duo, fabarium etc.* Nimirum vt *pilam*, et *pilum* eodem intellectu dixerit, mortarium nempe cum pistillo; tamen non videtur diuerso genere extulisse, vbi generali appellationi duas partes siue species subiecit.

10, 5 SEMINARIVM VNVM, QVI NVCLEOS SVCCERNAT) Facilius forte est videre locum hunc esse corruptum, quam restituere. Placet tamen audire sententiam Turnebi, qui 7, 22 ext. ita interpretatur, quasi post *pilas duas, fabariam et farrariam*, imperaret, Cato *seminariam* quoque pilam ad cernendos seminum nucleos.

11, 1 VINEA C. IVGERVM) Recepimus, et hic rationem Popmae in editione posteriore initam, et huc repeti volumus, quae de initio proximi capitis dicta sunt. Varietatem lemmatum, vnde in ipsum etiam contextum auctoris grassandi via facta est, apposuimus, vt vel hoc exemplo, quid sibi hic indulserit librariorum natio, appareat.

11, 1 ASINARIVM I. SALICTARIVM I.) Vetus haec est lectio, quam summa etiam hominum, quae est in antiquis, confirmat. M. Varro, quo loco de familia agit, peruulgatam nunc lectionem sequitur, neque de Salictario loquitur: nos tamen consensum veterum codicum non damnauimus. VICTOR. *Salictarium vnum.* Bene haec duo verba v. c. inducit, et postea: *Summa hominum* XV non autem XVI. Ita scripsisse Catonem nostrum tam certum, quam me viuere. Firmat etiam validissime Varro 1, 18. *Alteram formam scribit* (Cato) *de vinearum iugeribus centum, vt dicat haberi oportere haec XV mancipia, vilicum, vilicam, operarios X, bubulcum, asinarium, subulcum.* Videri nullum heic *salictarium*; quo sublato necessario, mancipia XV, vt habet optimus ille meus codex. MEVRS. Haec duo verba omittit Varro, et mox homines XV habet: quod eius incuriae, aut memoriae vacillanti adscribendum puto. Nam saepe verba Catonis mutat, addit, vel demit, vt ab illo huius libri emendatio peti minime possit, aut debeat, sicut nec a Plinio. Quomodo vero Cato omitteret Salictarium? cuius opera inprimis necessaria est, et vtilis ad suppeditandas salices, quarum vsus multiplex in vinea. POP. Iuuerit omnino conferre Varr. 1, 22, 4 itemque 1, 19, 3, vt appareat, quomodo is in laudando Catone versatus fuerit.

11, 1 BOVES II.) h. e. binos, s. duo paria, vid. Turn. ad 10, 1 vbi et boues ita interpretatur ternos. Sed dissimulandum non est, Varronem 1, 19, 3 contradicere Turnebo, siquidem *iugum boum* et *asinorum* a Catone posci narrat.

11, 1 ASINOS PLOSTRARIOS) Asinos etiam plaustra traxisse, testatur Col. 7, 1, 2. vid. Scheff. de re vehic. 1, 8 SCHOETTG.

11, 1 VASA TORCVLA) VV. CC. *Vasa torcula*, et ita legendum apud M. Varronem, qui 1, 22 citat

miae esse possint, culleum [g] DCCC [h]. dolia [i] vbi vinaceos condat, XX [k]. frumentaria
2 XX. opercula doliorum, et tectoria [l] priua [m]. Vrnas sparteas [n] VI. amphoras sparteas IIII.

g) *culeum I. B. R. W. culeorum I. I-G.* h) *Sexcentorum W. I. B. R. octingentorum I. I. H. A. Be. octogintorum Gr. G.* i) *minora decem* inf. *I. B. R. W. item* inf. *I. I-G.* k) *XX.* deest *I. B. R. W.* l) *tectuaria Pol.* m) *parua plura vrn. I. B. R. W.* n) *sparteas* deest *I. B. R. spartheas W.*

citat hunc locum. VRSIN. Sunt in torculari vno tria pressoria, vt eodem tempore, tribus, vt loquitur, torculis vasis vinum prematur. TVRN.

11, 1 DOLIA V. VBI VINDEMIAE ESSE POSSINT.) Quinarii numeri notam suspectam habeo; quoniam si c. 10 in quo minor vineae modus statuitur, *dolia vinaria X* recensentur, cur in maiori modo V? Profecto scriberem XX. hac ductus coniectura: Cum videam c. 10 dolia vinaria esse X, totidemque ea, quae vinaceos excipiunt, eadem vterer in hoc capite proportione; propterea vbi dolia, in quibus vinacei conduntur, sunt XX; dolia quoque vinaria XX fuisse opinarer. PONTED. Praeterquam quod lectio haec, ne apice quidem vno abit ab ea, quam in Msto Florentino obseruauit Politianus, cuius codicis religionem quam perpetuo alias sequitur, hic forte aliud agens, praetermisit Victorius, ita porro rebus ipsis est accommodata, vt ita legendum ante coniecerim (duabus voculis scripturae Victorii *vbi* et *quinque* transpositis) quam ita esse in Mſ. Polit. deprehenderem. Quid enim? dolia V sufficiunt vineae C iugerum? vbi vinaceis condendis XX requiruntur? numeralem notam plane omittunt I. I-G, quae etiam a prima litera vocis *vindemiae*, ante hanc enim stetisse debuit, hauriri potuit facile. Iidem opercula hic inferciunt, quorum paulo post separatim fit mentio. Quin Cato requirit dolia infinito numero, magnitudine incerta, sed capacitatis eius, vt in illis esse possint *vindemiae V*, i. quinque annorum prouentus, *culleum octingenorum*. Agit nimirum de vinea iugerum centenum. Iugerum autem vnum reddebat Catonis aetate in Italia etiam *culleos*, si bene responderet, *octo*. Vide mihi Varr. 1, 2, 7, vbi ex Catonis originum libro felicitatis specimen profert, *in agro cis Ariminum in singula iugera dena cullea vini fiunt, et in agro Fauentino iugerum tricenas amphoras reddit.* h. e. DC vrnas siue culleos XV. Ex eodem, vt videtur, Catonis loco Plin. 14, 4 ſ. 5 extr. *Idem Cato denos culleos redire ex iugeribus scripsit.* Paulo ante dixerat, *saepe numero septenos culleos, singula iugera, h. e. amphoras centenas quadragenas musti dedere.* Col. 3, 3, 2 sq. vbi haec ipsa Catonis, et Varronis refert, subiicit, *Senecae vinearum iugera singula culleos octonos reddidisse plerumque.* Octo igitur cullei in iugera optandus vtique prouentus, idemque non desperandus diligenti agricolae, ex ipsius Catonis sententia. Quod autem quinque vindemiis sufficientia dolia parari vult, rationem reddit Varro 1, 22, 4, vbi hunc ipsum locum nostri Catonis prae oculis habuit, quamquam ita reddit, vt obliuisci videatur eorum, quae 1, 2, 6 ipse de fertilitate Italiae commemorauerat. *Tantum*, inquit, *numerum culleorum scripsisse puto, ne cogeretur, quotannis vendere vinum. Vetera enim, quam noua, et eadem alio tempore, quam alio pluris.* Quin DCCC culleum dolia in vnum modo annum, ipso Varrone teste, sufficissent. Scilicet sollenne est errare etiam doctissimis, illis praesertim, qui tam multa scribunt, et tam varia. Secundum nostram interpretationem quater mille culleorum dolia esse debuere. Varronem improvide secutus videtur Turn. 7, 23, qui τὸ *quinque* omittit. Itaque sine fraude fuerit spero, lectionem Polit. id est optimi codicis in ipsum contextum Catonis recepisse.

11, 1 CVLLEVM DCCC) V. C. culeorum. Sed hoc magis Catone dignum: veteres enim accusatiuum singularis numeri pro genitiuo plurali ponere amabant. Sisenna Hist. lib. IV. *Qui tamen quibus litibus foedera maiorum suum dissoluta.* Vide Nonium de numeris, et casibus, qui pluria eiusmodi exempla congessit. MEVRS.

11, 2 DOLIA, VBI VINAC. COND.) V. 1, 22, 4 vno verbo *acinaria* vocat.

11, 2 VRNAS SPARTEAS) Ad vinum metiendum parari reor. nam si fictiles essent tractando saepe, vt in metiendo fit, frangerentur. Sic *per corbem metiuntur* iurisconsulti, quod nos *per hastam* dicimus. *Faciundum*, inquit Vlpianus *l. si vinum ff. de peric. et com. rei vend. quod veteres putauerunt per corbem venditorem mensuram facere, et effundere:* veteres enim propter hoc mensuram suaserunt, si quanta mensura esset, non appareat: videlicet, vt appareret, quantum emtori vini perierit. TVRN. Putauerim tum *vrnas, amphorasque* Catonis *sparteas*, tum *corbes* Vlpiani per quos *mensuram* suadet *faciendam*, tum denique *naues vimineas* Caesaris, quas aduocat Cuiac. obſ. 2, 36 picis beneficio, (vel simplicis, vel lentiore quadam materia temperatae, ne ita facile distiliret) ita fuisse firmatas et obstructas vndique, vt cum insigni leuitate futiles esse desinerent, et fideliter commissum liquorem continerent. Quanquam non negem totum illud de *mensura per corbem facienda*, aliquando mihi prouerbiale et iocosum visum esse, vt nihil aliud significet, quam effundendum esse vinum antea mensuratum, vt intelligatur, quantum emtori perierit, i. e. quantum soluere cogatur, licet non acceperit. Licuisse enim hoc venditori eadem lege (l. 1. π. de peric. et comm. rei vend. ſ. 3) constituitur, et noster Cato c. 148, 2. *si ante K. Octobr.* (vindemiae tempus) *non deportauerit Dominus, vino quid volet, faciet.* Vid. quae ad l. c. dicentur. Ad hoc genus etiam pertinent *fiscellas texendas* et

IIII. infidibula [o] II. cola vitilia [p] III. cola, qui [q] florem demant, tria, vrceos mustarios decem. plostra duo. aratra duo. iugum [r] plostrarium I. iugum [s] vinarium I. iugum asinarium I. orbem [t] aheneum I. molile [u] I. aheneum, quod capit [x] culleum vnum. operculum aheni vnum, vncos ferreos III. ahenum coculum [y], quod capiat † culleum [z], vrceos

o) *infundibula a. V. infudibula M. Po. 2.* p) *vinaria I. B. R. W.* q) *quis vel queis a. V.* r) *iuga plostraria duo a. V.* s) *iugum vinarium vnum* del. *a. V.* forte leg. *molarium.* t) *orbem aheneum I.* desunt *I. B. R. I.I-G.* u) *ahenum vnum mobile quod I. B. R. aenum vnum etc. W. mollile vnum, ahenum, quod I.I-G.* x) *capiat culeos triginta a. V. capiat culleos I. Pol.* y) *aliud a. V.* †) *capeat Pol.* z) *culeos decem et operculum: vrceos I. B. R-G.*

et picandae, Col. 12, 18, 2. Caeterum quod ad sententiam ipsam Catonis pertinet, potest fieri, vt parti quidem vini seruandae vasa essent praesto, alii non item, quo magis tum constitui oportuit, quantum perierit. Si prouerbiale est *per corbem mensuram facere*, non ipsius mensurae nomen est *corbis*, sed vasis in quod e mensura vinum effunditur, aut infundibuli adeo per mille foramina atque rimas acceptum humorem ridicule transmittentis: vt adeo ad *Danaidum dolia* et *cribrum* illud, quo *haurire aquam* dicuntur, qui *discere sine libro volunt*, referendum sit.

11, 2 COLA VITILIA) Nihil video, nisi locus hic corruptus supinitate librarii, nimium sibi in vocum repetitione indulgentis. Rescripserim: *cola vitilia, qui florem demant, tria.* Sed nec sic satis omnia recte, quin *flocem* pro *florem* reposuerim. Erant autem *Cola* vasa e lino aut iunco, quibus vinum transigebant, ita, vt floces eius in fundo haererent, atque hoc *colare* dicebant. Columella 12, 19. *Tum colis omnem spurcitiam, quae redundauit, expurget, nec absistat, id facere, donec videbitur eliquatum omni faece mustum carere.* MEVRS. Specie non carent ista Meursii; eo diligentius sunt excutienda. Primo alia sunt *cola vitilia maiora*, per quae vniuersum mustum traiicitur, alia *minora*, *qui* (h. e. queis vel quibus) *florem demant*, *florem* inquam, non *flocem*. Primo *flocem* singulari numero, qui dixerit, non superesse credo. Deinde audiamus, quid fuerint *floces* cascis illis Romanis et Catone ipso antiquioribus. Non sinit nos ignorare Gellius 11, 8. nimirum *vini fex, e vinaceis expressa, sicut fraces ex oleis.* Lorae igitur genus sunt *floces*, et facticium aliquid, non subsidens, aut innatans vino bono. Nec repugnat alter locus Caecilii a Nonio seruatus, 2, 354. *Aedepol ego neque florem, neque floces volo mihi, vinum volo.* Etiam hic *floris* mentio, qui quid sit optime discemus ex Plinio. Ille 14, 21 f. 27 vbi de *collecti in cella vini* differentia, et cura agit. *Flos*, inquit, *vini candidus probatur, rubens triste signum est, si non is vini color sit.* Et statim, *quod celeriter florere coeperit — non fore diutinum.* Dubitationem eximit Columella noster 12, 30, 1. *Si vinum florere incipiet, saepius curare oportebit, ne flos eius pessum eat, et saporem vitiet.* Est igitur *flos*, quod Harduino ad Plin. l. c. etiam obseruatum est, tenuis spuma in summo innatans, ad quam demendam, demi autem quantocius oportet, quin coli subtilis vsus sit, non est dubitandum. Certe Franci mei vitium hoc vini (*Kahn* vocant vel *Kohn*) tollere festinant, vt fugientis mox vini indicium. Illa enim significatio, vbi *flos vini* vel *Liberi*, praestantissimum vinum significat, plane ab hoc loco aliena est, de qua Taubm. ad Plaut. Curc. 1, 2, 1 et Cas. 3, 5, 16.

11, 2 IVGVM PLOSTRARIVM) V. C. *iuga plostraria duo.* Male. Varro vocat, *iugum boum* 1, 19. MEVRS. *Iugum* plostrarium est, quod iis animalibus aptatur, quae plaustrum trahunt, sicut asinarium, quod asino. Hic non possum facere cum Schessero de re vehic. 1, 11, qui dicit, nullam esse differentiam inter haec iugorum genera, sed vnam eandemque esse omnium formam, idque ex hac ratione, quia Cato, et alii nullius distinctionis meminerunt. Vocari autem aliter ob diuersos vsus. Verum si nulla inter haec fuisset differentia, potuisset Cato noster simpliciter dicere, iuga tria, additis tamen diuersis eorum vsibus. Formam autem illorum antiquitate silente nos nescimus. SCHOETTG. *Iuga plostraria duo habent*, vti vidimus ante Victorium omnes. *Plostra duo, aratra duo, boues duos, ac asinos plostrarios duos*, qui habet, minus iugis plostrariis duobus habere non debet. Quidni enim conuertamus, et huc trahamus oraculum, si diis placet, Catonis nostri c. 62 *quot iuga etc.*

11, 2 IVGVM VINARIVM VNVM) A vetere codice absunt haec, et recte. Varro enim l. c. vbi hoc Catonis caput retractat, iugi vinarii nullus meminit; quae res non leuem suspicionem iniicit de fuco librarii, qui haec ipsa de suo liberaliter nostro scriptori appendit. MEVRS. *Vinarium* quid sit, nemo docet. Quid si igitur legamus *molarium* mutatione non nimis violenta, certe, si veteres literarum ductus spectes, et totum locum ita constituamus: *Iuga plostraria duo, iugum molarium 1, iugum asinarium 1, etc.* Potest fieri, vt *iugi molarii* singularis figura fuerit, *asino molario* applicandi.

11, 2 ORBEM AHENEVM) Orbium et orbiculorum in mola fuisse vsum, ad Ca. 3, 5 vidimus. Sed quid *aheneus* hic sibi *orbis* velit, mihi obscurum esse fateor.

11, 2 AHENVM COCVLVM) Multa hic ad fidem veterum codicum reduximus, nam hoc etiam verbum inde sumptum est, quod verum esse testimonio

3 vrceos aquarios II. Amphoram [a] nassiternam I. peluim I. matellionem [b] I. trullium [c] I. situlum aquarium I. scutriscum [d], trullam, candelabrum [e], matellam [f], lectos IIII. scamnum [g] I. mensas II. abacum [h] I. arcam vestiariam I. armarium promptuarium † I. scamna [i] longa VI. rotam aquariam I. modium praeferratum [k] I. semodium [l] I. labrum
4 eluacrum [m] I. solium [n]. labrum lupinarium I. ferias [o] X. Ornamenta bubus, ornamenta [p] asinis instrata III [q]. semuncias [r] III. sportas faecarias III. molas asinarias III [s]. trusatiles [t] vnas. Ferramenta [u], falces vineaticas [x] VI. scirpiculas [y] V. falces siluaticas V [z]. arborarias

a) *amphoram* omitt. *P. H-G. amphoram, nassiternam I. B. R. Iuntt.* b) *matellionem I. B. R.* c) *trulum I. B. R. trullum I.I-G. trulleum P.* d) *trulum scutriscum vnum: candelabrum I. B. R. trullum scutr. I.I-G.* e) *vnum* add. *I. B. R. I.I.G.* f) *matellam, lectos quatuor* desunt *I. B. R. W.* g) *scamnum P. I. B. R.* h) *abacum I.* deest *W. scabilia quattuor I. B. R. abacum vnum, scabillia quatuor I.I-G.* †) *promptarium P.* i) *scamna P. I. B. R.* k) *perferratum I. B. R.* l) *solium vnum* inf. *a. V.* m) *vinarium a. V.* n) *solium* deest *a. V. solum P.* o) *florias Wr.* p) *et* omisso *ornam. a. V.* et ipse *Pol.* qui nec *et* agnoscit. q) *sua Wr.* r) *semuncias tres: sportas faecarias tres* desunt *I. B. R. W.* s) *vnas I. B. R.* t) *molas vnas trusatiiis ferramenta P.* u) *ferramenta* deest *I. B. R. W.* x) *ferrulas I. B. R. surculas W. vineaticas sex* deest *P.* y) *scirpiculas V.* deest *I. B. R. W. sirpiculas P. et Po.* 1 *et* 2. z) *quattuor: et I. B. R. W. V. I. Pol.*

monio Sex. Pompeii confirmatur, qui tradit, *Cocula vasa aenea* esse, coctionibus apta. VICT. Mirum quantum variet in hoc capite vetus meus codex, hic etiam longe aliter, *Ahenum aliud quod capiat culleos decem, et operculum.* Plane caecutio, nec quid sequar, video. Dicebantur autem *cocula*, vasa, quae coctionibus destinata. Festus, *Cocula vasa aenea coctionibus apta.* Isidorus lib. 20. c. 8. *Omnia vasa, coquendi causa parata Cocula dicuntur.* Plautus, *Ex aeneis coculis mihi excocta est omnis misericordia.* Sed et ligna tenuia, quae flammam facile concipiebant, *Cocula* vocabant. Festus, *Alii cocula dicunt ligna minuta, quibus facile decoquantur opsonia.* Rustici appellabant *cremia* a cremando. Columella 12, 9. *Lenique primum igne, et tenuibus admodum lignis, quae cremia rustici appellant, fornacem incendemus.* MEVRS.

11, 3 ARMARIVM PROMPTVARIVM) Vt *cella promtuaria*, et videtur illa ratio, vbi substantiue ponitur, *promtuarium*, aliquanto recentior.

11, 3 LABRVM ELVACRVM) Sic in cunctis manuscriptis, vt supra etiam, vbi id verbum restituimus: quod quorumdam culpa (vt opinor) sublatum fuerat, qui cuncta, quae non intelligunt, delent. Quod si cogitassent, se Catonem manu tenere, vetustissimum scriptorem, et qui multis passim verbis vsus sit, quae non multo post abolita sint, hoc nunquam commisissent. Nos nacti optimos ac fidelissimos codices, sermonem suum priscum prisco viro reddemus, atque hoc fidentius faciemus, cum easdem voces in duobus aut tribus locis reperiemus; neque enim tunc existimandum est, id lapsu, aut imperitia librarii commissum. VICT.

11, 4 ORNAMENTA BVBVS) V. C. *O. bubus, et asinis instrata tria.* Melius, nam superiori quoque capite ait: *Ornamenta bubus sex.* Et paulo post: *instrata asinis tria.* Itaque legendus sine dubio hic locus, vt in meo codice est expressus. *Ornamenta* enim *equis, instrata* asinis tribuit. MEVRS. Posterius *ornamenta* cum omittat etiam, quod vidimus, Pol. fere est, vt putem, errore quodam irrepsisse eam vocem in Victorianam, quam in his, quae secutae sunt, tanti viri seruauit auctoritas.

11, 4 FERRAMENTA) Hic quasi titulus est, et comprehensio eorum, quae sequuntur: quia forte glossema videbatur, omissum est ab antiquissimis editionibus.

11, 4 FALCES VINEAT. SEX) Haec verba non leguntur in VV. CC. et videntur accepta a M. Varrone, qui 1, 22 citat hunc locum, et ita scripsisse Catonem testatur his verbis: *Nam dicuntur ab eodem scriptore vineaticas opus esse sex, scirpiculas quinque, siluaticas quinque, arborarias tres, et rustariae decem.* Sic enim est in VV. CC. non *rusticariae*. Festus, *Rustum ex rubus* etc. nam quod his secarentur rubi, sic dictae. VRS.

11, 4 SPORTAS FAECARIAS) Viro docto videntur *fiscinae*, de quibus c. 153. caeterum *fecarias* legunt A. G. II. nec deesse, qui *secarias* malint e Lexico Fabriano didici.

11, 4 SCIRPICVLAS) *Sirpiculas* emendaui ex Varrone de R. R. 1, 22 et de L. L. lib. 4 vbi inter genera falcium *Sirpiculas vocatas a sirpando*, id est, *alligando. Sic sirpata dolia* quassa, *cum alligata, dicta. His vtuntur in vinea alligando fasces, incisos fustes, faculas. has phancillas germinisfeces dicunt.* Sic enim locus ille a nobis emendatus est, qui homines eruditissimos nimium quantum torsit. POPMA. Nihili sunt, quae ex Varrone adduxit Popma. Nam *sirpiculae* sunt, h. l. inter ferramenta, quae ad ligandum vsurpata, vix credes. Mihi vero similior videtur Salmasii coniectura, qui ad Solinum c. 35 p. 414 statuit, veteres hac in parte linguae suae ignaros fuisse, et legendum potius esse *sarpiculas* a *sarpendo* h. e. putando. Certe verbum tale mediis aeuis vsitatum fuit. Radulphus Ardens Dom. Septuagesimae p. 190 *sarmenta vitiorum sarpa correctionis a nobis, et ab aliis auellamus.* Sermo

arborarias III[a]. secures V[b]. et[c] cuneos IIII[d]. vomeres ferreos † X[e]. palas[f] VI. rutra[g] quatuor, rastros quadridentes II[h]. crates stercorarias IIII. sirpeam[i] stercorariam[k] I. falculas[l] vineaticas[m] XL. falculas[n] ruscarias[o] X. Foculos[p] II. forpices II. rutabulum[q], corbulas

a) *totidem I. B. R. W. rusticarias decem* ins. *I.I-G.* b) *quattuor I. B. R. W.* c) *et* omitt. *P.* d) *totidem I. B. R. W.* †) *ferreas P.* e) *sex I. B. R. W.* f) *palas VI.* deest *I. B. R. W.* g) *rastra I. B. R. W.* h) *sex I. B. R. I.I-G.* i) *scyrpeas I. B. R. scirpeas W. sirpiam P. scirpeam I.I-G.* k) *stercorariam unam* omitt. *I. B. R. W. stercoriam Ba. stercoream Gy.* l) *faculas P. W. I. V. falculas vineaticas XL. falculas ruscarias X.* desunt *I.I-G.* m) *vineaticas viginti I. B. R. W. viniaticas XL. P.* n) vt *l.* o) *rusticarias I. B. R. rustirarias W. rustarias Pol. et Meurs. it. Po. 2.* p) *forcipes duas, foculos duos I. B. R. I.I-G. forpices duas, foc. I. I. W. foc. 2. forcipes 2. Polit.* q) *rutabulum* omitt. *Wrat.*

Sermo ibi est de vinea: vnde *sarpa* idem, quod diminutiuum *sarpicula*. Testatur quoque Salmasius, in Gallia hoc verbum vsu receptum esse, quod mihi non liquet. Idem tamen Radulphus *sirpam* quoque dicit in Communi Apostolorum p. 400. *Ita Deus pater filium suum vnicum praeelegit, per incarnationem in terram misit, rore spiritus rigauit, ligone tribulationum fodit, sirpa discretionis putauit, infructuosos amputans, vt Iudam, fructuosos vero, vt plus fructificarent, purgans, vt Petrum et Andream.* Inde ergo habet diminutiuum *sirpicula.* SCHOETTG. Ex sarpicula potest ortum esse *scirpicula* distracto in duas litteras *s* tanto quidem facilius, quod, alia licet significatione, *scirpus*, s. *sirpus* nota sunt. *Sarpa* est ἅρπη, vt in multis aliis spiritu aspero in S. mutato.

11, 4 ARBORARIAS III, SECVRES V) Auget V. C. *a. tres rusticarias decem, secures d.* Optime equirine, nisi quod legendum iudicem, *rustarias* decem. Quod verum esse, facile euincet Varro 1, 22 vbi Catonis hunc locum recenset. *Nam dicuntur ab eodem scriptore vineaticae opus esse sex, sirpiculae quinque, siluaticae quinque, arborariae tres et rustariae decem.* Sunt autem *Rustariae falces*, quibus rubos accidebant a voce *Rustum*, cuius mentio in fragmentis Festi Pompeii. Errat vero Italiae suae non infimum decus, Petrus Victorius, dum in Varronis citato loco *rustariae XL* legendum affirmat ex iis verbis Catonis, quae postea leguntur. *Falculas vineaticas XL*, quae tamen Catonis esse, vt negem, facit codex meus. MEVRS.

11, 4 VOMERES FERREOS X) Quid *ferreos?* Numquid quis ligneo vomere arat? Videtur legendum: *Vomeres II. ferreas X.* Nam aratra cum sint duo, totidem debent esse vomeres, vt Cap. 10. praeceptum habemus: *aratra cum vomeribus sex.* Quae sane in hoc capite *decem:* quoniam plures sunt, qui vtuntur. *Ferrea* autem quid sit, non plane constat: in veteribus editionibus scribitur: *ferreas furcas.* Quod vltimum improbauit Victorius in manuscriptis sincerae vetustatis exemplaribus non inuentum, quo etiam caret Caesenas Codex. Instrumentum ad moliendam terram ex cap. 155. apparet. Multa praeterea sunt in isto instrumentorum apparatu, quae vitii arguuntur, vt *falces arborarias III:* capite enim proximo V operariis V falces arborariae assignantur, igitur, vbi X operae, cur non decem falces? Item si in illa summa *cuneos III*, in hac dupla non *IV*, sed *VI* scribendum puto, nec non *secures VI* ad X homines, non V, si ad V, III. Eodem modo si operis V palae attribuuntur IV, *rutra V*, operis X palas *VIII* non *VI*, *rutra X* non IV, necessaria existimamus. Iam vero, quae hominibus peculiaria dantur, pro maiori vel minori numero addere vel demere debemus. Itaque si XIII hominibus *culcitrae VIII* satis visa sunt, *instrangula VIII, puluini XVI, operimenta X, mappae III, centones pueris VI*, hominibus XVI: qua ratione sufficient *culcitrae IV, instrangula IV, puluini VI, operimenta VI, mappae III, centones pueris VII.* PONTED.

11, 4 RASTROS QVADRIDENTES II) V. C. *Rastros q. sex* Hercules male! nam cum superiori capite in oleto iugerum CCXL. duos duntaxat rastros quadridentes opus esse commemoret, cur in oleto iugerum C. sex eos requiri numero triplicato dicat? non video, nec possum probare. Rectum omnino est: *Rastros quadridentes duos.* MEVRS. Nempe hic inserunt I.I-G. *falces* siue *rusticarias* sint, siue *rustariae*, quas deinde omittunt, vt annotamus.

11, 4 CRATES STERCORARIAS) Num crates, et sirpeae inter ferramenta? sed plura sunt scilicet, in hoc loco vel luxata a librariis, vel non ordine posita ab ipso Catone.

11, 4 FALCVLAS VINEATICAS XL) Absunt haec a meo codice, et bene: Cur enim, amabo, bis eandem cramben nobis coquat? nam paulo ante dixit: *Falces vineaticas sex, sirpiculas quinque, falces syluaticas quinque, arborarias quinque, rustarias decem.* Vt emendaui penultimam istam dictionem. Nam de vineaticarum numero quadragenario gerrae germanae sunt, et nimis se falli passus optimus ille, et reuerendus senex P. Victorius. MEVRS. Non dubitaui reponere lectionem earum editionum, quas *falculas* agnoscere supra tacendo significaui. *Falces* s. *falculas* a Varrone, quin ipso Victorio, quoque intelligi, satis apertum est, neque quid *faculae* hic sibi velint, aut indicauit aliquis, aut facile quisquam diuinauerit. Sed tamen Varr. L. L. 4, 31. *incisos fustes* vocat *faculas.* Et videtur hunc ipsum locum Catonis explicare. Si quem numerus offendit, quod videbimus de Meursio, is poterit eum dimidio

corbulas [r] Amerinas XX [s]. quala [t] sataria VII [u]. alueos [x] XL. palas ligneas XL [y]. lintres [z] II [a]. culcitas [b] IIII. instragula IIII [c]. puluinos VI. operimenta [d] VI [e]. mappas III [f]. centones pueris VI.

XII. IN torcularium [a] quae [b] opus sunt [c] vasis quinis [d]. Prelo temperata [e] v. superua-

r) *corcubulas W. corabulas Pol.* s) *quattuor: viginti I. B. R. amerinas, viginti, Iuntt.* t) *Lasataria W.* u) *vel I. B. R. W.* x) *alueos triginta W.* y) *treginta W.* z) *luntres P. lectos W.* a) *duas I. B. R. duos I.I-G. quattuor W.* b) *culcitras a. V.* c) ꞉ *Pol.* hic et alias. d) *opermenta Pol.* e) *octo W.* f) *quatuor.* [C. XII.] a) *torcolarium P.* b) *haec II-G.* c) *fint. Vasis I. B. R. W. sunt, vasis I.I-G. sunt. Vasis Pol.* d) *quinis, praela a. V. quinis; prela. M. Po. 2.* e) *competance sex W.*

dimidio minuere ex I. B. R. W. quod indicatum est. *Falculas* video, etiam in indice Sylburgiano positum, licet Commeliniana editio, cui adiunctus est, mendum, quod puto, seruauerit. Probat etiam *falculas* Turn. 7, 23.

11, 4 RVSCARIAS) Hanc lectionem e manuscriptis libris eruimus, quam apud Varronem etiam inuenimus, qui hunc locum exprimens, inquit: *Arborariae tres, et rustariae X* quamuis excusi etiam Varronis codices *Rusticariae*, haberent. Veteres tamen omnes *Rustariae*. Nam M. Varro videtur haec verba legisse apud Catonem supra, vbi ante in excusis *Rusticarias X* legebatur. In antiquis tamen libris, vbi nos illa reposuimus, ea leguntur. VICT. Ita scriptum in Victoriana Stephani, et Commelin. in cuius indice etiam coniicit Sylburgius apud Varronem 1, 22, 6 legendum esse *ruscarias*, vbi *rustariae*, et ipse edidit, et qui non habent *rusticariae*. *Rustarias* etiam legit h. l. Popma, vt modo vidimus, item Fruterius Verisl. 2, 21 et Giphan. Ind. Lucret. v. *vnde*. Et sane nihil esse frequentius in Longobardica praesertim scriptura, quin in pronuntiatione plerorumque hominum, confusione litterarum *c* et *t*, notissimum est. Interim cum de *rusco* Virgilii Ecl. 7, 42 et Ge. 2, 413 quam ibi *horridam*, hic *asperam* vocat, optimi libri consentiant: cum apud Plinium 21, 15. §. 50 pr. et eod. libro 27 §. 100, ac denique 23, 9 §. 83 *ruscus* extra controversiam laudetur, et vltimo loco, *scopae* ex ea *fieri rari* dicantur: cum ipse Seruius, Erythraeus porro ac Taubmannus, cum la Cerda, ad Virgilii ll. cc. spinosi fruticis genus, oxymyrsinen, vel *myrrham siluestrem*, *ruscum* esse antiquorum auctoritate confirment, ac partim eorum Italorum *brusco* inde deriuent: cum Goesius Ind. ad Scriptt. rei agr. v. *subruncini limites*, apud Festum etiam, qui fundus *rusti* adhuc fuit, *ruscum* se inuenisse confirmet, ac Papiam praeterea in sententiam suam laudet: cum Salmasius ad Tert. de Pall. p. 166 ex vett. glossis ipse adferat *ruscus* μυῤῥινάκανθος, *ruscum*, χαμαιδάφνη, κνέωρον εἶδος βοτάνης· *ruscus*, βάτος, *ruscum* μυρσίνη ἀγρία· cum denique Hauerkampius in eiusdem Tertulliani apol. c. 4, p. 50. non infauorabiliter legat, *nouis principalium rescriptorum et edictorum securibus ruscatis et caeditis*: putaui, certius, veri similius profecto, *ruscarias* legi falculas, *ruscis* exscindendis, et *ruscando* adeo aptas, quam *rustarias*, quas tamen ipsas non plane damnauerim, cum, vt iam innui, fieri potuerit, vt antiquissimis iam temporibus, *ruscus* et *rustus* etc. et pronunciatione et scriptione miscerentur. Video etiam Turnebo 7, 23 placere *ruscarias*, quamquam idem 13, 26 *rustarias* probare videtur apud Festum. Neutro loco rationis aliquid profert.

11, 5 CORBVLAS AMERINAS) In veteribus libris Catonis *Corbulas*: in Varronis autem, qui hanc partem recitat, *Corbubulae*. Peccatum hoc fuisse librarii existimaui, atque ideo receptam lectionem retinui, nam a *corbe corbulam* ὑποκοριστικῶς fieri, indicio etiam veterum grammaticorum, ac testimonio M. Varronis planum est; cuius locum e primo de re rustica adducunt, qui quemadmodum illi legunt, in antiquissimo etiam codice scriptus est. Cato idem vbi refert, quae ad vindemiam opus sunt, inquit, *corbulae* sarciantur: qui locus in antiquis, vt in formis excusis, scriptus est. VICTOR. Antiquum vitium esse debet, quod commemorat hic Victorius, siquidem etiam Wratislauiensem hic mutare obseruatum est.

11, 5 QVALA SATARIA) *Satoria* legit Popma, non in editione quidem sua, sed in de instr. fundi c. 8. Et sane analogia fauere videtur, et Columellae auctoritas, cuius sunt *trimodiae Satoriae* 2, 9, 9 et 12, 50, 8.

12 Quam diuersa esse lemmata soleant capitum, quae inde corrumpendi occasio, alias diximus, vid. ad pr. c. 10 et 11. Lemma Victorianum huc apponere nos cogunt doctorum virorum annotationes, quas omittere religio est. Habuit igitur ita: *Quomodo vasa torcula V. iugerum instruere oporteat.* GESN. Videtur legendum *quinquiugera* non *quinque iugerum*: et *vasis quinquiugis*, non *vasis quinis*; nam M. Varro 1, 22 citans hunc locum sic scribit: *Oliueti iugera ducenta quadraginta qui coleret, eum instituere ita oportet, vt faceret vasa olearia instructa, iuga quinque* etc. Vide tit. 18, et 145. VRS. *Vasa torcula* appellat *torcularia instrumenta*, vt prela, funes, quae quidem singulorum generum quinque vult esse, *vt quina prela, quinos funes*. Eodem modo supra dixit: *vasa olearia instructa iuga quinque*. Vasa enim sentit, illic quibus oleum fit, et premitur. Ait ibidem, *in torcularium, quae opus sunt vasis quinis?* Quod per interrogationem elatum existimo, mox enim respondet

prela

peruacanea III [f]. fuculas [g] v. superuacaneam [h] I. funes loreos v [i]. subductarios v [k]. medipontos [l] v [m]. trochleas [n] v. capistra v. assercula v [o]. vbi [p] prela sita fient v [q]. serias [r] III. vectes [s] XL. fibulas XL. confibulas [t] ligneas, qui [u] arbores comprimat, si dishiascent [x], et cuneos VI [y]. trapetos v [z]. cupas minusculas x [a]. alueos x [b]. palas ligneas x [c]. rutra ferrea v. [d]

XIII. IN [a] torcularium in [b] vsu [c] quod opus est [d]. Vrceum aheneum [e] I. quod capiat quadrantalia [f] quinque, vncos ferreos tres, orbem aheneum [g] vnum, molas vnas, cribrum

f) *duo W.* g) *succulas I. B. R. W.* h) *superuacaneas duas W.* i) *sex W.* k) *quatuor W.* l) *medipontibus lens. melipontis W. Pol. medipontibos B. R. melipontos M. Po. 2.* m) *quinos W. quinque* ante *V.* reliqui. n) *trochleas decem I. B. R. trochlias X. P. trocleas I.I-G. Trochias denas W.* o) *quina W.* p) *bimplasica fient I. R. bimplasica scient Bo. bipartita fient W. Bipraela sita fient Pol.* q) *quinque* om. *W.* r) *serias* 3. deest *W.* s) *vectes senas, fibulas quaternas, W. fibulas XI. vectes XI. I. B. R. I.I-G.* t) *constibules W. confibilis Pol.* u) *quis I. B. R. W. Iunct. queis H. A. Ba. Gr. G.* x) *debiscent I. B. R. I.I-G. discent W. Pol.* nobiscum. y) *senos W.* z) *quinos W.* a) *cuppas I. B. R. W. I.I-G.* b) *duas W.* c) *denas W.* d) *denas, rastra W.* [C. XIII.] a) *In cella olearia torcularium vnum in vsum fiat, opus est W.* b) *in* omitt. *a. V. Pol.* nobiscum. c) *vsui I.I-G.* d) *sit I. B. R. fiet I.I-G.* e) *vnum aeneum a. V.* f) *culeos quadraginta quinque I. B. R. culeos triginta V. W. q. V. Pol.* g) *ahenum Pol. aeneum a. V.*

prela temperata quinque: superuacanea tria. TVRN. 8, 6. Posthabito argumento: *Quomodo vasa torcula V. ing. instruere oporteat*; quippe neque necessarium neque Catonianum, emendandum est *trochleas V* in *trochleas X*, vt in antiquis libris seruatur. Quod etiam ex cap. 3, in quo singulis medipontis bina trochlea assignantur, manifestum; in hoc enim capite cum sint mediponti V, trochleas X esse debere cognoscimus. Qua de caussa scribendum *fibulas LX.* pro XL. quia singulis medipontis duodenae cap. 3 attribuuntur; et *vectes XXX* non *XL*, cum singuli mediponti senis vectibus instruantur. PONTED. Iungi possunt, quae de vasis iugis disputata sunt ad 10, 1. Titulo autem alio opus non est, quam eo, quem ab ipso Catone profectum hic repraesentamus.

12 PRELA TEMPERATA) Vocat *temperata*, quae apta sunt, et accommodata ad torquendum et premendum: *superuacanea* otiosa supersunt, nihil agentia, et cessantia; quae si illa superiora deficiant, aut vitium agant, operosa esse possint, et inuicem succedere. Eodem modo vult *fucculas esse quinque operosas* vnam *superuacaneam*, si qua e quinque laborarit. TVRN. 8, 6.

12 SVPERVACANEA III) Suspicor scripsisse Catonem *superuacaneum*, omisso nomine, vel nota numerali.

12 ASSERCVLA V, VBI PRELA) Nescio quam opportune moneat TVRN. 8, 6 quorsum *assercul*is hic opus esse potuerit, nimirum ex Catone c. 152. Qui scripta monachorum tractauit obseruauitque, quamque solenne illis sit *prae* vel *pre* syllabam vna p litera, superne transuerso apice tenui notata, proponere, ille facile diuinabit, quid monstrosa illa *bimplasica* pepererit.

12 SERIAS III) Visum Turnebo l. c. posci serias, vt potus sit operariorum. Forte etiam generatim hauriendi musti caussa. Porro putem fuisse *serias VI*, vt reliquis responderit. Vide dicenda de vectibus XL.

12 VECTES XL, FIBVLAS XL,) Si quis consideret varietatem lectionis supra propositam, facile nobis credet notam XL (quam deinde omnibus suis litteris expresserunt, qui solent) corruptum ex VI, quod quam facile in Longobardica potissimum scriptura fieri possit, nemo est, quin videat. Vni prelo vectem vnum sufficere, constat: Superuacaneum vnum vbique adiungit quinis etc. Sed nolui vel hic, vel paulo ante quidquam admittere contra scripturam Victorii, quanquam hic suffragante codice Wrat. Vsum vasorum instrumentorumque, quae hic commemorantur, commodius index ostendet.

C. 13 Titulum: *quomodo torcularium et cellam oleariam parare oporteat*: quis optauerit dum in capitis principio videt: *In torcularium in vsu quod opus est?* Quis vero capiti XIV. superposita: *Villam aedificandam si locabis?* At hercule non reperti sunt, qui non contenti nouos titulos fingere, candem materiam per partes lancinarent, quasi materia et calx ad illam aedificandam non pertineret? PONTED.

13, 1 IN TORCVLARIVM) V. C. *In torcularium vsui quod opus fiet.* Lego *In torcularium rursum, quod opus fiet.* Addit vero *rursum*, quia et superiori capite de iis, quae in torcularium opus sunt, tractauit. Vulgata quidem lectione nihil potest esse ineptius. MEVRS. Cum nec planum esse putem, corruptum esse Catonem, tum an ita emendandus sit, multo magis ambigo. Verba *in vsu* forte simpliciter accipienda, *cum vti volumus.*

13, 1 VRCEVM — QVOD CAPIAT) Igitur neutro genere vsurpauit *vrceum?* an hic etiam librarii manum temerariam passus est? Mihi ipsa vrcei mentio suspecta videtur, tantae quidem capacitatis, vt quadrantalia V capiat.

13, 1 CLA-

cribrum [h] vnum, incerniculum vnum, securim vnam, scamnum [i] vnum, seriam vinariam vnam, clauam [k] torcularii vnam, lectum stratum, vbi duo custodes liberi [l] cubent, et [m] tertius seruus [n] vna cum [o] factoribus vti cubet [p]. fiscinas nouas veteres [q]. epidromum [r], puluinum [s], corium vnum, lucernas [t] craticulas duas, carnarium vnum, scalas vnas [u].
2 In cellam oleariam [x] haec opus sunt. Dolia olearia [y], opercula [z], labra olearia XIIII [a], conchas maiores duas, et minores duas, trullas [b] aheneas [c] tres [d], amphoras olearias duas,
3 vrceum aquarium vnum, vrnam quinquagenariam vnam, sextarium olearium vnum, labellum vnum, infundibula [e] duo, spongias [f] duas, vrceos fictiles II [g], vrnales II [h], trullas ligneas duas, claues [i] cum [k] clostris III. cellas duas [l], trutinam vnam, centumpondium [m] incertum vnum, et pondera certa [n].

XIV. VILLAM aedificandam si locabis nouam ab solo, faber haec faciat oportet. Parietes omnes (vti [a] iussitur) calce et cementis [b], pilas ex lapide angulari [c], tigna omnia

h) *cribum vnum incerniculum. Securim W.* i) *Scamnum P. I. B. R.* k) *clauem torculario a. V. clauem torculari P.* l) *libere I. B. R.* m) *et* omitt. *P.* n) *seruos Po. 2.* o) *cum bis sit oportet, et vti cum bis cubet Wrat.* p) *vbi Po. 2.* q) *vetus epidromum a. V. vetere epridomum Pol.* punct. omitt. etiam *Po. 2.* r) *epidionium W.* s) *Puluinos binos, lucernam vnam, craticulas W.* t) *lucernas, craticulas I. B. R. it. Meurs. et Po. 2. lucernas* ponitur ante *corium Pol.* u) *duas. Item in caella olearia I. B. R. duas* etiam habent *Ba. H. A. Gr. G.* x) *olearcam Po. 2.* y) *et* interpon. *a. V.* comma interp. *M. Po. 2.* z) *et* interser. *a. V.* a) *quindena W.* b) *trulas I. B. R.* c) *aeneas a. V.* d) *duas W.* e) *insiaibula Pol. infuuibula M. Po. 2.* f) *spongeas Pol.* g) *I. I.* omitt. *I. B. R.* h) *binos W. duos I. B. R. I. I - G.* i) *clares duas W.* k) *in I. B. R. W. P.* l) *duas* abest *W.* m) *centum pondium* diu. *I. I. H. A.* n) *cetera Pol. caetera W.* [C. XIV.] a) *vti iussitur* deest *W.* b) *conglutines* interpon. *W.* c) *fabricet, et limina, et postes, et fenestras ex latere et cemento. Tigna vero, et quae ad culmina opus sunt, ex ligno, et asseres fulcimentis opportuna. Praesepes bubus etc. W.*

13, 1 CLAVAM TORCVLARII) C. V. *Clauem* t. v. sed inepte nimis. MEVRS. Quin cum summo consensu *clauem* habeant omnes ante Victorium, nec absurdum sit, *clauis* meminisse, vbi multa vasa seruanda sunt, non possum simpliciter assentiri Meursio, qui non doceat praesertim, quae videatur *claua* torcularii, *vectes* enim superiori capite iam commemorauit: Quin ipsa *clauis* etiam pro vecti non absurde videtur poni.

13, 1 LECTVM STRATVM VTI — CVBENT) Iuuaret me vetus codex meus, valde vellem eiicere duas postremas dictiones a mala quadam male feriati magistilli manu impudenter adsutas: nunc autem verear, vt nimis audacter id tentem. Sed vt retinendae sint, legendum tamen, *cum factoribus vbi cubet.* Iudica serie et erudite lector, ex vetere formula: QVID AEQVIVS MELIVS. MEVRS. *Vbi,* receptum videmus in Popmae secunda; quam bene non disputo. Caetera certe ipsissimum Catonem olere mihi videntur.

13, 1 CORIVM VNVM) Pellium vsum in rusticorum stratis fuisse indicat Homerus Od. XIV, atque etiam in lectis et sedibus ditiorum agnoscit Od. I et XIX. Similiter Cato *corium vnum* requirit, quod iniiceretur *epidromo*, siue texto funeo, in quo seruus cubabat. POP. *Epidromum* virgam ferream intelligit, per quam cortinae annulis transiiciantur, Vlitius ad Grat. 26. Sed nescio, an ita delicate post velum dormire seruos in torculari voluerit Cato. Quid si *epidromus* sit funis, aut lorum? in reti certe est funis *epidromus.* add. Popma ad Ca. 10, 4.

13, 1 LVCERNAS CRATICVLAS) Poterat aliquis intelligere corbulam quasi ferream, in qua ignis aleretur lucis causa lignis paruulis cremiis. Sed in mentem etiam venit has res separare, et legere primum *lucernas*, vestis partem, ad tegenda corpora seu vigilantium seu dormientium aptam, deinde *craticulas* intelligere *carnario* cognatas, in quibus seruari cibaria possint, quibus perflante aere opus sit, sed cauendum a manibus praetereuntium, et a bestiarum rapacitate.

13, 2 IN CELLAM OLEARIAM) Iniqui hercle nimis isti librarii et supini, qui duo capita in vnum contraxerunt. Hic enim audacter contra omnium codicum fidem capitis decimi quarti initium statuo, vt quod hodie 14 est, 15 existat. Et certe sic oportet. MEVRS.

13, 3 CELLAS DVAS) Vix dubium mihi est, quin legendum sit *sellas.* Quid enim sibi volunt cellae in cella? video etiam 14, 2 confundi haec duo.

13, 3 CENTVM PONDIVM INCERTVM) Pondus suspicor vna mole centum libras pendens; *certis ponderibus* opponitur, quae distincta, partitaque sunt, non in vnum pondus confusa. *Aequum centupondium* apud Plaut. in Asin. Sc. Vbi ego nunc, *aequum est, et iustum centum librarum pondus.* TVRN. 7, 24.

14, 1 VTI IVSSITVR) Non plane igitur aberrare

omnia quae opus sunt, limina[d], postes, iugumenta[e], asseres, fulmentas[f], praesepis bubus[g] hibernas, et[h] aestiuas[i] Faliscas, equile[k], cellas familiae, carnaria III.[l] orbem[m], ahena[n] II. haras x.[o] focum, ianuam[p] maximam, et alteram[q] quam volet dominus[r], fenestras, 2
clatros in[s] fenestras maiores, et[t] minores bipedales x.[u] lumina VI.[x] scamma[y] III. sellas[z] v. telas[a] iogales[b] duas, luminaria VI.[c] paullulam[d] pilam, vbi triticum pinsant[e], vnam, fullonicam[f] vnam, antepagmenta[g], vasa torcula duo. Hae[h] rei materiem, et quae 3
opus

d) *ahena duo* inf. *I. B. R.* e) *iugamenta I. B. R.* f) *fulcimenta, praesepes a. V.* g) *bubus* omitt. *I. B. R.* h) *et* om. *Pol.* i) *faciat* cum puncto inf *W.* k) *equile* deest *W.* l) *in orbes W.* m) *orbem* om. *Pol.* n) *ahena* 2. om. *I. B. R. W. ahenea* 2. *Pol.* o) *fuillas W.* p) *ianiam maximum Wrat.* q) *alterum quem W.* r) *fieri* add. *W.* s) *in fenestras* deest *W.* *in fenestris maioris et minoris I. B. R.* t) *et minores bipedales X* desunt *Pol.* u) *aut pluris lumina. Samna longa trina, sellas quinas. Telasiegalis duas etc. W.* x) *bipedalis X.* hic inser. *Pol.* y) *scamna P. I. B. R.* z) *cellas Pol* 2. a) *tedas I. I - G. cellas Pol.* 2. Sic etiam legit Scaliger in Varronem de *R. R. p.* 215. Varroni dicuntur *Sellae familiaricae.* b) *togales P. I. B. R. iugales Gr. G.* c) *sena W. sex* ante *V.* d) *paululum lata. Pilam W. paululum lata: pilam I. B. R. paululum latam pilam* sine distinct. *I. I - G.* e) *pinsat Pol.* f) *fulloniam P. I. B. R. fulgniam W.* g) *ante pagmenta* diuis. *Iuntt. antepagnicum. Vasa Wr.* h) *Herus a. V. Eae rei Po.* 2.

errare videtur Barthius, qui Adu. 22, 14 et 35, 3 *iusso* frequentatiuum statuit, quamquam forte non satis accurate Virgilianum *iusso* Aen. 11, 467 et Silii 12, 175 huc retulerit, notatus eo nomine a cel. Drackenborchio ad l. c. Silii. Iussitur enim vix potest esse, nisi praesens passiui a *iusso*.

14, 1 ASSERES, FVLMENTAS) Antiqua haec lectio: quae etiam adiuuatur a Nonio, qui ostendit Lucilium, ac Plautum muliebri genere *Fulmentas* saepe dixisse. VICTOR. *Fulcimenta* videtur esse ex glossa: de re ipsa v. Ind.

14, 1 PRAESEPIS - HIB.) vid. ad c. 4, 1.

14, 1 CELLAS FAMILIAE) Libri omnes ita habent. Scaliger mutat, *Sellas familiae* (ad Varr. 1, 13, 4) et interpretatur τὰς ἀφεδρῶνας, instrumenta oneri ventris excipiendo facta ad vsum familiae, quae Varroni dicuntur *sellae familiaricae*: in quo non facile illi assentior, quid enim Cato in partibus villae, cum nominaret bubilia, equilia, et alia minutiora, familiae habitationes praeteriret, quas accurate describunt Varro, Columella, Palladius. Nisi forte vocat *Cellas familiae*, in quibus adseruantur penora familiae, quas Vitruuius *cellas familiaricas* 6, 10. *In porticibus triclinia quotidiana, cubicula etiam, et cellae familiaricae constituuntur.* mox enim sequitur: *Hospitibus aduenientibus instruebant triclinia, cubicula, cum penu cellas.* POPMA. Quicquid sit de hoc Catonis loco, certe apud Vitruuium *sellas familiaricas* legerem, quae cum *cellis*, quarum deinde mentionem facit, tanto minus confundendae sunt, quod habeat adiunctum epitheton *familiaricas*, quod proprie ad illum locum pertinere, quo saturi solent ire, non est dubium. *Cellae* commigrasse in *sellarum* locum etiam videntur 13, 3.

14, 1 CARNARIA -- AHENA) Haec videntur non suo loco inculcata hic esse, et desunt bonam partem, vt indicatum est. Possis etiam suspicari pro *carnaria III* legendum *carnarium.* Quamquam plura etiam fuisse in vna domo carnaria Plautini, quos in indice laudamus, sales indicare videntur: et non solet methodi studiosus esse Cato.

14, 2 LVMINA VI) Scribo *luminaria sex*: quod autem paululo interuallo post sequitur, *luminaria sex*, non dubitem expungere, vtpote natum ex supina exscriptoris repetitione. Hoc ni verum est, tum me omnes critici. MEVRS. *Luminaria* sunt foriculae fenestrarum, quibus in aedes lumen admitti solet: fiuntque hodie aut vitrea aut chartacea (Addere poterat viminea opere textili aut lintea) Cato in villa sua fieri vult e ligno siue ligneis cancellis: nimirum tunc nondum erant in vsu specularia, clarum lumen transmittentia: quae Seneca sua aetate primum prodiisse refert. Cic. Att. 15 *Octauam partem tuli luminarium* [sed al. *luminum*] *medium. Lumina* sunt foramina sine fenestris et luminaribus, a quibus hic separantur, et impositis vitris aut cancellis lumen admittunt. PO. Etiam Turn. 8, 13 *luminaria* interpretatur foriculas fenestrarum.

14, 2 TELAS IOGALES) Iam ante in instrumento villici recensuit telam iogalem, quia olim nulla domus priuata, nulla villa sine textrino. Hanc Turnebus existimat dici ad aliarum telarum discrimen, quae pinguntur acu, texuntur radio, pectine, aut alio genere, sine iugo tamen. Ego quomodo Telae isto significatu inter opera fabri, aut villici instrumenta referri possint, non intelligo. Itaque telas iogales interpretor ipsa iuga lignea, in quae imponitur detexenda tela. nam, vt ait Ouidius libro sexto Metamorphoseos: *tela iugo iuncta est.* Atque ita telam pro textorio instrumento vsurpauit Seneca epist. 91. *Quemadmodum tela suspensis ponderibus rectum stamen extendat.* Tibullus lib. 2 Elegiar. *Atque aliqua assidue textrix operata Mineruam, Cantat, et applauso tela sonat latere.* Vlpianus. *Quod in tela est nondum pertextum, vel detextum, contextum appellatur.* POPMA.

14, 2 ANTEPAGMENTA) *Antepagmenta* sunt valuarum ornamenta, quae insculpi vel affigi

opus ſunt dominus [i] praebebit, et ad opus dabit: ſuccidet [k], dolabit. ſerram [l] I. lineam I. materiam [m] duntaxat ſecabit [n], facietque. Conductor [o] lapidem, calcem, arenam, aquam, paleas [p], terram, vnde lutum fiat. Si de caelo villa tacta fiet, de ea re verba [q] vti fiant [r]. Huic operi precium ab domino bono, qui bene praebeat quae opus ſunt, et numos fide bo-
4 na ſoluat. In tegulas ſingulas II. [s] in [t] tectum: ſic [u] numerabitur [x] tegula: integra [y] quae non erit, vnde quarta pars [z] aberit [a], duae pro vna [b], conliciares quae erunt, pro binis [c] puta-

i) *domui praeſtabit a. V.* k) *faber* add. *W.* l) *lineabit ſecabitque materiam a. V.* m) *vnam* inſ. *I. B. R. ſolam I. I-G. materiem W.* n) *ſecabit facietque* deſunt *W. I. B. R. I. I-G.* o) *vero ligna* inſ. *W. I. B. R. ligna* om. *I. I-G.* p) *et* inſ. *I. B. R. paleasque et terram W. paleasque parabit et terram I. I-G.* q) *divina* inſ. *I. B. R. I. I-G. vba Pol.* 1. *vti verba Pol.* 2. r) *fiat. Pol.* 1. *procuret* add. *I. B. R. I. I-G.* s) *N. duo I. I-G. duo pedalia. Tectum W.* t) *Id. I. B. R.* u) *rite* inſer. *W.* x) *numerabitur. Tegula I. B. R.* y) *quae erit* interſer. *I. B. R. I. I-G.* z) *non erit, vel* inſ. *Wrat.* a) *abierit I. B. R.* b) *vna. Deliciares a. V. vna computabuntur, quae W.* c) *integris* interpon. *I. I-G.*

hodieque ſolent, ſiue ſint hominum formae, ſiue belluarum, ſiue gentilia inſignia dicta ab *ante* et *pangendo*, non vt Feſtus nugatur, ab *antis*, id eſt, lateribus oſtiorum. Sic *Antefixa* dicebantur ſigna fictilia, vel aerea inaurata, quae in faſtigiis aedium ponebantur. Liu. lib. 34 *Antefixa fictilia Deorum Romanorum ridentes.* POPMA.

14, 3 HAE REI) Hic locus valde a peruerſo aliquo correctorē deprauatus fuerat: quam nos repoſuimus ſcripturam, in optimo exemplari fideliter conſeruatam inuenimus, hoc tantum labis erat, quod ex duabus primis vocibus importune vna facta erat: quae macula, vt valde potuit imperitos homines turbare, ita ab eo, qui ab antiquis grammaticis accepiſſet, vetuſtiſſimos ſcriptores ſic locutos eſſe, vt *Eae*, pro *Ei*: *Solae*, pro *Soli*: *Vnae* pro *Vni* dicerent, facile diſcuti potuit. Differit de hac veterum conſuetudine in 6 libro accurate Priſcianus, duobus etiam locis, exemplaque plurima affert e libris Catonis, et aliorum etiam priſcorum autorum. Peruulgata lectio multis modis improbari potuit, neque enim *Herus*, eo ſenſu apte diceretur, ſed antiqua elegantia penitus illam refellit. Nonnulla etiam infra reſtituta ſunt, quae confirmatione non egent. Neque enim nos haec ſcribimus, vt operam, ac induſtriam noſtram venditemus: ſed vt ſtudium noſtrum probemus, et luculentiſſimos auctores adiuuemus. VICTOR. Aliter V C. *Herus materiem, et quae o. ſ. domui, praeſtabit.* Quam lectionem non iniuria praetulerim. MEVRS. Non videtur vel hic vel alias legiſſe Victorianam annotationem Meurſius, quae facile eum in viam reuocare poterat.

14 3 SVCCIDET, DOLABIT) ſi coniecturae locus eſſet, admitterem τὸ *faber* ex Wr. et reliqua legerem cum a. V. et Meurſio h. m. *ſuccidet faber, dolabit, lineabit, ſecabitque materiam duntaxat.* verba *ſerram I, lineam I,* plane hic importuna ſunt. *ſolam*, puto eſſe gloſſam τῆς *duntaxat.*

14, 3 SI DE CAELO -- VTI FIANT) Poſt Scaligerum ad Feſtum in *bidental*, Caſaubon. ad Perſ. 2, 26 ſeq. et Gronou. obſ. 1, 13. alii paſſim de luſtratione loci fulmine icti egerunt. v. ad c. 139.

14, 4 IN TEGVLAS SINGVLAS) Lego *in tegulas ſingulas N.* vt *manupretium* ſit minus, id eſt merces operae ſine materia, quae ſemiſſis acceſſionem facit. Quare mox ſcribitur *pretium in ſingulas tegulas N. S.* nam *manupretium* et materia numeratur. Confidenter igitur continuo reſtituam: etenim quo alio nomine hanc audaciam temerariam vocem? *ex ſing. nu. manupretium erit.* quod enim *ex ſigno* inueterauit in exemplaribus, non facilem intelligentiam habet: et videri poſſunt verba duo compendio notata in vnum coaluiſſe. Quis enim non videt *ex ſign. no.* coniunctis ſyllabis, et comprehenſis *ex ſigno effici?* deinde *ſigno* detracta littera? Hae me ſuſpiciones permouerunt, vt audacter contracta diſtraherem, et ſuae breuitati redderem, ſenſum integrum exhibenti, quem contractio corrumpit. Mihi tamen hoc pretio percharae videntur tegulae. ſed libri tam non emendandi, quam de integro ſcribendi eſſent, ſi ad diminutionem ſummae longe a litteratura vetere recederetur. TVRN. 7, 24. Nummos binos pro ſingulis tegulis ſoluendos praecipit, et rationem numerandi deinde perſequitur. Caeterum erat cum putarem, non ſimpliciter nummos binos proceſſiſſe pro ipſis tegulis; ſed ex numero tegularum, quarum determinata fuit magnitudo, in illa caſarum potius, quam villarum, tempore Catonis ſimplicitate et raritate pecuniae, de mercede fabrorum in vniuerſum conſtitutum eſſe, ita quidem, vt pro tecto ſoluerentur in ſingulas tegulas *nummi bini* pro reliqua aedificatione in ſingulas iterum tegulas *bini ſemis*: accederet tandem manupretium *ligni.* Sed de his iudicari non poteſt, niſi cognoſcantur et reliqua huius capitis.

14, 4 CONLICIARES, QVAE) Antiquam lectionem reſtituimus: nam in excuſis antea *Deliciares*: eam Sex. Pompeius confirmat, qui in 9 libro inquit: *Colliciae tegulae*, per quas aqua in vas defluere poteſt. VICTOR. V. C. *Deliciares, quae e. p. binis integris p.* Rectiſſime. Sunt autem *Deliciares* tegulae angulares, a *Delicia*, quod tigni genus

putabuntur [d]: in aliis [e] quot erunt, in [f] singulas [g] quaternae numerabuntur [h]. Villa [i]; lapide calce [k] fundamenta supra terram pede [l], caeteros parietes ex latere, iugumenta [m], et antepagmenta, quae opus erunt [n], indito [o]. Caetera lex [p] vti villa ex [q] calce cementis [r]; pretium in [s] tegulas [t] singulas N. [u] s. loco salubri bono [x] domino [y] haec [z], quae supra precia [a] posita sunt. ex signo [b] manupretium [c] erit [d]: pestilenti, vbi aestate [e] fieri [f] non potest, bono domino pars quarta precii [g] accedat.

XV. MA-

d) *deputabuntur et in singulas W.* e) *valus quod Pol.* f) *in om. I. B. R.* g) *singulis B. R.* h) *cumnumerabuntur W.* i) *Villae aedes lapide fundamentata supra W. Villae fundamenta ex cementis et calce supra etc. I. I-G.* k) *fundamenta calce I. B. R.* l) *pede* omitt. *W.* m) *iugamenta I. B. R. iugamentum Pol. pede vno excedet. et ante pagimenta W.* n) *ex lapide* interf. *I. I-G.* o) *inducto W. indicto Pol.* p) *iubet* inf. *W.* q) *ex* omitt. *W.* r) *et cemento et lapide, precio W. et cemento I. B. R. et cementis si fiat, in tegulas I. I-G.* s) *in* abest *I. B. R.* t) *tegulas dato aedificetur loco etc. W.* u) *duo, id est in loco I. B. R. N. IIS. in loco I. I-G. N. S. Pol.* x) *Domino bono. Haec, quae sunt supra posita, sunt precia ex etc. W.* y) *domino. Haec* ante Vict. omnes. z) *pretia, quae supra posita I. I-G.* a) *posita sunt precia I. B. R.* b) *aeque ex signo B. R. H.* c) *imani pretium W. I. B. R. I. I-G. imani precium Pol. manipretium M. Po. 2.* d) *loco* infer. ante V omnes. e) *astante W.* f) *bono Domino fieri non potest, pars W. fieri bono domino non potest, pars I. B. R.* g) *presii W. preti Pol.*

genus ad infimas angulares tegulas a culmine fastigium versus collocatur, vnde et *Deliciatum* tectum. Audiamus Festum: *Delicia est tignum, quod a culmine ad tegulas angulares infimas versus fastigium collocatur, vnde deliciatum, et tegulae deliciares.* Possunt tamen *Conliciares* dictae videri a conliciis: nam veteribus *Conliciae* siue *colliciae*, siue *colliquiae* dicebantur canales, qui aquam e stillicidio desluentem excipiebant. Vitruuius lib. 6, 3. *Tuscanica sunt, in quibus trabes in atrii latitudine traiectae habeant interpensiua, et colliquias, ab angulis parietum, ad angulos tignorum intercurrentes.* In agris quoque *Colliciae* erant sulci ampliores, qui et *Porcae*, per quos aquam *delibrabant.* Plinius lib. 18, 19 *In vsu est, et collicias interponere, si ita locus poscat, ampliore sulco, quae in fossas aquam deducant.* MEVRS. Meursianis simillima sunt, quae habet H. Magius miscell. 3, 8. Lampadis Grut. T. 11. p. 1380.

14, 4 IN ALIIS, QVOT ERVNT) Interruptus est vel a Catone, vel a descriptoribus, sermo de tegulis fractis. Harum, *vbi quarta non amplius pars aberit, duae pro vna* procedunt (hic insertum de conliciaribus) *in aliis* fractis, *quod erunt* partes earum tractae *in singulas quaternas numerabuntur*, vel quod malim ex Wr. *connumerabuntur.*

14, 4 VILLA; LAPIDE, CALCE) Quamquam οὐδὲν ὑγιὲς putat Meursius in hac lectione; tamen si attentius consideres, sana et plane Catoniana videtur. *Villa* absolute ponit, i. e. quod ad villam attinet, *lapide calce* coniungitur ἀσυνδέτως, vt id genus alia, v. g. *ruta caesa, sarta tecta, triumviri argento aeri flando* etc. *equis viris, nocte die, emtio venditio, rerum litium,* et multa apud ICtos huic similia *dextra sinistra* apud nostrum 18, 2 *lacuna stria* V, 1, 29. 3 *assem semissem* V. 3. 7. 11. *sursurae assurae* V, 3, 9. 1. *prima postrema* Liu. 1, 24 extr. Ita §. 5. lego eadem sententia *ex calce caementis*, ita 15, 1 *ex calce, cementis, silice.* Igitur *lapide calce fundamenta supra terram* extrues vno *pede; caeteros parietes ex latere* facies, qui non, vt apud nos igni coctus, proinde etiam fundamentis interdum idoneus, sed sole modo duratus est.

14, 4 IVGAMENTA) Sunt tigna, quae trabes, aut supremas aedium contignationes, iungunt et continent. PO.

14, 5 PRET. IN TEG. SING. N. S.) Et N. S. valet *nummos singulos.* Quod sane rectum ne sit dubito, nam antea dixit: *In tegulas singulas N. duo.* Codex meus habet N. CXV. nimium quantum liberaliter, nec fidem habeo. Quomodo igitur emendandum? mihi, vt ingenue fatear, aqua haeret, nec interpono audacule decretorium stilum. MEVRS. Puto notam corruptam esse, et reponendum N. id est, Nummus; vt mox in *tegulas singulas* N. S. nummi singuli POPMA. Qui varietatem supra indicatam considerauerit, forte non multum dubitabit, quin legendum sit IIS. (quod signum hic et alias perperam accepere pro notis Arabicis, et permutarunt cum CXV vid. Vict. ad 18, 3) h. e. nummi duo cum dimidio, qui est ipse sestertius: vti §. 4 etiam simpliciter positus est numerus. Caeterum eandem computandi rationem hic obtinere arbitrabar, de qua ad §. 4. dixi.

14, 5 EX SIGNO MANVPRETIVM ERIT) Dictionem *signo* corruptam esse, et coaluisse ex notis *sig-no*, id est, singulis nummis, existimat doctissimus Turnebus. Ego veterem lectionem retinendam arbitror; cuius sensum ita concipio, loco salubri dominus persoluet pretium materiae, quam conductor praebet, vt lapidis calcis, et ceterarum rerum, quas ante posuit. Mercedem autem operae dabit, vt erit forma, vel descriptio operis. Solent enim hi, qui opus faciundum locant, formam signare, atque exprimere, et ad illam depecisci mercedem, siue manipretium. POPMA. Turnebi verba retulimus ad §. 4. Quidsi leges *ex ligno* mutatione blandissima, intellectu hoc, de ligni

XV. MACERIAS[a] ex calce[b], cementis[c], silice[d], vti[e] dominus omnia ad opus praebeat, altam[f] P.[g] V. facito[h], et[i] columen[k] P.[l] I. crassam P.[m] I. S. longam[n] P.[o] XIV. et vti sublimat[p] locari oportet[q]. Parietes villae si locet[r] in pedes C.[s] id est, P.[t] X. quoquouorsum,
2 libellis in[u] pedes V[x]. et perticam[y] vnam P.[z] vic.[a] N. X. Sesquipedalem parietem dominus[b] fundamenta[c] faciat, et ad[d] opus praebeat[e] calcis in P. singulos longitudinem opus est modium vnum, arenae modios duos.

XVI. CALCEM partiario coquendam qui dant, ita dant.[a] Perficit, et coquit, et ex fornace calcem eximit calcarius[b], et ligna conficit ad fornacem[c]. Dominus lapidem, ligna ad fornacem, quod opus fiet, praebet.

XVII. RO-

[C. XV.] a) *Macreria si I. I-G.* b) *et* inf. *I. I-G.* c) *et* inf. *W. vel I. I-G.* d) *aedificetur* inf. *I. I-G.* e) *domos faciet* interpon. *W.* f) *faciat* inf. *W.* g) *pedes quinque a. V. pedibus quinis W.* h) *facito* deest *W. P. I. B. R.* i) *et* om. *W.* k) *culmen W. I. B. R. I. I-G.* l) *pede vno W. I. B. R. p. V. Pol. pedem vnum I. I-G.* m) *P. 1. S.* desunt *W. I. B. R. pedem et semissem I. I-G.* n) *longum W. longa Pol.* o) *pedibus quindecim W. I. B. R. pedes quindecim I. I-G.* p) *sublimat I. B. R. sublimat ita W.* q) punctum abest *W.* r) *locet. Id si pedes denos quoquouersum habeat: idem macreria si pedes quinos et perticam vnam itidem. Si sesquipedalem etc. W.* s) *centum I. I-G.* t) *pedes denos quoquouersum habeat libellum a. V.* u) *tres I. B R.* x) *quinos a V.* y) *perricam Popm. 2.* z) *Pedes centum. Me si sesquipedalem lens. pedes centum. Et si sesqu. B. R. ped. III. CIIX. Si sesqu. I. I. Ba. A. ped. III. CIX. Si sesqu. H. Gr. G.* a) *vict. M. Po. 2.* b) *voluerit* interser. *I. I-G.* c) *super fundamentum W. fundamento I. B. R.* d) *id* interpon. *W.* e) *praebeat calcem et arenam in pede singulo, modium vnum calcis, et arenae modios duos in longitudine et latitudine communi. W. praebeat: tres pedes longitudini opus est calcis modium etc. I. B. R. praebeat, ei longitudini et latitudini in pedes singulos altitudinis opus est calcis modium etc. I. I-G.* et tamen deficit in *Ba.* Polit. vero plane nobiscum facit. [C. XVI.] a) *datur Pol. Calcarius* inf. *I. B. R. I. I-G.* b) *Calcarius* nunc om. *I. B. R. I. I-G.* c) *furnacem Pol.*

caedendi mercede peculiariter transigendum, neque computatum esse in pretio per tegulas aestimato, nisi forte numeralis nota excidit.

14, 5 MANVPRET. ERIT) In excusis antea, *inani pretium* mendose. *Manupretium* castigauimus. In optimo tamen exemplari *Manipretium*, quemadmodum fere in antiquis codicibus. Nam apud Plinium in vetusto codice sic locus ille legitur, *solitum enim ex manupretio cuiusque signi denarios seponere aureos singulos.* Est autem in 34. lib. cap. 7. Eodem capite pro, *immani pretio*, quod est in excusis, *Manipretii*, in eodem illo antiquo legitur. In 35. c. 10 eodem pacto pro *immanitate pretii*, *Manipretii*, *Artis vero tantum, vt multum manipretii antecederet celeberrimos eadem aetate imaginum pictores.* Apud Vitruuium etiam lib. 9 eodem pacto peccatum fuit: vbi enim in excusis *immani pretio* faciendam locauit, in manuscripto, quem perantiquum vidi, *Manupretio* legitur. Huius animaduersionis ignoratio quot locos foedauerit, hinc facile intelligi potest. Vim, et etymon huius vocis M. Varro in 5 lib. de lingua latina expressit. Verbum etiam hoc apud Ciceronem in oratione, quam habuit contra L. Pisonem et in accusationis libro 3 integrum conseruatum est. VICTOR.

14, 5 PESTIL. - - POTEST) Quid igitur? pater familias ita insaniet, vt loco ita pestilenti aedificet, vbi aestate aedificari non potest? Non puto. Sed neque quid aliud sibi velit hic locus, comminiscor.

15 Ingens ipsa varietas, quam corruptus sit hic Cato, indicat, quem emaculare velle, nostrum non est.

15, 1 ET COLVMEN) V. C. et *culmen*. Sed *columen* vox casca, et Catone digna, pro qua postea *colmen* dixerunt, extrita littera, deinde O in V mutato, *culmen*. Varro etiam vsurpauit de R. R. 3, 7. *Vnum agreste, vt alii dicunt, saxatile, quod habetur in turribus, ac columinibus villae, a quo appellatae columbae, quae propter timorem naturalem summa loca in tectis captant.* Terentius Phorm. Act. II Sc. 1. *Bone custos salue, columen vero familiae Cui commendaui filium hinc abiens meum.* Quo loco Donatus: *Columen, culmen, an columen, columna?* Arnobius priscarum vocum mirus affectator lib. 7. *Libertatem bis dedit, alios ad columen dominationis erexit.* MEVRS.

15, 1 P. VIC. N. X) Compendiariis his notis *victoriatos numos* significari puto. Hoc iterum in libro, vbi de lege oleae faciundae agit, *Vasarium Vict. II.* De his numis meminit Cicero pro M. Fonteio, et Quintilianus lib. 6 dicente quodam, *Victoriato se vno in Sicilia V. P. Murenam longam emisse.* VICTOR.

15, 2 ET AD OPVS PRAEBEAT) Si post haec verba interpungas, difficultatem non exiguam sustuleris.

17 Argu-

XVII. ROBVS [a], materies item pro [b] ridica, vbi solstitium fuerit ad brumam semper tempestiua est. Caetera [c] materies quae [d] semen habet, cum semen maturum habet, tum tempestiua est. Quae materies semen non habet, cum glubebit [e], tum tempestiua est. Ea [f] quae semen viride et maturum habet [g], vti [h] semen de cupresso [i], de pino, quiduis [k]
anni [l] legere possis. Item quiduis [m] anni [n] matura est, et tempestiua, ibi [o] dum sunt nu- 2
ces bimae [p], inde [q] semen excidet, et anniculae [r] eae [s] vbi primum incipiunt hiascere, tum legi oportet, per [t] sementim primum [u] incipiunt maturae [x] esse. Postea vsque adeo sunt plus menses VIII. Hornotinae nuces virides sunt. Vlmus [y], cum folia cadunt, tum iterum [z] tempestiua est [a].

XVIII. TORCVLARIVM si aedificare voles, quadrariis [a] vasis, vti contra [b] ora fient, ad hunc modum vasa componito: arbores crassas P. [c] II. altas P. [d] VIIII. cum cardini-

[C. XVII.] a) *Rebus I. B. R. Robur et I. I-G.* b) *pro* abest *I. B. R.* c) *Quae I. B R. I. I-G.* d) *quae* omitt. *I. B. R. I. I-G.* e) *glubet I. B. R. I. I-G.* f) *eo quia P. I. B. R.* g) *habet. Id semen P. I. B. R.* h) *est* inf. *I. I-G.* i) *et* inf. *I. B. R. I. I-G. cipresso Pol.* k) *quisuis a. V.* l) *temporibus* interser. *a. V.* m) *quid vis* diu. *I. B. R. quisuis I. I-G.* n) *temporibus I. I-G.* o) *ibidem W. P. I. B. R.* p) *bonae W. binae P.* abest plane *I. B. R.* q) *hinc inde I. B. R.* r) *enucleat Pol.* 2. s) *erunt. Et I. B. R eae* deest *I. I-G.* pro quo punctum ponitur. t) *tum primum per semen I. B. R. I. I-G.* u) *primum* abest *Pol.* x) *matura P. I. B. R.* y) *vlmis I. B. R.* z) *vtraque I. B. R. I. I-G.* a) *fiet I. B. R.* [C. XVIII.] a) *quadridis Pol. quadrinis Po.* b) *Wrat. inter* contra *et* ora *suspendit inserendi causa syllabam* cti. *contractiora fient a. V.* et quidem adiecto puncto *I. B. R. I. I. A.* adiecto commate reliqui. c) *pedes duos I. B. R. I. I-G.* d) *pedibus nouem I. B. R. pedes I. I-G.*

17 Argumentum: *materies quid anni tempestiua est*, Catoni restituerem. In hoc autem capite quae sequuntur hoc modo legerem: *Ibidem sunt nuces binae: vnde semen excidet eae anniculae* (hae *vbi primum incipiunt hiascere, tum legi oportet*, per sementim *primum incipiunt maturae esse, postea vsque adeo sunt plus menses* VIII). *Hornotinae nuces virides sunt.* PONTED.

17, 1 ROBVS, MATERIES) V. C. melius, *Robur, et materies*, 1 Festus: *Robum rubro colore, et quae Rufo significari, vt bouem quoque rustici appellant, manifestum est, vnde et materia, quae plurimas venas eius coloris habet, dicta est robur.* Glossae: Robor [illegible] MEVRS. Compare Ca. 31. 2.

18 Indices quinque in caput 23 omnes contemnendi, nam primus: *Torcularium si aedificare voles*, et secundus: *In vasa vinaria stipites*, a Catone exscripti sunt, reliqui ex ingenio ab interpretibus appositi; quidquid enim per tot capita distrahitur, in vnum quondam coaluisse, cuius erat initium et argumentum: *Torcularium si aedificare voles*, materia ipsa, quae diuisionem non fert, demonstrat. PONTED. Hoc caput Catonis, Turnebo iudice 7, 25 non tam Grammatici litteratura, quam architecti, eiusque ingeniosi opera, vt intelligatur, indiget. Dum autem talis existat, praestiterit, materiam, quasi congerere interim, compositionem, coagmentationem illi relinquere integram: operae ne pretium sit multum hic sudare, non disputo. Vid. Popma ad verba, quae mox habebimus *contra ora fient.*

18, 1 QVADRARIIS VASIS) Corruptus est etiam hac parte vetustissimus codex: notam igitur antiquam scripturam faciemus, vt vnusquisque in eo purgando laborare possit. *Quadritis vasis vti contraria fient.* Infra vbi in impressis *Quadrariis*, in eodem *Quadrinis.* Dissentit igitur in hac voce duobus locis a peruulgata lectione antiquus, atque optimus liber, verum etiam non bene sibi ipsi constat. Ex altera quae peruersa est voce, nos *Contra ora* fieri posse arbitrati sumus. Videbunt nunc ingeniosi, ac docti viri, nostrane coniectura, an communis lectio melior sit: fortasse etiam tertiam aliquam, ambabus veriorem, e priscis vestigiis educent. VICTOR. VV. CC. *quadritis*: corrupte; legendum enim *quadriiugis* tum hic, tum paulo post, vbi pro *quadrariis* VV. CC. habent corrupte item *quadrinis*, pro *quadriiugis.* Tit. 145. emendate scriptum est in vetustis codicibus: *si sexiugis vasis opus erit, facito.* VRSIN. *Quadrinis* vasis non quadrariis lego, vt alio loco *quinis vasis. Quadrina vasa* sunt quadrina torcula. TVRN. 7, 25. Ita in V. C. quoque et postea: *Cumina* [f. leg. *Summa* ex c. 4.] *torculario, vasis quadrariis*, etc. Turnebus *quadrinis* corrigit, me non nolente, ex vestigiis aliorum librorum, in quis erat *quadridis.* Male autem (obiter hoc monebo) in Glossario haec vox legitur: τετραετὴς *Quadrinus.* Emend. *Quadrimus.* MEVRS. Vetus scriptura *Quadridis*: quam ita, vt proposui, emendauit Turnebus. Similiter c. 13. *Quae opus sint vasis quinis.* Pomponius Pistore. *Non plus quaesti facerem, quam quadrinas si haberem molas.* Alii frustra mutant *Quadriiugis*, ex loco illo cap. 146. *Si sex iugis vasis opus erit.* POPMA.

18, 1 CONTRA ORA SIENT) lego, *vti contraria fint*, non vt receptum video, vult enim bina e regione

2 dinibus, foramina longa P.[e] III. S. =– exculpta [f] digitos [g] VI. Ab ſolo foramen primum,
P.[h] I. S. inter [i] arbores et arbores, et parietes P.[k] II. in II. arbores P. I. =– arbores ad ſti-
pitem primum directos [l] P.[m] XVI. ſtipites craſſi P.[n] II. alti cum cardinibus P.[o] X. ſucula
praeter cardines P.[p] VIIII. prelum longum P. XXV. inibi lingulam P.[q] II. S. pauimen-
tum binis vaſis cum canalibus duobus P. XXXIIII. trapetibus locum dextra [r], ſiniſtra, pa-
3 vimentum P. XX. inter binos ſtipites vectibus locum P. XXII. Alteris vaſis ex aduerſum
ab ſtipite extremo ad parietem, qui pone arbores [s] eſt, P. XX. Summa torculario [t], va-
ſis quadrariis [u] latitudine [x] P. LXVI. longitudine [y] P. L. II. Inter parietes [z] arbores vbi
ſtatues, fundamenta bona facito alta P.[a] V. inibi lapides ſilices [b] totum forum [c] longum P.
4 V. latum P.[d] II. S. craſſum [e] P.[f] I. S. Ibi foramen pedicinis duobus facito. Ibi [g] arbo-
res pedicino in lapide ſtatuito. Inter duas arbores, quod loci ſupererit, robore expleto,
eo

e) *pedibus tribus et I. B. R. pedes tres ſemis et excalpta I. I-G.* f) *excalpta I. I-G.* g) *digitis I. B. R. digis. P.* h) *pede vno, et I. B. R. pede vno ſemis. I. I-G.* i) *inter arbores ped.* II. *inter arbores et parietes ped.* II. *arbores ad etc. I. I-G.* k) *pedes duos, tres duos arbores pedem vnum arbores ad etc. P. I. B. R.* l) *derectos I. B. R.* m) *pedibus ſexdecim I. B. R. ped. etc. I. I. Ba. A. Gr. G. pedes Herw.* n) *pedes duos I. B. R.* o) *pedibus decem I. B. R. pedes Heruag.* p) *pedes I. B. R. H.* q) *pedes duos: octo I. B. R. ped.* 115. *I. I.* ex quo ortum *CXV. Ba. H. A. Gr. G.* r) *deſtra Pol. deſtra et I. B. dextra, et R. I. I-G.* s) *arborem I. B. R.* t) *et* inſ. *I. I-G.* u) *quadrinis Pol. quadriniis I. B. R.* x) *latitudinem pedes I. B. R. latitudo pedum I. I-G.* y) *longitudinem pedes quinquaginta duo ſit I. B. R. longitudo pedum quinquaginta duorum ſit I. I-G.* z) *et* inſ. *P. I. B. R.* a) *pedibus quinque I. B. R.* b) *ſiliceos Ba. H. A. Gr. G. in* praeterea inſ. *I. I-G.* c) *ſtatuito* interſ. *I. I-G.* d) *pedicinis duobus: octo I. B. R. ped.* II. S. *I. I.* ex quo ortum *pedibus centum quindecim Ba. H. A. Gr. G.* e) *craſſum P.* I. S. deeſt *I. I-G.* f) *pedicino vno I. B. R.* g) *ibique a. V.*

e regione collocari, quem etiam ſenſum illud *contra ora*, poteſt vtcunque reddere. TVRN. 7, 25. ita Victorius reſtituit corruptam vocem *contrarora*: ex qua ipſe fecerim, *contra fora*. Eſt autem *forum* pars torcularis, quae continet vuas, vel oleas deſtinatas prelo: cuius fabricam Cato mox infra deſcribit. Iſidorus l. 15. *Forum eſt locus, vbi vua calcatur*, dictum quod ibi feriatur vua, vel propterea, quod ibi teratur. Columella lib. 12. *Locus vinarii, et torcularia, et fora.* Porro hoc Catonianum torcular diuerſum eſt a Vitruuiano, et etiam a noſtrae aetatis torcularibus; quod ego, cum inſtituiſſem apertius, et fuſius hic deſcribere, animaduerti vix poſſe verbis illuſtrari; et ſi maxime illuſtretur, nullam vtilitatem habere, ſane non magnam. ita omiſi. POPMA.

18, 1 ARBORES -- CVM CARDINIBVS) intelligo arbores cum ſuo pede, quo tenuiore infiguntur ſuae baſi, ſuoque fundamento inſeruntur. *Arbores* autem in torculari Cato vocare videtur, quas vulgo gemellas poſteriores ſolemus dicere, vt ſtipites anteriores gemellas, ni fallor: haec enim omnia coniectura quadam vacillante, et infirma a me diuinantur. TVRNEB. 7, 25.

18, 1 FORAMINA LONGA) quid ſi *foramina tria longa p. ſ.* =– TVRN. l. c. Caeterum tres virgulas transuerſas totidem notare vncias, h. e. quadrantem vnum, olim docuere viri docti, v. g. Gron. de P. V. c. 6. p. 27. Eiſenſchm. in tabula notarum ponderalium ad p. 150.

18, 2 STIPITES CRASSI, ALTI, SVCVLA) Scribendum iudico *craſſos, altos, ſuculam*; nam a verbo *compoſito*, quod ſupra apponitur, reguntur. *Suculam* etiam in antiquis editionibus et non nullis manu exaratis exemplaribus habemus. PONTED.

18, 2 PRELVM -- LINGVLAM) Prelum trabs eſt torcularis ad premendum, in quo *lingulam* interpretor nouiſſimam partem, quae inter duas arbores inſeritur: eam pedes duos et ſemiſſem longam eſſe vult, et ita inter arbores conuenire debere proximo capite deſcribet, vt digitum pollicem laxamenti habeat, quo facilius prelum moueatur, quam ſi arctius iungeretur. TVRN. 7, 25.

18, 2 LINGVLAM P. II. S) Iterum recurrit error notatus ad 14, 5.

18, 2 TRAPETIBVS LOCVM DEXTRA SINISTRA) Pluribus locis in Catonis libro poſtrema duo verba ſine coniunctione nunc leguntur, quae antea, *Et*, in medio habebant. Eam ipſe in nullo veteri exemplari a me inuentam illinc deieci. Animaduerti praeterea Ciceronem in extremo 13 lib. epiſtolarum ad Atticum ſic etiam locutum fuiſſe: *Omnis armatorum copia dextra ſiniſtra ad equum.* VICT. Add. quae diximus de *lapide calce* 14, 4.

18, 3 LATVM P. II. S.) Foeda macula, ſeu potius ridicula, hunc locum occuparat: ſtulte enim notis numerorum noſtri temporis deſcripta latitudo erat, atque imperitia librariorum, ſiue emendatorum ita aucta, vt nullo pacto longitudini reſponderet. S (quae nota ſemis manifeſta ſignificat) cum antecedente ſumma coniuncta fuerat, atque ex duo, et ſemis, centum quindecim factum: quo errore nihil ineptius fingi poteſt: nec is vnum tantum locum,

eo plumbum infundito [h], superiorem partem arborum digitos sex altam [i] facito [k] fiet, eo
capitulum robustum indito [l], vti fiet stipites vbi stent. Fundamenta P. [m] V. facito. Ibi 5
silicem longum P. [n] II. S. latum P. [n] II. S. crassum † P. [o] II. S. planum statuito, ibi stipites
statuito. Item alterum stipitem statuito: insuper arbores stipitesque trabem planam
imponito, latam P. [p] II. crassam P. [q] I. longam P. [r] XXXVII. Vel [s] duplices indito, si soli-
das non habebis, sub eas trabes inter canales, et parietes extremos, vbi trapeti stent, tra-
beculam pedum XXIII [t]. S. imponito sesquipedalem, aut binas pro singulis eo [u] suppo-
nito. In iis [x] trabeculis trabes, quae insuper arbores stipites stant, collocato. In iis [x] ti- 6
gnis parietes extruito, iungitoque materiae, vti oneris satis habeat. Aream [y] vbi facies,
P. V. fundamenta alta facito, lata P. VI. aream [z], et canalem rotundam [a] facito latam P. [b]
IIII. S. ∸ Caeterum pauimentum [c] totum [d] fundamenta pedum duorum facito. Fun- 7
damenta [e] primum fistucato [f], postea cementis † minutis, et calce arenato [g] semipedem
vnumquodque corium struito. Pauimenta ad hunc modum facito, vbi librraueris, de
glarea, et calce arenato primum corium facito; id pilis subigito, idem [h] alterum corium
facito

h) *fundito I. I-G.* i) *altum Pol.* k) *facito: fiet et cap. Ienf. facito: fiat et cap. B. R.* l) *indicto P. I. B. R.* m) *pedibus quinis a. V.* n) *pedicinis duobus: et I. B. R. ped. CXV. I. I-G.* †) *crassem Pomp. a.* o) *pede vno et I. B. R. ped. XV. I. I-G. p. I. S. Pol.* p) *pedicinis duobus I. B. R. pedes duos I. I-G.* q) *pede vno I. B. R. pedem vnum I. I-G.* r) *pedibus triginta I. B. R.* s) *Has I. I-G.* t) *XXIIII. S. Pol. viginti quattuor I. B. R. viginti trium et semis I. I-G.* u) *desuper ponito a. V.* x) *his I. B. R. I. I-G.* y) *aram P. Heram I. B. R.* z) *haram P. I. B. R.* a) *rutundam Pol.* b) *pedibus quattuor: et I. B. R. ped. quatuor S. I. I-G. pedes* exprimit *Herv.* c) *pauimento toto I. I. Ba. H. A. pauimenta toto Gr. G.* d) *totum. Fundamenta I. B. R.* e) *fundamenta* om. *I. B. R.* f) *festucato* omnes praeter *I. I-G. et Meurs. in nota.* †) *sementis H.* g) *harenato Pol.* h) *id est I. B. R. inde I. I-G.*

eum, sed plures foedauerat. Deerat etiam mensura crassitudinis, quam e manuscriptis libris acceptam hic restituimus. VICTOR. Iam bis eundem errorem notauimus, 14, 5 et 18, 2.

18, 4 FACITO SIET) Reiicula sane vltima dictio, et superuacanea, ideoque delendam censens, cum codicem meum consulerem, consensum eius offendi. MEVRS. Quin Catonianam hanc esse rationem ostendimus ad 8, add. ind.

18, 4 CAPITVLVM ROBVSTVM) Libri antiqui pro robusteum, a robore. mox *Arbores stipitesque robustas facito.* Varro lib. 1. de re rustica, *Si in medio robusta aliqua materia sit depacta.* Plautus Poenulo, *Lachonem vos quos ego iam detrudam ad molas, Inde porro ad puteum, atque ad robustum codicem.* Idem Curculione: *Vos ambo in robusto carcere vt pereatis.* Significat enim carcerem, qui robur dicitur ab eo, quod antea arcis robusteis malefici includebantur, autore Festo Pompeio. POPMA.

18, 5 CRASSVM P. II. S.) An tanta crassitudo, quanta longitudo, latitudoue? manifestum mendum et procliue: Emendo *Crassum* P. I. S. Nec audio vero codicem meum, qui P. XV. habet. Fidem meae emendationi adstruit ipse Cato, qui paullo ante dixit: *Inibi lapides silices in totum forum statuito, longum P. V. latum P. IIS. crassum P. I. S.* MEVRS.

18, 5 AVT BINAS PRO SINGVLIS) antiqua haec lectio, quam recepimus. In excusis antea, *pro singulis desuper ponito.* VICTOR.

18, 6 PAVIMENTVM - - FACITO) Varietatem huius loci non aliunde ortam puto, quam quod Catonis oratio elliptica aliquid obscuritatis habet. Voluit *per pauimentum totum* f. quantum quantum est pauimentum. etc.

18, 7 CALCE ARENATO) Cum nihil vel hic, vel paulo post diuersitatis deprehendatur in scriptis cusisue libris tum a *calce*, lapide, dicatur *calculus*, genere masculino, de *calce* autem in quantum posteriorem plantae partem notat, nemo dubitet, quin vtroque genere adhibeatur: corrigamus hinc errorem quorundam Lexicorum, quae *calcem* pro lapide tantum foeminini generis esse volunt. Iam dubitabat Vossius de anal. 1, 34 cuius hinc sententia confirmatur. Caeterum de hac ratione pauimenti conferri iam iussit Schoettgenius Salmas. ad Solin. c. 28 p. 268 seq. it. c. 56 p. 867 seq. Ex instituto hanc partem aedificandi tractant Vitruu. 7. 1. et Plin. 36, 25 f. 60 seq. itemque Pall. Mai. 11. GESN. Distinguenda sunt *calce, arenato*; aliud enim *calx*, aliud *arenatum*. cuius rei adferrem exempla, nisi ad id, quod nunc agimus, satis id arbitrarer. PONTED. An vero in hoc argumento distingui ista duo debeant, illud dubitationem nonnullam habere mihi videtur: neque dum poenitet nostrae ad h. l. adnotationis.

18, 7 IDEM ALTERVM CORIVM) Legerim, *item*; vel vt est in V. C. *Inde alterum* c. f. MEVRS.

facito [l]. eo calcem cribro succretam indito alte digitos duo [k]. ibi de testa arida pauimen-
8 tum struito. vbi structum erit [l], pauito, fricatoque [m], vti pauimentum bonum fiet. Arbores, stipitesque [n] robustas facito [o], aut pineas. Si trabes minores facere voles, canales extra columnam expolito [p]. si ita feceris, trabes pedum XXII. longae opus [q] erunt.
9 Orbem olearium latum pedibus IIII. punicanis [r] coagmentis facito, crassum digitos [s] VI. facito [t], subscudes [v] iligneas adindito. Eas vbi confixeris, clauis corneis occludito. In eum orbem tris catenas [x] indito. Eas catenas [x] cum orbibus [y] clauis ferreis corrigito. Orbem ex vlmo, aut ex corylo facito. Si vtrumque habebis, alternas indito.

XIX. IN vasa vinaria stipites arboresque binis pedibus altiores facito, supra foramina arborum pedem quaeque vti absient [a] vnae fibulae locum facito. semipedem quoquouersum, in suculam [b] sena foramina indito. foramen, quod primum facies, semipedem ab car-
2 dine facito, caetera [c] diuidito [d] quam rectissime. Porculum [e] in media sucula [f] facito. Inter arbores [g] medium quod erit, id ad mediam collibrato [h], vbi porculum [i] figere oportebit. vti in medio prelum recte situm fiet. Lingulam cum facies, de medio prelo collibrato [k]. vt inter arbores bene conueniat, digitum pollicem laxamenti facito. Vectes longissimos pedum XIIX. [l] secundos pedum XVI. tertios pedum XV. remissarios pedum XII. alteros pedum X. tertios pedum VIII.

XX. TRA-

i) *face I. B. R. facito eo. eo Pol.* k) *duos a. V.* l) *est a. V.* m) *oleo* inf. *I. B. R. oleo perungito I. I-G.* n) *stipites Pol.* o) *facito* omitt. *I. B. R.* p) *exponito I. I-G.* q) *opus* abest *I. B. R.* r) *punicariis I. B. R. item Pol. 2. punicarnis I. I-G.* s) *digitis I. B. R. I. I-G.* t) *facito* omitt. *I. B. R. I. I-G.* v) *subsudes ibi iligneas dindito Pol 2.* x) *catenas P. I. B. R. M. Po. 2.* y) *orbis Pol.* forte *orbi.* [C. XIX.] a) *absiet Pol.* b) *succulam I. B. R.* c) *caeteraque I. B. R.* d) *diuito Pol.* e) *portulum I. B. R. procliclium Pol. 2.* f) *succula I. B. R.* g) *arborem Bo.* h) *conlibato Pol.* i) *portulum I. B. R.* k) *conlibato Pol.* l) XII. X. *Pol. duodecim. vel decem I. B. R. decem et octo I. I-G.*

18, 7 IBI DE TESTA ARIDA) quid si legatur: *ibidem testa arida pauimentum sternito, vbi stratum est, pauito.* Sed haec coniectura tantum nituntur, et fortasse non mala, nisi VV. CC. repugnarent, a quibus recedendum non est. VRSIN

18, 7 PAVITO, FRICATOQVE) V. C. addit, *Oleo perungito.* Bene. Vitruuius 7, 1. *Sin autem curiosius videbitur fieri oportere, tegulae bipedales intra se coagmentatae supra rudus substrata materia collocentur, habentes singulis coagmentorum frontibus excisos canaliculos digitales: quibus iunctis impleantur calce et* [leg. *ex*] *oleo subacta, confricenturque inter se coagmenta compressa.* Palladius lib. 6, 11. *Antequam rudus siccetur, bipedas, quae per omnia latera canaliculos habeant digitales, iungemus, ita, vt calce viua ex oleo temperata, bipedarum canales, qui inter se connectendi sunt, impleantur, vt earum coniunctione* [male *MS. coniectio*] *rudus omne cooperiatur.* Qui locus de Vitruuii expressus, vt etiam obseruauit eius interpres Guilielmus Philander, vir profecto singularis, et admirandae doctrinae. MEVRS.

18, 9 PVNICANIS COAGMENTIS) Poenorum opera lignea in magno pretio, et vsu apud Romanos erant. Vnde Cato hic commendat *Punica coagmenta*, quae non dishiascebant, et Varro *Punicas fenestras*, Plinius *lectos Punicos.* itemque Plautus in Mercatore cum vult ostendere postium commissuras hiascere, ait: *Non enim haec pultifagus opifex opera fecit barbarus.* Pultifagus enim ibi Poenus dicitur a frequenti vsu pultis Punicae, cuius faciendae rationem Cato infra docet; id quod Scaliger rectissime animaduertit. POPMA.

18, 9 TRES CATENAS) Catenae hic sunt vincula lignea, quae materiam arte compingunt, et praestant aequalem ac directam. Sic apud Vitruuium 7, 2. *Asseres cum ad formam circinationis fuerint distributi, catenis dispositis ad contignationes siue tecta erunt crebriter clauis ferreis fixi religentur, eaeque catenae ex ea materia comparentur, cui nec caries, nec vetustas, nec humor possit nocere, id est, buxo, iunipero, olea, robore, cupresso, ceterisque similibus.* Quem locum Palladius ita est imitatus 1, 13 *Tunc eas catenis ligneis ex iunipero, aut oliua, aut buxo, aut cupresso factis, ad contignationem suspendemus.* POPMA.

19, 2 PORCVLVM) Male, V. C. *Proculum in m. f. f.* Nam dicebatur *Proculus*, qui patri seni natus esset, vel peregre agenti. Paulus apud Festum, *Proculum inter cognomina eum dicunt, qui natus est patre peregrinante a patria procul.* Festus: *Proculos sunt qui credant ideo dictos, quia patribus senibus, quasi procul progressis aetate, nati sunt.* Glossae: *Proculus, τηλύγετος.* Sed *Porculus* erat batillus

XX. TRAPETVM quomodo concinnare oporteat. Columellam [a] ferream, quae in
miliario [b] ſtat, eam rectam ſtare oportet in medio ad perpendiculum, cuneis ſalignis cir-
cunfigi oportet bene. eo plumbum effundere caueat [c], ni labet columella [d]. Si [e] moue-
bitur, eximito; denuo eodem modo facito, ne [g] ſe moueat [h]. Modiolos [i] in orbis, olea- 2
ginos [k] ex orchite olea facito, et [l] eos circumplumbato [m], caueto ne laxi [n] fient [o]. Si
[p] autem labent, in cupam [q] eos indito [r]. tunicas ſolidas, et [s] latas digitum pollicem faci-
to [t]. labeam [u] bifariam faciat [x], et [y] habeat quas figat clauis duplicibus, ne cadant.

XXI. CVPAM [a] facito P. X. tam craſſam, quam modioli poſtulabunt [b], mediam [c]
inter orbis, quae conueniat [d], tam craſſam quam columella [e] ferrea erit. Eam mediam
pertundito, vti in [f] columella [g] indere poſſis. Eo fiſtulam ferream indito, quae in colu-
mellam [h] conueniat, et in cupam [i]. Inter cupam dextra [k] ſiniſtra [l] pertundito late digi- 2
tos

[C. XX.] a) *Columellam I. B. R. Trapeti columellam I. I-G.* b) *meditulio I. B. R.* c) *caueto I. I-G.* d) *columnella I. B. R. I. I-G.* e) *autem* inſer. *I. B. R. I. I-G.* f) *et* inſ. *I. I-G. et plumbum fundito: et* inſ. *I. B. R.* g) *donec non a. V.* h) *ſi ſe mouerit, eo plumbum fundito* inſ. *I. I-G.* i) *Modulos I. B. R.* k) *oleagines ex orcite Pol.* l) *et* om. *P.* m) *circum plumbato* diu. *I. B. R.* n) *laſſi P. Ienſ.* o) *fiant I. B. R.* p) *Si autem labent* deſ. *Pol.* q) *cuppam I. I-G. cuppam ferream I. B. R.* r) *fundito cunicas Pol.* 1. Alter nobiſcum. *fundito in tunicas I. B. R* punctum abeſt *I. I. Ba. H. A.* vbi, *Gymn.* s) *et* om. *Pol.* t) punctum om. *I. B. R.* vbi, *I. I-G.* u) *labrum Pol.* x) *faciat* om. *I. B. R.* y) *et* om. *P.* [C. XXI.] a) *Cuppam I. B. R. Cuppam trapeti I. I-G.* b) *poſtulabant Pol.* c) *aliam* inſ. *I. I-G.* d) *conueniant craſſam P.* e) *columnella a. V. Pol.* 2. nobiſcum. f) *in* om. *I. B. R.* g) *columellam Pol. columnella a. V.* h) *columnellam a. V.* i) *cuppam B. R. I. I-G.* et ſic per totum caput *cuppale. cupa P.* k) *deſtra I. B. R.* l) *ſiniſtraque a. V.*

barillus aut vncus, qui figebatur, vt teneret funem, quo dum verſabatur torcular, ſucula circumplicabatur. Vide clariſſimum Galliae ſuae lumen, Hadrianum Turnebum Aduerſ. 7, 25. MEVRS.

20. Caput hoc cum duobus proximis, qui intelligere volet, eum forte adiuuabunt, quae de tota re a nobis diſputata ſunt ad Popmam de inſtrum. fundi, 12. vbi etiam Turnebi obſeruata propoſuimus. Quamquam neque ſic expedita omnia eſſe fatendum ſit. Caeterum quae lemmatis in morem ſuperſcripta erant verba, ea cum ipſius Catonis eſſe videantur, oratione alioquin hiulca futura, ei reddere nihil dubitauimus.

20, 1 QVAE IN MILIARIO STAT) Miliarium vas eſt longum, et anguſtum milii formam referens, quod ponebatur ſub trapeto ad excipiendum liquorem: et in medio ſtabat Columella ferrea, quae molam ſuſtinebat. Erat etiam eius vſus in balneo, vt deſcribit Palladius lib. 1 vel in coquina ad parandam aquam loco aheni, teſte Athenaeo lib. 2, vel ad coquendum apud Paulum Iuriſconſultum tit. de auro et arg. leg. Meminit Columella l. 9. Palladius l. 1 et Florentinus his verbis *τὸ δὲ ἐλαιουργεῖον ἐστεγασμένον χρὴ εἶναι.* Mox infra *Modioli* ſunt, qui a Graecis appellantur *χοινικίδες*, includunturque in orbem, vt illum, et cupam committant: ſicut in rota ſunt modioli lignei, quibus affiguntur radii, et in baliſta *modioli aerei, in quos induntur axiculi, qui neruos vertunt*, vt eſt Vitruuii l. 10. De aliis trapeti inſtrumentis plura Turnebus in aduerſariis, et nos in libro de inſtrumento fundi. POPMA. Nobis de *miliario* omnia alia videri ſatis oſtendimus ad Popmam de I. F. 12.

20, 1 DENVO EOD. MODO FACITO) Fidem vetuſtorum codicum ſecuti, hinc nonnulla verba ſuſtulimus, quae enim praeter haec erant in excuſis, in nullo a nobis manuſcripto libro inuenta ſunt, ſed res etiam ipſa diligenter conſiderata ſuperioraque Catonis verba, ni fallor, declarant hanc veram lectionem eſſe: praeceperat enim diligenter, ne quis plumbo in columella ſuſtinenda vteretur, et quibus rebus fulciri deberet, oſtenderat: quod ſi nunc, cum vitium illa facit, ad plumbum confugi oportere diceret: ſibi ipſi, vt opinor, aduerſaretur. Cenſet igitur commodius eſſe, eam eximi, ruſuſque eodem modo fieri, plumbum enim, res mollis, non poteſt maius aliquod pondus ſuſtinere, ſed cito cedit, vt ad alia maiora remedia tranſire neceſſe ſit: nam modiolos leuiores recte circumplumbari poſſe oſtendit, neque enim a pondere illic periculum eſt. VICT.

20, 2 LABEAM) *Labrum*, quod eſſe in Pol. oſtendimus, gloſſa forte eſt *labeae*: quamquam quid proprie fuerit, id eſt, quem vſum habuerit, non plane aſſequor. Idem de *tunicis* fatendum, quarum paulo ante fit mentio: illud mihi videre videor, commodius legi *faciat vt habeat*, vel *faciat habeat* quod in Mediceo eſſe obſeruamus.

21, 1 CVPAM FACITO) Bene auget V. C. *Cupam trapeti facito.* Sic initio ſuperioris capitis: *Trapeti columellam ferream* etc. MEVRS.

21, 1 VTI IN COLVMELLA) Planior videtur lectio ſupra propoſita, *vti columellam:* neque tamen

tos primoris IIII. alte digitos primoris tres, sub cupa tabulam ferream lata cupa media erit, pertusam figito, quae in columellam conueniat dextra sinistra [m]. foramina vbi feceris, laminis † circumplectito, replicato in inferiorem partem cupae omnis quatuor laminas:
3 dextra sinistra [n] foramina vtrinque secus laminas. Sublaminas [o] pollulas [p] minutas supponito, eas [q] inter sese configito, ne foramina maiora fiant, quo cupulae [r] minusculae indentur [s]. Cupam [t], qua fini in modiolos erit, vtrinque secus imbricibus ferreis quatuor desues [u], ibi [x] vtrinque secus facito, qui figas. imbrices medias clauulis figito. Supra im-
4 brices extrinsecus cupam pertundito [y], qua clauus eat qui orbem cludat [z]. Insuper foramen librarium ferreum digitos sex latum indito, pertusum [a] vtrunque secus qua clauus eat. Haec omnia eius rei causa fiunt, vti ne cupa in lapide [b] conteratur. Armillas [c] IIII. facito, quas circum orbem indas, ne cupa et clauus conterantur. Intrinsecus [d] cu-
5 pam materia vlmea aut faginea facito [e]. Ferrum factum, quod opus erit, vti idem faber figat. ꝟ [f]. L X. opus sunt, cum [g] plumbum [h] cupam emito [i] ꝟ [k] IIII. cupam qui concinnet [l], et modiolos qui indat, et plumbet, operas fabri duntaxat ꝟ [m]. VIII. Idem trapetum oportet accommodet [n]. Summa [o] sumpti [p] ꝟ [q]. LXXII. praeter adiutores.

XXII. TRA-

m) *finistraque a. V.* † *lamnis P.* n) *finistraque a V.* o) *Sub laminas* diu. *Gr. G.* p) *polulis minutis I. R. poculis minutis Bo. polulas etc. I. I-G.* q) *easque a. V.* r) *cuppae a. V.* s) *videntur I. B. R.* t) *Cupa P.* u) *desuos P. 1 et 2.* x) *ibique a. V.* y) *pretundito P. Iens.* z) *claudat a. V.* a) *pertusumque P. pertusumque intrinsecus I. B. R. Pol.* 2. nobiscum. b) *lapidem â. V.* c) *Armilas Pol.* 2. d) *Vtrinsecus P. I. B. R. P.* 2. nobisc. e) *facta Iens. factam B. R.* f) HI. *f. haec opus W. Pol.* hic et semper *LX. operae opus a. V.* g) *Tum W. Pol.* 2. h) *in* inf. *a. V.* i) *emittas I. B. R. emittis I. I-G.* k) ꝟ deest *a. V.* l) *concinnat a. V.* m) ꝟ deest *a. V.* n) *accommodet sumptui. Summa* LXXII. *I. B. R.* o) *Sumpti summa I. I-G.* p) *sumptui* etiam *Pol.* q) *N. I. I-G.*

tamen altera absurda: dicimus enim *induere pedem vallis, surculis.*

21, 2 DIGITOS PRIMORES) Digiti alii primores, alii crassi, alii transuersi vocantur a Catone. *Primores* digiti sunt summi, eminuli, et primae partes digitorum, quibus more vulgi definit altitudinem, et latitudinem, vt hic, et cap. 40. Ad horum differentiam dicuntur *digiti crassi*, qui sunt mensurae crassitudinis, c. 40. *Transuersi* digiti appellantur, cum extenduntur, et porriguntur transuersum ad dimetiendam altitudinem, vt cap. 46, et cap. 49. *Ne plus 4 digitos transuersos emineant*, id quod in Geoponicis est, *ἐνθήσομεν δὲ αὐτὸ τῇ γῇ ὡς ὑπερέχειν δ δακτύλους.* Et ita mihi videtur: Turnebo aliter. POPMA. Locum Turnebi damus ad c. 40. ad quod ille adscripsit.

21, 3 SVBLAMINAS) Diremerim. *Sub laminas* p. m. f. *Sub* pro *Subter.* MEVRS.

21, 3 QVA FINI IN MODIOLOS) Qua fini, hac fini, significat quatenus, hactenus. Cassius Hemina Annal. 4. *Qua fini omnes res, atque omnes artes humanitasque aguntur.* Gellius lib. 11. *Hac fini ames, tanquam forte fortuna osurus.* POPMA.

21, 4 FORAMEN LIBRARIVM FERREVM) Fabros hinc obseruamus etiam olim clauorum genera per pondera distinxisse, vt etiamnum hodie apud nos. Dicebatur autem *Librarius clauus*, cuius pondus esset vnius librae. Sic *Libraria frusta* apud Columellam 12, 53. *Ex tenuibus lignis flammulâ facta glabrantur* (*nam vtroque modo pili detrahuntur*) *caro in libraria frusta conciditur.* Et *libraria caementa* apud Vitruuium 8, 7. *Caementum de silice frangatur, ne grauius, quam librarium.* MEVRS. Sed non videtur cogitasse Meursius, hic foramen dici librarium, non clauum. Igitur intelligenda forte pyxis, fistula, vel modiolus recipiendo clauo. Aliter certe non intelligo, quomodo vel ferreum dici possit, vel librarium foramen. Mensuram, et capacitatem foraminis non intelligi, adiecta 6 digitorum mensura satis indicat. Superest itaque, vt *librarium* vel totius foraminis, h. e. pyxidis pondus notet, vel genus laminae, e quo perficitur, vt nouimus in fistulis plumbeis ad aquaeductus esse centenarias, octogenarias etc. qua de re ad Pall. Aug. 12.

21, 5 ꝟ LX OPVS SVNT) in Pol. quoties nota haec occurrit in Commel., est N siue N inuersum, nummi nota haud dubie, vt acceperunt II - G. Nisi malis lineam posteriorem inflexam S notare, vt accepit Rob. Stephanus, vt sit signum sestertii speciatim, pro consuetiore HS; nam X s. *decussis inductus*, nota denarii, quam forte cogitare hic possis summam nimis grandem videtur efficere. De signis tum sestertii tum denarii Gron. 1, 13 p. 12. De sestertii etiam Hard. ad Plin. 7, no. mai. 108.

21, 5 CVM PLVMBVM CVPAM) Forte legendum, *Tum plumbum in cupam.* vid. Var. lect.

21, 5 SVMMA SVMPTI) qui *sumptui* scripsit, forte metuit, ne barbarismus sit *sumti*, vt illi qui *senati consultum* expunxere nonnusquam apud Ciceronem.

22, 1

XXII. TRAPETVM hoc modo accommodare oportet. librator vti ſtatuatur[a] pariter. ab[b] labris digitum minimum orbem abeſſe oportet. ab ſolo mortarii orbes cauere oportet, ne quid mortarium terant. Inter orbem, et miliarium vnum[c] digitum intereſſe oportet. ſi plus intererit, atque orbes[d] nimium aberunt, funi circumligato miliarium[e] arcte[f] crebro, vti expleas quod nimium intereſt. Si orbes altiores erunt, atque 2
nimium mortarium deorſum[g] teret, orbiculos ligneos pertuſos in miliarium, in columellam[h] ſupponito, eo altitudinem temperato. Eodem modo latitudinem orbiculis ligneis,
aut armillis ferreis temperato, vſque dum recte temperabitur. Trapetus emptus eſt in 3
Sueſſano ++[i]. CCCC[k]. et olei p. L. compoſturae ++[i]. LX. vectura boum[l], operas ſex homines[m] VI. cum bubulcis ++[i]. LXXII[n] cupam[o] ornatam ++. LXXII. pro oleo ++[p]. XXV. S.[q] S. ++[p] DCXXIX.[r] Pompeiis emptus[s] ornatus ++. CCCXXCIIII. vectura[t] ++ CCXXC[u]. Domi melius concinnatur, et accommodatur. Eo ſumpti[x] opus eſt. ++[y] LX.
Summa, ++[z]. DCCXXIIII. Si orbes in[a] veteres trapetos[b] parabis medios craſſos P. I. 4
digitos[c] III.[d] altos P. I. foramen ſemipedem[e] quoquouerſum[f]. eos cum[g] aduexeris, ex trapeto temperato. Ii[h] emuntur[i] ad Rufri[k] macerias ++. CXXC. temperantur ++. XXX. tantidem Pompeiis[l] emitur[m].

XXIII. FACE[a] ad vindemiam, quae opus ſunt, vti[b] parentur. vaſa lauentur: corbulae ſarciantur: picentur dolia[c]: quae opus ſunt, picentur[d]. cum pluet[e], quala parentur

[C. XXII.] a) *ſtatuat. Pariter I. B. R. ſtatuat pariter I. I-G.* b) *a I. B. R.* c) interpon. *Iunt.* d) *adque Pol.* e) *molarium I. B. R.* f) *arte Pol. et* inſ. *I. B. R.* g) *deorſom Pol.* h) *columnellam a. V.* *columella Pol.* i) *nummis I. B. R. numis I. I-G.* Sic per totum caput. k) *quadringentis a. V.* l) *et* inſ. *a. V.* m) *homines ſex cum bubulcis,* omitt. *I. B. R. homines ſex* deeſt quoque *I. I-G.* n) LXXII. *Pol. ſeptuaginta duobus a. V.* o) *cuppae ornamenta totidem: olei torculum et vaſa caetera nummis ſeptingentis: caeterus ornatus domi pompeiis emptus eſt nummis tricentis octoginta quattuor: vectura etc. I. B. R.* p) *N. I. I-G.* q) *ſumma ſumpti I. I-G.* r) DCCVIIII. *Pol. caeterus ornatus domi* inſer. *I. I-G.* s) *emptus eſt trapetus numis etc. I. I-G.* t) *vecturam Pol.* u) *empta eſt* inſ. *a. V.* x) *ſumptui P. ſumptum Ie. ſumptu B. R.* y) ++ LX. *Summa* ++. DCCXXIIII. deſunt *I. B. R. N.* LXV. *I. I-G.* z) *N.* DCCXXIX. *I. I-G.* a) *in* om. *a. V.* b) *trapeto a. V.* c) *digitis tribus I. I-G.* d) *et* inſ. *I. B. R.* e) *ſemipede I. I-G.* f) *quoquouerſum a. V.* punct. praeterea deeſt *I. B. R.* g) *cum* om. *I. B. R.* h) *Ii* om. *a. V.* i) *Venduntur I. I-G. Veneunt trapeti ad macerias I. B. R.* k) *rutri P.* l) *pompeis Pol.* m) *emuntur a. V.* [C. XXIII.] a) *Fac Pol.* b) *vt Pol. antea* inſ. *I. I-G.* c) *et alia* inſ. *a. V.* d) *et* inſ. *a. V.* e) *aqua imbuantur. et* interſ. *I. B. R. aqua imbuantur. Quala etc. I. I-G.*

22, 1 Vid. quae dicta ſunt ad initium cap. 20.

22, 3 ET OLEI P. L) h. e. *pondo libram*, nam haec ita coniungi, luculenter oſtendit Gron. de P. V. c. 6. p. 27. Olei mentio etiam deinde fit, neſcio quam bene.

22, 3 OPERAS SEX, HOMINES VI.) Apparet homines VI. eſſe gloſſam *operarum ſex*.

22, 3 XXV. S. S. N. DCXXIX) Id eſt: Summa ſumpti, nummi DCXXIX. Sed ſi ad calculos ſedeamus, et rationem putemus, inueniemus numerorum iſtorum ſummam eſſe DCXXXI. Itaque corrigendum. Lapſus procliuis. MEVRS.

22, 3 POMPEIIS EMTVS) Melius longe, vt ſolet vetus codex, *Pompeiis emtus eſt Trapetus.* Sic antea locutus de trapeto in Sueſano empto. Infra quoque cap. CXXXV, trapetos optimos emi docet Pompeiis. MEVRS.

22, 4 EMVNTVR AD RVFRI) VV. CC. *Veneunt ad Rufei macerias.* quae lectio vera eſt. VRSIN. V. C. *Venduntur ad R. m.* Erat autem *Rufri maceria* locus in vrbe Nola, infra cap. CXXXV. *Nolae ad Rufri maceriam claues.* MEVRS.

23 *Ad vindemiam quae opus ſunt, vt parentur.* Tale argumentum numquid aliud declarat, quam ipſum capitis principium: *Face ad vindemiam quae opus ſunt vti parentur?* Cur igitur repetuntur? Cur per partes, quae ad vindemiam pertinent, ſeparantur? *vinum Graecum quomodo fiat: vua cocta vti ſeruetur: Vindemia facta, vt vaſa torcula ſubligentur?* PONTED.

23, 1 QVAE OPVS SVNT PICENTVR) Nimirum et alia ſunt, quae picari debent, v. g. *vrnae, ſparteae*, et *amphorae*, de quibus ad Ca. 11, 2.

23, 1 CVM PLVET, QVALA PARENTVR) Nihil hac lectione profecto ineptius. Reſtituo ex V. C. meo, qui longe plenius, et melius. *Et, cum pluet, aqua imbuantur.* Dolia inquit, et quae alia opus ſunt picentur, et, cum pluet, aqua imbuantur. Deinde quae ratio, vt quala debeant pluuiae tempore parari. MEVRS. Nihil equidem inepti

2 tur [f], farciantur. far molatur. Bennae [g] emantur. oleae caducae falliantur [h]. Vuas miscellas [i] ad vinum praeliganeum, quod operarii bibant, vbi tempus erit, legito. siccum [k] puriter [l] omnium dierum pariter in dolia [m] diuidito. Si opus erit, defrutum indito in mustum, de [n] musto lixiuo coctum, partem quadragesimam addito defruti [o], vel
3 salis sesquilibram in culleum [p]. Marmor si indes in culleum [q], libram indito [r]. id indito in

f) *et* interpon. *a. V.* g) *Maenae* P. I. B. R. *Menae* M. Po. 2. h) *falliantur a. V.* i) *misellas a. V.* k) *succum a. V.* l) *pariter* B. R. m) *dola Pol.* n) *cineris lixiui cocti* I. B. R. o) *defriti Pol.* p) *culleum indito. Marmor a. V.* q) *culeum a. V.* Sic per totum hoc caput, et alibi pluries. r) *indito. id* deest *a. V.*

in lectione Commeliniana, quam sequimur, video. Quidni enim, *cum pluet*, ac proinde opus in agro fieri non potest, *quala*, e vimine, quod tum magis lentum est insuper, vel *parentur* noua, vel vetera *farciantur*. Vt hic nihil ineptum est, ita neque stultum *imbuere*, eluendi et farciendi causa. Quid vero scripserit Cato, non definio: illud video, non simpliciter ad vindemiae proximum tempus ab eo respici, qui farris etiam molendi mentionem iniiciat.

23,1 BENNAE EMANTVR) in antiquissimo exemplari *Menae:* receptam tamen lectionem retinuimus: Est enim *Benna*, quod Sex. Pompeius docet, gallica lingua *genus vehiculi:* nisi aliquid etiam *Mena* significat, quod hic accommodatum sit: id autem nos ignoramus. VICTOR. vulgati libri habent: *Bennae:* quae lectio, quam sit inepta, hoc loco facile omnes videre arbitror. Quis enim vsus istius gallici vehiculi in vindemia? aut qua fini diligens paterfamilias hoc vnum instrumentum non ante quam opus est, parat. Hac re veteris [f. codicis] lectionem conseruaui. Fortassis autem praecipit Menas parari, et arefieri, sicut oleas caducas saliri, in cibum familiae et vindemiatorum. Sunt enim *Menae* pisciculi viles et vulgares, quas nunc haleces dici quidam putant: vt *menae aridae* ad probandam muriam, cap. 89 *salsae* apud Plinium lib. 32 quas in Orcis conditas pauperculi clientes patronis donabant. Persius Sat. III. *Menaque quod prima nondum defecerit, orca*. POPMA. *Menae emantur.* Haec vetus lectio? asseuerat nobilissimus, eruditissimusque vir Ausonius Popma, cuius fidem eleuatum ire nullum in praesens mihi consilium; absit. Testor tantum me in meo illo optimae notae codice minime repperisse, qui disertim habebat, *Bennae emantur*. Vehiculum autem opus habuisse existimem ad auehendum in proximam vrbem vinum. Licet etiam per me, si quis velit, aut rectius putabit, transponere. *Bennae emantur, far molatur, oleae caducae salliantur.* MEVRS. Schefferus, qui toto c. 2 l. 21. de re vehic. de *benna* agit, non modo ostendit *corbem* esse (plaustro deinde impositam vel cistam vitilem, qua significatione hodieque vtuntur Belgae: sed pro *emantur* vult legi *vieantur*; satis quidem ille ingeniose.

23, 2 VVAS MISCELLAS) Sic semper apud Catonem, Varronemque in antiquis codicibus scriptum est: non vt in formis antea exculis *Misellas*: apud Plinium quoque in impressis etiam libris, ita scriptum hoc nomen offendi. VICTOR. Hoc genus vel ideo *praeliganeo* vino conuenit h. e. ante iustam vindemiam legendo, premendoque, quia vetustatis impatiens est, vt eius venditio ne in aestatem quidem differri possit. Vid. Colum. 3, 21, 6. add. Varr. 1, 54, 2.

23,2 SICCVM PVRITER OMNIVM DIER.) Quidsi vera sit lectio ante Victorium recepta, et intelligatur *succi* nomine mustum, quod quantum vno quoque die factum est, in dolia iubeat diuidi, quemadmodum c. 25 vinaceos quotidie recentes iubet succerni. Video de succo idem videri Meursio. Sed consideratis omnibus, crediderim hic excidisse aliquid. Nam quae sequuntur, non iam ad vinum illud praeliganeum, sed ad conditiuum dulce pertinent. conf. c. 25, vbi videtur *vinum siccum* laudare forte ex vuis siccatis? Tanto minus aliquid mutare volui.

23,2 DE MVSTO LIXIVO COCTVM) Plinius 14 20. hunc locum refert, sed peccat μνημονικὸν ἁμάρτημα non leue. Sic enim ibi, *Cato iubet vina concinnari, hoc enim vtitur verbo, cineris lixiuii cum defruto cocti parte quadragesima, pulegii vel salis sesquilibra, interim et tuso marmore. Facit et sulphuris mentionem, resinae vero in nouissimis.* At Cato hic non nominat *cinerem lixiuium*. Sed vult adiici in vinum ad condituram defrutum coctum de musto lixiuo, id est quod liquatum, destillatum, priusquam prelo vuae premantur, in lacum fluxit: nec ponit sulphur, aut pulegium, quae ne hinc excidisse suspicemur, facit sequens enumeratio eorundem condimentorum. Vidend. Columella 10, 1. POPMA. Contra Harduinus vult Catonem corrigi e Plinio.

23, 2 VEL SALIS SESQVIL. IN CVLLEVM) V. C. *in culleum indito.* Vsitatum Catoni iterare verba. Quare autem? *vel salis.* Nam τὸ *vel* praecessisse aliquid aliud vocabuli acuto et attento lectori facile insinuat: itaque licet vetere codice nihil iuuante, augeo et scribo: *pulegii vel salis sesquilibram* etc. Tibicen ecce mihi Plinius 14, 20. *Cato iubet vina concinnari (hoc enim vtitur verbo) cineris lixiuii cum defruto cocti parte quadragesima, pulegii, vel salis sesquilibra, interim et tuso marmore. Facit et sulphuris mentionem, resinae vero in nouissimis.* Qui Plinii locus, quam Catonis hoc caput mutilum sit, ostendit. Nam vbi hic vox *concinnare?* vbi sulphuris mentio? doleamus

in vrnam[s], miſceto cum muſto. id[t] indito in dolium[u]. reſinam ſi indes, in culleum muſti P. III. bene comminuito[x], indito[y] in fiſcellam[z] et facito vti in dolio[a] muſti pendeat. eam quaſſato crebro, vti reſina[b] condeliqueſcat[c]. Indideris[d] defrutum, aut mar- 4
mor, aut reſinam, dies XX. permiſceto crebro, tribulato[e] quotidie †. Tortiuum muſtum[f] circumcidaneum ſuo cuique dolio diuidito, additoque pariter.

XXIV. VINVM Graecum hoc modo fieri oportet: Vuas Apicias percoctas bene legito. vbi delegeris, in eius muſti culleum aquae marinae veteris quadrantalia[a] II. vel ſalis puri modium[b]. Eum[c] in fiſcella[d] ſuſpendito, finitoque cum muſto diſtabeſcat. Si helueolum[e] vinum facere voles, dimidium helueoli, dimidium apicii vini[f] indito, defruti[g] veteris partem trigeſimum addito[h]. Quicquid vini defrudabis[i], partem 2
trigeſimam[h] defruti addito.

XXV. QVVM vinum[a] coctum erit, et quum legetur[b], facito vti ſeruetur familiae primum ſuisque[c], facitoque ſtudeas bene percoctum ſiccumque legere, ne vinum

s) *et* inſ. *a. V.* t) *Id indito* abeſt *a. V.* u) *dolium Pol.* x) *comminuito I. B. R.* y) *inde a. V.* z) *indito* inſ. *a. V.* a) *doleo Pol.* b) *reſinam P. Ienſ.* c) *cum deliqueſcat Pol. deliqueſcat a. V.* d) *Si inderis I. B. R. Si indideris I. I-G.* e) *tribulatoque a. V.* † *cuotidie Pol.* f) *muſtam B. R.* [C. XXIV.] a) *q. II. P. quartas binas I. B. R. quadrantalia bina I. I-G.* b) punctum abeſt *P. et* inſ. *I. B. R.* c) *Hunc I. I G.* d) *fiſcellam a. V.* e) *beluiolum Pol.* per totum caput. f) *vini* abeſt *a. V.* g) *defrutique a. V.* h) *tricesimam I. B. R. trigeſumam Po. 2.* i) *defrutabis M. Po. 2.* [C. XXV.] a) *Quom I. B. R. Cum I. I-G.* b) *legitur Pol. 2.* c) *ſi vis P. Sicque* (praeced. puncto) *facito: a. V.*

mus ſane merito ſcriptoris noſtri vicem; qui non ſatis erat, ſi vulneratus eſſet foediſſime, niſi etiam miſerrime truncatus. Forte reſtituendum. *Siccum pariter omnium dierum concinnato pariter, in dolia diuidito.* Idem pro: *de muſto lixiuo coctum*, reſcripſerim, ex Plinii autoritate: *de cinere lixiuio coctum.* Libet exclamare: *Tantum aeui longinqua valet mutare vetuſtas.* Sulphur vbi commode collocem, non video. MEVRS. Adiuuant Plinium, vt videmus I. B. R., vt fere nihil dubitem, quin reponendum ſit, *cineris lixiui cocti etc.* Neque tamen *muſtum lixiuum* vel *lixiuium* nihil eſſe, Columella docet 12, 27. it. 12, 41, 1, cuius verba de *ſicco die* etiam forte huc referri poſſint, ſi placeat retinere *ſiccum* Catonis noſtri. Sed nimis omnia corrupta et luxata ſunt.

23, 4 TORTIVVM MVSTVM CIRCVMCID.) Vox, *circumcidaneum*, gloſſema eſt; neque eam agnoſcit Plinius, qui 14, 20 citat hunc locum his verbis: *Super omnia Cato matureſcente iam vino iubet muſtum, quod ille torticium adpellat, nos intelligimus nouiſſime preſſum.* Videndus Varro 1, 54. VRSIN. Varro l. c. *circumciſitum* vocari ait. Rem ipſam interpretatur Colum. 12, 36. Vinum eiuſmodi Diis offerre, *quod circumciſis vinaceis profluxerit*, nefas habitum docet Plin. 14, 19 ſ. 23.

24, 1 AQVAE MARINAE VETERIS) Hinc *Graeca vina prolibare Diis nefaſtum habetur* auctore Plinio l. c. *quoniam aquam habeant.* Lepide nugatur Plaut. Rud. 2, 7, 30. *Quaſi vinis Graecis Neptunus nobis* (naufragis) *effudit mare etc.* *Vetus* autem *aqua* adhibebatur, non tantum *ab aequinoctio verno ſeruata* Plin. 14, 20 ſ. 25: ſed integro etiam ſexennio vid. C. 12, 21, 5.

24, 2 SI HELVEOLVM) Helueolum vinum a colore nomen habet, vulgo nunc *Blieckaert*, eſt enim heluus color Catoni et Feſto medius inter rufum et album, Columellae inter purpureum et nigrum. Similiter heluella olera a colore, quae nos *Baſtaerdt* Titinnius *lenti calido heluella, rapula, rumices.* POPMA.

24, 2 QVICQVID VINI DEFRVDABIS) Videtur legendum *defrutabis*, licet VV. CC. repugnent. nam littera *t* in *d* ex antiqua ſcribendi conſuetudine mutata eſt. Columella 2, 22 *Et defrutare vinum licet etc.* VRSIN. Non auſim accedere coniecturae Vrſini, receptae, vt vidimus, a Meurſio et Popma. Neque enim hic de vinis *defrutandis* ſermo eſt, nulla ſiquidem coctionis mentio. Crediderim potius *defrudare vinum* eſſe adulterare, καπηλεύειν, vel honeſtiore verbo et Catoniano *concinnare*, h. e. alienum ei ſaporem conciliare, et ita guſtantes decipere ac defraudare. Quidni *defrudandi* voce vtatur Cato, cum ſui ſeculi alter Cato Plinius 14, 20 poſt enumerata conditurae genera *Tot*, inquiat, *veneficiis placere cogitur: et miramur noxium eſſe.*

25 FAMILIAE PRIMVM SVISQVE) Quid hoc eſt? *familiae ſuisque.* Numquid hoc eſt inepte ταυτολογεῖν? Legendum ex V. C. *Seruetur familiae primum. Sicque facito. Studeas bene etc.* MEVRS. Quidni fuit olim *ſuisque*?

num nomen perdat. Vinaceos [d] quotidie [e] recentes fuccernito, lecto [f] retibus [g] fubtento cribrum [h] illius rei parato, eos [i] conculcato [k] in dolia picata [l], vel in lacum [m] vinarium picatum [n]. id bene operito [o], iubeto [p] oblini [q], quod des bubus per hiemem. Indidem, fi voles, lauito [r]. paulatim erit lorea familiae, quod bibat.

XXVI. VINDEMIA facta vafa torcula, corbulas, fifcinas, funes, patibula, fibulas iubeto fuo quidquid [a] loco condi. Dolia cum vino bis in die face [b] extergeantur [c]. Priuafque [d] fcopulas in dolia facito habeas illi [e] rei, qui [f] labra doliorum circumfrices. Vbi erit lectum [g] dies triginta, fi bene deacinata [h] erunt dolia, oblinito. Si voles de faece [i] demere vinum, tum erit ei rei optimum tempus.

XXVII. SEMENTIM facito [a], ocinum, viciam [b], foenum Graecum, fabam, eruum, pabulum bubus [c]. Alteram, et tertiam pabuli fationem facito. Deinde alias fruges ferito. Scrobis [d] in veruacto oleis, vlmis, vitibus, ficis, fimul cum femine ferito [e]. Si erit locus ficcus, tum oleas [f] per [g] fementim ferito, et quae ante fatae erunt, teneras tum fupputato, et arbores ablaqueato.

XXVIII. OLEAS, vlmos, ficos, poma, vites, pinos, cupreffos cum feres, bene cum radicibus eximito cum terra fua quam plurima, circumligatoque vti ferre poffis. in alueo

d) *Vinacios Po. 2.* e) *cuotidie regentes Pol.* f) *lector Pol. lectos a. V.* g) *reftibus Pol. aeftibus fubfternito: vel cribrum eius etc. I. B. R. exiccato reftibus fubtentis, cribro illi rei I. I-G.* h) *cribum Pol.* i) *ficcos I. I-G.* k) *conculcatos I. B. R.* l) *indito* inf. *I. B. R.* m) *latum I. B. R. et Pol.* 1. Pol. vero 2. nobifcum. n) *pilatum Pol.* o) *operito* omitt. *I. B. R.* p) *iubetoque I. I-G.* q) *vti habeas* inf. *I. I-G.* r) *lauato paululum, et latio erit familiae W. lauito paululum, et lorea erit a. V. lora Po. 2.* [C. XXVI.] a) *quicque I. I-G.* b) *fac Pol.* c) *extergantur P. Ienf.* d) *que* omitt. *I. B. R.* e) *illius I. B. R.* f) *quis I. B. R. Iunt. queis Ba. H. A. Gr. G.* g) *poft* inf. *a. V.* h) *deamata Pol. 2.* i) *fece I. I-G.* [C. XXVII.] a) *facito ita: ocymum a. V.* b) *vitiam I. B. R. Ba. H. A. Gr. G.* c) *dato* add. *I. B. R. ferito* add. *I. I-G.* d) *fcrobisque inuectito I. B. R. fcrobis inuernacio Pol. fcrobes inuertito I. I-G.* e) *ferito* omitt. *I. I-G.* f) *oleam pro fementi I. B. R.* g) *per* omitt. *P.*

25 LECTO RETIBVS SVBTENTO) Splendide medicinam faciam huic loco, in quo ἰδὲν ὑγιές. Codex meus vberius, et longe verius: *Lectus exficcato reftibus fubtentis, cribro illi rei parato, ficcos conculcato in d. p.* Non melius ipfe Aefculapius medeatur. MEVRSIVS. Quid fi *reftibus* quibus olim lectos fubtentos fuiffe iam ante monui. Ad hoc autem genus lectorum fortaffis pertinent verba Varronis ταφῇ μενίππου, *Inde putidas vuas acinis electis et comeftis, extendit in lectis quondam,* nifi legendum, *in lecti fpondam,* et alio referendum. POPMA.

25 LAVITO, PAVLATIM ERIT LOREA) V. C. melius; *lauito paululum, e. l.* Lego vero: *erit lora.* Nonius: *Loram dicebant in vindemia, cum expreffiffent acinis muftum, et folliculos in dolium coniecissent.* Apud antiquiffimos Romanos mulierum grandaeuarum potio erat. Varro de vita Pop. Rom. lib. 1. *Antiquae mulieres maiores natu bibebant loram, aut fapam, aut defrutum, aut paffum, quam murrhinam Plautum quidam appellare putant.* Graeci vocabant, οἶνον δευτερίαν. Hefychius: Δευτερίας ὁ κατὰ [f. μετὰ] τὸ ὄινος ἀποχυθῆναι εἰς τὰ γίγαρτα οἶνος. Vel etiam δευτερίαν fimpliciter. Plinius 14, 10 *Non poffunt iure dici vina, quae Graeci deuterias appellant, Cato et nos loram, maceratis aqua vinaceis; fed tamen inter vina operaria numerantur.* Vid. Varro 1, 54. Colum. 12, 40. MEVRS. Vix dubito, quin obfequendum fit Meurfio. Nolui tamen, nifi in re omnium manifeftiffima, a lectione Commelini h. e. ipfius Victorii recedere.

27 Ifte titulus, *fementim vti facias*, et proximi in caput 37 inconcinni, inepti, inutilesque habendi funt et dicendi. FUNTED.

27 SCROBIS IN VERVACTO) Antiqui libri, *in veruacio*: coniectura ducti, *in veruacto* emendauimus. In formis antea excufis *Inuertito* corrupte legebatur. Quid *veruactum* fit, et vnde ei nomen impofitum, Plinius 19 cap. 18 libri declarauit: nam verbum, vnde tota haec oratio pendet, infra conftitutum: illud autem in excufis quoque libris erat. Sed non fuo loco pofitum, nihil hanc fcripturam adiuuabat. VICT. Meurfius hic obferuat, *fcrobis* effe accufatiuum pluralem. Quae de *veruacto* laudat auctorum loca, ea et multo plura dabit index nofter.

28, 1 CA-

alueo aut in corbula ferri iubeto. Caueto [a] cum ventus fiet aut imber, effodias, aut feras. nam id maxime cauendum est. In scrobe cum [b] pones, summam terram subdito. 2
postea operito terra radicibus fini [c], deinde calcato pedibus bene, deinde [d] fistucis [e] vectibusque calcato quamoptime poteris. Id erit ei rei primum [f]. Arbores crassiores digitis [g] v. quae erunt, eas praecisas ferito, oblinitoque fimo summas, et foliis alligato.

XXIX. STERCVS diuidito sic. Partem dimidiam in segetem, vbi pabulum feras, inuehito. Et si ibi olea erit, simul ablaqueato †, stercusque addito. Postea pabulum serito, partem quartam circum oleas ablaqueatas, qua [a] maxime opus erit, addito, terraque stercus operito. Alteram quartam partem in pratum reseruato, idque tum [b] maxime opus erit, vbi fauonius flabit. Euehito luna silenti.

XXX.

[C.XXVIII.] a) *autem, ne* inf. *a. V.* b) *qui impones I. B. R. quum ponas Pol.* 2. c) *foeni I. B. R.* d) *inde I. B. R.* e) *festucis I. B. R. et Vict.* f) *Post haec* praepon. *a. V.* g) *digitos I. B. R.* [C.XXIX.] † *oblaqueato Com.* a) *quammaxime I. B. R.* b) *cum I. B. R.*

28, 1 CAVETO, CVM VENTVS SIET) Laudat pleraque huius capitis Plin. 17, 11 f. 16.

28, 2 RADICIBVS FINI) Est, opinor, mutatio casus, radicibus pro radicum fini, i. e. ad finem vsque radicum vt cap. 113 *Amphoras nolito implere nimium ansarum infimarum fini.* Sallust. Hist. 2 *Fine inguinum ingrediuntur mare.* POPMA. Mihi videtur vox *finis* ita vsurpata fuisse, vt *tenus*, quod etiam ex τέλος deriuat Vossius. Quemadmodum igitur *tenus* vtrique casui iunctum reperitur, fluctuante forte consuetudine inter Graecam rationem et Romanam, vt in his, quae copiam vel inopiam significant, et aliis: ita *finis* etiam, vel sexto casu, *fini*, nunc, et frequentius quidem, genitiuum sibi adiunctum habet, alias, vt hic apud Catonem nostrum, eumque forte solum, ablatiuum. Cum taceant adhuc Lexica, hac opportunitate oblata congeremus loca veterum, quibus hoc ostenditur. Ac primo quidem Gellius in hac certe verborum disputatione minime ex aetate sua aestimandus, clarissime hunc vsum vocis declarat 1, 3 post pr. vbi coniungit, QVATENVS, QVAQVE FINI *dari amicitiae venia debeat*, et eod. cap. extr. HAC FINI *ames, tamquam forte fortuna osurus*, HAC *itidem* TENVS *oderis, tamquam fortasse post amaturus.* Sallustius fragment. hist. 3 p. 979 Cort. fine inguinum *ingrediuntur mare*, vbi cl. editor aduocat Auct. B. Afr. c. 85 *Atque ita per mare* vmbilici fine *ingressi terram petebant*; itemque Iustin. 30, 4, 6, vbi ex Mss. pariter ac optimis per integrum, et quod excurrit, seculum editionibus, sensu commodissimo legitur, *orientis fine*, h. e. vsque ad Orientem: vt adeo intempestiue a recentioribus mutatum sit. Porro Bentleius ad Horat. 2. Od. 18, 30 illud Ouidii Pont. 1, 4, 28 *Qui vix* Thessaliae fine *timendus erat*, interpretatur, *Thessalia tenus*, itemque alterum Ouidii Halieut. 102 *scopulorum fine*, explicat *scopulorum tenus*. Ita antiquitatis affectator Hyginus Astron. 272 f. L. 3. extr. *Quae ad figurationem siderum pertinent*, ad hunc finem *nobis erunt dicta* i. e. hactenus. Idem fab. 82 Tantalum dicit *stare in aqua media fine corporis*, vbi malit legere Sanctius in Min. 4, 4 *medii*. Maneat igitur, *fine* vel *fini* eandem plane vim habere, quam habet *tenus*; illud peculiare huic loco Catonis, quod iunxit Latino casui, numero praesertim plurali, vbi *tenus* etiam frequentius genitiuum habet.

29 Ad totum hoc caput de fimi ratione praeter nostros videndus Plin. 17, 9.

29 SIMVL ABLAQVEATO) Cum destituatur ab omnibus editis pariter ac scriptis Commeliniana hic et Colum. 2, 15, 3, neque *oblaqueandi* verbum alias, quod sciam, rustica quidem significatione occurrat, reposui alterum illud, dum certioribus testibus ciuitatis ius tueri Commelinianum *oblaqueare* possit. conf. Index noster.

29 IN PRATVM RESERVATO) Legerem, *reseruato: idque sicco maxime opus erit. Vbi fauonius flabit, euehito luna silenti.* PONTED.

29 LVNA SILENTI) Sic infra cap. 50. *Prata primo vere stercorato luna silenti.* Colum. 11, 10 *sed et illud, quod deinceps dicturi sumus, experti praecipimus, silente luna fabam vellito ante lucem.* Plinius 16, 39 *Inter omnes vero conuenit, vtilissime in coitu eius sterni,* (h. e. caedi arbores) *quem diem alii interlunium, alii silentis lunae appellant.* Id. 18, 31 *A fidiculae autem occasu viciam, faseolos, pabulum, hoc silente luna seri iubent.* Huc Virgilianum illud pertinet e lib. 2. *Tacitae per amica silentia lunae.* Atque haec quidem sufficere poterant ad loci huius integritatem adstruendam, nisi Plinius valide impugnaret, qui Catonem *luna sitiente* scripsisse testis est 17, 9 *Fimum miscere terrae plurimum refert Fauonio flante, ac luna sitiente.* Et profecto cum interlunium est, elegantissime *Luna sitiens* dicitur; nam Stoici putabant lunam ali ex fontanis fluuialibusque aquis. Porphyrius libro de Nymph. antro: Τοῖς δ' ἀπὸ τῆς γῆς ἥλιον μὲν τρέφεσθαι ἐκ τῆς ἀπὸ τῆς θαλάσσης ἀναθυμιάσεως ἔδοξεν, σελήνην δ' ἐκ τῶν πηγαίων καὶ ποταμίων ὑδάτων. Capella tamen l. 6. tam lunam, quam solem maris exhalatione nutriri facit, confuse, vt solent Poetae. Ait enim: *Sic Cypris Oceani perfuso sidere lymphis Lucifero annuerat lumine tota suo.* Horatius etiam 1, 5. *Albo sic humero nitens,*

XXX. BVBVS frondem vlmeam, populneam [a], querneam, ficulneam [b] vsquedum habebis, dato. Ouibus frondem viridem, vsquedum habebis, praebeto †. Vbi sementim facturus eris, ibi oues delectato [c], et [d] frondem vsque ad pabula matura [e]. Pabulum aridum quod condideris in hieme, quam maxime conseruato, cogitatoque hiems [f] quam longa siet.

XXXI. AD oleam cogendam quae opus erunt, parentur. Vimina matura, salix [a] per tempus legatur [b], vti siet [c] vnde corbulae fiant, et veteres sarciantur, fibulae vnde fiant. Aridae iligneae, vlmeae, nuceae, ficulneae, face [d] vti in stercus, aut in aquam coniiciantur [e]. inde vbi opus erit, fibulas facito. vectes iligneos, acrufolios [f], laureos [g], vlmeos

[C. XXX.] a) *populeam I. B. R.* b) *ficulnamque Pol. ficulneamque a. V.* c) *delegato a. V. delicato Pol. 1.* d) *et* omitt. *P.* e) *dato* add. *a. V.* f) *hyemis Iuntt.* [C. XXXI.] a) *salices a. V.* b) *legantur a. V.* c) *fit I. B. R.* d) *fac in Pol.* e) *conicianturs P.* f) *aquifolios a. V.* g) *aut I. B. R.*

nitens, Vt pura nocturno renidet Luna mari. Huc pertinet figmentum illud de Ioue cum diis omnibus ad Aethiopas epulatum eunte, dè quo notaui Critici mei Arnobiani 6, 11. Macrobius Comment. in Somn. Scip. 11, 10 *Hoc esse volunt, quod Homerus diuinarum omnium inuentionum fons et origo, sub poetici nube figmenti verum sapientibus intelligi dedit, Iouem cum diis ceteris, i. e. cum stellis profectum in Oceanum, Aethiopibus eum ad epulas inuitantibus. Per quam imaginem fabulosam Homerum significasse volunt, hauriri de humore nutrimenta sideribus, qui ob hoc Aethiopas reges epularum caelestium dixit, quoniam circa oram Oceani nonnisi Aethiopes habitant, quos vicinia solis vsque ad speciem nigri coloris exurit.* Aliquid etiam de opinione hac veterum dicere memini in spicilegio Theocritico ad Idyll. 2. Quam Cato *sitientem* lunam, Propertius *siccam* appellat 11, 17. *Nec licet in triuiis sicca requiescere luna, Aut per rimosas mittere verba fores.* Et Plinius 17, 9. *Quocunque tempore fiat, curandum, vt ab occasu aequinoctiali stante vento fiat, luna decrescente ac sicca.* Contra *udam* dixit Apuleius Milef. 11. cum plenilunium est: *Ista luce foeminea collustrans cuncta moenia, et vdis ignibus nutriens laeta semina.* Varro περὶ αἰρέσεων, *Aqualentam. Tu cum tremula, aqualenta apud alta littora, Oriris, ac reluces nobilis omnibus.* vt recte emendauit Germaniae suae ornamentum Ianus Gulielmius. Porro quod ad lunam *sitientem* attinet, optime conuenit diuerbium rusticorum nostrorum, qui, cum interlunium est, dicere solent: *De Maen is te hier.* MEVRS. Multa etiam de *luna silente* et *amicis tacitae* apud Virgilium *lunae silentiis* Ang. Polit. miscell. c. 100.

30 OVES DELECTATO) Elegantissimum verbum hinc incommode sublatum fuerat, ac pro illo, *Delegato*, importune repositum, quod multis modis parum hic aptum esse intelligitur. *Delectato*, in cunctis manuscriptis offendimus. Apud Plinium etiam, qui praecepta Catonis de stercore colligit, eodem pacto legitur. VICT. Locus Plinii est 17, 9 §. 6 sententia est, vt puto, oues esse detinendas et quasi deligandas, vt foecunditatem agro concilient. Iam aduocarat Schoettgenius Non. 2, 224. Nam in loco illo quadrigarii *hostem delectare* certe est detinere. Ad l. c. Plinii laudat Dalecampius etiam Titinnium: *Quod ea parasitus habeat, qui illum sciat delicere, et noctem facere possit de die.*

30 FRONDEM VSQVE AD PABVLA MATVRA) Manifesto mutilatus locus. Restituo ex V. C. *Frondem vsque ad pabula matura dato.* MEVRS. Crediderim tamen a breuitate Catonis et consuetudine non abhorrere omissum verbum. Certe plura id genus passim apud illum occurrunt. Vide v. g. 37, 2.

30 HIEMS QVAM LONGA SIET) Non contemnenda lectio Iuntarum *hiemis.* Nota obseruatio, quam Vossii verbis proponemus de annal. c. 33. *Antiquis nullus nominatiuus sic* (in S cum consona praecedente) *desinebat, sed inter duas vltimas consonas media erat vocalis.*

31, 1 VIMINA MATVRA) Eorum, quae sequuntur: *salix per tempus* siue, vt in antiquis excusis libris, *salices per tempus legantur*, videtur interpretatio quondam in margine adnotata. Quid enim est maturum vimen, nisi salix per tempus lecta? PONTED.

31, 1 ARIDAE ILIGNEAE) Est attendendum, *aridae* num sit effictum de *taleae*? PONTED.

31, 1 SALIX PER TEMPVS LEGATVR) Locutio Catoni vsitata, pro *in tempore* ac *tempestiue.* cap. 5 *per tempus eam condito.* c. 6 *vmbram per tempus habet.* Plaut. Menaechm. *Per tempus aduenis.* ita *Per ver, per sementim, per rorem,* et similia. POPMA.

31, 1 FIBVLAE VTI FIANT ARIDAE) Videbatur mihi *aridae* transpositum esse, collocandum post *ficulneae:* verum paulo post obseruaui, si interpungatur, vt iam factum est, nihil subesse difficultatis. Ante legebatur, *Sarciantur. Fibulae vnde fiant aridae* etc.

31, 1 CONIICIANTVR) Quod e Pol. obseruatum est, *coniciantur*, ad veterem morem pertinet alterum i in deriuatis ex *iacio* omittendi, de quo

vlmeos facito, vti fiant [h] parati. Prelum de [i] carpino [k] atra potissimum facito [l]. vl- 2
meam [m], pineam [n], nuceam, hanc atque aliam materiem omnem cum effodies, luna de-
crescente, eximito, post meridiem [o], sine vento austro. Tum erit tempestiua, cum se-
men suum maturum erit. Cauetoque [p] per rorem [q] trahas, aut doles [r]. Quae mate-
ries [s] semen [t] non habebit, cum glubet [u], tempestiua erit. Vento austro caueto, ne
quam materiem, neue vinum tractes, nisi necessario.

XXXII. VINEAS, arboresque mature [a] face [b] incipias putare. Vites propages [c] sulcos, sursum [d] vorsum, quo ad [e] eius facere poteris, vitis [f] facito vti [g] ducas. Arbores hoc modo putentur, rami vti [h] diuaricentur, quos relinques, et vti recte caedantur,

h) *fiant Iens.* i) *ex Pol.* k) *sappino a. V.* l) *At* inf. *I. I-G.* *aut I. B. R.* m) *aut* interser. *I. B. R.* n) *vel* inf. *I. B. R.* o) *meridies in P.* p) *ne* inf. *a. V.* q) *errorem Pol.* r) *materiem* add. *I. B. R.* s) *materies* abest *P. I. B. R.* c) *maturum* inf. *I. B. R.* u) *glube P.* [C. XXXII.] a) *maturae P. Iens.* b) *vti* inf. *I. B. R.* c) *in* inf. *I. I-G.* d) *susum Pol.* c) *quod P. Iuntt.* f) *vitis* omitt. *I. I-G.* g) *vbi Gymn.* h) *vti* omitt. *a. V.*

quo ad Fabrum iam laudauimus Brouckhuisenium ad Tib. 1, 9, 54.

31, 1 INDE, VBI OPVS ERIT) Hanc velut parenthesin puto, quasi dicat; ex his enim quae nominaui generibus, ilice, vlmo, nuce, ficu, fibulae parari possunt.

31, 1 ACRVFOLIOS) Non ausim mutare et reponere Plinii *aquifolias*. Forte enim Cato *aquifoliam* arborem vulgo dictam, vocat acrifoliam, ob praecipuam acrimoniam, qua etiam veneficia arcet, aquam glaciat. Vnde et Graecis *ἄγρια* dicitur, quasi immitis. Vid. Theophrastus Histor. plant. L. 1. Plin. 24, 13. POPMA. Aquifolios etiam legit Plin. 16, 43 s. 84. Vid. Ind.

31, 2 PRELVM DE CARPINO ATRA) Ita in cunctis Mss. legimus. Apud Plinium tamen, qui locum hunc transscripsit 16, 39, *de sapino atra* legitur. VICTOR. Longe aliter vetus meus ille optimae notae codex. *Prelum de sappino atra.* Glossarium, *sappinus, πεύκη.* Item *sapinus, πίτυς.* Alias *sapinus* dicebatur pars inferior abietis decorticata, vt superior *Fusterna*. Plin. 16, 39. *Abietis, quae pars a terra fuit, enodis est: haec, qua diximus, ratione, fluuiata decorticatur, atque ita sapinus vocatur: superior pars nodosa, duriorque fusterna.* Sed vnice lectioni huic adstruendae ille ipse Plinius l. c. qui Catonem disertim ita scripsisse testatur. *Cato hominum summus in omni vsu de materiis haec adiicit: Prelum ex sapino atra potissimum facito.* Quia vero de prelo sermo, extra ordinem corrigendum Glossarium: *Pratnum, ἐκπιεστήριον τοῦ λινοῦ.* Legendum: *Prelum, ἐκπιεστήριον τοῦ λινοῦ.* Et fallitur vir magnus, qui hoc in Tertulliani libris inculcare voluit, etiam contra Eusebii autoritatem: non debebat. nam rectissime habet vulgata lectio. Hoc me monuit D. Scaliger. MEVRS. In Florentino codice *ex carpino atra*. Iensonius et Bruschius ediderunt *de Sappino atra* (vt in omnibus Codd. se legisse testatur Petrus Victorius) quod et Gymnicus transcripsit, et Meursius ex veteri codice commemorauit. *Carpinus* porro *atra* ab agricolis hac aetate vocatur *Ostrya, vlmo similis, fructu racemoso, lupulo simili.* Casp. Bauhini Plin. 427, ad hosce vsus praecipua, de qua fortasse intelligit Cato. Arbor in asperioribus montosisque locis frequens, cuius fructus plurimus, in racemum lupuli instar dispositus, calyce ceu vesica turgido obducitur, in quo semen. Quo calycis discrimine a Carpino proprie dicta separatur; nam haec de calyce multifido fructum producit. Amenta vero siue iuli eadem fere sunt in vtraque. PONTEDERA.

31, 2 VLMEAM, PINEAM, NVCEAM) V. C. *Ad vlmeam, p. n.* Quam tamen vocem, Catonis esse vt negem, inducit Plinius l. c. qui hanc nullus agnoscit, cum integre transcribat haec omnia. Macrobius certe Sat. 6, 4 valde memoria lapsus, cum scribit: *Hoc verbum de pino tempestiue a Catone sumsit, qui ait, Pineam nucem, cum effodies, luna decrescente eximito etc.* MEVRS.

31, 2 CAVETOQVE PER ROREM TRAHAS, AVT DOLES) Plinius exscripsit: *Caueto ne per rorem trahas aut doles.* Quare praestat Iensoniana forma: *Cauetoque ne per rorem*; solet enim Cato sic vti, vt infra: *vento austro caueto, ne quam materiam, neue vinum tractes*; vt cap. 31. *caueto ne vitem praecipites*, cap. 37. *omnino caueto ne quam materiam doles:* cap. 40. *caueto ne librum conuellas.* Propterea illud capitis 34. *terram caue cariosam tractes* non sincerum opinor, et adiicerem *ne*, vt cap. 5 *Terram cariosam caueto ne ares.* PONTED.

32, 1 VITES PROPAGES—DVCAS) Quis tam Thamyras, vt non videat τὸ *vitis* ex supina librarii iteratione hic inculcatum? Deleo audacter, et confidentem facit V. C. mei consensus. Legendus itaque totus locus: *Vites, propages. in sulcos sursum vorsum, quoad eius facere poteris, facito vti ducas.* MEVRS. Turnebo videtur legendum: *sulco:* quod ego minime probo. hic enim sensus

2 tur, et ne nimium crebri relinquantur. Vites bene nodentur per omnes ramos [l]. diligenter caueto ne vitem praecipites, et ne nimium perſtringas [k]. Arbores facito [l] vti bene maritae ſint, viteſque vti ſatis multae aſſerantur, et ſicubi opus erit, de arbore deiiciantur [m], et in terram deprimantur, et biennio poſt praecidito veteres.

XXXIII. VINEAM [a] ſic facito, vti curetur: Vitem bene enodatam [b] deligato recte, flexuoſa vti [c] ne fiet, [d] ſurſum vorſum ſemper ducito [e], quoad [f] eius poteris, vinarios, cuſtodesque recte [g] relinquito. Quam altiſſimam vineam [h] facito, alligatoque recte, dum ne nimium conſtringas. Hoc modo eam curato. Capita vitium per ſementim

l) *ramos diligenter. I. B. R. ramos, diligenterque I. I. G.* k) *praeſtringas P.* l) *facito* omitt. *I. B. R.* m) *deiiciantur: vti P.* [C. XXXIII.] a) *Viniam P.* b) *nodatam P.* c) *vti* omitt. *I. B. R.* d) *fit I. B. R.* e) *adducito a. V.* f) *quod P. Iuntt. quo ad* diu. *H.* g) *recte* omitt. *a. V.* h) *viniam P.*

ſenſus. Facito vt vites habeant ſulcos et propagines: quae eadem coniungit et explicat cap. 43. *Propago* autem et *Propages* dici, Nonius exemplis docet. POPMA. Locus obſcurus et ſuſpectus, quem neque aſſequimur, neque, quid in eo deceat, videmus. Codices nonnulli alio modo: *vites propages in ſulcos.* Verum cap. 43 longe ſecus: *Vitibus ſulcos et propagines ne minus pedibus II. S. quoquouerſum facito.* PONTED. Quin totus locus ita conſtituendus videtur, *Vites propages; ſulcos — poteris, facito vti ducas. Propages* eſt verbum, vt *incipias.*

32, 2 VITES BENE NODENTVR) Diſtinguendum eſt alia ratione, vt ab antiquis editoribus proditum fuit: *Vites bene enodentur per omnes ramos diligenter*; ſiquidem vitis vt per omnes ramos truncumque pampinariis palmitibus ac furunculis bene enodetur, diligenter cauendum eſt, ne quis internatus oculus, in quem humor a capite euocetur, relinquatur. At in eo, quod ſecundo loco praeceptum eſt: *caueto, ne vitem praecipites*, prudentia potius quam diligentia vti oportet. nam ſi plura, quam vitis conditio patitur, flagella demittantur, proximi anni fructus amittitur; ſi pauciora, vitis luxuria ſe abſumit. Neque tamen in ea ſum ſententia, vt integrum exiſtimem: *caueto, ne vitem praecipites.* Quid enim eſt aliud ſi dicas: *caueto, ne flagellum in fructum demittas: caueto, ne vindemiae* proſpicias? Qui ſane vitem non praecipitat (cum vitem praecipitare ſit materiam in fructum ſubmittere) vindemiae abnuit vbertatem. Quapropter deformatum *vitem* ex *nimium* opinari poſſumus, vel quod in vicinia reperitur, vt ſuperuacaneum ſubductum ſane praeſtat: *caueto, ne nimium praecipites*, ſiue, *caueto* ne *vitem nimium praecipites, et ne nimium perſtringas*, quam eo modo. PONTED.

32, 2 NE VITEM PRAECIPITES) h. e. deorſum intorquendo frangas. vid. Colum. 5, 6, 33, vbi de alia quidem praecipitatione ſermo, ſed res ipſa intelligitur. Quin poteſt de eadem re agere Cato, quam etiam Columella matri periculoſam agnoſcat.

33, 1 Totum hoc caput in ſuas areolas deriuauit Plinius, non ſine inſigni varietate, quam ſpeciminis cauſa toto illius loco propoſito notabimus. Eſt autem 17, 22 ſ. 35 n. 20. *Cato de omni cultura vitium ita praecipit. Quam altiſſimam vineam facito, alligatoque recte, dum ne nimium conſtringas, hoc modo eam curato. Capita vitium putata circumfodito, arare incipito. vltro citroque ſulcos perpetuos ducito. Vites teneras quam primum propagato, veteres quam minimum caſtrato. Potius ſi opus erit, deiicito, biennioque poſt praecidito. Vitem nouellam reſecari tum erit tempus, vbi valebit. Si vinea ab vite caluata erit, ſulcos interponito, ibique viuiradicem ſerito. Vmbram a ſulcis remoueto: crebroque fodito. In vinea vetere ſerito ocymum. Si macra erit, quod granum capit, ne ſerito: et circum capita addito ſtercus, paleas, vinaceas, aut aliquid horumce. Vbi vinea frondere coeperit, pampinato. Vineas nouellas alligato crebro, ne caulis praefringatur. Et quae iam in perticam ibit, eius pampinos teneros alligato leniter, porrigitoque. Vbi recte ſteterint, vbi vua varia fieri coeperit, vites ſubligato.*

33, 1 VINARIOS CVSTODESQVE RECTE RELINQVITO) V. C. tertiam vocem non male eiicit. Dicebantur vero *Vinarii* caupones, qui vina a dominis vinearum emebant. Gloſſa [illegible], *vinarius.* MEVRS. Vetus editio perperam omittit particulam *recte*, qua Cato frequentiſſime vtitur, pro vtiliter, et, vt oportet. Sic *recte facient et haeres et legatarius* dixit Vlpianus tit. Vſufructuar. quemadm. cau. *Dum tamen ſtillicidium recte recipiatur*, Paulus tit. de ſeruit. vrban. POPMA. Tota via aberrare videtur Meurſius. *Vinarii* et *cuſtodes* non hominum nomina ſunt, ſed palmitum: *Vinarii* iidem, qui alias *fructuarii* Columellae, itemque *coles vinearii*; *cuſtodes*, quos et *reſeces* ſiue *praeſidiarios* appellant. De vtroque genere v. Index.

33, 1 HOC MODO EAM CVR.) V. C. *Hocque modo e. c.* Scriberem, *Hocce m.* Archaiſmo Catone digno, niſi ſcrupulum iniiceret Plin. 17, 22, qui totum hunc locum deſcribens τὸ *hoc* ſeruat. MEVRS.

33, 1 CA-

tim ablaqueato. Vineam putatam [i] circumfodito. arare incipito, vltro citroque fulcos 2
perpetuos ducito [k]. Vites teneras quamprimum propagato, sic [l] occato veteres, quam
minimum castrato; potius, si opus erit, deiicito [m], bienniogue post praecidito. Vitem
nouellam resecari [n] tum erit tempus, vbi valebit. Si vinea a vite calua [o] erit, fulcos 3
interponito, ibique viuiradicem [p] ferito, vmbram ab fulcis remoueto crebroque fodito.
In vinea vetere ferito ocimum [q]. Si macra erit, quod granum capiat ne ferito, et
circum capita addito stercus, paleas, vinaceas [r], aliquid horum [s], quo rectius valeat.
Vbi vinea frondere coeperit, pampinato. Vineas nouellas alligato crebro, ne caules [t] 4
perfringantur [u]. Et quae iam [x] in perticam ibit, eius pampinos teneros alligato leuiter [y], corrigitoque, vti recte spectent. Vbi vua varia fieri coeperit, vites subligato, pampinato

i) *purtam I. B. R.* k) *et intus* infer. *W.* l) *succiditoque W. sed occato I. B. R.* deest plane *I. I-G.* m) *deicito P.* n) *resicari P.* o) *caluata a. V.* p) *viueradicem P.* q) *ocymum a. V. ocimnum Com.* r) *aut* inf. *a. V.* s) *hoc onere Popm.* 2. t) *fatae* infer. *I. B. R. Ba. H. A. Gr. G.* u) *praefringantur P.* x) *vitis* infer. *I. B. R. Ba. H. A. Gr. G.* y) *leniter I. B. R.*

33, 1 CAPITA VITIVM PER SEMENTIM) *Capita vitium per sementim ablaqueato, vineam putatam circumfodito.* In cunctis et manu scriptis, et formis excusis Catonis codicibus, ita scriptum offendi: in Plinio tamen, qui Catonis praecepta de Cultura vitium in XXII caput libri XVII transtulit, plura verba defecerunt: consulto ea Plinius reliquerit, an negligentia librariorum omissa sint, docti viri iudicabunt: quamuis nunc aliud agam, hoc tamen demonstrasse inutile non fuit. VICT.

33, 2 VITES TENERAS - SIC OCCATO) Postrema duo verba, in omnibus a me antiquis libris inuenta, restitui: neque tamen ea apud Plinium illo loco leguntur. *Sic* autem intelligo, deinde postquam propagaueris: quemadmodum etiam Graeci ὅτε saepe in oratione ponunt. VICT. Vetus Codex duabus vocibus *sic occato* elisis, ita scribit: *Veteres quam minimum castrato,* Atque hanc esse veram Catonis scripturam, sermonis ipsius decor et Plinius testantur. MEVRS. Non videtur contemnenda lectio Wratisl. *succiditoque*, post quam interpungendum forte ac pergendum: *Veteres quam minimum castrato* etc. *Castrantur* nempe ita, vt, quidquid abscissum est, abiiciatur; *deiiciuntur* in terram, vt radicibus actis resurgat noua vitis a matre abscindenda.

33, 3 SI VINEA A VITE CALVA ERIT) *Calua* in nostris legimus. *Calua a vite* dixit, si modo haec vera est lectio, vt Cicero *Vacuus a frumento: et Inanis* etiam *ab aliqua re*, saepe dixit. Nam *vineam caluam* translato a capite nostro nomine, eleganter appellauit: quemadmodum Columella, *Castaneta caluescere,* eadem ratione dixit: apud Plinium tamen, vt in formis antea excusis Catonis libris, *caluata* legitur. VICT. *Calua* magis probo, quam Plinii *caluata*, i. e. orbata, viduata, et destituta c. 35. *Aperta ab vmbra,* Plaut. Truculento: *Nam quando sterilis est amator a datis,* Cicero pro domo: *Tam inops ego eram ab inimicis,* [amicis] *aut tam nuda respublica a Magistratibus.* Idem ad Atticum 6 *Copiose a frumento.* Prudentius περὶ τοῦ. *Inanis a marsupio.* POPMA. *Calua* dicitur vinea metaphorice i. e. quando nullae vites in ipsa. Sic Columella quoque 4, 29, 11 *penuriam et caluitiem loci* dixit. Et Iudaei partem agri non consitam קרחה f. *caluitium* vocant, quae vox hoc sensu aliquoties occurrit in Masecheth Kelaim fol. 23, 2. Vid. ibi Raschi, Maimonides, et Obadias de Bartenora. conf. et f. 26, a vbi quaerunt: דאיזו היא קרחה הכרם, *Et quaenam est caluitium vineae?* et respondent: כרם שחרב באמצעו. h. e. *vinea, quae vasta est in medio sui.* Vide Bodaeum a Stapel ad Theophrasti hist. plant. 3, 15. SCHOETTG.

33, 3 IN VINEA VETERE) Haec ita separanda sunt: *In vinea vetere ferito ocimum, si macra erit; quod granum capiat, ne ferito,* siue, vt in Plinio, *quod granum capit.* Verum et in Plinio, eo modo est distinguendum. PONTED.

33, 3 QVOD GRANVM CAPIAT) Si vitis macrior est, inquit, ne feras, quod in frugem et granum solet maturescere: sed pabulum vel farraginem, quae viridia subsecantur, priusquam spicam capiunt. Similiter dixit c. 52 *Extollitoque primorem partem, vti radicem capiat.* et c. 53 *Ramum, quem radicem capere velis, traiicito.* Varro l. 1 *Lupinum, cum non nimis siliculam cepit.* ita enim ibi legendum esse ex vestigiis priscae scripturae, et loci sententia alias docui. POPMA.

33, 3 ALIQVID HORVM) V. C. *Aut aliquid horum.* Plinius: *aut aliquid horumce.* Quod rectissimum et purum putum Catonianum. MEVRS. Sic et Pontedera iudicat. Nescio, quo auctore Po. 2 legat, vt indicauimus.

33, 4 NE CAVLES PERFRINGANTVR) V. C. *ne caules fatae perfringatur.* Quam tamen dictionem Plinius omittit, in quo est, *ne caulis perfringatur.* Sed scribendum est, *perfringatur.* nam *caulis* pro *caules* est ἀρχαϊσμὸς Catoni vsitatissimus. MEVRS.

33, 4 CORRIGITOQVE, VTI) In cunctis MSS. excusisque Catonis libris nulla varietate ita scriptum

5 pinato [a], vuasque expellito, circum capita sarito [a]. [XXXIV.] SALICTVM suo
tempore caedito, glubito, arcteque [b] alligato. Librum conseruato [c], cum opus erit
in vinea ex eo in aquam coniicito [d], alligato [e]. Vimina [f] vnde corbulae fiant, conseruato.

XXXIV. [XXXV.] REDEO ad sementim. vbi quisque locus frigidissimus, aquosissimusque erit, ibi primum serito. In calidissimis locis sementim postremum fieri
2 oportet. terram caue cariosam tractes. Ager rubricosus et terra pulla, materina [a], rudecta, arenosa [b]: item quae aquosa non erit, ibi lupinum bonum fiet [c]. In creta, et vligine, et rubrica, et agro [d] qui aquosus erit, semen adoreum potissimum serito, quae loca sicca et non herbosa [e] erunt [f], aperta ab vmbra, ibi triticum serito.

XXXV. [XXXVI.] FABAM in locis validis non calamitosis serito. Viciam et foenum Graecum quam minime herbosis locis serito. Siliginem, triticum in loco aperto [a], celso, vbi sol quam diutissime fiet, seri oportet. Lentim in rudecto [b] et rubricoso loco [c],
2 qui herbosus non fiet, serito. Hordeum qui locus nouus [d] erit, aut qui restibilis fieri poterit, serito. Trimestrem [e] quo in loco sementim maturam facere non potueris [f], et qui locus restibilis crassitudine fieri poterit, seri oportet. Rapinam et coles rapicii vnde fiant, et raphanum, in loco stercorato bene, aut in loco crasso serito.

XXXVI. [XXXVII.] QVAE segetem stercorant. Stercus columbinum spargere oportet in pratum, vel in hortum, vel in segetem. Caprinum, ouillum [a], bubulum, item

2) *pampinatoque et vuas a. V.* a) *farrito a. V.* b) *arteque P.* c) *et* inf. *a. V.* d) *coicito P.* e) *alligato* abest *a. V.* f) *Vimiam P. Ienf.* [C. XXXIV.] a) *atterina rudeto et a. V.* b) *harenosa P.* c) *fiet a. V.* d) *ager I. B. R.* e) *erbosa P.* f) *et* inf. *J. B. R.* [C. XXXV.] a) *et* interf. *a. V.* b) *rudeto a. V.* c) *loco* abest *I. B. R.* d) *nouos Po. 2.* e) *Trimestem Pol. 2.* f) *poteris a. V.* [C. XXXVI.] a) *ouilum I. B. R.*

scriptum inuenimus. Apud Plinium in impressis: *Porrigitoque, quae vbi recte steterint:* in antiquis eiusdem codicibus *quae* non legi: in vno *stent* pro *steterint:* in vetustiore tamen fidelioreque *steterint.* Sitne Plinii scriptura ad Catonis regulam redigenda, an in Catone etiam aliquid vitii sit, doctissimi viri videbunt. VICT. Plinius videtur legisse: *porrigitoque vti recte stent*; tamen receptam hic lectionem seruo. cap. 18 *clauis ferreis corrigito.* Plinius L. 7 *nemo digitum corrigebat.* POPMA. Melius in Plinio si vetustatis vitia eximantur, *porrigitoque. Quae vbi recte steterint. Quae* namque, quod in optimis exemplaribus non inuenitur, ex proximo *que* iteratum est; et *vbi* ex *vti* deformatum. Pro *steterint* inuenit Victorius *stent*, quod contractum de *spectent* videtur. Etenim flagella ita porrigenda sunt, vt optimam coeli plagam spectent. PONTED.

33, 4 VVASQVE EXPELLITO) Haberem potius, *vuasque expedito* ad solem nempe, quo facilius percoquantur; vt Columella etiam docet 4, 28 et 11, 2. PONTED.

33, 4 SARITO) V. C. *sarrito.* Glossae: *sarit, βοτανίζει.* Idem est *sarire* et *sarrire.* Sed illud aeuum Catonis magis sapit; nam insuetum veteribus litteras geminare, vt docet Festus: Calendarium rusticum, SEGETES SARIVNTVR. MEVRS.

33, 5 Hic Popmae altera nouum caput numerat, et consequenter ad finem libri, vt habeat capita 163.

34, 1 VBI QVISQVE LOCVS) Poterat aliquis suspicari, legendum *vti?*

34, 2 Quae hinc et c. 35 integro dicuntur a Catone, ea non totidem quidem verbis, sed vt sententiam reddat, habet Plinius 18, 17 f. 46.

35, 2 TRIMESTREM) intellige fructum, vt plene Columella. Plinius l. c. *Trimestre, vbi sementem maturam facere non possis, et cuius crassitudo sit restibilis.* Plinius ita: *Trimestre, vbi sementim maturam facere non possit, et cuius crassitudo sit restibilis*; ideo in Plinio scribendum *possis* pro *possit*; in Catone pro *trimestrem, trimestre,* nempe vel triticum vel far Halicastrum, quod a Columella *semen trimestre* proprie vocatur. PONTED.

35, 2 COLES RAPICII) Ita libri veteres Catonis, melius quidem, quam Plinii *rapaciorum.* Vt enim a lana lanicium, sic a rapa dicitur rapicium, i. e. semen raparum, quod colibus siue caliculis cum quadam gratia inhaeret. cap. 135. *fabam, semen rapicium.* Vid. Plin. 20, 31. POPMA.

36 CVM

item caeterum stercus omne sedulo conseruato. Amurcam[b] spargas, vel irriges ad arbores, circum capita maiora amphoras, ad minora vrnas cum aquae dimidio addito[c], ablaqueato prius non alte.

XXXVII. [XXXVIII.] SI[a] cariosam[b] terram tractes[c], cicer quod vellitur, et[d] quod salsum est, eo[e] malum est[f]. Hordeum[g], foenum Graecum[h], eruum[i], haec omnia segetem exsugunt[k], et omnia quae velluntur[l]. nucleos in segetem ne indideris

b) *Amurca P.* c) *et* inf. *I. B. R.* [C. XXXVII.] a) *Cariosam terram facit, si iacies cicer, I. I-G.* b) *in* inf. *I. B. R. W.* c) *tracies P. iacies cicer: I. B. R. W.* d) *et quia Iunt. et qua Ba. H. A. Gr. G.* e) *et quod* omitt. *I. B. R. W. et quibus Pol.* f) *et I. B. R. W.* g) *est* om. *I. B. R. W.* h) *et* inf. *I. B. R. Ba. H. A. Gr. G.* i) *eruem Po. 2.* k) *exuggunt I. B. R. esugunt P. exugunt Iunt. exurunt Ba. H. A. Gr. G.* l) *ex eis, mala sunt,* add. *a. V.*

36 CVM AQVAE DIMIDIO) Recte ne? Plinius aliter longe 17, 28. *Cato et medicamenta quaedam componit, mensuras quoque distinctione, ad maiorum arborum radices amphoram, ad minorum vrnam amurcae, et aquae portionem aequam, ablaqueatis prius radicibus, paulatim affundi iubens.* An dicendum, esse Plinii *ἀνάγνωσμα ἡμαρτημένον*? MEVRS.

37 *Quae mala in segete fiunt.* Hoc argumentum ad caput est reuocandum ita proximum: *Quae segetem stercorant fruges.* Plinius enim hoc modo: *nec non ex satis quibusdam ipsis pasci terram dicit (Cato), segetes stercorant fruges Lupinum, faba, Vicia.* Reliquos vero titulos in caput 46, nullo habito discrimine, reiicerem. PONTED. Hoc totum caput ingeniose admodum tractauit Io. Conradus Schwartzius V. C. in epistola, quam damus sub Palladio, p. 1029 sqq.

37, 1 SI CARIOSAM TERRAM TRACTES) Multa hic restituimus, quae omnia e veteribus libris accepta sunt. In extrema tantum voce paruum vitium erat, *tracies* enim habebant; emendauimus, vt puto, apte: *tractes:* eodem enim modo hic peccauerat librarius, vt supra, cum pro *veruactio, veruacio* scripserat. VICTOR. Hoc caput in veteri editione multa glossemata habet, quae Victorius recte sustulit: sed perperam auulsit lemma, fecitque inscriptionem capitis. Sic ergo legendum: *Quae mala in segete sunt? Si cariosam terram tractes:* quod praeceptum etiam extat cap. 5 et 35. *Cariosam terram* Colum. 2, 4, exponit limosam, lutosamque, nimbis exiguis semimadidam, cum post longas siccitates leuis pluuia superiorem partem glebarum madefecit, inferiorem non attigit. POPMA. Sic apud Stephanum, Commelinum, Gryphium, Popmam legitur. Iensonius vero typis expressit: *Si cariosam in terram iacies cicer, quod vellitur salsum est, et malum.* At Aldus, Iunta, Gymnicus et Meursius in adnotationibus hanc exhibent lectionem: *Cariosam terram facit, si iacies cicer, et quia vellitur, etc.* Sed hi longius fortasse a Catonis sententia absunt, quoniam cicer non cariosam terram reddit, sed macram. Colum. 2, 10 *Cicer,* inquit, *quod arietinum vocatur, itemque alterius generis, quod Punicum, seri mense Martio toto potest, coelo humido, loco quam laetissimo. Nam id terram laedit, atque ideo improbatur a callidioribus agricolis.* Item c. 14 *Ac de iis quoque leguminibus, quae velluntur, Tremellius obesse maxime ait solo virus ciceris et lini: alterum quia salsae, alterum quia sit feruidae naturae.* Expressius porro id significauit Plinius, quippe Catonis verba referens 17, 9 *Sicut,* ait, *e contrario* (non stercorant) *cicer, quia vellitur et quia salsum est; hordeum, foenum Graecum, haec omnia segetem exurunt.* Terra autem cariosa dicitur, quae madida aut semimadida tractatur. *Sed quandocunque,* inquit Colum. 2, 4 *arabitur, obseruabimus, ne lutosus ager tractetur, neque exiguis nimbis semimadidus quam terram rustici variam cariosamque appellant.* Ego itaque si coniectura aliquid assequi licet, ita posse restitui locum arbitror: *Si cariosam terram tractes, si iacies cicer, quia vellitur, et quia salsum est, eo malum;* Laedimus enim terram, dum eam cariosam aramus, laedimus quoque, si iis seminibus serimus, quibus arua exsucca atque effoeta redduntur, vt sunt ciceris, foenigraeci, ordei, erui, lini, semina. Nostris coniecturis indulget etiam Florentinus codex, in quo haec est lectio: *Si cariosam terram traiicias* cicer etc. Quod verbum *traiicias* ex duobus *tractes* et *iacies* fortasse factum est, quae nos reposuimus. PONT. Parum abest, quin Popmae rationem in contextum recipiam: ita tota Catoniana esse videtur; et ita passim actum de lemmatibus video.

37, 1 QVOD VELLITVR, ET QVOD) Quidam legunt, *et qua vellitur, et quod salsum est.* VRSIN. V. C. *Cicer et qua vellitur.* Lego, *et quia v.* Plinius suadet 17, 9 *Sicut e contrario cicer quia vellitur, et quia salsum est.* MEVRS.

37, 1 SEGETEM EXSVGVNT) Longe melius V. C. *segetem exurunt.* Et hanc esse Catonis lectionem veram praestat Plinius loco citato. Sic Virg. Aeneidos 3 *Tum steriles exurere Sirius agros.* Arnobius l. 1 *Sapor frugibus, esculentis, exustis liquoribus mutatus est?* Inuenio tamen *segetes exustiores* apud Varronem 2, 7. MEVRS.

37, 1 ET OMNIA, QVAE VELLVNTVR) V. C.

2 deris [m]. Lupinum, faba, vicia [n], ſtercus vnde facias [o]. ſtramenta [p], lupinum [q], paleas [r], fabalia [s], acus [t], frondem iligneam, querneam [u]. Ex ſegete vellito ebulum, cicutam, et circum [x] ſalicta herbam altam, vluamque [y]. eam ſubſternito ouibus, bubuſque, frondem putidam [z]. partem de nucleis ſuccernito et in lacum coniicito [a], eo aquam addito, permiſceto

m) *qui ſuffocant fruges* add. *a. V. quae ſegetem ſtercorent fruges P.* n) *et caetera* inſ. *I. B. R.* o) *habent B. R. I. I-G. habeant Ienſ.* p) *ſtramenta* omitt. *I. B. R.* q) *lupinum* omitt. *I. I-G.* r) *paleae I. I-G.* s) *et caetera itidem* inſ. *a. V.* t) *Aceris frondem a. V.* u) *querneam et ſegetum ſtipulas: ebulum et etc. I. B. R. querneam ex ſegeti vellito. Stipulas, ebulum et etc. I. I-G.* x) *circumſauclo P. 1. circumſancta P. 2. circum ſata a. V.* y) *ſuccide et eam a. V. vuamque P.* z) *putridam et partem I. B. R. putridam et putrem partem I. I-G.* a) *coicito P.*

V. C. addit, *ex eis mala ſunt.* Haec etſi Plinius omittat, non dubitem nihilominus recipere. Nam ille multa Catonis, vt ſeruiret ſuo ſaeculo, et antiquitatis ſcabritudinem molliret, ſuis verbis ἰσοδυναμοῦσιν, et eundem ſenſum habentibus refert. MEVRS.

37, 1 NVCLEOS IN SEGETEM NE INDIDERIS) V. C. addit: *qui ſuffocant fruges.* Quae cur indigna Catone cenſere debeamus, non video. MEVRS. Arborum ſemina intelligit Turnebus 21, 25 et ſane nucleos proprie de his dici, ſpeciatim, in quibus duro cortice ſemen tectum eſt, conſtat. Repetit Plin. 17, 9 ſ. 7.

37, 2 LVPINVM, FABA, VICIA) V. C. vberius et melius: *lupinum, faba, vicia, ſtercus vnde facias, habent.* MEVRS. Idem fere hic commiſſum, quod initio capitis. quare inſcriptio retrahenda in contextum hoc modo. *Segetes ſtercorant fruges, lupinum, faba, vicia.* *Fabalia* Cato mox vocat, quae *fabarum culmos* Columella dicit, Varro de lingua latina *alas fabales,* Acus intelligit fabale, quod Geoponicis eſt ἄχυρον κυάμινον, longe diuerſum a paleis aut fabaliis. POPMA. His praemittenda ſunt, quae in nonnullis excuſis libris ad capitis argumentum referuata ſunt: *quae ſegetem ſtercorent fruges* (nam Catonis verba videntur) τῷ *quae* abiecto: *Segetem ſtercorant fruges, lupinum, faba, vicia.* Sic Plin. 17, 9 a Catone accepit: *Segetem ſtercorant fruges, lupinum, faba, vicia.* Id et Colum. 11, 2 attigiſſe videtur: *vicia et faba ſtercorare agrum dicuntur, lupinum niſi in florem verteris, nihil agrum ſtercoraueris.* PONTEDERA. Sed non opus videtur retrahere inſcriptionem. verba enim in contextu poſita: *ſtercus vnde facias,* ad ea, quae praecedunt, non minus referri poſſunt commode, quam quae ſequuntur: ſi quidem interpungas, vt nos fecimus. Adſcribemus etiam verba Plinii 17, 9 ſ. 6 *Cato: ſtercus vnde fiat, ſtramenta, lupinum, paleas, fabalia, ac frondes ilignas, quernaſque. E ſegete euellito ebulum, cicutam, et circum ſalicta herbam auctam, vluamque: eam ſubſternito ouibus, frondemque putidam. Vinea, ſi macra erit, ſarmenta ſua comburito, et ibidem inarato. Itemque vbi ſaturus eris frumentum, oues ibi delectato.*

37, 2 STRAMENTA, LVPINVM, PALEAS) Cur *lupinum* hic iterum inculcat? recte abeſt a codice meo, ex quo ſcribo, et augeo: *Stramenta, paleas, fabalia et caetera itidem.* Nam quod Plinius tria poſtrema verba omittit, nihil omnino me mouet. MEVRS.

37, 2 ACVS FRONDEM ILIGNEAM) In omnibus typis excuſis erat: *Aceris frondem iligneam.* In vetuſtis legimus: *acus, frondem iligneam, querneam.* Apud Plinium, qui haec Catonis praecepta de ſtercore refert: *Ac frondes ilIgneas, quernasque.* Veriorem tamen putamus eſſe veterum Catonis librorum lectionem, et *Acus*, non *Aceris* legi debere cenſemus: vt leuiſſimas paleas, non frondem arboris aceris ſignificet. VICTOR. Antea dixit *paleas*, cur hic *acus?* Nec puto ſane Catonem voluiſſe inepte ταυτολογεῖν. Reſtituo ex vetere meo codice: *aceris frondem iligneam* etc. Hoc rectum eſt. Plinius hunc locum ita tranſcripſit loco citato, *Cato ſtercus vnde fiat, ſtramenta, lupinum, paleas, fabalia ac frondes ilignas, quernasque.* Quae verba me etiam iuuant in τῷ *acus* expunctione. MEVRS.

37, 2 CIRCVM SALICTA HERBAM ALTAM) In excuſis omnibus codicibus mendoſiſſimus hic locus erat, vbi illi *ſata* habebant, veteres *ſancta*; nos *ſalicta* emendauimus, adiuti etiam a Plinio, apud quem ita vulgo legitur. Eodem pacto peccauerat librarius tertio abhinc capite, nam *ſaucem* pro *ſalicem* ſcripſerat. Sic enim in perantiquo: *ſaucem Graecam diſcindito.* Vbi iidem, *et eam:* antiqui, *vuamque eam:* a Plinio hic etiam confirmati *vluamque eam etc.* caſtigauimus. Nam *ſuccide*, quod in impreſſis erat, neque in Mſſ. neque in Plinio legimus. Vnum tantum diſcrimen reſtat inter Plinium et Catonem, quod in Plinio impreſſo, *Herbam auctam*, in vetuſto vero *mactam* pro *altam* legitur: cuius verbi rationem reddere non poſſumus. VICT. Ego *herbam mactam* legendum crediderim; vt adulta grandisque herba, quae inter ſalicta prouenit, nec feniſecem metuit, intelligatur. huic ſcripturae adſtipulantur vetera Plinii exemplaria. TVRN. 11, 13. V. C. *circum ſata herbam.* Quam lectionem probam eſſe cenſuerim, et Plinio quoque reſtituendam 17, 9. MEVRS. Pliniani codices antiqui habent *mactam*, i. e. adultam grandemque, quaſi magis auctam, vt, mactus vino, thure, animo, virtute: contra *herbam teneram* dixit Varro 2 de re ruſtica. POPMA.

37, 2 FRONDEM PVTIDAM) Apud Ienſonium

misceto [b] rutro bene. Inde lutum circum oleas ablaqueatas † addito [c], nucleos combustos
item addito. Vitis [d] si macra erit, farmenta sua concidito minute, et ibidem inarato, aut 3
infodito. Per hiemem lucubratione haec facito. Ridicas et palos quos pridie in tecto
posueras [e], siccos dolato, faculas facito [f], stercus egerito [g]. Nisi intermestri [h], lunaque
dimidiata [i]. materiam [k] ne tangas. Materiam [l] quam effodies aut praecides, abs [m] terra, 4
diebus septem proximis [n] quibus luna plena fuerit, optime eximetur. Omnino caueto,
ne

b) *permiscetoque a. V.* †) *ablaqueatis Iunt.* c) *et inf. a. V.* d) *Viti Pol.* 1. *Vinea a. V.* e) *posiveras Brb.* f) *et inf. W.* g) *Et* praeced. puncto inf. *W.* ante *nisi* incidit *Vict.* h) *in termestri* diu. *P.* *in trimestri Ic. Iu.-G. intermestri W. intermestris B. R.* i) *sit* add. *I. B. R. W.* k) *tum* aliae *praeter I. I-G. tum* etiam abest in *W.* sed modo semel *materiam.* l) *Materiem I. B. R.* m) *ab a. V.* n) *proximis* abest *I. B. R. Ba. H. A. Gr. G.*

nium et alios legitur, *frondem putridam et partem de etc.* Nonnulli tamen ediderunt: *Frondem putridam et putrem partem de etc.* Sed illa fortasse potiora, si ita legantur: *Frondem et putridam partem de nucleis etc.* Quae castigatio ex duobus Vaticanis codicibus desumitur, in quibus legitur, *Frondem: putridam partem de nucleis succernito.* Alio modo restitui potest locus, legendo non *partem de nucleis*, sed *fraces de nucleis*; fraces enim de nucleis succernuntur, quae sunt carnosae oliuarum partes, ex quibus oleum iam expressum est. Hasce fraces ita commemorat Cato cap. 64. *Nam oleum quam diutissime in amurca, et in fracibus erit, tam deterrimum erit.* Item cap. 66. *De iis labris fraces amurcamque semper subtrahito.* Iam vero ea, quae in hoc ipso capite leguntur, ex Iensoniana editione nonne hanc nostram coniecturam manifesto argumento confirmant; *nucleos in segetem ne indideris, quia suffocant frugem?* Secretis enim nucleis quid aliud relinquitur, nisi fraces? quae coniiciuntur in lacum, nuclei vero comburuntur eorumque cinis ablaqueatis oleis apponitur. PONT.

37, 3 VITIS SI MACRA ERIT) In Mss. *viti:* antea in impressis *vinea:* nos *vitis* scripsimus. Apud Plinium aliud discrimen: *macruerit* enim pro *macra erit.* Nos tamen, quam inuenimus apud Varronem [f. Catonem] scripturam reliquimus. VICTOR. V. C. *vinea si macra erit.* Hanc lectionem asserit Plinius l. c. apud quem tamen *macra erit* scribendum moneo, non *macruerit.* MEVRS.

37, 3 STERCVS EGERITO. NISI) Puto me satis rationis habuisse ita interpungendi et legendi. Plin. 16, 39 f. 75 *Nisi intermestri lunaque dimidiata, ne tangas materiem. Tunc ne effodias aut praecidas abs terra. Diebus septem proximis, quibus luna plena fuerit, optime eximitur. Omnino caueto nigram* (corruptum ex *ne quam*, vel *ni* potius, quod pro *ne* poni iam ad Fabri thesaurum notauimus) *materiem doles, neue caedas, neue tangas, nisi siccam: neue gelidam, neue rorulentam.* Potest etiam fieri, vt vera lectio sit, quam integram prope Plinius seruauit, et Victoriana transpositis modo quatuor voculis agnoscit: *ne tangas materiem; tum ne quam effodias etc.* Quantum ad rem ipsam attinet, videtur hoc sibi velle Plinius, et ita interpretari Catonem, vti distinguat prima quasi vulnera arboribus illata, quibus et signantur, et succo exstillanti via aperitur, hoc est *tangere materiam*; et ipsam arboris resectionem vel effossionem adeo.

37, 3 NISI INTERMESTRI) Sic emendauimus ex vetustis codicibus, cum antea *in trimestri* perperam scriptum esset: quae macula etiam apud Plinium eundem hunc Catonis locum foedauerat, inde tamen diligentia et studio Hermolai Barbari sublata fuerat. Varro lib. 6 de lingua latina de hoc nomine differit, et vnde etymon habeat, ostendit, in primo etiam de re rustica hoc nomen vsurpat. VICTOR. Si stercus neque intermestrua, neque dimidiata luna est egerendum, plenilunium superest, quo tempore inter rei rusticae peritos conuenit non esse tangendum. Idem Cato pratis fimo laetandis cap. 29 et 50 interlunium definit; Columella et Palladius lunam crescentem, sed stercorandis segetibus decrescentem, quibus Plinius assentitur. Quid igitur? Censemusne Catonis verba recte se habere? Ego sane id non arbitror, praesertim cum videam Plinium a Catone exscribentem? *Idemque* (Cato) *mox: nisi intermestri luna atque dimidiata ne tangas materiem. Tunc ne effodias aut praecidas abs terra. Diebus quatuor proximis quibus luna plena fuerit, optime eximitur.* Quae quidem Catoniana agnoscuntur, dissimili tamen modo ordinata et excerpta. Prima: *nisi intermestri luna atque dimidiata* constat ad stercus egerendum, non ad materiam pertinere; quoniam decrescente luna tum capite 31 tum hoc materiam esse effodiendam et praecidendam inculcat Cato. Reliqua ad materiam spectant. Quare paulo diligentius Catoniana sunt digerenda: *Stercus egerito nisi intermestri lunaque dimidiata. Tum ne tangas materiam, quam effodies aut praecides abs terra: diebus.* Quae Plinius fortasse sic exscripsit: *Idemque mox nisi intermestri lunaque dimidiata. Tunc ne tangas materiam, tunc ne effodias.* Interuallum etiam a Plenilunio dissimile: in Catone septem sunt dies: in Plinio quatuor. Verum illud melius, quod post septem dies luna dimidiata est et decrescens ad caedendam materiam vt Cato cap. 31 definiuit, opportunum tempus. PONTED.

37, 4 DIEBVS SEPTEM PROXIMIS) Plinius loco citato: *Diebus quatuor proximis.* Emendo:

ne quam materiam doles, neu caedas, neu tangas si potes, nisi ficeam, neu gelidam [o],
5 neu rorulentam. Frumenta face bis sarias [p] runcesque, auenamque destringas [q]. De vinea et arboribus putatis sarmenta degere [r], et fiscinam [s] facere [t], et vitis [u], et ligna in caminum [x] ficulna [y], et codicillos domino [z] in aceruum componeto [a].

XXXVIII. [XXXIX.] FORNACEM calcariam [a] pedes latam x. facito, altam pedes x x. vsque ad pedes III. summam latam redigito. Si vno praefurnio coques, lacunam intus magnam facito, vti satis siet, vbi cinerem concipiat, ne foras sit educendus. Fornacemque [b] bene struito [c]. facito fortax totam fornacem infimam com-
2 plectatur. Si duobus praefurniis [d] coques, lacuna nihil opus erit. Cum cinere eruto opus erit, altero praefurnio eruito, in altero ignis erit. Ignem caueto ne intermittas, quin semper siet, neue noctu, neue vllo tempore intermittatur [e], caueto. Lapidem bonum, in [f] fornacem, quam [g] candissimum, quam minime varium [h] indito.
3 Cum fornacem facies, fauces praecipites deorsum facito. Vbi satis foderis, tum fornaci locum

o) *gelidam forulentam P.* p) *farrias a. V.* q) *distringas I. B. R.* r) *deterge, fisc. a. V.* s) *fascinam* sine praeuio *et Pol.* t) *face a. V. item: Po. 2.* u) *vites a. V.* x) *congere*, inf. *a. V.* y) *faculna Iens.* z) *domino* omitt. *I. B. R.* a) *componito a. V.* [C. XXXVIII.] a) *calcaream I. B. R. Ba. H. A. Gr. G.* b) *que* om. *a. V.* c) *strui facito: foras totam I. B. R. struito, farcitoque foras, vt totam I. I- G.* d) *praefurnis Pol.* e) *intermittatur. caueto lapidem Herv.* f) *in fornacem* om. *I. I- G.* g) *quam durissimum I. B. R. quam durissimum, quam candidissimum Iunt. quam durissimum* sol. *Ba. H. A. Gr. G. candidissimum* solitarium *P.* h) *in fornacem* interser. *a. V.*

do: *Diebus septem proximis* ad Catonis nostri exemplar; nam inter dimidiam et plenam lunam septem soli dies intersunt. Facilis lapsus ex confusione notarum IV et VII. MEVRS. Edidit Harduinus SEPTEM, vt vidimus, sed probabilius errorem deriuat ex confusione notarum IIII et VII.

37, 4 NE QVAM MATERIAM DOLES) Apud Plinium: *nigram materiam doles*, quod puto mendosum esse. Peritiores tamen videbunt. Est aliud apud Plinium, quod a Catone discrepat. Varietas tamen ab interpunctionibus potius, quam ab vlla alia re oritur. VICTOR. Corrigo iterum Plinium loco citato ad Catonis exemplar, nam male hodie apud eum legitur: *nigram materiam doles.* MEVRS. *Nigram* ortum videri ex *ni quam* in referendo Plinii loco diximus.

37, 5 SARMENTA DEGERE) Vetus haec est lectio, quam probamus. *Degere* cum plures significationes habeat, valet etiam detrahere, quemadmodum testimonio Nonii cognoscimus, et auctoritate Plinii, qui ab eo adducitur. VICTOR. Degere pro Digere, vt deuertor, deuersorium, Descrucior semper in antiquis et optimis libris scripta offendimus. Mox *componeto* a componeo, secundo ordine, vt alia multa. POPMA. Plautum in Epidico laudat Nonius, non Plinium: itaque festinauit aut ipse vir optimus, aut librarius aliquis. Sed malim cum Victorio infinitum putare *degère*, quam cum Popma Imperatiuum. Planissima est lectio ante-Victoriana *deterge*.

37, 5 COMPONETO) V. C. *componito.* Sed illud Catonis aeuo dignius. Veteres enim multa secunda pariter et tertia coniugatione efferebant. *Feruo, Ferueo; Tergo, Tergeo; Attingo, Attingeo; Claudo, Claudeo; Fido, Fideo; Dico, Diceo* et similia. MEVRS.

38, 1 SVMMAM LATAM REDIGITO) Intelligo ita: fornacem metae aut pyramidis instar e latiore fundo in cacumen angustius assurgere debere, vt cum in imo X pedes lata sit, summa non nisi III habeat. Vid. ad i. 3 *fauces praecipites deorsum.*

38, 1 FORTAX TOTAM FORNACEM) Haec est antiqua lectio, quam hic reposuimus; communem enim inanem commenticiamque putauimus. Illius enim in MSS. Codicibus vestigium nullum. Non tamen huius rationem plene reddere possumus. Neque tamen mirum videri debet, si in tam prisco scriptore vnum aut alterum vocabulum ignoratur: ita enim (vt veteres grammatici docent) ille saepe locutus est, vt multae ipsius voces paulo post obsoleuerint. VICTOR. Vt a fornice fornax, ita a *fortitudine fortax* dici videtur: quo verbo censetur totus imus camini gyrus, et soli tegumentum pauimentatum et saxeum. Θαῤῥὰς a Graecis vocari videtur. Hesychius Θαῤῥὰς λίθος ὁ κάτω τιθέμενος ἐν τῷ ἰπνῷ ἐν τοῖς μεταλλεύουσι. TVRN. 11, 13. Quae repetiere Popma et Meursius.

38, 2 QVAM MINIME VARIVM) Plin. 36, 23, s. 53 *Calcem e vario lapide Cato Censorius improbat.*

38, 3 CVM FORNACEM FACIES) Patet, vt multis aliis locis, ita hic etiam, negligentiorem ordinis fuisse Catonem, et prout vsu vnumquodque didicerat, ita in chartam coniecisse; modo non

locum facito, vti quam altiſſima, et quam minime ventoſa ſiet. Si parum altam fornacem habebis, vbi facias [i] lateres ſummam [k] ſtatuito [l], aut cementis [m] cum luto ſummum [n] extrinſecus oblinito. Cum ignem ſubdideris, ſi qua flamma exibit, niſi [o] per 4
orbem ſummum [p], luto oblinito. Ventus ad praeſurnium caueto ne accedat. Inibi [q] auſtrum caueto maxime [r]. Hoc ſigni erit, vbi calx cocta erit, ſummos lapides coctos
* eſſe oportebit †. item infimi lapides cocti cadent, et flamma minus fumoſa exibit [s]. Si ligna et virgas [t] non poteris vendere, neque lapidem habebis vnde calcem coquas, de lignis carbones coquito, virgas et ſarmenta, quae tibi vſioni [u] ſupererunt, in ſegete [x] comburito. Vbi eas combuſſeris, ibi papauer ſerito.

XXXIX. [XL.] VBI tempeſtates malae erunt, cum opus fieri non poterit, ſtercus in [a] ſterquilinium egerito. Bubile, ouile, cortem [b], villam bene purgato. Dolia plumbo

i) *facies lateres: I. B. R. facies, lateribus I. I-G.* k) *ſummum Pol.* l) *ſtruito I. I-G.* m) *cementi ſummam cum luto I. R. ementi ſummam etc. B. cementis. Summam cum luto etc. I. I-G.* n) *ſummamque P.* o) *luto oblinito, ne niſi per orbem ſummum I. B. R. luto obl. ne niſi per orbem exeat ſummum B. A. Gr. G. ſummam Herz.* p) *ſummam* etiam praec., *Popm. 2. ſummum. Luto Iunt.* q) *ibi Ba.* r) *permaxime I. B. R. Ba.-G. permaxiem Ienſ. maxiem P.* † *oportebis. Com.* s) *Itaque* praepon. *a. V.* t) *virga B. R.* u) *vſtioni a. V.* x) *ſegetem a. V.* [C. XXXIX.] a) *de ſterquilinio I. B. R. Ba-G. in ſtercilinum P.* b) *cohortem P. et* inſ. *I. B. R. Ba-G.*

non ab alio corraſa ſunt, quae Catonis nomine hodie circumferuntur. Iam lapidem indi praeceperat: nunc denuo fundamenta fornaci quaerit.

38, 3 FAVCES PRAECIPITES DEORSVM) h. e. foramen, cuius fundus latior, quam labra ſuprema; hinc vocat Plin. 17, 11 ſ. 16 *caminatam foſſuram ore compreſſiore.* Vide quae ad principium capitis huius diximus. *Fauces* ſignificare ſuprema labia, vbi incipit foſſa, patet ex Plin. l. c. verba damus ad Ca. 43.

38, 3 VBI FACIAS LATERES, SVMMAM) Longe melius V. C. *Vbi facies, lateribus ſummam ſtruito, aut caementis. Summam cum luto extrinſecus oblinito.* Lego: *lateribus imam ſtruito.* Adhaeſit principio vltima litera vocis praecedentis, et *i* in *s* commutauit, et *m* geminatum; atque inde natum mendum. Quid *imam* fornacem vocet, quid *ſummam*, neminem putem neſcire. Sic antea dixit: *Vſque ad pedes III ſummam latam redigito;* deinde: *Facito fortax totam fornacem infimam complectatur.* MEVRS. Turnebus legendum putat *latere* minus recte, Hoc enim Cato ſentit: ſi fornax eſt parum alta, addito ad ſummam extruendam lateres, vel circumducito, et ſummam ſtatuito lateres, quos ſuperaddes et exſtrues. POPMA. Quid? ſi legas cum ante-Victorianis omnibus *facies* et cum Pol. *ſummum*; interpretoris autem ita, vt iam ex parte intellexiſſe videtur Popma: ſi fornax non ſatis alte in terram depreſſa ſit; cum lateres faciendi ſint aedificaturo non minus, quam calx vrenda, *ſummum*, h. e. in ſummo, vbi exit e terra fornax, circumſtatuito lateres ita ſiccandos felicius, quam a ſolo ſole, quod alias in Graecia pariter atque Italia fiebat.

38, 4 PER ORBEM SVMMVM) Tres pedes latum, vt ſect. 1 indicauerat.

38, 4 COCTOS ESSE OPORTEBIT) *Oportebit* non auderem damnare, ſi a Victorio eſſe putarem: eſt enim ab *opera.* Sed annotaturum fuiſſe credebam, ſi ab omnium conſenſu abiret. Pro operarum etiam errore habuiſſe Popma videtur.

38, 4 LAPIDES COCTI CADENT) diſſilient a flamma macerati, et cedent oneri.

38, 4 QVAE TIBI VSIONI) Ita legi debet, non *vſtioni:* atque ita eſt in antiquis codicibus. Vtitur alibi M. Cato hac voce, ſed teſtimonio Nonii etiam intelligitur, veteres et *vſum*, et *vſuram* et *vſionem* dixiſſe. Nam ab eodem M. quoque Varronis locus bis adductus mendoſam ambobus locis hanc vocem habet. *Vſioni* enim (niſi me coniectura fallit) non *viſioni* ſcriptum reliquit Varro ταφῇ μενίππου, *Diogenem literas ſciſſe, dum vſioni quod ſatis eſſet.* In 32 etiam libro Pandectarum de legatis et fideicommiſſis, l. *cum quaereretur,* ſic locus ille legitur in optimo exemplari: *Nam ſi vina diffudiſſet, habiturus vſioni ipſe et haeres eius etc.* VICTORIVS. V. C. *vſtioni* Plin. 18, 25 *inciſioni.* Vox *vſio* vſitata etiam Varroni ταφῇ μενίππου: *Diogenem litteras ſciſſe, dum vſioni quod ſatis eſſet.* Sed in tanta lectionum differitate verum pronunciare non ita facile MEVRSIVS. Harduinus etiam *vſionem* Plinio ex h. l. reſtituit, ſimulque hanc lectionem ex Plinii Mſ. probauit.

38, 4 IBI PAPAVER SERITO) Deeſſe finem huic capiti, oſtendit Plin. l. c. qui plenius adducit hoc modo: *Ibi papauer ſerito ſilueſtre; quod in miro vſu eſt melle decoctum ad faucium remedia. Viſque ſomnifera etiam ſatiuo.* Ex profecto cur haec Catonis non eſſe putanda ſint, cauſae nihil eſt. MEVRSIVS. Sed nihil impedit, quo minus dicamus, Plinium ſtatim de ſuo adiungere, quae de vſu medico papaueris dicit. Apud Catonem certe eſſent ἀπροσδιόνυσα.

39, 1 Conf. ſupra 2, 3.

plumbo vincito, vel materie quernea [c], viri [d] ficca alligato. Si bene farferis, aut bene alligaueris, et in rimas medicamentum indideris, beneque picaueris, quoduis dolium vinarium facere poteris. Medicamentum in dolium hoc modo facito: Cerae P. I. refinae P. I. [e] fulfuris P. ,,'' [f]. Haec omnia in calicem nouum indito. eo addito gypfum con-
2 tritum [g], vti craffitudo fiat quafi emplaftrum [h], eo dolia farcito [i]. Vbi farferis [k], qui colorem eundem facias, cretae crudae partes duas, calcis tertia [l] commifceto: inde laterculos facito, coquito in fornacem, eum [m] conterito, idque inducito. Per imbrem in villam quaerito quid fieri poffit. Ne ceffetur, munditias facito. Cogitato, fi nihil fiet, nihilo minus fumtum futurum.

XL. [XLI.] PER ver haec fieri oportet. Sulcos et fcrobes fieri feminariis. Vitiariis locum verti. vites propagari. In locis craffis et humectis [a] vlmos, ficos, poma, oleas

c) *et* inf. *I. I-G.* d) *viti I. B. R. I. I. nifi Bo-G. virificca* iunct. *Pol.* et *Vict.* e) *et* inf. *a. V.* f) *XXX. I. B. R.* 1 S *I. I-G.* 1. S. *Po.* 2. ¶. 3 ℥ *Pol.* g) *contrito B. R.* h) *et* inf. *a. V.* praeter. *Iu.* i) *farcito Bo.* k) *farceris M. Po.* 2. l) *tertiam a. V.* m) *tum P.* abeft *a. V.* [C. XL.] a) *vnectis P.*

39, 1 DOLIA PLVMBO VINCITO) Dolia vinaria frumentariaue erant fictilia, et in cellis ac horreis plerumque deprimi et defodi folebant. Ideo plumbo vinciebantur, vel materia quernea, viridi, ficca alligabantur. Plin. 14, 21 *Imbecilla vina demiffis in terram doliis feruanda, valida expofitis.* Iuuenalis (14, 308) - - *dolia nudi Non ardent Cynici: fi fregeris, altera fiet Cras domus, aut eadem plumbo commiffa manebit.* POPMA.

39, 1 VIRI SICCA ALLIGATO) In vna editione *et viti ficca*; in altera *et nifi ficca:* In antiquiffimo et optimo codice fine coniunctione *virificca.* Locus tamen in eo quoque nota mendi adpofita fignatus. Hoc enim femper feruauit diligens librarius, vt, quos locos fufpectos haberet, notula indicaret. Non poffumus ad eum reftituendum praeter antiquam fcripturam aliud afferre. VICTORIVS. Commelini editio anni CIↃ. IↃXCV. habet *viri ficca*, et alia ante eam: Turnebus doctiffimus 11, 13 legendum cenfet *vere ficca*, vel *viridi ficca:* aut, quod omnino melius exiftimat, *viridi colligato.* Lego ex V. C. *materia quernea, et nifi ficca.* MEVRSIVS. Quis dolia vite alligauerit vnquam? Vetuftiffima a Victorio deprompta: *viri ficca alligato.* Id emendarem in: *vel ridica alligato*; nam ridicis dolia reuinciri, nemo non tenet. Proxima item hoc modo videntur feperanda: *beneque picaueris, quoduis dolium vinarium facere poteris.* PONTED. *Viti ficca*, quod effe in antiquis editionibus vidimus, poffe vinciri dolia, non improbabile eft. In vinculis etiam adhibitas vites, Barthius oftendit ad Claudian. de 4. Conf. Hon. 609.

39, 1 BENEQVE PICAVERIS) Libri nonnulli *putaueris:* fed nihil cenfeo mutandum; etfi verbo *puto* veteres vfi pro purgo. Feftus L. 9 *Imputatum nondum purgatum, putum enim eft purum.* Varro lib. 2 de re ruftica (2, 2, 18) *vel infici recte poffit, vel lauari ac putari* vbi vulgo *parari.* Titinnius Fullone: *Date penfam lanam, qui non reddet tempori - - Putatam recte, facite vt multetur male.* POPMA.

39, 1 SVLPHVRIS P. ,,'') Has ponderis notas veriores reftituimus, quae, vt arbitror, cum parum intellectae effent, deprauatae fuerant. teftari etiam volumus, et hic, et vbicunque in peruetufto hoc volumine ea vox eft, *fulpur* femper fcriptum effe: quae fcriptura etiam in Florentinis Pandectis cuftodita, illa tamen (quamuis frequens in prifcis exemplaribus) a doctis et diligentibus viris damnata eft. VICTOR.

39, 2 CRETAE CRVDAE PARTES) *Creta cruda* dicitur, quae non eft exficcata purgataque, et maiorem acrimoniam habet, quam cocta et pura. De illa Plinius 35, 17 *Eft et viliffima, qua circum praeducere ad victoriae notam, pedesque venalium trans mare aduectorum denotare inftituere maiores.* POPMA.

39, 2 EAM CONTERITO, IDQVE) Legendum; *tum conterito, ficque inducito:* nifi eft geminus archaifmus ex mutatione numeri et generis: cuius exempla peti poffunt ex lib. 2 c. 2 de vfu antiquae locutionis. POPMA. Omnino magis Catonianum videtur, *cum conterito. idque*, quod fcilicet contritum fuerit: eft enim aliud quafi, poftquam tritum eft.

39, 2 IN VILLAM QVAERITO) Obferuaffe videor Catonem in hoc libro fine difcrimine praepofitioni *In* vel accufandi vel auferendi cafum iunxiffe cap. 53. *In aulas aut in qualos pertufos propagari oportet.* ibid. *In arborem relinquito* vt Plaut. Aulularia: *collocaui in arborem.* cap. 29. *In patinas in fale ponito.* cap. 157. *In aquam macerare oportet.* cap. 123. *Indito in duobus congiis:* Sed loca omnia adfcribere nimis effet longum. Vid. Gellius 1, 7. POPMA. Male V. C. *in villa.* Bene obferuauit Nobiliffimus Popma, Catonem in hoc libro fine difcrimine praepofitioni *In* vel accufandi vel auferendi cafum iunxiffe. MEVRSIVS.

40, 1 Apponamus Plinii locum, vt conferri melius poffit ex 18, 26 f. 65 n. 3 *Cato verna opera fic definit: fcrobes fieri, feminaria propagari: in locis craffis et humidis vlmos, ficos, poma, oleas feri: prata*

oleas feri oportet. Ficos, oleas, mala, pira, vites inseri oportet luna silenti post meri-
diem, sine vento austro. Oleas, ficos, pira, mala hoc modo inserito: Quem ramum insi- 2
turus eris, praecidito, inclinato aliquantum[b], vt aqua defluat. Cum praecides, caueto
ne librum conuellas. Sumito tibi surculum durum, eum praeacuito[c], salicem[d] Grae-
cam discindito. argillam, vel cretam coaddito, arenae[e] paululum, et fimum bubulum.
Haec vna bene condepsito[f], quam maxime vti lentum[g] fiat[h]. capito tibi scissam salicem,
ea[i] stirpem praecisum[k] circumligato, ne liber frangatur. Vbi id feceris, surculum ari- 3
dum[l] praeacutum inter librum et stirpem artito[m] primores digitos duos. postea ca-
pito tibi surculum, quod genus inserere voles, eum primorem praeacuito[n] obliquum[o]
primores digitos duos. surculum aridum quem artiueras[p] eximito, eo[q] artito surculum,
quem inserere voles. Librum ad librum vorsum facito, artito[r] vsque adeo quo prae-
acueris. Idem alterum surculum tertium, quartum facito. quot genera[s] voles, tot in-
dito. Salicem Graecam amplius circumligato, luto depsto[t] stirpem oblinito, digitos craf- 4
sos

b) *aliquantulum a. V.* c) *proacuito P. peracuito a. V.* d) *salucem P.* e) *harenae paulolum P.* f) *condeposito P. 1. condempsito Pol. 2. condensato a. V.* g) *letum Pol. lutum a. V.* h) *dein* inf. *a. V.* i) *eaque a. V.* k) *praecisam a. V.* l) *aridum* abest *I. B. R.* m) *arcito a. V. artito Brb.* n) *proacuito P. Iunt.* o) *oblicum P.* p) *artueris P. acueris I. B. R. arciueras I. I-G.* q) *eoque arcito a. V.* r) *arcito a. V.* praeter Heru. quae *arato. artito vsque* eo. Brh. s) *Quod P.* t) *dempsto P. densato a. V.*

ta stercorari luna sitiente, quae rigua non erunt: ab afflatu Fauonii defendi etc. sed haec et reliqua ad c. 50.

40, 1 LVNA SILENTI) Iterum hic in Plinio 18, 26 est *luna sitienti*, vt et 17, 14, ita vt certo certius sit scripsisse Catonem *luna sitienti*, non autem *silenti*. Quod ipsum quomodo explicemus, vide cap. 29. MEVRSIVS.

40, 1 SINE VENTO AVSTRO) Plin. 17, 22 f. 35 n. 8, vbi de insitione, *Plerique austros optant, Cato abdicat.* Caeterum etiam 17, 13 f. 24 hunc locum refert.

40, 2 HAEC VNA BENE CONDEPSITO) Non magnum negotium est intelligere hanc veram esse lectionem. Crebro enim Cato hoc verbo vtitur, et significatus hic mirifice quadrat. In antiquis libris *Condeposito*, nos vna e medio verbo sublata littera *Condepsito* castigauimus. Non multo etiam post, vbi antea in excusis omnibus mendose *praedicto* erat, *depsto* ex iisdem antiquis libris reposuimus. VICTORIVS.

40, 2 VTI LENTVM FIAT) Male V. C. *Vti lutum fiat.* Plinius 17, 14 *Cato argillae vel cretae harenam, fimumque bubulum admisceri, atque ita vsque ad lentorem subigi iubet, idque interponi et circumlini.* MEVRSIVS.

40, 2 SVMITO TIBI SVRCVLVM DVRVM) quem paulo post *aridum* vocat, aperiendo nimirum loco vel sinui, cui inserendum deinde semen viride. Itaque falsus fuit, qui metuit, ne absurdum esset surculum aridum inserere, eamque *vocem* omisit, quem audiuere I. B. R.

40, 3 SVRCVLVM ARIDVM) quem paulo ante *durum* vocauerat.

40, 3 ET STIRPEM ARTITO) Quo frequentur vsus est Cato, hoc verbum semper in antiquo illo exemplari scriptum est, non *arcito*, vt in excusis olim erat: apud Nonium quoque de mutatis coniugationibus, eodem modo, *Artiuit* pro *artauit*, qui exempla etiam Naeuii poetae adfert. VICTORIVS. V. C. *arcito*. Male. Nam *artire* est artare, in arctum redigere, inserere. Nonius *Desata: Artiuit linguam in palatum, coepit labia sugere.* Item, (vt Scriuerius meus corrigit) *Pedio. Natus artiuit matri inter femina fortiter.* Alias *artire* etiam dicebant veteres, bonis artibus instruere et erudire aliquem. Festus: *artitus, bonis instructus artibus.* Glossa: *artitus*, εὔτεχνος, δαίδαλος. MEVRSIVS. Etiam Broukhusius probat *artito*, h. e. demittito, adigito. Geoponicis 10, 75 καθίεσθαι appellatur.

40, 3 PRIMORES DIGITOS DVOS) Hic *primores digiti* tenues intelliguntur, quod digiti primore sui parte minus crassi sint. Itaque Cato his *crassos* opponit, ita scribens: *stirpem oblinito digitos crassos tres.* TVRN. 11, 13.

40, 3 AD LIBRVM VORSVM FACITO) Lego *pacito*. Veteres enim latini non in nominibus duntaxat, sed etiam verbis *n* elidebant, dicentes *pago* pro *pango* vt *tago*, pro *tango*. Et *g* in *c* more suo commutato, *paco*. Festus: PACIONEM *antiqui dicebant, quam nunc pactionem dicimus, vnde et* PACISCI *adhuc et* PACO *in vsu manet.* Laberius apud Macrobium sat. 2, 7 *Non flexibilem me concuruasti, vt paceres,* vt legendum recte vidit ingeniosissimus Ianus Gulielmius. Extat et in lege XII. tabb. *Ni cum eo pacit, sexaginta dies in vinculis retineto.* MEVRSIVS.

40, 4 DIGITOS CRASSOS TRES) Quid si *crasso*, vt referatur ad *luto*? sed vidimus modo, quid videatur Turnebo.

fos [u] III. Insuper lingua bubula obtegito, si pluat, ne aqua in librum permanet [x]. eam linguam insuper librum alligato ne cadat. Postea stramentis circundato, alligatoque, ne gelus noceat.

XLI. [XLII.] VITIS insitio vna est per ver, altera est cum vua floret, ea optima est. Pirorum ac [a] malorum insitio per ver, et per solstitium dies quinquaginta, et per vindemiam. Oleae et ficorum insitio est per ver. Vitem sic inserito. praecidito quam
2 inseres. eam [b] mediam diffindito [c] per medullam. eo surculos praeacutos artito [d], quos inseres, medullam cum medulla componito. Altera insitio est: Si vitis vitem continget [e], vtriusque [f] vitem teneram praeacuito [g], obliquo inter sese medullam cum medulla libro
3 colligato. Tertia insitio est: Terebra vitem quam inseres, pertundito [h], eo duos surculos vitigineos, quod genus esse voles, insectos [i] obliquos artito [k] ad medullam. facito [l] iis medullam cum medulla coniungas, artitoque ea qua [m] terebraueris, alterum ex altera parte.

u) *crassum R. Iuntt. grassum I. B.* x) *permaneat I. B. R. permeet I. I-G.* y) *neu gelu a. V.* [C. XLI.] a) *et a. V.* b) *eamque a. V.* c) *defindito Cr.* d) *sarcito I. B. R. arcito I. I-G. acuito Cr.* e) *contingat a. V.* f) *vitem vtrinque I. B. R. vitis vtriusque latus alterum praeradito oblique, et inter etc. I. I-G.* g) *praeacuto oblique: inter P. praeacuto oblique: et inter Iens. praeacuito obl. B. R.* h) *pertunditoque I. B. R.* i) *insertos a. V.* k) *arcito a. V. acuito Cr.* l) *facito vt medullae medullam coniungas arcito: ea etc. I. B. R. facitoque vt medullae medullam coniungas, arcitoque I. I-G. it. Cr.* m) *quam P. quae I. B. R. it. Cr.*

40, 4 LINGVA BVBVLA) Plinius 17, 14 *linguam bubulam* hic exponit herbam, quam scilicet Graeci vocant βούγλωσσον. At Cato intelligit lingulam e corio bubulo, factam ad similitudinem linguae, quod satis indicant sequentia verba: *eam linguam insuper librum alligato, ne cadat.* Non enim tam firma et valida est herba buglossa, vt librum retinere possit ne cadat; sed lingula bubula hoc potest. *Linguam* dixit *lingulam*, vt *globos globulos*; Cicero pro Milone *malleos*, instrumenta bellica, quae omnes historici *malleolos* vocant. POPMA. Nolim tamen Plinii interpretationem damnare: et quanti constaret ista insitio, si loro bubulo surculus quisque deligandus esset? tum verba, quae sequuntur, Catonis adeo non significant, quod vult Popma; alligandam enim praecipit linguam, ne ipsa cadat. De libro enim metus non est ne cadat, sed ne aqua concepta putrescat.

40, 4 NE GELVS) Ita in Mss. codicibus legitur. Virili autem genere vetustissimos hoc verbo vsos esse, etiam veteres grammatici testantur. VICTORIVS. V. C. *Neu gelu noceat.* Inepte. Veteres dicebant *gelu, gelus*, quomodo *Cornu, Cornus, Genu, Genus, sexu sexus, testu testus* et similia Cato hic ipse Orig. lib. 2 *Qui aquatum et lignatum videntur ire, securim atque solum ferunt, gelum crassum excidunt, eum loro colligatum auferunt.* Afranius Epist.: - - *Quis tu es ventoso in loco Soleatus intempesta nocte, sub diuo Aperto capite, silices cum findat gelus?* Accius Prometheo: - - *Tum profusus flamine hyberno gelus.* MEVRSIVS.

40, 4 Multa sunt in hoc loco relata a Plinio, et a Catone reparanda. Ita vicissim ista: *Luto depsto stirpem oblinito digitos crassos III. insuper lingua bubula obtegito.* Plinius haec: *Mirum quod non contentus* (Cato) *insitum muniisse, vt dictum est, et cespite ab imbre frigoribusque protexisse, ac mollibus bifidorum viminum fascibus, lingua bubula (herbae id genus) insuper obtegi iubet.* Cespes quem ad insitum muniendum commemorat Plinius, in Catone non adparet; ita in Catone ad quid ista: *digitos crassos III.* siue, Iensonius vt edidit, *digitos crassum III*, referantur. Opinor *crassum* pertinuisse ad *cespitem* vetustate elisum, quo hac etiam aetate non nulli in obtegendis insitis vti solent; illaque in Plinio *herbae id genus*, ineptissimi librarii adnotationem, de margine irrepsisse. PONTED. De librario iudicet quod quisque volet; folium Buglossi ad insitum alligandum, certe tegendum adhiberi, ineptum nobis non videbatur.

41 Hoc caput integrum in suam rem vertit Petr. de Crescentiis 4, 11. Sententiam verbis contractioribus retulit, laudato itidem Catone, Plin. 17, 15 f. 25.

41, 2 VTRIVSQVE VITEM TENERAM) h. e. palmitem vel flagellum, quod obseruat TVRN. 21, 13. Conf. Varro 1, 31, 3. Quin de ramis cucumeris adhibet Pall. Mart. 9, 8.

41, 2 VTRIVSQVE VITEM - - MEDVLLAM) Longe alia veteris codicis lectio. *Vitis vtriusque latus alterum praeradito oblique, et inter s. m.* Atque hanc genuinam esse Catonis ostendunt ista Plinii verba, 17, 15 *Altero, si inter sese vites contingant, vtriusque in obliquum latere contrario adraso, iunctis medullis, colligari.* MEVRS.

41, 3 INSECTOS OBLIQVOS) Lego ex V. C. *Insertos.* Quam lectionem stabilit quoque Plinius l. c. IDEM. Omnino retinendum est *insectos obliquos*, quod etiam habet Crescentius. Qui enim alias medullam vitis contingent surculi, nisi oblique secti sint?

41, 4 ME-

parte. Eos surculos facito sint longi pedes binos: eos in terram dimittito[n], replicatoque 4
ad vitis caput, medias[o] vitis vinclis in terram desigito, terraque operito. Haec omnia luto depsto[p] oblinito, alligato[q], integitoque ad eundem[r] modum, tanquam oleas.

XLII. [XLIII.] FICOS et oleas altero modo[a]. Quod genus aut ficum, aut oleam esse voles, inde librum scalpro eximito[b], alterum librum cum gemma de eo fico, quod genus esse voles, eximito[c]; apponito in eum locum, vnde execaueris[d] in alterum genus, facitoque vti conueniat. Librum longum facito digitos III. S[e]. latum[f] digitos tres. ad[g] eundem modum oblinito, integito[h], vti caetera.

XLIII. [XLIV.] SVLCOS, si locus aquosus erit, alueatos esse oportet latos summos pedes III. altos pedes IIII. infimum latum pedem vnum, et palmum, eos lapide consternito[a]. si lapis non erit, perticis saligneis viridibus controuersis[b] collatis consternito: si pertica

n) *demittito P. I. I-G.* o) *vitique vinclis alligato, medios in I. I-G.* p) *praedicto a. V. depressa Cr.* q) *alligatoque a. V.* r) *eum I. B. R.* [C. XLII.] a) *inserito* inser. *a. V.* b) II inf. *I. B. R. Ba-G.* c) *fico appönitoque I. B. R. eximito apponitoque Ba-G.* d) *exiccaueris Pol. 1. excicaueris Pol. 2. extraxeris I. B. R. Ba-G. exicaueris Iu. exsecaueris Popm. 2.* e) *semis* abest *I. B. R.* f) *latum digitos tres* desunt *I. B. R. Ba-G.* g) *et ad a. V.* praeter *Iu.* h) *integitoque a. V.* praet. *Iunt.* [C. XLIII.] a) *circumsternito I. B. R.* b) *controuersiis Iе. quoquouersus I. I-G.*

41, 4 MEDIAS VITIS VINCLIS) Melior codicis veteris lectio: *vitique vinclis alligato, medios in terram desigito.* MEVRSIVS. Lectio haec a Iensonio, Bruschio, Stephano, Commelino, Gryphio recepta est, quae in codicibus quoque occurrit. Aliam edidit Aldus, Iunta, Gymnicus, et Meursius in adnotationibus: *vitique vinclis alligato, medios in terram desigito.* Quae potior censenda est. At illam, si quis sequitur, sic emendet: *mediam vitem vinclis in terram desigito.* Vna enim est vt patet: *Terebra vitem quam inseres*, et iterum: *replicatoque ad vitis caput.* Crescentius 4, 11 qui haec omnia transcripsit, habet: *mediam vitem vinculis in terram desigito.* PONTED. Videtur tamen Victoriana, quam retinuimus, lectio bene habere, si *vitis* (quarto casu pluralis numeri) intelligas. Sunt enim tres illius partes, tres *vites*. Nimirum flagellum vitis (*vitem* ipsam appellat, vt saepe alii, Cato) pertusum, cum insertis vtrinque, et intus in ipso foramine sibi occurrentibus, surculis, iubetur *vinclis* h. e. furcillis quibusdam, quales omne genus arbores suppeditant, in terram desigi, ne rediens ad ingenium vitis, et versus caput suum resiliens, terram deferat, et totus ille labor arescentibus surculis frustra susceptus sit.

41, 4 LVTO DEPSTO) V. C. *Luto praedicto.* Quam veram lectionem existimauerim. Diligens quidam lector adnotauerat ad marginem libri *i depsto*, quod postea in textum, (vt non raro in bonis autoribus factum) tamquam ipsius Catonis receptum, altero eiecto. MEVRSIVS. Sed conf. notam Victorii ad 40, 2.

42, 2 LATVM DIGITOS TRES) Male omisit haec V. C. Nam Plinius 17, 16 clare dicit Catonem de latitudine eo modo praecepisse. *Sed id etiam apud veteres Graecos inuenitur, et apud Catonem, qui oleam ficumque sic inseri iussit, mensura etiam praefinita secundum reliquam diligentiam suam: cortices scalpro excidi quatuor digitorum longitudine, et trium latitudine.* Vbi nec hoc negligendum, quod Plinius plenos quatuor digitos Catonem dixisse testetur, cum codices vulgati, quos equidem inspexerim, tres tantum et dimidium praeferant. Expectemus igitur meliores, aut de Plinii autoritate citra ampliationem emendemus. MEVRSIVS.

43, 1 Adscribemus primo verba Plinii, qui hunc locum traxisse videtur ad scrobes ipsos, in quibus plantantur arbores, quos a sulcis aquae deriuandae causa factis distinguit noster. Is ergo 17, 11 s. 16 *Cato, si locus aquosus sit*, inquit, *latos pedes ternos in faucibus* (vid. supra ad 38, 3) *imosque palmum et pedem, altitudine IV pedum ex lapide consterni, aut si non sit, perticis salignis viridibus, si neque eae sint, sarmentis.* Hinc apparet, aut mutatum ab ipso Catone numerum, quod fit in tali re, aut legendum *infimos* sc. sulcos *latos pedem vnum* etc.

43, 1 LATOS SVMMOS PEDES) Plinius c. 11 legit *latas*, et ad scrobes refert, cum Cato loquatur de sulcis colliciis, in quos vult aquam e scrobibus defluere. POPMA. Nescio, qua editione Popma vsus sit, Harduinus itemque Elzeuir. 1625. 12 ita legunt, vt proposuimus: *scrobs* vtroque genere dicitur.

43, 1 PERTICIS CONSTERNITO) Haec cum iis, quae apud Plinium 17, 11 exscripta sunt, si conferas, inuenies aliquid, quod in Catone desideres. adiicit enim Plinius, *sulcos explendos vel lapide, vel perticis salignis, vel sarmentis ad semipedem altitudinem.* qui modus in Catone non reperitur,

ſi pertica non erit, ſarmentis colligatis [c]. Poſtea ſcrobes [d] facito altos P. III. S [e]. latos pe-
2 des IIII. et facito [f] de ſcrobe aqua in ſulcum [g] defluat [h], ita oleas ſerito [i]. Vitibus ſulcos et propagines [k], ne minus pedibus II [l]. S. quoquouerſus facito. Si voles vinea cito creſcat, et olea quam ſeueris, ſemel in menſe ſulcos [m], et circum capita oleagina [n] quot menſibus vſque [o] donec trimae erunt, fodere oportet. Eodem modo caeteras arbores procurato.

XLIV. [XLV.] OLIVETVM [a] diebus XV. ante aequinoctium vernum incipito putare. Ex eo die dies XLV. recte putabis. Id hoc modo putato. Qua [b] locus recte ferax erit, quae arida erunt, et ſiquid ventus interfregerit, ea omnia eximito. qua [b] locus ferax non erit, id [c] plus concidito, aratoque [d]. bene enodato, ſtirpeſque leueis facito [e].

XLV. [XLVI.] TALEAS oleagineas [a], quas in ſcrobe ſaturus eris, tripedaneas decidito [b], diligenterque tractato, ne liber laboret [c], cum dolabis aut ſecabis. Quas in ſeminario

c) *itidem facito* add. *I. I-G.* d) *ſimili modo* inſer. *I. B. R.* e) *ſcilicet I. B. R.* f) *vti* inſ. *a. V.* g) *ſulcos I. I-G.* h) *et* inſ. *a. V.* i) *inſerito a. V.* k) *propagationes a. V.* l) *binis quoqu. I. B. R.* m) *Sarrito: ſulcos et I. B. R. ſarrito et I. I-G.* n) *oleaginea quod P.* o) *vſque* om. *I. B. R. Ba-G.* [C. XLIV.] a) *Oliuae tum Herv. OLIVE tum Ald.* b) *qui a. V.* c) *eo a. V.* d) *aratroque I. B. R.* e), inſ. *In. Ba.* [C. XLV.] a) *oleaginas a. V.* b) *facito Plin.* c) *et* inſ. *I. B. R.*

peritur, neque in Plinio Catonis illud: *controuerſis collatis.* In quibus ſuſpicari poſſumus vitium latere, cum excuſi non nulli libri *quoquouerſus* ſeruent, et vetuſta manuſcripta exemplaria: *controuerſtris.* Si coniecturis indulgere licet, extremas in *controuerſtis* duas litteras numeri notam, in qua re toties peccarunt librarii, fuiſſe puto I. S. P. littera P. pedem indicante aeuo deperdita; praeterea *collatis* cuius vim primam *controuerſeis* retinet de *elatis* vitiatum. Haec ſi componere hoc modo liceret, id haberemus, quod ex Plinio commemoraui: *perticis ſaligneis viridibus controuerſeis P. I. S. elateis* conſternito. PONTED.

43, 1 CONTROVERSIS COLLATIS) veteres libri *Controuerſiis.* VICTORIVS. V. C. *Quoquouerſus.* Quod probauerim; nam infra ſic dicit: *Vitibus ſulcos et propagines ne minus pedibus II. S. quoquouerſus facito.* et c. 46. MEVRSIVS. Quidſi legeres *contra verſis*, quae contra vel aduerſus ſe inuicem verſae ſunt? SCHOETTGENIVS. Probabilis admodum mihi etiam primum videbatur coniectura Viri Cl. Blandiebatur magis, cum viderem, a magno Salmaſio quatuor locis ad Solinum, nempe p. 208 a. B. C. p. 225 a. F. p. 271 a. F. p. 300 a. C. *controuerſum* mutatum eſſe in *contrauerſum.* Sed cogitanti deinde tot loca optimorum librorum, quae ipſe ibi ὁ πάνυ laudat, et perpendenti *controuerſiam* ipſam non poſſe aliam originem habere, quam vt *contra obuerti* aliquid dicatur alteri, illud tutiſſimum putaui, relinquere ſcripturam antiquam, et permittere iudicium lectoribus. Illud modo maneat *controuerſas* etiam perticas eſſe contrauerſas, vel contra obuerſas.

43, 1 ITA OLEAS SERITO) V. C. *Et ita oleas inſerito.* Hoc rectum cenſuerim; nam ſuperiori capite dixit: *Ficos et oleas altero modo inſerito.* MEVRS.

43, 2 SEMEL IN MENSE SVLCOS) V. C. *ſemel in menſe ſarrito.* Quid melius, iudicium eſto vinitorum. IDEM.

43, 2 CIRCVM CAPITA OLEAGINA) Significat ſtirpes vel radices oleaginas, vt c. 33 *Capita vitium per ſementim ablaqueato.* c. 36 *Amurcam ſpargas vel irriges ad arbores circum capita maiora amphoras, ad minora vrnas:* quae verba Plinius ita explicat, *Ad maiorum arborum radices amphoram, ad minorum vrnam.* POPMA.

43, 2 QVOT MENSIBVS VSQVE) ſic veteres loquebantur: *quot menſibus, diebus, Calendis,* pro ſingulis menſibus, diebus, Calendis, qua forma nos *quotannis* dicimus. Plautus Sticho: *Vos meminiſtis quot calendis petere demenſum cibum.* Vitruvius 9, 4 *Itaque quot menſibus ſub rotam ſolis radioſque prima die, antequam praeterit latens, obſcuratur.* Vlpianus ad Sabinum l. 23 *Nihil intereſſe, vtrum in annos ſingulos, vel quotannis, an in ſingulos menſes, vel quot menſibus, an in ſingulos dies, an quot diebus legatur.* Etiam dicebant *quotquot menſibus. quotquot annis.* Varro lib. 4 de lingua latina: *ſacra quotquot menſibus feruntur in arcem;* et lib. 8. *Quotquot annis eodem modo exoritur.* Gellius libro 6 *Vt Carthaginienſes quotquot annis darent populo Romano certum pondus argenti puri puti.* De quo plura libro 1. de vſu antiquae locutionis. IDEM.

44 Totum hoc caput Plinius habet 17, 18 ſ. 30 niſi quod dies tantum 40 numerat, vbi noſtri quinque adiiciunt: et in fine *aratoque bene, enodatoque* vbi noſtri poſteriori *que* omiſſo legunt, quaſi *arato* eſſet ablatiuus participii, pro quo, vt vidimus, I. B. R. habent *aratro.*

45 Etiam hoc caput totum habet Plinius 17, 18 ſ. 29, cuius varietatem ſupra notauimus.

45, 1 BE-

nario faturus eris, pedalis facito, eas [d] fic inferito. Locus bipalio fubactus fiet, [bene-
que [e] terra tenera [f] fiet] beneque glutus [g] fiet. Cum taleam demittes, pede taleam [h] op- 2
primito. fi parum defcendet [i], malleolo [k] aut mateola adigito, cauetoque ne librum fcin-
das cum adiges. Palo prius locum ne [l] feceris, quo taleam demittas: fi ita feueris vti [m]
ftet talea, melius [n] viuet. Taleae vbi trimae funt, tum denique maturae [o] funt [p], vbi li- 3
ber fefe vertet. Si in fcrobibus aut in fulcis feres, ternas taleas ponito, eafque diuaricato [q].
Supra terram, ne plus IIII. digitos [r] tranfuerfos [s] emineant [t], vel oculos [u] ferito.

XLVI.

d) *easque a. V.* e) *beneque terra tenera fiet* defunt *I. I-G.* itemque *ap. Plinium.* f) *fi* inf. *I. B. R.* g) *glitus fiet W. glittus fiet Pol. 1. glutus ciet I. B. R. gliflus fiet Pol. 2. fiet* om. *Plin.* h) *tum* vel *tantum a. V.* i) *defcendit a. V.* k) *malleo Plin. et ita Cato 46, 2.* l) *fi I. I-G. et Plin.* deeft plane *I. B. R.* m) *vtus ftet Pol. 1. iftus ftet Pol. 2. vtilis fiet a. V. fi ita — talea* def. *Plin.* n) *meliusque a. V.* o) *tibi curae a. V. curae Plin.* p) *fint I. I-G. Plin.* q) *vel oculos ferito* inf. *I. B. R.* r) *digitis transuerfis I. I-G.* s) *transuorfos I. B. R.* t) *emineant, gemma, vel oculo feruato I. I-G. Plin.* ab Hard. emendatus: ante erat *vel oculos ferito.* u) *vel oculos ferito* defunt *I. B. R.*

45, 1 BENEQVE TERRA TENERA SIET) Bene haec V. C. omittit, nam gloffema funt, et interpretamenti vice notata in ora libri, ad ifta fequentia verba: *beneque glutus fiet.* Plinius quoque l. c. *Locus bipalio fubactus fit beneque glutus.* Nam *glutus* dicebatur tener, mollis, et fubactus. Hinc *glutire,* cum cibum prius dentibus molaribus fubigimus, et tenerum mollemque facimus. Feftus: *Glutis, fubactis, lenibus, teneris.* Ita legendum; non *glittis,* vel *gliftis,* monuit Scaliger, Galliae lumen. MEVRSIVS.

45, 1 BENEQVE GLVTVS SIET) *Glutus* eft tener, mollis et fubactus, auctore Fefto. Gloffae Ifidori *Glux glutis, limus tenax.* fed *gluttus* tt geminato, eft pars colli, qua cibi tranfeunt. Inde *gluttire* pro deuorare, et *glutto,* gulofus. Perfius fatyra 5 *Nec glutto forbere faliuam Mercurialem.* POPMA.

45, 2 PALO PRIVS LOCVM NE FECERIS) Ita Stephanus, Gryphius, Commelinus, Popma, ediderunt: Ienfonius, Iuntae, Aldus, Gymnicus et Meurfius in notis: *palo prius locum, fi feceris* (Brufchius: *palo prius locum feceris,* reliqua vt Ienfonius) *quo taleam demittas, et fi ita feueris, vtilis fiet talea, meliusque viuet.* Haec potior eft lectio, fi extrema membra, vt in illa legantur. Ab omnibus enim rei rufticae fcriptoribus praeceptum habemus, oleagineas taleas fic effe ponendas, vt iifdem coeli partibus, quibus in arbore fteterant, obuertantur. C. 5, 9 *Taleae,* inquit, *deinde fefquipedales ferra praecidantur, atque earum plagae vtraque parte falce leuentur, et rubrica notentur, vt fic, quemadmodum in arbore fteterat ramus, ita parte ima terram, et cacumine coelum fpectans deponatur.* Ita et Palladius 3, 18: *fed maximum beneficium eft, vt proficiat incremento fi rubrica partes notentur, quibus obuerfae fteterunt, et contra eas fimili ratione ponantur.* Pofterior quoque aetas inuenit, felicius prouenire taleas, fi hordei femina fubfternantur C. 5, 9 *Quae* (talea) ait, *antequam deponatur, oportebit folum fcrobis imum fodere bidentibus, deinde terram aratro fubactam (fi tamen pinguior erit fumma humus) immittere, et ita hordei femina fubfternere.* Palladius Columellam imitatus haec 3, 18 pofteris reliquit: *Palo antea deprimente hordei grana fubteriaciantur.* Qui vfus nunc adeo inualuit, vt ipfae mulierculae in deponendis caryophyllis, lychnidis aut leucoii furculis Milium aut Panicum fpargant. PONTEDERA. Hic ita diffentiunt Plinius et quaedam editiones, vt ipfa etiam fententia mutetur. Putauerim tamen meliorem effe Victorianam lectionem, vti prohibeat Cato, *palo locum prius fieri* (quod Plinio eft 17, 17 f. 27 *palis laxare meatum,* C. 4, 16, 3 *paxillo perforare folum*). Nam aperte hoc praecipit, vt talia demittenda ipfa vim omnem excipiat. Et fane melius terrae ita applicatur, et tenerius illam arctiusque noua mater complectitur, quam fi paxillo prius adacto retractoque, fauces illae et meatus leuigentur, et pori obftruantur, ne ita facile vitalis ille fuccus intrare corticem taleae poffit.

45, 2 VTI STET TALEA) Ita caftigaui cum in veteribus libris, *Vtis ftet talea,* fcriptum effet. Nam, quae antea in impreffis erat, lectionem nullo modo probaui. Alia, quae variaui, ab optimis fideliffimisque exemplaribus a me fumpta funt, neque vlla egent confirmatione. VICTORIVS. Vetuftiffimum exemplar: *Si ita feueris vtis ftet talea.* in quibus extrema littera in *vtis* aliquid deperditum indicat, fortaffe *prius,* videlicet: *fi ita feueris, vti prius ftet talea, melius viuet;* quoniam ab omnibus rei rufticae fcriptoribus praeceptum habemus, oleaginea femina fic effe ferenda, vt iisdem coeli partibus quibus in arbore fteterant, obuerfentur. PONTED. *Stat* autem *talea,* cum fummum id eft, quod in arbore fuerat. Plin. 17, 21 f. 35. n. 2 *Sic vt defcendant, quae proxima arbori fuerint.*

45, 3 VBI LIBER SESE VERTET) Harduinus ita interpretatur, oleas rubrica notandas, vt cum feruntur easdem coeli partes liber adfpiciat etc. quod quidem qui ex verbis his exfculpi queat, non video. Porro Plinius paulo ante hunc locum 17, 11 f. 16 negat Catonem ea de re aliquid praecepiffe.

XLVI. [XLVII.] SEMINARIVM ad hunc modum facito: Locum quam optimum et apertiſſimum [a] et ſtercoroſiſſimum [b] poteris, et quam ſimillimum genus [c] terrae eae [d], vbi ſemina poſiturus eris, et [e] vti ne nimis longe ſemina ex ſeminario ferantur [f], eum locum bipalio vortito [g], delapidato [h], circumque ſepito bene, et in ordine ſerito, in ſeſquipedem quoquouorſum taleam demittito, opprimitoque pede.
2 Si [i] parum deprimere poteris, malleo [k] aut mateola adigito. Digitum ſupra terram facito ſemina emineant, fimoque [l] bubulo ſummam taleam oblinito, ſignumque apud [m] taleam apponito, crebroque ſarito [n], ſi voles cito ſemina creſcant. ad eundem modum alia ſemina ſerito.

XLVII. [XLVIII.] HARVNDINEM [a] ſic ſerito. ternos [b] pedes oculos diſponito. Vitiarium eodem modo facito, ſeritoque. vbi vitis bima erit, reſecato [c]. vbi trima erit, eximito,

[C.XLVI.] a) *aptiſſimum I.B.R.* b) *ſtercoratiſſimum a. V.* c) *genus* om. *I.I-G.* d) *eae* abeſt *a. V.* e) *hoc I.B.R.* f) *ſerantur I.B.R.* g) *vertito P.* h) *delapidatoque et circumſepito a. V.* i) *et ſi a. V.* k) *maleo aut matiola I.B.R.* l) *fimo I.B.R.* m) *aput P.* n) *ſarrito a. V.* vt alias. [C.XLVII.] a) *Arundinem a. V.* b) *in ternos pedes arundinum oculos I.I-G.* c) *reſicato Pol.* 1. *ſic reſicato Pol.* 2.

cepiſſe. *Non omiſiſſet idem, ſi attineret, meridianam caeli partem ſignare in cortice* etc. Sed conſidera mihi tamen illud Catonis 49, 2 *Ita vti fuerit.* Forte circa trimatum oleae liber (quod nobis ſub frigidiore plaga poſitis obſeruare non licet) vertitur, vt ex viridiori molliorique fuſcior fiat ac durior.

45, 3 VEL OCVLOS SERITO) Ita etiam Plinius. Aliter V. C. *gemma vel oculo ſeruato.* Lego: *gemma vel oculo ſerito.* Palladius 2, 24 *Seritur oculis ſicut calami, quos abſcindere et terra leuiter debemus obruere.* Vocantur autem in arboribus *oculi*, vnde ſurculi pullulaſcunt. Plinius 17, 21 *Duo oculi extra terram emineant. Oculi autem in arborum ſurculis vocantur, vnde germinant.* Colum. 4, 32 *Tempus repaſtinandi et conſerendi eſt prius, quam oculi arundinum egerminent.* Idem 11, 2 *Sed et prima pampinatio recte inchoatur, dum prorepentes oculi digito decuti poſſint.* Dicebantur etiam *oculi* fiſſurae, quibus ſurculos peregrinae arboris inſerebant, vnde *inoculare.* Macrobius Comment. in ſomn. Scip. 1, 1 *Ad hunc porro iuſtitiae affectum pectoribus inoculandum nihil aeque patrocinatum vidit.* Vſurpant et aliquoties Plinius, Columella, Palladius. Eſt vero gemma idem quod *oculus.* Gloſſae: *ὀφθαλμὸς ἀμπέλου*, gemma. MEVRSIVS. Vitiata lectio altera; *gemma vel oculo ſeruato*, retinendum videtur. Meurſius in notis hunc locum multis rationibus ſic nobis inculcat: *gemma vel oculo ſerito*, qui Botanicis rebus nequaquam addictus, poſſe gemmis vel oculis ceu inulam et arundinem, oleam ſeri crediediſſe videtur. At Cato praecepit oleae gemmas diligenter eſſe cuſtodiendas, ne in deponendo laederentur. Quare vel haec ſunt verba Catonis: *gemmas vel oculos ſeruato*, vel potius illa: *gemma vel oculo ſeruato.* PONTEDERA. *Gemma vel oculo ſeruato* etiam Harduinus ex hoc loco reſtituit Plinio; et alteram, *vel oculos ſerito* inſulſam appellat.

46, 1 SIMILLIMVM GENVS TERRAE) Theophraſtus hiſt. plant. 2, 7 *Τὰ φυτὰ λαμβάνειν εἰς μάλιστα καὶ ἐξ ὁμοίας γῆς, εἰς ἣν μέλλεις φυτεύειν ἢ γείτονος.* SCHOETTG.

46, 2 DIGITVM SVPRA TERRAM) Hic Catonis locus male accipi ab omnibus agricolis poteſt, quoniam ſemina nimis deprimenda eſſe docet, quae non vno, ſed tribus quatuorue digitis debent minimum eminere; ſiquidem Columella magis ſupra terram extare vult, qui tres quatuorue gemmas non obruendas tradit, cum gemmae inter ſe longius quam quatuor digitis ſingulae diſtent. Verba Col. 3, 6 haec ſunt: *Hunc* (malleolum) *ex fecundiſſima matre legendum cenſemus omni tempore, quo vineae putantur, ac ſupra terram gemmis tribus vel quatuor extantibus diligenter obruendum.* Quare non ſine vitio haec in Catone ſcripta videntur; non enim tantum virum in re tam neceſſaria erraſſe exiſtimo. Quod Creſcentius 2, 20 confirmat, apud quem haec inuenio: *Item dicit* (Cato) *quod ſurculi non debent eminere, niſi quatuor digitis ſupra terram, et cacumina debent fimo bubulo oblinire.* Quapropter non *digitum*, ſed *quatuor digitos* ſcripſit Cato, et ita reſtituendum eſſe arbitror. PONTEDERA. Quo minus pedibus eam in ſententiam viri humaniſſimi, faciunt verba proxima, *ſignumque apud taleam apponito.* Quid enim opus eſt ſigno, ſi quatuor ipſa digitos eminet? Deinde de vineis loquitur Columella, Cato de olea. Viderit ipſe V. C. Alium enim hic iudicem non requiro. Sed quae diximus mirifice confirmantur a Columella, 3, 9, 3. 4.

46, 2 CREBROQVE SARRITO. SI VOLES) Vt ſemina cito proueniant, alia eodem modo ſunt ſerenda? quid ineptius? Alia itaque ratione haec membra ſunt interpungenda: *crebroque ſarrito, ſi voles cito ſemina creſcant. Ad eundem modum alia ſemina ſerito.* PONTEDERA. Mutauimus nimirum ex Viri Clariſſimi ſententia interpunctionem.

47 HARVNDINEM DISPONITO) Haec Catoniana eſſe, facile mihi perſuadere non poſſum; primum quia de Harundine cap. 6 abunde praeceptum eſt; deinde quia vitis et oleae ſeminarium Harundinis cultu male interuellitur; neque enim eadem

mito, si pecus pascatur, vbi vitem serere voles [d], ter prius resecato [e]. quam ad arborem
ponas. vbi V nodos [f] veteres habebit, tum ad arborem ponito, quotannis [g] porrinam in-
serito [h], quotannis [i] habebis quod [k] eximas [l].

XLVIII. [XLIX.] POMARIVM seminarium ad eundem modum, atque [a] oleagi-
neum [b] facito. Suum quidquid [c] genus talearum serito. Semen cupressi vbi seres, bi-
palio vortito. Vere primo serito. porcas pedes quinos latas facito. eo stercus minutum
addito, consarito [d], glebasque [e] comminuito. Porcam planam facito, paulum [f] concauam. 2
Tum semen serito crebrum [g] tanquam linum [h], eo terram cribro incernito, altam digitum
transuersum. Eam terram tabula aut pedibus complanato, furcas circum offigito [i]. eo
perticas intendito. eo sarmenta aut crates ficarias imponito, quae frigus defendant [k], et
solem.

d) voles ter: prius B. R. *e) rescato W. P.* *f) nodo P.* *g) et quot annos habebit, tot eximas ac serito secus porinam W. quot annis* diu. *I. B. R. quod annis P.* *h) ibi serito a. V.* *i) quot annis* diuis. *I. B. R. quod annis Pol.* *k) quid a. V.* *l) exsimas Pol.* [C. XLVIII.] *a) adque Pol.* *b) oleaginam I. B. R.* *c) quidquit P. 1. quodque a. V.* *d) et conjorito I. B. R. et consarrito I. I-G.* *e) glebisque comminuito I. B. R.* *f) paululum a. V.* *g) cribo P. cribro* omnes praeter *Po. 2.* *h) et* inf. *a. V.* *i) affigito I. B. R. Ba-G.* *k) arceant I. I-G.*

eadem cultura, neque in eadem terra, neque eodem modo seruntur vites et oleae atque harundines. Et tamen adiicitur: *Vitiarium eodem modo facito.* Eodem ne quo harundinetum? In locis itaque humectis, et circum ripas faciemus vitiarium. Quis feret haec? Cum igitur in alia terra in seminarium ponantur malleoli, in alia harundinis oculi, illa: *vitiarium eodem modo facito* de oleagineo seminario, non de harundineto sunt accipienda. Propterea inter oleae seminarium vitiariumque quicquam quondam interpositum fuisse, non est credendum, sed nulla intercapedine oleae vitis seminarium subnexum. Quod ergo nunc de harundine appositum habemus, aliena opera factum est, non Catonis. PONTED.

47 VITIARIVM EOD. MODO) Hic caecutire me fateor, ita omnia de harundine ac de vite confusa mihi videntur. Illa verba *si pecus pascetur*, plane quid sibi velint, non inuenio. Quaedam genera arundinis *suauissima in teneritate animalibus*, disco ex Plinio 16, 36 f. 66.

47 QVOTANNIS PORRINAM INSERITO) Ne otiosum solum caro nimis constet agricolae, ostendit Cato, cui praeterea rei in seminario vitigineo locus esse possit.

48, 1 PORCAS PEDES QVINOS LATAS) c. 151 melius, *areas facito pedes latas quaternos.* Ita porca ad IV pedes contracta herbas euellenti ab vtroque latere facilius patet. PONTED.

48, 2 SEMEN SERITO CREBRVM) Ita emendaui, cum in omnibus libris esset *cribro:* cuius emendationis mihi autor ipse Cato infra c. 151 vbi hoc idem praeceptum iisdem paene verbis tradidit, et Gellius 3, 14. POPMA. Male V. C. *serito, cribro tanquam linum.* Lego: *serito crebro tanquam linum.* Nam linum non solum hodie nostri rustici crebrum serunt, vt tenuius prodeat, maiorisque pretii sit, sed illi veteres etiam. Colum. 2, 10 *Nonnullis placet macro solo quam spississimum semen eius committi, quo tenue linum proueniat.* Vide Palladium 3, 22 et 11, 2. Nec male emendauit eruditissimus Popma: *semen serito crebrum.* MEVRS. Hanc emendationem Popmae et Meursii praeceptam video in Ascensiana editione post praefationem. Hunc locum ita recenset Gellius, vbi discrimen inter *dimidium* et *dimidiatum* docere vult, 3, 14 *Semen cupressi serito crebrum, ita vti linum seri solet. Eo cribro terram insternito, dimidiatum digitum. Iam id bene tabula aut pedibus aut manibus complanato.* Vtri codices peiores et infideliores? illi Catonis, quibus Gellius vsus est? an Gelliani, quos habemus hodie? an denique qui nunc sunt Catoniani? Laudauerit locum ex memoria Gellius, in eo certe falsum non puto, quod *dimidiatum digitum* ponit, vbi nos habemus *transuersum.* Quod autem *insternito* est apud Aulum pro *incernito,* illud librariis forte illius tribuendum est.

48, 2 EAM TERRAM TABVLA) Tabula seu asseribus ad pedes alligatis, quemadmodum id in olitorum prope Lipsiam hortis fieri videmus. SCHOETTGENIVS. Addi potest ex c. 151 *aut manibus* sic: *eam terram aut tabula, aut manibus aut pedibus complanato.* nam c. 151. haec extant: *id bene tabula aut manibus aut pedibus complanato.* PONT.

48, 2 FVRCAS CIRCVM OFFIGITO) Vnum desidero, quod Plinius, qui Catonem 16, 10 exscribit, apertissime offendit: *Cato, ait, et furcis crates imponi iubet, altitudine hominis ad solem recipiendum, atque integi culmo ad frigora arcenda;* Ideo tunc legebatur in Catone: *quae frigus defendant et solem admittant.* PONTED. Plin. 17, 10 f. 14 *Cato ex furcis crates imponi iubet, altitudine hominis ad solem recipiendum* (f. intercipiendum) *atque integi culmo ad frigora arcenda.*

48, 2 CRATES FICARIAS) quas satis describit Colum. 12, 15, 1.

ſolem. vti ſubtus homo ambulare poſſit, facito. crebro runcato[l]. ſimul[m] herbae[n] ince-
3 perint naſci, eximito. Nam ſi herbam duram velles, cupreſſos ſimul euelles. Ad eundem modum ſemen pirorum, malorum,[o] ſerito, tegitoque. Nuces pineas[p] ad eundem modum, niſi[q] tanquam alium[r] ſerito.

XLIX. [L.] VINEAM veterem ſi in alium locum transferre voles, duntaxat brachium craſſam[a] licebit. Primum deputato, binas gemmas ne[b] amplius relinquito.
2 Ex radicibus[c] bene effodito, [vſque[d] radices perſequitor[e],] et caueto[f] ne radices ſaucies. ita vti fuerit[g], ponito in ſcrobe, aut in ſulco, operitoque, et bene occulcato[h]. Eodemque modo vineam ſtatuito, alligato, flexatoque[i] vti fuerit[k], crebroque fodito.

L. [LI.] PRATA primo vere ſtercorato[a] luna ſilenti[b]. Quae irrigua[c] non erunt[d], vbi fauonius flare coeperit[e]. Cum prata defendes, depurgato[f], herbaſque malas[g] omneis radicitus effodito. Vbi vineam deputaueris, aceruum lignorum virgarumque facito. Ficos interputato, et in vinea ficos ſubradito[h] alte, ne eas vitis[i] ſcandat. Seminaria[k] facito, et vetera[l] reſarcito. Hoc[m] facito antequam vineam fodere[n] incipias. Vbi daps profanata comeſtaque[o] erit, verno araro incipito, et loca primum arato quae ſicciſſima erunt: et quae craſſiſſima[p] et aquoſiſſima erunt, ea poſtremum arato, dum ne prius obdureſcant.

LI.

l) *runcatoque I. B. R.* m) *ſimulac a. V.* n) *herbas ſi coeperint I. B. R.* o) *maiorum* ſine praec., *Pol.* p) *et ceteras arbores ſementarias* inſer. *Wrat.* q) *niſi* om. *I. I - G. niſi tanquam alium* deſunt *W.* r) *allium I. I - G. M. Po. 2.* [C XLIX.] a) *craſſum I. B. R. Hern. it. Plin. Hard.* ſed *Elzeu. craſſam.* b) *nec a. V.* c) *brachium* inſ. *Ba - G.* d) *eiusque Ba - G.* e) *perſequito I. B. R.* totum hoc *vſque — perſequitor* deeſt ap. *Plin.* f) *caue radices ne ſaucies. Plin.* g) *fuerint I. B. R.* h) *occultato I. B. R.* i) *flexato P. laxatoque I. B. R. it.* editt. quaedam Plin. ſed Hard. ex Mſ. *flexato.* k) *fuerat a. V.* [C. L.] a) *ſtercerato P.* b) *ſilenti, quae a. V. et Po. 2.* c) *irriguia P.* d) *erunt. Vbi a. V.* e) *coeperit, tum a. V.* f) *depurgatoque I. B. R. Ba - G.* g) *herbas I. B. R.* h) *ſuccidito a. V.* i) *vites ſcandant a. V.* k) *Seminariam P. Seminarium I. B. R. Ba - G.* l) *veteres vineas Ba - G.* m) *Haec P. Iunt.* n) *defodere I. B. R. Ba - G.* o) *commeſtaque I. B. R.* p) *craſſiſſima Hern.*

48, 3 NISI TANQVAM ALIVM) Cato in hoc libro ſaepius vtitur particula *niſi* pro *ſed*, c. 79. *Eadem omnia facito, niſi alio modo fingito.* c. 81 *Niſi calicem pertuſum cauum habeat.* c. 83. *Ita, vti ſpiram, niſi ſic fingito.* Similiter Plautus Sticho: *Miror quid ſiet, niſi vt periculum fiat: viſam, quid velit.* Terentius Hecyra: *Quid egerint inter ſe nondum etiam ſcio, niſi ſane curae eſt, quorſum euenturum hoc ſiet.* Cic. lib. 13 Epiſt. *De re nihil poſſum indicare, niſi illud mihi certe perſuadeo, te talem virum nihil temere feciſſe.* POPM. Malim τὸ *niſi* eiicere cum V. C. MEVRS. Neque vim exceptiuam exuit hoc quidem loco τὸ *niſi*, vult enim *ad eundem modum* ſeri nuces etc.

49 Caput hoc totum habet Plin. 17, 22 ſ. 35 n. 21. Varietatem notamus ſupra.

49, 2 VSQVE RADICES PERSEQVITOR) Videntur haec interpretamentum eſſe eorum, quae praecedunt, omiſſa etiam a Plinio.

49, 2 VINEAM STATVITO) Plinius 17, 22 habet *ſtatuminato.* MEVRS. ſed Harduinus ex Mſſ. etiam Plinii *ſtatuito: ſtatuminato* Elzeu. 1635, 12.

50, 1 Principium capitis huius ſic interpungo ex V. C. *Prata primo vere ſtercorato, luna ſilenti, quae irrigua non erunt. Vbi Fauonius flare coeperit, tum prata defendes* etc. Sed et hic *luna ſitienti* ſcripſiſſe Catonem contenderim. Vide quae ad c. 29 et 40. MEVRS. Conueniunt fere, quae hic dicuntur cum c. 40, 1. vbi cum Plinio contulimus.

50, 1 CVM PRATA DEFENDES) *defendere prata* eſt ſaepire et claudere, ne pecus alienum introeat; quod primo vere fit; tunc enim ſaepimenta vel foſſam reparantur, lapides eiiciuntur, radices noxiae euelluntur. Varro 1, 29 *Radices, quae in ſumma terra ſunt, praecidi, prata purgari.* POPMA.

50, 2 VBI DAPS PROFANATA) *Profanare* h. l. eſt conſecrare, quemadmodum occurrit apud Varronem de lingua latina lib. 5 c. 7, Macrobium Saturn. 3, 8 et Auctorem de origine gentis Romanae c. 6. Eſt autem haec deſcriptio temporis verni, quo dapem quandam Ioui dapali fecerunt pro ſalute boum aliorumque iumentorum, vt infra apud noſtrum praecipitur c. 132, quo facto ſtatim ad arationem ſe accingebant, vid. c. 131. SCHOETTG. Proprie huc pertinent verba Varronis l. c. *profanatum, quod in ſacrario pollutum* -- et paullo poſt: *pollutum, quod a porriciendo eſt fictum*

LI. [LII.] PROPAGATIO pomorum, aliarum [a] arborum. Ab arbore abs terra pulli qui nascentur, eos in terram deprimito, extollitoque primorem partem, vti radicem capiat: inde biennio post effodito, feritoque. Ficum, oleam, malum Punicum, cotoneum [b], aliaque mala omnia, laurum, myrtum, nuces Praenestinas, platanum [c]. Haec omnia a capite propagari eximique, ferique eodem modo oportet.

LII. [LIII.] QVAE diligentius propagari voles, in aulas, aut in qualos pertusos propagari oportet, et cum iis [a] in scrobem deferri oportet. In arboribus, vbi radices capiant, calicem [b] pertundito per fundum [c], aut qualum. ramum, quem radicem capere voles, traiicito [d]. Eum qualum, aut calicem terra impleto, calcatoque bene, in arbore relinquito. Vbi ita fuerit [e], ramum sub qualo praecidito. Qualum incidito ex vna 2 parte perpetuum [f]. Si vero calix erit, conquassato. cum eo qualo, aut calice in scrobem [g] ponito [h]. Eodem modo vitem facito, eam anno post praecidito [i], feritòque cum [k] qualo. Hoc modo quod [l] genus vis [m] propagabis.

LIII. [LIV.] FOENVM, vbi tempus erit, secato, cauetoque ne sero seces. Priusquam semen maturum fiet, secato et quod optimum foenum erit, seorsum condito [a]. Per ver cum arabunt [b] antequam ocinum [c], des [d] quod edunt [e].

LIV.

[C. LI.] a) *aliarumque a. V.* b) *cotonium I. B. R.* c) *platanumque Iunt.* [C. LII.] a) *his a. V.* b) *aut qualum* inf. *I. I-G.* c) *fundum ramum* cet. def. *I. I-G.* d) *scarificato traiicitoque I. I-G.* e) *et radices egerit* inf. *I. I-G.* f) *per petuum* diu. *P. prope imum a. V.* praeter Iunt. g) *scrobe I. B. R.* h) *monito P. posito I. B. R.* i) *recidito a. V.* k) *cum Iunt.* l) *quodque a. V.* m) *vitis I. B. R. volueris I. I-G.* [C. LIII.] a) Hic cap. 54. incipit in *I. I-G.* b) *arabitur a. V.* c) *ocinum Po. 2. ocymum nascatur a. V.* d) *dies Iunt.* e) *comedant Pol. 2. edant I. B. R. edant bubus pabulum. Id hoc I. I-G.*

factum - - vt cum profanum dicitur, id est proinde, vt sit fani factum etc. Vbi pateret, credo, vnicuique, *polluctum* legendum esse haud dubie, etiamsi hunc locum non ita laudasset Scaliger ad Festum, et idipsum monuisset in etymologico G. Vossius. Vid. c. 131 et 132.

51. Explicamus, quae hic dicuntur, infra c. 133. vbi totidem verbis leguntur.

51, 2 LAVRVM, MYRTVM, NVCES PRAENESTINAS) Etsi contra Codicum autoritatem, auctius tamen scripsisse Catonem contenderim, hoc modo: *Laurum, prunum, myrtum, nuces Auellanas et Praenestinas.* Plinius 17, 13 fidem facit, quam temere nolim ei abrogatam. sic scribit: *Cato propagari praeter vitem tradit ficum, oleam, Punicam, malorum genera omnia, laurum, prunos, myrtos, nuces Auellanas et Praenestinas.* Deinde scribo quoque: *malum Punicam, cotoneam*, non *Punicum, cotoneum.* MEVRS.

52 Etiam hoc caput totidem paene verbis recurrit c. 133.

52, 1 TRAIICITO) V. C. auctior voce, *scarificato traiicitoque.* Rectissime, nam *scarificare* est descindere, pertundere. Palladius 4, 10 *Truncus arboris, quo loco turget, scarificandus est, vt possit humor effluere.* Plinius 17, 27. Col. 6, 12 et 17. Est vero ὑποκοριστικὸν a *scarifo*: quemadmodum, a *fodo, fodico, fillo, fellico.* Glossae: *Scarifo* χαράσσω, κατακνίζω. Item *scarifat*: κατασχάζει, κατακνίζει, καταχαράσσει. MEVRS.

52, 2 EX VNA PARTE PERPETVVM) Vt in nonnullis impressis, ita etiam in antiquis hic locus ita scriptus est, nota tamen ei mendi adposita. Alii, ex coniectura, vt puto, *prope imum* castigarunt. VICTORIVS. Cautionis gratia cum qualo vel calice in scrobe deponi vult ramum; sed vt facultas ne desit radices agendi, calicem quidem, qui operis figlini est, frangi iubet, qualum vero, qui ligneus est, incidi *ex vna parte perpetuum* h. e. ab vno extremo ad alterum.

52, 2 QVOD GENVS VIS) pro volueris vide notam proximam Victorianam.

53 PER VER CVM ARABVNT) Hunc locum ex antiquis libris summa cum fide restitui: in quo illud inusitatum, quod *edunt* pro *edant* posuit. Idem etiam bis fecit in capite, quo brassicam Pythagoream laudat. Sed aliis etiam in locis, quemadmodum post indicabo. Quare id negligentia librarii commissum non putaui: sed hanc fuisse loquendi consuetudinem M. Catonis, prisci hominis, credidi. VICTOR. Hic bene V. C. initium c. 54 constituit; Legi vero et interpungi debet ex eodem codice: *per ver cum arabitur, antequam ocymum nascatur, des quod edant bubus pabulum. Id hoc modo parari darique oportet.* Male in vulgatis editionibus diuulsa et truncata leguntur.

LIV. [LV.] BVBVS pabulum hoc modo parari darique oportet. Vbi semen-
tim patraueris[a], glandem parari legique oportet[b], et in aquam conlici[c]. Inde semodios
singulis bubus in dies dari[d] oportet, et[e] si non laborabunt, pascantur, satius erit. aut
modium vinaciorum quos in dolium condideris. Interdiu pascito, noctu foeni pondo
2 XXV. vni boui dato. Si foenum non erit, frondem iligneam et ederaceam[f] dato. Pa-
leas triticeas, et ordeaceas, acus[g] fabaginum, viciam[h], vel de lupino: item de caeteris
frugibus omnia condito. Cum stramenta condes[i], quae herbosissima erunt, in tecto
3 condito, et sale spargito[k]. deinde ea pro foeno dato. Vbi verno dare coeperis, modium
glandis aut vinaciorum[l] dato, aut modium lupini macerati, et foeni pondo XV. Vbi
ocinum[m] tempestiuum erit, dato primum. Manibus carpito, id renascetur. quod falcula
4 secueris, non renascetur. Vsque ocinum[l] dato, donec arescat, ita[n] temperato, postea[o]
viciam dato, postea panicum dato, secundum panicum frondem vlmeam dato. Si po-
pulneam habebis[p], admisceto, vt vlmea[q] satis fiet. Vbi vlmeam non habebis, quer-
5 neam et ficulneam dato. Nihil est quod magis expediat, quam boues bene curare.
Boues nisi per hiemem, cum non arabunt, pasci non oportet. Nam viride cum edunt,
semper id expectant. et fiscellas habere oportet, ne herbam sectentur cum arabunt.

LV.

[C. LIV.] a) *prataueris P. peraueris Ie. paraueris B. R.* b) *conuenit a. V.* c) *conici Pol.* d) *dare Bon.* e) *aut modium - - - condideris. At si non lab. - - - erit. Interdiu etc. I. I-G.* f) *ederaciam P. ederatiam I. B. R.* g) *viciam acus-fabaginum I. I-G.* h) *vicia P.* i) *concedes Hem.* k) *supersporgito a. V.* l) *vinaceorum P.* m) *ocymum a. V. ocimum Po. 2.* Sic alibi pluries et per hoc totum caput. n) *item temperate post I. B. R.* o) *post* etiam *I. I-G.* p) *habueris a. V.* q) *vlmeae I. B. R.*

guntur. MEVRSIVS. Haec lectio a Stephano, Gryphio, Commelino et Popma, (quae etiam in Vaticanis codicibus occurrit) recepta aliquid desiderat, nempe *bubus?* Quod verbum ad sequentis capitis initium reiectum fuit: *Bubus pabulum hoc modo parari denique oportet.* Alio modo in Aldi, Iuntae, Gymnici libris et etiam Iensonianis et Bruschianis (omnia enim fere simillima hi habent, ordine tamen, vt in illis, disposita) ac etiam Meursii adnotationibus locus impressus est: omnia siquidem ad caput sequens adposita sunt, nonnullis adiectis, aliis immutatis. *Per ver cum arabitur, antequam ocymum nascatur, des, quod edant, bubus pabulum; id hoc modo parari denique oportet.* Quae longius a vera Catonis sententia abesse puto, quam quae apud Stephanum, Gryphium, Commelinum, Popmam leguntur; optimum enim foenum ab omnibus agricolis ad vernum tempus seruatur, idque bubus agros proscindentibus, (qui propterea, quod *vere arentur*, *vernacla* dici solent) exhibetur. Nam quod ad farraginem seritur, adhuc acerbum est, vt perpusillum. Recte igitur colonis praecepit Cato, optimum foenum per ver arantibus bubus esse dandum, ante ocymum, i. e. ante vernam farraginem. Hoc attigisse videtur Colum. 6, 3 hoc modo: *Martio et Aprili debet ad foeni pondus adiici, quia terra proscinditur. Sat autem erit pondo quadragena singulis dari, ab Idibus tamen mensis Aprilis, vsque in Idus Iunias viride pabulum recte secatur.* Propter quod sic videtur scripsisse Cato: *Quod optimum foenum erit seorsim condito, per ver cum arabitur antequam ocymum, des quod edant bubus. Pabulum hoc modo denique parari oportet.* Quod postremum membrum ad c. 54 est reuocandum. PONTED.

54, 1 VBI SEMENTIM PATRAVERIS) Editio vetus: *paraueris.* Inepte. *Patrare* apud antiquos honeste dicebatur pro peragere, ad exitum perducere, consummare; vt *patrare sementim* Cato hic, *patrare bellum*, Sallustius in Iugurtha; et *pater patratus* dictus, qui ad *patrandum* h. e. peragendum iuramentum, vbi de foederibus conuenerat, mittebatur. Vide Quintilianum. POPMA. Ita omnino legendum, contra ac vult Meursius, qui *paraueris* praefert, haud dubie, quod putaret de eo tempore hic sermonem esse, quo grauior labor bubus est sustinendus. Sed aliud est tempus legendae glandis, aliud dandi eam bubus. Legitur glans adulto iam autumno, post patratam sementim.

54, 1 INDE SEMODIOS) Valde haec confusa, quae restituo pristino nitori ex vetere codice, *Inde semodios singulos bubus in dies dari oportet, aut modium vinaciorum, quos in dolium condideris. Aut si non laborabunt, pascantur, satius erit. Interdiu pascito* etc. MEVRSIVS. Haud dubie commodior est lectio I. I-G., et iure praelata a Meursio, nisi idonea causa esset, a Victoriana lectione quam minimum recedendi.

54, 5 FISCELLAS HABERE OPORTET) *fiscella* notat h. l. corbem ex iunco, quo boum ora capistrantur, ne inter arandum herbam sectentur. Occurrit apud Plinium 18, 19. *si inter arbores vitesque aretur, fiscellis capistrari.* (boues oportet) *ne germinum tenera praecerpant.* Alias de tritura hoc

notissimum

LV. [LVI.] LIGNA domino in tabulato condito, codicillos [a] oleagineos, radices in aceruo fub dio [b] metas facito.

LVI. [LVII.] FAMILIAE cibaria qui [a] opus facient per hiemem, tritici modios IIII [b]. per aeflatem modios IIII. S. vilico [c], vilicae epiflatae, opilioni modios III. Compeditis per hiemem panis P. IIII. Vbi vineam fodere coeperint, panis P. V. vfqueadeo dum ficus [d] effe coeperint, deinde ad P. [e] IIII. redito.

LVII. [LVIII.] VINVM familiae. Vbi vindemia facta erit, loram bibant [a] menfes III. Menfe quarto heminas [b] in [c] dies, id [d] eft, in menfe congios II [e]. S. Menfe quinto, fexto, feptimo [f], octauo, in dies fextarios [g], id eft, in menfe congios quinque. nono, decimo, vndecimo [h], in dies heminas ternas: id eft amphoram [i]. Hoc amplius Saturnalibus, et Compitalibus in fingulos homines [k] congios. Summa vini in homines fingulos inter [l] annum: cum [m] compeditis vti quicquid operis facient pro portione addito: eos non eft nimium in annos fingulos vini quadrantalia [n] X. ebibere.

LVIII.

[C.LV.] a) *quae* add. *I. I-G. oleagineas Reg.* b) *dienetas* conj. *P.* [C.LVI.] a) *vbi I. I-G.* b) *IIII. per aeftatem modios* defunt *I. B. R.* c) *villico, villicae a. V.* d) *ficos P.* e) *panes a. V.* [C.LVII.] a) *bibat I. B. R.* b) *heminam I. I-G.* c) *in dies* abeft *I. B. R.* d) *i. I. B. R.* vnde ortum l. *I. I-G.* e) *tres. Menfe a. V.* f) *et* inf. *I. I-G.* g) *fextarium I. in etc. I. I-G.* h) *et duodecimo* inf. *I. I-G.* i) *in menfe* inf. *I. I-G.* k) *congios pro homine I. B. R.* l) *intra a. V.* m) *quadrantalia VIII. compeditis autem vt quicquid I. I-G.* n) *IIII. X. I. B. R.* pro *IIII.* in *Pol.* eft q et ad marginem *al. quadrantalia.*

notiffimum eft, vt in Antiquitatibus Triturae prolixius expofuimus. SCHOETTG. Editus poftea libellus elegans et vtiliffimus ad eam partem antiquitatis cognofcendam Traiecti ad Rhen. CIↃIↃCCXXVII. 8. De obturato triturantium boum ore §. 14 p. 38 fq.

56 Lemma abiiciendum, et *Epiftatae* interpretationem vilicae inutilem monet Pontedera. ante *Epiftatae* incidendum effe voluerunt Popma, aliquis in Fabri thefauro, et nuper Cl. *Facciolatus.* Vtris obtemperandum fit, ambigo.

57 Argumenta omnia in c. 66. ficta et inutilia funt. PONTED. Cum totum hoc caput illuftrauerit Marfilius Cagnatus Var. Obf. 4, 16, illius locum integrum Catoni fubiicere vifum eft.

57, 1 LORAM BIBANT) Plin. 14, 10 f. 12 *Non poffunt iure dici vina, quae Graeci deuteria appellant. Cato et nos loram, maceratis aqua vinaceis: fed tamen inter vina operaria numerantur.* Genera eius deinde enarrat tria.

57, 1 IN MENSE CONGIOS II. S.) Hinc igitur inter alia efficitur modus congii vel certe relatio inter ipfum et heminam. Triginta heminae efficiunt congios duos femis, igitur XII heminae implebunt congium. Eadem ratione ex iis, quae fequuntur, conficitur, *fextarium* dici ratione congii, cuius nimirum fexta pars eft, *heminam* autem appellatam *dimidiam* fextarii partem. De amphora non exquifite loquitur Cato, fed ὡς ἐν πλάτει. Aliunde enim notum, in amphora non XC tantum heminas ineffe, fed XCVI.

57, 2 SATVRNALIBVS ET COMPITALIBVS) *Saturnalia* erant fefta feruorum et familiae rufticae, quae per tres dies celebrabantur menfe Decembri XVI Cal. - *Compitalia* fefta ruri agebantur in compitis, in honorem Deum Larium, quotannisque is dies concipiebatur, vt Macrobius et alii docent. Ideo Cato iftis diebus feftis familiae dat vini congios, in fingulos homines. POPMA.

57, 2 SVMMA VINI) Locum hunc mutilum, et valde deprauatum fic reftituo ex V. C. *Summa vini in homines fingulos intra annum quadrantalia octo. Compeditis autem vti quicquid* etc. MEVRSIVS. Si aequalis effet librorum, qui hic diffentiunt, auctoritas, ita hunc locum conftituerem. *Summa vini i. h. f. inter annum Q.* VIII. (Hae notae peperiffe potuerunt illud *cum* Victorianum) *Compeditis vti - - addito: Eos* (durioris conditionis homines et parcius habitos) *non eft nimium in a. f. vini quadrantalia ebibere:* intellige fingula. Cum autem numerus deeffe alicui videretur, et fummam, quam vocant, fummarum hic poftulari; adiecit ex ingenio illud X: quo proinde folo abiecto commoda videtur lectio I. I-G. Sed videnda etiam Cagnati interpretatio, Catone illo homidiufculo non indigna.

57, 2 INTER ANNVM) Non admittit hanc phrafin Latinitas. Corrigo: *intera annum.* vltima ifta literula propter fimilem primam vocis fequentis abforpta eft. Dicebant autem veteres *intera* pro *intra*, et *fupera* pro *fupra.* Lex Numae: SEI. HOMINEM. FOLMINIS. OCCESIT. IM. SOPERA. GENVA. NEI. TOLITO. Lucretius lib. I. MEVRS. Recta locutio et veteribus vfitata. Plaut. Truculento. *Inter hos dies quidem hercle* iste

LVIII. [LIX.] FVLMENTARIVM familiae, oleae caducae quam plurimum condito. Postea oleas tempestiuas, vnde minimum olei fieri poterit, eas condito, parcito [a], vti quam diutissime durent. vbi oleae comesae [b] erunt, halecem [c] et acetum dato. Oleum dato in menses vnicuique sextarium I. Salis vnicuique in anno modium satis est.

LIX. [LX.] VESTIMENTA [a] familiae tunicam P. III. S. saga alternis annis. Quoties [b] cuique tunicam aut sagum [c] dabis, prius veterem accipito, vnde centones fiant. Sculponeas [d] bonas alternis annis dare oportet.

LX. [LXI.] BVBVS cibaria annua [a] in iuga singula lupini modios CXX. aut glandis modios CCXL. foeni pondo, IↃXXↃ [b] ocini [c]. fabae modios XX. viciae modios XXX. Praeterea granatui [d] videto vti satis viciae feras. Pabulum cum feres, multas sationes facito.

LXI. [LXII.] QVID est agrum bene colere [a]? bene arare. Quid secundum? Arare. tertio [b], Stercorare. Qui oletum saepissime et altissime [c] miscebit, is tenuissimas radices exarabit. si male arabit, radices sursum [d] adibunt [e], crassiores fient, et in radices vires oleae abibunt. (Agrum frumentarium cum ares [f], bene et tempestiue [g] ares, sulco vario ne ares)

Caetera

[C. LVIII.] a) *et partito a. V.* b) *commesae I. B. R.* c) *hallecem Pol.* [C. LIX.] a) *alias quadrantalia P.* b) *quotienscunque I. B. R.* c) *sagum a. V.* d) Varro Triptolemum *sculponeatum* dixit in Serrano: vt apud Nonium in vocabulo: *Rurant P.* [C. LX.] a) *singula* ins. *I. B. R.* b) *LXXI. ocymi a. V.* c) *tantundem*, add. *I. I-G.* punctum abest *I. B. R.* d) *generatim I. B. R. Ba. H. A. peneratim Gr. Gy.* deest plane *Iunt.* [C. LXI.] a) *Primum* ins. *I. I-G.* b) *Quid tertium? I. I-G.* c) *altissimas radices* reliquis om. *I. B. R.* nec ab *Pol.* d) *sursum P.* e) *abibunt a. V.* f) *aras a. V.* g) *tempestiuo Pol.*

iam actum aliquid oportuit. Titinnius: *quae inter decem annos nequisti vnam togam detexere.* POPMA. Confer Marsilii Cagnati locum, sub finem Catonis adiectum.

58 HALECEM ET ACETVM) *Halex* foeminino genere significat salsamentum piscosum, a suo liquamine nondum purgatum: quo rustici et pauperes pro pulmentario vtebantur, sicut et muria. Plinius 9, 17 *E iecore eorum halecem excogitare prouocauit.* Idem 31, 8 *Vitium huius est halex, imperfecta nec colata faex.* Martialis: *Capparin et putri caepas halece natantes.* POPMA.

59 SCVLPONEAS BONAS) Ausimne? *binas.* Certe apud Apuleium idem mendi residet Milef. 2 in istis verbis: *Grabatulum meum assistit mensula coenae totius honestas reliquias tolerans: et calices boni, iam infuso latice semipleni, solam temperiem sustinentes.* Corrigo: *et calices bini.* An, quod magis placet, transpositis leuiter literis? *Sculponeas nouas.* An *bonas* κατ' ἐξοχὴν *nouas* intelligi voluit? Atque hoc pacto eludetur noster conatus, quod facile patior. MEVRSIVS. *Sculponeae* sunt rusticorum et seruorum calceamenta, clauis ferreis confixa. Vnde *Sculponeatus*, indutus sculponeis. Plaut. Casina, *Qui quaeso potius quam sculponeas.* Varro Serrano, *Adspicio Triptolemum sculponeatum.* POPMA. Omnes hosce Meursii conatus irritos esse censet Io. Frid. Nilant ad Balduinum de calceo c. 17 p. 153, qui *bonas* explicat ex ligno firmo, non molli vel putrido. Adde Potgieserum de statu seruorum apud Germ. 1, 4, 2. SCHOETTGENIVS.

60 GRANATVI VIDETO) *Granatui* seritur, quod non seritur, vt viride pabulum iumentorum subsecetur, sed vt ad granum perueniat et frugem. TVRN. 6, 23. Praecessit sane de viciae modiis: itaque forte praestiterit legere *propterea*, vbi editur *praeterea*.

60 MVLTAS SATIONES) Diuersis temporibus, vt suppeditet semper viride ac tenerum.

61, 1 QVID EST AGRVM BENE COLERE? BENE ARARE) Postremas duas dictiones eiicio, et scribo: *Quid est primum? agrum bene colere.* Audi Plinium 18, 19 *In arando magnopere seruandum est Catonis oraculum. Quid est primum? agrum bene colere. Quid secundum? bene arare* etc. MEVRS.

61, 1 QVI OLETVM SAEPISSIME) Haec est vetus lectio. In excusis plura verba leguntur, quae M. Catonis sint, an recentiorum hominum, qui locum hunc supplere voluerint, affirmare non possim: nam superior sententia valde a Plinio laudatur, atque oraculum appellatur. In Plinii diuersis codicibus non vno modo legitur. Nos, vt in optimis exemplaribus illam inuenimus, ita illam scripsimus. VICTORIVS. Quam veterem lectionem vocat Victorius, et diuersam esse ab excusis notat, eam, vt supra notatum est, habent etiam editiones primae.

61, 1 AGRVM FRVMENTARIVM) Inclusimus quaedam vncis, vt non suo loco posita, siue ab ipso Catone, seu quis alius oracula eius parum prouide consuit. Apertum enim est, eum et ante haec verba, et post illa, de oleti cultura agere.

61, 1 SVLCO VARIO NE ARES) Etiam hoc oraculum laudat Plin. 18, 19 f. 49; explicat autem Colum. 2, 4, 5.

62 QVOT

Caetera cultura est multum serere, et diligenter eximere semina, et per tempus radices 2
plurimas [h] cum terra ferre. vbi radices bene operueris, calcare [i] bene, ne aqua noceat [k].
Siquis quaerat [l], quod tempus oleae serendae siet, agro sicco per sementim, agro laeto
per ver.

LXII. [LXIII.] QVOT [a] iuga boum [b], mulorum, asinorum habebis, totidem plostra esse oportet.

LXIII. [LXIV.] FVNEM torculum esse oportet extentum P. LV. Funem loreum in plostrum [a] P. LX. lora [b] retinacula longa P. XXVI. subiugia [c] in plostrum P. XVIII. [d] funiculum P. XV. in aratrum [e] subiugia [f] lorum P. XVI. funiculum P. VIII.

LXIV. [LXV.] OLEA vbi matura erit, quam primum cogi oportet, quam minimum in terra et in tabulato esse oportet. In terra et in tabulato putescit [a]. Leguli
volunt, vti olea caduca quamplurima sit, quo plus legatur. Factores, vt in tabulato diu
sit, vt fracida sit, quo [b] facilius [c] efficiant. Nolito [d] credere oleum in tabulato posse
crescere. Quam citissime conficies, tam maxime expediet, et totidem modiis [e] collectae 2
plus olei efficient [f], et melius. Olea quae diu fuerit in terra, aut in tabulato, inde olei
minus fiet et deterius. Oleum si poteris, bis in die depleto. Nam oleum quam diutissime in amurca et in fracibus erit [g], tam deterrimum erit.

LXV. [LXVI.] OLEVM viride sic facito: Oleam quam primum ex [a] terra tollito. Si

h) *euellere, semina occultare bene, ne etc. W.* i) *calcare a. V.* k) *neu aues tollant* inf. *W.* l) *quaeret P.* [C. LXII.] a) *Quod P.* b) *bouerum P.* [C. LXIII.] a) *plaustrum P.* b) *lora I. B. R.* c) *sub iuga* diuis. *I. B. R.* d) *XIX. lentt.* e) *aratum P.* f) *sub iuga* diuis. *I. B. R.* [C. LXIV.] a) *putrescit a. V.* b) *qua P.* c) *oleum* inf. *I. I-G.* d) *Nolite I. B. R.* e) *modis P.* f) *efficiet P.* g) *fuerit I. I-G.* [C. LXV.] a) *extra* coniunct. *I. B. R.*

62 QVOT IVGA BOVM) In manuscriptis, quos vidi, *Bouerum.* In optimo exemplari menda nota ad hunc locum adposita est. Opinor accuratum librarium suspectam hanc vocem habuisse, quae propter vetustatem peritos etiam viros decipere potuit: nam ita scribi debere, et ita priscos illos Romanos locutos esse testatur M. Varro, cuius e libro VII de lingua latina haec sunt verba: *Alios dicere boum greges, alios bouerum.* VICTORIVS. In duobus veteribus libris scriptum est: *bouerum.* Marcus Varro de L. L. libro 7 *Neque oportebat consuetudinem notare: alios dicere boum greges: alios bouerum.* Lucilius: *Quapropter deliro, et cupide officio fungor bouerum.* VRSINVS. *Bouerum* etiam praefert TVRN. 6, 23. Locus Varronis est p. 98, 30 Durdr.

62 MVLORVM) Mulos etiam plaustris aptatos fuisse ex hoc et alio Homeri loco ostendit Schefferus de re vehicularia 2, 9. De Asinis iam supra dictum est. SCHOETTGENIVS. Caeterum hanc legem ipse obseruat v. g. 10, 2.

63 Repetuntur haec 135, 4

63 SVBIVGIA LORVM) *Lora* mauult TVRN. 6, 23. Posterior vox an redundat, an est genitiuus casus et periphrasis, pro subiugiis loreis, ve horror saxi, glacies aeris et similia? Sunt autem subiugia lora, quibus colla iumentorum ad iuga alligantur. Vitruuius lib. 10. *Eadem ratione iumenta, cum iuga eorum subiugiorum loris per medium temperantur, aequaliter trahunt onera.* POPMA. Schefferus de re vehic. 1, 11 p. 120 legi malit *lorum* P. XII, vbi et *subiugia* Catonis idem esse putat, quod Graecum ζεύγλη Gl. *subiuga.*

64 Quae hoc itemque 65 et 66 capitibus habet Cato, ea pleraque inde repetit Plin. 15, 6 f. 6. Commentarii vicem praestare potest Colum. 12, 50.

64. 2 TOTIDEM MODIIS COLLECTAE) Intelligo, quot diebus citius colligentur, totidem modiis plus efficient.

65, 1 OLEVM VIRIDE) est, quod conficitur ex oliua nondum inchoatae maturitatis, vti loquitur Plinius 15, 1; Graece ὀμφάκινον, ἀπὸ τοῦ ὄμφακος, quod est viridis, immatura et acerba oliua. Meminerunt Plinius 12, 27. Coelius Aurelianus Acut. 1, 68 sapore praestantissimum iudicat Plin. l. c. Add. Reinesium Var. Lectionum 3, 12 p. 540. SCHOETTG.

65, 1 A

Si inquinata erit [b], lauito, a foliis et ſtercore purgato. Poſtridie aut poſt diem tertium, quam lecta erit, facito [c]. Oleam [d] vbi nigra erit, ſtringito. Quam acerbiſſima [e] olea [f]
2 oleum facies, tam oleum optimum erit. domino de matura olea oleum fieri maxime expediet. Si gelicidia [g] erunt, cum oleam coges, triduum, aut [h] quatriduum poſt oleum facito. Eam oleam, ſi voles, ſale inſpergito [i]. Quam calidiſſimum torcularium et cellam habeto.

LXVI. [LXVII.] CVSTODIS [a] et capulatoris officia. ſeruet diligenter cellam et torcularium [b]. Caueat [c] quam minimum in torcularium et in cellam introeatur. Quam mundiſſime [d] puriſſimeque fiat, vaſe [e] aheneo, neque nucleis ad oleum ne vtatur. nam ſi vtetur, oleum male ſapiet. Cortinam plumbeam in lacum ponito, quo oleum fluat. vbi factores vectibus prement [f], continuo capulator concha oleum, quam diligentiſſime poterit, tollat, nec 2
ceſſet.

b) *eſt I. B. R.* c) *facito oleum. Vbi lenſ. facito oleum B. R.* d) *Olea P.* e) *acerviſſima P.* f) *erit* et inſer. *I. B. R.* g) *gelicida I. B. R.* h) *atque I. B. R.* i) *ſpargito I. B. R.* [C. LXVI.] a) *Cuſtodis et capulatoris officia,* Lemma ſunt *poſt Vict.* b) *tabularium I. B. R.* c) *Cabet P.* d) *Quamimmundiſſime puriſſimeque a. V.* e) *vaſe a. V.* f) *premerint a. V.* g) *ne P.*

65, 1 A FOLIIS ET STERCORE) Corrigo: *A foriis*, Quid ſint *foriae*, docui Critici Arnobiani 7, 9. MEVRSIVS. Apage, bone vir! *forias* tuas. (neque enim l. c. oſtendit aliud eſſe *forias*, quam a quibus dicuntur *forioſi*.) *Folia* facile corraduntur cum oliua, ab his purganda eſt et reliquo ſtercore, ne prelo ſubiiciantur.

65, 1 QVAM ACERBISSIMA OLEA) Vetus locutio, qua Cato ita frequenter vſus, vt longum eſſet omnia loca hic congerere. Extat et apud Salluſtium, *Quam quisque peſſume facit, tam maxime tutus eſt*. Et Terentium Heautontim. *Quam in minima ſpe ſitus erit, tam facillime patris pacem in leges conficiet ſuas.* Item Varronem lib. 1 de re ruſtica: *Quam pauciſſimos reliquerint, tam optime in alendo ſunt.* Vide Seruium in lib. 7 Aeneid. POPMA. Optimum, inquit, et praeſtantiſſimum oleum quoad ſaporem, quod ex immatura colligitur oliua. At vero domino hoc non expedit, quia paucum iſtud eſt, a copia domino maximus prouentus et reditus. Ergo quanquam ſapore deterius oleum illud, quod ex matura oliua exprimitur; ideo tamen laudabile, quod inde domino plus accedet emolumenti, ditiorque fiat colonus. Haec Bodaeus a Stapel ad Theophraſti hiſt. plant. 4, 3 p. 313. SCHOETTG.

65, 2 QVAM CALIDISSIMVM) Nam, vt ait Plinius 15, 3 *olei cauſa eſt calor, quare et in torcularibus, et iam in cellis multo igne quaeritur.* h. e. ſemper ignis accendendus, vt oleum eo melius paretur, conficiatur et conſeruetur, cum contra Columella teſte 1, 6, 18 liquor oliuae frigoribus magis conſtringatur, ac deinde raceſcat. IDEM.

66, 1 Caput hoc ἀκέφαλον reddiderunt nobis iſti epigrapharum concinnatores ineptiſſimi, qui vt aliquam etiam hic epigrapham facerent, Catonem truncare neceſſe habuerunt. Nam iſta, *cuſtodis et capulatoris officia*, quae hodie ἐπιγραφῆς locum obtinent, ipſiſſima ſunt Autoris noſtri verba, vt luculente teſtatur optimus ille meus codex. Narrabo fucum. Cum more ſuo aſinus ille, quisquis fuit, vellet titulum capiti praefigere, nec capulatoris nomen per imperitiam alio vocabulo exprimere poſſet, Catonis verba ſumſit, parum intereſſe ratus, ſiue in frontiſpicio illa, ſiue in ipſo capite legerentur. Non feciſſet profecto, ſi cerebrum habuiſſet. Dicebantur vero *capulatores*, qui oleum deplebant. Cato noſter hoc ipſo capite: *Continuo capulator concha oleum, quam diligentiſſime poterit, tollat, nec ceſſet.* Item capite ſequenti: *Oleum frequenter capulet.* Colum. 12, 52 *Protinus capulator depleat, et in fictilia labra huic vſui praeparata defundat.* Hinc *decapulare* apud Plin. 15, 6. MEVRS. Huic capiti *cuſtodis et capulatoris officia*, quae dempta erant, reſtituantur. Sed proximum argumentum c. 67 *item cuſtodis officia* abiiciendum, nec non duo, quae ſequuntur: *vaſa vinaria et olearia extollere. Dolia quomodo imbuantur.* At illud: *Bubus medicamentum* Catonianum eſt atque ad priſtinam ſedem reuocandum, caeteris in c. 90 neglectis. PONTED. De Victoriana, et quae eam ſecutae ſunt, editionibus intelligendae ſunt irae Meurſii, praeter Popmae a. Nos rem ita apertam putabamus, vt reuocare antiquam rationem non dubitaremus.

66, 1 QVAM MINIMVM — INTROEATVR) Caloris facilius ſeruandi gratia. Plin. l. c. *Feruentibus omnia ea fieri, clauſisque torcularibus, et quam minime ventilatis: ideo nec ligna ibi caedi oportere.*

66, 1 VASE AHENEO) Locum hunc in vulgatis libris corruptum ab interpunctione reſtitui ex Plinio 15, 1. Sic enim ibi eſt: *In conchas et plumbeas cortinas: aere vitiari.* Colum. 12, 20, 1 *Ipſa autem vaſa, quibus ſapa aut defrutum coquitur, plumbea potius, quam aenea eſſe debent. Nam in coctura aeruginem remittunt aenea, et medicaminis ſaporem vitiant.* POPMA.

66, 1 NEQVE NVCLEIS) Hoc vult, cauendum eſſe, ne fractorum nucleorum liquor admiſceatur oleo; quod quidem molis facillime caueri poſſe oſtendit Colum. 12, 50, 6. Caeterum nucleorum vſum Plinius docet l. c. *E nucleis ipſarum ignis aptiſſimus.*

66, 1 VECTIBVS PREMENT) Bene V. C. *premerint*,

cesset. Amurcam caueat ne tollat. Oleum in labrum primum indito. inde in alterum 2
dolium indito. de iis [h] labris fraces, amurcamque semper subtrahito. Cum oleum sustuleris de cortina, amurcam dehorito [i].

LXVII. [LXVIII.] [a] QVI in torculario erunt [b], vasa pura habeant [c], curentque vti olea bene perficiatur [d], beneque siccetur [e]. Ligna in torculario ne caedant [f]. Oleum frequenter capiant [g]. Factoribus det in singulos [h] factus, olei sextarios, et in lucernam [i]
quod opus siet. Fraces quotidie [k] reiiciat [l]. amurcam commutet vsque adeo, donec in 2
lacum [m], qui in cella est, postremum peruenerit. fiscinas spongia effingat. Quotidie oleo lacum [m] commutet, donec in dolium peruenerit [n]. In torculario et in cella [o] caveat diligenter, ne quid [p] olei surripiatur.

LXVIII. [LXIX.] VBI vindemia et oleitas [a] facta erit [b], prela extollito, funes torculos, medipontos [c], subductarios [d] in carnario, aut in prelo suspendito. orbes, fibulas, vectes, scutulas [e], fiscinas, corbulas, quala, scalas, patibula omnia, queis vsus erit, in suo quidque [f] loco reponito.

h) *bis I. B. R.* i) *dehaurito a. V.* praeter Iunt. [C. LXVII.] a) *Item custodis officia, quae in torcularia a. V. item custodis officia* etiam *Po. 2.* praeponit. b) *erunt. Vasa I. B. R.* c) *habeat curetque I. I-G.* d) *perficiantur I. B. R.* e) *siccentur I. B. R.* f) *cedant P. cadant I. B. R. caedat I. I-G.* g) *capulet I. I-G.* h) *singulos* omitt. *I. B. R.* i) *lucerna P.* k) *cotidie P.* l) *reiciat P. eiiciat a. V.* m) *locum I. B. R.* n) *peruenerit in I. B. R.* o) *cella. Caueat I. B. R.* p) *neque P.* [C. LXVIII.] a) *oleitas I. B. R.* b) *fuerit P.* c) *melipontos I. B. R.* d) *aut* intersl. *a. V.* e) *sellas Pol. 2.* f) *quodque a. V.* praeter. *In.*

premerint. Archaismus est Catone dignissimus: nam veteribus flexiones eiusmodi praeteritorum a praesentibus crebrae sunt. Ennius apud Macrobium: *Consistere amnes perennes, arbores vento vacant.* Cornelius Tacitus Histor. lib. 1. c. 10. *Mox atteritis opibus lubrico statu, suspecta etiam Claudii iracundia.* Ita ex Vaticano recte legendum ibi monuit Vir Clarissimus Iustus Lipsius. Plautus, Sallustius, Tibullus similibus flexionibus vsi. MEVRS. vid. Ind. in *Praeterita.*

66, 2 INDE IN ALTERVM DOLIVM) Si quis legat Colum. 13, 50, 11 vbi is per triginta labra transfundi oleum, antequam in dolia veniat, praecipit, in mentem ei venire potest, deesse aliquid Catonis verbis. Quin ipse Cato 67, 2 lacus plures agnoscit subinde commutandos, donec in dolium perueniat oleum.

67, 1 QVI IN TORCVLARIO) Etiam hoc caput mutilum. Augeo et emendo: *Item custodis officia, quae in torculario erunt vasa* etc. Ita recte V. C. similem hic industriam suam ostendit ille, quisquis fuit, quem dicere nolo. MEVRS. Hic quidem non visum est necessarium, deserere Victorium. Nihil enim impedit, quo minus ita scripserit Cato.

67, 1 LIGNA, NE CAEDANT) Rationem adfert Plinius l. c. vt quam minime ventilentur torcularia. Itaque etiam Colum. 12, 50, 8 *lignorum copiam multo ante adportari vult*, at Plinius *nucleos* ipsos oliuarum ad ignem adhiberi.

67, 1 FREQVENTER CAPIANT) Non ausim damnare verbum, ex quo et *capula* et *capulare* ortum est. Et sane *capiant* oleum i. e. nouis subinde vasis labrisue excipiunt, faecibus in eo relictis, vnde depletur. Vid. ad Col. 6, 2, 4.

67, 2 AMVRCAM COMMVTET) h. e. commutandis labris separet ab oleo.

67, 2 FISCINAS SPONGIA EFFINGAT) Valet *tergeat*, vt apud Cic. pro Sextio *sanguinem spongiis effingi* legit Seruius, vbi mendose hodie *effundi* scribitur. TVRN. 6, 23. Locus est c. 35, vbi recepit *effingi* Gruterus auctoritatibus luculentis. add. Burm. ad illud Ouidii Her. 20, 134 *Effingoque manus insideoque toro.* Rem ipsam diligenter etiam inculcat Columella l. c.

68 MEDIPONTOS) Hic in optimo exemplari, *Mellpontos*, quemadmodum antea, vbi docuit, in torcularium quae opus sunt. VICTOR. Fruter. Verisimil. 2, 21 vtrumque recte dici putat, vt *medicae gallinae* sunt, quae alias *melicae*, vt *lacrymae*, *dacrymae.*

68 VECTES, SCVTVLAS) *succulas* legendum, quod in torculari locum iis etiam alias assignat Cato. TVRN. 6, 23. Omnino legendum, vt Turnebo placuit *succulas*: quarum notissimus vsus in torculari ad premendum, cum traiectis vectibus versantur et circa eas obuoluuntur funes ductarii, qui in medio annectantur parillo, cui nomen *porculus.* vid. c. 12 Mox, *Patibula* sunt

LXIX. [LXX.] DOLIA olearia noua sic imbuito. Amurca impleto dies VII. Facito vt amurcam quotidie[a] suppleas. Postea amurcam eximito et arfacito[b]. vbi arebit,
2 cummim[c] pridie in aquam[d] infundito. ea postridie diluito[e]. Postea dolium calfacito[f]. Minus quam si picare velis tepeat, satis est. Lenibus[g] lignis facito calescat. vbi temperate tepebit[h], tum cummim[i] indito, postea linito. Si recte liueris[k], in dolium quinquagenarium cummim P. IIII. satis erit.

LXX. [LXXI.] BVBVS[a] medicamentum. Si morbum metues, sanis dato salis micas III, folia laurea III, porri fibras III, vlpici spicas III, alii[b] spicas III, thuris[c] grana

[C. LXIX.] a) *cuotidie Pol.* b) *arefacito a. V.* c) *cuminum a. V.* d) *aqua a. V.* praeter Iunt. e) *deluito P.* f) *calefacito a. V.* praeter *I. I.* g) *Leuibus a. V.* h) *tepedit B. tepetit R.* i) *cummini P. cuminum a. V.* k) *leueris P. laueris I. B. R.* l) *cummini P. cumini a. V.* [C. LXX.] a) *Bubus si omitt. medicam. I. I-G. Bubus medicamentum* Lemma est *I. B. R. it. Vict.* b) *allii I. I-G.* c) *turis Pol.*

fustes validiores, quibus muniuntur ostia, et vasa, vel portantur, corbulae, dolia. POPMA.

69, 1 ARFACITO) V. C. *Arefacito.* Sed idem est, vt *calefacere, calfacere.* MEVRSIVS.

69, 1 CVMMIM PRIDIE IN AQVAM) Haec est antiqua et vera lectio, cum excusi omnes libri antea mendose *cuminum* haberent, et hic, et duobus aliis huius capitis locis. Nonius enim, cum de indiscretis generibus dissereret, docuit veteres et neutro et muliebri genere hoc nomen vsurpasse. VICTOR. *Cuminum*, quod ante Victorium obsederat hunc locum, ex Columella, quem statim laudabimus, refutat hic MEVRSIVS; sed nonne aduersatur Catoni Colum. 12, 50, 17 cum negat, *quae semel oleum testa combibit, eam recipere gummitionem.* Scilicet amurca non aeque pinguis est.

69, 2 LENIBVS LIGNIS) *Lenia ligna* sunt, quae flammam lenem emittunt, vt fasces, sarmenta, et id genus ligna minuta, quae veteres dixerunt *cocula*, quod iis facile decoquantur obsonia, autore Festo. Non enim adsentior doctissimo Scaligero existimanti *lenia ligna* esse τὰ ἄκαυστα, quae Homerus κάγκανα vocat. Plinius lib. 36, 26 *Lenibus autem, aridisque lignis coquitur.* Similiter Cato cap. 113 *Eo prunam lenem indito.* cap. 96 *Igni leni coquito*, vt Varro lib. 1 de re rust. *Decoquant in ahenis leni igni.* Et Columella lib. 12, 19, 3 *Lenique primum igne, et tenuibus admodum lignis, quae Cremia rustici appellant, fornacem incendemus.* His opponuntur *ligna grandia.* Tibullus 2, eleg. 1 *Ingerat ardenti grandia ligna foco.* POP.

69, 2 CVMMIM P. IIII.) Videtur legendum *cummis.*

70, 1 BVBVS MEDICAMENTVM) Haud dubie ab ipso Catone sunt duo verba, quae pro lemmate deinde temere accepta sunt. Medicinam ex parte fecere I. I-G. quos sequitur Meursius. Vide ad c. 66 Nobiscum hic Po. 2.

70, 1 PORRI FIBRAS III, VLPICI SPICAS III) Salmasius Plin. Exerc. p. 748 legit: *Vlpici sticas III, allii sticas III.* asseritque *nihil reperiri verius posse.* In Isidori quoque Glossario ad vocem *stica tunica* haec Io. Georgius Graeuius adnotat: *Stica tunica: hanc vocem restituit diuinus Salmasius Catoni, vbi agit de medicamento, quod bubus paratur: si morbum metues, sanis dato salis micas III, folia laurea III, Vlpici sticas III, allii sticas III. In Vlpico enim et allio nullae sunt spicae. Intelligit per sticas allii, quibus allium velatur, et quibus separatim nuclei velantur.* Vossius item in libro, quem *Etymologicum* vocauit: *Vsi* (inquit) *sic voce sticae, (ad tunicas allii indicandas) Cato et Columella, sed vulgo* spicae *substituerunt: vt obseruatum Salmasio. Columellae locus sic legi debet: - - Iam teneris frondens lactucula fibris Alliaque infractis sticis, et olentia late Vlpica. Idem 11, 3 de vlpico: habet enim velut allium plures cohaerentes sticas, easque cum sint diuisae, liratim seri debent.* Horum sententiis si quis addictus et Catonis commemoratum locum, et Colum. 11, 3, 20 *habet enim velut allium* (nam quod ad alterum in hortorum cultu spectat: *Alliaque infractis sticis* etc. possumus aliquatenus conniuere) vitiosos esse constituet. Quod mihi contra videtur; recte enim legi censeo, et Catonis *vlpici* ac *allii spicas*, et Columellae *cohaerentes spicas.* Siquidem spica nucleus vocatur, quod nomen ad id significandum in nostra hac vernacula lingua adhuc durat. Qua enim ratione *sticis*, i. e. tunicis s. inuolucris accommodari potest Columellae illud: *easque cum sint diuisae, liratim seri debent.* Tunicasne feremus? Quid illud quoque 11, 5 *spicae Vlpici vel allii (nam id quoque similiter conseritur) disponendae sunt?* item: *Deinde cum ternas fibras emiserunt spicae, sarrientur?* *Sticas*, credo, nucleorum nimirum membranas in porcarum puluinis disponemus, sarriemusque germinantes? Palladium quoque adeamus, qui 12, 6 sic ait: *Si capitatum* (allium) *facere volueris, vbi coeperit caulis prodire, proculca, succus reuertetur ad spicas.* Succus itaque, si Salmasio credimus, ad allii membranas reuertetur, et hac ratione capitatum habebimus allium succisioribus tunicis refertum. Quo quid posset dici ineptius? Praeterea aduersus gallinarum pituitam haec praecepit Col. 8, 5,

grana III, herbae fabinae plantas III, rutae folia III, vitis albae caules III, fabulos al-
bos III, carbones viuos III, vini S. III. Haec omnia fublimiter [d] legi, teri, darique
oportet [e]. Ieiunus fiet qui dabit. Ter triduum de ea potione vnicuique boui dato. 2
Ita diuidito, cum ter vnicuique dederis, omnem abfumas. Bosque ipfus, et qui dabit,
facito vt vterque fublimiter ftent. Vafe ligneo dato.

LXXI. [LXXII.] BOS fi aegrotare [a] coeperit, dato continuo ei [b] vnum ouum gallinaceum crudum, integrum facito [c] deuoret. Poftridie caput [d] vlpici conterito [e], cum hemina vini, facitoque [f] ebibat. fublimiter terat [g] et vafo ligneo det. Bosque ipfus, et qui dabit, fublimiter ftet [h]. Ieiunus ieiuno boui dato.

LXXII. [LXXIII.] BOVES ne pedes fubterant, priusquam in viam quoquam ages [a], pice liquida cornua infima vnguito.

LXXIII. [LXXIV.] VBI vuae variae coeperint fieri, bubus medicamentum dato quotannis [a], vti valeant. Pellem anguinam vbi videris, tollito et condito, ne quaeras cum opus fiet. Eam pellem, et far, et falem, et ferpullum [b], haec omnia vna conterito, cum vino dato bubus bibant [c] omnibus [d]. per aeftatem boues [e] aquam bonam et liquidam bibant femper curato. vt valeant refert.

LXXIV.

d) *fublimis W.* e) *oportet bubus ieiunusque W.* [C. LXXI.] a) *aegrotauerit I. B. R.* b) *ei* om. *iid.* c) *facito* abeft *I. I. facito vt a. V.* d) *vnum* inf. *I. B. R. Ba-G.* e) *et id vafe ligneo terito, et* inf. *I. I-G.* f) *facitque olebibat P. facito bibat a. V.* g) *terat et - - det* defunt *I. I-G.* h) *ftent Bof.* [C. LXXII.] a) *agas a. V.* [C. LXXIII.] a) *quot annis* diu. *I. B. R. quod annis P.* b) *ferpyllum I. I. Ba. ferpillum a. V.* c) *omnibus vt bibant a. V.* d) *omnibus vt* omitt. *P.* e) *bonus Bon.*

8, 5, 21 *Quod fi tamen peftis peruaferit, funt, qui fpicas allii tepido madefactas oleo faucibus inferant.* Quod remedium excerpens Palladius 1, 27 pro *fpicas allium* expreffit, non autem tunicas: *haec* (pituita) *leuiter vnguibus vellitur, et locus cinere tangitur, et allio trito plaga mundata confpergitur.* His fatis, ni fallor, oftenditur, fpicas nucleos vocari, nullumque in huiusmodi lectionibus latere vitium. Nunc ad Catonis locum redeo, qui fimillimo ex Columella depromto exemplo confirmatur; hic enim de bouis aegrotantis cura verba faciens, non fticas, fed ipfa vlpici capita, quae nucleis feu fpicis fiunt, conterenda docet: *poftridie caput vlpici conterito cum hemina vini.* *Spicarum* itaque nomine expofito *fibrarum* etiam vt explicem, inter neceffaria effe video; tenuiffima enim porri radiculas, aut quid item perexile danda bubus a Catone praeceptum crediidiffe videtur Salmafius, dum haec adiiecit: *Sed inquiet aliquis, cur tunicas tantum allii ac vlpici in illo medicamento dari praecepit Cato, et non potius nucleos ipfos et capita? Quaeram ab ipfo viciffim, cur idem Cato folas porri fibras tres, et non potius ipfa capita danda praefcripferit?* Sciendum itaque eft, porri *fibras* folia dicta apud veteres inuenio, quae angufta effent, oblonga, et in mucronem faftigiata, atque, vt pofteriores vocant, *Graminea* Col. 11, 2, 9 *Eorumque tempeftiua farritio eft, cum enata frumenta quatuor fibrarum effe coeperunt.* Idem 2, 12, 4 *Triticumque et adoreum, cum quatuor fibras habere coeperint,* (funt farrienda) *hordeum, cum quinque.* Quoniam autem et lactuce, dum tenera, folia angufta fert, et acuminata, idcirco Columella de hortorum cultu v. 111 dixit: *Iam teneris frondens lactucula fibris.* Iam vero illa, quae fupra adduxi: *deinde cum ternas fibras emiferunt allii et vlpici fpicae,* item haec 11, 3, 31: *in eo autem* (porro) *quod magni capitis efficere voles, feruandum fit, vt antequam translatum deponas, omnes radiculas amputes, et fibrarum fummas partes intondeas,* nonne fibras et allii, et vlpici et porri denique folia effe oftendunt? Quapropter recte dixit Cato: *allii et vlpici fpicas tres, porri fibras tres,* quarum rerum dationes non adeo ob paruitatem contemnendae funt, vt cenfet Salmafius. PONTED. *Fibras* ego *porri* eandem puto comparationem habere ad porrum, quam iecoris fibrae ad iecur, et effe vnam rem *fibras* et *fpicas.*

70, 2 HAEC OMNIA SVBLIMITER) Fere mutaffem *fubtiliter*, fed obfiftunt, quae hoc et fequenti capite fequuntur. Explicandum ergo erit ita: qui medicamentum hoc leget, teret, et dabit, eum ftare oportet fublimem, fiue erectum. Caufam vero eius rei me fugere lubens profiteor. SCHOETTG. Quid fi fublimiter omnia fieri oportet, h. e. a ftantibus et, quantum poteft erectis, vt etiam bos ne decumbat? hem aftutias!

73 AQVAM BONAM ET LIQVIDAM) Hoc

LXXIV. [LXXV.] PANEM depſticium [a] ſic facito. Manus, mortariumque bene lauato. Farinam in mortarium indito, aquae paulatim addito, ſubigitoque pulchre. vbi bene ſubegeris, defingito, coquitoque ſub teſtu [b].

LXXV. [LXXVI.] LIBVM hoc modo facito. Caſei P. II. bene diſterat [a] in mortario. vbi bene diſtriuerit, farinae ſiligineae [b] libram [c], aut ſi voles tenerius eſſe, ſelibram ſimilaginis [d] ſolum eodem indito, permiſcetoque cum caſeo bene. ouum I. addito, et vna permiſceto bene. Inde panem facito. Folia ſubdito. in foco caldo [e] ſub teſtu [f] coquito leniter [g].

LXXVI. [LXXVII.] PLACENTAM ſic facito. Farinae ſiligineae [a] L. II. vnde ſolum facias in tracta [b], farinae L. IIII. et alicae primae L. II. alicam in aquam infundito. vbi bene mollis erit, in mortarium purum indito, ſiccatoque bene. Deinde manibus depſito [c]. vbi bene ſubactum erit, farinae L. IIII. paulatim addito. id vtrunque tracta

[C. LXXIV.] a) *teſtitium I. B. R.* · *depſticum I. I-G.* depſticium lemma, *Pol.* b) *teſta a. V.* [C. LXXV.] a) *diſtereat Bon. deſiſtereat Reg.* b) *ſiliginiae Iunt.* c) *libra Pol.* d) *ſiliginis I. I-G.* e) *calido a. V.* f) *teſta a. V.* praeter Iuntt. *teſtu*, Brh. g) *leuiter a. V.* praeter Iunt. [C. LXXVI.] a) *ſiligneae Bon.* b) *tractu I. B. R.* c) *dempſito I. B. R.*

ineptum. Quaſi vero non ſemper aqua liquida. Corrigo: *limpidam*. MEVRS. *Aqua bona* eſt ſalubris; *liquida* tenuis et pura, non turbida. Nam liquare et turbare ſunt contraria, quod, vt ait Varro, *turbida, quae ſunt, deliquantur, vt liquida fiant.* Plautus Moſtellaria. *Efficiam quae facta hic turbauimus, profecto vt liquida omnia et tranquilla ſint.* Hinc per tranſlationem *liquidus aër, ignis, liquida aqua, vox, liquidum auſpicium* et ſimilia. POPMA.

74 SVB TESTV) V. C. *Sub teſta.* Sed illud Catonis aeuum et ſtylum magis redolet. MEVRS. Ita enim antiqui, et hos imitati quidam recentiores. Priſcianus lib. 4 p. 101 *Teſta quoque ſiue teſtu* (facit) *teſtudo*. Sulpicius Seuerus hiſt. ſacr. 2, 2, 5 vbi de ſtatua Nabuchodonoſoris: *Sed ferrum atque teſtum inter ſe confuſum coire non poterat.* SCHOETTG. *Teſtum* neutro genere vocat Plinius 32, 7 ſ. 26 et 30, 12 ſ. 39 vas primo quidem, vt arbitror, teſtaceum ſeu figlinum, vnde nomen, deinde etiam aereum, cui impoſitae prunae, quod ſubiectum erat, torrerent; quod quidem apertum eſt ex 76, 4 licet ibi et alias *texto* ſcribatur.

75 FOLIA SVBDITO) Qualia? verum arida ad leniter coquendum? an vero odoramenta, nam et haec ſaepiſſime *folia* dicuntur. Videantur, ne prolixi ſimus, Barthius ad Claudianum p. 1316. Salmaſius ad Solinum c. 52 p. 749, 750. SCHOETTG. Mihi videntur folia maiora arida, ſucci certe non multi, ſubiecta ad cineres arcendos aut cauendam aduſtionem, vt apud nos charta adhibetur. Lauri folia praeſertim vſurpata vel ex 76, 3 apparet, itemque ex illo Ciceroniſmo, *laureolam quaerere in muſtaceo* ad Att. 5, 20 cui lucem olim viri docti foenerati ſunt ex Catone noſtro c. 121.

76, 1 PLACENTAM SIC FACITO) Plutarchus in Catone: *Καὶ συντέταχέ γε βιβλίον γεωργικόν, ἐν ᾧ καὶ περὶ πλακούντων σκευασίας, καὶ τηρήσεως ὀπώρας γέγραφεν, ἐν παντὶ φιλοτιμούμενος περιττὸς εἶναι καὶ ἴδιος. ἦν δὲ καὶ τὸ δεῖπνον ἐν ἀγρῷ δαψιλέστερον.* Vtitur autem vocabulis propriis arti piſtoriae et dulciariae, vt cum vocat *Solum* fundamentum placentae, quod primo latum fingebatur, poſt vbi erant impoſita Tracta, contrahebatur: *Balteus* eſt pars ſoli, quae placentam cingit, et ambit: *Tracta* ſunt ficta farinacea, quae imponebantur in ſolo, ita vt ſingulatim ſurſum verſus exirent, dicta a tractando, quod maſſa manibus ſubacta multa tractatione miſceatur et molleſcat. *Tractas* foeminino genere dixit Plinius 18, 11. Vide Athenaeum lib. 3 et 14. Turnebum 23, 10. POPMA. Eadem fere iam viderat TVRN. l. c. Thuringi, inter quos iſta ſcribo, hoc genus placentarum hodieque vſurpant, et appellant *Kraepfel* vel *Kraeppelkuchen* h. e. ſolo cuidam ſiue placentae maiori impoſita tracta, ſeu placentulas minores rhomboides, adiecto butyro, vel oleo, coctas in furno. Idem Turnebus etiam laudat Athenaei locum L. 1. *εἰς δὲ τὰ κατόπιν καλούμενα τρωκτὰ μίξεις ἄρτος καὶ εἰς ἄρτον.* Quod autem idem vir doctiſſimus *tartam* hodiernam, quae placentae ſpecies eſt, pomis omne genus fartae cum *tracta* Catonis comparat, rectius intelligetur ex ipſius adnotatione ad verba ſ. 4 *ſolum contrahito.* Apud Apicium paſſim *tractum*, vel *tracta* confringi iubetur, et cibis aliis adiici, vt appareat, fuiſſe etiam maſſulas frumentaceas, vel, ſi mauis, laminas tenues e maſſa denſiuſcula manibus aut cylindri ope expanſas, iurulentis quibuſdam aliquantum conſolidandis adiici ſolitas.

76, 1 ALICAE PRIMAE) Sunt enim tria eius pro granorum magnitudine genera. Plin. 18, 11 ſ. 29 qui locus claſſicus eſt. Reliqua damus in Ind.

76, 1 COM-

tracta facito. In qualo, vbi arescant, componito[d]. vbi arebunt, componito puriter.
Tum[e] facies in singula tracta. vbi depsueris[f], panno oleo vncto tangito, et circumter- 2
geto[g], vnguitoque[h] vbi tracta erunt. focum, vbi[i] coquas[k], calfacito[l] bene, et testum[m].
Postea farinae L. II. conspergito[n], condepsitoque. Inde facito solum tenue casei ouilli[o]
P.[p] XIIII. ne acidum fiet[q] et bene recens, in aquam[r] indito. ibi macerato, aquam ter
mutato. Inde eximito, siccatoque bene paulatim manibus[s], siccum bene in mortarium
imponito. Vbi omne[t] caseum bene[u] siccaueris, in mortarium purum manibus con- 3
depsito[x], comminuitoque[y] quam maxime. Deinde cribrum farinarium purum sumi-
to, caseumque per cribrum facito transeat in mortarium. Postea indito mellis boni
P. IIII. S. id vna bene commisceto cum caseo. Postea in tabula pura, quae pateat
P. I. ibi balteum ponito, folia[z] laurea vncta supponito, placentam fingito. Tracta[a] 4
singula in totum solum primum ponito, deinde de mortario tracta linito, tracta addito
singulatim, item linito vsque adeo, donec omne[b] caseum cum melle adusus[c] eris. In
summum tracta[d] singula indito, postea solum contrahito[e] ornatoque focum. * de[f] ve
primo,

d) *composito I. B. R.* e) *cum I. B. R.* f) *dempsueris P. dempseris: parue I. B. R.* g) *circumtegito I. B. R. Hern. circumtergito I. I. Ba. A. Gr. G.* h) *vngitoque a. V.* i) *ea* inf. *Ba-G.* k) *cocas Pol.* l) *calefacito I. B. R. Ba-G.* m) *textum I. B. R. testam Hernag.* n) *conspargito condempsitoque I. B. R. conspargito* etiam *Meurs. et Po. 2.* o) *ouilis a. V.* p) *pond. XIII. H. A. Gr. G.* q) *fiet* omitt. *I. B. R.* r) *ter* inf. *a. V.* s) *manibus* om. *I. B. R.* t) *omnem a. V.* u) *bene* deest *I. B. R.* x) *condempsito I. B. R.* y) *comminutoque Iens. communuitoque Reg. communitoque Iunt.* z) *foliaque a. V.* a) *Tractam Pol. 1. Tractam in Pol. 2.* b) *omnem a. V.* c) *abusus a. V. absumseris* Brh. d) *tractam P. 1. Tractam in P. 2.* e) *contracto Pol. 2.* f) *de veprino Pol. 1. de ve primo Pol. 2. Deinde premito I. B. R.* Brh. *de iunipero I. I-G.* vbi punct. praec. tollit Hern. eiusque loco, ponit *Ba. Gr. G.*

76, 1 COMPONITO PVRITER) *Pariter* legendum putat TVRN. l. c. id est, facies, vt ante feceras, cum in qualo poneres.

76, 1 TVM FACIES IN SINGVLA TRACTA) Id est eodem auctore, singula tracta tractabis et depses et finges, vt oportet.

76, 2 PANNO OLEO VNCTO) Hodie fere penicillos siue setas potius adhibent.

76, 2 VNGVITOQVE, VBI TRACTA ERVNT) TVRNEBVS intelligit, *vbi* hoc est, *cum* ficta erunt; sed mihi videtur hoc sibi velle Cato; vnguito non ipsa modo tracta, sed locum etiam soli, siue placentae inferioris, vbi tracta erunt. Idque per prolepsin praecipit. Nam de solo post focum demum calefactum agit.

76, 3 TENVE CASEI) Forte sic esse debet: *tenue. Casei* etc.

76, 3 VBI OMNE CASEVM) V. C. *omnem.* Sed illud praetulerim, vt magis Catonianum. Porro neutro etiam extulit hanc dictionem Nonius: *Pecunia quid? Bonum breue est, respondi. Sardis veniens caseum.* Item Plautus: *Parasito cum virgis caseum tradi* [Merc. *radi*] *potest.* Ita legendi isti versus apud Nonium. MEVRS. *Omne* legi etiam vult Barth. 24, 1 p. 1171.

76, 3 BALTEVM PONITO) Explicante eodem TVRNEBO soli pars replicata.

76, 4 DE MORTARIO TRACTA LINITO) Caseo, qui per cribrum in mortarium iniectus fuit, et melle commixtus.

76, 4 ADVSVS ERIS) Malit etiam TVRN. *abusus. Absumseris*, coniectura, vt videtur, Broukhusii.

76, 4 SOLVM CONTRAHITO) Siue replicato, vt minus fiat, existatque balteus, de quo dictum est. Ita malo interpretari, quam sequi TVRN. cuius verba tamen lectoribus non inuidebo: „Cum „fingitur placenta positis tractis ita, vt in summo „singula sint: solum, quod in imo latum erat, re„plicatum in metam sursum versus colligitur: vnde „scribit: *postea solum contrahito:* totaque tracta „cingit, et tractorum condimenta complectitur.“ Quae verba tanto minus omittenda fuere, quia hinc intelligitur, cur cum *tartis* comparauerit placentam Catonis vir doctissimus; sed non videtur Catonis esse haec sententia, verum ea, quam proposuimus. Viderint, quorum refert.

76, 4 ORNATOQVE FOCVM) Pluribus hunc locum in nostris epistolis complexi sumus, quo clarius ostenderemus, *focum* instrumentum etiam esse coquinarium, sed magnum; at minus *foculum.* Id nos vernacula consuetudine retinemus, qui *Foeclare* et ignis locum, et vas in quo cibi assantur, vocamus. Quod item Latinis in consuetudine fuisse dum librarios fugit, Catonis monitum foede inquinarunt. Ideoque *deue primo temperatoque* vel *leue* aut *lene pruna temperataque* fuit, vt cap. 113. vel: *lene igni temperatoque:* vel quid item PONTED.

76, 4 DEVE PRIMO) Communem lectionem improbauimus, vt nouam insulsamque; nec tamen

primo, temperatoque[g], tunc placentam imponito, testo[h] caldo operito, pruna[i] insuper, 6. et circum operito. Videto vt bene, et otiose percoquas. aperito, dum inspicias, bis aut ter. vbi cocta erit, eximito, et melle vnguito[k]: haec erit placenta semodialis.

LXXVII. [LXXVIII.] SPIRAM sic facito. Quantum voles pro ratione, ita vti placenta fit, eadem omnia facito, nisi alio[a] modo fingito in solo tracta. cum melle oblinito bene. Inde tanquam restim tractes[b] facito, ita imponito in solo[c], simplicibus[d] completo bene arcte[e]. Caetera omnia quasi placentam facias, facito, coquitoque.

LXXVIII. [LXXIX.] SCRIBLITAM sic facito. In balteo tractes[a] caseo, ad eundem modum facito, vti placentam sine melle[b].

LXXIX.

g) *que* abest *Pol.* 1. h) *texta* omn. praet. *P. I. I. testu*, Brb. i) *pruna-operito* desunt *I. B. R.* k) *vngito a. V.* [C. LXXVII.] a) *quod* inser. *I. B. R. sic Ba-G.* b) *tractes* omitt. *Iunt.* c) *sole de I. B. R.* d) *de simplicibus I. B. R. dein plicis I. I-G.* e) *arte I. B. R.* [C. LXXVIII.] a) *balteo tracta ex Iunt. tractis P.* b) *coquitoque* add. *a. V.*

locum restituere potuimus. Quod in nobis fuit, veterem scripturam demonstrauimus, ad eamque mendi notam adposuimus; id quod in optimo etiam libro ei acciderat. VICTOR. Turnebus emendat *Bene primo*, alii *de iunipero*; ego *leni pruna* ex verbis sequentibus cap. 14 *eo prunam lenem indito.* Laberius: *leni pruna percoctus.* POPMA.

76,4 TESTO CALDO) Similiter cap. 85 *Catinum texto operito*, antique, pro *testo*, propter affinitatem et commutationem litterarum S. et X, vt *nugas* et *nugax*, *ninsi ninxi*, et alia, quae notaui lib. 1 de vsu antiquae locutionis cap. 1. POPMA. Lego *testo.* Sic supra c. 74 *vbi bene subegeris, defingito, coquito sub testu.* c. 75. *folia subdito, in foco caldo sub testu coquito.* Dicebant autem veteres *testa, testu, testum.* MEVRS. *Textum* vel *testum*, quid rei fuerit, hic locus comparatus cum c. 74 apertissime declarat. Neque tamen intellexit Meursius, qui ad verba proxima, *pruna insuper et circum operito*, hoc est, totum testum, sub quo latet placenta, prunis aggestis contegito, laudat locum Servii huc plane nihil facientem. Est non quidem ad Aen. 6 vt laudatur a Meursio, sed ad 7,463 *Virgea (flamma) suggeritur costis vndantis aheni*, vbi Grammaticus, nec ipse quidem satis accurate, puto, *Bene antiquum*, inquit, *respexit morem: nam ollas non suspendebant, sed positis circum circa ignem adhibebant.* Quasi vero ignis subiectus, vel *suggestus* Virgilii verbo ollae pendenti, non etiam costas siue latera illius inuaderet; aut quasi *costae olla*e non pro toto illius cauo siue pendentis siue stantis dici a poëta potuissent. Nostram interpretationem etiam verbum *operito* cauet, quod ostendit, *testum* superimpositum foco, positaeque in eo placentae hanc texisse, et, vt crustam in summo acciperet, effecisse.

77 NISI ALIO MODO FINGITO) h. e. *sed*, vid. Popma ad c. 43.

77 TANQVAM RESTIM TRACTES) legendum, non *tractes* masculino genere, quo nec Cato, nec vllus auctor vtitur. Praecipit autem tracta tanquam restim conuoluta in solum imponi. Vnde et Spirae nomen accepit; cuius mentio Athenaei lib. 14. Festus: *Spira dicitur et basis columnae vnius tori aut duorum, et genus operis pistorii, et funis nauticus in orbem conuolutus.* Vide scholia nostra in Sallust. l. 3. Histor. POPMA.

77 SIMPLICIBVS COMPLETO) In excusis antea, *Dein plicis*; nos eam scripturam reposuimus, quam in cunctis MS. inuenimus, nec tamen eam explicare possumus. Meliora fortasse ingenia ex veteribus vestigiis veram lectionem indagabunt. VICT. V. C. *Deinplicis.* Rectene, si dirimamus? *dein plicis*, arbitror. MEVRS. Pluribus in isto tam deprauato loco omnia incertiora sunt. Namque quis Oedipus Sphingem istam: *simplicibus completo* exsoluerit? Sane si quibus partibus *simplicibus* conglutinatum fuerit, constaret, aliquid fortasse coniectando expedire possemus. Sed, quoniam ita efformatum est, recisis, quae eminebant, membris, vt nihil ad veterem speciem superfit, ecquid pro auctoris maiestate non inueniri, sed excogitari poterit? Quod haud obscurum apparet, ex pluribus esse istud *simplicibus* possumus affirmare. Num ex huiusmodi reliquiis? *de sim plicib* &c. nam in Iensonio editum est: *de simplicibus.* Quod si pro certo asserere auderem, quid ex iis proferrem conglutinatum, veluti: *restim plicis vsque completo bene arcte.* Id ad spirae compositionem explicandam non alienum plane videtur. PONTED. Quid si *sine plicis* fuit? coniunctis et ita prope adpositis sibi inuicem tractis, vt vna inde continua spira efficiatur.

78 SCRIBLITAM SIC) *Scribillo* et *Conscribillo* veteres dixerunt, vt obseruauit Nonius. Inde *scriblita* siue *scriblita* dicitur placenta, notis quibusdam signata et inscripta, quasi *scribillata.* Plaut. Poenulo: *Dum scriblitae aestuant, occurrite.* Martial.

LXXIX. [LXXX.] GLOBOS † sic facito. Caseum cum alica ad eundem modum misceto. inde quantos voles facere facito. in ahenum [a] caldum vnguen indito. Singulos aut binos coquito, versatoque crebro duabus rudibus; coctos eximito. eos melle vnguito [b], papauer [c] infriato, ita ponito.

LXXX. [LXXXI.] ENCYTVM [a] ad eundem modum facito, vti globos [b], nisi calicem pertusum cauum habeat. ita in [c] vnguen [d] caldum fundito. honestum [e] quasi spiram

[C. LXXIX.] † *globulos a. V.* a) *aenum P. aeneum I. B. R.* b) *vngito a. V.* praeter Iunt. c) *papauere a. V.* [C. LXXX.] a) *Encitum sic ad I. B. R. Enchytum sic I I-G.* b) *globulos a. V.* c) *in* omitt. *I. B. R.* d) *vnguem* Sphalma Commel. e) *testumque W. Hoc pestum I. B. R. Hoc in restim I. I-G.*

tial. lib. 3 *Circumlata diu mensis scriblita secundis.* Etsi nonnulli a graeco τετρίβλιτα, ab intensione deducant; quibus non adsentior; cum etiam Graeci Latinam vocem *scriblitam* vsurpent. POPMA.

78 IN BALTEO TRACTES CASEO) Lego, et interpungo: *In balteo tractes caseo ad eundem* etc. MEVRSIVS. Sed malim tamen cum Iunctis legere *tracta ex caseo.* Elisio vocalis, et affinitas soni litterarum sibilantium, *tractes* peperisse videtur. Certe Victorianam lectionem a me non intelligi fateor. De *scriblita*, et praecipue etymologia ac orthographia multa viri docti ad Petron. c. 35 et Martial. 3, 17. Voss. in etymol. Quo minus adsentiamus *striblitam* quasi *streblitam* volentibus ἀπὸ τοῦ στρεβλῶν, consensus Codicum Catonis facit.

79 GLOBOS SIC FACITO) Sic in antiquis libris legi, cum in impressis antea ἐπιμερισμοῖς *globulos.* Idem etiam non multo post factum erat. Ita quoque scriptum esse animaduerti in M. Varronis de lingua latina antiquis exemplaribus, in illo loco libri quinti: *A globo farinae dilatato, item in oleo cocti dicti globo, globi.* Nam illic etiam formis excusi libri *globuli* habent. VICTORIVS. *Globi* siue *globuli* ab orbiculari figura dicti: qui melle vngebantur, vt ait Cato. Inde Petronius: *mellitos verborum globulos.* Meminit eorum Varro de l. l. 4. Athenaeus. POPMA. Inde metaphoram desumsit Petronius c. 1. quando *mellitos verborum globulos* dixit. Vide ibi Barthium et reliquos Interpr. nec non, quae Wowerius notat ad Minucium Fel. p. 20. SCHOETTG. Locus Varronis laudatus Victorio est l. 4. p. 28, 2 Durdr. *Idem in oleo cocti dicti a globo globuli.* Nec aliter editio Gothofr. p. 19, 25.

79 QVANTOS) pro quot, vt *tantos* pro tot. Saluianus de gubern. Dei lib. 3. p. 80. *Quantos putamus esse, qui dicto huic vel aures modeste praebeant?* Plura, ne prolixi simus, dabunt Rittershusius ad Guntheri Ligurinum 4. 373. Weizius ad Valer. Flaccum 2, 563. Munckerus ad Fulgentium Mythol. 2, 9. SCHOETTG.

79 PAPAVER INFRIATO) V. C. *papauere.* Legendum *papauerem.* Veteres enim *papauer* etiam masculino genere vsurpabant. Sosipater Charisius l. 1. "Papauer neutri generis est, sed masculino genere Plautus dixit. *Quasi tu obiicias formicis* „*papauerem.* Et Cato originum secundo: *Papauer* „*Gallicanus*; et Varro in Admirandis: *Infriasse* „*papauerem.* Scribo autem in Plauti verbis: *Quam si tu obiicias* etc." Est enim versus Trinummi, sc. *minus quindecim etc.* Vtitur et Poenulo, sc. *Negoti sibi: sesamum, papaueremque, triticum et frictas nuces.* Et memoria lapsus Nonius, qui ex Asinaria producit; eumque secutus D. Lambinus. Iam vero in Varronis loco, quem ex Admirandis citat Charisius, malim ex Nonio legere: *Infria seni papauerem.* Nam senes, vt qui insomnio plurimum laborant, eius remedii egeni. MEVRSIVS.

80 ENCYTVM) *Encytum* scribitur sine aspiratione, quam veteres plerumque omittebant, non in Graecis modo dictionibus, sed etiam Latinis, vt alibi notaui. Est autem genus placentae, sic appellatum ab ἐγχυτεύειν, infundere, quia infundebatur in calicem pertusum in vnguine positum, efficiebaturque *honestum quasi spira*, id est luculentum et completum. *Honestum* interdum refertur ad formam. Ter. Andria: *Erat honesta facie, et liberali:* ad quod Donatus: „*Honesta* ad formam, *liberali* ad „vultum retulit." Meminit *encyti* Athenaeus lib. 14. et Hesychius. POPMA.

80 CALICEM PERTVSVM CAVVM HABEAT) non intelligo. Quod Popma narrat, illud certe Cato, vt nunc est, non dicit. Sed legendum ex Broukh. coniectura *nisi calicem pertusum habeas,* (per quem sc. infundere possis, vt nostri per infundibulum, vel siphonem cum embolo) *ita* (i. ex quocunque vase, in quo miscuisti) *in vnguen caldum fundito.*

80 HONESTVM) Antiqua haec lectio, quam veram esse huius loci credidi. *Honestum,* (vt opinor) appellauit enchytum, quod magnitudinem et elegantiam quandam habeat; id enim honestum saepe significare, perspicuum est. Formis excusi antea libri *In restim* habebant. Vt autem *honestum* dignitatis plenum: ita contra *inhonestum* dedecoris ac turpitudinis. Apud Tacitum duobus locis haec vox esse debuit. Vbi enim in impressis lib. 15. *Bellum anceps, an pax in hoste placeret:* in antiquissimo libro, *In hosta:* quare *inhonesta* arbitror legendum. Item 17, vbi in excusis: *Vitellius ventre et gula sibi ipsi hostis:* in eodem, *sibi inhostus:* ego *inhonestus* lego.

ram facito. idque duabus rudibus versato [f], praestatoque [g]. item vnguito [h], coloratoque, caldum no nimium. id cum melle, aut cum mulso apponito.

LXXXI. [LXXXII.] ERNEVM [a] tanquam placentam [b], eadem omnia indito quae in placentam. id [c] permisceto in alueo [d]. Indito in hirneam [e] fictilem, eam demittito [f] in aulam [g] aheneam [h] aquae calidae plenam. ita coquito ad ignem. Vbi coctum erit, hirneam [i] confringito [k], ita ponito.

LXXXII. [LXXXIII.] SPAERITAM [a] sic facito, ita vti spiram, nisi sic fingito [b] detractis caseo, melle, sphaeras pugnum altas facito. Eas in solo componito, densas eodem modo componito atque [c] spiram, itemque coquito.

LXXXIII. [LXXXIV.] VOTVM pro bubus, vt valeant, sic facito. Marti Siluano in

f) *versato a. V.* g) *perfrigitoque I. I-G.* h) *vngito a. V.* [C. LXXXI.] a) *Herneam Iens. placentum* praeterea inf. *I. B. R.* b) *facito* inf. *I. I-G.* c) *eo I. B. R. et I. I-G.* d) *alueo indito: I. B. R.* e) *irneam Pol.* f) *dimittito Pol. 2.* g) *aullam Iunt. et Ba.* h) *aeneam I. a. V. ahenam P.* i) *irneam P.* k) *constringito I. B. R. confrigito Hervag.* [C. LXXXII.] a) *Spericam ita Pol. 2. Spaericam I. B. R. Sphaericam I. I-G.* b) *effingito a. V.* c) *adque P.*

go. Et vt plenius intelligatur negligentia librarii, qui imminutas voces scribebat, has maculas exortas, lib. 20 pro innexa signa, *inhonora* legi debet: in illo enim *in hora.* VICTOR. V. C. longe melius, vt solet fere: *Hoc in restim quasi spiram facito.* Male Critici mei 1, 13 incuria operarum τὸ *in* omissum est. Iuuat vero hanc emendationem iste locus c. 77, vbi de spirae confectione. *Fingito in solo tractu, eum* (lego *tum*, quod monere neglexi,) *melle oblinito. Inde tanquam restim tractos facito*, vt legendum indicaui. MEVRS. Satis apparet ex varietate lectionis supra proposita, eam ab emendaturis ortam. Ac reliqua quidem aperta: *pestum* autem forte fuit *pastum* a πατεῖν, vnde pastillus superest, et Italorum *pasta.*

80 PRAESTATOQVE) Vetus editio: *perfrigitoque*, quod omnino corruptum est. Legendum: *pressatoque* Plautus Persa: *pressato bene*, POPMA.

81 ERNEVM TANQVAM) *Erneum* et *Irneum* propter affinitatem litterarum *e* et *i* appellatur libum, quod in hirneam fictilem indebatur. *Hirnea* est vasculum planum, et ex parte concauum, referens formam manus ab *hir hirnea*, et detracta aspiratione *Irnea* et *Irnella*, cuius meminit Festus, Apud Plautum in Amphitruone est genus vasis vinarii: *Hirneam impleui*; etsi nonnulli libri habent *herniam*: quod non improbo, POPMA ex Turnebo 23, 10.

81 HIRNEAM CONFRINGITO) Videtur legendum *Erneum s. hirneum confrigito*, i. diligenter in oleo feruente frigito.

82 SPAERITAM) *Sparrita* dicitur a *Sphaeris* quibus constabat. hoc autem a globis differebat, quod hi rotundi sine solo sine certa quantitate fiebant; haec densa, pugnum alta, in solo componebantur. POPMA.

83 MARTI SILVANO) Hunc, vt opinor infra 142, in sacrificio Ambaruali, appellat *Martem patrem*; quem Horatius dixit tutorem finium: *Et te pater Siluane tutor finium.* VRSINVS. *Siluanus* Deus praeerat possessioni, pecori, finibus; id quod Virgilius ostendit lib. 8. Aeneidos his versibus: *Siluano fama est veteres sacrasse Pelasgos Aruorum pecorisque Deo, lucumque diemque. Qui primi fines aliquando habuere Latinos.* Etsi in libris de limitibus agrorum ex hac triplici potestate tres Siluanos faciunt, quos diuersis nominibus appellant, vnum domesticum, alterum agrestem, tertium orientalem, cui in confinio lucus positus, a quo inter duos pluresue fines oriuntur. Idem in precationibus rusticorum indigetabatur *Mars Siluanus*, et *Mars pater*, vt apud Horatium Epodis: *te pater Siluane tutor finium*; atque ita in ambaruali sacrificio c. 142. intelligendum esse, monuerunt Turnebus et Scaliger. Nec vero pro cura pecoris tantum, sed etiam pro tutela finium, lucorum et salute familiae vota illi fiebant. c. 142. [nobis 141, 3] *Pastores pecuaque salua seruassis, duisque bonam salutem valetudinemque mihi, domo, familiaeque nostrae* Lucillius lib, 26 Satir. *Luporum exactorem Siluanum, et fulguritatum arborum.* Vetus inscriptio: APOLLINI SILVANO AESCVLAPIO NYMPHIS SACRVM L. ARATIVS PHEBVS DECVRIALIS DECVRIAE IVLIAE PRAECONIAE CONSVLARIS VOTO SVSCEPTO DD. CON PHEBANIO FILIO. POPMA. Ab hoc Marte Siluano patre dictum esse *Picum Martium*, illum Latii Regem suspicatur TVRN. 19, 3.

83 ADO-

in silua interdius, in capita singula boum votum facito [a] farris adorei libras III. et lardi P. IIII. S. [b] et [c] pulpae P. IIII. S. vini sextarios tres [d]. Id in [e] vnum vas liceto coniicere [f], et vinum item [g] in vnum vas liceto coniicere [h]. Eam rem diuinam vel seruus, vel liber licebit faciat [i]. Vbi res diuina [k] facta erit, statim ibidem consumito. Mulier ad eam rem diuinam ne adsit, neue videat quomodo fiat. Hoc votum in annos singulos, si voles, licebit vouere.

LXXXIV. [LXXXV.] SAVILLVM hoc modo facito. Farinae selibram, casei P. II.
S. vna commisceto [a] quasi libum [b] mellis P. =– [c] et ouum vnum [d]. Catinum fictile oleo
vnguito [e]. Vbi omnia bene commiscueris, in catinum indito. Catinum texto [f] operito. 2
videto vt bene percoquas [g] medium, vbi altissimum est. vbi coctum erit, catinum eximito, melle vnguito [h], papauer [i] infriato, sub textum [k] subde paulisper, postea eximito. ita pone cum catillo [l], et lingulis [m].

LXXXV. [LXXXVI.] PVLTEM Punicam sic coquito. Libram alicae [a] in aquam indito, facito vti bene madeat [b]. Id infundito [c] in alueum purum, eo casei recentis P. III. mellis. P. S. ouum vnum, omnia vna [d] permisceto bene. Ita insipito in aulam [e] nouam.

LXXXVI. [LXXXVII.] GRANEAM triticeam sic facito. Selibram tritici puri in morta-

[C. LXXXIII.] a) *facito. Adoris lib. I. B. R. facito. Farri l. P.* b) *S. et* deest *I. I-G.* c) *et pulpae P. IIII. S.* desunt *I. B. R.* d) *S.* add. *a. V.* e) *inumuas* P. 1. sed Pol. 2. nobiscum *in vnuas a. V.* f) *coicere P.* g) *idem a. V.* h) *coicere P.* i) *facere I. B. R.* k) *diuinas P.* [C. LXXXIV.] a) *commisceto Bon.* b) *librum Hern.* c) *S. Ba. H. Gr. G. S.* ∴ ⌣ *Ald.* deest *I. B. R. I. I.* d) *vnum* deest *a. V.* e) *vngito a. V.* f) *testo Iunt.* g) *percocas P. percoquas: moleum I. B. R.* h) *vngito a. V.* i) *papauere I. I-G.* k) *testum P. I. I. testo I. B. R.* l) *catino P. catino a. V.* m) *lingulas I. B. R.* In marginibus vetustissimi Codicis: cum quo hunc nostrum conferebamus; haec erant ascripta verba hic, eiusdem librarii manu, qui et ipsum descripserat Codicem: *Huc vsque de duobus emendaui, hinc de vno exemplario tantum Pol.* [C. LXXXV.] a) *aligas P.* b) *madeant I. B. R.* c) *fundito I. B. R.* d) *vna* om. *I. B. R.* e) *aullam I. I. Ba.*

83 ADOREI) haec vox non habetur in duobus veteribus libris, qui extant apud me, vt facile suspicer glossema esse. VRSIN.

83 ID IN VNVM VAS) Ita locum coniectura emendaui, sed quia falli potui, veterem scripturam notam omnibus faciam, vt videant ingeniosiores, an meliorem lectionem inde elicere possint: *Idinum duas liceto.* VICTOR. Male V. C. *Id in vnuas.* Vt autem libere dicam, hoc caput insigniter transpositum esse censeo, et reponendum post c. 132, vt sit 133 non vt hodie 83. Non enim video caussam, ob quam inter pistoria opera votum hoc pro bubus collocari debeat. Verum est, quod dicam. Librarii isti nequissimi nimis tyrannice egerunt in exscribendis bonorum Autorum monimentis, nullo ordinis habita ratione omnia confundentes, nihil inter caput pedesue discriminis rati. Ob quod profecto scelus iratas aeternum habebunt Musas. In Manilio etiam ita luserant isti belluti, vt acutissime animaduertit Scaliger: et in quo non pene genere scriptorum? MEVRS. De ista querela Meursiana dictum in prolegomenis.

83 CONIICERE) Minime negligenda lectio Pol. *coicere*, quae ex sincera antiquitate superesse videtur. Plura de compositorum ex *iacio* scriptione per vnum *i* obseruarunt viri docti, quorum adnotationes ad Fabri thesaurum a nobis relatae sunt.

84, 1 SAVILLVM) veteres dixerunt *Sauior* et *Sauiata*, unde *sauillum*, libum farinaceum a suauitate; quod ad eum modum, quem Cato praescribit, confectum nescio an nomini suo respondeat. FOPMA.

84, 1 QVASI LIBVM) Nam et hoc farina et caseo constat v. c. 75.

84, 2 CATINVM TEXTO) Contra hunc locum in margine vetustissimi fidelissimique exemplaris haec verba eadem manu scripta sunt: *Huc usque de duobus emendaui, hinc de vno exemplario tantum P.* Quae ipsa adscripsi. Indicant enim diligentiam librarii, et illi etiam libro autoritatem aliquam adferunt. VICT. De diuersa scriptura vocis ad c. 74. diximus.

84, 2 CVM CATILLO ET LINGVLIS) Quia integrum eximi non potest sauillum, cum catillo ponitur, et lingulis inde a conuiuis hauritur.

85 PVLTEM PVNICAM) Vid. Scal. ad Varr. 3, 7 et Pop. ad Ca. 18.

86 GRANEAM TRITICEAM) Ex tritico multa

mortarium purum indat, lauet [a] bene, corticemque [b] deterat bene, eluatque bene [c]. Poſtea in aulam [d] indat, et aquam puram, coquatque [e]. Vbi coctum erit, lacte addat paulatim vſque adeo, donec cremor craſſus erit factus.

LXXXVII. [LXXXVIII.] AMVLVM [a] ſic facito. Siliginem purgato bene, poſtea in alueum indat, eo addat aquam bis in die. Die decimo aquam exſiccato, exurgeto bene, in alueo puro miſceto bene, facito tanquam faex fiat. Id in linteum nouum indito, exprimito cremorem in patinam nouam, aut in mortarium. id omne ita facito, et refricato denuo. Eam patinam in ſole ponito [b], areſcat. vbi arebit, in aulam [c] nouam indito, inde facito cum lacte coquat.

LXXXVIII. [LXXXIX.] SALEM candidum ſic facito. Amphoram defracto [a] collo puram impleto aquae [b] purae, in ſole ponito: ibi fiſcellam cum ſale populari ſuſpendito, et quaſſato, ſuppleto que [c] identidem. Id aliquoties [d] in die quotidie [e] facito, vſque
2 adeo donec ſal deſiuerit [f] tabeſcere biduum. Id ſigni erit, maenam [g] aridam, vel ouum
demittito: ſi natabit, ea muries erit [h], vel carnem, vel caſeos, vel ſalſamenta quo [i] condias [k]. Eam muriam in labella, vel in patinas [l] in ſole ponito. Vſque adeo in ſole habeto, donec concreuerit. inde flos ſalis fiet. Vbi nubilabitur, et [m] noctu ſub tecto [n] ponito. Quotidie [o], cum ſol erit, in ſole ponito.

LXXXIX. [XC.] GALLINAS et anſeres ſic farcito. Gallinas teneras, quae primum parient [a], concludat, polline, vel farina ordeacea [b] conſperſa [c] turundas [d] faciat. eas in

[C. LXXXVI.] a) *lauetque a. V.* b) *corticem decenter eluat. Poſtea I. B. R.* c) *bene* om. *I. I-G.* d) *aullam I. I. Ba.* e) *cocatque P.* [C. LXXXVII.] a) *Amillum P. Amyllum I. B. R. Amylum I. I-G.* b) *vt* inſ. *a. V.* c) *ollam a. V.* [C. LXXXVIII.] a) *defricato colluitoque I. I-G.* b) *aqua pura I. I-G.* c) *ſupletoque I. B. R.* d) *aliquotiens I. B. R.* e) *cotidie P. V.* abeſt *a. V.* f) *deſierit I. B. R.* g) *menam* omnes ad vnum. h) *que* inſ. *I. I-G.* i) *quo* om. *I. I-G.* k) *condas. Porro mur. I. B. R. condas* Brh. l) *patina a. V.* m) *et* om. *B. R. I. I-G. enoctu* iunct. *Ienſ.* n) *eo* inſ. *I. B. R.* o) *Cotidie P.* [C. LXXXIX.] a) *paritat P. parierint a. V.* b) *ordeacia P.* c) *conſparſa P. I. B. R.* d) *curundas* aut *carundas Ienſ.*

multa placentarum genera olim fiebant: inter quae *Granea triticea*, puls, et ptiſana triticea parata. Plinius 8, 11 [eſt 18, 11 ſ. 29, 3] de alica: *Ex tritico candidiſſima atque grandiſſima eligunt grana, et ſemicocta in ollis, poſtea arefaciunt ſole ad initium, rurſusque leuiter aſperſa molis frangunt.* POPMA.

86 INDAT, LAVET) Scribendum *indas, laues, deteras, eluas, coquas, addas*, vel *indito, lauato, deterito, eluito, coquito, addito.* Ita c. 87 et 89 PONTED.

87 AMVLVM) Non temere negligenda ſcriptura, prae altera *amylum* viitatiore. Caeterum Plin. 18, 7 ſ. 17 *De amylo, vt recens ſit, iam et Catoni dictum apud nos.*

87 MISCETO BENE) h. e. aqua denuo adfuſa agitato, vt ſolutis granis et interfluitantibus corticulis ſimilitudinem faecium habeat.

87 REFRICATO DENVO) interpretor: aqua denuo affuſa ſiliquis agitataque maſſa, quod reliquum eſt, cremoris exprimito.

88, 1 AMPHORAM DEFRACTO COLLO) In hoc et aliis nonnullis locis, quos hic variaui, fidem antiquorum codicum ſecutus ſum. VICTOR.

88, 1 IBI FISCELLAM) h. e. in ipſa amphora. Nimirum in fiſcella continetur ſal, vt intra eam relinquantur ſordes; flos ſalis liquatus in amphoram perueniat.

88, 1 DESIVERIT TABESCERE) Hoc enim ſignum eſt, aquam ita iam impletam eſſe ſalis partibus minimis, vt iam percipere plures non poſſit. hoc etiam auctum eius pondus indicat: nec enim hodie certior eſt ratio explorandi, quantum ſalis habeant ſalinae, quam pondere aut libella hydroſtatica immiſſa, quo facto iudicatur ſtatim, quot vnciae ſalis in amphora aquae ſint. Rem ab alto repetere, et inculcare lectoribus principium hydroſtaticum, *Leuius in grauiore natat*, non eſt huius loci.

88, 2 INDE FLOS SALIS) Eſt *ſal optimum* et candidiſſimum, cui opponitur *populare*. Ita Liuius Poeta, *Florem anculabant Liberi ex carcheſiis.* Fauorinus orator apud Gellium: *Is flos cenae habetur inter iſtos.* Lucretio: *Flos nardi* et *flos Bacchi*; quae ſunt ab aliis etiam obſeruata. POPMA.

89 TVRVNDAS FACIAT) *Turundae* hic ſunt

ouae

in aquam intinguat[e], in os indat[f]. paulatim quotidie[g] addat. ex[h] gula consideret, quod satis fiet. Bis in die farciat[i], et meridie bibere dato, nec plus aqua[k] sita siet horam vnam. Eodem modo anserem alito, nisi, prius dato bibere, et[l] bis in die[m], bis escam.

XC. [XCI.] PALVMBVM recentem[a] vt prensus[b] erit, ei fabam coctam tostam primum dato. ex ore in eius os inflato item aquam. hoc dies VII. facito. Postea fabam fresam puram, et far purum facito, et fabae tertia pars vt inferuescat. cum[c] far[d] insipiat, puriter facito, et coquito bene. id vbi excoxeris[e] depsito[f] bene, oleo manum vnguito[g]. primum pusillum, postea magis depses, oleo tangito depsitoque[h], dum poteris[i] facere turundas[k], ex aqua[l] dato[m], escam temperato.

XCI. [XCII.] AREAM sic facito. Locum vbi facies[a] confodito, postea amurca conspergito[b] bene, finitoque combibat. Postea comminuito glebas bene. Deinde coaequato, et pauiculis verberato. Postea denuo amurca conspergito[b], finitoque arescat. Si ita feceris, neque formicae[c] nocebunt, neque herbae nascentur.

XCII.

e) *intingat I. B. R. et* insuper inf. *a. V.* f) *mittat I. B. R.* g) *cotidie P.* h) *et I. B. R. et ex I. I-G.* i) *faciat I. B. R.* k) *aquas: ita I. B. R. aqua ita P. aquam ante fiuat, quam horam I. I-G. aquas sitiat* vel *sitiant h. v.* Trill. Obs. p. 465. l) *et* om. *a. V.* m) *et* inf. *a. V.* [C. XC.] a) *recentem sic farcito. Vti a. V.* b) *prehensus I. I-G.* c) *tum* vid. not. d) *feruere incipiet I. I-G. far incipiat Ie. R. far inspiciat Pol.* e) *excluseris P. excusseris I. B. R.* f) *deponito, bene a. V.* g) *vngito, et bene coquito, donec densa sint, et parum olei infundito, et commisceto bene. dein pascito, et saepe et parum dato, et aquam mixtam ceno potui dato, et pari modo poteris turundas incrassare. Wrat. depsitoque* inf. *I. Ba. H. A. depositoque B. R. I. I. Gr. G.* h) *depositoque Iunt.* i) *poterit P.* k) *et eas* intersер. *Ba-G.* l) *aqua: des escam temperatam I. B. R.* m) *et* inf. *Ba-G.* [C. XCI.] a) *facias a. V.* b) *conspargito I. B. R. M. Po. 2.* c) *formica nocebit I. B. R.*

offae, quibus farciuntur altilia ad saginam, dictae a terendo, Graece *μάζαι*. Varro lib. 3, 9 de re rustica: *Gallinas farciunt turundis hordeaceis*: quod Geoponici vertunt: *μάζας τε ποιήσας ἐκ τούτων πρόσφερε τὴν τροφὴν εἰς τὸ κορεσθῆναι*. At c. 89 sunt linamenta inuoluta et oblonga, quae vulneri interuntur. POPMA.

89 AQVA SITA SIET) forte hoc vult, non patiendum esse, vt hora vna amplius aqua absit, vt bibere non possit gallina. Frequenti potu opus esse saginandis auibus, norunt apud nos mulierculae.

90 PALVMBVM RECENTEM) Quod initium de titulo redintegrandum est: *Palumbum recentem sic farcito.* Ita excusum est ab antiquis. PONTED. Vt mutarent hunc locum editores quidam, inculcatis verbis *sic farcito*, inductos esse puto insolentia constructionis, cum habere non videretur accusatiuus, quo referretur. Et est sane ista ratio insolentior, cum neque relatiuum adsit, vt in illo Plauti Amphitr. 4, 1, 1, *Naucratem, quem conuenire volui, in naui non erat*; neque *facio* aut *scio*, vt in his, de quibus ad Cat. 8, 2 diximus: sed est tamen huic nostro geminum illud Plauti Rud. 4, 3, 23. *Vidulum istum, cuius ille est, noui ego hominem iam pridem.* Et praeclare obseruatum Perizonio ad Sanct. 4, 11 extr. et alias subaudiri, *quod ad.* Ad hunc quidem locum nihil est accommodatius. De Graecorum ratione nullum dubium est. Tanto minus haec talia negligenda sunt, vt non ita facile emendandi pruritu vel scabie potius tentemur, quoties insolens aliquid aut *σολοικοφανὲς* oblatum est.

90 CVM FAR INSIPIAT) Haec est antiqua lectio, quam valde probamus. Antea in impressis omnibus *cum feruere incipiat*, erat. Sext. Pompeius lib. 17 vim huius verbi declarat: *Et insipit, hoc est, iniicit.* VICT. In editione castigationum Victorii Gryphiana et Rob. Steph. 1543. est *tum far insipiat*, leuicula mutatione et non improbabili. Sed cum nullum praeterea eius lectionis vestigium inuenerim, etiam hic religionem volui approbare studiosis Catonis.

90 DEPSITOQVE — TVRVNDAS) Videant docti viri, quid coniiciam; *depsito, vsque dum poteris facere turundas.* vt c. 110. *vsque dum odorem malum demserit*, vt c. 112 *vsque dum impleueris.* PONTED.

91 Reiecto titulo, quae de area paranda nunc traduntur, iterantur c. 129. Propterea vel illa vel haec a Catone ad nos emanasse non puto. PONTED. Quas Cato ab hoc loco inde ad c. 100 it. 103, 129 (vbi aliis verbis nihil aliud dicit, quam hoc ipso capite) et 130 amurcae vtilitates recenset, eas complexus est Plin. 15, 8. *Amurca subigi areas, terendis messibus, vt formicae rimaeque absint* etc. Plura in Ind.

 92 Argu-

XCII. [XCIII.] FRVMENTO ne noceat curculio [a], neu [b] mures tangant, lutum de amurca facito, palearum paulum [c] addito, finito macerescant [d] bene, et subigito bene [e], eo granarium totum oblinito crasso luto, postea conspergito [f] amurca [g] omne quod lutaueris †. Vbi aruerit, eo frumentum refrigeratum condito, curculio [h] non nocebit.

XCIII. [XCIV.] OLEA si fructum non feret [a], ablaqueato. Postea stramenta circumponito. Postea amurcam cum aqua commisceto aequas partes. Deinde ad oleam circumfundito, ad arborem maximam vrnam [b] commixti [c] sat [d] est. Ad minores arbores pro ratione indito. Et idem hoc si facies ad arbores feraces, eae [e] quoque meliores fient. Ad eas [f] stramenta ne addideris.

XCIV. [XCV.] FICI vti grossos teneant, facito omnia, quo [a] modo oleae, et hoc amplius. cum ver adpetet [b], terram adaggerato bene [c]. Si ita feceris, et grossi non cadent, et fici scabrae non fient, et multo feraciores erunt.

XCV. [XCVI.] CONVOLVVLVS [a] in vinea [b] ne fiet [c], amurcam condito, puram
bene [d] facito, in vas ahenum [e] indito congios II. postea igni [f] leni [g] coquito, rudicula
agitato crebro, vsque adeo, dum fiat tam crassum [h], quam mel. Postea sumito bitumi-
2 nis tertiarium, et sulfuris [i] quartarium. Conterito in mortario seorsum [k] vtrunque. Post-
ea infriato quam minutissime in amurcam caldam, et simul rudicula misceto, et demuo
coquito sub dio [l]. Nam si in tecto coquas, cum bitumen et sulfur [m] additum est, excan-
3 descet. Vbi erit tam crassum [n], quam viscum, finito frigescat. Hoc [o] vitem circum [p]
caput, et sub brachia vnguito [q], conuoluulus [r] non nascetur.

XCVI.

[C. XCII.] a) *gurgulio a. V.* b) *nec I. B. R. ne Herv.* c) *parum a. V.* d) *marcescant a. V.* e) *bene om. a. V.* f) *conspargito I. B. R. M. Po.* 2. vt alibi. g) *bene infer. a. V.* †) *delutaueris* R. Steph. in Thes. h) *gurgulio a. V.* [C. XCIII.] a) *fert a. V.* b) *amphoram vnam a. V.* c) *commisti I. I-G.* d) *satis a. V.* e) *hae a. V.* f) *tamen a. V.* except. Iuntt. [C. XCIV.] a) *quae a. V.* b) *apparet I. B. R.* c) *terram I. B. R.* [C. XCV.] a) *Inuoluolus, Conuoluolus Pol.* 1. *Inuoluolus et Conuoluolus Pol.* 2. *Conuoluolus* Brh. b) *vinia P.* c) *fiat a. V.* d) *benefacito* iunct. *I. B. R. Herv.* e) *aeneum a. V abeneum Vict.* f) *igne I. B. R.* g) *leui a. V.* h) *crassa I. I-G.* i) *sulpuris P.* k) *per se I. B. R.* l) *celo* add. *Pol.* m) *sulpur P.* n) *crassa Iuntt.* o) *Hac Iuntt.* p) *sub I. B. R.* q) *vngito a. V.* r) *conuoluolus I. B. Po.* 2.

92 Argumenta in caput 106 si quis abiecerit, puriorem nobis Catonem dabit. PONTED.

92 Plin. l. c. *Lutum parietum, ac tesseria et pauimenta horreorum frumenti, vestiarium etiam contra teredines ac noxia animalia amurca aspergi* etc.

93 AD ARBOREM MAXIMAM VRNAM) V. C. *maximam amphoram.* Et recte: Plinius 17, 28. *Cato et medicamenta quaedam componit, mensurae quoque distinctione, ad maiorum arborum radices amphoram, ad minorum vrnam amurcae, et aquae portionem aequam, ablaqueatis prius radicibus, paullatim affundi iubens.* MEVRS.

94 CVM VER ADPETET) Hinc corrigo Plinium loco citato: *Huius praecipuae vere terram adaggerari radicibus.* Nam male hodie legi *veterem terram*, abunde ostendunt haec Catonis verba, quae ille κατὰ φράσιν transscribit. MEVRS.

95, 1 IGNI LENI COQVITO) Ita est in VV. CC. et ita legendum apud M. Varronem 1, 64 non *leui igni*, vel vt quidam emendarunt, *lenibus lignis*, ex simili loco Catonis c. 69. VRSIN.

95, 3 ET SVB BRACHIA) Dicuntur *brachia* in arboribus *rami.* Plinius l. c. *Hoc vites circa capita et sub brachiis vngi.* Apuleius Milef. 11. *Quid? quod arbores etiam, quae pomifera sobole foecundae, quaeque earum tantum vmbra contentae, et steriles, austrinis laxatae flatibus, germine foliorum renidentes, clementi motu brachiorum dulces strepitus obsibilabant.* C. 4, 24 *Brachia tenera et viridia seruato, arida et vetera falce amputato.* MEVRS.

95, 3 CONVOLVVLVS NON NASCETVR) Et manuscripti codices et excusi hic habent: *conuoluulus non nascebit:* nisi quod in margine optimi exemplaris eadem manu, qua liber exaratus est, pro *Nascebit*, *Nocebit* emendatum est. VICT. Praestant vetusta a Victorio depromta: *conuoluulus non nocebit*, vt abunde in nostris epistolis declaratum est.

XCVI. [XCVII.] OVES ne scabrae fiant, amurcam[a] condito, puram bene facito, aquam, vbi[b] lupinus deferuerit[c], et faecem[d] de vino bono inter se omnia commisceto[e] pariter. Postea cum detonderis[f], vnguito totas, finito biduum aut triduum confudent. Deinde lauito in mari: si aquam marinam non habebis, facito[g] aquam salsam, ea lauito. Si haec sic feceris, neque[h] scabrae fient, et lanae plus, et meliorem habebunt, et ricini non erunt molesti. Eodem[i] in omnes quadrupedes[k] vtito[l], si scabrae erunt.

XCVII. [XCVIII.] AMVRCA decocta axem vnguito, et lora, et calciamenta, et coria: omnia[a] meliora facies.

XCVIII. [XCIX.] VESTIMENTA ne tineae tangant, amurcam decoquito ad dimidium; ea[a] vnguito fundum areae, et extrinsecus, et[b] pedes, et angulos. Vbi ea adaruerit, vestimenta condito. Si ita feceris, tineae[c] non nocebunt. Et item ligneam[d] supellectilem omnem si vngues, non putescet[e]: et cum ea terseris, splendidior fiet. Item ahenea[f] omnia vnguito, sed prius extergeto[g] bene[h]. Postea cum vnxeris, cum[i] vti voles, extergeto[k], splendidior[l] erit, et aerugo[m] non erit molesta.

XCIX. [C.] FICI aridae si voles vt integrae sint, in vas fictile condito. id amurca decocta vnguito.

C. [CI.] OLEVM si[a] in metretam nouam inditurus[b] eris, amurca ita vti est cruda prius colluito, agitatoque diu, vt bene combibat[c]. Id si feceris, metreta oleum non bibet, et oleum melius faciet[d], et ipsa metreta firmior erit.

CI.

[C. XCVI.] a) *amurcam puram et aquam vbi I. I-G.* b) *in lupino I. B. R.* c) *defrueris P. deferbuerit I. I-G.* d) *fecem Ba. H. Gr. G.* e) *pariter sumito et bene commisceto I. I-G.* f) *detunderis I. B. R. I. I. Ba. H. A. oues* add. *Ba-G.* g) *facies aquam salis I. B. R.* h) *neque I. B. R. Ba-G.* i) *modo* inf. *a. V.* k) *quadripedes Pol.* l) *vtitor Herv.* [C. XCVII.] a) *et* inf. *a. V.* [C. XCVIII.] a) *et vngito I. B. R. et ea I. I-G.* b) *et* omitt. *a. V.* c) *tiniae P.* d) *ligneam* om. *P. I. B. R. lignum Ba-G.* e) *putrescet a. V.* f) *aenea a. V.* g) *extergito a. V.* h) *bene* om. *I. B. R.* i) *ea I. B. R. et ea I. I-G.* k) *extergito I. B. R. iterum extergito I. I-G.* l) *splendior Ienf.* m) *erugo I. B. R.* [C. C.] a) *sic I. B. R.* b) *inditurerus P.* c) *conuibat Pol.* 1. *conubat Pol.* 2. d) *fuerit a. V.* praeter Iunt. qui *fiet.*

est. PONTED. Etiam hic obseruo Victorianas castigationes abire ab reliquis omnibus *Nascebit* enim nusquam comparet, neque *nocebit* adeo. Simile quid deprehendebam c. 90 ad verba: cum far *insipiat.*

96 OVES NE SCABRAE) In VV. CC. est, *scabescant*, quae lectio fortasse verior est. VRSIN.

97 AXEM VNGVITO) V. Schefferus de re vehic. 1, 15. SCHOETTG. Plin. 15, 8 *Lora etiam ac coria omnia et calceamina axesque decocta vngi.*

98 Crescentius 5, 19 hoc totum caput descripsit, mutatione nulla commemorabili. Plinius l. c. *atque aeramenta contra aeruginem, colorisque gratia elegantioris: et totam supellectilem ligneam.*

98 ITEM AHENEA OMNIA VOLES, EXTERGETO) Sic Stephanus, Gryphius, Commelinus ac Vaticani Codices: Aldus vero et Iunta inter τὸ *voles* et *extergeto iterum* interponunt. Ienfonius autem et Bruschius ita: *postea cum vnxeris, ea vti voles extergeto.* Meursius porro ex veteri Codice: *Postea cum vnxeris, et ea vti voles, iterum extergeto.* Sic etiam Gymnicus edidit. At Crescentius, cum multa transscripsisset, etiam hunc locum ita expressit lib. 5. cap. de oleo: *Item enea omnia vnguito, sed prius extergeto bene, postea cum vti volueris, extergeto.* PONTED.

99 Plin. l. l. *ac vasa fictilia, in quis ficum aridam libeat asseruare.*

100 OLEVM SI) His potiora habeo quae ab Ienfonio edita sunt: *Oleum sic in metretam nouam inditurus eris: Amurca ita vti est.* PONTED.

100 PRIVS COLLVITO) Inter *colluito* et *agitatoque* interponendum videtur verbum *oppillato*, quod extat apud Crescentium l. c. *Prius colluito, oppillato, agitatoque* etc. PONTED. Illud *oppillato* positum est credo pro *oppilato*, h. e. obstruito, ne in agitatione aliquid effluat.

CI. [CII.] VIRGAS murteas [a] si voles cum bacis [b] seruare, et [c] item aliud [d] genus quod vis, et si ramulos ficulneos voles cum foliis, inter se alligato, fasciculos facito, eos in amurcam demittito, supra stet amurca facito. Sed ea quae demissurus eris, sumito paulo acerbiora. Vas, quo condideris, oblinito plane.

CII. [CIII.] SI [a] bouem, aut aliam quamuis quadrupedem serpens momorderit, Melanthii [b] caetabulum [c], quod medici vocant smyrneum [d], conterito in vini veteris hemina. Id per nares indito, et ad ipsum morsum stercus suillum apponito. Et idem hoc (si vsus venerit [e]) homini facito.

CIII. [CIV.] BOVES vti valeant, et curati bene fient, et qui fastidient cibum, vti magis cupide appetant, pabulum, quod dabis, amurca spargito; primo paululum, dum consuescant, postea magis, et dato raenter bibere commixtam [a] cum aqua aequabiliter quarto quinto [b] quoque die hoc sic facies [c], ita boues et corpore curatiores erunt, et morbus aberit.

CIV. [CV.] VINVM familiae per hiemem qui [a] vtatur. Musti quadrantalia [b] x. in dolium indito, aceti acris quadrantalia II. Eodem infundito sapae quadrantalia duo,
2 aquae dulcis quadrantalia [c] L. Haec rude misceto ter in die, dies v. continuos. Eo addito aquae marinae veteris sextarios LXIIII. et operculum in dolium imponito [d], et oblinito [e] dies x. Hoc vinum durabit tibi vsque ad solstitium. Si quîd superfuerit post solstitium, acetum acerrimum et pulcherrimum erit.

CV.

[C. CI.] a) *myrteas a. V.* b) *baccis I. B. R. H. Gr. G. M. Po. 2.* c) *et* abest *I. B. R.* d) *alius P.* [C. CII.] a) Verba: *Si bouem aliamque quadrupedem serpens momorderit* loco rubricae posita sunt, nec in ipso capite repetuntur *I. B. R.* b) *Melanthi P.* c) *acceptabulum I. B. R. acetabulum P. I. I. Ba. Gr. G.* it. *M. Po. 2. et* praeterea inf. *a. V.* it. *M. Po. 2.* d) *zmurnaeum P. smurneum Po. 2.* e) *euenerit a. V.* [C. CIII.] a) *commistum Iuntt. commistam Ba-G.* b) *quintoque die a. V.* c) *feceris a. V.* [C. CIV.] a) *quo vtantur I. B. R.* b) *quartarios I. B. R.* c) *q. I. I. B. R.* d) *indito I. B. R.* e) *oblinito I. B.*

102 Plinius l. c. *aut si folia baccasque in virgis myrti*, (int. *asseruare libet*) alludit id genus simile.

102 CAETABVLVM) hoc verbum nihili, quocunque modo in Victorii ed. venit; habetur quidem iam in ed. Gryphii 1541. Seruatum deinde est propter auctoritatem viri summi. *Acetabulum* verum putamus.

102 SMYRNEVM) In antiquissimo codice vetere scriptura *Zmurnaeum:* apud Varronem etiam de agricultura: *Vt vites apud mare Zmurnae.* Nam eruditi et accurati viri docuerunt, aliquando in priscis monumentis Z pro S inueniri. Y autem passim in V a latinis translatum est. Non multo post *solistitium* in eodem libro pro *solstitium* scriptum est. VICTOR. Vocis huius occasione de glossario mendum tollam. *Σμύρνιον λάχανον, Oleastrum.* Corrigo: *olus atrum.* Colum. 11, 3, 36 *Atrum olus, quod Graecorum quidam vocant ἱπποσέλινον, nonnulli σμύρνιον, pastinato loco semine debet conseri,* Plinius 19, 8 *sed praecipue olus atrum mirae naturae est. Hipposelinum Graeci vocant, alii smyrneum.* MEVRS.

102 STERCVS SVILLVM) Vide Veget. vet. 3, 77. ALMELOV.

103 BOVES VTI VAL.) Vid. Veg. vet. 2, 1. ALMELOV.

103 QVARTO QVINTO QVOQVE DIE) Forte legendum *quarto quoque die.* sed haec coniectura tantum nituntur. VRSIN. V. C. *quarto, quintoque die.* sed illud elegantius, et Catone longe dignius. Sic locuti multi praestantissimi scriptores. Lycophron: *Κυφοὺς δὲ τοὶ τράξανδρος ὁ κακοπλανήτας λαῶν ἄνακτες, ἀλλ' ἀνώνυμοι σποραὶ Πέμπτοι τέταρτοι γαῖαν ἵξονται θεᾶς Γόννων ἀνάσσης.* Ad quem locum vide Annotationes eruditissimi viri, et optime de Lycophrone meriti, Guilielmi Canteri. MEVRS.

104 MVSTI QVADRANTALIA X) In Mss. legimus *quartarios:* vbi antea multis locis *Quadrantalia.* In optimo exemplari tantum est prima eius nominis littera. VICTOR.

104 ACETI ACRIS) *Acris* nomen attribuunt veteres aceto optimo et praestantissimo, vt Cato hic, et Varro Sesquiulysse de Stoico: *Virtutis e cupis acris aceti*; quod imitatus Persius de eodem: *Aurem mordaci lotus aceto.* Plaut. Bacchidib. *Nunc experiar, sitne aceto tibi cor acre in pectore.* POPMA.

105, 1

CV. [CVI.] QVI [a] ager longe a mari aberit, ibi vinum Graecum fic facito. Mufti quadrantalia XX. [b] in aheneum [c], aut plumbeum infundito, ignem fubdito. vbi bullabit [d] vinum, ignem fubducito. vbi id [e] vinum refrixerit, in dolium quadragenarium infundito, feorfum [f] in vas aquae dulcis quadrantal I. infundito. falis $\overset{o}{M}$ I. finito muriam fieri. 2
Vbi muria facta erit, eodem in dolium [g] infundito. Schoenum, et calamum in pila contundito, quod fiet fextarium vnum eodem in dolium infundito [h], vt odoratum [i] fiet. Poft dies XXX. dolium oblinito Ad ver diffundito in amphoras. Biennium in fole finito pofitum effe. Deinde in tectum conferto. Hoc vinum deterius non erit quam Coum.

CVI. [CVII.] AQVAE marinae [a] quadrantal [b] I. ex alto fumito, quo aqua dulcis non accedit [c], fefquilibram falis frigito [d], eodem indito, et rude mifceto vfque adeo, donec ouum [e] gallinaceum [f] coctum [g] natabit, definito mifcere. Eodem vini veteris, vel [h] amin- 2
nii [i], vel mifcelli [k] albi congios II. infundito, mifceto probe. Poftea in vas picatum confundito, et oblinito. Siquis [l] plus voles aquae marinae concinnare, pro proportione, ea omnia facito.

CVII. [CVIII.] QVO [a] labra doliorum circunlinas, vt bene odorata fient, et nequid vitii in vinum accedat. Sapae congios [b] VI. quam optime infundito in aheneum

[C. CV.] a) Verba: *Qui ager - - - fic facito.* loco rubricae pofita funt, nec repetuntur in capite *I. B. R.* b) *viginti* abeft *Ba-G.* c) *ahenum a. V.* d) *ebullibis I. B. R. H. Gr. G. ebulibit Ba. A. bullabat Pol.* e) *iam a. V.* praeter Iu. f) *aut* inf. *I. B. R.* g) *dolio I. B. R.* h) *confundito a. V.* i) *odoratum P.* [C. CVI.] a) *concinnatio* infer. *I. I-G.* b) *q. 1. P.* ad marginem: *al. quadrantarium. quartarium I. B. R.* c) *accedat a. V.* d) *fringito I. B. R.* e) *ouom* hic et alibi femper *Po. 2.* f) *gallinacium Herv. gallinae I. B. R.* g) *coctum* omitt. *Ba-G.* h) *vel* om. *Reg.* i) *aminni P. amini Ienf. aminii a. V.* k) *mifelli a. V.* l) *fi quidem a. V.* [C. CVII.] a) *Quo - accedat* lemma eft *Com.* nobifcum *P. Po. 2. Hoc modo labra - - - vt odorata - - - accedat, fapae I. I-G.* b) *cogios P.*

105, 1 LONGE A MARI ABERIT) Aqua vero marina opus eft ad vinum Graecum. vid. Cat. 24, 1.

105, 2 BIENNIVM IN SOLE) Opinor *biennium* fuiffe *biduum*, vt de vini Coi confectione: *ne plus quatriduum in fole fuerit.* Quod in vetuftis exemplaribus deprauatum reperit Victorius in *quadriennium.* PONTED.

106 AQVAE MARINAE) Etiam hoc caput ifti epigrapharum concinnatores mutilarunt, quorum fraudem indicat, vt folet, optimus meus ille codex, in quo fignate ita reperio: *Aquae marinae concinnatio. Quadrantal vnum* etc. Plenius, et longe melius. Mufae dent vniuerfo ifti hominum generi (Homerico hemiftichio ludere liceat) *ὕδωρ καὶ γαῖα γένεσθαι.* MEVRS.

106 AQVAE MARINAE CONCINNATIO) Quae a Catonianis euulfa cum capitis principio coniungerem. Sequentis item capitis argumentum a Catone deductum iterum eft capiti reftituendum. Verum cap. 108 et 109 indices nihil nos morabuntur. PONTED.

106, 1 OVVM GALLINACEVM COCTVM) Et cur *coctum?* Sane fupra c. 88, vbi fimile experimentum praefcribit, illud non requirit: ait enim: *Id figni erit; maenam aridam, vel ouum demittito; fi natabit, ea muries.* Liceat itaque fine vllo Catonis damno vocem hanc eiicere, quam et V. C. nullus agnofcit. IDEM. Experimentis accuratiffime inftitutis comperit, quod literis ipfius edoctus fum, clariffimus Ienenfium philofophus Hambergerus, ouum gallinaceum coquendo vix trientem grani amittere. Sed ponamus, illud vel tantillo fieri leuius: paullo igitur minus falis opus eft, fi aqua coctum ouum fuftentare debeat, quam fi crudum. Agitando efficitur, vt fal recipiatur in aquae interftitia, quod cognofcitur, fi grauitatem illius, quam fpecificam vocant, auxerit: alioquin in fundo defidet.

107 Mifertime caput truncatum, fi quod aliud in omni hoc libello, quod facile vel primore afpectu parebit. Reftituam ex vetere meo toties et nunquam fatis laudato codice, in quo plene ita eft: *Hoc modo labra doliorum circumlinas, vt odorata fient, et ne quid vitium in vinum accedat. Sapae congios* etc. Haec verba illi, quos antea dixi, a capite violenter auulferant, et *ἐπιγραφῆς* locum habere iufferant. Ecce in Macrobio fimile facinus aufi Saturnal. 1, 20. Omnia ifta: *Quin Aefculapium quoque, et Salutem, et Herculem, et cum Ifide ipfum etiam Serapin, alios, quam folem, deos non effe*, quae in *ἐπιγραφὴν* mutarunt, ipfiffima Macrobii verba funt, caput iftoc ordientia. Deeft tamen poft ea, *conftat*, aut tale quid, quod abfciderunt. Iudica ferie et erudite lector. MEVRS.

107, 1 QVAM OPTIME) Scribo: *quam optimae.* Referendum enim ad *τὸ fapae.* MEVRS.

107, 2

neum [c], aut in plumbeum et iris aridae contusae heminam, et fertam Campanicam P. V.
bene odoratam, vna cum iri contundas quam minutissime, per cribrum cernas, et vna
2 cum sapa coquas sarmentis, et leui flamma. Commoueto, videto, ne aduras. vsque
coquito, dum dimidium excoquas [d]. Vbi refrixerit, confundito in vas picatum bene
odoratum [e], et oblinito, et vtito in labra doliorum.

CVIII. [CIX.] VINVM [a] si voles experiri duraturum sit, nec ne, polentam [b]
grandem dimidium acetabuli [c] in caliculum nouum indito, et vini sextarium [d] de eo
vino [e] quod voles experiri, eodem infundito, et imponito in carbones, facito bis, aut
2 ter inferueat. Tum id percolato, polentam [f] abiicito [g]. Vinum ponito sub dio. Po-
stridie mane gustato. Si id [h] sapiet [i], quod in dolio est, scito duraturum. Si subaci-
dum erit, non durabit.

CIX. [CX.] VINVM asperum quod erit, lene [a] et suaue si voles facere, sic facito. De eruo farinam facito lib. IIII. et vini cyathos IIII. conspergito sapa. Postea facito laterculos. Sinito combibant noctem et diem. postea commisceto cum eo vino in dolio, et oblinito dies LX. Id vinum erit lene, et suaue, et bono colore, et bene odoratum.

CX. [CXI.] ODOREM [a] deteriorem demere vino si voles, testam de tegula crassam puram calfacito in igni bene. Vbi calebit, eam picato, resticula alligato, testam demittito in dolium infimum leniter, sinito biduum [b] oblitum dolium: si demptus erit odor deterior, id optime; si non, saepius facito, vsque [c] dum odorem malum dempseris.

CXI.

c) *abenum a. V.* d) *exquoquat B. R.* e) *oderatum P.* f) *et* omitt. *I. B. R.* g) *vtitor a. V.* [C. CVIII.] a) *Vinum - - - nec ne* haec verba stant loco Rubricae *I. B. R.* b) *Puolentam P.* c) *acceptabuli I. B. R.* d) *sestarium I. B. R.* e) *eo* repet. *I. B. R.* f) *puolentam P.* g) *adiicito* omnes praeter *B. R.* h) *vinum* ins. *a. V.* i) *sapiat I. B. R.* [C. CIX.] a) *leue* Iunt. [C. CX.] a) *Odorem deteriorem vino demere* Lemma sunt: caput ipsum incipit, *Testa* in aliis praeter *I. I-G. Po. 2.* b) *biduo a. V.* c) *vsque* om. *I. B. R.*

1[illegible], 2 COMMOVETO, VIDETO) Non longa apologia opus est, cur ita interpunxerim potius, quam praecedentes secutus sim, qui legebant, *leui flamma commoueto. Videto.* Ita paullo ante interpunctum sustuli post *contundas*, et incidi post *minutissime*. Intelligentibus haec indicasse sufficit, reliquis nihil satis est.

107, 2 ET VTITO) V. C. *Et vtitor.* sed illud vt antiquitatem, ita et Catonianum stylum magis sapit. sic c. 123 *Vbi refrixerit, in lagoenam confundito, et postea id vtito.* Eadem forma dicebant etiam veteres illi: *miro, recordo, auspico, sortio* et innumera talia. Vide Nonium de contrariis verborum generibus. MEVRS.

108 POLENTAM ABIICITO) Reuocaui hanc vocem, non tam auctoritate librorum veterum ductus, quam rei natura.

108 SI ID SAPIET) Plenius et melius V. C. *si id vinum sapiet.* Vsitatum Catoni ita loqui. sic paullo ante: *Vini sextarium, de eo vino, quod voles experiri, eodem infundito.* MEVRS.

109 ET VINI CYATHOS) Quid sibi hic vult vox *vini?* nisi forte adiecta cyatho modo est exegeseos caussa, vt intelligatur, de quo genere mensurae intelligendus sit cyathus, vt nostri *ein Welsglas.* Ita videtur etiam posuisse c. 123. Certe vini nihil adiiciendum est, sed sapa. Legendum vero videtur *sapae*, cuius IIII cyathi conspergendi h. e. farinae admiscendi sunt.

109 FACITO LATERCVLOS) Laterculus hic est genus dulciarii, vocatum a forma, qua desingitur, vt in Poenulo Plauti: *nil nisi laterculos.* POPMA.

110 ODOREM VINO) Restituentes haec Catoni quid iam deperditum addamus videlicet: *Odorem deteriorem demere vino si voles: testam.* Hinc in caput 135 quidquid in argumentum assumitur, nihil ad Catonem illustrandum aut intelligendum conferre opinamur, PONTED.

110 TESTAM DE TEGVLA) Quis adeo Thamyras, vt hoc caput [illegible] esse non videat? Restituo ex codice meo: *Odorem deteriorem vino demere si voles, testam de tegula crassam* etc. Iidem illi asini pessime truncauerant. MEVRS. Intelligendus nimirum Meursius de Victoriana editione.

110 ODOREM DETERIOREM) Poterat aliquis suspicari, hic et paulo post *tetriorem*, quod verbum

CXI. [CXII.] SI [a] voles fcire in vinum aqua addita fit, nec ne, vafculum facito de materia ederacea [b]. Vinum id, quod putabis aquam habere, eodem mittito. Si habebit aquam, vinum effluet, aqua manebit. Nam non continet vinum vas ederaceum [c].

CXII. [CXIII.] VINVM [a] Coum fi voles facere, aquam ex alto marinam fumito, mari tranquillo, cum ventus non erit, dies [b] LXX. ante vindemiam, quo aqua dulcis non perueniet [c]. Vbi haufferis de mari, in [d] dolium fundito [e], nolito implere, quadrantalibus V
minus fit, quam plenum. operculum imponito, relinquito [f] qua [g] interfpiret. Vbi dies XXX 2
praeterierint, transfundito in alterum dolium puriter, et leuiter [h]. relinquito in imo quod
defederit [i]. poft dies XX. in alterum dolium item transfundito, ita relinquito vfque ad [k]
vindemiam. Vnde vinum Coum facere voles, vuas relinquito in vinea, finito [l] bene coquantur. et vbi pluerit, et ficcauerit, tum [m] deligito. et ponito in fole biduum, aut triduum fub dio, fi pluuiae non erunt, fi pluuia erit, in tecto in cratibus componito, et fi qua
acina corrupta erunt, depurgato. Tum fumito aquam [n] marinam [o] Q. S. S. E [p] in dolium [q] 3
quinquagenarium infundito [r] aquae [s] marinae Q. [t] X. Tum acina [u] de vuis mifcellis [x] decerpito [y], de fcopio [z], in idem dolium vfque dum impleueris, manu comprimito [a], vt combibant aquam marinam. vbi impleueris [b] dolium, operculo operito, relinquito qua interfpiret. Vbi triduum praeterierit, eximito de dolio [c], calcato in torculario, et id vinum condito in dolia lauta, et pura [d], et ficca.

CXIII.

[C. CXI.] a) Verba: *Si voles fcire in vinum aqua addita fit, nec ne* locum Rubricae occupant *I. B. R.* b) *hederacea I. B. R. hederacia P.* c) *hederaceum I. B. R.* [C. CXII.] a) Verba: *Vinum Coum fi voles facere* locum Rubr. occupant *I. B. R.* b) *die feptuagefima I. I-G.* c) *perueniat a. V.* d) *culeare* inf. *I. I-G. Po, 2.* e) *infundito P.* f) *relinqui Po. 2.* g) *qui a. V. quia interfiret Pol.* h) *leniter P. I. I.* punct. abeft *a. V.* i) *defciderit P.* k) *in a. V.* l) *vt* inf. *I. I-G.* m) *tunc a. V.* n) *aquae marinae I. I-G.* o) *quadrantalia S. S. I. B. R. al. quadrantalia a (ex)* Ad marginem Pol. *fupra fcriptae quadrantalia X. I. I-G.* defunt *W.* p) *et a. V.* excepta funt, quae delet q) *doleum W.* r) *infondito W.* s) *aquae marinae q. X.* defunt *I. I-G.* t) *quadrantalia I. B. R. quartaria decem W.* u) *accina W.* x) *mifellis a. V.* y) *decarpito I. B. R. M. Po. 2.* z) *fcapo B. R. al. de fcopione a (ex)*: ad marginem *Pol. et* infer. *I. I-G.* a) *acina* infer. *I. B. R.* b) *compleueris a. V.* c) *et* inf. *a. V.* d) *al. curata ex.*

verbum *foetidum* fignificare Nonius docet 4, 466. vid. Virg. Aen. 3, 228. quem ipfe laudat. Apuleius in Geopon. 7, 26 inter alios modos, ὑποζύγιον tollendi etiam hunc habet, οἱ δὲ ὄρχεις ἐκτεμόντες ἐμβάλλουσι.

111 Plin. 16, 35 f. 63 *Hederae mira proditur natura ad experienda vina: fi vas fiat e ligno eius, vina transfluere, ac remanere aquam, fi qua fuerit mixta.* Miror, qui effugerit artificium, verum an falfum, non difputo; Geoponicorum collectores, qui 7, 8 et 9 diuerfa id genus commenta referunt.

112, 1 VINVM COVM) Plin. 14, 8 *Coum vinum ex Italico faciendi rationem Cato demonftrauit fuper caetera in fole quadriennio maturandum praecipiens.* Quod praeceptum cum hic non extet, aut aliis codicibus vfus, aut lapfus memoria Plinius; quod ego quidem puto. Forte enim in mente habuit locum illum c. 106 de vino Graeco: *Biennium in fole finito pofitum effe.* POPMA.

112, 3 AQVAM MARINAM) V. C. *Aquae marinae* S. S. Q. X. Notae illae valent: *fupra fcriptae quadrantalia decem.* Ita c. 154 *In modios fingulos SS. SS: dabuntur.* Item 146 *Proque ea re ita vti S. S. E. item pigneri funto.* C. 157 *fi braffîcam edet ita, vti S. S. E.* MEVRS. Nihil eft incommodi in Victoriana lectione. Q. S. S. E. fignificat, *quae fupra fcripta eft.* modum nunc finiri non opus eft, fequitur enim ftatim.

112, 3 DE SCOPIO) In margine antiquiffimi libri contra hunc locum mendi nota adpofita eft: et eadem manu ibidem *de fcopione* emendatum. In extremo autem capite pro *pura*, quae vox, vt in impreffis, ita etiam in eo legitur, eodem pacto in margine *Curata* emendatum. VICTOR. In VV. CC. apud me fcriptum eft, *de fcopione*; quae lectio vera eft. M. Varro appellat *fcopos*, et Columella item *fcopione*, licet in vulgatis editionibus legatur *fcipiones.* VRSINVS. Legendum *fcopis*, vel vt in antiquo Victorii Codice fuit emendatum *fcopione.* Sunt autem *fcopi* et *fcopiones* pediculi, quibus adhaerent acina Varro l. 1, 54 de re ruftica. *Quae calcatae erunt vuae, earum fcopi cum folliculis fubiiciendi fub prelum.* Colum. 12, 39, 3 emendante Scaligero: *Vbi fatis corrupta erunt acina, demito, et fine fcopionibus, in dolium conicito.* et c. 43, 10 *Modice feparatis fcopionibus, refolutaque intrita folliculorum in dolio fubfternitur.* POPMA.

CXIII. [CXIV.] VT [a] odoratum [b] bene fiet, fic [c] facito: fumito teftam [d] picatam: eo prunam lenem indito, fuffito ferta, et fchoeno, et palma, quam habent vnguentarii, ponito in dolio [e], et operito, ne odor exeat, ante quam vinum indas. Hoc facito pridie quam vinum infundere voles, de lacu quam primum vinum in dolia [f] indito, finito dies XV. operta [g] ante quam oblinas [i], relinquito qua interfpiret vinum. poftea oblinito.
2 Poft dies XL. diffundito in amphoras, et addito in fingulas amphoras fapae fextarium [h] vnum. Amphoras nolito implere nimium, anfarum infimarum fini. et [k] amphoras in fole ponito, vbi herba non fiet. et [l] amphoras operito, ne aqua accedat, et ne plus quadriduum [m] in fole fueris. Poft quatriduum [m] in culleum [n] componito, et inftipato [o].

CXIV. [CXV.] VINVM fi voles concinnare, vt aluum bonam faciat, fecundum vindemiam, vbi vites ablaqueantur, quantum putabis ei rei fatis effe vini, tot vites ablaqueato, et fignato. earum radices circunfecato [a], et purgato. Veratri radices contundito in pila, eas radices dato [b] circum vitem. et [c] ftercus vetus, et cinerem veterem, et
2 duas partes terrae circundato [d] radices vitis [e]. terram infuper iniicito [f]. Hoc vinum feorfum legito. Si voles feruare in vetuftatem, ad aluum mouendam feruato, nec commifceas cum caetero vino. De eo vino cyathum fumito, et mifceto aqua, et bibito ante coenam. Sine periculo aluum mouebit.

CXV. [CXVI.] IN [a] vinum muftum veratri atri manipulum coniicito [b] in amphoram. vbi fatis efferuerit [c], de vino manipulum eiicito [d], id vinum feruato ad aluum movendam.

[C. CXIII.] a) Verba: *Vt odoratum bene fit* ftant loco Rubr. *I. B. R. Vinum* infer. *I. I-G.* b) *adoratum Popm.* 2. c) *fic facito* defunt *a. V.* d) *teftem* Brh. f. Mf. Goef. e) *dolia I. B. R.* f) *dolium a. V.* g) *apertam I. B. R. opertum I. I-G.* h) *et* infer. *I. I-G.* i) *feftarium I. B. R.* k) *et* abeft *a. V.* l) *et* omitt. *a. V.* m) *quadriennium Pol.* n) *cuneum P. culeum a. V.* o) *inftipa Pol. in fapa I. B. R.* [C. CXIV.] a) *circum fecato* diuif. *I. B. R. circumfarrito I. I-G.* b) *ponito I. I-G.* c) *bis* inf. *I. I-G.* d) *circumdato: radices I. B. R. circumaddito. Radicibus I. I-G.* e) punctum abeft *a. V.* f) *ycito P.* [C. CXV.] In Vict. ea demum verba: *Vinum ad aluum mouendam concinnare etc.* funt initium capitis 115. a) *Vinum ad aluum mouendam, in vinum I. I-G.* b) *coicito P.* c) *efferbuerit a. V.* d) *eicito Pol.*

112, 3 ET PVRA ET SICCA) Edite. principes *puta*, quod magis Catonianum. PONTED.

113 De aliis modis vina odorata concinnandi vid. Geop. 7, 20.

113, 2 ET NE PLVS QVATRIDVVM) In vetuftiffimo libro *quadriennium:* quemadmodum paucis poft verbis iterum: id nos erratum librarii putauimus. VICTOR.

113, 2 POST QVATRIDVVM) Haec vltima paullo alieniora videntur ab ipfo argumento. *Componi* et *inftipari* quomodo poffit vinum *in culleum*, non capio equidem: in apothecam vel *cellam* fi diceretur, intelligerem.

114 Plin. 14, 16 f. 19 n. 5 *Fiunt vtraque* (hyffopites et elleborites) *et alio modo circa radices vitium fato. fic et elleboritem fieri ex veratro nigro Cato docet.* item paullo poft: *fic et elleborum* (ad vites) *feritur in Thafo* etc. Si igitur Plinium audias, integrae radices vel fibrae certe videntur ferendae, quod ex Catone non apparet: nifi potius refpexit ad 15, 2.

114, 1 VERATRI RADICES) Cum duo fint veratra, fiue ellebora, album et nigrum, hoc nimirum nigrum a Catone commemoratum, quae infra legimus, fufpicionem faciunt: *In vinum muftum veratri atri manipulum coniicito in amphoram.* Et c. 115, in quo eadem repetuntur: *Tres fafciculos veratri atri circumponito circum radices.* Accedit et Diofcoridis autoritas, qui 4, 148 elleborum nigrum circa vitium radices ad vinum catharticum conficiendum poni folitum tradit: συμφυτευθεὶς δὲ ἀμπέλοις πρὸς τῇ ῥίζῃ, τὸν ἐξ αὐτῶν οἶνον καθαρτικὸν ἐργάζεται. Quare *atri* vocem defiderari exiftimo, librariis fortaffe elapfam; quoniam extremae τῦ *veratri* fyllabae τὸ *atri* refonant; minus enim diligenter attendentes ὁμοφωνία illa facile in errorem inducit. PONTED.

115, 1 IN VINVM MVSTVM) Non recte vetus editio haec cum fequenti capite coniungit. Nam hoc remedium ficut praecedens eft ad aluum bonam faciendam pariter atque mouendam; alterum tantum ad aluum mouendam. Cato autem ex veratri atri manipulis vel tribus fafciculis, Diofcorides ex plantae radicibus mufto immiftis elleboriten et fcammoniten parat. POPMA.

115, 1 VBI SATIS EFFERVERIT) Ita in cunctis Mff. inuenimus: fed accurati etiam Grammatici oftendunt, vetuftiffimos faepe fic locutos effe: Vergilium etiam eadem ratione dixiffe, *Feruere Leucatem*, manifeftum eft. Hoc multis locis ita conformatum tempus reftituimus. VICTOR.

116 Aut

vendam. Vinum [e] ad aluum mouendam concinnare si [f] voles: Vites cum ablaqueabuntur, 2
signato rubrica, ne admisceas cum caetero vino. Treis fasciculos veratri atri [g] circumponito circum radices, et terram insuper iniicito [h]. Per vindemiam de iis [i] vitibus, quod delegeris, seorsum [k] seruato, cyathum in caeteram potionem indito, aluum mouebit, et postridie perpurgabit sine periculo.

CXVI. [CXVII.] LENTIM [a] quomodo seruari oporteat. Laserpitium [b] aceto diluito, permisceto lentim aceto laserpitiato [c], et ponito in sole. Postea lentim oleo perfricato, sinito arescat, ita integra seruabitur recte.

CXVII. [CXVIII.] OLEAE albae quemadmodum [a] condiantur. Ante quam nigrae fiant contundantur †, et in aquam [b] deiiciantur, crebro aquam mutet. Deinde vbi satis maceratae erunt, exprimat, et in acetum coniiciat, et oleum addat [c], salis selibram in modium olearum. Foeniculum, et lentiscum seorsum condat in acetum. Si vna admiscere voles, cito vtitor, in orculam [d] calcato manibus siccis. cum vti [e] voles, sumito.

CXVIII. [CXIX.] OLEAM albam quam [a] secundum vindemiam vti voles, sic condito. Musti tantundem addito, quantum aceti. Caetera item condito ita, vti supra scriptum est.

CXIX. [CXX.] EPITYRVM [a] album, nigrum, variumque sic facito. Ex oleis albis, nigris variisque nucleos [b] eiicito. Sic condito. Concidito ipsas: addito oleum, acetum, coriandrum, cuminum [c], foeniculum, rutam, mentam. in orculam condito, oleum supra fiet, ita vtitor.

CXX. [CXXI.] MVSTVM [a] si voles totum annum habere, in amphoram mustum indito, et corticem oppicato, demittito in piscinam. post XXX [b]. diem eximito. totum annum mustum erit.

CXXI,

e) *Aliter. si voles vinum etc. I. I. G.* f) *si voles* deest *a. V.* g) *atri* om. *Iuntt.* h) *inicito Pol.* i) *bis a. V.* k) *seorsus P.* [C. CXVI.] a) *Lentim - - - oporteat* locum Rubricae occupant *I. B. R.* b) *Lasserpitium I. B. R. Lasserpicium P.* c) *Lasserpiciato I. B. R.* [C. CXVII.] a) *quema P.* †) commundantur *quidam libri apud N. Heins. ad Petron.* c. 47. SCH. b) *aqua a. V.* c) *et* ins. *a. V.* d) *orculum Herv.* e) *vt P.* [C. CXVIII.] a) *secundum vindemiam, qua a. V.* praeter Iuntt. qui *qua vti secundum vindemiam etc. quam* tamen in Iens. scriptum fuisse, Polit. Mss. perhibet. [C. CXIX.] a) *Epitirum Iens.* in Lemmate etiam *P. B. R.* b) *nucleos eicito P.* c) *cyminum a. V.* [C. CXX.] a) Lemma: *Mustum - - - habere. In amphoram etc. I. B. R.* b) *trigesimum a. V.*

116 Aut alia lens est Catonis, quam vulgaris nostra, aut in Italia legumen illud difficilius seruatur. Certe enim Pall. Iun. 3, 1 de ea seruanda solicitus est.

117 MVTET, EXPRIMAT, CONIICIAT) Scriberem vel: *Mutes, exprimas, coniicias, addas, condas*, vel: *Mutato, exprimito, coniicito, addito, condito*, sequitur enim: *si vna admiscere voles, cito vtitor, in orbem calcato manibus siccis, cum vti voles, sumito.* PONTED.

117 SALIS SELIBRAM IN MODIVM) Interpunctum post *selibram* sustuli, non inuita, spero, Minerua.

118 QVAM SECVNDVM VINDEMIAM) V. C. *qua secundum* etc. Male: veteres enim hanc vocem cum accusatiuo coniunctam efferebant. Ipse hic noster Cato c. 123 *In lagoenam confundito, et postea id vtito.* Vide Nonium. Scioli isti indocti temere mutarant. c. 126. *Post dies 30 aperito et vtito.* MEVRSIVS.

119 EPITYRVM ALBVM) *Epityrum* est genus cibi ex oleis concisis: quod in Sicilia et Graecis ciuitatibus plerumque usurpabatur, vt tradunt Varro et Columella. Nomen habet, non quod in eo *τυρὸς*, i. e. caseus esset, sed quod in vsu caseo accederet, et post eum apponeretur. Confectio eius diuersa est apud Catonem et Colum. 12, 47, 9. Meminit Plautus initio Milites. POPMA.

119 NVCLEOS EIICITO) Plautus Curculione: *Qui e nuce nucleum eiicere vult, frangat nucem.* Quem locum eo adduxi, vt ab amicissimi nostri Isacii sollicitatione defendam, qui vult *icere* legendum. Quem eius errorem facile et phraseos insolentia, quam Latinitas non admittit, et Catonis locus geminus euincunt. MEVRS.

120 CORTICEM OPPICATO) Facit ad hunc locum Horatii versus, [3 O. 8, 9] *Hic dies - - corticem adstrictum pice dimouebit Amphorae.* VRSIN.

CXXI. [CXXII.] MVSTACEOS[a] fic facito. Farinae filigineae modium vnum mufto confpergito[b]. Anifum, cuminum[c], adipis P. II. cafei libram, et de virga lauri deradito, eodem addito. Et vbi definxeris[d], lauri folia fubtus addito, cum[e] coques.

CXXII. [CXXIII.] VINVM concinnare, fi lotium difficilius tranfibit. Capreidam[a], vel iuniperum[b] contundito in pila, libram indito in duobus congiis vini veteris in vafe aheneo[c], vel in[d] plumbeo deferuefacito. vbi refrixerit, in lagoenam[e] indito. id mane ieiunus cyathum[f] fumito. proderit.

CXXIII. [CXXIV.] VINVM ad ifchiacos fic facito. De iunipero materiam[a] femipedem craffam concidito minutim. Eam inferuefacito[b] cum congio vini veteris. vbi refrixerit, in lagoenam[c] confundito, et poftea id vtito[d] vini[e] cyathum mane[f] ieiunus[g]. proderit.

CXXIV. [CXXV.] CANES interdiu claufos effe oportet, vt noctu acriores et vigilantiores fint.

CXXV. [CXXVI.] VINVM[a] murteum[b] fic facito: Murtam[c] nigram arfacito[d] in vmbra. vbi iam paffa erit, feruato ad vindemiam in vrnam[e] mufti contundito[f] murtae[g] femodium, id oblinito. Vbi defiuerit feruere muftum, murtam[h] eximito. Id eft ad aluum[i] crudam, et ad lateris dolorem, et ad coeliacum[k].

CXXVI.

[C. CXXI.] a) Rubrica: *Muftaceos fic facito. Farinae etc. I. B. R.* b) *confpargito. Anefum Pol.* c) *cyminum a. V.* d) *defrixeris I. B. R.* e) *dum concoques a. V.* [C. CXXII.] a) *Capidam I. B. R. Pol. 1. Pol. 2.* nobifcum *Capridam Po. 2.* b) *iuniperum Com.* c) *aeneo a. V.* d) *in* abeft *a. V.* e) *lagenam a. V.* praeter Gryph. qui nobifcum *lagonam P.* f) *cyatum I. B. Gr. G.* [C. CXXIII.] a) *materiem P.* b) *feruefacito a. V.* praeter *I. I.* c) *lagonam P. lagenam I. I-G.* d) *vtitor a. V.* e) *et ieiuno cyathus vnus proderit W.* f) *mane* omitt. *P.* g) *ieiunis proderit a. V.* [C. CXXIV.] Deeft plane in Wrat. [C. CXXV.] a) Lemma: *Vinum myrteum fic facito. Myrtam I. B. R.* b) *myrteum* etiam *I. I-G. murtheum P.* c) *Murteam P. Myrtum I. I-G.* d) *arefacito a. V.* e) *vrna I. B. R. vrcam Po. 2.* f) *contendito Bo.* g) *myrtae a. V.* h) *myrtam I. B. R. myrtum I. I-G.* i) *aluom Po. 2.* Sic etiam alibi *ouom* pro *ouum*. k) *et fi aluus non confiftet* add. *a. V. et ad tineas et lumbricos* infuper add. *I. B. R.*

121 MVSTACEOS SIC) *Muftaceus* fiue *muftaceum* eft libi genus, quod fit e farina filignea mufto confperfa, et decoquitur fuppofitis lauri foliis. Vnde natum prouerbium: *lauream quaerere in muftacco*, id eft, ex rebus minimis captare famam. Cicero ad Atticum 5, 20 *Coepis laureolam in muftaceo quaerere.* Iuuenalis: [6, 203] *coenam et muftacea perdas.* POPMA.

122 CAPREIDAM) Contra hanc vocem in margine vetufti codicis eadem manu *capidam* fcriptum eft. Non multo etiam poft in eodem libro *lagonam* pro *lagoenam*, quemadmodum etiam in Mediceo codice locus ille epiftolae Quinti fratris ad Tironem: *quae lagonas etiam inanes obfignabat.* Et in vetuftiffimo Plinio locus hic e XVI libro: *E quibus montani praetenuia fila decerpentes, fpectabiles lagonas, et alia vafa nectunt.* Neque tamen nos hanc rectam effe huius nominis fcribendi rationem credimus: animaduertimus enim, veteres librarios, faepe in diphthongis alteram illarum litterarum, et pofteriorem fere, quae diphthongum conflaret, omittere folitos. VICTORIVS Ita vocant fruticem, quem vulgo *Caprifolium*, vel Matrifiluam, Graeci nominant περικλύμενον, mire efficacem ad mouendam vrinam. Nam et femen et folia decocta et adfumta in vino, tanta vi vrinam educunt, vt a fexto die fanguis eam confequatur. Legendi Diofcorides l. 4. et Plinius 27, 12. POPMA.

122 DEPERVEFACITO) Lego, *et feruefacito.* Simile mendum in Valerio Flacco fuftuli aliquando, vbi pro *definite amplexus*, legendum *et finite*, monui Critici Arnobiani 4, 15. MEVRS.

123 ID VTITO VINI CYATHVM) Interpunctum poft *vtito* fuftulere iam I. I-G. *Id* hic et c. 122 eft pro *eius*, vt in *id genus alia*. *Vini cyathum* poni puto menfurae tantum indicandae caufa, non materiae, vt c. 109.

124 Inculcatum hoc de canibus emblema loco plane alieno. Sic et Pontedera iudicat, vt in Epiftolis demonftrauit.

125 MVRTAM NIGRAM) Retinendum *murteam*, et nihil mutandum: etfi mox infra *murtam* foeminino genere efferat, et Varro de L. L. *Murtatum a murta, quod ea large fartum.* Intelligitur enim *virgam*, vt c. 102 *Virgas murteas.* Vinum autem murteum Catonis et Diofcoridis οἶνος μυρτίτης longe aliud eft, quam eiusdem οἶνος μυρσίνης; cum tamen vtrumque e nigrae murti baccis conficiatur. Vid. Diofcor. l. 5. POPMA.

126 AD

CXXVI. [CXXVII.] AD[a] tormina, et[b] si aluus[c] non consistet[d], et si tineae[e], et lumbrici molesti erunt[f], XXX mala Punica acerba sumito, contundito, indito in vrceum, et vini nigri austeri congios tres[g], vas oblinito. post dies XXX. aperito[h], et vtito[i]: ieiunus heminam bibito.

CXXVII. [CXXVIII.] AD[a] dyspepsiam[b] et stranguriam [mederi[c]]. Malum Punicum vbi florebit, colligito. Tris[d] minas in amphoram infundito. vini Q.[e] I. veteris addito, et foeniculi radicem puram contusam minam[f]. Oblinito amphoram, et post dies XXX aperito et vtitor. Vbi voles cibum concoquere[g], et lotium facere, hinc bibito quantum voles sine periculo. Idem vinum tinias[h] perpurgat, et lumbricos, si sic concinnes[i]. Incoenatum iube esse, postridie thuris drachmam I[k]. conterito, et mel[l] 2
coctum drachmam[m] vnam, et vini[n] sextarium[o] origaniti[p], dato ieiuno, et puero pro aetate[q] triobolum, et vini heminam. Supra pilam inscendat, et saliat decies, et deambulet.

CXXVIII. [CXXIX.] SI[a] habitationem delutare vis[b], terram quam maxime cretosam,

[C.CXXVI.] a) *R. Ad tormina: et si aluus non consistat, et si tineae et lumbrici molesti existent. Triginta etc. I. B. R.* b) *et si aluus non consistet* desunt *I. I-G.* c) *aluos Po.* 2. d) *consistat Pol.* e) *tenias P. Iunt.* f) *erunt* deest *P.* g) *superponito* add. *I. I-G.* h) *Operito Iens. apperito B. R.* i) *vtitor a. V.* [C.CXXVII.] a) Lemma: *Ad dispepsiam et stranguriam. Malum etc. I. B. R.* b) *Dispepsiam a. V. dispniam. stranguiriam medela. Malum etc. W.* c) *mederi* abest *I. I-G. Po.* 2. d) *Tres heminas a. V.* e) *quartar. Iens. quartare B. R. veteris quadrantal I. I-G.* f) *heminam vnam a. V.* g) *conquoquere P.* h) *tenias P. I. I.* i) *concines I. B. R.* k) I. abest *a. V.* l) *mellis cocti I. I-G.* m) *dragmam I. B. R.* n) *praedicti I. I-G.* o) *sestarium I. B. R. W.* p) *et origanum a. V.* etiam *W.* q) *in ins. I. B. R.* [C.CXXVIII.] a) *Rubr. Habitationem delutare. Terram etc. I. B. R. Si* abest *a. V.* b) *vis* deest *P. cum voles I. I-G.*

126 AD TORMINA ET SI ALVVS NON CONSISTET) Postrema haec verba hoc loco poni debere arbitramur, quem etiam in antiquis libris tenent. Appellant *tormina*, vt arbitror, *δυσεντερίαν*, et si aluus non consistat, *διάῤῥοιαν*. Cicero in epist. ad Gallum hoc confirmat: *Tanta me διάῤῥοια arripuit, vt hodie primum videatur coepisse consistere.* VICTORIVS.

127, 1 MEDERI) Inculcarunt hanc vocem score scioli quidam parum habita latinitatis ratione. Optime V. C. omittit. MEVRSIVS. Inclusi equidem vncis vocem damnatam magno satis consensu. Neque tamen illud dissimulandum, forte dixisse aetatem Catonis *mederi ad aliquid.* Certe illud constat, pro datiuo consueto poni nonnunquam *τὸ ad*, eique praepositioni in medicina proprium quasi et suum locum esse. Tum infinitum ita poni, in problematibus praesertim mathematicorum, quibus eiusmodi praecepta similia sunt, tralaticium est. Denique etiam inde colligas, hoc verbum plane abesse non debere, quod Wratislauiensis codex, vt vidimus, legit *medela.*

127, 1 TRIS MINAS IN AMPHORAM) Emendaueram de coniectura *tris heminas*, cum video etiam in V. C. scribi. MEVRS. Vereor, ne male hic et paullo post coniectauerit et bonus Meursius, et quisquis hoc loco *heminas* (quae liquidorum mensura est, cum hic sermo sit de re appendi solita) pro *minis* inculcauit, quae optimo iure in locum suum restituit Victorius. *Minam* in ponderibus fuisse, non modo subobscure, (quia locus valde obscurus est) indicat Pollux 9, 57 *καὶ γὰρ ἐν τοῖς ἰαμβείοις, τὴν μνᾶν τῆς ἑψεῖς σταθμὸν ὀνομάζουσι*; et Fannius de ponderibus v. 32: sed etiam Plin. 12, 14 s. 32 *tertiam partem minae XXVIII denariorum pondus aequare* dicit, qui librae romanae modus est, cum ipso Plinio indice, et nemine dubitante ea habeat denarios (Consulares) LXXXIV. quin idem, quas 14, 17 s. 21 *mellis decem libras* dixerat, eas 23, 2 s. 29 *mellis minas decem* appellat. Denique 21, 34 s. 109 vbi ponderum se rationem expedire profitetur, *Mna*, inquit, *quam nostri minam vocant, pendet drachmas Atticas centum.*

127, 2 ORIGANITI) Neque hic opus est emendato, quod visum fuit non nemini. Est forma eadem genitiui, quae in propriis praesertim olim animaduersa est ab artis magistris, vt *Pericli*, *Themistocli*, et id genus alia.

127, 2 TRIOBOLVM) Siue drachmam dimidiam, sex enim in drachma oboli.

127, 2 ET VINI HEMINAM) Haberem potius *viro.* PONTED. Sed quae proportio inter *triobolum* et *heminam*, quorum illud ad sicca pertinere videtur, hoc ad liquida. Deinde pueri solius meminit, quod ea aetas tineis et lumbricis praeter caeteras opportuna.

127, 2 SVPRA PILAM) Vtrum eam, in qua pisitur, an saxum truncumue mediocriter altum? quo ascendens, ac vnde desiliens sic satis aluum concutiat.

 129 Ea-

tosam, vel rubricosam fumito [c], eo amurcam infundito, paleas indito. finito quatriduum [d] fracescat. vbi bene fracuerit, rutro concidito. vbi concideris, delutato. Ita neque asper-go [e] nocebit, neque mures caua facient, neque herba nascetur, neque lutamenta scindent se.

CXXIX. [CXXX.] AREAM [a] vbi frumentum teratur, sic facito [b]: Confodiatur minute terra [c], amurca bene conspergatur, vt [d] combibat quam plurimum. comminuito [e] terram, et cylindro aut pauicula coaequato. vbi coaequata erit, neque formicae molestae erunt, et cum pluerit [f], lutum non erit.

CXXX. [CXXXI.] CODICILLOS oleaginos [a], et caetera ligna amurca cruda perspergito, et in sole ponito, perbibant bene. Ita neque fumosa erunt, et ardebunt bene.

CXXXI. [CXXXII.] DAPEM pro bubus piro [a] florente facito. Postea verno arare incipito. Ea loca primum arato quae rudeata [b] arenosaque [c] erunt. Postea vti [d] quaeque grauissima atque aquosissima erunt, ita postremo arato.

CXXXII. [CXXXIII.] DAPEM hoc modo fieri oportet. Ioui dapali culignam vini quantum vis polluceto [a]. Eo die feriae bubus et bubulcis, et qui dapem facient. Cum pollucere [b] oportebit, sic facies. Iupiter dapalis, quod tibi fieri oportet, in domo familia [c] mea culignam vini [d] dapi, eius [e] rei ergo [f] macte hac illace dape pollucenda [g] esto.

Manus

c) *fumito* omitt. *I. B. R.* d) *quadriduum P.* e) *asperge Po. 2.* [C. CXXIX.] a) *Area B. R.* b) *facies a. V.* c) *et* inf. *I. I - G.* d) *et I. B. R.* e) *vbi bene comminuta terra fuerit, et amurcam combiberit, cylindro aut I. I - G.* f) *pluet a. V.* [C. CXXX.] a) *oleagineos P. oleaginos* praec., *I. I - G.* [C. CXXXI.] a) *pyro I. I. Ba. A. Gr. G.* b) *rudecta P. rudeta a. V.* c) *harenosaque P.* d) *vtique quae I. B. R.* [C. CXXXII.] a) *poluceto a. V.* b) *polucere a. V.* c) *familiamque a. V.* d) *vini. Da dapem omnis rei mon macrem. Ergo haec illa dapes pollucenda Ioui esto W.* e) *ei P.* f) *Macte vino inferiori esto* infer. *a. V.* g) *polucenda a. V.*

129 Eadem praeceperat c. 91 verbis leuiter immutatis. Laudat Plin. 18, 29 f. 71.

130 AMVRCA CRVDA PERSPERGITO) *Spargo* verbum in compositione eadem vocali prima littera scribi in libris veteribus Catonis et Varronis monuit diligentissimus Victorius. Cuius fidem ipse secutus vbique restitui *perspargo*, *aspargo*, *conspargo*; a quo *conspersa farina*, quae aqua inspitur, vt subigatur. c. 90. Sed Velius Longus monet verbum *asperge* per *e* scribi ad differentiam nominis *aspargo*; quam obseruationem vanam esse ostendi lib. 1 de differentiis verborum. POPM. Dubitaui tamen ab ea lectione discedere, quam ipse probauit Victorius, vt ex Rob. Stephani et Commelini editt. apparet.

130 ITA NEQVE FVMOSA) Veteres exsiccabant ligna, purgabantque, ne fumum facerent. Vnde *cocta ligna* nominat Vlpianus titulo de verborum signific. et tit. de legat. 3. *Coctilia* Trebellius Pollio, *Arida* Ouid. l. 4 Fastorum: *Ille domum, glandes, excussaque mora rubetis Portat, et arsuris arida ligna focis.* Martialis Graeca voce *ἄκαπνα*. Homerus Odyss. 6 *κάγκανα*, Pollux *καύσιμα*. POPMA. Tanto magis necessaria erant illa ἄκαπνα, quod caminos vulgo non haberent, qua de re disputamus in Ind. v. *Carnarium*.

131 Eadem fere praecepit c. 50. conf. Plin. 18, 26 f. 65.

131 RVDEATA ARENOSAQVE) Haec enim facile verti aratro possunt, cum densiora terrae genera, quamdiu madent ab hyeme, tractari nondum queant.

132, 1 IOVI DAPALI) Iupiter dapalis dictus, quod amplis dapibus sacra illi fiebant cubanti in lectulo, cum Iunone et Minerua, sedentibus in sellis, vt refert Arnobius lib. 5, sic *dapalis coena*, magnifica et splendida, Nonius. POPMA.

132, 1 IN DOMO FAMILIA MEA) Amarunt veteres in formulis praesertim solennibus asyndeta, vt in *ruta caesa*, *sartum tectum*, *triumuiri auro*, *argento*, *aeri flando* etc. Vid. Ind. voc. *Asyndeta*.

132, 1 DAPI, EIVS REI ERGO MACTE) An recte ita distinxerim, iudicent, qui possunt. Ante erat, *dapi eius rei ergo. Macte.* Protasis est, mea quidem sententia, *Quod tibi .. dapi*; apodosis, *eius rei ergo macte* etc.

132, 2

Manus interluito. Postea vinum sumito. Iupiter dapalis, macte istace dape pollucenda [g] esto. Macte vino inferio [h] esto. Vestae si voles dato. daps [i] Ioui assaria pecuina [k], vrna vini Ioui caste. Profanato [l] fine [m] contagione. Postea dape facta serito milium, panicum, alium [n], lentim.

CXXXIII. [CXXXIV.] PROPAGATIO [a] pomorum, caeterarumque arborum. Arboribus ab terra [aa] pulli qui nati erunt, eos in terram deprimito, extollito [b] vti radicem

g) *polucendo a. V.* h) *inferiori* omnes praeter *P. et Popmae tres.* i) *dapsium assaria Pol. 2.* k) *pecunia I. B. R.* l) *Propbanato I. B. R.* m) *sua P.* n) *lentim, allium a. V. allium* etiam *M.* [C. CXXXIII.] a) *Propagatio - - arborum* locum Rubricae occupant *I. B. R.* aa) *altera Bas.* b) *excolitoque I. I. G.*

132, 2 MANVS INTERLVITO) Veteres soliti in sacrificiis manus lauare aqua perenni, et ad eam rem *Malluuium* vasculum, autore Festo. Tibull. l. 2 de ambaruali sacro: *Casta placent superis, pura cum veste venite, Et manibus puris sumite fontis aquam.* Hoc amplius intelligitur ex hoc loco, idem illos factitasse in singulas libationes. POPMA. De hoc more copiose Broukh. ad Tib. 4, 4, 24.

132, 2 MACTE HACILLACE) Seru. ad Aen. 9, 641 *in Pontificalibus sacrificantes dicebant* Deo MACTE HOC VINO INFERIO ESTO, quo loco de *mactus* vel *macte* plura disputat.

132, 2 MACTE VINO INFERIO ESTO) Quae in duobus veteribus libris pro *inferiori*, occurrit lectio, *inferio*, vera esse videtur. Inferiae a Graecis χοαὶ dicuntur, vnde intelligi potest, quid sit *vino inferio.* VRSIN. V. C. *inferiori.* Inepte, Quid sit *vinum inferium*, ex Festo et Arnobio nostro nimis est notum. MEVRS. Ita omnino legendum, cum ipse Codex Mediceus, quo vsum puto Victorium, ita habeat, quod praeteruisum ab optimo sene, et alioquin oculatissimo, nemo nisi ingratus indignatur. Ita legendum docet primo Arnobius, qui refert hanc formulam et ridet l. 7 p. 236. sq. Operae pretium est, quaedam illius verba adscribere. *Operae pretium est*, ille ait, *etiam verba ipsa depromere quibus, cum vinum datur, vti ac supplicare consuetudo est.* Mactus hoc vino inferio esto. Inferio, *inquit Trebatius, verbum ea causa est additum, eaque ratione profertur, ne vinum omne omnino, quod in cellis atque apothecis est conditum, ex quibus illud, quod effunditur, promtum est, esse sacrum incipiat, et ex vsibus eripiatur humanis. Addito ergo hoc verbo, solum erit, quod* inferetur, *sacrum, nec religione obligabitur caeterum.* Aperte indicat, *inferium vinum* dici ab *inferendo*, vel offerendo. Deinde *inferium* vinum est etiam apud Seruium, cuius verba nota proxima laudauimus, itemque apud Festum, vel illius Paulum mutilatorem, eamque veram lectionem agnoscit ad Varronem de L. L. Scaliger coniect. p. 75, ante quem iam Paulus Leopardus emendatt. 18, 6 *inferium vinum* Arnobii ac Festi auctoritate restitutum Catoni iuerat. add. Cuiac. Obs. 2, 12, Lud. Carrio emend. 2, 3 l. N. Loens. misc. epiphyll. 3, 22, quos iam Schoettgenius ad hunc locum laudauit.

132, 2 VESTAE, SI VOLES, DATO) Credo hoc sibi velle Catonem, Vestae etiam, antiquissimae Deae, dari posse dapem Ioui alioquin sacram.

132, 2 ASSARIA PECVINA) *Assaria* caro hic non est assata, sed apta et parata assurae: etsi nonnulli hanc vocem tollunt, et totum locum ita rescribunt: *Daps Ioui Assir a pecu in vrna vini caste:* Quam lectionem probare nondum possum. quae enim esset ista daps, sanguis pecudis cum vino permixtus? aut cur, tam multis verbis Cato vsus, cum vno potuisset dicere *Assiratum*; de quo ita Festus: *Assiratum apud antiquos dicebatur genus quoddam potionis ex vino et sanguine temperatum, quod Latini prisci sanguinem Assir vocabant.* POPM.

132, 2 VRNA VINI IOVI CASTE) Legerim *vrna vini. Ioui caste, profanato. Profanare* hic est sacrificio pollucere, et quasi fano consecrare. Varro lib. 5 de L. L. *Profanatum dicitur, id est, perinde vt sit fani factum. Sic defanare* est effari et describere locum verbis conceptis, vt fani lege sit. Arnobius: *Spatiola templorum defanata.* POPMA.

132, 2 ALIVM, LENTIM) Ita hic et omnibus aliis locis in his libris *alium* scriptum inueni, quam etiam orthographiam seruaui, secutus maxime iudicium Ioannis Pierii, docti et accurati viri, qui super illo Vergilii, *Allia serpillumque*, ita scribit: *Scribendum Alia vno l, cum antiquis codicibus doctorum etiam hominum sententia decernit.* VICTOR.

133 Hoc capite ea repetuntur, quae dicta fuerant c. 51 et 52 Alterum locum conferre cum altero iuuerit.

133, 1 ARBORIBVS AB TERRA) V. C. *Arboribus ac altera pulli.* Vnde et elici possit: *Arboribus ad latera pulli.* Sed vulgatam lectionem nolim temere mutare. MEVRS. An rectius, ut in c. 51 praecepit Cato: *Ab arboribus abs terra pulli, qui nati erunt*; nam in illo loco hoc monitum sic commemoratur; *ab arbore abs terra pulli qui nascentur.* PONTEDERA.

133, 1 DEPRIMITO, EXTOLLITO) Qui haec adeo contraria fieri possunt? Lego ex V. C. *deprimito, excolitoque etc.* MEVRS. Aperit haec Meursiana animaduersio, quid mouerit homines, vt

2 cem capere possint. Inde vbi tempus erit, effodito, seritoque recte. Ficum, oleam, malum Punicum, mala struthea [c], cotonea [d], aliaque mala omnia, laurum Cypriam, Delphicam, prunum, myrtum coniugulum [e], et myrtum album et nigrum, nuces Auellanas [f], Praenestinas, platanum; haec omnia genera a capitibus propagari eximique [g] ad
3 hunc modum oportebit. Quae diligentius seri voles, in calicibus seri oportet. In arboribus radices vti capiant, calicem pertusum sumito tibi, aut quasillum [h], per eum [i] ramulum transferito [k], eum quasillum [l] terra impleto calcatoque, in arborem [m] relinquito. Vbi bimum [n] erit, ramum tenerum infra praecidito, cum quasillo [o] serito. Eo modo quod [p]
4 vis genus arborum facere poteris, vti radices bene habeant. Item vitem in quasillum propagato terraque bene operito, anno post praecidito, cum qualo serito.

CXXXIV. [CXXXV.] PRIVSQVAM messim [a] facies, porcam praecidaneam hoc modo fieri oportet. Cereri [b] porca praecidanea, porco [c] foemina, priusquam hasce fruges condantur [d], far, triticum, ordeum, fabam, semen rapicium; thure, vino, Iano [e], Ioui,

c) *strutea I. B. struthea Reg.* d) *cotonia I. B. R.* e) *conulam P.* f) *abellanas P.* g) *et exim. a. V.* h) *quasillum a. V.* praeter lens. quae *quassillum.* i) *ea P.* k) *transferito I. B. R.* l) *quassillum lens. quasillum a. V.* m) *arbore P.* n) *biemum P. biennium I. B. R.* o) *quassillo lens. quassilo a. V.* Sic per hoc caput, et alibi fere. p) *quodvis* coniunct. *Ba. H. Gr. G.* [C. CXXXIV.] a) *messem facias a. V.* b) *Caereri porcam praecidaneam feminam W.* c) *porcam foeminam a. V.* d) *condas W.* e) *Ioui Iano I. B. R.*

vt hic aliquid mutarent, nimirum rusticae rei ignorantia. Quid enim? nonne deprimuntur pulli ea parte, qua capiti siue matri sunt propiores in terram, vt radices ibi capiant; suoque fastigio extolluntur ad agendos ramos?

133, 2 LAVRVM CYPRIAM) Vide quae dicta sunt ad 8, 2 vbi eaedem arbores enarrantur.

133, 3 QVAE DILIGENTIVS SERI) Plin. 17, 13 f. 21 *Alterum genus luxuriosius, radices in ipsa arbore solicitando, traiectis per vasa fictilia, vel qualos ramis, terraque circumfartis: atque hoc blandimento impetratis radicibus, inter poma ipsa et cacumina: in [f. et] summa etenim cacumina hoc modo petuntur, audaci ingenio arborem aliam longe a tellure faciendi: eodem, quo supra, biennii spatio abscissa propagine et cum qualis illis sata.*

133, 3 AVT QVASILLVM) Ita sane est in Mss., et ita legi debet, non *Quassillum*, ut in impressis hic semper erat: quod etiam versiculo politissimi Poetae confirmatur: *Sit tibi cura togae potior, pressumque quasillum.* VICTOR.

134, 1 PORCAM PRAECIDANEAM) Sextus Pompeius, quam appellare *porcam praecidaneam* veteres soliti sint, declarat. Hic etiam locus Varronis, vbi mentio ipsius est, a Nonio adducitur, de vita populi Romani lib. 3. Quod humatus non sit, haeredi porca praecidanea suscipienda Telluri et Cereri aliter familia pura non est. VICTOR. Videndus Festus in praecidanea. In VV. CC. paullo post habetur, *porco femina*, non *porcam feminam*: et item *porcum feminam*, non *porcam feminam*, quod non fuit omittendum, praesertim consentientibus duobus vetustissimis libris. VRSIN. Festus: *Praecidaneam porcam dicebant, quam immolare erant soliti antequam nouam frugem praeciderent.* Quae verba faciunt huic loco. MEVRS. Sed quod e Festo laudat Meursius, id Paulo interpolatori debetur, iudicio Scaligeri. Festi autem sunt ista: *Praecidanea agna vocabatur, quae ante alias caedebatur, item porca, quae Cereri mactabatur ab eo, qui mortuo iusta non fecisset, id est, glebam non obiecisset: quod mos erat eis facere prius, quam nouas fruges gustarent.* Add. Gell. 4, 6. *Porca etiam praecidanea appellata, quam piaculi gratia ante fruges nouas fieri coeptas immolari Cereri mos fuit, si qui familiam funestam aut non purgauerant, aut aliter eam rem, quam oportuerat, procurauerant.* Eodem loco etiam *succidaneas* hostias et *ferias praecidaneas*, quid fuerint, explicat. Scaliger ad Festum a *praecedendo* s. praeeundo dictas hostias disputat aduersus Gellium.

134, 1 PORCO FOEMINA) V. C. *Porcam foeminam.* Sed inepte. Nam veteres ita loquebantur. In leg. XII. tab. apud Festum *Pellices.* PELLEX. ARAM. IVNONIS. NE. TANGITO. SI. TANGET. IVNONI. CRINIBVS. DEMISSIS. AGNVM. FEMINAM. CAEDITO. Sic *lupam foeminam* dixit Ennius alibi. MEVRS.

134, 1 HASCE FRVGES CONDANTVR) Legendum *haecce* pro hae, vel *condant, vt.* Vbi desideratur homines, operarii, aut nomen simile. Varro lib. 4 de L. L. *Quod munitur opis causa, vbi sint, et quod opus est ad vitam gerendam, vbi habitent tuto.* POPMA. Scriberem *haece fruges.* PONTED. Quae ratio Popmam mouit, vt mutatum aliquid vellet, ea etiam induxisse videtur librarium Wrat. vt legeret *condas.* Melius ille, quam Popma,

Ioui, Iunoni praefato. Priusquam porcum [f] foeminam immolabis, Iano struem com- 2
moueto sic: Iane pater, te hac strue commouenda [g] bonas preces [h] precor, vti sies volens propitius mihi, liberisque meis, domo familiaeque meae [i]. Ferctum [k] Ioui moueto et mactato sic: Iupiter te hoc fercto obmouendo bonas preces precor, vti sies volens
propitius mihi liberisque meis, domo familiaeque meae mactus [l] hoc fercto. Postea Ia- 3
no

f) *porcam a. V.* g) *ommouenda P.* h) *te* inf. *a. V.* i) *mactus hoc ferto* add. *a. V.* k) *Fertum a. V.* Sic per totum caput. l) *vicinis I. B. R.*

Popma, qui non considerauit, inter fruges, quae enumerantur per appositionem, etiam esse *fabam* accusandi casu, vbi nihil mutat. Caeterum dubito, an prolatum adhuc sit exemplum quarti casus ita cum passiuo iuncti, vt hic factum est a Catone, si scripsit *condantur*. Neque coniecturam Popmae *condant*, vt probare possum: sequitur enim *praefato*. Quid igitur superest? *ἐπέχω*.

134, 1 SEMEN RAPICIVM; THVRE) Ita distinxi orationem: ante modo incidebatur. Ratio, credo, aperta.

134, 1 IANO, IOVI, IVNONI PRAEFATO) Legendum censeam *praefamino*. Sic c. 141 *Ianum Iouemque vino praefamino*. Huc pertinet, quod doctissimus Grammaticus Festus *famino* exponit *dicito*. Sed cur addit *Iunoni*, cum eius nunquam postea toto hoc capite mentionem faciat, Iani vero et Iouis crebram? An dicendum reiiculam hanc vocem? Certe: nam neque citato cap. 141. vllus ei locus, vt videmus: aut transponendum, legendumque: *Vino Iano Iunonio, Ioui praefamino.* Nam Ianum Iunonium esse cognominatum scimus ex Macrobio Sat. 1, 10. MEVRSIVS. *Praefamino* et *famino* consensu omnes, Festum secuti, exponunt *dicito*. Sed nemo, quod sciam, inter imperatiui formas hanc in *mino* refert; *minor* solam omnes agnoscunt, et pluralis quidem numeri, cum hic singularis requiratur. Sed si *praefato* retineamus, etiam hic deesse canina littera videtur.

134, 2 IANO STRVEM COMMOVETO) Festus: *Strues genera liborum sunt, digitorum coniunctorum non dissimilia, qui superiecta panicula in transuersum continentur.* Ouidius Fast. 1, 276 vbi loquitur Ianus: *Ara mihi posita est paruo coniuncta facello, Haec adolet flammis cum strue farra suis.* Vide ibi Anton. Constantinum. Puto autem hoc Ethnicos ex Iudaeorum sacris suscepisse, vt eiusmodi strues, quas Festus describit, formarent. nam panes propositionum nihil aliud erant, quam duae strues panum sibimet inuicem impositorum; et ita quidem, vt infimus panis mensae incubuerit, reliqui calamis aureis, qui ex quatuor stipitibus, vtrique mensae adstantibus, protendebantur, innisi fuerint. Ita optime positum horum panum describit Vir in talibus doctissimus Theodorus Dassouius in Diss. de panibus facierum, qui singula testimoniis ex antiquitate Iudaica peritis probat, de quibus nostrum non est prolixius agere. *Commouere*, vt et simplex *mouere*, et *obmouere* in sacris idem notant, quod admouere. Vide Meursium paullo post. SCHOETTG. Haec videtur antiquissima illa retio, quam vocibus תרומה et תנופה exprimunt Hebraei; quod hic indicasse satis fuerit. Viros doctos, qui de ea re egere, laudauit nuper *Pe. Zorn.* bibl. antiqu. p. 74.

134, 2 IANE PATER, HAC STRVE) Festus. *Ianual libi genus, quod Iano tantummodo delibatur.* Iuuenalis Sat. 6 *Cum farre et vino Ianum Vestamque rogabat.* Ouid. 1. Fast. *Inde vocor Ianus, cui cum cereale sacerdos Imponit libum, farraque mixta sale.* Sed de ferto et strue videndus Festus, in *Struferctarii*; item vetus inscriptio Suouetaurilium, quae habetur in hoc libro. VRSIN. Subiecimus illam Catoni, ne hic turbaret nimis, quod longiuscula est, circulos vel regulas potius typographorum.

134, 2 BONAS PRECES PRECOR) Vox *te*, non est in VV. CC. neque in fragmento vetustae inscriptionis, [inter Vrsinianas XIX. Grut. p. CXXII, 5] in qua haec formula his plane verbis concepta est: BONAS PRECES POSCO VTI SIES etc. et infra c. 139 legitur: *bonas preces precor* IDEM. Coniugia eiusmodi verborum eiusdem originis plurima collegere Taubmann. ad Plauti Mil. 2, 4, 47 et quos hic laudat.

134, 2 VTI SIES VOLENS PROPITIVS MIHI) Haec erat formula vetus. Festus: *Struferctarios appellabant antiqui homines conductos mercede, qui ad arbores, fulguritas piaculorum commissorum causa sacrificia quaedam strue et ferto solemnibus verbis faciunt* PRECOR. TE. IVPITER. VTI. MIHI. VOLENS. PROPITIVS. SIES. Vide eundem *Tesca*. MEVRS.

134, 2 FERCTVM IOVI) Paulus Festi abbreviator: *Ferctum genus libi, dictum, quod crebrius ad sacra ferebatur, nec sine strue, altero genere libi: quae qui adferebant, struferctarii appellabantur.* Vide pluribus Bapt. Pium annot. post. c. 147 Alardum ad Valer. Flaccum 5, 143. Lomeierum de lustrat. c. 13. Forte hinc restitui potest locus Ouidii supra adductus, vbi legitur: *Cum strue farra:* fortasse scriptum erat *ferta* vel *fercta*, quod librarius non intelligens ex ingenio mutauit in *farra*. SCHOETTGENIVS.

134, 2 FERCTO OBMOVENDO) Nihil *obmouere* aliud est, quam *admouere*. Nam veteres *ob* pro *ad* vtebantur teste Festo. OB *praepositione antiquos vsos esse pro* AD, *testis est Ennius.* Postea *ob os significat ad os.* Et, quod huic loco maxime facit:

no vinum dato sic: Iane pater, vti te strue commouenda bonas preces bene precatus sum, eiusdem rei ergo macte vino inferio [m] esto. Postea Ioui sic: Iupiter macte [n] fercto [o]
4 esto. macte [p] vino inferio [q] esto. Postea porcam praecidaneam immolato. Vbi exta prosecta [r] erunt, Iano [s] struem commoueto [t], mactatoque item vti prius obmoueris [u]. Ioui [x] ferctum obmoueto, mactatoque item [y] vti prius feceras [z]. Item Iano vinum dato, et Iovi vinum dato, ita vti prius datum [a] ob struem obmouendam [†], et ferctum libandum. Postea Cereri exta et vinum dato.

CXXXV. [CXXXVI.] ROMAE tunicas, togas, saga, centones, sculponeas: Calibus et Minturnis [a] cucculliones [b], ferramenta, falces, palas, ligones, secures, ornamenta, murices, catellas [c]: Venafro, palas [d]. Suessae, et in Lucanis plostra, treblae [e]
2 Albae: Romae dolia, labra: tegulae ex Venafro. Aratra in terram validam Romanica bona erunt, in terram pullam [f] Campanica, iuga Romanica optima erunt. Vomis [g] indutilis

m) *inferiori* omnes praeter *M. Po. 2.* n) *isto* inf. *P.* o) *fercto* deest *I. B. R.* p) *macte* omitt. *I. B. R.* q) *inferiori* omnes praeter *M. Po. 2.* r) *profecta P. porrecta Ienf. proiecta a. V.* s) *i Iano P. ita voueto I. B. R. ita Iano I. I-G.* t) *commoueto, mactatoque item vti prius* desunt *Pol.* u) *obmoueris. Ioui ferctum obmoueto, mactatoque item vti prius* desunt *I. B. R. obmoueras I. I-G.* x) *item* inf. *I. I-G.* y) *item* omitt. *I. I-G.* z) *feceris P. I. B. R.* a) *fuit* inf. *I. I-G.* †) *obmouendum I. B. R.* [C. CXXXV.] a) *menturnis P.* b) *cuculiones I. B. R.* c) *clitellas I. I-G.* d) *palla I. B. R.* e) *trabes I. B. R.* deest *a. V.* item *Steph. etc. Trebulae, Meurs. Trebulae, Po. 2.* f) *pulleam P.* h) *Vomeris I. B. R. M. Po. 2.*

facit: OBMOVETO *pro* ADMOVETO *dicebatur apud antiquos, vt alia quae supra relata sunt.* MEVRS.

134, 3 MACTE VINO INFERIO) Vide quae disputauimus de hac formula ad c. 132, 2

134, 4 VBI EXTA PROSECTA) Alii libri habent, *proiecta*. Sed *porrecta* vera lectio est, quae et in VV. CC. reperitur, et auctoritate Macrobii confirmatur in Saturnalibus, super illo Virgilii versu: *Exta salsos porriciam in fluctus*; ad quem versum adducit Macrob. Veranii hae ex L. 1. Pictoris. *Exta porriciunto, Diis danto in altaria, aramue, focumue, eoue, quo exta dari oportet.* In quibus verbis animaduertendum, *Diis danto* glossema esse verbi *porriciunto*. M. Varro lib. 1. de re rust. c. 29. *Quod est inter duos sulcos elata terra, dicitur porca, quod ea seges frumentum porriciat. Sic quoque exta deis cum dabant, porricere dicebant.* Et fortasse ex hoc loco Varronis id glossema sumptum est. VRSIN. V. C. *proiecta* vnde transposita et immutata litterula non difficulter *porrecta* legi posset. Nam *porricere* etiam proprium huius rei vocabulum. Vide Macrobium Sat. lib. 3 cap. 11. Sed temerarius esse nolo. MEVRS. Bene Meursius, quod audacter mutare nihil voluit. *Prosecare* est sacrificantium verbum, quod notat exta diuidere, earumque partem Deo adponere, partem vero alteram sacerdotibus, tertiam populo distribuere. Plautus Poenulo 2, 1, 8 *vetui exta prosecarier*. Suetonius Aug. c. 1. *Semicruda exta rapta foco prosecuit.* Inde *prosecta*, quae vox notat particulas talium extorum minutas. Ouidius Metam. 12, 152 *Cuius vt imposuit prosecta calentibus aris.* Vbi male aliquot editiones legunt *profecta*. Idem Fast. 6, 163 *Sic vbi libauit, prosecta sub aethere ponit.* Valerius Flaccus 3, 439 *Tunc piceae mactantur oues, prosectaque partim Pectora per medios, partim gerit obuius Idmon.* Plura, ne vltra, quam decet, prolixi simus, dabunt Nonius 3, 179. Meursius ad Lycophronem p. 307. Weizius ad Valer. Flaccum p. 227. Salmasius ad Solinum cap. 5 p. 90. 91. Barthius ad Statium Theb. 5, 641. Scio, quid sit *porricere*, sed illud huc non satis apte quadrat. SCHOETTG.

134, 4 VTI PRIVS OBMOVERIS) Putabam forte legendum *obmoueras:* sed intercedit proxima nota Vrsinus, et reliqui, qui habent *feceris*. Forte Catonis aeuum ita loquebatur.

134, 4 VTI PRIVS FECERAS) *Feceris* est in VV. CC. et supra dictum est, *vti prius obmoueris.* VRSIN.

135 *Quemadmodum tunicas, ceterasque res, et vbi emas. Romae tunicas* cet. Ita reuocato titulo caput inchoandum videtur. PONTED.

135, 1 ORNAMENTA, MVRICES, CATELLAS) *Ornamenta* sunt equorum, mulorum, asinorum, quae ipsis insternuntur, imponunturue, vt stragula, ephippia, clitellae; *murices* sunt laminae ferreae acuminatae, iumentorum operimentis affixae ad similitudinem muricum siue tribulorum militarium; *catellae* sunt paruae catenae, ad vsum vel ornatum iumentorum. Horatius lib. 1 epist. *saepe catellam, saepe periscelidem raptam sibi flentis:* nisi quis malit legere, *clitellas*, vt vetus editio habet. POPMA.

135, 1 TREBLAE) Confirmat hanc lectionem e Cod. vet. Broukhusius.

135, 2 VOMIS INDVTILIS) *Vomeris* in MSS.

dutilis [h] optimus erit. Trapeti Pompeiis [i]. Nolae ad Rufri [k] maceriam claues. Clo-
ftra Romae [l]. Hamae, vrnae [m] oleariae [n], vrcei aquarii, vrnae vinariae [o], alia vafa ahe-
nea [p] Capuae. Nolae fifcinae Campanicae [q]. [Hae hamae [r] vtiles funt.] Funis [s] fub- 3
ductarius, fpartum omne Capuae. Fifcinas [t] Romanicas Sueffae, Cafino [u]. Eae [x] opti-
mae erunt [y] Romae. funem torculum fi quis faciet Cafini [z] L. [a] Tunnius [b]. Venafri C.
Mennius L. F. eo indere oportet coria bona VIII. noftratia recentia [c] quae depfta [d] fient [e],
quam minimum falis habeant, ea depfere [f] et vnguere [g] vnguine prius oportet, tum fic-
care: Funem exordiri oportet longum pedes [h] LXXII. toros III. habeat, lora [i] in toros 4
fingulos IX. [k], lata [l] digitos II. Cum tortus erit [m] longus [n] pedes XLIX [o]. In commiffura
abibunt [p] pedes III, reliquum erit pedes XLVI. Vbi extentus [q] erit, accedent [r] P. V.
longus erit P. LI. Funem torculum extentum longum effe oportet pedes LV [s], maximis 5
vafis:

h) *in Rutulis M. Po. 2.* i) *pompeis Pol.* k) *rufimaceriam Ienf. rufimateriam B. R. rufrimaceriam* iunct. *I. I. Ba. A. Gr. G. Herv.* nobifcum. l) *ac* inf. *a. V.* m) *Vrinae B. R.* n) *oliariae P. oleareae Po. 2.* o) *et* inf. *a. V.* p) *aenea a. V.* q) *campanicae meliores et vtiliores funt W. campanicae came vtiles P. campanicae caniae vtiles I. B. R.* nobifcum *I. I-G.* r) *Hae hamae vtiles funt* defunt *Po. 2.* s) *Funes P.* t) *Fifcinae romanicae: Caffino et Sueffae optimae W.* u) *caffinae optimae I. B. R. Caffino I. I-G. Cafini Po. 2.* x) *eae* quoque omitt. *P.* y) *erunt. Romae funem I. B. R. W.* z) *caffini W. I. I-G.* a) *Minturnis: Venafro longe meliora fient. Eo inde te oportet habere coria bouina noftratia etc. W. L. nummis: venafri minturnis. CL. eo etc. a. V.* b) *Trinnius P.* c) *recenti aqua a. V.* etiam *W. recenti aquae P.* d) *demipta W. deperfta I. B. R.* e) *fient meliora quamuis minimum W.* f) *denfare, vngere, tum ficcare prius oportet: exungi demum. Funem W.* g) *vngere* etiam *a. V.* h) *centumfeptuagenta pedum. Thoros tres habeant oportet. Lora tria in thoros etc. W.* i) *loris I. I-G.* k) *IX.* deeft *W.* l) *latas I. B. R. W. latis I. I-G.* m) *fuerit I. I-G. erit funis W.* n) *erit* interfer. *W. I. I-G.* o) *XLVIII, I. B. R. centum quadraginta octo W.* p) *abibit I. B. R.* q) *extentum I. B. R.* r) *accedet I. B. R.* s) *V.* tantum *B. R.*

Mff. libris legimus, quae fortaffe lectio repudiari non debet. Grammatici enim teftantur, vetuftiffimos multa huiufcemodi protuliffe. vt *fupellectilis* nominandi cafu, et non tantum *fupellex* dicerent. VICTOR. Libri veteres *indutilis*; ex quo Scaliger fecit *Cutiliis*; id nomen oppidi ad lacum Cutilienfem, celebrem aquae falubritate; de quo multa Plinius, Strabo, Feftus et alii. Mihi videtur legendum: *in Rutulis*, vt iam ante *in Lucanis*. POPMA. Scaliger coniecturam illam propofuit ad Varr. de L. L. p. 33. Coniecturam voco. Nam ipfe *fortaffe*, bis ponit, ac adiungit, *de quo ad eruditos referendum puto*. Quo minus fequi poffum confilium eorum, qui *in Rutulis* recepere. Poffit etiam fieri, vt *ἀπὸ τῦ ποιῦ* intelligenda fit patria vomeris, qualem laudat Cato, praefertim cum *optimum* epitheton repetat. *Indutilis*, modo Catonis fit, quid fit, nimis obfcurum effe non poteft, nimirum *ferrum* illud, quod *indui* poteft vel inferi ligneae aratri parti, quam *ἔλυμα* Graecis dici patet ex Poll. 1, 252 benene *furcam* vocauerit interpres, non habeo dicere.

135,2 CLOSTRA ROMAE etc.) V. C. aliter diftinguit: *Cloftra Romae, ac hamae. Vrnae ol.* MEVRS.

135, 2 HAMAE) In Pandectis hoc nomen eft, libro primo de officio praefecti vigil. l. [3] *Nam falutem. Sciendum eft autem praefectum vigilum per totam noctem vigilare debere, et coërrare calciatum cum hamis et dolabris.* Eodem, aut paullo immutato nomine Graeci inftrumentum aliud appellant, de quo differuit eruditiffimus Budaeus, qui locum quoque Plinii in epiftola ad Traianum adducit, vbi Latina dictio eft. VICTOR. *Hamae* vafa aquaria, quae et in vfu quotidiano erant, et ad reftinguenda incendia hisdem aqua ferebatur. Columella lib. 10, 387 *aut habilem lymphis hamulam.* Plin. lib. 10. epift. 42 *Et alioquin nullus vfquam in publico fipho, nulla hama, nullum denique inftrumentum ad incendia compefcenda.* Plura Budaeus in Pandectas, et Turnebus 19, 33. POPMA.

135, 3 NOLAE FISCINAE CAMPANICAE. HAE) Veteres editi libri alio modo: *Nolae fifcinae campanicae Caniae oleariae vtiles funt.* Num vitio nobis dabitur, fi legamus: *Nolae fifcinae Campanicae oleariae vtiles funt?* cap. 152 *Fifcinas olearias Campanicas duas illi rei habeto.* FVNTED.

135, 3 HAE HAMAE VTILES SVNT) Reicula haec omnia et ab aliquo male feriato adfuta. MEVRS. Adfenfus doctiffimo Meurfio, haec verba vt gloffema ego etiam ieci. POPMA. Adfcripferat nimirum aliquis, quid rei, et cui vfui effet hama. Nolui tamen plane expungere Victorii reuerentia.

135, 4 TOROS III. HABEAT) *Torus* funis ex pluribus loris conftans, a *torquendo*. Scaliger ad Varronem p. 68 Schefferus de torquibus §. 1. SCHOETTG. *Torus* hic non tam funis eft, quam pars funis maioris, quae in filo *licium* vocatur. Caeterum incidi poft *habeat*, vt clarius intelligatur, funis partes maiores effe *toros*, horum partes fiue *licia* effe *lora*.

135, 4 FVNEM TORCVLVM) Eadem iam fupra adfuere c. 63.

vasis: minoribus pedes L I. Funem loreum in plostrum iustum pedes L X. semifunium
pedes X L V. lora retinacula in plostrum ped. X X X V I, ad aratrum ped. X X V I lora prae-
ductoria [t] ped. XXVII. [u]. s. subiugia in lustrum lora ped. XIX. funiculum P. XV. [x], in ara-
6 trum subiugia [y] lora P. XII [z]. funiculum ped. IIX [a]. Trapetos latos maximos ped.
IIII. S. orbis altos ped. III. S. orbis medios ex lapicidinis [b] cum eximet crassos [c] pedem,
et palmum inter miliarium, et labrum ped. II. digitos II. labra crassa digitum [d]. Secun-
darium trapetum latum ped. IIII. et palmum inter miliarium, et labrum pes [e] vnus,
digitus vnus, labra crassa digitos V [f]. orbes altos [g] ped. III. et digitos V. crassos ped. I,
7 et digitos III. Foramen [h] in orbes semiped. quoquouersum facito. Tertium trapetum
latum ped. IIII. inter miliarium, et labrum ped. I. labrum [i] dig. V. orbis altus [k] ped.
III. digitos III. crassos ped. I. digitos II. Trapetum vbi aruectum [l] erit, vbi statues, ibi
et commodato [m], concinnatoque.

CXXXVI. [CXXXVII.] POLITIONEM [a] quo pacto dari oporteat. In agro Casinate

t) *productoria I. B. R. preductoria P.* u) *XXXVII. Iens.* x) *II. X. I. B. R. IIX. I. I. Ba. A. IX. H. Gr. G.* y) *in lustrum* inf. *a. V.* z) *XIX. I. I-G.* a) *XX. I. B. R. XV. I. I-G.* b) *lapidicinis a. V.* c) *crassum P. I. I. B. R.* d) *digitum secundarium. Trapetum I. B. R.* e) *pedem I. digitum I. I. I-G.* f) *II. I. I-G.* g) *latos IIII. et I. B. R. p.* ante numerum pon. *Iens.* h) *in orbem* inf. *I. B. R.* i) *labrum* omitt. *a. V.* k) *alios P. alius I. B. R.* l) *aduectum a. V.* m) *commodato I. B. R.* [C. CXXXVI.] a) *Politionem - - oporteat* lemma sunt: caput ipsum incipit, *In agro etc. P. I. B. R. Vict. Pollitionem in I. I-G. Politionem Po. 2.*

135, 5 IN LVSTRVM LORA PED. XIX.) Recte, puto, Schefferus de re vehic. 1, 11 p. 120 ex c. 63 emendat, *in plostrum lora ped. XIIX.*

135, 6 EX LAPICIDINIS) Antiqua lectio *lapricedinis*, emendaui *lapicidinis*. Varro lib. 8 de L. L. *Qui lapides caedunt, lapicidas: qui ligna, lignicidas dici.* VICTOR.

135, 7 VBI ARVECTVM ERIT) V. C. *aduectum*. Sed *Ar* veteres pro *Ad* dicebant, vt *arfero, aruenio*, et similia. MEVRS. Poterat *arcesso* inprimis laudare, in quo manifesta huius praepositionis vis est. V. ad Quintil. 12, 10, 32.

135, 7 IBI ET COMMODATO) Puto lectum fuisse *accommodato*, pro quo scioli fecerunt *et*, qui illud idem esse putarunt, quod *ac*. Subintellige autem accommodato tuis vsibus. SCHOETTG. Cum res composita sit trapetum ex pluribus partibus, metus est, ne, si iam concinnatum transferatur, vitium faciat.

136, 1 Quae in titulo extra caput sunt, ad caput pertinent. PONTED.

136 POLITIONEM QVO PACTO) Reddidi, nisi fallor, Catoni verba sua, lemmatis obtentu ei subtracta, ita vt a Victorii fide nihil praeterea discesserim. Quod ad rem ipsam pertinet, Turnebus 30, 6 interpretatur *politionem* contractus speciem, cum ager colendus locatur pactione certae partis frugum, qui etiam huc refert L. 52 ff. § 2 pro socio (17, 2) *Si in coëunda societate artem operamue pollicitus est alter, veluti cum pecus in commune pascendum, aut agrum politori damus in commune quaerendis fructibus:* quem quidem locum primus ex codice Florentino restitutum interpretatus est A. Augustinus Emend. 4, 9. Assentiri non possum summo viro Bynckershoeckio, qui obseru. Iur. Rom. 2, 9 apud Vlpianum, (is enim est autor legis laudatae) legi malit *olitori*. Rarior vsus vocis videtur summum virum mouisse. Proinde operae pretium fuerit, quae adhuc nobis occurrerunt loca, huc adscribere. Seruauit eorum pluscula Nonius 1, 339 *Politiones agrorum cultus diligentes, vt polita omnia dicimus exculta, et ad nitorem deducta. Ennius Sat. l. 3 Testes sunt Lati campi, quos gerit Africa terra politos. Idem Annali libro nono, Rastros dente fabres capsit causa poliendi Agri. Varro, quid mirum? ex agri depolitionibus eiiciuntur; hic in coenaculo polito recipiuntur.* Varro idem *politum cultura fundum* vocat 3, 2, 5. *Politionis* autem *segetum* et *vestimentorum* coniunctim iniicit mentionem Festus in *polimenta*; quam quidem coniunctionem non ineptam esse declarat Vossius in etymol. *Similitudo*, inquit, *in eo est, quod vt vestis pectine vel spina fullonia poliretur; ita occa vel rastro pecteretur tellus etc. Politor* itaque hic fuerit, qui certa parte fructuum pacta alterius agrum *polit* h. e. colit. Obstare videtur merces nimis parua, intra quintam et nonam partem fructuum, cum dimidia fere parte hodie contrahi apud nos soleat. Sed vt taceam admirabilem fertilitatem Italiae, frugalitatemque politoris pauco contenti; potest fieri vt adiici tum quaedam solita fuerint ad id genus pacta, quibus paullo melior redderetur politoris conditio. Quantum vero illud est, quod c. 137 cauetur de pabulo bobus partiarii politoris praebendo. Cum haec igitur ita sunt, tum certe Catonis stomachi non videtur fuisse,

ſinate [b] et Venafro [c] in loco bono parte [d] octaua corbi [e] diuidat, ſatis [f] bono ſeptima, tertio loco ſexta [g], ſi granum modio [h] diuidet [i], parti [k] quinta [l]. in [m] Venafro ager optimus IX [n] parti [o] corbi diuidat [p]. Si [q] communiter piſunt [r], qua ex parte politori [s] pars [t] eſt, eam partem in piſtrinum politor [u]. Ordeum [x] quinta modio, fabam [y] quinta modio diuidat.

CXXXVII. [CXXXVIII.] VINEAM curandam partiario [a] bene curet; fundum [b], arbuſtum, agrum frumentarium [c]. Partiario foenum et pabulum, quod bubus ſatis fiet, qui illic fient. Caetera omnia pro indiuiſo.

CXXXVIII.

b) *Caſſinate W. I. I-G.* c) *Venafri I. B. R. Venafri ſic dari oportet. In I. I-G.* d) *partem octauam W.* e) *corbis a. V.* f) *In loco ſatis bono ſeptimam W. bona editi plerique.* g) *ſextam W.* h) *medio* ſphalma *Vict.* i) *diuidat I. B. R.* k) *partem V. I. B. R.* l) *quintae W. quanta I. I-G.* m) *in* omitt. *I. B. R.* n) *nona P. dabis nonam Wrat.* o) *partem corbi W. partem corbis I. B. R. parte corbis I. I-G.* p) *diuidant Bon.* q) *Sed W.* r) *pinſunt a. V. partem ſextam W.* s) *pollintori a. V.* except. *P. W.* quae nobiſcum. t) *illa* inſ. *W.* u) *pollintor a. V. P. W.* nobiſcum. x) *hordeum P. ordei quintam ex W.* y) *fabae quintam ex W.* [C. CXXXVII.] a) *particiario ſi des, bene W.* b) *fundum W.* c) *frumentarium et fenumentarium, et boues particiarius: Cui pabulum quod bobus ſatisfiet: dato: et caetera quae illic fiunt opus. Caetera omnia etc. W.*

ſe, vti pro trituratione et granorum purgatione quintam granorum partem daret, quam operam hodie multo minoris redimi conſtat. Interim hoc non negamus, *politoris* et *poliendi* nomina ſatis eſſe apta vltimae illi operae ſignificandae. *Expolita frumenta* dixit Colum. 2, 21, 6; *politor* ipſius Catonis 5, 4 referendus ad eam rem videtur. Sed videamus, quomodo conueniant reliqua.

136 IN LOCO BONO PARTE OCTAVA) *Locus* hic eſt ager, quo ipſo vocabulo vtitur paullo poſt. Quo autem melior locus eſt, tanto maiori cum foenore reddit ſemen et laborem. Itaque *octaua pars* in agro bono non minus aequa merces operae impenſae eſſe poteſt, quam quinta in multum deteriore.

136 CORBI DIVIDAT) Spicas nimirum cum granis ante trituram, et curam reliquam: quam ſi et ipſam praeſtet politor, vt *modio diuidatur* granum, propter impenſam enixiorem operam non iam octauam modo partem accipit, ſed quintam. Lubet hic proportionem veteris in Italia, et noſtri in Germaniae parte aeui proponere, a qua non parum roboris noſtrae de *politore* ſententiae accedit. Si corbi diuidunt, politor, vti vidimus, accipit partem octauam, quae reſpondet quinque quadrageſimis; ſin etiam triturae et purgandi laborem adiiciat, accipit partem quintam, ſiue octo quadrageſimas: quae igitur merces eſt triturae et purgationis? tres quadrageſimae, quae proxime accedit ad rationem hodiernam regionis, in qua ſcribo; vbi intra partem duodecimam et quintam decimam fere triturandi ille et purgandi labor conducitur.

136 IN VENAFRO — DIVIDAT) Iſta quaſi exceptio eſt, cum raro admodum contingat ita bonus ager, vt nona pars fructus aequa politori merces ſit.

136 SI COMMVNITER PISVNT) Hinc apparet, nihil mutandum in Feſto, cum ait: *Piſtum a pinſendo, pro politum antiqui frequentius vſurpabant, quem nunc nos dicimus*; nam vt *polire* de agro dicebant, cum eius glebas raſtro confringerent; ita etiam de frumento, cum id molerent. Ipſe Feſtus alibi teſtis: *Polit: pila ludit.* Vbi putarim legendum, *pila tundit.* Veteres enim molarum vſu nondum inuento, fruges torrebant, et in pila tundebant, vt docui in commentario ad Lycophronem. MEVRS. Vera forte iſta, ſed parum ad h. l. faciunt. Sententia eſt, *ſi communiter* h. e. collatis frugibus ſuis poſt diuiſionem in idem piſtrinum, *piſunt*; *qua ex parte politori pars eſt*, v. c. ex quinta *eam partem in piſtrinum*, h. e. ad piſendi vel pinſendi impenſas confert, quintam vnam nempe ſoluit politor, quatuor quintas dominus.

136 POLITORI) Vnico tantum *l* hoc nomen in libris ſcriptum offendi: an quia, quod Sextus Pompeius ſaepe teſtatus eſt, vetuſtiſſimi conſonantes geminare non ſolebant? vnde *Aula*, non *Aulla*, aut *olla* hic ſemper ſcriptum eſt. VICTOR. Nimirum *pollinctorem* vel *pollintorem* et *pollinctionem* ſ. *pollintionem* a *polline* tum deriuabant Perottum ſecuti, quibus quidem ſatisfactum his, quae adhuc obſeruata ſunt, videtur.

136 ORDEVM QVINTA MODIO) Interpunxi ante *ordeum*. Indicat ordei et fabae eandem, quae frumenti eſſe rationem.

137 Argumenti extrema ſi capiti inſerantur, commodiorem habebimus ſententiam: *Vineam curandam partiario vt des: bene curet fundum.* At inſcriptiones reliquas, vſque in caput 152, quoniam ſuperuacaneas inuenio, deturbarem. PONT.

137 VINEAM CVRANDAM) Lemma antiquarum editionum et Victorii eſt, *vineam redemtori partiario quomodo des.* Id forte fuit initium capitis. Certe redemtor optime hic locum habere poteſt; ſignificat enim eum, qui aliquid curandum ſuſcipit,

CXXXVIII. [CXXXIX.] BOVES feriis coniungere licet. Hoc licet facere, aruehant [a] ligna, fabalia, frumentum, quod non daturus erit [b]. Mulis, equis, asinis feriae nullae, nisi si [c] in familia sunt.

CXXXIX. [CXL.] LVCVM conlucare Romano more sic oportet. Porco piaculo facito.

[C. CXXXVIII. a) *Trahant a. V.* praeter *Iuntt. Aruehant P.* b) *eris a. V.* c) *si* abest *I. B. R. Hern.*

suscipit, accepta postea certa mercede. Festus: *Redemtores proprie et antiqua consuetudine dicebantur, qui, cum quid publice faciendum aut praebendum conduxerant, effecerantque, tum demum pecunias accipiebant. Nam antiquitus emere pro accipere ponebatur. At ii nunc dicuntur redemtores, qui quid conduxerunt praebendum vtendumque.* Pro varietate autem rerum infinitae erant redemtorum species. Sic *redemtor, qui aedificium locauit*, est apud Cicer. Verrin. 1, 55, ad Q. fratrem 2, 4 et 6, *porticum* ad Att. 4, 2 *viam publicam*. Siculus Flaccus de conditionibus agrorum p. 9. Sic etiam, *qui agrum aut vineam* locat. Acron de Horat. Od. 3, 1, 35 *Redemtor, fabricae susceptor*, aut certe, qui redimat terras cum famulis. Vide Marcellum Donatum ad Liuium l, 23. et ad Sueton. Vespas. c. 1. *Redemtor* ergo *partiarius* h. l. est, qui vineam conducit colendam, vt postea dimidium musti, et reliqui fructus accipiat. Tales vineae dantur in ditione illustris Gymnasii Portensis, vbi per quinquennium studiis operam dedimus, et vocantur nostra lingua Halbberge q. d. dimidiati montes, quia dimidia portio fructuum redemtori cedit. His itaque praesuppositis ex argumento isto mutilum huius capitis initium ita reponimus: *Vineam curandam, redemptori partiario des* (ea conditione atque lege) *vti bene curet* etc, SCHOETTG. Non diffiteor, mihi paullo aliter videri. *Partiario* aduerbium esse, per ellipsin τῷ *iure* ortum, puto hic et supra c. 16 non minus quam apud Apuleium met. 9 p. 219 *Cum vxore mea* partiario *tractabo, nec erciscundae familiae, sed communi diuidundo formula dimicabo.* Porro, quod nunc est caput 137, illud totum partem esse proxime superioris arbitror, nominatiuumque ἀπὸ τοῦ κοινοῦ reuocandum *politor*; hic igitur *vineam curandam partiario bene curet*, similiterque *fundum, arbustum etc. Partiario* tamen eiusmodi *politori*, qui caeteroquin commune diuidit cum Domino, extra illam communionem concedendum *foenum et pabulum, quod bobus* suis (dominus enim nihil praestat praeter fundum) *satis siet*, non omnibus quidem, sed solis, *qui illic*, et quam diu illic operis causa *fient*. *Caetera omnia*, quam diu manet communio illa, *pro indiuiso*. Diuisio enim certis tantum temporibus instituitur.

138 QVOD NON DATVRVS ERIT) Cui? et quae diuersitatis ratio? Si *dare* esset positum pro ἀποδιδόναι vendere, (hingeben nostris) intelligerem, licere necessarium laborem imperare iumentis, non necessarium non licere. Nouimus in pistrinis s. molendinis simili de causa nullas pene obseruari, magistratu conniuente, ferias: fructus etiam colligendi causa plus licere, praesertim si per tempestatem metus sit, ne quid detrimenti fiat.

138 MVLIS, EQVIS) Macrob. 1, 16 *Sunt praeterea feriae propriae familiarum, vt Claudiae familiae, et si quas ferias proprias quaeque familia ex vsu domesticae celebritatis obseruat.* Festus. *Porcus propudianus, qui in sacrificio gentis Claudiae velut piamentum, exolutio omnis contractae religionis est.* Videndus idem Festus in *Saturno*. VRSIN. De mulis, Cato, satin' *vera*? At in Pontificum libris expresse tantum denicalibus feriis iungere eos vetitum legebatur tuo aeuo. Colum. 2, 22, 5 *Apud Pontifices legimus feriis tantum denicalibus mulos iungere non licere, caeteris licere.* MEVRS. Caussam Catonis aduersus viri docti accusationem agat Festus, qui *denicales*, inquit, *feriae colebantur, cum hominis mortui causa familia purgabatur*. Etiam ex Cic. de L. L. 2, 22, licet obscurus de caetero locus sit, illud intelligitur, *denicales ferias* familiae cuique suas et proprias fuisse.

138 NISI SI IN FAMILIA) Nam olim Romae etiam familiis erant propriae feriae, quae *familiares* appellabantur. Cato noster infra c. 140 *Si intermiseris, aut feriae publicae, aut familiares intercesserint, altero piaculo facito.* MEVRS.

139 LVCVM CONLVCARE) Luci sacri, vbi inter duo pluresue fines oriuntur, fuerunt dicati Siluano, caeterisque diis agrestibus. Erant autem incaedui. Ouidius 8 Met. *Ille etiam cereale nemus violasse securi Dicitur, et lucos ferro temerasse vetustos.* Et lib. 4 Fast. *Seu mea falx ramo lucum spoliauit opaco, Vnde data est tenerae fiscina frondis oui.* Itaque Cato hic voluit docere modum, quo recte et sine piaculo caedi possent. At *lucos* profanos lumini decidere, vt interpretatur Festus. Quo pertinet locus Ciceronis e lib. 7 ep. *Nec Papirianam domum deseres: quamquam illa quidem habet lucum, a quo etiam aduenae teneri solent; quem tamen si excideris, multum prospexeris.* POPMA. Mos veteribus agricolis lucorum arbores, quarum rami lumini officerent, amputare. Id *conlucare* dicebant. Festus: *Conlucare dicebant, cum profanae syluae rami deciderentur officientes lumini.* Col. 2, 22, 3 *Neque terram aperire, neque arborem conlucare.* Idem erat *Interlucare*. Plin. 17, 23. *Deputantur cum vite pariter interlucata densitate ramorum, qui sint superuacui, et absumant alimenta.* Etiam *sublucare* pro eodem vsurpabant. Festus: *sublucare arbores est ramos earum supputare, et veluti subtus lucem mittere.* MEVRS. Plin. 17, 28 s. 47 *Cato arbores religiosas*

facito. Sic verba concipito: Si deus, si dea [a] es, quoium illud sacrum est, vti tibi ius siet [b] porco piaculo facere, illiusce sacri coercendi ergo. Harumce [c] rerum ergo, siue ego siue quis iussu meo fecerit, vti id [d] recte factum siet. Eius rei ergo te hoc porco piaculo immolando bonas preces precor, vti sies volens propitius mihi, domo familiaeque meae, liberisque meis. Harumce [e] rerum ergo macte hoc porco piaculo immolando esto [f].

CXL. [CXLI.] SI fodere velis, altero piaculo, eodem modo facito, hoc amplius dicito, operis faciundi causa: cum [a] opus, quotidie [b] per partes facito [c]. Si [d] intermiseris, aut feriae publicae aut familiares intercesserint, altero piaculo facito.

CXLI. [CXLII.] AGRVM lustrare sic oportet. Impera [a] suouitaurilia circumagi.

[C. CXXXIX.] a) *deae cuius illud I. B. R. deae squorum Pol. 1. deae si quorum (si dea est quoium) Pol. 2. dea, cuius illud I. I-G.* b) *est I. B. R.* c) *Harumque a. V.* d) *fecerit* repet. *I. B. R.* e) *Haruce P. Harumsce I. B. R.* f) *esto* omitt. *I. B. R.* [C. CXL.] a) *dum P.* b) *cotidie P.* c) *facies I. I-G.* d) *sed si a. V.* praeter Iuntt. [C. CXLI.] a) *imperans solitaurilia a. V. suouetaurilia M. Po. 2.*

giosas lucosque praecidi permisit sacrificio prius facto. Defendit igitur Plinius Festum ab accusatione Dacerii, qui putat male illum in *sublucare* interpretari cognatum *collucare*, SVCCISIS *arboribus locum implere luce.* Modo illud teneamus, *succidi lucum* non modo cum totus euertitur, sed etiam, cum arboribus paucis caesis lux infertur, quin *arbor succidi* vi compositionis dici posse videtur, cum inferiores rami auferuntur, vt magis peruius fiat locus. Immo fodiendi etiam causa collucatum aliquando lucum videtur, si iungas c. 140.

139 SI DEVS, SI DEA ES) Videndus de hac formula Agellius 2, 28 et Arnobius lib. 3 Macrobius autem 1, 9 in formula euocationis Deorum sic habet: *Si Deus, si Dea est, cui populus, ciuitasque Carthaginiensis est in tutela.* Apparet autem ex loco Catonis, abundare apud Macrobium verbum *est*, quod primo loco ponitur: item illud, *Carthaginiensis*, quod expositoris glossema esse opinamur in textum receptum. VRSIN. Haec verba erant in precibus Romanorum solennia, cum Deos sexu distinctos, vt et homines existimarent; in quo ab Arnobio illuduntur merito et reprehenduntur, cuius haec sunt verba: *Nam consuestis in precibus, siue tu Deus es, siue tu Dea, dicere.* TVRN. 15, 14. Vsitata haec formula valde apud veteres. Agellius 2, 28 *Eas ferias, si quis polluisset, piaculoque ob hanc rem opus esset,* hostiam SI. DEO. SI. DEAE. *immolabat.* Festus *Tesca: Sancta loca vndique capta docent Pontificis libri, in quibus scriptum est templumque, sedemque tescumque* SIVE DEO, SIVE DEAE, *dedicauerit, vti eos accipias volens propitiusque,* vt correxit magnus Scaliger. Macrobius Sat. 3, 9 *Est autem carmen huiusmodi, quo Dii euocantur, cum oppugnatione ciuitas cingitur,* SI DEVS, SI DEA EST, CVI POPVLVS CIVITASQVE etc. Arnobius libro 3. *Non enim Deus mas est, sed nomen eius generis masculini est; quod idem vos dicere in religione vestra non quitis. Nam consuestis in precibus,* SIVE TV DEVS ES, SIVE TV DEA dicere. MEVRS. Vid. Inscriptio fratrum Arualium, quam Catoni subiicimus, vbi SIVE DEO SIVE DEAE duo verueces immolantur. cf. Inscr. Aruales ap. Phil. a Turre sub Monum. Antii veteris p. 389 f.

139 SACRI COERCENDI ERGO) *Sacrum* h. l. est lucus cuidam Deo vel Deae sacer. *Coercere* notat arborum luxuriem ferro amputare. Et sic quoque interpretatur Salmasius ad Solinum c. 35 p. 411, 412 nisi quod *coinquendi* suspicatur legendum, quod ipse prolixe probat idem esse ac *putare.* SCHOETTG. De illo *coinquendi* verbo ad laudatam modo inscriptionem agitur.

141, 1 De ritu agri lustrandi legenda Tibulli elegia 1 libri secundi, et ad eam Broukhusius.

141, 1 SVOVITAVRILIA) *Suouitaurilia* semper in optimo exemplari et aliis Mss. scriptum est: nam haec etiam in antiquissimis Cornelii Taciti libris orthographia est: custodita quoque a perito et diligenti viro, quo correctore quinque primi libri editi sunt. Sic etiam locum illum in XXmo arbitror legi debere, vbi de restitutione Capitolii agit: *Lustrata suouitaurilibus area.* nam sic fere in vetusto legitur. Non me latet Sextum Pompeium *solitaurilia* hos ludos appellare, et id etymon habere tradere, quod huic vocabulo accommodari non potest. VICTOR. In VV. CC. *suouetaurilia*, non *suouitaurilia* constanter scriptum est. Et ita semper in tabula marmorea fratrum Arualium, quae apud me est. Et certe Festi Suouetaurilia [f. *solitaurilia*] eiusque vocabuli etymon repugnat Suouetaurilium sacrificio, quod in veteribus monumentis describitur. Charisius lib. 1 *Suouetaurilia quidam putant dicenda a victimis Suouetauro. Sed Valgius de rebus per epistolam quaesitis, solitaurilia dicta ait esse a solis maribus.* VRSIN. Lustrationis est species per *suem*, *ouem* et *taurum*, seu

agi. Cum diuis volentibus, quodque bene eueniat, mando [b] tibi Mani [c], vti illace [d] suouitaurilia [e] fundum [f], agrum, terramque [g] meam quota ex parte siue circumagi, siue circum-

b) *inuando W.* c) *inani I. B. R. W.* d) *illac Ienf. illa a. V. illare Pol. 2. per illa W.* e) *solitaurilia a. V. quae et votus taurilia W. suouetaurilia M. Po. 2.* f) *fondum W.* g) *terram quae et quota sit W.*

seu verrem, arietem et taurum, vt loquitur Varro 2, 1, 10 qua haec animalia circa rem lustrandam circumducebantur, vt apparet e hoc nostro et Varronis loco, conf. Phil Rubenium Elect. 1, 11. Haec satis certa sunt, sed de origine et scriptione vocis inter eruditos non conuenit. *Alii* enim hoc modo scribunt *suouitaurilia*, vel cum *e suouetaurilia*, Liuius etiam 1, 44 *Sue, oue, taurilia*, alii contra *solitaurilia*. Prima scriptio respicit ad originem vocis, et exhaurit simul totam eius significationem. Posterior auctorem habet Festum, et aliquot eius sequaces. Verba Festi sunt haec: *Solitaurilia hostiarum trium diuersi generis immolationem significant, tauri, arietis, verris, quod omnes eae solidi integrique sunt corporis.* Et paulo post: *Atque harum hostiarum omnium inuiolati sunt tauri, quae pars scilicet caeditur in castratione.* (ταῦρος, membrum virile) *Sunt quidem, qui putant, ex tribus bestiis* (male in edit. Gothofredi legitur *bestibus*) *praecipuo nomen inclusum cum solido tauri, quod amplissima sit earum. Quidam dixerunt omnium trium vocabula confusa suis, ouis, tauri adfecisse* [Dac. *adeffecisse*] *id, quod vno modo appellarentur vniuersae, quod sit a sollo et tauris. Earum hostiarum ductum est nomen antiquae consuetudinis etc.* Verum incerta plane est haec etymologia, quam puto inde promanasse, quod Festus in quodam codice minus adcurate scripto legit pro *suouitaurilia*, *solitaurilia*, dum scriba *u* plane omisit, vel etiam transposuit ex incuria, τὸ v vero antiquo more transuersim posuit <, quemadmodum saepe in inscriptionibus occurrit; putem itaque scriptum fuisse in libro quodam, quo Festus vtus est, SO < < ITAVRILIA, ex quo facile enasci potuit *sollitaurilia*. Haec postquam ita legerat, excogitanda etiam fuit aliqua originatio, quam ex Osca lingua desumsit, vbi *sollum*, totum seu solidum notauit. Hanc etymologiam recepit epitomator seu potius corruptor eius, Paullus Diaconus, et exinde in varios codices promanauit, sed sine ratione e. g. apud Quintil. Instit. 1, 5 legitur: *Nam solitaurilia persuasum est esse ex sue, oue, et tauro. Et sane ita se habet sacrum, quale apud Homerum quoque est. Sed haec non tam ex tribus, quam ex particulis trium coeunt.* Quis quaeso putet, Quintilianum, tam bonum alias Grammaticum, adeo ineptiisse, vt putaret, ex *sue, oue*, et *tauro* potius *Solitaurilia*, quam *suouetaurilia* componi posse? Sed hoc vltimum in quibusdam codicibus expresse legitur. Culpa ergo descriptoris fuit, non ipsius Quintiliani. Adlusio praeterea Festi admodum est incerta, nam in impositione vocis ex plurimis compositis certe non respicimus ad pauciora, sed ad plura, quae in ea re inueniuntur. Pone etiam *solitaurilia* ideo vocari, quia *taurus* (i. e. membrum virile illorum) fuit *solidus*, eadem certe ratione sacrificium ex hirco et aliis animalibus, etiam tantum vnico, poteris dicere *solitaurilia*. Immo *solitaurilia* erunt, in quibus *solus taurus* immolatur. Retinemus ergo nostram scriptionem, quam etiam in veteribus libris apparere testatur Petrus Victorius, quo a renatis litteris nemo religiosius optimorum auctorum membranas tractauit, quo ipsum elogio mactauit Gudius ad Phaedrum 3, 12. Haec paullo prolixius, quam alias solemus, deducenda fuerunt, licet res ipsa alias satis sit nota, quia vidimus id non fecisse Virum doctiss. Io. Lomeierum, de lustrationibus c. 23, vbi tamen haec ex professo discutienda erant. Caeterum imaginem *suouitaurilium* repraesentant Lomeierus in posteriore operis iam laudati editione, et Sponius misc. p. 310, 311. SCHOETTG. Neque tamen dissimulandum, Vossium etiam in etymol. eo inclinare, vt putet, *suouetaurilium* nomen ab his confictum primo, qui *solitaurilium* etymon (quantumuis absurdum, tamen forte antiquum et solenne) ignorarent. Caeterum *suouetaurilium* etiam apud Liuium in lustratione, sed totius exercitus, mentio fit 1, 44 *Suem* s. *porcum*, *agnum*, *vitulumque* noster ipse nominat s. 4.

141, 1 CVM DIVIS VOLENTIBVS) Locus ita legendus et distinguendus: *Impera suouetaurilia circumagi. Cum diuis volentibus, quodque bene eueniat, Mando tibi Mani.* Sunt principia solennia precationum, *Cum diuis volentibus, Quod bene eueniat, Quod bonum, felix faustumque sit*; quae in historicis passim occurrunt. POPMA.

141, 1 MANDO TIBI MANI) *Manius* seruile nomen hic esse putat Turnebus. Ego Villicum accipio, ad quem iussu domini procuratio ambarualis sacrificii pertinebat; hoc nomine dictum in sacris boni ominis caussa, quia *Manius* a *mane*, quod bonum significat. Ita in Varronis Satyra *Manius*, et in Pompeii Atellana *Mania medica*; cuius testimonio Nonius aliquotiens vtitur. Non tamen ignoro apud Graecos *Manem* et *Maniam* esse nomina seruilia, eaque manasse a Phrygibus, vt Auctor est Strabo lib. 7 et Athenaeus lib. 13, vbi Macho poëta versibus elegantissimis causam reddit, quare mulier Graeca Phrygiaco nomine Mania appellatur. IDEM. *L. Manlii* nomine vtitur αὐτονομῶς c. 144 pr. conf. c. 152. Quid si hic etiam aruspicem nobilem, aut sacerdotem intelligit *Manium*, cui pater familias lustrationem mandet. Loquitur enim certe in his formulis ipse pater familias, *fundum meum suouitaurilia circumagi iussi*. *Mani* datiuo casu intellexisse videtur, praeter rationem

cumferenda [h] censeas, vti cures lustrare. Ianum, Iouemque vino [i] praefamino [k], sic dici- 2
to [l]: Mars pater te precor, quaesoque vti sies volens propitius mihi, domo, familiaeque nostrae [m], quoius [n] rei ergo agrum, terram, fundumque meum suouitauralia [o] circumagi iussi. vt tu [p] morbos visos, inuisosque, viduertatem, vastitudinemque, calamitates, intemperiasque [q] prohibessis, defendas, auerruncesque [r]. vtique [s] tu fruges, frumenta,
vineta [t], virgultaque grandire, beneque euenire sinas [u]. pastores, pecuaque [x] salua ser- 3
vassis, duisque [y] bonam salutem valetudinemque [z] mihi, domo [a], familiaeque nostrae. Harumce [b] rerum ergo fundi, terrae agrique mei lustrandi, lustrique faciendi ergo sicuti dixi macte hisce suouitaurilibus [c] lactentibus immolandis [d] esto. Mars pater eiusdem rei
ergo, macte hisce suouitaurilibus [e] lactentibus esto [f]. Item [g] cultro facito [h] struem, et 4
fertum [i] vti adsiet. Inde obmoueto. Vbi porcum immolabis, agnum, vitulumque, sic oportet, Eiusque rei ergo macte [k] hisce [l] suouitaurilibus immolandis esto. Nominare vetat Martem [m], neque agnum, vitulumque. Si minus in omnes litabit [n], sic verba concipito:

h) *cirferenda B. R.* i) *Iuno P. viuo I. B. R.* k) al. *praedicito*, Brh. l) *dicito* abest M. Po. 2. m) *meae I. B. R.* n) *quouis B. R.* o) *salitaurilia B. R. solitaurilia a. V. suouetaurilia* M. Po. 2. p) *in Iuntt. tamen orbos I. B. R.* q) *intemperantiasque H. A. Gr. G.* r) *auertuncesque I. B. R.* s) *vineta Iuntt.* t) *vtique Iuntt.* u) *finis I. B. R. firis P.* M. Po. 2. x) *pascuaque I. B. R.* y) *diuisque B. R.* z) *valitudinemque I. B. R.* a) *domus B. R. domui a. V.* b) *Harumsce I. B. R. Haruncae Herv.* c) *solitaurilibus a. V. suouetaurilibus* M. Po. 2. Sic per totum hoc caput. d) *immolandus Iens.* e) *solilactentibus taurilibus I. B. R. solitaurilibus I. I-G. suouetaurilibus M. P.* f) *Item esto* inf. *I. B. R.* g) *idem W.* h) *facito. Inde struem lignorum obmouendo facito. Demum vbi omne adsiet, factum quod fiendum, porcum immolabis: agrum circumages. Vitulum sic oportet vouere, eius rei causa. Ego Macte Iupiter voui taurilibus lactentibus immolandis esto. Vetat sacrum quandoque nominare Martem, Agnum sic: Ego Iupiter voui esto. Cum flammine in omnis litabit etc.* W. i) *ferrum I. B. R. ferctum M. Po. 2.* k) *mactes I. B. R.* l) *hisce* abest *P.* m) *matrem I. B. R.* n) *litabis a. V.*

tionem quidem, a *Manibus Dis*, Sam. Shaw in Grammatica Anglice edita A. 1730 p. 8.

141, 2 IANVM IOVEMQVE) Ita plane in veteri inscriptione, qua suouetaurilia describuntur, [quam damus post Catonem] haec formula concepta est. IAN. PATR. ARIET. II. IOVI. VERBEC. II. MARTI. PATRI. VLT. AR. N. II. Videndus Festus in MARSPITER. VRSIN. *Marti suouetaurilibus* piaculum sit Liu. 8, 10. Apud Festum *Marspedis* est vel *Maspedis*. vide Scaligerum.

141, 2 IANVM – PRAEFAMINO) Adscripsit Broukhusius, al. *praedicito*. Igitur pro imperatiui modi verbo etiam alii habuere, quod a nobis factum in Indice.

141, 2 VIDVERTATEM) Antique pro *viduitatem*. Non satis certum huic voci praesidium petitur ex Plauti Rud. 3, 3, 2. Est enim ibi *viduertas* modo ex coniectura Douzae. Libri omnes *viduitas*.

141, 2 BENEQVE EVENIRE SINAS) Receptam lectionem retinui, neque tamen, quod in optimis exemplaribus offendi, reticere volo: memini enim me M. Catonem prae manibus habere, qui vetustissimus scriptor fuit, et multa, quae obsoleuerunt, vsurpauit. Pro *finas* igitur in illis *firis* scriptum est. VICTOR. Haec verba *b. e.* habent forte respectum ad Bonum Euentum, Deum, Varr. 1, 1, 6.

141, 4 CVLTRO FACITO STRVEM) Ita VV. CC. et ita in tabula marmorea, licet ibi sit STRVE EFFERTIS, quod est erratum fabrile, pro STRVE ET FERTIS. Festus: *Fertum genus libi dictum, quod crebrius ad sacra ferebatur, nec sine strue, altero genere libi, quae, qui adferebant, strufertarii appellabantur.* VRSIN. de *strue, ferto, obmouendo* vid. ad 134, 2.

141, 4 VBI PORCAM IMMOLABIS) Scilicet suouetaurilia his tribus animalibus constabant, vid. ad f. 1. Ad singulorum animalium oblationem carmen praescriptum recitari iubet Cato. *Sic oportet*, dicere nimirum et facere.

141, 4 NOMINARE VETAT MARTEM) In agri lustratione, cum solitaurilia lactentia fiunt, in immolatione porci *porcus* nominatur. Inest enim in eo vis *porrigendi*, et alioqui porci in deliciis erant Romanis: contra in mactatione vituli et agni, nominibus eorum abstinetur. Nam vitulo vis inest, in agno omen non nascendi. Mars quoque, etsi *Marti Siluano* res diuina tum fit, non appellatur, quod belli et vastitatis sit autor; proinde ita scribit: *Nominare veta Martem, neque agnum vitulumque.* TVRN. 15, 14. Huius praecepti rationem Turnebus hanc esse arbitratur, quod ista sint inauspicata nomina, et vt loquitur Horatius, male nominata verba, quae Romani in re diuina facienda religiose vitabant. Nam Mars belli et vastitatis est autor, in *vitulo vis* inest, in *agno omen non nascendi.* Mihi aliquando in mentem

venit

pito: Mars pater, si quid tibi in [o] illisce suouitaurilibus [p] lactentibus, neque satisfactum est [q], te [r] hisce [s] suouitaurilibus piaculo. Si vno, duobusue dubitauerit [t], sic verba concipito: Mars pater, quod tibi illuc [u] porco, neque satisfactum [x] est, te hoc porco piaculo.

CXLII. [CXLIII.] VILICI officia quae sunt, quae dominus praecepit [a], ea omnia quae in fundo fieri oportet, quaeque emi pararique oportet. quomodoque [b] cibaria [c], vestimenta [d] familiae dari oportet, eadem vti curet [e], faciatque moneo, dominoque [f] dicto audiens sit. Hoc amplius, quomodo vilicam vti oportet, et quomodo eae [g] imperari oportet [h], vti aduentu domini, quae opus sunt, parentur, curenturque diligenter.

CXLIII. [CXLIV.] VILICAE quae sunt officia, curato faciat. Si eam tibi dederit dominus vxorem [a], ea esto contentus. Ea te metuat. Facito ne nimium luxuriosa siet. Vicinas [b] aliasque mulieres quam minimum vtatur. neue domum [c], neue ad sese recipiat. ad coenam nequo eat, neue ambulatrix siet. Rem diuinam ni [d] faciat, neue mandet, qui pro [e] ea faciat, iniussu domini, aut dominae. Scito dominum pro tota familia
2 rem diuinam facere. Munda siet. Villam conuersam mundamque [f] habeat. Focum

o) *in* abest *I. B. R.* p) q. *noui taurilibus W. solitaurilibus a. V. suouitaurilibus M. Po. 2.* q) *est, neque complacitum, esto propitius mihi volens, liberisque meis, domo familiaeque meae: illiusce porci vel agni piaculo, quod illuc liberis offero. W.* r) *te* omitt. *a. V.* s) *his a. V.* t) *dubitauis P. dubitaueris I. I-G. et* inf. *I. B. R.* u) *illic Herv. illoc Popm. 2.* x) *satisfatum B. R.* [C. CXLII.] a) *praecipis a. V.* ipsa quoque Vict. exceptis qui *praecepsit* scripsere *M. Po. 2. praeceps P.* b) *quomodo quae I. B. R. quomodo quaeque I. I-G.* c) *et quae* interf. *I. I-G.* d) *vestimenta* deest *I. B. R.* e) *curet faciatque I. B. R.* f) *domino P. Domino quae dicet audiens sis I. B. R.* g) *eae* deest *a. V.* h) *in* inf. *a. V.* [C. CXLIII.] a) *in vxorem a. V.* b) *Vicinis aliisque mulieribus I. I-G.* c) *ad domum I. B. R. ad eas domum eat, neue I. I-G.* d) *ne a. V.* e) *propter eam faciet I. B. R.* f) *mundeque P.*

venit suspicari agnum vitulumque esse hostias inferiores, Martis et nomine et numine, ideoque nominibus eorum abstineri. Sed nihil affirmo. POPMA. Primo interpunxi post *esto:* deinde legendum puto *vetant:* denique miror, qui *Martem* nominare vetent, cum in *formula* seu carmine sacrificii sit semel iterumque *Mars pater? matrem* habent quidam, vt vidimus, sed neque hoc ad rem. Licetne audacibus esse nobis, et suspicari legendum *partem? partes* sacrificii sunt porcus, agnus, vitulus. Horum vnumquodque singulatim nominare in ipso sacrificio fas non est: licet autem, cum aliquo horum litatum non est. Quamquam forte nec absurdum fuerit, pro *martem*, legere *porcum.* Primo scribentis culpa *porcum* in *partem* transiit, hoc dictantis vel excipientis vitio in *Martem.* Pontedera tamen retinet *matrem* i. porcam.

141, 4 ILLVC PORCO) Lego *illoc.* Nec obtendat hic aliquis antiquam *v* pro *o* scribendi rationem MEVRS. Porcum modo exempli caussa proponit, idem de agno et vitulo intelligendum.

142 QVAE DOMINVS PRAECEPIT) Veteres codices hac parte corrupti: in optimo mendi etiam nota ad hunc locum apposita. Sic illi legunt, *Quae domino praeceps.* Ex communi receptaque lectione nullum idoneum sensum ducimus. Nam hoc, quod his verbis a Catone praecipi videtur, infra aliis expositum est, *Dominoque dicto audiens sit.* Ingeniosiores forte ex priscis vestigiis, quomodo legi debeat, eruent. VICTOR. Victorius ex vetustissimo codice *Quae domino praeceps.* Quibus extremis si addatur *it*, ea fit sententia, quae mihi pulcherrima atque optima visa est: *quae domino praecepsit.* Et *praecepsit* erit pro *praeceperit*, vt vetustissimi vtebantur. *Praecipio* autem primigenia vi est accipiendum, vt *antecapio*, *praeoccupo*, *praeuideo:* videlicet *quae villicus in rem domini fore praeuiderit.* PONTED.

142 HOC AMPLIVS) Locutio frequens Catoni et ab aliis auctoribus etiam vsurpata. Eius vim et vsum explicat Pomponius Iurisc. LVII ad Sabinum. *Si pure tibi legauero, deinde postea scripsero ita,* Hoc amplius, *si nauis ex Asia venerit, haeres meus ei fundum dato; verius est, eo verbo superiora repeti. Sicut dicimus L. Titius plebi quina millia dedit,* Hoc amplius, *Seius viscerationem; quina millia quoque Seium dedisse intelligamus.* Idem significat *hoc plus.* Terent. Eun. *Vigilabis lassus hoc plus facies:* id quod Graeci πλέον ποιήσεις. Philemon τί δὲ πλέον ποιήσεις; οὐδέν. Cic. l. 2 de Leg. *Iam caetera in duodecim, minuendi sunt sumtus lamentationesque funeris, translata de Solonis fere legibus.* HOC PLVS NE FACITO, ROGOM ASCIA NE POLITO, ita enim locus ille in

Focum purum circumuersum quotidie, priusquam cubitum eat, habeat. Kalendis, Idi-
bus[g], Nonis, festus dies cum erit, coronam in focum indat[h]. Per eosdemque[i] dies La-
ri familiari pro copia supplicet. Cibum tibi[k] et familiae curet vti coctum habeat.
Gallinas multas, et oua vti habeat. Pira arida, sorba[l], ficos, vuas passas, sorba[m] in sapa, 2
et[n] pira, et vuas in doliis, et mala struthea[o]. Vuas in vinaceis[p], et in[q] vrceis[r], in
terra obrutas. Et nuces Praenestinas recentes in vrceo in terra obrutas habeat. Mala
Scantiana[s] in doliis, et alia, quae condi solent, et siluatica. Haec omnia quotannis[t] di-
ligenter[u] vti condita habeat. Farinam bonam, et far subtile[x] sciat facere.

CXLIV. [CXLV.] OLEAM legendam hoc modo locare oportet. Oleam cogito
recte omnem arbitratu domini, aut quem custodem fecerit, aut cui olea venierit[a].
Oleam ne stringito, neue verberato iniussu domini aut custodis. Si aduersus ea quis fe-
cerit, quod ipse eo[b] die delegerit, pro eo nemo soluet, neque debebitur. Oleam qui lege-
rint, omnes iuranto[c] ad dominum, aut ad[d] custodem, sese oleam non surripuisse, ne- 2
que quemquam suo[e] dolo malo, ea oleitate[f] ex fundo L. Manlii. Qui eorum non ita
iurauerit[g], quod is legerit omne[h], pro eo argentum nemo dabit, neque debebitur.
oleam cogi recte, satis dato arbitratu L. Manlii[i]. Scalae ita vti datae erunt, ita red-
dito, nisi quae vetustate fractae erunt. Si non erunt, reddet aequas[k], aut arbitratu
dedu-

g) *Idibus* omitt. *I. B. R.* h) *indiat I. B. R.* i) *eos decuque P. eos itaque I. B. R.* k) *sibi I. I-G.* l) *sorua P.* m) *serua I. B. R. sorua P.* n) *et* omitt. *I. B. R.* o) *etiam strutia I. B. R.* p) *vrceis I. I-G. vinaciis P.* q) *in* omitt. *I. B. R.* r) *vinaceis, vel in I. I-G.* s) *scantiniana P.* t) *quot annis* diuis. *I. B. R. quod annis P.* u) *diligenter* omitt. *I. B. R.* x) *suptile P.* [C. CXLIV.] a) *vaenierit Herm.* b) *hodie I. B. R.* c) *iunto P.* d) *ad* abest *I. B. R.* e) *sub I. B. R.* f) *oleatate P.* g) *iurauerint a. V. praeter Iens.* h) *omne* omitt. *a. V.* i) *Manli P.* Sic per totum hoc caput. k) *et quod arbitratu I. B. R. eaque arbitratu P. 1. eaeque arbitratus P. 2.*

in vulgatis libris omnibus legitur: qui tamen mihi videtur corruptus ignoratione huius antiquae locutionis, atque ita restituendus; *Translata de Solonis fere legibus*; hoc plus ROGOM ASCIA NE POLITO aperta sententia. Omnia sunt, inquit, translata de Solonis legibus, sed in XII hoc plus est, ROGOM etc. POPMA.

143, 2 FOCVM PVRVM CIRCVMVERSVM) Is mos etiamnum obtinet. Propertius 3, [11, 43] *Diique deaeque omnes, quibus est tutela per agros Praebebant versis verba benigna focis.* Nam cineres circum verrebant, ignem sub iis occulentes. Virgilius Moreto: *Paruulus exusto remanebat stipite fomes, Et cinis obductae celabat lumina prunae.* Vt memini olim notare in spicilegio ad Idyll. 11. MEVRS. Vid. Broukhusium ad Propert. l. c.

143, 2 CORONAM IN FOCVM) In honorem laris familiaris seu domestici. Focus enim sedes, et quasi domicilium Larum. Plaut. Aulularia. *Nunc rusculum emi, et hasce coronas floreas, haec imponentur in foco nostro lari.* POPMA. Recte id in honorem Laris familiaris factitatum docet Popma. Erant vero hae coronae, quae Laribus suspendebantur, inusitata magnitudine, quali etiam *Donaticae* postea fieri coeperunt. Festus: *Donaticae coronae dictae, quod his victores in ludis donabantur, quae postea magnificentiae causa institutae sunt super modum aptarum capitibus, quali amplitudine fiunt, cum Lares ornantur.* Morem hunc desitum renouauit Augustus, instituitque, vt bis facerent, semel vere, iterum aestate. Suetonius in vita eius: *Nonnulla etiam ex antiquis caerimoniis paullatim abolita restituit, vt Salutis augurium, diale flaminium, sacrum Lupercale, ludos saeculares, et compitalitios.* Et postea: *Compitalitiis lares ornari bis anno instituit, vernis floribus et aestiuis.* MEVRS.

143, 3 FARINAM BONAM ET FAR SVBTILE) Hoc loco inprimis vtitur Marsilius Cagnatus obs. 2, 23 vt ostendat fuisse veteribus factitium quoddam far a farina diuersum. Licet enim *far hordeaceum* Col. 8, 11, 14 et Pall. 1, 28, 5. it. 1, 29, 2 farinam etiam significare possit, tamen Catonis breuitati non conuenire, vt vno eodemque versu et spiritu Synonyma protulisse credatur.

144, 1 OLEAM NE STRINGITO) Plinius 15, 3 legem antiquissimam oliuantibus esse datam scribit hanc: *Oleam ne stringito, neue verberato.* Verum haec non est lex oliuantium, sed, quod ex contextu adparet, *iniussu domini* hoc fieri non debebat. Quomodo enim alias vindemiandae fuissent oliuae? Sordidae habebatur parcimoniae, exspectare, donec deciderent. Stringere et verberare erat prohibitum; Ergo oliuae manebant in olea, aut cum damno domini decidebant. Vitium Plinius in eo commisit, quod, vt iam dixi, verba quae-

dam

3 deducetur [l]. Si quid redemtoris opera domino damni [m] datum erit, resoluito. Id viri boni arbitratu deducetur. Legulos quot opus erunt [n], praebeto, et strictores [o]. Si non praebuerit, quanti conductum erit, aut locatum erit, deducetur [p]. tanto minus debebitur. De fundo ligna et oleam ne [q] deportato. Qui oleam legerit, qui deportarit [r], in singulas deportationes [s] ss. [t] N [u]. II. deducentur, neque id debebitur.
4 Omnem oleam puram [x] metietur modio oleario. assiduos homines quinquaginta praebeto, duas partes strictorum [o] praebeto. Ne quis concedat, quo olea legunda et faciunda carius locetur. extra quam si quem socium impraesentiarum [y] dixerit. Si quis aduersum
5 ea fecerit, si dominus aut custos volent, iurent omnes socii. Si non ita iurauerint [z], pro ea olea legunda, et faciunda nemo dabit, neque debebitur ei, qui non ita iurauerit. Accessiones in M° [a]. ∞ CC. accedit [b] oleae salsae M° V. olei puri N. [c] IX. in tota oleitate [d] SS [e]. V. aceti [f] quadrantalia V [g]. Quod [h] oleae salsae non acceperint [i], dum oleam [k] legent, in modios singulos SS [l]. S. [m] S. dabuntur [n].

CXLV.

l) *reducentur P.* m) *damni* abest *I. B. R.* n) *erit I. B. R.* o) *factores a. V.* p) *et* ins. *I. I-G.* q) *non I. B. R.* r) *deportauerit a. V.* s) *deportatione P.* t) H. *I. B. R.* HS. *I. I-G.* u) *N.* omitt. *I. B. R.* x) *paruam lens. parum B. R.* y) *in Praesentiarum* diuis. *Pol.* z) *iurauerit I. B. R.* a) *M° MCC. P. M. D. CC. I. B. R. modios CC. I. I-G. modios senos W.* b) *accedant I. B. R. oleae accedent salis I. I-G. accedit olei Salma vna: modia quinque W.* c) *vini puri in etc. W.* d) *oletate P. P. oletata salmas quinque W.* e) *HS. I. I-G.* deest *I. B. R.* f) *quartas quinque W.* g) *u P. II. a. V.* h) *quod oleo salso I. B. R. quo oleae salem I. I-G.* i) *acceperunt I. B. R.* k) *olea legerint W.* l) *salmas sex dabunt W.* H. *I. B. R.* HS. *I. I-G.* m) *S. S* deest *I. B. R. Ba.* n) *labuntur Ald.*

dam necessario adiicienda omisit. SCHOETTG. Videndus omnino Varro 1, 55, 1.

144, 2 RESOLVITO) Turn. 10, 18 quoties hic est *resoluere*, legi vult *rem soluere*, autoritate Plauti. Sed idem etiam *resoluere* ita dixit Epid. 3, 2, 16. Et tanto quidem magis putarim locum hic esse huic verbo, quia videtur idem fere significare, quod *retro soluere* illi, qui tibi *soluerat*, soluere certe debebat. Neque tamen de nihilo est, quod noster c. 148, 2 secundum fidem cod. Pol. *rem soluito* habet, vbi alii *resoluito*.

144, 3 LEGVLOS, QVOT OPVS ERVNT) In antiquis, *et fictores*, emendaui, *et strictores*. Infra: *duas partes strictorum praebeto*. Aliud esse *legere oleam*, aliud *stringere*, ex verbis Catonis intelligitur. *Factores* appellat, qui lectam strictamue oleam post dies aliquot faciunt: id est, oleum ex ea exprimunt. VICTOR. V. C. habet *et factores*. Et recte: nam *facere* de oleo proprie veteres dixerunt, vt notum est. Sic paullo post: *Ne quis concedat, quo olea legunda et faciunda carius locetur.* Item: *Pro ea olea legunda et faciunda nemo dabit.* c. 146. *Oleae legendae faciendae quaeque locata est.* Iterum: *Si emtor legulis et factoribus, qui illic opus fecerint* etc. MEVRS. Ita Victorius edendum curauerat; siquidem in antiquis exemplaribus extrema non *factores*, vt ante Victorium editum erat, sed *fictores* inuenerat. Quo reiecto, *strictores* induxit. Sed cur probamus *strictores*, quorum opera antiquissima lege damnabatur: *oleam ne stringito*. Ego *fictores* iterum reponerem, neglectam damnatamque a librariis quippe obsoletam dictionem. *Fictor* vero idem ac *fector* a *fico*. Porro *fictores* sunt qui ligna caedunt atque ad cogendam oleam in torcularium ferunt. Age, videamus, si vera coniicimus. *Legulos*, ait Cato, *quot opus erunt praebeto et fictores; si non praebuerit* (lego *praebueris*) *quanti conductum erit aut locatum erit, deducetur, tanto minus debebitur. De fundo ligna et oleam ne deportato.* En quid statim prohibeat, ne *fictores* ligna, *leguli* oleam furentur. Ad *fictores* item pertinet, quod c. 67 traditur: *ligna in torcularium ne caedant.* PONTED.

144, 3 N. II.) Hui tantillum! paullo seuerius agit c. 145, 2 vbi in singulas sumtiones multa est SS. N. XL. quod puto verius: et huc quoque referendum.

144, 4 DVAS PARTES STRICTORVM) Iterum V. C. *factorum*. Absque vetere codice esset, illud defendi posset, quia ait initio capitis: *Oleam ne stringito neue verberato iniussu domini aut custodis.* Quam vetustissimam olitantibus legem fuisse tradit Plin. 15, 3. MEVRS.

144, 4 EXTRA QVAM, SI QVEM) Expressit antiquam formulam in vetustis legibus vsitatam, vt apparet ex hoc fragmento legis iudiciariae, EXTRA. QVAM. SIQVID. IN. SATVRAM. FERETVR. VRSINVS. Reliqua fere omnia in hoc capite tanto minus intelligere me fateor, quo minus de re ipsa edoceri in Germania quis potest.

144, 5 ACCESSIONES IN M.) Accedere verbum solemne in emtionibus, locationibus, et Accessio velut appendicula rei venditae aut locatae: sicut hic redemtori oleae legendae in modios M. CC. accedunt V. modii oleae salsae, quibus vescantur leguli, et strictores, quos ille praebet ad colli-

CXLV. [CXLVI.] OLEAM faciundam hac lege oportet locare. Facito recte
arbitratu domini, aut custodis, qui id negotium [a] curabit. Si sex [b] iugis vasis opus erit,
facito. Homines eos dato, qui placebunt aut custodi, aut quis [c] eam oleam emerit.
Trapeti [d] facito. Si operarii conducti erunt, aut facienda locata erit, pro eo resoluito,
aut deducetur. Oleum ne tangito vtendi causa, neque furandi causa, nisi quod cu- 2
stos dederit, aut dominus. Si sumpserit, in singulas sumpsiones [e] S S [f]. N. X L. dedu-
centur [g], neque debebitur. Factores, qui oleum fecerint, omnes iuranto aut ad domi-
num, aut ad custodem, sese de fundo L. Manlii, neque alium quemquam suo dolo malo,
oleum, neque oleam surripuisse. Qui eorum non ita iurauerit, quae eius pars erit, 3
omne [h] deducetur, neque debebitur. Socium neque habeto, nisi quem dominus iusse-
rit, aut custos. Si quid redemtoris opera domino damni [i] datum erit, viri boni arbi-
tratu deducetur. Si viride [k] oleum opus [l] fiet [m], facito [n] accedere oleum, et sal [o] suae
vsioni [p], quod satis fiet, vasarium [q] vict. I I.

CXLVI. [CXLVII.] OLEAM pendentem hac lege venire [a] oportet. Olea pendens in fundo Venafro venibit [b]. Qui oleam [c] emerit, amplius [d], quam quanti emerit, omnis pecuniae

[C. CXLV.] a) *negotii a. V.* b) *ex vigis Pol. 1. et 2. ex virgis a. V.* praeter Iunt. qui *ex virgeis.* c) *qui I. B. R. ei qui I. I-G.* d) *Trapetos W.* e) *sumptiones a. V. etiam M. sumsiones Po. 2.* f) *S. S. XL. I. B. R. XL.* omitt. P. HS. *I. I-G.* g) *deducent I. B. R. deducens vt P.* h) *omne* abest *a. V.* i) *damnum Hern.* k) *in aedem olei W. virdem oleum P.* l) *opus* abest *a. V.* m) *fiet a. V.* praeter *P. W. B. R. Ba.* n) *facito. Accipiet W. facito accedet P. accedat a. V.* o) *sal* abest *W. sale P.* p) *vssioni W.* q) *necessarium vret W. vasarum etc. P. et vasa viminea a. V.* [C. CXLVI.] a) *Vaenire Hern.* hic et alibi fere. b) *venebit B. R. si quis venibit* praec. puncto *W. vaenibit Hern.* c) *oleum W.* d) *nil* ins. *W.*

colligendam oleam: pondo nouem olei puri ab amurca: at si salsam oleam non acceperint, in modios singulos accedunt sestertii suprascripti. Mox sequenti capite accedunt redemtori oleae faciundae seu premendae oleum viride, et sal, quod satis sit, domino qui praebent vasa torcula, quibus exprimitur oleum, accedunt victoriati nummi II. POPMA. Eadem fere dixerat TVRN. 10, 18.

145, 1 TRAPETI FACITO) Pro *trapete* a primo casu *trapetes*. Librarius Wrat. videtur corrigere voluisse Catonem. Sed serum fuerit, trapetos nunc demum facere. Olea facienda est trapetis ope s. trapeti. Quam varie enim exeat ea vox, ex Indice cognoscere licet.

145, 2 SI SVMSERIT) Scribatur, *si sumserit*, vt supra. PONTED.

145, 3 VASARIVM VICT. II.) Quia plus erat laboris in faciendo oleo viridi, quam vulgari et maturo, cum ex acerba premeretur olea; accedit *vasarium*, quod est quoddam factorum praemium et merces, nomine ducto a vasis torculis, quibus premitur oleum. Victoriatos autem vasarii nomine eis tribuit duos. TVRN. 10, 18 *Vasarium* hic est pecunia, quae pro vasorum vsione datur: Sed in Ciceronis oratione in Pisonem, significat pecuniam ex aerario attributam magistratibus in prouincias euntibus pro supellectile omnique instrumento, quo instruebantur. Sic *honorarium vinum* vocat Cato in Q. Thermum, quod imperatoribus et praefectis prouinciarum honoris gratia offerebatur; *Cerarium*, quod pro cera exigebatur, Cicero in Verr. 2 *vnguentarium*, quod pro vnguentis, Plinius lib. 2 epist. POPMA. Iam supra *victoriati* mentio 15, 1. Sed obiiciebat aliquis Plinium, qui sua demum aetate *victoriatum* dici coeptum innueret nummum reipsa antiquiorem. Locus est 33, 3 f. 13 *Qui nunc Victoriatus appellatur, lege Clodia percussus est. Antea enim hic nummus ex Illyrico aduectus, mercis loco habebatur. Est autem signatus Victoria, et inde nomen.* In promtu autem erat respondere, non ipsum nomen *Victoriati* nouum fuisse Plinii aetate, sed alium nummum ita vocatum esse diuersum a Victoriato veteri. Nomen enim v. c. est etiam apud Cic. pro Font. c. 5.

146, 1 HAC LEGE VENIRE) Legem hanc siue conditionem simul etiam praeconii formulam puto, quod etiam indicare videntur verba proxima, *praeconium praesens*. Non enim putauerim veram esse Turnebi rationem; qui 10, 18 mercedem praeconis intelligit. Sed *praeconium praesens* est summa pretii vel indicati a domino, vel promissi a redemtore, praeconis voce euulgata, vt constituant alii, an augere ipsis pretium placeat. Caeterum *legis* vocem in his contractibus solennem fuisse apparet etiam ex Cic. Verr. 3, 36. vbi recitari iubetur *lex decumis vendendis C. Verre Praetore.*

pecuniae [e] centesima accedet. Praeconium praesens ss [f] L. et oleum [g], Romanici pondo 8 D [h]. viridis [i] P. CC. oleae caducae $\overset{O}{M}$ [k] L. strictiuae [l] $\overset{O}{M}$ [m] X. modio oleario mensum [n] dato. vnguinis [o] pondo X. Ponderibus modiisque domini dato [p] *iri primae cotulas duas.
2 Dies argento ex K. [q] Nou. [r] mensium [s] X. oleae legendae faciundae quaeque [t] locata est, et si emtor locarit Idibus soluito. Recte haec dari, fierique, satisque dari domino, aut cui

e) *quantitas* infer. *W.* f) *sextaria quinquagenta W.* g) *oleum romanicum pendens deducitur viride ponderibus ducentis etc. W.* h) *CCCL. I. B. R. MD. a. V.* Broukh. inferi vult *tucidici.* i) *turidis Vict.* Sphalmate aperto. k) *modios W. modii I. I-G.* l) *strictiue P. I. B. R. structius W.* m) *modios W. modii I. I-G.* n) *menso W.* o) *pondera W.* p) *datoris pondera panicocula duces W. datoris primae cotylas duces I. B. R. dato iri pri. primae. P. 1. datori pripmae etc. Pol. 2. datoris primae cotylas duas I. I-G.* q) *K.* abest *P.* r) *Nou.* deest *a. V.* s) *mensum Pol.* t) *que* abest *P.*

146, 1 CENTESIMA ACCEDET) Centesimae accessionem faciebant coactores, et, cum centum sestertia cogenda essent, vnum praeterea sibi cogebant. Cicero pro Rabirio: *Non intelligo hoc, quale sit, vtrum accessionem decumae, vt nostri facere coactores solent centesimae, an decessionem de summa fecerit.* Hinc in lege venditionis oleae pendentis recipitur emtorem soluere praeter pretium Coactori pro pecunia redigenda centesimam; praeconi, qui actionem oleae fecit numerato sestertios L: tum dare domino oleae caducae modios L, strictiuae X, et ex caduca *olei Romanici*, cuius vsus vulgo Romae, pondo 8 D. ex strictiua oleo viridis et praestantissimi pondo CC. Praeterea modio oleario X pondo vnguinis, ne oles in mensura adhaerescat. *Oleum Romanicum* vocat id, quod commune dicitur, fitque ex oleis caducis, et nimium maturis; sicuti, quod ex viridibus et nondum maturescentibus, *viride.* Isidorus lib. 17. *Quod ex albis fuerit oliuis expressum, vocatur Speranum, a Graecis ὀμφάκιον appellatur; quod autem e fuluis et nondum maturis fuit expressum*, Viride *appellatur: quod vero ex nimium maturis*, Commune *dicitur. Ex iis ad vsum vitae primum est speranum, secundum viride, tertium commune.* Servius in 2 Georg. id enarrans, *et amara pausia bacca, Amara,* inquit, *id est viridi. nam de pausia viride oleum fit, vnde contra dicitur dulce, quod non est viride.* Quam interpretationem cur reiiciant plerique, non video; praesertim cum tradat Colum. 5, 8, 4. Pausiae baccam iucundissimam esse, oleum, dum viride est, saporis optimi: *Bacca iucundissima*, inquit, *est pausiae, speciosissima est regiae, quae potius escae, quam oleo est idonea. Pausiae tamen oleum saporis egregii, dum viride est, vetustate corrumpitur.* POPMA.

146, 1 OLEVM, ROMANICI) Incidi post *oleum.* Oleum sibi dari postulat duorum generum. *Romanici*, quod vulgare interpretatur Turn. 10, 18, ex olea caduca et matura; et *viridis*, ex strictiua et immatura.

146, 1 DOMINI DATO IRI PRIMAE) Sic habent libri veteres, id quod nonnulli arbitrantur esse ex formula stipulationis ad venditionem oleae adhibitae. in quo sit *dato iri*, pro datum iri, vt in Pandectis Florentinis *reddito iri, restituto iri*, nam veteres ea quae in *v* desinunt, sequente vocali omissa littera *m* per *o* vel *v* efferebant. Sed haec interpretatio hic non conuenit. Turnebus existimat hic praecipi dandum cotylas duas iridis primae et praestantissimae, cuius odore imbuta vasa olearia melius et odoratius oleum reddant. Nec desunt, qui *iri primae* interpretantur primae depletioni, quod *Ir* siue *hir* est vola manus, qua aliquando vtimur ad vinum gustandum; cum tamen hic agatur de oleae pendentis venditione, et admensione, in qua nullum vsum praestat vola manus. Mihi videtur, dictionem *iri* coaluisse ex notis I. R. I. id est, in rem illam, et Catonem voluisse dari ponderibus modiisque domini, quibus vsus ad oleam admetiendam oleae primae cotylas duas, vt praecedenti cap. vasorum vsioni victoriatos 2. Sed huiuscemodi de rebus, de quibus nihil habemus praeter coniecturam, liberum cuique iudicium relinquimus. POPMA. V. C. *Datoris.* Sed placet ingeniosissima emendatio Popmae. MEVRSIVS. Hunc locum vt in omnibus manuscriptis inueni, ita dedi: est autem manifesto mendosus, quare notam ad eum apposui. Communis lectio noua, vt arbitror, et inanis est. VICTOR. Illud *datum iri* sustinet quoque Pithoeus subsec. 2, 4. SCHOETTG. Maximum vitium in illo *iri* omnes fatentur. Scaliger [Popma] interpretatur *in rem illam*; sed homo acutus, quid sequatur, non attendit: *primae cotulas duas.* Videre visus sum nescio quid aliud sub obscura voce latens, quod tamen assequi non possum, pro ponderibus nempe, modiisque (nisi si *modis* sit scribendum, quia quod pro *modio* dandum sit, iam indicatum est: *modo oleario mensum dato vnguinis pondo X*) dandas esse olei primae siue priuae pressurae cotulas duas. PONTED.

146, 2 DIES ARGENTO EX K. NOV.) Hic in omnibus emtionibus, cum solutio non fit numerato, est dies X. mensium, id ex eo opinor, quod primum fuit dies annua, cum essent in anno X menses: post vbi annus auxit, nihilominus in his contractibus ea dies remansit, sed nominatim expressi X menses. Similiter tempus luctus Romulus anno definiuit; et postea itidem X mensium fuit, vt annotaui ad Varronis Satyram Gerontodidasc. POPMA.

146, 2 IDIBVS SOLVITO) Moris olim, vt, licet

cui [u] iusserit, promittito, satisque dato arbitratu domini. Donicum [x] solutum erit, aut ita
satis datum erit, quae in fundo illata erunt, pigneri sunto. Ne quid eorum de fundo de-
portato. Si quid deportauerit, domini esto. Vasa torcula, funes, scalas, trapetos, si [y] 3
quid et aliud datum erit, salua recte reddito, nisi quae vetustate fracta erunt. Si non
reddet, aequum [z] soluito. Si emtor legulis et factoribus qui illic opus fecerint, non sol-
uerit, cui dari [a] oportebit, si dominus volet, soluat. Emtor domino debeto [b], et id satis
dato, proque ea re ita, vti [c] s. s. e. item pigneri [d] sunto.

CXLVII. [CXLVIII.] HAC lege vinum pendens venire oportet. Vinaceos illutos [a], et faecem [b] relinquito. Locus vinis ad K. Octob. primas dabitur. si non ante ea exportaueris, dominus vino, quid volet, faciet. Caetera lex quae oleae pendenti.

CXLVIII. [CXLIX.] VINVM in doliis hoc modo venire oportet. Vini in culleos [a] singulos quadragenae et singulae vrnae dabuntur, quod neque aceat, neque muceat, id dabitur. In triduo proximo, viri boni arbitratu, degustato. Si non ita fecerit,

u) *cuius erit I. B. R. cuiius erit P.* x) *Domino cum a. V.* y) *si quit et aliut P. et si quid I. I-G.* z) *aequom P.* a) *datum Heruag.* b) *debito I. B. R.* c) *vti supra scriptum est I. I-G.* d) *pignori P. Bo. Ba. Heru.* [C. CXLVII.] a) *illuto Pol. 2.* b) *fecem I. I-G.* [C. CXLVIII.] a) *culeos I. B. R.*

licet quis pecuniam Calendis soluendam promitteret, tamen Idibus demum solueret, si Calendis non posset. Exempla huius rei plura adduxere viri docti Ios. Castalio Var. Lect. c. 18. P. Pithoeus l. c. Marc. Donatus ad Sueton. Aug. c. 101, ad Vopisci Tacitum p. 1054, 1055. Liuineius ad Eumenii gratiarum actionem Constantini c. 4. Reinesius ad Rupertum epist. 23 p. 86. Noris Cenotaph. Pisan. diss. 1, c. 3, p. 37. Cellarius ad Cicer. Catil. 1, §. 4. SCHOETTG.

146, 2 DONICVM SOLVTVM ERIT) Excusi antea mendose: *domino cum.* In Mss. tamen *donicum*, quo aduerbio veteres pro *donec* passim vsi sunt: id etiam infra in hoc libro M. Cato vsurpauit. Sic quoque versus ille Lucretii legi debet: *Donicum ad extremum crescendi perfice finem*: non *denique*, vt vulgo in impressis. Id e Mss. libris cognoscitur. VICTOR. V. C. *Domino cum.* Inepte. Nam *donicum* veteres pro *donec*. Liuius Andronicus: *Ibi manens sedeto, donicum videbis me carpento vehentem domum venisse.* Ita enim constituo istos versus apud Charisium lib. 2. Ipse noster Cato: *cum otiosus ambulas, qui apud regem fuisti, donicum ille tibi interdixit rem capitalem.* Plautus: *Inimicus esto, donicum ego reuenero.* Ita citat Charisius loco citato, sed legendum censuerim: *Ibi intus esto* etc. Vtitur etiam Amphitruone, Mostellaria, Pseudolo, Truculento. In Glossario vero perperam hodie legitur: *Donicum ἄχρηστον.* Emendo: *Donicum, ἄχρι τοῦ* vel *ἄχρις οὗ.* Ea vera lectio. MEVRSIVS.

146, 2 PIGNERI SVNTO) Veterum librorum haec est constans scriptura, quam confirmat Priscianus l. 6. vbi tradit, antiquos dixisse *pigneris* et *pignoris*. POPMA.

146, 3 SI QVID DEPORTAVERIT) item, *si non reddat*, scribito, deportaueris, reddes. Similiter alia ad eundem modum redigenda. PONTED. Vereor, vt probari possit illa conformatio moderatioribus. Multa certe immutanda erunt in libris, eam si rationem sequamur. Exempli causa inspiciantur descriptiones animalium Varronis et Columellae; quam multa ibi, quae parum sibi inuicem respondent, et videntur ἀνακόλουθα.

147 HAC LEGE VINVM PENDENS) Elegantissime hoc verbo posteriores quoque Iuris Consulti vsi sunt l. 19. Pandect. de act. emti et venditi: *Qui pendentem vindemiam emit, si vuam legere prohibeatur a venditore*, et quae sequuntur. VICTOR.

147 VINACEOS ILLVTOS) i. e. e quibus non est facta lora. Faecem autem relinqui imperat, vt ex ea vinum fiat faecatum. Nam cum e doliis non multo post vindemiam in alia vasa transferebatur vinum, residebat in doliorum fundo faex, qua in fiscinas faecarias coniecta torquendo vinum exprimebatur, aut sine prelo sponte fluebat. TVRN. 10, 18. De vino *faecato* noster Cato c. 153.

147 AD K. OCT.) Hinc colligit Scal. de emend. temp. l. 2 p. 186 ea aetate Octobrem incidisse in Septembrem anni Iuliani. Nescio, quam bene. Puto *primas* additum tollendae ambiguitatis causa, ne calumniari aliquis possit, vltimos mensis praecedentis dies et ipsos esse *Kalendas*.

148, 1 QVADRAGENAE ET SINGVLAE VRNAE) Vna igitur vrna vltra mensuram iustam additur, vt tanto facilius ratio constet denuo metientibus.

148, 1 NEQVE MVCEAT, ID DABITVR. IN.) Ita distinxi orationem Catonis de sententia Pet. Pithoei Adu. subs. 2, 4.

148, 1 DEGVSTATO) Vlpianus l. 1. π. de peric. et comm. rei vend. (18, 6) *Eatenus periculum sustinere debet venditor, quoad degustetur vinum,* vide-

fecerit, vinum [b] pro deguſtato erit. Quot dies per dominum mora fuerit, quo minus vinum deguſtet, totidem dies emtori procedent. Vinum accipito ante K. Ian. primas.
2 Si non ante acceperit, dominus [c] vinum admetietur. Quod admenſum [d] erit, pro eo dominus reſoluito [e]. Si emtor poſtularit [f], dominus iusiurandum dabit, verum feciſſe. Locus vinis ad K. Octobres primas dabitur. Si ante non deportauerit, dominus vino quid [g] volet faciet. Caetera lex quae oleae pendenti.

CXLIX. [CL.] QVA lege pabulum hibernum venire oporteat. Qua [a] vendas, finis dicito. Pabulum frui occipito [b] ex Kalend. Septembribus [c]. prato ſicco decedat, vbi pirus [d] florere coeperit: prato irriguo, vbi ſuper inferque vicinus permittet [e], tum decedito, vel diem

b) *vinum* deeſt *I. B. R.* c) *admenſus P. ad menſum* diuiſ. *H. A.* d) *domino M. Po. 2.* e) *rem ſolvito P.* f) *poſtulaũerit domino iusiurandum, a. V.* g) *quod a. V.* [C. CXLIX.] a) *Qui vendis W.* b) *fieri P. fini accipito. Ex a. V. foeni carpito W.* c) *Septembris I. B. R.* d) *prius* Sphalma *Vict.* e) *promittet Pol.*

videlicet quaſi tunc pleniſſime veneat, cum fuerit deguſtatum.

148, 1 EMTORI PROCEDENT) vt nimirum vinum pro deguſtato haberi nequeat. Ita etiam hanc ſpeciem definit Vlpianus l. 4 l. c.

148, 2 DOMINVS VINVM ADMETIETVR) Vlp. l. c. *Sed et cuſtodiam ad diem menſurae venditor praeſtare debet: priusquam enim admetiatur vinum, prope quaſi nondum venit. Poſt menſuram factam venditoris deſinit eſſe periculum.* Compara, quae diſputantur ad Varr. 2, 2, 6 *niſi ſi eſt adnumeratum etc.*

148, 2 PRO EO DOMINVS) Pithoeus Adu. ſubſ. 2 legi vult *domino*, et Pontedera *domino* vel dominum: hunc enim Catoni ſemper eſſe venditorem, vel, quod mihi etiam magis placet, *quod admenſum* non *erit, pro eo Dominus reſoluito.* Succenturiatur huic rationi ſcriptura Medicea.

148, 2 LOCVS VINIS AD K. OCT.) Repetita ſunt haec a cap. 147 librariorum manu, per quos tanta in perturbatione et diſcrimine verſatur Cato, PONTED. Vlpian. l. c. l. 4. § 4. *certe antequam ad vindemiam dolia fuerint neceſſaria, debet auehi vinum.*

148, 2 DOMINVS VINO QVID VOLET) Vlpian. l. c. *Licet autem venditori vel effundere vinum, ſi diem ad metiendum praeſtituit, nec intra diem admenſum eſt* etc. Vid. quae diximus ad 11, 2 de *vrnis ſparteis.*

149, 1 QVA VENDAS, FINIS) Turnebus legit *fini*, et interpretatur quouſque, ad quod vſque tempus. Sed mox ſequentis verba oſtendunt, vulgatam lectionem rectam eſſe, et hoc Catonem dicere, Dominus exprimat fines prati, cuius hibernam herbam vendit. POPMA. Haec lectio, ſi τὸ *finis* et paullo poſt *prius* emendetur, nihil aliud vitii in ea relinquitur. Nam quod ad *finis* ſpectat, ſic eſſe accipiendum exiſtimo: *Qua vendas fini, dicito*, nimirum cum ſtipulatore ſtatuito, pratis quo tempore excedere debeat, paſtionemque relinquere. τὸ vero *prius* apud Ienſonium, Iuntam, et alios legitur *pyrus*, idque optime, (quo ſigno et c. 131 vtitur: *Dapem pro bubus pyro florente facito*) Quis enim tam vecors locabit pabulum hibernum, vſque dum prata florent, i. e. vſque fere ad foeniſecium. At Ienſoniani, Iuntini et Aldini libri perperam habent: *Pabulum fini accipito ex Kal. Septembr.* Hibernum enim pabulum quis aut locauerit vnquam, aut acceperit locatum, vt eo tempore, quo foeno chordo lecto, conducitur, ſit relinquendum? Locus itaque emendatus ſic legi poteſt: *qua vendas fini, dicito. Pabulum frui occipito ex Cal. Septembribus. Prato ſicco decedat, vbi pyrus florere coeperit. prato irriguo, vbi ſuper inferneque vicinus permittet, tum decedito.* PONTED. Quid ſi *finis* eſt quartus caſus pluralis numeri, *dicito fines qua vendas*, h. e. quo vſque vel intra quos fines vendas.

149, 1 VBI PIRVS FLORERE) An legendum *pirus?* (non *prius*) ex Varrone lib. 1. vbi eſt: *Praeparatio, ſi quae ſit in agris ea eſt, vt defendantur; quod fere obſeruant a piro fl- ente. ſi irrigua ſunt, vt tempeſtiue irrigentur.* POPMA. Male V. C. *pyrus* MEVRS. Bonus vir nimirum Victorianam lectionem pro norma habuit. Vix autem dubium eſt, quin *prius* ſphalma ſit improuide a religioſis, quod par erat, Victorianae editionis ſectatoribus repetitum. adeo Catonianum eſt ver definire flore piri, v. g. ſupra c. 131 conſentiente, qui eum locum laudat, Plinio 18, 26 ſ. 65 qui etiam paullo poſt, *ergo haec aratio*, inquit, *has habebit notas lentiſci primum fructum oſtendentis, ac piri florentis* De Varrone iam Popma monuit. Ita Plin. 11, 6. ſ. 5, *Ante fabas florentes exeunt* apes *ad opera* etc.

149, 1 VICINVS PERMITTET,) Haberem potius *permutet* hoc eſt, cum vicinus pecudes alio egerit. Quamuis et *permittet* retinere cupienti non repugnarem, dummodo ad id ſignificandum ſeruet, quod nonnunquam apud veteres indicare inuenitur, vt apud Lucretium, *Eſt alio vt poſſit permitti longius alter.* PONTED.

149, 1 SVPER INFERQVE VICINVS) Superior vicinus permittit pratum introire, inferior exire.

diem certam vtrique facito. Caetero pabulo Kalend. Martiis cedito. Bubus domitis bi- 2
nis [f], canterio vni [g], cum emtor pascet, domino pascere recipitur. Oleris [h], asparagis,
lignis, aqua, itinere, actu domini vsioni recipitur. Si quid emtor, aut pastores aut pe-
cus emtoris domino damni dederit, boni [i] viri arbitratu resoluat. Si quid dominus, aut
familia, aut pecus emtori damni dederit, viri boni arbitratu resoluetur. donicum pecu-
niam satisfecerit, aut delegarit [k], pecus et familia, quae illic erit, pigneri sunto. Si
quid de iis [l] rebus controuersiae erit, Romae iudicium fiat.

CL. [CLI.] FRVCTVM ouium hac lege venire oportet. In singulas casei P. [a] I. S.
dimidium aridum, lacte feriis quod mulserit dimidium, et praeterea [b] lactis vrnam I [c].
Hisce legibus agnus diem et noctem qui vixerit, in fructum, et Kal. Iun. [d] emtor fructu
decedat. Si interkalatum [e] erit [f], K. Maiis [g]. Agnos xxx, ne amplius promittat. Oues 2
quae

f) *bimis cantherio P.* g) *vini Pol.* 1. *vinicum* coniunct. *Pol.* 2. h) *holeris Pol.* i) *boninare soluat Pol.* 2. k) *delegerit I. B. R.* l) *his a. V.* [C. CL.] a) *pondo quindecim I. I-G.* b) *praeter ea* diuis. *W.* c) I. deest *I. B. R.* d) *Iuniis* Iuntt. *Ianuarias Be-G.* e) *intercalatum a. V.* f) *tamen* ins. *I. B. R.* g) *mais P.*

exire. Sic autem veteres loquebantur *Super, Infer, Exter, Citer*, Cato de agna musta pascenda: *Citer ager alligatus ad sacra erit.* Lucretius lib. I. *Naturam, quam totus habet super ignis haberet.* Papinius: *Exter bonos*, pro extrarius. POPMA.

149, 1 KALENDIS MARTIIS) Tum erant Matronalia. Horatius 3, Od. 8, 1 *Martiis caelebs quid agam Kalendis, Quid velint flores, et acerra thuris Plena, miraris, positusque carbo in Cespite viuo.* Ad quae vetus eius interpres Acron: *Kalendis Martiis Matronalia dicebantur, eo quod mariti pro conseruatione coniugii supplicabant, et erat dies proprie festus matronis.* Iuuenalis quoque Sat. 9. vocat *Kalendas foemineas* non alias, quam Martias; ita ait: *En cui tu viridem vmbellam, cui succina mittas Grandia, natalis quoties redit, aut madidum ver Incipit, et strata positus longaque cathedra, Munera foemineis tractas, secreta Kalendis.* Et profecto non leuiter fallitur interpres eius vetus, etsi non indoctus, qui Apriles Kalendas intelligit, et Matronalia iis fuisse autumat. Haec eius verba: *Matronalibus scilicet, quae sunt Calendis Aprilibus, quibus est natalis Veneris.* Sane Festus Acronem etiam iuuat, dicens: *Martias Kalendas matronae celebrabant, quod eo die Iunonis Lucinae aedes coli coepta sit:* Haec porro tibi cautio sit, tu tiro, ne cum *Matralibus* confundas, Matri Matutae institutis, et propridie Idus Iunias celebrari solitis, quibus matronae ei Deae libum, quod appellabant, *Testuatium*, coquebant. Varro Auctor de LL. lib. 4. *Testuatium, quod in testu caldo coquebatur, vt etiam nunc Matralibus id faciunt matronae.* MEVRS.

149, 2 BVBVS DOMITIS BINIS) Vulgo non recte *bimis*. Hic enim sensus: Excipitur in lege emtionis pabuli hiberni, vt, cum emtor pascit, simul liceat domino binos domitos boues, et canterium vnum pascere: tum vt oleribus, asparagis, lignis, similibusque dominus vtatur. *Recipere*, verbum proprium in venditionibus et locationibus est reseruare quippiam in vsum suum, nec ad alium transferre. Iuris Consulti dicunt *excipere.* Plautus Trinummo: *Posticulum hoc recepit, cum aedes vendidit.* Vlpianus tit. de haered. vel act. vendit. cap. 2. *Si venditor haereditatis aedes sibi exceperit, quarum nomine damni infecti promissum erat.* POPMA.

149, 2 OLERIS, ASPARAGIS) Ita Lucilius ap. Non. 8, 57 p. 490, 24. Merc. *Tintinnabulum. abest hinc, surpiculique holerorum.*

149, 2 DOMINI VSIONI) I. Fr. Gron. legi iubet: *Domino vsio recipitur* ad Senec. Cons. ad Marc. c. 11. Recte, arbitror, et vt decebat Gronouium.

149, 2 PIGNERI SVNTO) V. C. *pignori.* Sed veteres efferebant: *pignus, pigneris, fenus, feneris, penus, peneris, tempus, temperis* et similia. MEVRS.

150, 1 CASEI P. I. S.) V. C. *In singulas casei P. XV.* IDEM. Et sic recte quoque edit. Parisina. Nam quod alii legunt, eodem recidit; habent nimirum 15. numerum barbarum, quem alii mutarunt in I. S. quod esset *vnum ac semis.* SCHOETTGEN. Oportet sane oues Catonis nostris esse fructuosiores, si quindecim pondo casei dare conductor praeter caetera praestanda in singula capita potuit. Nostris certe rationibus magis conuenit I. S. Romano more intelligere; et vidimus, quid c. 14, 5. et 48, 2 de his notis factum sit. De codicum antiquitate et vsu notarum barbararum, ne quid iam dicamus.

150, 1 LACTE FERIIS QVOD MVLSERIT) Turn. 7. 5. Lac exigi putat feriis ad rem diuinam; caseum non exigi, quod nefas esset feriis caseum premere.

150, 1 IN FRVCTVM, ET KAL. IVN.) Iam ante monui Catonem sine discrimine praepositioni

quae non pepererint, binae pro fingulis in fructu cedent. Die lanam et agnos vendat. Menfes x ab [h] coactore releget [i]. Porcos ferarios [k] in oues denas fingulos pafcat. Conductor II. menfes paftorem praebeat. donec domino fatisfecerit, aut foluerit, pigneri [l] efto.

CLI. [CLII.] SEMEN [a] cupreffi quando legi, feri, propagarique oporteat, et quo [b] pacto

h) *ab* omitt. *I. B. R.* i) *releget porcos* omnes praeter *M. Po.* 2. k) *Sectarios a. V.* poft *ferarios* interpr. omnes praeter *M. Po.* 2. l) *pignori Bo. Ba.* [C. CLI.] a) *Semen - - - - oporteat, et* defunt *a. V.* Lemma: *Cupreffum quomodo ferat; femen cupreffi, quando legi, feri, propagarique oporteat; et quo pacto cupreffeta feri oporteat. Menius etc. Pol.* b) Verba: *quo pacto cupreffeta feri oporteat* Rubricae locum fubeunt *I. B. R.*

In vel accufandi vel auferendi cafum dediffe; hac re veterem lectionem retinendam arbitror. Agnus, inquit, cedat emtori in fructum ouium. eo decedat *Kal. Iun.* nifi erit intercalaris annus; tunc enim maturius toto menfe decedendum eft, nimirum *Kal. Maiis.* POPMA. V. C. *Kal. Ianuar.* Quod minus rectum effe arguunt ifta: *Si intercalatum erit, Kal. Maiis.* MEVRSIVS.

150, 1 IN FRVCTVM) fcilicet emtori computabitur agnus, qui diem et noctem vixerit. Poft haec verba interpunxerim, et legerim. *Ex Kal. Iun.* Illud *agnos XXX. ne amplius* non intelligo. Neque enim definitus eft numerus ouium, quarum fructus venditur.

150, 2 DIE LANAM ET AGNOS) Vereturne Cato, ne noctu id fiat? minime gentium; fed praecipit, vt tempori vendat, vt certo idoneoque tempore commode potius vendantur, quam incommode, et alieno tempore: ita plus quaeftus erit, quam fi vendat in vilitate. Die igitur eft, quo tempore bene ifta vendi poffunt. TVRNEBVS 7, 5.

150, 2 MENSES X AB COACTORE) Omnino legendum *menfe X.* Hoc enim videtur dicere voluiffe: vt maiorem quaeftum faciat dominus, vendat lanam, et agnos, non praefenti pecunia, fed die X menfium, quibus elapfis redigat nummos per coactorem. *Die vendere* hic eft, vt Plauti Pfeudolo: *Emas cocca die oliuum, quod vendas oculata. Relegere pecuniam* dicuntur feneratores et coactores, cum a debitoribus illam redigunt, et cum locant, *ponere.* Horatius Epodo: *Fenerator Alphius Iamiam futurus rufticus Omnem relegit Idibus pecuniam, Quaerit Calendis ponere. Et a coactore relegere*, vt Plautus in Epidico: *Nummos folui a trapezita.* Et in Pfeudolo: *Qui amant a lenone.* Apuleius in Apologia: *Quis enim ab illis obfonare audebit?* POPMA. Accurate, vt folet, de hoc loco egit Gron. obf. 1, 20, qui refutatis aliorum fententiis legi vult *menfe decimo ab coactore deleget.* Perpenfis omnibus ita totum hoc videtur interpretandum. In annum dominus fructum vendit. Huius anni initium eft Kalendae Iunii, aut fi intercalatum fit, (h. e. fi intercalaris ille menfis f. merkedonius annum diebus XXII vel XXIII produxerit, vid. Scal. de em. temp. l. 2 p. 180 fq.) Kalendae Maii. Porro conductor ille vel emtor fructuum *die* (fibi commoda, tempeftiue) *vendere* hic iubetur *lanam et agnos. Menfe decimo* autem, qui ab initio huius anni, h. e. a Iuniis vel Maiis adeo Kalendis computatur, *deleget* domino gregis *a coactore* (fuo, quo vtitur ad minuta aera cogenda ex fructu, quem ipfe emit integrum; (h. e. foluat domino per coactorem fummam, de qua inter ipfos conuenit. Conductor f. emtor fructus (cui fuadet Cato quafi in Parenthefi illud de *porcis ferariis*) etiam reliquis *duobus*, qui de anno reftant *menfibus* paftorem ille quidem praebet: fed is pariter ac porci illi ferarii *pigneri* funto gregis *domino, donec* ipfi *fatisfecerit* conductor. *Relegere* pecuniam huc non conuenire, fed *delegare*, quo nofter etiam paullo ante vfus eft, oftendit l. c. Gronouius.

150, 2 PORCOS SERARIOS) In excufis libris *fectarios*; in MSf. omnibus *ferarios* fcriptum inueni. *Sectarius* veruex Sexto Pompeio eft, *qui gregem agnorum praecedens ducit*; ducem autem fuum fuem eligi nunquam audiui, neque tam ftolidum animal hoc munere fungi poffe arbitror. Quare potuit ipfos M. Cato ab alia re *ferarios* appellare, quae mihi fane ignota eft: et quod hic feci, prifcorum Codicum autoritatem fecutus feci. VICTORIVS. V. C. *fectarios.* Quod fane probare non aufim. Veruecec quidem fectarios dictos fcio, non autem porcos. Sunt autem *ferarii* porci, qui fero pafcuntur. MEVRSIVS. Quaeritur quid fit porcus ferarius. Vetufti libri editi habent: *porcos fectarios.* Qui primus in Catonis libris ita fcripfit, deceptus videtur a Pompeio Fefto, vt hic a vitiato Plauti loco. Apud Feftum haec leguntur: *Sectarius veruex, qui gregem agnorum praecedens ducit.* At Plauti locus exftat in Captiueis:

Tum lanii autem, qui concinnant liberis orbas oues,
Qui locant caedundos agnos, et duplam agninam danunt,
Qui petroni nomen indunt verueci fectario,
Tum ego fi in via petronem publica confpexero
Et petronem et dominum reddam mortales miferrumos.

Veruex itaque fectarius petroni duro et annofo opponitur. Erit ergo fectarius tenerae et mollis carnis. At qui fectarius eft caeterisque ducem fe praebet,

pacto cupressēta seri oporteat, Manius[c] Percennius[d] Nolanus ad hunc modum monstra-
vit. Semen cupressi Tarentinae per ver legi oportet; materiem[e], vbi hordeum flauescit. 2
id[f] vbi legeris, in sole ponito, semen[g] purgato. id aridum condito: vti aridum exposi-
tum[h] fiet. per ver serito in loco vbi terra tenerrima erit, quam pullam vocant, vbi aqua
propter siet. eum locum stercorato primum bene stercore caprino, aut ouillo[i]. tum vor-
tito bipalio[k], terram cum stercore bene permisceto[l], depurgato ab herba graminibus- 3
que. Bene terram comminuito. areas facito pedes latas quaternos: subcauas[m] facito,
vti[n] aquam continere possint. inter[o] eas sulcos facito, qua[p] herbas de areis[q] purgare
possis. vbi areae factae erunt, semen serito crebrum, ita vti linum seri solet. eo cribro
terram incernito, dimidiatum digitum terram altam succernito. id bene tabula, aut ma-
nibus, aut pedibus complanato. Si quando non pluet, vti terra sitiat, aquam irrigato 4
leniter[r] in areas. Si non habebis vnde irriges, gerito, inditoque leniter[r]. Quotiescun-
que[s] opus erit, facito vti aquam addas. Si herbae natae erunt, facito vti ab herbis
purges. quam tenerrimis herbis[t], et quoties[u] opus erit purges[x] per aestatem. ita vti[y]
dictum

c) *Memius a. V. al. Menius Pol.* d) *Parthenius I. B. R. Percenius I. I-G.* e) *maturum est, vbi I. I-G.* f) *Semen I. I-G.* g) *id I. I-G.* h) *expostum P. Iunt.* i) *ouilo I. B. R.* k) *et* inf. *I. I-G.* l) *promisceto P. commisceto a. V.* m) *sub cauas* diuis. *I. B. R.* n) *cauae* interser. *a. V.* o) *In tereas P. In terras I. B. R.* p) *quae Reg.* q) *aretis Bo.* r) *leuiter a. V.* s) *Quotienscunque I. B. R. Po. 2.* t) *herbis* abest *a. V.* u) *quotiens I. B. R. Po. 2.* x) *purges* deest *a. V.* y) *vti* om. *Pol.*

praebet, aetate etiam caeteris praestare debet; non igitur recentis erit aetatis, carnisque tenerae, quo nomine pettonem antecedit. Scripsit igitur Plautus *serario*, vt Cato *serarios* a potando sero, quos pastores cum ouibus, etiam cum vaccis, sero pascunt et saginant. PONTED. Satis placeret interpretatio Meursii, quam in mentem venisse video etiam Turnebo 7, 5; modo non ita parcum ac tenue esset ouium apud nos serum, et praeterea ita gratum hominibus, vt vix ac ne vix quidem operae videatur pretium, porcum in quinquagenas, nedum in denas alere. Sed forte copiosior lactis prouentus ouibus Catonianis.

151, 1 SEMEN CVPRESSI) Confer cum his, quae habet Plinius 17, 10 et quae Bodaeus a Stapel notauit ad Theophrasti hist. plant. 4, 6. Quod ita verbose de hac arbore praecipit Cato, inde aduenam esse, et difficillime nascentium, colligit Plin. 16, 33 f. 60, qui etiam Tarentinam non a patria dictam prodit, sed quod primum e Creta natali solo eo traducta sit.

151, 1 MATERIEM, VBI HORDEVM) *Maturam* praestat, quia cupressi materia, vt Catonis verbis dicam, *quiduis anni matura est et tempestiua.* PONTED. Vocat Plinius 17, 10 f. 14 *respuentem secures materiam, indomita ponderibus immensis prela, arbores velis, turribus murisque impellendis arietes.* Sed adulta aestate, *vbi hordeum flauescit*, cur legi, id est, caedi oporteat hanc materiem, altior forte disputatio est.

151, 2 IN SOLE PONITO) V. C. *In solem.* Quod magis Catonem sapit, qui aliquoties in hoc Scripto ita loquitur. Et profecto veteres ita maluisse efferre, docet 1, 7 Agellius. MEVRSIVS.

151, 2 TERRA TENERRIMA E. Q. PVLLAM V.) Plinius 17, 5 ex Catone *terram teneram, quae vocetur pulla.* Quia eo loco *terram anum*, quae et *cariosa*, pullae opponit Plinius, in mentem venit putare, pullam non tam a colore nigricante, qui etiam *pullus* est, dictam, quam a *teneritudine* (vtitur hoc verbo Varro 1, 36) et mollitie, quae iuuentutis quoddam robur foecundum declarat, vt terram quandam *anum* dici idem Plinius l. c. docuit, *interpretatione vitiorum.*

151, 3 VTI AQVAM) V. C. *vti cauae aquam.* Sed ego vocem istam inculcatam ab aliquo censeam, malo iure, malo more. MEVRSIVS.

151, 3 EO CRIBRO -- COMPLANATO) Lego: *Eo cribro terram incernito dimidiatum digitum. Iam id bene tabula* etc. Praeit mihi Agellius 3, 14, apud quem etiam rescribes *cribro* et *incernito*, pro quibus male hodie in eius exemplaribus *crebro* et *insternito* legitur. MEVRS. Emendationem hanc calculo suo adprobat Bodaeus à Stapel l. c. Vide et supra c. 48. SCHOETTG. Non ingratum erit lectoribus cognoscere, quomodo Plinius ac Gellius hunc locum laudauerint. Ille igitur 17, 10 f. 14 *Seritur mense Aprili, area aequata cylindris, aut volgiolis, densum: terraque cribris supercernitur pollicis crassitudine. - - pauitur vestigiis. Leniter rigatur.* Gellii sunt ista 3, 14 extr. *Semen cupressi serito crebrum, ita vti linum seri solet: eo crebro* (cribro) *terram insternito* (incernito) *dimidiatum digitum; iam id bene tabula aut pedibus aut manibus complanato.*

151, 4 FACITO VTI -- HERBIS) Quis non videt vltimam vocem male adsutam, itaque recte vetus Codex eiicit. MEVRSIVS. Quin in hac ipsa

dictum est, fieri oportet, et vbi semen satum fiet, stramentis operiri oportet [z], vbi germen [a] nascere coeperit, tum [b] demi.

CLII. [CLIII.] DE † scopis virgeis Q. [a] A. M. Manlii [b] monstrauerunt. In diebus xxx, quibus vinum legeris, aliquoties [c] facito scopas virgeas vlmeas aridas [d], in asserculo alligato, eabus [e] latera doliis intrinsecus vsque bene perfricato, ne faex [f] in lateribus adhaerescat.

CLIII. [CLIV.] VINVM faecatum [a] sic facito. Fiscinas olearias Campanicas duas illae [b] rei habeto. eas faecis [c] impleto, sub prelumque [d] subdito, exprimitoque.

CLIV. [CLV.] VINVM emtoribus sine molestia quomodo [a] admetiaris. Labrum culleare [b] illae [c] rei facito. id habeat ad summum ansas IIII. vti transferri [d] possitur [e]. id imum pertundito. Ea fistulam subdito vti obturarier [f] recte [g] possit. et ad summum, qua

z) *oportet* omitt. *I. B. R.* a) *gramen I. B. R.* b) *stramenta* inser. *I. I-G.* [C. CLII.] †) *De scopis virgeis* lemma est *I. B. R. et Vict.* nobiscum *Po. 2.* a) *Quod autem Memius I. B. R.* *De scopis virgeis, quae M. Memius I. I-G.* *De scopis virgeis Q. A. M. Popm. 2.* b) *et M. Manlius a. V.* c) *aliquotiens I. B. R. Po. 2.* d) *eas* inf. *I. I-G.* e) *eabusque Ba-G.* f) *fex I. I-G.* [C. CLIII.] a) *fecatum I. I-G.* b) *illius I. B. R. ille Iunt. illi Ba-G.* c) *fecis a. V.* d) *praelumque I. B. R. Ba. Herv.* [C. CLIV. a) *hoc modo admetiri debet I. I-G.* b) *culeare I. B. R. Iunt.* c) *illi a. V. praeter Iunt.* d) *transferi I. B. R.* e) *possit. Ad. a. V.* f) *opturarier P. obturarier I. I. Ba. A.* g) *rite a. V.*

ipsa repetitione vocis *herbae* antiquum illum intonsi Catonis et horridiusculum sermonem agnoscere mihi videor.

151, 4 VBI GERMEN NASCERE) An liceat? *germinascere.* An dicendum, eum nasco voluisse ἀρχαϊκῶς efferre, quemadmodum supra *vto?* An sequenda V. C. lectio, quae habet *germen nasci?* Ego quidem ἀρχαϊσμὸν praeferam, cuius studiosissimus noster Cato. MEVRS. Hoc loco forte vti poterat Perizonius, qui 3, 2 p. 286 ad Sanct. ostendere satagit *nasci* esse passiuum, idemque significare quod gigni. Itaque hic interpretetur, *vbi* granum Cypressi *germen nascere* h. e. proferre, agere coeperit.

152 DE SCOPIS VIRGEIS) Principium capitis fuit et esse debet. Ibidem legitur *aliquoties*, vt alibi *quoties*, *toties.* quae in vetustis libris cum n ponuntur: *aliquotiens*, *totiens*, *quotiens.* Ita apud alios auctores. Quam veram esse scripturam in nostris epistolis (p. 20.) pro nostra mediocritate peregimus. PONTED. Sine fraude fuerit, spero lemma antiquum etiam hic retraxisse ad Catonis orationem, qua in re Popmam autorem habemus, Caeterum refert Cato, qui librum suum, si talem scripsit, qualis ad nos peruenit, non vt famam ingenii consequeretur scripsit, sed vt obseruatum vnumquodque a se fuerat, quo suis prodesset, in chartam coniecit: Crefert igitur ato, quod senis ingenui, et familiariter cum familiaribus agentis est, a quo didicerit rationem perpurgandi dolia. Legendum autem puto: *De scopis virgeis quem ad modum* (ita diserte Probus explicat has literas) *Manlii monstrauerunt.* Hoc ipsum Catonis lemma videtur. Contemtibile alicui videri poterat hoc praeceptum, sed non illis, qui experiundo didicere, quantum distet vinum vel Cereris vel Bacchi, puris doliis seruatum ab eo, quod vasi immundo et faecibus obsito commissum fuerit. Noui ego vrbem, in qua pessime audiebat coquus cereuisiae publicus: vix vnus aut alter hominem laudabant. Scilicet paucae matres familias ipsae inspiciebant dolia vacua.

153 VINVM FAECATVM) Vinum ex faecibus expressum, quod inter secundaria vini genera recensetur a Plinio 14, 10. SCHOETTGEN.

153 ILLAE REI HABETO) Male V. C. *Illi.* Nam veteres ita extulisse etiam supra monui. Charisius lib. 2: *Ipsum quare non ipsud, vt illud et istud? quoniam veteres nominatiuum non ipse dicebant, sed ipsus: quod etiam in Comoediis veteribus inuenimus. Ille, Illius, Illa, Illae, et Illius, Illud, Illae, Illius.* Sic etiam Genitiuo foeminino dicebant, *Istae*, *Totae*, *Vtrae*, *Neutrae*, *Alterae*, *Aliae*, *Aliquae*, et similia. MEVRS.

154 VTI TRANSFERRI POSSITVR) Prisca haec lectio: *Possitur* verbum, si nunc obsoletum est, mutari non debuit? est enim, ni fallor, scriptoribus suus sermo relinquendus, si a nobis propter vetustatem non vsurpandus. Nonius de mutatis coniugationibus ostendit, veteres nonnullos ita locutos esse. VICTOR. Loca Nonii sunt in *Possetur*, *poteratur*, et *potestur* 10, 30, 33 et 34.

154 AD SVMMVM -- PERTVNDITO) Credo pertusum fuisse duabus minimum partibus oppositis, vt appareret, an aequata ad libellam superficies esset, situsque, vt cum Mathematicis loquamur,

qua fini culleum capiet, pertundito [h]. id in ſuggeſtu, inter dolia poſitum habeto, vti [i] in culleum, de [k] eo vinum ſalire poſſit. id impleto [l]. poſtea obturato [m].

CLV. [CLVI.] PER hiemem aquam de agro depelli [a] oportet. In monte foſſas inciles [b] puras [c] habere oportet. Prima autumnitate [d] cum puluis [e] eſt, tum maxime ab aqua periculum eſt. Cum pluere incipiet, familiam cum ferreis, ſarculiſque [f] exire oportet [g], incilia aperire, aquam diducere [h] in vias, et ſegetem curare oportet, vti fluat. In villa cum pluet, circumire [i] oportet, ſicubi perpluat, et [k] ſignare carbone, cum deſierit pluere, vti tegula mutetur. Per ſegetem in frumentis, aut in ſegete, aut in foſſis ſicubi aqua conſtat [l], aut aliquid aquae obſtat, id emittere, patefieri, remouerique oportet.

CLVI. [CLVII.] [DE braſſica quod concoquit] Braſſica eſt, quae omnibus oleribus antiſtat [a]. eam eſto vel coctam, vel crudam. crudam ſi edes [b], in acetum intinguito [c]. mirifice concoquit. aluum bonam facit, lotiumque. ad omnes res ſalubre eſt. Si voles in

h) *praeſignato, id in dolium paulatim demittito, vti in eo de fiſtula vinum ſalire etc. I. I-G.* i) *hoc* inſ. *I. B. R.* k) *derouinum* iunct. *P. de ea vinum I. B. R. de quo Vict.* l) *vſque dum ſignum tangat.* inſ. *I. I-G.* m) *obthurato I. I. Ba. st. Id in ſuggeſtu inter dolia poſitum ſeruato* add. *I. I-G.* [C. CLV.] a) *depellere a. V. praeter Iunit.* b) *pellere* inſ. *P.* c) *plures I. I-G.* d) *auctumnitatem Ienſ. autumnitatem P.* e) *pluuius I. B. R.* Bth. *pluuia Ba-G.* f) *ſarculis* remoto praeuio, *a. V.* g) *et* inſ. *I. I-G.* h) *deducere I. B. R.* i) *circuire a. V.* k) *vbi pluerit, tegulam* inſer. *I. I-G.* l) *conſiſtat a. V.* [C. CLVI.] a) *anteſtat Heru.* b) *edas a. V.* c) *intingito I. B. R. intingito I. I-G.*

mur, horizonti parallelus. Haec foramina itaque notabant exacte modum cullei.

154 VTI IN CVLLEVM DE EO) Obſcurauerat hunc locum *ei quo* poſita pro *eo*, quae vox ipſius etiam Pol. praeſidio nititur. Quid enim eſt *derouinum*, niſi *de eo vinum?* quam facilis elementorum *e* et *r* permutatio? In ſuggeſtu ponitur labrum, vti *in culleum* ſubiectum emtoris *de eo* labro fiſtulae ope *vinum ſalire poſſit. Id* culleum (Varr. 1, 2, 7) ſeu vas culeare *impleto, poſtea obturato* labrum inſtar infudibili pertuſum, ope eiuſdem fiſtulae, vt denuo infundi poſſit vinum. Ita credo, a quouis intelligitur Catonis oratio. Verum aliquis aſſecutus ſit, quomodo adhuc edita fuit, non dixerim. Illud ſatis apertum, lectionem I. I-G. ab aliquo interpolatore eſſe, qui obſcuram Catonis orationem ita clariorem reddere voluit.

155, 1 FOSSAS INCILES) *Incile* eſt inſculptum aut excauatum a verbo *caelo.* Vide Nonium 2, 430. Gloſſae apud Barthium Adu. 28, 19 *Incilla foſſa, quae fit ad aquam deriuandam in via.* SCHOETTG. Eadem nota ſignatum nomen, qua *ancile*, de quo Varro de L. L. 6 p. 73 *Ancilia dicta ab anciſu.*

155, 1 CVM PVLVIS EST) Legendum ex V. C. *Cum pluuia eſt.* Vt monui etiam Critici mei 7, 13. MEVRS. At ego multum vidiſſe puto optimum ſenem, Victorium. Quid enim? an ignoraſſet quiſquam, niſi Cato monuiſſet, tum periculum eſſe ab aqua, cum pluuia eſt? Quin periculum eſt ab aqua, (quae alia hic intelligi non poteſt, quam pluuia) tum maxime, cum puluis eſt, quod poſt aeſtiuos calores prima auctumnitate magis, quam vllo tempore anni accidit; quia aqua ſubito ingruens locis decliuibus puluerem ipſum facile amolitur, et eluuione nocet, agroſque ſupremo nudat corio. Huic rei occurritur incilibus foſſis, quarum ope aut deriuatur aqua, aut impetus certe decurrentis frangitur.

155, 2 SICVBI PERPLVAT) Plautus Moſtell. 1, 2, 30 *Venit imber, lauit parietes, perpluunt tigna, putrefacit aer operam fabri.* SCHOETTG.

155, 2 ET SIGNARE CARBONE) V. C. auctior: *Et vbi pluuerit, tegulam ſignare* etc. Quae verba cur eiici debeant, cauſam equidem comminiſci nequeo. MEVRS. Neque hic laudem Critici meruiſſe videtur vir alias doctiſſimus.

155, 2 PER SEGETEM) Notat ſimpliciter tempus, quod pluuium eſſe ſolet: *frumenta* enim condita intelligi apertum eſt.

156, 1 DE BRASSICA) Agunt de ea Plinius 20, 9. Apuleius de herbis c. 127. Macer de viribus herbarum c. 37. quos cum noſtro conferre poterit, cui volupe eſt. SCHOETTGENIVS. Reiectis capitum 153—156 indicibus, huic aliud argumentum de vetuſtis editionibus afferrem, idque capiti principium imponerem: *Medicamenta braſſicae: Braſſica eſt.* PONTED. Vereor, ne quatuor prima verba lemma ſint ſemibarbari hominis, quo reſpexit ille verba Catonis, quae mox ſequuntur, *mirifice concoquit.* Caeterum ad hunc locum etiam reſpicit Plinius 19, 4 ſ. 19. n. 3. *Hortorum Cato praedicat caules*, et 19, 8 ſ. 41 *Cato braſſicae miras canit laudes.*

156, 1 LOTIVMQVE AD OMNES RES SALVBRE EST). vid. v. g. 157, 10. et 11.

In conuiuio multum bibere, coenareque libenter, ante coenam esto crudam quantum voles ex aceto. et item, vbi coenaueris, comesto aliqua [d] V. folia, reddent te quasi nihil
2 ederis [e], biberisque [f], bibesque quantum voles. Aluum si voles deiicere superiorem, sumito [g] brassicae quae leuissima erit, P. [h] IIII. inde facito manipulos aequales tres, colligatoque. postea ollam statuito cum aqua. vbi occipiet feruere [i] paulisper, dimittito [k] vnum manipulum, feruere desistet. Postea vbi [l] occipiet feruere, paulisper dimittito [m]
3 vsque [n] admodum dum quinquies [o] quinque numeres. tum [p] eximito. Item [q] facito alterum manipulum, item [r] tertium, postea conicito [s] et [t] contundito. item eximito, in linteum exugeto [u] succum, quasi heminam, in pocillum fictile. eo indito salis micam quasi eruum, et cumini [x] fricti tantum quod oleat. postea ponito pocillum in sereno
4 noctu. Qui poturus erit, lauet calida [y], bibat aquam mulsam, cubet incoenatus. Postea mane bibat sucum, deambuletque horas IIII. agat [z], negotii si quid habebit [a]. Vbi libido veniet nauseae [b], eumque [c] apprehendet [d], decumbat, purgetque sese. tantum bilis, pituitaeque eiiciet [e], vti ipse miretur, vnde tantum fiet. Postea vbi deorsum [f] versus ibit, heminam, aut paulo plus bibat. Si amplius ibit [g], sumito farinae minutae con-
5 chas duas, infriet in aquam, paulum bibat, consistet [h]. Verum quibus tormina molesta erunt, brassicam in [i] aquam macerare oportet. vbi macerata erit, coniicito in aquam calidam, coquito vsque [k] donec ea [l] commadebit bene. aquam defundito. postea salem addito [m], et cumini [n] paululum, et pollinem polentae [o]. eodem addito et oleum, postea
6 feruefacito. infundito in catinum, vti frigescat. eo [p] interito, quod volet, cibi postea edit.

d) *aliqua. Vbi folia I. B. R. alia quinque I. I-G.* e) *ederes P.* f) *biberisque* abest *P.* g) *cymam* inser. *I. I. Ba. A. Gr. G. symam Heru.* h) *pe. Iuntt.* i) *feruere, paulisper d.* omnes omnino. k) *demittito I. B. R.* l) *vbi* abest *I. B. R. vbi iterum I. I-G. Po. 2.* m) *demittito I. B. R.* n) *vsque* abest *Pol.* o) *quinquies* abest *P. I. B. R.* p) *tum* om. *P.* q) *et ita* praeced., *I. I-G.* r) *et item I. I. Ba. A. Gr. G. et iterum Heru.* s) *eximito et contundito et per linteum etc. I. I-G.* t) *et* abest *I. B. R.* u) *exuggito I. B. R. exugito Po. 2.* x) *cymini triti quantum oleat a. V.* y) *caluda P.* z) *et agat I. I-G.* a) *habet a. V.* b) *nausieae P.* c) *et I. B. R. eumque* om. *P.* d) *apprehendat Pol. 2.* e) *eiciet P.* f) *deoritum Pol. 1. dormitum* aut *deorsum Pol. 2. decoritum I. B. R.* g) *bibis Pol. 2.* h) *constituet I. B. R.* i) Verba: *in aquam macerare oportet vbi macerata erit, coniicito* bis adsunt Iuntt. k) *vsque dum a. V.* l) *ea* abest *P.* m) *addito* abest *I. I-G.* n) *cymini Heru.* o) *polentae, et oleum eodem addito, deinde iterum feruefacito I. I-G.* p) *cyminum* inser. *I. I-G.*

156, 1 SI VOLES – BIBERE) Vid. Varr. 1, 2 extr.

156, 1 ALIQVA V FOLIA) Sic in Mss. non *alia* vt in excusis. Apud Varronem quoque lib. 1. vbi hoc praeceptum Catonis iisdem verbis repetitur, in antiquis exemplaribus ita scriptum inueni. VICTORIVS. Ita habetur in VV. CC. non vt in vulgatis, *alia*, et ita alibi Cato in originibus apud Nonium locutus est. *Faciendum*, inquit, *vt quadringentos aliquos milites ad verrucam illam* etc. VRSINVS. V. C. *alia*. Inepte. Elegans hoc loquendi genus, et Scriptoribus Classicis non infrequens. E multis vnum Apuleium citabo, Milef. 2. *Quo placito ocyter surrexit, et ad aliud me cubiculum induxit. Ibi corpus splendentibus linteis coopertum, introductis quibusdam septem testibus manu reuelat.* MEVRS.

156, 2 ALVVM SI VOLES) Auctior V. C. A. f. v. *deiicere, superiorem sumito cymam brassicae* etc. Et istam genuinam huius loci lectionem existimauerim. Est autem *Cyma* in brassica delicatior quidam et tenerior cauliculus, teste Plinio 19, 8. IDEM. Caue distrahas *aluum superiorem*. De ventriculo per vomitum leuando agit Cato.

156, 2 QVINQVIES QVINQVE NVMERES) Vide mihi simplicitatem hominum, quibus praecipit Cato, et quam ad eam Vir magnus praecepta accommodet.

156, 3 IN LINTEVM EXVGETO) h. e. per linteum exprimito, Turn. 10, 19 monet non deesse, qui legant *exurgeto*, quod sane commodius, nec inusitatum Catoni.

156, 3 CVMINI FRICTI) Vetus lectio *fricti*, non *triti*, vt habent impressi. Varro de re pecuaria, inquit, *Triticum frictum dari oportet*. Horatius de arte poetica: *Nec si quid fricti ciceris probat, et nucis emptor.* VICTOR.

156, 5 VSQVE DONEC) Vetus lectio: *Vsque doc ec*; emendaui *vsque donec*, quo aduerbio antea etiam hoc in libro M. Cato vsus est. VICTORIVS.

156, 6 QVOD VOLET CIBI POSTEA EDIT) Hic

edit [q]. sed si poterit solam brassicam esse, edit [q]. Et si sine febre erit, dato vini atri duri. Aquae [r] tum bibat quam minimum. Si febris [s] erit, aquam. Id facito [t] quotidie mane. Nolito multum dare, ne pertaedescat [u], vti possit porro libenter esse. Ad eundem modum viro et mulieri, et puero dato. Nunc de illis [x] quibus aegre lotium it, quibusque substillum est. Sumito brassicam, coniicito in aquam feruentem, coquito paulisper, vti subcruda fiet. postea aquam defundito [y] non omnem. eo addito oleum bene [z], et salem, et cumini [a] paululum inferuefacito paulisper, postea inde [b] iusculum frigidum sorbere, et ipsam brassicam esse oportet [c]. vti quam primum excoquat [d], quotidie id facito.

CLVII. [CLVIII.] PRINCIPIVM [a] te cognoscere oportet, quae [b] genera brassicae [c] sint, et cuiusmodi naturam habeant [d] omnia. Ad salutem temperat, commutatque [e] sese semper cum calore [f], arido, simul [g] humido [h], et dulci, et amaro, et acri [i]. Sed

q) *edat a. V.* r) *Aqua Pol.* s) *febres Pol.* t) *continuo* interser. *a. V.* u) *pertedescat I. B. R.* x) *bis I. B. R. iis I. I-G.* y) *deffundito P. diffundito I. B. R.* z) *bene* abest *a. V.* a) *cymini a. V.* b) *inde* omitt. *I. B. R.* c) *oportet* abest *I. B. R.* d) *excoquatur I. B. R.* [C. CLVII.] a) *De Brassica Pythagorea, quid in ea boni sit, salubritatisque principium I. I-G. De brassica - - - - sit salubrisque. Principium Po. 2. Quid in brasica Pythagorea boni sit, salubritatisque: principio W. Principio* etiam *I. B. R.* b) *quot a. V. quot et quae W.* c) *brasicae W.* sic per totum hoc caput. d) *habeant. Omnia ad I. B. R. W. omnia* deest *I. I-G.* e) *commoenatque Pol. commeatque I. B. R. commiscetque W. comesta I. I-G. commoetatque, Al. Po. 2.* f) *et rigore* inser. *I. I-G.* g) *et* ins. *W. I. I-G.* h) *humidu P.* i) *acris P. acro W. et leni* insuper add. *W.*

Hic etiam bis *Edit* pro *Edat* posuisse Cato videtur, quemadmodum antea admonuimus. Sequenti etiam capite bis facit. Quare totiens in fidelissimis Codicibus a nobis inuentam locutionem, quamuis inusitatam, non debuimus repudiare. IDEM. Idem probat Meursius aduocato Nonio, cuius locus est 9, 18 p. 507. Merc.

156, 7 QVIBVSQVE SVBSTILLVM EST) Periphrasis στραγγουρίας. Glossae Graecae: στραγγουρία, culbitio, substillatio. στραγγουριῶ, culbo, substillo. Latinae: *Substillat*, στραγγουριᾷ. Metaphora sumta a pluuia aut incipiente, aut desinente: nam id tempus veteres *substillum* appellabant. Festus: *Substillum antiqui appellabant tempus ante pluuiam iam paene vuidum, dum et post pluuiam non persiccum iam stillaret, aut nondum desiisset.* Lego *p. vuidum et post pluuiam non persiccum, dum iam stillaret, aut* etc. MEVRSIVS. In Daceriana legitur, *iam paene vuidum, et post pl. n. persiccum, quod iam stillaret* etc.

157 DE BRASSICA PYTHAGOREA QVID IN EA BONI SIT SALVBRITATISQVE.) Hoc est in nonnullis editis libris capitis argumentum, quod Aldus et Iunta inter Catonis verba receperunt, sed (quantulacunque est mei iudicii summa) titulus est; nam quae sequuntur recte eo sublato intelligi possunt. Quanquam et vt titulus improbandum videtur, cum apud Iensonium et Bruschium alia eademque accommodatior capiti apposita sit epigraphe: *Quot brassicae genera, et quae natura.* Ex quibus perfecte intelligimus, in codicibus, quibus ii vtebantur, illa de *brassica Pythagorea* non extitisse. Praeterea caput in ipsorum libris hoc modo incipit: *Principio te cognoscere oportet, quot genera brassicae sint.* PONTED. Illud vnum iuuat adiicere, antiquum quidem et eruditum lemma videri, quod huic capiti praefixum fuit; Catonis non videri. Abstinuit ille in hoc libro ab omni eruditione Graeca; (de vocibus iam mox monebit Victorius) siue quod eam nondum attigisset, siue quacunque alia de causa. Vix igitur arbitramur, Pythagorae mentionem hic fuisse facturum, a quo caeteroquin Plinius non parcius, quam a Catone, celebratam esse brassicam, refert 20, 9 s. 33.

157, 1 PRINCIPIVM TE COGNOSCERE OPORTET) Multa hic diuersa ab communi lectione in antiquis libris inuenimus. Prima haec pars cum fide inde in nostrum codicem translata: quam tamen, quia mendosam arbitrati sumus, nota adposita signauimus. Nihil autem erat, quod communi peruulgataque lectione delectaremur: eruditiores hoc etiam videbunt. Vnum tantum modice variauimus; pro *commutat* enim, in antiquis *commoetat*, eadem ratione, vt arbitror, qua *moerorum* etiam pro *murorum* vetuste dictum fuit. Vnum igitur hoc variaui, atque id etiam notum facere volui: cupio enim si non doctrinam, fidem meam probari. VICTOR.

157, 1 AD SALVTEM TEMPERAT) Auctior multo, et melior vetus Codex. *Ad salutem temperat comesta sese semper cum calore et rigore arido, simul et humido.* Nisi quod τὸ *sese* delendum, vt natum ex triplicatione primae syllabae vocis sequentis. MEVRS. Haec *ad salutem — brassica*, neque vetusta, neque Catoniana mihi videntur. PONTED.

Sed quae vocatur * [k] feptem [l] bona in [m] commixturam, natura [n] omnia haec habet braffica. Nunc vti cognofcas naturam [o] earum, prima eft [p], leuis quae nominatur [q]. ea [r] eft grandis [s], latis foliis, caule magno: validam [t] habet naturam, et vim magnam habet.
2 Altera eft crifpa, apiacon [u] vocatur. haec eft natura [x] et afpectu bona ad curationem.
3 validior [y] eft, quam quae fupra fcripta eft [z]. Item eft tertia, quae lenis [a] vocatur, minutis

k) σελινοειδὲς infer. *I. I-G.* relictum erat fpatium *P. I. B. R.* fpatii nihil relictum *W. Po. 2.* Trill. Obf. p. 466. coniicit: *quae vagantur feptem bona incommixta.* l) *femper bona W. haec feptem habet bona I. I-G. feptembona* iunct. *M. Po. 2.* m) *incommixturam* iunct. *P. in commixta W. incommixta* iunct. *P. in comeftura I. I-G.* n) *natura omnia haec habet braffica* defunt *I. I-G. natura habet haec omnia. Braficae nunc W.* o) *genera I. I-G.* p) *eft leuis, quae a. V.* q) λεία add. *a. V.* praeter Pol. et Ienff. quae fpatium reliquerunt. r) *ea eft* deeft *I. I-G.* s) *grandibus et I. I-G.* t) *haec* inf. *I. I-G.* u) *apia I. B. R. apia connecatur Pol. quae a fimilitudine apii σελινοειδὲς vocatur I. I-G.* eadem ferme verba in marg. *I. B. R.* nifi σελινὶς pro σελινοειδὲς. x) *et afpectu et natura I. I-G. afpera et natura bona etc. I. B. R.* y) *validior. que a. V.* z) *eft* omitt. *I. B. R.* a) κράμβη *I. I-G.* fcripta erat eadem vox ad marginem *I. B. R.*

157, 1 SED QVAE VOCATVR SEPTEM BONA) Graeca verba ex toto hoc capite fuftuli, multis rationibus, vt hoc facerem, adductus. In manu primum fcriptis codicibus illorum veftigium nullum; quomodo has aut illas res natio Graecorum appellaret, numquam in hoc libro oftendiffe Catonem animaduerti: neque hoc ad fe pertinere exiftimaffe. Praeterea apud Plinium, quo loco praecepta Catonis de braffica exponit, Graeca verba non leguntur: fed iis vtitur latinis Plinius; quae ego in antiquis libris a me inuenta hic repofui. Poffent alia huiufcemodi argumenta a nobis adferri, fed extremum hoc firmiffimum puto lib. 19, [c. 8 f. 41 pr.] *Sed Cato brafficae miras canit laudes, quas in medendi loco reddemus. Genera eius facit tria, vnam extentis foliis, caule magno: alteram crifpo folio, quam Apianam vocat; tertiam minutis caulibus, lenem, teneram, minimeque probat.* Item 20, 9, quem locum antea demonftraui. Quomodo igitur, fi Cato Graecis nominibus genera brafficae diftinxiffet, illa reticere potuit Plinius? Additas Graecas voces arbitror a recentioribus nonnullis, qui operae pretium fe facere cenfuerunt, fi locum locupletarent, et quae apud alios Auctores inuenerant, huc etiam inculcarent. VICTOR. Locus eft fine dubio deprauatus. Ad quem emendandum, quando nihil aliud praeftare poffumus, indicabimus faltem, quomodo legatur in duobus apud me veteribus libris. *Quae vocatur Septembrina in commixtura: nam omnia haec habet braffica. Nunc vti cognofcas naturam earum etc.* paullo poft in VV. CC. pro *bis die calida foueto*, fcriptum eft *bis die aqua calda foueto*, et *calda* antiquos dixiffe pro *calida*, conftat ex veteribus monumentis. VRSINVS. Locus corruptus, et quem non iniuria ftigmatiam feceris; nifi *Septembona* fit herba, quae cum aliis herbis commifta, feptem habeat bona, quae braffica natura fua. An vero intelligit panaceam? de cuius multiplici virtute Plinius et alii. Nihil affirmo. POPMA. Totum hunc locum foediffime interpolatum reftituam ex vetere meo laudatiffimo codice. *Sed quae vocatur σελινοειδὲς, haec feptem habet bona in commiftura.* Reliqua illa, *natura omnia haec habet braffica*, recte abfunt ab eodem. MEVRSIVS. Victoriana obferuatio Graecae appellationi locum vix reliquit. Lacunam inde ortam puto, quod poft *vocatur* nomen brafficae omiffum putaret aliquis. Porro enumerantur *feptem* hic *bona* vel dotes medicae, quibus ad *temperandum* vel *commutandum* ftatum valetudinis opus eft, fi vel cum I. I-G. poft *calore* inferas *et rigore*, vel cum Wrat. quod tamen minus placet, poft *acri* adiicias *et leni*. Quidfi igitur legamus: *Sic quae vocantur feptem bona in commixturam, natura omnia haec habet braffica,* q. d. Cum feptem fint facultates medicamentorum fimplicium, quae fingulae fere fingulis infunt, commifcendis proinde, fi res ita ferat: eas vniuerfas fimul praeftat braffica, digna ideo, quae vniuerfalis medicinae locum fubeat. Nifi vera eft haec emendatio, at immodefta non eft; cum nihil aliud, quam pro *fed* ponat *fic*, et in *vocantur* litterulam vnam inferat: quod in loco relicto licere puto.

157, 2 ALTERA — VOCATVR) Veterem fcripturam conferuaui, quam tamen fufpectam habeo. Apud Plinium *Apianam* vocaffe hanc Catonem legitur: in manu tamen fcripto Plinio *Apiacam* inueni. Si rectum effe cenfuerint periti viri, poterunt cum Plinio hic *Apianam* legere: ipfe nihil temere immutare volui. VICTOR. V. C. aliter longe, et recte. *A. e. crifpa, quae a fimilitudine apii, σελινοειδὴς vocatur.* Plinius ftabilit lib. 20, 9 *Crifpam, quam σελινοειδῆ vocauerunt, a fimilitudine apiam foliorum.* Vulgatam autem lectionem tueri videtur alter eiufdem Plinii locus 19, 8 *Cato brafficae miras canit laudes, quas in medendi loco reddemus. Genera eius facit tria: vnam extentis foliis, caule magno: alteram crifpo folio, quam apianam vocat.* Qui me extricem? aperte ecce ait Catonem iftam crifpam apianam vocare. Sane non poffim, nifi legi deberet, *quam apianam vocant.* Praeterea *apiacam* etiam fcribo, non *apianam.* MEVRS.

157, 3 ITEM EST TERTIA, QVAE LENIS VOCATVR, MINVTIS CAVLIBVS, TENERA) Aliter longe V. C. *l. e. t. quae κράμβη vocatur,*

nutis caulibus, tenera [b], et acerrima [c] omnium est istarum, tenui succo vehementissima.
Et primum scito, de omnibus brassicis nulla est illiusmodi medicamentosior [d]. Ad [e] 3
omnia vulnera, tumores eam contritam imponito. Haec omnia vlcera purgabit, sanaque faciet sine dolore. Eadem tumida concoquit, eadem erumpit. eadem vulnera putida [f], canceresque purgabit, sanosque faciet, quod medicamentum aliud [g] facere non potest. Verum prius quam id imponas, aqua calida multa lauato. Postea bis in die contritam imponito. Ea omnem putorem adimet [h]. cancer ater [i], is olet, et saniem spurcam mittit. albus [k] purulentus est. sed [l] fistulosus [m] subtus suppurat sub carne.
In ea vulnera huiuscemodi teras [n] brassicam, sanum [o] faciet [p]. optima est ad huiuscemo- 4
di [q] vulnus [r]. Et luxatum si quod est, bis die aqua [s] calida [t] foueto, brassicam tritam opponito [u], cito sanum faciet. Si [x] bis die apponitur, dolores auferet [y]. et si quid contusum est erumpet. si [z] brassicam tritam apposueris [a], et sanum faciet: et si quid in
mammis vlceris natum, et carcinoma, brassicam tritam opponito [b], sanum faciet. Et si 5
vlcus acrimoniam eius ferre non poterit, farinam hordeaceam misceto, ita opponito [c]. Huiuscemodi [d] vlcera omnia haec sana [e] faciet: quod aliud medicamentum facere non potest, neque purgare. Et puero, et puellae si vlcus erit huiuscemodi, farinam hordeaceam addito. Et si voles eam [f] confectam, lautam, siccam, sale, aceto sparsam esse [g],
salubrius nihil erit [h]. Quo libentius edas, aceto mulso spargito, mentam [i] siccam, et 6
rutam, coriandrum sectam, sale sparsam paulo libentius edes. Id bene faciet, et mali nihil sinet in corpore consistere, et aluum bonam faciet. Si quid antea mali intus erit, omnia sana faciet. De [k] capite, et de oculis omnia deducet, et sanum faciet. Hanc
mane esse oportet ieiunum. Et si bilis atra est, et si lienes turgent, et si cor dolet, et 7
si iecur

b) *tenuioribus foliis, et etc. I. I-G.* c) hic punct. inf. *I. B. R., I. I-G.* d) *medicamento I. B. R. medicamentum M. Po. 2.* e) *Ad omnes tumores ad omnia vulnera eam a. V.* f) *putrida cancrosque a. V.* g) *aliud* abest P. h) *si* inf. *I. I-G.* i) *est* inf. *I. I-G.* k) *si albus I. I-G.* l) *sed si I. I-G.* m) *et* inf. *I. B. R.* n) *tere a. V. taetras brassica Pol. 1. tetras etc. Pol. 2.* o) *sanam Iunt.* p) *nam* inf. *I. I-G.* q) *huiusmodi a. V.* r) *vulnera I. I-G.* s) *aqua* abest *a. V.* etiam *M. Po. 2.* t) *calda M. Po. 2.* u) *apponito I. I-G.* x) *Bis die id opponito I. B. R.* y) *aufert I. B. R.* z) *si* abest *I. B. R.* a) *opponito: sanum I. B. R. apposueris, et M. Po. 2.* b) *apponite Iunt. apponito Ba-G.* c) *apponito I. I-G.* d) *Huiusmodi a. V.* e) *sanum facet P.* f) *esse,* inf. *I. I-G.* g) *esto I. I-G.* h) *est P.* i) *lautam P.* k) *Et de P.*

catur, minutis caulibus, foliis tenuioribus, et acerrima etc. Plinius affirmat lib. 20. cap. 9. *Tertia est proprie appellata crambe, tenuioribus foliis, et simplicibus densissimisque* etc. Tamen vulgatam idem videtur defendere lib. 19. cap. 8. *Tertiam minutis caulibus, lenem, teneram, minime probat.* Sed sciendum est eum παραφράζειν, nec propriis Catonis verbis omnia loca exprimere. IDEM.

157, 2 NVLLA EST ISTIVSMODI MEDICAMENTOSIOR) In antiquissimis libris *Medicamento*, quod tamen reliquimus. Id etiam propter librorum fidem adnotare voluimus. VICTOR. *Medicamento* longe potius reputabimus, interpretantes, brassicam, quae lenis dicitur, quamuis vehemens sit atque acris, si cum apianae siue crispae conferatur vi, nullam esse, nempe inualidam nulliusque momenti. PONTED. Praefert *medicamento* etiam Fruter. Verif. 2, 21. Grut. To. 2. p. 871.

157, 3 VVLNERA PVTIDA CANCERESQVE) Prisca haec lectio, vbi in excusis *putrida et putrescere:* in antiquis libris *putida* et *putescere* inueni. Docet Priscianus libro V vetustissimos etiam *hoc Cancer*, de morbo protulisse. VICT.

157, 3 CANCERESQVE PVRGABIT) V. C. *Cancrosque p.* Sed vtroque modo efferebant Latini, quamuis illud magis veteres. Arnobius antiquitatis studiosissimus lib. 1: *Et illi haud aliter contumaciam canceris saeui ad subeundam cicatricem circumscriptis euagationibus compulerunt.* Et Lucretius aliique. Itaque e Catone non temere eiecero. MEVRS.

157, 4 TERAS BRASSICAM) Mendose in antiquis: *Taetras brassicae.* VICT.

157, 4 SI QVID CONTVSVM) Reposito *conclusum* pro *contusum*, emendabimus Plinium de Catone excerpentem: *Sic etiam fistulas elaxatas et tumores euocari, quaeque discuti opus sit.* nemo enim non videt *elaxatas* esse debere *et luxata*. PONTED.

157, 6 MENTAM SICCAM) Omisit Cato, an librarius? vocem *addito* aut similem.

ſi iecur [l], aut pulmones, aut praecordia, vno verbo omnia ſana faciet [m], intro [n] quae
dolitabunt. Eodem ſilphium [o] inradito, bonum eſt. nam [p] venae omnes, vbi ſufflatae
ſunt ex cibo, non poſſunt perſpirare in toto corpore. inde [q] aliqui [r] morbus naſcitur.
vbi ex multo cibo aluus non it, proportione [s] braſſica ſi vteris, (id [t] vt te moneo) ni-
hil iſtorum vſu veniet morbis [u]. Verum morbum articularium [x] nulla res tantum [y] 7
8 purgat, quantum braſſica cruda, ſi eam [z] edes cum ruta et coriandro conciſam. Sic [a]
et laſerpitium inraſum [b] cum braſſica ex aceto oxymelli [c], et ſale ſparſa. Hac ſi vteris,
omnes articulos [d] poteris experiri [e]. Nullus ſumptus eſt: et ſi ſumptus eſſet, tamen
valetudinis [f] cauſa experirer [g]. Hanc [h] oportet mane ieiunum eſſe [i]. Omnis qui in-
ſomnioſus eſt, hac eadem curatione ſanum facies. Verum aſſam braſſicam, et vnctam
caldam [k], ſalis paulum [l] dato homini ieiuno. quam plurimum [m] ederit, tam citiſſime [n]
9 ſanus fiet ex eo morbo. Tormina quibus moleſta erunt, ſic facito: braſſicam macerato
bene, poſtea in aulam [o] coniicito [p], deferuefacito bene. vbi cocta erit bene, aquam de-
fundito. eo addito oleum bene, et ſalis paululum [q], et cuminum, et pollinem polentae.
Poſtea

l) iecora I. B. R. m) facit. Et I. B. R. n) quae intro I. I-G. o) ſilfium I. B. R. p) Cum I. I-G. q) vnde aliquis I. B. R. r) morbi naſcuntur I. I-G. s) pro portione diuiſ. *a. V. t) vti se I. I-G. u) et morbus I. B. R. ex morbis I. I-G. x) articularem I. I-G. y) tam purgat, quam P. z) edes conciſam: et rutam et coriandrum conciſam ſic I. B. R. coriandrum P. a) ſic tum et ſirpicium in raſum et braſſica P. b) in ſalſa ex braſſica et aceto I. B. R. c) oxymeli P. oximelle I. B. R. d) articularios I. B. R. articulares morbos I. I-G. e) expellere a. V. f) valitudinis I. B. R. g) experirus Pol. 1. experiri Pol. 2. experiturus M. Po. 2. h) eam a. V. i) eſſe omnis vel ſi quis eſt ſeniſos Pol. Senios Pol. 2. k) calidam I. B. R. l) pauſulum a. V. m) Quamplyrimam omnes excepto Pol. n) citiſſimum I. B. R. o) aullam I. I. Ba. A. p) coigito P. deiicito I. B. R. q) pauſum a. V.*

157,7 NIHIL ISTORVM -- MORBIS) Parum abeſt, quin veram putem lectionem I. I-G. vltima ſyllaba vocis *veniet* τῳ *ex*, quae ſequebatur extriuiſſe poteſt. Certe conſtructio laborare videtur, ſi *morbis* retineas: *et morbus* I. B. R. non multum ab *ex morbis* diſtat.

157,7 VERVM MORBVM ARTICVLAR.) Vetuſta lectio, *Articularium*. Plinius: *Podagras etiam, morbisque articulariis.* VICTOR. V. C. *Articularem*; ſed etiam ſecunda declinatione inflexerunt. Gloſſae: ἀρθριτικὸς, *articularius.* MEVRSIVS.

157,8 OMNES ARTICVLOS POTERIS EXPERIRI) Optime V. C. *Omnes articulares morbos poteris expellere.* Agit enim Cato de eorum morborum remedio. IDEM. Iuuat a veteribus recepiſſe *articularios*, qua voce etiam Plautus vtitur:

Nec podagricus neque articularius eſt, quem rus ducunt pedes.

Hoc ab Ienſonio recepto, a poſterioribus deſumerem *experiri* pro *expellere*, quod eſt liberare, expedire, ceu illud Plautinum:

C. *Vin me experiri?* L. *Volo.* C. *Mercedem mihi dato.* PONTED.

Ego vero putauerim, loqui Catonem de experimento articulorum in digitis, praeſertim vulgo vſitato, qui trahuntur intorquenturue ad eum finem, dum crepitum edant. Quod quidem arthriticus ne tentare quidem auſit.

157,8 TAMEN -- EXPERIRER) Receptam lectionem retinui; veterem nunc omnibus exponam, corruptam illam quidem, e qua tamen vera fortaſſe lectio induſtria eruditorum erui quandoque poſſet: *Tamen valetudinis cauſa experirus, hanc oportet* etc. VICTOR. V. C. *experires*. Vnde ſcribo: *experirere*. vna littera amplius. Et eam veram eſſe lectionem non ſim veritus praeſtare. MEVRS. Vltimum Victorius prodidit, vetuſtiſſima ſcriptura ſe inueniſſe *experirus*, quod interpretor *experitus*; quippe apud priſcos non *expertus*, vt politiora ingenia poſtea contraxerunt, in vſu fuiſſe indicat cum *experitus* et *imperitus*, cum apud Feſtum id ipſum *experitus*. Et quoniam, qui experimentum facit, aliquid in id, quod conniti- tur, impendit, quid experiri, impendere eſt, vt aliquid conſequamur. Neque vero aliam eſſe Catonis ſententiam colligere poſſumus, dummodo allata verba paulo diligentius ordinentur: *Nullus ſumtus eſt, et ſi ſumtus, eſſet tamen valetudinis cauſſa experitus.* PONTED.

157,8 OMNIS QVI INSOMNIOSVS EST) Vetus lectio: *Omnis, vel ſi quis eſt ſenioſus.* Plinius, quod receptam lectionem adiuuat, *Inſomnia etiam, vigiliasque ſoluere decoctam.* Communem igitur retinui. VICTOR. Vetuſta lectio: *Omnis vel ſi quis ſenioſus* Non *ſomnioſus*? qua voce vtitur Plinius 28, 40 *ſomnioſos fieri, lepore ſumto in cibis, Cato arbitrabatur.* Idem de Catonis quoque ſententia *braſſicam inſomniis mederi et vigiliis* 20, 9 refert. PONTED. Eſt igitur *inſomnioſus*, quem inſomnia vexat, i. e, inſomnes noctes. Qui morbus

Poftea ferue [t] bene facito. vbi feruerit [s], in catinum indito. dato edat [t], fi poterit, fine
pane; fi non, panis [u] parum ibidem madefaciat. Et fi febrim non habebit, dato [x] vi-
num atrum [y] bibat. cito fanus fiet [z]. Et hoc, fi quando vfus [a] venerit, qui [b] debilis 10
erit [c], haec res fanum facere poteft [d]. braffıcam edit ita, vti S.[e] S.E. Et hoc amplius.
lotium conferuato eius, qui braffıcam efitarit [f]. id calfacito. eo hominem demittito [g],
cito fanum faciet [h] hac cura. expertum hoc eft. Item pueros pufillos, fi laues eo lotio,
nunquam debiles fient. Et quibus oculi parum clari funt, eo lotio inungito, plus vide-
bunt. Si caput aut ceruices dolent, eo lotio caldo lauito, definent dolore [i]. Et fi mu- 11
lier eo lotio locos fouebit, nunquam ii [k] virofi fient. et fouere fic [l] oportet: vbi in
fcutra [m] ferueféceris [n], fub fellam fupponito pertufam. eo mulier affidat, operito [o], cir-
cum veftimenta eam dato. Braffıca erratica maximam vim habet. eam arfacere [p], et 12
conterere oportet bene minutam [q]. Si quidem purgare voles, pridie ne coenet [r], mane
ieiuno dato braffıcam [s] tritam, aquae cyathos IIII. Nulla res tam bene purgabit, ne-
que elleborum [t], neque fcamoneum [u], et fine periculo, et fcito falubrem effe corpori.
Quos diffidas fanos facere, facies. Qui hac purgatione purgandus [x] erit, fic eum cu- 13
rato: forbitione liquida hoc per dies VII. dato. vbi effe volet, carnem affam [y] dato. fi
effe non volet [z], dato braffıcam coctam, et panem, et bibat vinum lene [a] dilutum, lauet
raro,

r) *bene ferue facito a. V.* s) *ferbuerit I. I-G.* t) *edit P.* u) *dato panem I. B. R. dato pane purum Pol.* x) *vt* inf. *I. I-G.* y) *acrum P.* z) *fiet I. B.* a) *vfu I. I-G.* b) *vt quis I. I-G.* c) *fiet a. V.* d) *Vbi* inf. *I. I-G. fi I. I-G.* e) *fupra fcriptum (fcriptus lenf.) eft a. V.* f) *effitarit P. efitauerit a. V.* g) *dimittito I. B. R.* h) *faciet I. I-G.* i) *dolere a. V.* item *M. Po. 2.* k) *umferi fient Pol.* l) *fi I. B. R.* m) *fcutea I. B. R. fcrutba Pol. 2. fcbutra Iuntt. cbutra Ba-G.* n) *ferueceris foetae: fub. I. B. R. ferue-feceris id lotium, fub I. I-P.* o) *operito* abeft *a. V.* p) *arefacere contererequé a. V. arfacere et contere-reque Pol.* q) *minutim. Si quem a. V.* r) *et* inf. *I. I-G.* s) *braffıcae tritae decoctaeque aquae I. I-G.* t) *elloborum H.* u) *fcamonium P.* x) *purgatus I. B. R.* y) *afinam P.* z) *folet P.* a) *leue I. B. R.*

bus *infomnia* vocatur haud dubie, et plurali numero *infomniae*. num etiam *infomnia*, *orum* dicatur, quod vult Carrio ad Salluft. fr. hift. 4 Mithr. p. 472, ille quidem non fatis videtur declaraffe. Sed fauet Plinii locus a Victorio hic laudatus, qui ita quoque legitur in editione Gelenii, itemque Harduini 20, 9 f. 33.

157, 9 FERVE BENE FACITO) Prifca eft haec lectio, quam recepimus. Animaduertimus enim M. Varronem, (fi optimis ac vetuftiffimis Codicibus fides habenda eft) de agricultura, vbi de modis agrorum differit: *Quae fole perferue ita fit, vt radices fatorum comburat.* De villaticis paftionibus: *Sexaginta enim millia Fircellina excande me fecerunt cupiditate.* Nec me latet, Quintilianum hanc verborum diuifionem nequaquam recipere folutam orationem tradere. VICTOR. V. C. *bene feruefacito.* Nec video, cur tmefin Catoni et omnibus auctoribus, qui profa oratione fcripferunt, inufitatam toleremus. MEVRS.

157, 9 DATO EDAT, SI POTERIT) Antiqua lectio in Ienfonio et manufcripto libro Caefenae: *Dato edit: fi poterit fine pane: fi non dato panem purum ibidem madefaciat.* Veteres autem vfos *edit* pro *edat*, vt Nonius Marcellus *de mutatis coniugationibus* probat, ita Cato fupra confirmat dicens: *quod voles cibi, poftea edit*; idcirco reliqua ad eundem modum fcribenda. PONTED.

157, 11 NVNQVAM II VIROSI FIENT) Receptam hanc lectionem retinui: notam tamen facere antiquam volo, quae deprauata omnino eft, quod etiam librarius non parum diligens cognovit, ad eam enim notam adpofuit: *Nunquamum feri fient.* Reftituta fortaffe vera eft. VICT. Haec alio modo in antiquis et probatis monumentis, vt refert Victorius, fcribuntur: *nunquamum feri fient:* in Caefenate codice: *nunquam vnferi fient.* Opinor id quondam fuiffe: *nunquam iei feri fient*, videlicet: *nunquam ii loci feri erunt ad ea quae a partu fequi folent, emittenda.* PONTED.

157, 11 SVB SELLAM SVPPONITO) Quam praeftat vetus lectio ab Ienfonio propofita: *Et fovere fic oportet: Vbi in fcutra feruefeceris: foetae fub fellam fupponito pertufam: eo mulier affidat: circum veftimenta eam dato.* PONTED.

157, 12 BRASSICA ERRATICA) De hac Plin. ex noftro 20, 9. f. 36.

157, 12 BRASSICAM TRITAM) V. C. *Braffıcae tritae decoctaeque aquae* etc. Legerim hoc modo: Braffıcae tritae decoctaeque aqua CIIII. MEVRS.

157, 13 CARNEM ASSAM DATO) Antiqui libri: *carnem afinam dato, fi effe non folet.* VICTORIVS. Ecquis contraria contrariis mifceri non videt? Effe dum quis vult, cur affam carnem refpuit, trita potius braffıca contentus et pane?

Cur?

raro, vtatur vnctione. Qui sic purgatus erit, diutina valetudine [b] vtetur, neque vllus
14 morbus veniet nisi sua culpa. Et [c] si quis vlcus tetrum, vel recens habebit, hanc brassicam erraticam aqua spargito [d], opponito, sanum facies. Et si fistula erit, turundam [e] intro trudito. si [f] turundam non recipiet, diluito, indito [g] in vesicam, [h] eo calamum alligato. ita [i] premito, in [k] fistulam [l] introeat. ea res sanum faciet cito. Et ad omnia
15 vlcera vetera et noua contritam [m] cum melle opponito [n], sanum faciet. Et si polypus in naso introierit, brassicam erraticam aridam tritam in malum conicito, et ad nasum admoueto. ita subducito susum animam quam plurimum poteris. in triduo polypus excidet. et vbi exciderit [o]; tamen [p] aliquot [q] dies idem facito, vt radices polypi per
16 sanas facias. Auribus si parum audies, terito cum vino brassicam, sucum [r] exprimito, in aurem intro tepidum instillato. cito te intelliges [s] plus audire. Deinde [t] petigini [u] parce [x] brassicam opponito [y], sanam faciet, et vlcus non faciet.

CLVIII.

b) *valitudine I. B. R.* c) Et ad vnum omnes praeter P. qui delet. d) *inspargito I. B. R. inspergito: apponito I. I-G.* e) ad marginem: *Pol. μότος, Turundam Ep. Turundam intro trudito* desunt *I. B. R. turunda* alii praeter *P. Gr. Gy.* f) *et I. B. R.* g) *succum exprimito, cum in vesicam indito I. I-G.* h) *et I. B. R. vesicae I. I-G.* i) *et ita I. I-G.* k) *vt in I. I-G.* l) *succus* inser. *I. I-G.* m) *contrita I. B. R.* n) *apponito I. I-G.* o) *ceciderit I. B. R.* p) *tum a. V.* q) *aliquod P.* r) *succum a. V. sucum P. V.* s) *intellige P. Iens.* t) *De P.* u) *petiginis P. impetigni a. V.* x) *porcae I. B. R. M. Po. 2.* y) *apponito I. I-G.*

Cur? Quod non caro *assa* praebebatur; sed *asinina*. Antiqui libri, inquit Victorius, pro *carnem assam dato, si esse non volet*, seruant: *carnem asininam dato, si esse non solet*. Quae cum optima sint, qua de caussa neque Victorius receperit, neque post Victorium qui Catonem illustrarunt, me prorsus latet. Asininam sane carnem inter ea, quae aluum lenire solent, ac facile descendunt, vetustissimus auctor Hippocrates commendat. Quod praeceptum etiam a Catone, locus ipse declarat; nam qui purgandus erat, sorbitione liquida per VII dies parari oportere tradit, et asinina respuentem ad coctam brassicam, qua item venter soluitur, remittit. PONTED. *Asinam*, non *asininam* esse in libris, supra obseruatum est.

157, 14 TVRVNDAM INTRO) vereor, ne *rotunda* scribi debeat, vel *rotunda*: quando vtroque modo in vetustis reperimus libris. Sic autem vocantur *μαγδαλιαί*. Suspicionem mouet Largus Scribonius, qui lib. de compos. medicament. cap. 201, ita scribit: *Emplastrum manibus subigetur, et redactum in rotundas ampliores, quas magdalidas dicunt, reponetur*. Fortasse enim in Catone transpositae sunt Syllabae, et e *rutundis turundae factae*. TVRN. 17, 7. Sed add. Scal. ad Varr. 3, 9, 20.

157, 15 IN MALVM CONICITO) Emendo, *in malam*. MEVRS. At ego fateor, me neque intelligere, quid sit *in malum coniicere*, sed aliquanto minus, quid sit *in malam*. Suspicabar, *in manum*. Illa certe simplicissima ratio spiritu trahendi quodcunque errhinum.

157, 16 DEINDE PETIGINI PARCE) Antiqui libri, *depetiginis porcae*. Plinius hanc Catonis sententiam referens, inquit: *Et impetigines eadem sanari sine vlcere*. *Petiginem* hunc morbum etiam adpellari solitum Nonius docet, exemploque Lucilii poetae confirmat. VICTORIVS. Veterum librorum scriptura est: *dein depetigini*. Nam *depetigo* dicebatur, quam Nonius *petiginem* mauult. Nam illa Luciliana per tmesin prolata sunt. *Illuvies, scabies oculos huic deque petigo Conscendere* etc. quae sane Tmesis Lucilio familiaris est. VRSINVS. Existimo legendum: *Dein depetigini porcae*. Etsi non ignoro vocem *petigo* in versu quodam Lucilii a Nonio obseruari, cum sit tmesis familiaris Lucilio: id quod iampridem alii monuerunt. Glossae Isidori: *Petigo est genus morbi*. *Porca* autem hic est natura, qua mulieres sunt, vt apud Graecos, *χοῖρος* autore Varrone lib. 1 de R. R. [2, 4, 10] POPMA. Nobilis hic locus est interpretum et editorum inconstantia. Posteriores eo modo vt exscripsi, edendum curarunt; primi vero: *deinde impetigini porcae brassicam opponito*: mediae autem aetatis, vt Aldus et qui Aldum sequuntur, ab his quid quod immutarent, inuenere: *Deinde impetigini parce brassicam apponito*. Quibus omnibus posthabitis, vetustissima a Victorio commemorata et in Caesenate exemplari retenta reuocabimus: *De petiginis porcae brassicam opponito*. In his spatium quod inter primam et secundam vocem vacat, opinor *I* occupasse, et fuisse *dei petigini*, vt mos erat scribendi. Quod minus attendentes librarii et hunc locum, et Lucilii quoque, quem citat Nonius, versum deprauarunt: *Illuuies, scabies, oculos huic denique petigo · Conscendere*. Quem docti viri emendare conati fecere *deque petigo*, cum sit scribendum: *deique* (ex quo, inserto *n*, factum est vitium *denique*) *petigo*. Praeterea in Catone extrema littera *S*, quae *petigini* annectitur, ad proximum *porcae* videtur reuocanda, vt sit *sporcae* nempe *spurcae*, O pro U posito vetustatis more. PONTED.

158 Huius

CLVIII. [CLIX.] ALVVM [a] deiicere [b] hoc modo oportet. si vis bene tibi [c] deiicere, sume tibi ollam, addito eo aquae sestarios VI. et eo addito vngulam de perna. Si vngulam non habebis, addito [d] de perna frustum. P. S. quam minime pingue. vbi iam coctum incipit esse, eo addito brassicae coliculos [e] II. betae coliculos [e] II. cum radice sua, feliculae paulum [f], herbae mercurialis non multum. mutulorum [g] L. II. piscem capitonem [h], et scorpionem I. cochleas VI. et lentis pugillum. Haec omnia decoqui- 2
to [i] vsque ad sestarios tres iuris. oleum ne addideris. indidem [k] sume tibi sestarium vnum tepidum. adde vini Coi [l] cyathum vnum. bibe, interquiesce. deinde iterum eodem modo, deinde tertium. purgabis [m] te bene. Et si voles insuper vinum Coum mixtum [n] bibere, licebit bibas [o]. Ex iis tot [p] rebus, quot [q] scriptum est, vnum, quod eorum vis, aluum deiicere potest. Verum ea re tot res sunt, vti bene deiicias, et suaue est.

CLIX. [CLX.] INTERTRIGINI remedium in [a] viam cum ibis, absinthii [b] Pontici surculum sub anulo [c] habeto.

CLX. [CLXI.] LVXVM [a] si quod est [b], hac cantione sanum fiet. harundinem [c] prende

[C. CLVIII.] a) *Aluum delicere si vis, hoc modo oportet tibi deicere Pol. Aluom Po. 2.* b) *deiicere hoc modo oportet* desunt *I. B. R.* c) *tibi* abest *a. V.* d) *pone a. V.* e) *colicolos P.* f) *paullum P.* g) *mitulorum I. B. R. mytulorum Iuntt.* h) *capitoneum H. A.* i) *coquito I. B. R.* k) *Intidem P. Itidem I. B. R.* l) *cul P.* m) *Purgabit a. V.* n) *mistum I. I-G.* o) *binas I. B. R.* p) *bis a. V.* q) *quod Vict.* Sphalma. [C. CLIX.] a) *cum in via a. V. 11. Wrat.* tamen nobiscum. b) *apsinthi P. absinthii ponthici W. absynthii a. V.* c) *annulo a. V. anu W.* [C. CLX.] a) *Luxacio, si cui interuenerit: hac cantatione janus etc.* b) *vt excantes* inser. *I. I-G.* c) *Arundinem a. V.*

158 Huius capitis argumentum, vt duo proxima et extremum: *salsura pernarum, offellae Puteolanae,* perlibenter reiicerem, reuocato quod capiti 161 apponitur, ad pristinam sedem hoc modo: *Asparagus quomodo seratur, Locum subigere oportet bene.* PONTED.

158, 1 SI VIS BENE TIBI DEIICERE) Elegans phrasis, et veteribus non infrequens. Petronius Satyrico: *Proxima ergo nocte, cum miles, qui cruces asseruabat, ne quis ad sepulturam corpora detraheret, notasset* sibi *et lumen inter monumenta clarius fulgens* etc. Itaque male eiicit V. C. *τὸ tibi.* MEVRSIVS.

158, 1 FELICVLAE) Lego *filiculae.* Nam filicula est herba, quam Graeci *πολυπόδιον* appellant. Vide de ea Plinium 26, 8. IDEM.

158, 1 MVTVLORVM L. II.) Sic habent libri veteres, meo iudicio optime. Nam *μυτύλοι* voce graeca appellantur pisces mollis testae, qui sponte naturae in arenosis proueniunt, quorum ius aluum subducit. Similiter censeo scribendum *mytyli*, vel *mutuli* apud Plin. 9, 51 et 32, 9. POPMA.

158, 1 PISCEM CAPITONEM) *Capito piscis.* graece *κέφαλος* est species mugilis, capite crasso latoque, qui ad aluum soluendam prodest, sicut mutulus et cochlea, ex praecepto Horatii Serm. 2, 4. -- *si dura morabitur aluus, Mutulus, et viles pellent obstantia conchae.* IDEM.

159 SVB ANVLO) qui alias consuetius sine diminutione dicitur *anus.* Confirmatur hinc Vossii Etymologia, qui *anum* a figura orbiculari dictum censuit, laudauitque non Ebraeum modo טבעת sed etiam locum Alexandri Aphrodis. qui *δακτύλιον* pro *anu* posuit probl. 1. Addere poterat Aristophanicam vocem *καταδακτυλικὸς* Equit. v. 1378 quam scholia positam docent *ἀντὶ τοῦ συνουσιαστικὸς κατὰ τοῦ δακτυλίου, τοῦ πρωκτοῦ.* Opportune hic advocauit Küsterus Hesychium, qui *σιφνιάζειν* interpretatur *καταδακτυλίζειν*, adiuncta ratione, *διαβέβληνται γὰρ οἱ σίφνιοι ὡς παιδικοῖς χρώμενοι.* Similia habet in *σκιμαλίσαι.* Itaque *σεμνολογεῖν* censendi sunt Plinius 26, 8 f. 58 *Intertrigines*, inquiens, *negat fieri Cato, absinthium Ponticum secum habentibus*, et Apul. c. 100 *in semicinctio secum portato etc.*

160, 1 LVXVM SI QVOD EST) Excantationis haec est species, a multis antiquorum etiam prudentiorum, morbis remedium adferre credita. Plures huius generis ineptias collegit Rob. Keuchenius in prolegomenis ad Serenum Samonicum, quibus adde illud Iudaeorum ex Auoda sara fol. 12, 2 et Pesachim fol. 112, 1 de Schafriri, quae vox ita pronunciata, *schabbriri, bbriri, riri, ri,* credebatur sitim pellere. SCHOETTG. Iudaeorum similes nugas plures profert Eisenmengerus in Iudaismo detecto passim. Add. Ligthf. ad Matth. 24, 24. Neque Christianos veteres ab ista carminum superstitione liberos fuisse, vt forte nec hodie omnes liberi sunt, ostendit *ὁ πάνυ* Fabric. B. Gr. L. 3 p. 198. Multa inpr. Lindenbrogius ad Amm. 16, 8. Add. Varr. 1, 2, 27.

prende tibi viridem P. IIII[d]. aut V. longam. Mediam diffinde, et duo homines[e] teneant ad coxendices[f]. Incipe[g] cantare, IN ALIO, S. F. MOTAS[h] VAETA[i] DARIES DARDARIES ASTATARIES[k] DISSVNAPITER[l], vſque dum coeant[m]. Ferrum[n] inſuper iactato. vbi coierint, et altera alteram tetigerit[o]; id manu prende[p], et dextra ſiniſtra praecide. Ad luxum, aut ad[q] fracturam alliga, ſanum[r] fiet. et tamen quotidie cantato in alio, S. F. vel luxato. Vel[s] hoc modo, HVAT[t] HANAT HVAT ISTA PISTA SISTÀ, DOMIABO[u] DAMNAVSTRA, et luxato. Vel hoc modo, HVAT[x] HAVT HAVT ISTA[y] SIS TAR SIS ARDANNABON DVNNAVSTRA[z].

CLXI. [CLXII.] ASPARAGVS[a] quomodo feratur. locum[b] ſubigere oportet bene, qui habeat humorem, aut loco craſſo; vbi erit ſubactus, areas facito, vt poſſis dextra

d) *III. I. B. R.* e) *homones W.* f) *coxem. et cum firme tenebunt: dicat. Incipito cantare in alio; vſque dum motae fiant: Nata daries, dar-daries: aſiadarides. et repetas tam diu: vſque dum coeant. Daries-dardaries. aſiadarides. diſſunappiter, et ferrum quoduis ſuperiacito, W.* g) *Incipere I. B. R.* h) *moetas Pol.* i) *danata a. V.* k) *aſiadarides P. aſtararies a. V.* l) *vna petes, vſque P. dic vna pariter vſque a. V. dic vna pares, vſque M. Po. 2.* m) *coeant motas vaeta Daries dardares aſtataries Diſſunapiter vſque dum coeant. Ferrum etc. P.* n) *Ferro a. V.* o) *tetigerint I. B. R. retigerit H. A.* p) *prebende et dextera Pol. prende dextra, I. I-G.* q) *ad* abeſt *a. V.* r) *et ſanum a. V.* s) *Item luxato hoc vel ſimili modo dicito etc. W.* t) *huat hauat hauat P. haut haut haut a. V. huat hanat haruanat W.* u) *damiabo damanſtra a. V. dannauſtra P. M. Po. 2. danauta danauſtra Vel hoc modo haut huat hauſtas iſtas iſtarſis ardanabon ardanauſtra. Caetera vt ſupra W.* x) *Haut a. V.* y) *iſtagis turſis a. V. iſtaſis tarſis* iunct. *P.* z) *dannauſtra P. damauſtra a. V.* [C. CLXI.] a) *Aſparagus vbi feratur* Lemma ſunt *I. B. R. Vict.* nobiſcum *Po. 2.* b) *vbi aſparagum feras* interpon. *I. I-G.*

160, 1 HARVNDINEM PRENDE) Hoc eſt, ni fallor, arundinum remedium, quo vſum Auguſtum memorat Suetonius in vita cap. 80. *Coxendice et femore, et crure ſiniſtro, non perinde valebat, vt ſaepe etiam inde claudicaret, ſed remedio, arenarum atque* harundinum *firmabatur.* POPMA. *Arundinum* etiam *naturale remedium* docet Reineſ. V. L. 2, 18. p. 292.

160, 1 INCIPE CANTARE IN ALIO) Quae extrema mutat Popma *in malo* adeo Meurſio probatum, vt inter Catoniana receperit. Mihi aliud fert animus; namque video infra Catonem ſcribentem: *et tamen quotidie cantato in alio S. F, vel laxato*; numquid laxatum malum non eſt, ſi cum Popma legamus: *in malo S. F. vel laxato.* Cum hac cantione vtatur Cato tam ad luxum quam ad fracturam, vt ex iſtis apparet; *ad luxum aut ad fracturam alliga,* videtur commodior lectio: *in fracto quam in malo.* Sed ad tam dubia et obſcura ineptiſſimi hominis eſt medicam manum admouere. PONTED. Legendum: *Incipe cantare L. Manlio Sexti Filio.* Id enim ſignificant, inquit, notae illae duae. M. autem Cato ſaepe in exemplis poſuit nomen Manlii; quo adductus ſum, vt audacius ita corrigerem. TVRN. 10, 19. Legendum *in malo.* Ita emendaui, cum eſſet in omnibus libris *in alio.* Vult enim arundinem apponi membro affecto, et dici Carmen S. F. i. e. Sanitas Fracto, quod Turnebus fruſtra mutauit. Carmina autem et verba contra morbos valere, ſapientiſſimi cuiuſque fides reſpuit: ſed vulgus ſine rerum ſenſu, et vlla certa cognitione credit, experiturque aliquando operum effectum. Cuius vanae perſuaſionis exempla refert Varro 1, 2. Plinius 26, 60 et 27, 12. Seruius cap. 51. et Ammianus Marcellinus lib. 29. POPMA.

160, 1 DISSVNAPITER) Hunc locum mendo vacare non puto. Antiqua lectio contaminata eſt: *Vna petes vſque dum* etc. Nam prima dictio huius clauſulae in vetuſtis non legitur. Videant eruditi viri, an auxilio veteris ſcripturae locum reſtituere poſſint; nullam enim aliam opem ſtudioſis praebere poſſum. VICTORIVS. Legendum, *dic vna pariter,* vel potius *dic vna partes, vſque dum coeant.* TVRN. 10, 19. Lego *dic, vna partes vſque.* Nimirum vult carmen dici vſque dum partes luxatae coeant. POPMA. Antiquiſſima a Victorio allata lectio: recto ordine erit: *vna petes vſque dum coëant,* et propter litterarum *t* et *d* cognationem, qua altera in alteram ſaepe vertitur, *petes* erit pro *pedes.* Cato autem *pedes* ſciſſae harundinis extremitates appellat, ideo ſequitur: *vbi coierint, et altera alteram tetigerit, id manu prende et dextra ſiniſtra praecide.*

160, 1 FERRVM INSVPER IACTATO) Ridiculum eſt, ſed minaciter tamen fit ad territandum calamum: quaſi vero minas ſentiat res ſurda. TVRN. Vt nimirum in grandinis remedium *minaciter contra caelum leuantur ſecures* Pall. 1, 35, 1.

160, 1 DEXTRA SINISTRA PRAECIDE) An manibus decuſſatis, vt dextra fiat ſiniſtra?

161, 1 LOCVM SVBIGERE OPORTET BENE) Plura hic antea verba legebantur, quae quia

dextra finiſtraque ſarire [c], runcare, ne calcetur. Cum areas [d] deformabis [e], interuallum
facito inter eas [f] ſemipedem latum in omnes partes. deinde ſerito. Ad lineam palo
grana bina aut terna demittito. et [g] eodem palo cauum terra [h] operito. Deinde ſupra
areas ſtercus ſpargito, bene ſerito. Secundum aequinoctium vernum, vbi erit natum, 2
herbas crebro purgato, cauetoque ne aſparagus vna cum herba vellatur. Quo anno
ſeueris, ſubſtramentis [i] per [k] hiemem operito, ne peruratur [l]. Deinde primo vere ape-
rito [m], ſarito [n], runcatoque. Poſt annum tertium, quam ſeueris, incendito vere primo.
Deinde ne ante ſarueris [o], quam aſparagus natus erit, ne in ſariendo radices laedas.
Tertio, aut quarto anno aſparagum vellito ab [p] radice. nam ſi defringes, ſtirpes fient, 3
et intermorientur. Vſque [q] licebit vellas, donicum in ſemen videris ire. Semen ma-
turum fit ad autumnum. Ita cum ſumpſeris ſemen, incendito, et cum coeperit aſpara-
gus naſci, ſarito, et ſtercorato. Poſt annos VIII. aut IX. cum iam eſt vetus, digerito,
et in quo loco poſiturus [r] eris, terram bene ſubigito, et ſtercorato [s]. Deinde foſſulas 4
facito, qua radices aſparagi demittas. Interuallum ſit ne minus pedes ſingulos inter
radices aſparagi [t]. vellito, ſic circumfodito, vt facile euellere [u] poſſis. Caueto ne fran-
gatur. Stercus ouillum [x] quam plurimum fac ingeras: id eſt optimum ad eam rem.
aliud [y] ſtercus herbas creat.

CLXII.

c) *farrire I. B. R. farrire ſeu I. I- G.* d) *areas* deeſt *I. B. R.* e) *deformis Hern.* f) *areas I. B. R.* g) *Et* abeſt *a. V.* h) *terrae P.* i) *ſub ſtramentis* diuiſ. *I. I. Ba. Δ. ſum ſtramentis Pol. 1. ſus ſtramentis Pol. 2.* k) *per* abeſt *Gr. G.* l) *praeuratur I. B. R. rigore peruratur I. I- G.* m) *operito M. Po. 2.* n) *farrito a. V.* Sic per totum caput. o) *farrieris a. V.* p) *a I. B. R.* q) *ſed vſque I. B. R. Ba- G.* r) *poſturus P.* s) *ſtercerato P.* t) *aſparagi euellito et ſic a. V.* u) *vellere P.* x) *ouilum I. B. R.* y) *Aliut P.*

quia in manuſcriptis non inueni, cuncta deleui: illa autem, vt ex multis locis liquido apparet, addita fuerant ab iis, qui ſingulorum capitum inſcriptiones ſuſtulerant. Cum enim ſaepe ex titulis ipſis ſermo Catonis penderet, illi autem ſublati forent, neceſſario adiungere aliquid oportebat, quod de qua re capite illo ageretur, oſtenderet. Ipſe diverſam rationem ſecutus ſum, et quemadmodum in omnibus antiquis exemplaribus inueni, inſcriptiones ante ſingula capita adpoſui, et quaecunque nuper in capitibus ipſis adcreuerant, abieci. Erant autem illae rubricatis literis formatae, vt facilius dignoſcerentur. Quod ſi quis accurate attendat ſermonem ipſarum, elegans eſt, et ab Catonis oratione non abhorret: multis certe locis ita neceſſariae ſunt, vt ſine ipſis omnis poſtea ſermo perturbatus imminutusque ſit. Quot incommoda ex aliorum correctorum licentia extitiſſent, vt arbitror intelligent, qui diligenter, quae ab antiquis libris illi variauerant, videbunt: nam in noſtris expreſſam veterem ſcripturam inuenient. VICTORIVS. Fecimus hic, quod aliquoties fecimus, vt lemmatis loco aſſumta Catonis verba ei reſtitueremus; qua de re in praefatione dictum.

161, 1 SARIRE) Vnico tantum *r* hoc verbum ſcripſi: in his enim antiquiſſimis libris, quibus ad hoc munus vſus ſum, ſemper ita ſcriptum obſeruaui. Audiui praeterea a doctiſſimis et accuratiſſimis viris, ſe in priſcis monimentis eodem pacto illud ſcriptum adnotaſſe. VICTOR.

161, 1 CVM AREAS DEFORMABIS) Notanda infrequens verbi *Deformare* notio, pro eo quod eſt *Delineare.* Varro quoque ita vſurpauit de R. R. lib. 3 c. 5. *Inter quas locus qui eſt ornithonis, patet in latitudinem P. XLVIII. deformatus ad tabulae literariae ſpeciem.* Vitruuius lib. 1. c. 1 *Deinde graphidos ſcientiam habere (oportet) quo facilius exemplaribus pictis, quam velit operis deformare valeat.* Et lib. 5 c. 8 *Horum autem ornatus ſunt inter ſe diſſimiles, diſparique ratione, quod Tragicae deformantur columnis, faſtigiis et ſignis, reliquisque regalibus.* MEVRS.

161, 3 VSQVE LICEBIT VELLAS — AVTVMNVM) Quae commemoro, vt maximum in Plinio vitium oſtendam; Catonem enim ita commentatus eſt: *Velli donec in ſemen eat. Id autem matureſcere ad ver, incendique.* Alia profecto eſt maturitas autumnalis, alia verna, et tamen in comperto eſt, Aſparagi baccas per autumnum ad maturitatem tranſire. Suſpicor igitur in Plinio ad hanc ſententiam exſtitiſſe ſcripturam: *velli donec in ſemen eat, id autumno matureſcere, ad ver incendi;* Ex *autumno* vel per contractionem, vt fit, poſito, vel duabus literis extremis propter vetuſtatem deperditis, factum eſt *autem*, et illud *ad ver* ſuperioribus adnexum cum ad ſequentia ſpectet; quippe

etiam

CLXII. [CLXIII.] PERNAS sallire [a] sic oportet, in dolio, aut in [b] feria. Cum pernas emeris, vngulas earum praecidito. Salis Romaniensis moliti in singulas [c] semodius [d]. In fundo dolii, aut seriae salem [e] sternito. deinde pernam ponito. cutis deorsum [f] spectet. Sale obruito totam [g]. Deinde [h] alteram [i] insuper ponito. eodem
2 modo obruito. Caueto, ne caro carnem tangat. Ita omnes obruito. Vbi iam omnes composueris, sale [k] insuper obrue, ne [l] caro appareat. aequalem [m] facito. Vbi iam dies v. in sale fuerint, eximito omnes cum suo sale. Quae tum summae fuerint, imas faci-
3 to. eodemque modo obruito, et componito. Post diem [n] omnino duodecimum pernas eximito, et salem omnem detergeto [o], et suspendito in vento biduum. Die tertio extergeto [p] spongia [q] bene, perunguito [r] oleo. Suspendito in fumo biduum. Tertio die demito [s]. Perunguito [t] oleo et aceto commixto [u]. suspendito in carnario. nec tinea, nec vermes tangent.

[C. CLXII.] a) *sic salire a. V.* b) *in* abest *I. B. R.* c) *singulos B. R.* d) *semodios I. B. R.* e) *sale sternito Pol.* f) *deosum P.* g) *totum B. R.* h) *Denique I. B. R.* i) *pernam alteram a. V.* praeter Iunt. k) *salem I. B. R. sale eas Ba-G.* l) *et ne Ba-G.* m) *aequale I. B. R.* n) *dies omnino duodecim I. B. R.* o) *detergito I. B. R.* p) *extergito I. B. R.* q) *spongea P.* r) *perungito a. V.* s) *demittito I. I-G.* t) *Perungito a. V.* u) *commixto et I. B. R. commisso et I. I-G.*

etiam apud Plinium ibidem habemus de Asparago: *tertio incendi verno.* PONTED.

162 Poterat aliquis dubitare, vtrum hoc caput sit Catonis, vel certe, vtrum loco positum sit, cum Plin. 19, 8 f. 42 locum *de asparagis nouissimum dicat libri Catonis*, vbi pleraque eius refert. Lemma huius capitis *Ofellae Puteolanae* etiam in Mediceo codice mentionem facit, firmatque adeo coniecturam Cl. Pontederae, qui recte inde, deesse aliquid huic loco, suspicatur.

162, 1 SALIS ROMANIENSIS) Eadem plane forma in veteri inscriptione dictum est PISTOR ROMANIENSIS. VRSIN.

162, 2 SALEM STERNITO) Antiqua lectio: *Sale:* Ante etiam, vbi de lege oleae faciundae agit, in iisdem: *Et sale suat vsioni.* VICTOR.

162, 3 TERTIO DIE DEMITO) Ita habent antiqui codices, et ita arbitror legi debere; non vt in excusis omnibus, *demittito.* M. Varronis optimi Codices ita quoque locum illum legunt, circa finem primi: *Si non dempseris ad edendum* etc. Loquitur autem de pensilibus quibusdam, quamquam illic etiam impressi habeant *demiseris.* Nos etiam sermone nostro familiari verbo in ea re exponenda vtimur, quod egregie respondet ei, quod hic restituimus. IDEM. Caeterum deesse aliquid huic capiti indicio est lemma satis antiquum, in quo commemorantur etiam *ofellae Puteolanae*, non minus forte celebres olim iis, quas Ostienses appellat et luculenter describit Apic. 7, 4. vnde totum de ofellis petendum est, cui libuerit. Illud etiam adiiciam saepe numero cogitanti mihi, atque diligenter perpendenti sintne omnia, quae in hoc continentur volumine, ad Catonem referenda, multa sane occurrere, quae me in aliam sententiam adducunt. Et primum ea, quae in cap. 28 de Cupressi satione tradita sunt; *Semen cupressi vbi seres, bipalio vertito. Vere primo seritur etc.* quae repetuntur cap. 151 *Semen Cupressi Tarentinae per ver legi oportet etc.* Item quae cap. 50 *Vbi daps profanata comestaque erit, verno arare incipito, et loca primum arato quae siccissima: et quae crassissima et aquosissima erunt, ea postremo arato*, iis simillima, quae cap. 131 complectitur. *Dapem pro bubus pyro florente facito, postea verno arare incipito. Ea loca primum arato quae ruderata arenosaque erunt, Postea vti quae grauissima atque aquosissima erunt, ita* (lego *ea*) *postremo arato.* Idem quae cap. 51 *Ab arbore abs terra pulli qui nascentur, eos in terram deprimito etc.* legimus cum iis conuenientia cap. 133. *Arboribus ab terra pulli qui nati erunt eos in terram deprimito.* Item caput 52 *Quae diligentius propagari voles, etc.* conuenit cum cap. 133 *Quae diligenter seri voles.* De area quoque eadem bis inculcata habemus primum cap. 91 *Aream sic facito*; iterum cap. 129 *Aream vbi frumentum teratur sic facito.* Haec cum ita sint, non tam facile mihi persuadere possum, virum ea tempestate vt accepimus doctissimum, eundemque oratorem bis vna de re in paruo adeo volumine eadem inculcare, quae in magnis voluminibus vix defendi possent, sed haec longius collocata auctoris quidem diligentiam fortasse desiderant, excusationem tamen reiicere omnino non videntur: at qua via ab reprehensione vindicentur, quae proxima sunt? in cap. 114 de vino ex Elleboro ad aluum mouendam concinnando loquitur: *Vinum si voles concinnare, vt aluum bonam faciat, secundum vindemiam, vbi vites ablaqueantur, quantum putabis ei rei satis esse vini, tot vites ablaqueato, et signato. Earum radices circum secato et purgato. Veratri radices contundito in pila.* De eodem non absimili modo cap. 115. *Vinum ad aluum mouendam concinnare si voles: vites cum ablaqueabuntur signato rubrica, ne admisceas cum cetero vino; Tres fasciculos veratri atri circumponito, circum radices etc.* Iam vero quae

quae in cap. 156 commemorantur, nonne multa transscripta legimus in hoc cap. 157? In illo de torminibus haec traduntur: *verum quibus tormina molesta erunt, brassicam in aqua macerare oportet*; In hoc sic: *tormina quibus molesta erunt, sic facito: brassicam macerato* (an *in aqua* addendum) *bene*. In illo: *vbi macerata erit, coniicito in aquam calidam, coquito vsque donec ea commadebit bene. Aquam defundito. Post salem addito, et cumini paululum, et pollinem polentae, eodem addito et oleum, postea feruefacito*; in hoc: *Vbi cocta erit bene, aquam defundito; Eo addito oleum bene, et salis paululum et cuminum, et pollinem polentae, Postea ferue bene facito*: in illo: *infundito in Catinum, vti frigescat; Eo interito* (f. vt in nonnullis editis libris legitur, *eo cuminum interito*) *quod volet cibi postea edit* (*edat* in Vaticanis codicibus, et in editis etiam extat) *sed si poterit solam brassicam esse, edit. Et si sine febre erit, dato vini atri duri. Aquae cum bibat quam minimum. Si febris erit, aquam*; In hoc: *Vbi feruerit, in Catinum indito. Dato edat si poterit, sine pane, si non, panis parum ibidem madefaciat; et si febrim non habebit, dato vinum atrum bibat.* Sed haec vt dubitandi ansam praebent, ita ad coniecturas tantum referenda sunt. At illud magis necessarium est attendendum, quod ex horum locorum collatione apparet, illud nimirum cap. 156 *eo interito*, siue *eo cuminum interito* iis, quae in cap. 157 excepta sunt, non respondere, praeterea illa *dato vini atri duri* mendo non vacare, cum in altero sic expressa videamus: *dato vinum atrum bibat*; Tò autem *duri* ex qua voce deprauatum sit num ex *duos* deficiente *cyathos*, an ex alia, coniectore opus videtur. PONT. Quid de his et similibus nobis videatur, in praefatione dictum est.

PONTEDERA DE VETVSTA ORTHOGRAPHIA CATONIS ET VARRONIS.

AD M. P. CATONEM DE RE RVSTICA.

De vetusta scribendi ratione, Catoni et Varroni restituenda, quam in nostris epistolis fusius pertractaui, aliquid primum apponam: id enim ad Varronem et Catonem recte intelligendos, vitiisque purgandos, item ad linguam Latinam a prima origine percipiendam, plurimum confert. Veteres itaque quum *U* litera, quam Aeolicum digamma adpellant, alteri *U* adnectebatur, hanc in *O* immutabant, vt *equos, saluos, Dauos, ignauos, aequos, coruos* pro *equus, saluus, Dauus, ignauus, aequus, coruus*; item *equom, reliquom, iniquom, nociuom, viuont, distinguont, restinguont*. Quapropter apud Catonem non *seruum senem* est scribendum, aut *seruum morbosum*, sed *seruom senem, seruom morbosum*; ita *seruos* non *seruus*, *clauos* non *clauus*, *tortiuom* non *tortiuum*, *nouos* non *nouus*, *eruom* non *eruum*, *obliquom* non *obliquum*, *aceruom* non *aceruum*, *ouom* non *ouum*, *aluos* et *aluom* non *aluus* et *aluum*. Nec non in Varrone *natiuom, subsiciuom, antiquos, ignauom, aestiuos, auos, proauos, aruom, ceruom*; nam sic Varronem scripsisse, ea, quae in vetustis exemplaribus seruantur, ostendunt, et in impressis quoque de L. L. libris multa huiusmodi retenta.

Neque hoc tantum in extremis syllabis vsum invenit, verum et in mediis, et in primis: in mediis, vt *paruolus, seruolus, Scaeuola, Clauola, conuoluolus*, vt in veteribus Catonis libris vidit Victorius: in primis, *volt, voltus, volsus, voluta* (vnde in Varrone superest *voluis intumis*) *volsella, volpes, volturnus, volgus, volcaualia, volnus*.

Nonnunquam etiam quum *e* sequeretur, ceu *voster* pro *vester*, quod in *verto* et in iis, quae ab eodem deriuantur, diligenter retentum est, *vorto, vorsito, vorsus* (quod in Varrone seruauit Iensonius) *sursumuorsum, quoquouorsum, aduorsus, transuorsus, diuorto*, ex quo remansit *diuortium* et *vortex* a *vorto*, vt separaretur a *vertex*; nam vtrumque ab eodem principio. Quare quis non videt in Catone quae vitiose scribuntur *controuersiis, sese vertet, transuersos, versato* (quod recte Cap. 40. *vorsato* ac Cap. 6 *vortito*) *aduertito, aduersum, conuersam*. In Varrone quoque *vertere, versus, transuersa, versantur* et alia.

I cum longum esset, *E* apud veteres sibi adsciscebat, vt *controuersieis, composeiuerant, soluei, senatuei, preimus* et sexcenta huiusmodi, quae in antiquis monumentis licet videre. Quorum tamen in

Catone nullum superest; in Varrone de R. R. *Epeirus, Epeirota, eiuncidum* me legisse memini, sed in libris de L. L. plurima videlicet *libreis, sueis, beic, bei* pro *hi, nummei, dandei, equei, eidus, vnei, ficei, commutateis, vernaculeis.* In quibus tamen seruandus est modus et excipienda, quae a Grammaticis discriminis gratia excipiuntur; nam librarii cuncta foede miscent et confundunt, nihili etiam habentes, quod Varroni proprium Plinius et Charisius attribuunt.

Mos similiter apud veteres obtinuit in verborum in *VS* desinentium participiis *E* in *V* transire, vt *exigunda, faciunda, aggerunda, dicundi*, cuius quid in Catone retinetur antiquitatis, *legunda, faciunda, conserundo, ferundo, faciundi, faciundum*: in Varrone *capiundum, faciundo, accipiundos, diuidundos, capiundi, ferunda, faciundum.* Sunt tamen, quae ex frequenti librariorum exscriptione pristinam formam requirunt, in Catone *quaerenda, accipienda, vtenda, cogendum, educendus, ferenda, vtendi*: nec secus in Varrone ex multis ista: *fodiendum, integenda, elidenda, vellenda.*

Quid vero de Superlatiuis dicam, in quibus penultimam literam *I* in *V* vetustiores mutabant, scribentes, *optumus, proxsumus, parcissumus, pauperrumus, pleni∫sume?* In Catone et Varrone omnia secus inueniuntur, *amplissime, fortissimi, serenissimi, maxime, stabilissimus, minime, optimo, opportunissimam, plurima, potissimum, rectissime, longissimos, minimum, altissimam, aquosissimus, frigidissimus, calidissimus, diutissime, proximis, infimam, candidissimam, altissima, saepissime, tenerrimis.* At in Varronianis de L. L. libris multa seruantur.

V pro aliis vocalibus prisca aetas vsurpabat, ceu *aestumo, aestumatio, vicesumus, decumus, sacrufico, carnufex, frundes*; ideo in vetustis Varronis codicibus *tutas* scribitur pro *totas*, *rutundus* pro *rotundus, fabuli* et *fabulia* pro *fabali* et *fabalia*; editum etiam habemus ab Iensonio *ouibus tundendis.* In excusis Catonis retentum est *aerusulios, fabulos, ipsus, adulescentia*, sed quot immutata: *existimo, libentius, libebit, libido, frondem, decimo, centesima* et alia? In Varrone omnia ad eundem modum, iis paucis, quae Victorius adposuit et Iensonius, exceptis.

Contra *OI* siue *OE* pro *V*, vt in antiquis legibus et Plebiscitis legitur *coirauit, oitile, oitantur, moinicipio, Poinicio, moinio* siue *moenio*, ex quo *moenia, moerus, poenio* vnde *poena, moenus* vnde *amoenus* Seruio auctore deducitur. In Varronis de L. L. libris *moerum* pro *murum, Poenicum* et *Poenis* pro *Punicum* et *Punis*; In Catone *Poenicum* quoque et *Poenicam.*

Multa etiam, quae nunc per *V* scribuntur, vetusti per *O* scribere malebant, vt in antiquis marmoribus *taboleis, poblice, singolos, detoleris, forticola, nonciare, flouio*; in Varrone *tabernola, tribolum, paulola, clauola*; in Catone *iogales, sedolo.*

Quod frequentius in extremis syllabis vsurpatum inuenimus, *suom, tuom, sons, Luciom, quom, consentiont, perpetuom, compascuom, confluont*; ex qua consuetudine superest in Varrone *possont*, in Catone *istoc.* Quae sane reliquiae vtrumque ab ipsa scribendi regula non recessisse demonstrant.

Y similiter Graeco non vtebantur, sed Latino *V* scribentes *Babulonica, bombucina, Murra* pro *Myrrha, crustallinus*, Purrhus vel *Burrhus, Suluanus*; idcirco restant in Varrone: *zmurna, serpullum*; in Catone *amulum, murteas, murta, zmurnaeum, corula.*

O pro *AV* vsurpatum nemo non tenet: *scrotum scrautum, codex caudex, sorex saurex, orata aurata, corus caurus, cotes cautes, olla aulla, coda cauda, plostrum plaustrum, plodo plaudo* vnde *explodo, Plotus Plautus, orichalcum aurichalcum, clostrum claustrum*, et alia etiam a nostris Rusticis adhibita, quod in excusis quoque libris reliquiae inueniuntur.

At *OV* quod pro Graeco *OY* adiungebant, vt refert Marius Victorinus, nullum remanet vestigium, omnia a librariis de excusis libris subducta sunt. In veteribus tamen monumentis multa huiusmodi leguntur, nimirum *ious, iniourias, ioudicauerit, ioudicem, iourato, iouuent, iouserunt, Loucerios, Noutius, Fourios, loumen.*

Nullum etiam *AI* loco *AE*, quod in Lucretio saepe occurrit, et apud alios vel antiquos vel antiquitatis amatores, item in vetustioribus lapidibus, non tantum in vocum extremis, *Victoriai, Romai, viai, Semproniai, Gallai, Sextiliai*, verum etiam in primis, *Quaistores, aides, aidiles, aire, Caisar.*

Porro in compositis simplicium vocales a Catone et Varrone retentas, vt prisca aetas solebat, ex antiquis exemplaribus discimus, vt *conspargant, aspargant, disquaero, decarpo, illutos, Tubicinam, resicari, sicare, sicet a sico*, vnde *sica* et *sicarius.* Legitur etiam in Plauto *intellego, intellegam*, in Terentio *neglegere, neglegendum*: In Virgilio *aspargo* vt — *salsa spumans aspargine cautes.*

Hactenus de vocalibus strictim et cursim dixisse sufficiat, venio ad consonantes: Quae Semiuocales dicuntur, non geminabantur, vt *numei, sumos, olorum* pro *illorum, petens, casteli, meilia, meiliaria, macelum, tera, referi.* Propterea in optimis libris inventum est apud Catonem et Varronem *ola* pro *olla, alium* pro *allium, politori* et *politiones* pro *pollitori* et *pollitiones, ani* pro *anni, farito* pro *farrito.*

Semiuocalium modo *S* quoque literam non iterabant, vt *clases, iouserunt, iousit, posedit, sesum* apud Varronem. Eandem tamen frequentissime *X* adiungebant, vt antiquitatis monumenta testantur, seruantia *Cappadoxs, coniuxs, felixs, proxsumis, maxsume, vixsit, vixsi, auxsilium, dedouxsit, deixsistis, exsornare, exsedra, pexsus, Alexsander, desixso* etiam Augusti tempore, et *vxsori, exsemplo* Claudio Imperante. Quae omnia nostris auctoribus sublata sunt.

P vero scribebatur, vbi nunc B in compositis ponimus, ceu *opsonatoris, opsignetur, optinebit, opteritur, opsepit, opstetrix*, vt in isto lapide:

Antoniae. Aug. L.
Thalusae
Obstetrix

apsenti,

apfenti, apftinere, apfolutus, apfonum, apftulit, vt in alio lapide carmen iftud Virgilianum:

Apftulit atra dies

fculptum eft; *fupfignare, fupfignet, fupficiuom.* Quam fcribendi formam retentam etiam in Iurisconfultis veteribus, fecuta aetas a Catone et Varrone penitus euertit.

E contrario *D* in compofitis ex *AD* non mutabatur: *adtamen, adpofita, adglotinat, adprime, adfpicio, adfuetudo, adtulit, adlucet, adlocutus, adpellat, adcrefco* et alia in Plauto, Terentio, Lucretio, Varrone de L. L. nec non in Pandectis Florentinis et antiquis lapidibus; *adque* etiam pro *atque* de optimo exemplari Varroniano de R. R. Victorius deprompfit.

Eadem littera D ante F et digamma, V tranfibat in R: *aruolare, arfari, aruenas, aruentares, aruocatos, arfines, arferia aqua* apud Feftum, quae inferis libabatur, a ferendo dicta, *aruectum, aruebant* improbatum perperam a nobis in Catone. Hinc vernacula confuetudine tritum eft apud nos *arfiare* ex vetuftifmo *arflare.*

Eft etiam, vt ait Prifcianus, quando *N* principalis fyllaba ante fe adfumit *G*, vt *natus gnatus, notus gnotus, nauus gnauus, nofco gnofco, narus gnarus, nobilis gnobiliffimus.* Nos veterem formam adhuc retinemus, dum fcribimus: *ignarus, cognatus, ignauus, ignauia, cognofco, ignofco, ignobilis.* Qua fcriptura Plautus, Terentius, Virgilius vfi cum fint, eadem Varronem et Catonem vfos quis negauerit?

Loco *CU* fyllaba apud vetuftos faepiffime *QU* vel *QUO* ponebatur, vt *quoi, quoius, quom* pro *cui, cuius, cum*; ita *pequdes, pequnia, pequlatus, arquus, coquus, oquulus, quur* pro *pecudes, pecunia, peculatus, arcus, cocus, oculus, cur.* Et contra, ex qua confuetudine remanet in antiquis Varronis libris de R. R. *eculi* et *eculum* pro *equuli* et *equulum, decocunt* pro *decoquunt, incunatum* pro *inquinatum.*

Vbi nunc *G* vtimur, veteres Romani *C* vfi funt, vt in C Duilii monumento apparet, *Cartacinenfes, macistratos, leciones*, et in Varronianis optimae notae codicibus: *clobis, inecerint, virculta, fricora, Cortynia*; fimiliter *acnua*, quae a Columella fcribitur *agnua.* Hinc in multis apparet analogia; nam a *leco* pro *lego lectum*; ab *aco* pro *ago, actus, acus, acumen, acutus*; *panco* pro *pango pactum*; *reco* pro *rego rectum*; *fuco* pro *fugo fuctum* et *fucus*, vnico enim C apud Catonem et Varronem inuenitur.

His et aliis quae fufius in noftris epiftolis pertractauimus, quantum Catoni et Varroni a librariis et interpretibus fubductum fit, manifefto argumento cognofcimus. Praetereo alia atque alia, ita verba prifca et obfoleta; nihil addo nunc de vfu, quo propius ad linguam Latinam ex veteri orthographia accedimus praeter hoc vnum, tanquam caeterorum indicem et argumentum.

In vetuftiffima C. Duilii infcriptione cernere licet fingulas vocales dictionem finientes in D definere, vt *marid, dictatored, naualed, altod, praedad*; et apud Plautum: *ted, med*; in antiquis lapidibus: *monimentid, moltaticod.* Quod vfitatum cum haberent Romani, fcripfiffe exiftimo a λέγω, λέγεις, λέγει, *Leced, lecis, lecid*, deinde vt *lecid* feiungerent a *lecid* quod eft dandi cafus a *lex*, huic appofitum *d* feruantes alterum in *t* immutaffe, vt effet difcriminis cauffa *lecit*; fequioris autem faeculi vfus cum huiusmodi fcribendi formam in vniuerfum improbaffet, in nonnullis tamen dictionibus retinuiffe ambiguitatem euitantes. Hac ratione feiunctum *quid* et *quod* tum a *qui* ac *quo* (nam *qui* communis generis erat) cum a *quit* et *quot* in quibus *d* in *t* tranfiuit, vt in *item* quo aliud effet ab *idem*, vtque *id* ab *it.* *Pridem* etiam ex eodem fonte defluxit; exiftit enim a πρὶν, et de πρὶ adiecto *d* et *em* quod *eum* fignificat, factum eft primitus *prid em*, deinde coniunctim *pridem*, quafi *ante eum* fiue *eo prius.* Etenim πρὶν quarti cafus aduerbii modo a Graecis adhibitum fcimus, vt multa alia; propterea opinari licet, per alios etiam cafus inflexum, nimirum *pris, pri, prin*, atque hinc emanaffe *prior, primus, prifcus*, vt ex pris et τινὸς *priftinus* principio *priftinos*, quod valet *ex prioribus quis.* Id autem patrici cafus videtur abfolute pofiti Graecorum exemplo, cuiusmodi funt *die feptimi, die noni, die perendini, quotidie, poftridie.* Nam *die* pro *diei* eft, vt *fide* pro *fidei*, *requie* pro *requiei*, propterea Saluftius antiquitatis amator *dubitauit*, inquit, *acie pars.* Sane *alias* et *alteras* genitiui etiam funt aduerbialiter vfurpati. Similiter *diu, interdiu, iamdiu* fi quaerimus vnde fint, ftatim apparet fcienti ex Nonio Marcello olim non *die* folum dictum, fed etiam *diu* a Διὸς, τῦ Διῦ. Hinc *diutinus* fiue *diutinos* videlicet *alicuius diei* fiue *temporis*; quod enim ad aliquod tempus durat, id *diutinum* recte appellatur. Sic *tamdiu, quamdiu* hoc eft *tanti* et *quanti diei* fiue *temporis.*

Sed vt ad *D* litteram finalem redeamus *prodes, prodeft* et reliqua adhuc huius antiquitatis formam tuentur, fcribebantur enim *prod es, prod eft, prod eftis* a *pro* et *fum.* Quod in deductis a *praefum* non inuenitur; quoniam non a *prae* fit, vt volunt, et *fum*, fed a *praes, praedis* cum eodem; propterea *praes fum* et coniuncte, abiecto altero *S*, quod non iterabant, *praefum.* Similiter *praes es, praes eft, praes eus* ab obfoleto participio a *fum praefens.* In multis etiam aliis id *D* feruatur: *praedopto, prodigo, redamo, redimo, redintegro, redundo, redeo, redigo, redboftio, redarguo, reddo, redduco* (ita fcribitur a Varrone non *reduco*) quae erant *praed opto, prod ago, red amo, red emo, red integro, red undo, red eo, red ago, red boftio, red arguo, red do, red duco.* — Haec latius dicuntur in Epift. 1. 2.

AD CATONIS CAP. LVII.

MARSILIVS CAGNATVS

Variar. Obseruat. Lib. IV. Cap. XVI. Romae, 1587, 8vo. p. 319. seqq. et apud Gruter. Tom. 3. p. 643 seq.

IN eo, quem de continentia librum scripsi, cum de cibi potusque mensura verba faciebam, debui quaedam, ad eam tractationem pertinentia, ex libro Catonis de rebus rusticis digerere: quae dum examinarem, haec etiam notaui, quibus in hac miscellanea tractatione opportune magis quam illic, locus datur. *Vinum familiae quantum detur.* Hoc est totius capitis septimi supra quinquagesimum argumentum. *Vinum familiae.* Et haec, quae prima videntur capitis verba, argumenti loco posita sunt: nullamque habent coniunctionem cum sequenti sermone. id quod in multis capitibus a Catone seruatum est. Sic in superiori, *Familiae Cibaria*, et in inferiori, *Pulmentum Familiae.* et paulo post, *Vestimenta Familiae*, haec omnia sunt repetita argumenta: iam narratio sequitur. *Vbi Vindemia Facta erit, Loram bibant menses tres.* In his difficultas nulla est, at in sequentibus aliquid est, de quo dubitare iure possumus. *Mense quarto heminas in dies, id est in mense congios IIS.* Sic ait Cato. vbi notae *IIS.* significant duos et semissem. Budaeus legit III. id est ternos, cui assentiri non est necesse: etenim sequentia, *mense quinto, sexto, septimo, octauo, in dies sextarios, id est, in mense congios quinque*, haec, inquam, ab eodem Budaeo probantur, vt passim scribuntur, scribuntur vero, vt nos retulimus. Sed haec ipsa nos docent, congio sextarios sex contineri: cum enim dies sint in mense triginta, et cuique diei sextarius respondeat; atque adeo quolibet mense sextarii triginta numerandi sint; dicatur autem a Catone, si detur quoque die sextarius, quinque in mense congios impleri, necessarium est, vt sex congio Sextarii capiantur: nam tricenarius numerus in quinque partes inter se pares sic diuiditur, vt cuique ex quinque partibus, sex trigesimae tribuantur. Si ergo sextarii sex congio contineantur (quod ita se habere Festus docuit in verbo, *Publica pondera*) cum sextarius bis heminam capiat, inde fit, vt, quo mense datur in dies hemina, id est, dimidium sextarii, congii terni ex heminis triginta confici non possint, sed fiunt duo tantum et semissis: nam qualis hemina est ad sextarium, tales sunt heminae triginta ad sextarios triginta, subdupla scilicet proportione: at triginta sextarii sunt ex Catonis auctoritate congii quinque ergo heminae triginta, quod est triginta sextariorum dimidium, duos tantum congios et semissem conficere possunt, quo subdupla heminae atque sextarii proportio seruetur. Est igitur legendum *mense quarto heminas in dies, id est, in mense congios IIS.* Quamquam si codices omnes haberent congios ternos, dici posset Catonem noluisse tam exacte rationem colligere, quo pacto ab eo factum est etiam in postremis mensibus, vt inferius dicetur. sequentia vero carent ambiguitate. *Mense quinto, sexto, septimo, octauo, in dies sextarios, id est in mense congios quinque.* At quae deinceps sunt, varietatem modicam habent; nonnulli enim codices ita se habent, vt post verba superiora tres menses numerentur, videlicet *nono, decimo, vndecimo, in dies heminas ternas.* Alii vero, *duodecimo* adiungunt; quod iure factum existimo, quia sunt in anno menses duodecim. *Id est Amphoram.* Colligit summam illius, quod dabatur singulis postremis mensibus. Cum enim in dies heminae ternae dentur, ex tricies ternis heminis amphora conficitur, ternae heminae sunt sextarius et semissis, vel sesquisextarius. Triginta sesquisextarii conficiunt sextarios quinque supra quadraginta, quantum capit amphora, si hanc Cato rationem ad amussim iniuit, de qua re infra dicemus. Sequuntur, *hoc amplius Saturnalibus et Compitalibus in singulos homines congios*, his dictis summam annuae potionis colligere aggreditur: et inquit, *summa vini in homines singulos intra annum compeditis.* Estque haec propositio, quam infra explicat, cum inquit, *eos non est nimium etc.* Sed ante hanc explicationem interserit admonitionem quandam, videlicet, non adeo diligentem debere esse patrem familias, nec adeo parcum, vt negligat operarum merita, *vti quicquid operis facient proportione addito*, quae perspicua sunt: ipsa vero, quae sequitur, summae explicatio habet aliquam dubitationem. *Eos non est nimium in annos singulos vini quadrantalia X bibere.* Quibus in verbis Iocundus pro X id est decem restituit IIX, id est octo, quam Budaeus emendationem secutus est, atque cum legat in superioribus verbis, *mense quarto congios III*, pro *congios IIS*, vt ante dixi, summam concludit eam fuisse congiorum sex vel septem et quinquaginta: qui septem amphoras complent, scilicet cuique amphorae octo congii debentur: ait enim Festus, Congium esse octauam amphorae partem, octo vero, si septies accipiatur, efficit sex supra quinquaginta. Initur vero haec ratio hunc in modum quarto mensi terni congii addicuntur, quatuor sequentibus viceni, vt iam quinque mensibus sint congii viginti tres; rursus postremis quatuor mensibus bini ac triceni dentur, qui ternis ac vicenis adiuncti quinos et quinquagenos efficiunt. Quod si rursus addantur bini,

bini, qui Saturnalibus et Compitalibus dabantur, erunt omnes septeni, et quinquageni, iuxta lectionem alteram erunt semisse minus, quia mense quarto non ternos vt Budaeus, sed binos et semissem, legitur, vt exposui. Verum est, quod si ad amussim heminas et sextarios colligamus, quatuor vltimis mensibus reperiuntur congii dumtaxat triceni, quia singulis mensibus dantur sextarii quini et quadrageni, ex quibus congii septem et semissis conficiuntur, qui numerus quater sumtus tricenarium constituit. Sed voluit Cato his quatuor mensibus quasi auctarium, in singulos congium medium dari, fierique integram amphoram, qua octo et quadraginta sextarii continerentur, licet ratione eius, quod in singulos dies dandum dicebat, quinque supra quadraginta sextarii dumtaxat fierent. Cum igitur habeamus congios quinquagenos et septenos vel integros, vel dimidio minus, haec summa septem amphoras vix vno sextario superat. Legitur tamen non esse nimium in annos singulos quadrantalia, seu amphoras decem bibere, quia igitur multum interest inter septem ac decem, visum est satis Iocundo, et Budaeo (vt puto) si tantum adderetur, vt octo quadrantalia implerentur, atque ob id pro decem, legendum IIX existimarunt, fortasse Cato tam liberalis visus non est, vt tres vini amphoras impendere in vsum familiae in annos singulos vltra communiorem mensuram voluerit. nihilominus tamen perpendenda sunt ea verba: *Vti quicquid operis facient proportione addito.* Nam proportio, vt opinor, tum personas, tum tempora respicere debet; personas, vt qui plus operis faciunt, plus accipiant; tempora, vt aliis mensibus minus, aliis vero plus addatur; sicuti constat ex ipsius Catonis verbis, prioribus mensibus minus, posterioribus autem plus datum esse. Ergo, si, vt par est, addendum aliquid est habita personarum ratione, atque temporis; idque non certo anni tempore sed perpetuo faciendum; non est adeo magnum, nouem mensibus tres amphoras adiicere, ad eas, quae vulgaribus operis dari consuerant quotidie, videlicet mensurae dictae auctarium modicum adiiciendo: quam ob rem dictum est a Catone, nimium non esse, si decem in singulos annos amphorae bibantur; atque ideo mutationem illam verborum a Iocundo propositam minime necessariam esse arbitror, quod vero amphora idem esset, quod Quadrantal Festus auctor habetur.

AD CATONIS CAP. CXXXIV.

[a] VII. ID. NOV
SAENIVS. [b] DONATVS. L. FABIVS. FORTVNATVS
FRATRES [c]. ARVAL. IN. [d] LVC. D. [e] D. VIA. CAMP. APVD. LAP. V. CONV. PER. C. [f] PORC. PRISCVM
MAG. ET. IBI. IMM. QVOD. VI. TEMPESTAT. ICTV. FVLMIN. ARBOR. SACR. L. D. D. ATTACT [g]
ARDVER. EARQ. ARBOR. ERVENDAR. [h] FERR. [i] PENDENDAR. [k] ADOLENDAR. COMMOLENDAR
ITEM. ALIAR. RESTITVENDAR. CAVSA. OPERISQ. INCROANDI. [l] ARAE. TEMPORAL. [m] SACR. D. D
REFICIEND. EIVS. REI. CAVSA. LVSTR. MISS. [n] SVOVETAVRILIB. [o] MAIOR. ITEM. ANTE. AED
D. D. B. [p] F. A. IVNCT. N̄. II. ITEM. AD. AR. TEMPOR. DIS. [q] INF. S. S. IAN. [r] PATR. ARIET. II. IOVI. VER
BEC. II. MARTI. PATRI. VLT. AR. N̄. II. SIVE. [s] DEO. SIVE. DEAE. VERB. II. IVN. [t] D. D. OV. N̄. II
VIRGINIB. [u] DIV. OV. N̄. II. FAM. [x] DIV. VERB. N̄. II. LARIB. VERB. N̄. II. MATRI. LAR. OV. N̄. II
FONT. [y] VERB. N̄. II. FLOR. OV. N̄. II. SVMMAN. [z] PATR. VERB. ATROS. II. VESTAE. MATRI. OV. [a] II
VESEOR. [b] DEOR. DEARQ. OV. II. ITEM. ADOLEND. COINQ. [c] OV. II. ET. ANTE. CAESAR. GENIO
D. N. SEVERI. ALEXANDRI. AVG. [d] T. A. ITEM. [e] DIVIS. N̄. [f] XX. VERBEC. XX
IIII. ID. DEC. FRATRES. ARVAL. IN. LVCO. DEAE. DIAE. VIA. CAMPANA. APVD. LAP. V. CONVENER
PER. C. PORC. PRISCVM. MAG. ET. IBI. IMMOLAV. QVOD. AB. ICTV. FVLMINIS. ARBORES. LVCI
SACRI. D. D. ATTACTAE. ARDVERINT. EARVMQ. ARBORVM. ADOLEFACTARVM. ET. COINQVEN
DARVM. [c] ET. IN. EO. LVCO. SACRO. ALIAE. SINT. REPOSITAE. ET. ARAE. TEMPORAL. REFECTAE. FERRI
EFFER. EVIVS. [g] OPER. PERFECTI. CAVSA. LVSTRVM. MISSVM. SVOVETAVRILIB. MAIORIBVS
ET. CETERA. Q. [h] S. ADFVER. P. AELIVS. SECVNDINVS. T. FL. ARCRESILAVS. [i] M. FAB. FORTVNA
TVS. M. SAEN. DONATVS
FVSCO. II. ET. DEXTRO. COS. XIIII. [k] K. MAI. IN. LVCO. DEAE. DIAE. P. F. MAG. I. [l] PORCI. PRISCI. OB
FERRI. INLATIONEM. SCRIPTVR. ET. SCALPTVR. MARMOR. CAVSA. IMMOL. IPSO. MAG
PORCAM. ET. AGNAM. STRVIB. [m] EFFERTIS. ET. EXTAS. REDDID. AD. ARAM. MINISTRAN
TIBVS. PVBLIC. ET. PRAELENTIBVS. A. SACR. D. N̄. AVG. ITEM. IMMOLAVIT. OB. FERRI
FLATIONEM. [n] SCRIPTVRAE. ET. SCALPTVR. ET. OPERIS. PERFECTI. III. NON. MAI
PER. PORC. [o] PRILOLOGO. CALAT. ET. PER. PVBLIC. FRATR. ARVALIVM

a) Inscriptionem hanc primus publicauit F. Vrsinus cum notis suis et P. Ciacconi ex tabula marmorea, quam penes se esse dicit, ad Caton. c. 141. Retulit in thesaurum suum Gruterus p. CXXI, 1, qui haec apposuit, *A. Manucius iunior notis ad Laelium Ciceronis patrem suum ab Horatio Fusco hanc inscriptionem accepisse dicit.* Explicat illam Gutherius de iure manium 1, 4. cuius et reliquorum obseruatis hic vtemur, videbimusque an forte et a nobis aliquid ad lucem memorabilis monumenti accedere possit. Sed breuitatem imperant angustiae, intra quas haec appendicula Catonis tradenda est typographis: et alioquin non scribimus commentarios.

b) Ponuntur deinde eadem nomina, vt videtur, sed cum mutatione M. FAB. FORTVNATVS, M. SAENIVS DONATVS.

c) Fratres aruales sacerdotes numero XII, de quorum origine Gell. 6, 7 non modo ambarualia sacra ordinaria fecisse, verum etiam finium regundorum curam habuisse, docet Reines. ad Inscr. I, 157. De expiandis et procurandis eorum opera arboribus fulmine attactis vel haec inscriptio satis docet.

d) LVCI. Pighius ap. Gruterum. Possis suspicari IN LVCinae scil. templo, fano, luco. Sed mox totidem literis IN LVCO. Et p. CXXIV, 1 IN LVCO DEAE DIAE totidem literis legitur.

e) DEAE DIAE deinde scribitur plene, vt modo vidimus. Gutherio interprete est Ceres, Ops, Mater Deûm magna. Mihi videbatur Diana esse, quam DEIAM vel DIAM IANAM esse dictam, atque inde ipsum illius nomen ortum, nota obseruatio est. Luci omnes Dianae sacri. Vid. Spanh. ad Callim. p. 156 sq. Sed hoc etiam attendamus. Sacrum hoc peractum est in via Campana. Haec aut transiit, aut ex proximo praeteriit Ariciam et nemus Aricinum, Dianae praeter caetera sacrum. Nam quod decimo amplius lapide abesse Roma dicitur Aricia, illud ad milliare aureum in foro positum pertinet. Caeterum Romae appellatio Ariciam vsque pertinet, quousque nimirum continentia erant aedificia. Hinc egressos Roma excipit Aricia, quod non ex solo ad Epictetum Arriano probare poterat If. Vossius de magnit. Romae c. 5; sed iungere Horat. Serm. 1, 5, 1 *Egressum magna me accepit Aricia Roma*, vbi simul, quo sensu *magna Roma*

ma dicatur, intelligimus, nim. vt *magna Graecia*, *Hesperia magna*. Vt ad rem nostram redeamus, ad IV. Millia passuum excurrisse suburbia Vossius l. c. ponit. Itaque in ipsum V. lapidem viae Campanae incidere potuit lucus s. nemus Aricinae Dianae, eamque hic κατ' ἐξοχὴν esse DEAM DIAM. Quod non nominatur Diana, potest caussam aliquam sacram et secretam habere, quale quid est etiam in Catone nostro C. 141, 4. Add. quae deinde ad not. p. de *bouibus feminis aratro iunctis* dicentur.

f) Nescio cur PORCILIVM malit, quam PORCIVM Gutherius. Cum Prisci cognomen in Porcia gente ab Sapientis illius, qui Cato primus dictus est, inde aetate, receptum et vsitatum fuerit. Vid. Plut. in vita eius pr. Quod in proxima inscriptione PORCIL. occurrit, illud vsque quaque incertum.

g) ATTACTAE et ARDVERVNT vtrumque ad formulas horum hominum antiquas pertinere videtur. Certe illud *arduerunt* ad eam rationem conuenit, de qua aliquoties in his notis ad rei rusticae scriptores dictum est, vbi litera praesentis characteristica immutata manet in praeterito.

h) FERRENDARVM legit Gutherius, et interpretatur, auspicato capiendarum et consecrandarum, quod *capillari* dictum esse ex Seruio ad Aen. 10, 423 monet. Sed si quis attenderit, videbit iam de auferenda remouendaque arbore agi, quae attacta est fulgure, deinde de reponenda alia. Ita

i) PENDENDAR. vult errore scriptum Gutherius pro PEDANDARVM h. e. adminiculandarum; quod eandem habet difficultatem. Mihi placebat, dum quis rectiora moneret, FERRO FENDENDAR. Lucus sacer est, arbores eius ferro violare nefas. Fulgurita tamen arbor tollenda. Huius *ferro fendendae* h. e. impellendae, feriendae (haec enim vis est in compositis *defendo, offendo*) vel etiam *findendae* (quam leuis ista est, et quam solennis vocalium cognatarum permutatio?) veniam petunt fratres aruales sacrificio.

k) COLENDAR. Pighius ap. Gruterum. ADOLENDARVM retinet Gutherius, sed non explicat, non magis, quam quod sequitur COMMOLENDARVM. Forte incendendarum, hoc enim est *adolere*, et comburendarum arborum veniam petunt. *Adolere* quod est augere κατ' εὐφημισμὸν de sacris incendendis dici, Grammaticorum obseruatio est. Quid si in re tali vt *adolere* pro adurere, ita pro comburere *commolere* vel *combolere* arvales fratres dixerunt?

l) INCKO. Ms. Pigh. recte pro INCHOANDI. Pighio illud Ms. datum fuit dono a Busbequio Viennae 1574. Ista Gruterus. Sed Fuluius Vrsinus haec: INCROANDI et paullo post, RVIVS OPERIS PERFECTI, et deinde ARCRESILAVS et PRILOLOGO, non est mendum fabrile, sed antiqua quaedam obsoletaque scribendi ratio, qua R litera pro H adspirandi caussa ponebatur. Vnde qui *Rabonius* in Verrinis est apud Ciceronem, idem *Habonius* dicitur a Prisciano, qui cum citat locum Ciceronis. Haec VRSIN. Superest vt quaeramus, solane figurarum affinitas illam permutationem pepererit, an caussa alia? Si pro R litera H ponerent, balbutiem dictantium accusarem, qui canino elemento conatum solum et adspirationem adhibent. Nisi meliora quis doceat, putauerim balbutiei alicuius deberi *Habonium*: in inscriptione autem nostra K et R in possessionem literae H per artificis imperitiam venisse.

m) ARAE TEMPORALIS legendum nihil dubito, non *temporales*, vt ponit Guther. Sed quae sint *arae temporales*, nescio an quisquam explicet. Nihil blandius est, quam putare esse eas, in quibus non perpetua et stata peraguntur sacrificia, sed quae certi tantum sacri caussa constituuntur.

n) LVSTRVM MISSVM est oblatum. Mittendi verbo locus in sacrificiis. Ouid. Fast. 5, 637 *Falcifero libata seni duo corpora gentes Mittite*. Et Met. 11, 381 *Inferias extincto mittere Phoco*, quem locum etiam indicauit Gutherius.

o) SVOVETAVRILIBVS constanter in hoc lapide, et ita apud Catonem in libris Mss. tit. 141, ad quem locum videnda sunt, quae notauimus ex Festo, Charisio et aliis. F. VRSIN.

p) BOVEM FEMINAM legendum, nemo, credo, ambigit. Sed illud A. IVNCT. forte maiorem difficultatem habeat. Gutherius ita legit, AMBEGNIS IVNCTIS NEFRENDIBVS II. Nimirum, quod ex Fulgentio et Festo constat, *ambegna bos* aut *ouis* adeo est, quae vtrinque habet *agnos*, sibi alligatos, vnde nomen ortum volunt. Quare praestiterit AMBEGNAM legere BOVEM vnitatis numero, eamque deinde παρεξηγήσθαι, IVNCTIS NEFRENDIBVS DVOBVS. Potest forte Gutherium iuuare, quod transuersa linea literae $\overline{\text{N}}$ imposita est, indicium, si velimus, literae F adiungendae h. m. NF *Nefrendis* appellationem non ad solos *porculos* pertinere, sed ad *arietes* etiam Mucius Scaeuola apud Festum suadere videtur. Igitur etiam *verueces nefrendes* fuerint, cum quinquemestres agni castrentur Varr. 2, 2, 18. Sed, vt dicam quod sentio, desidero *nefrendis* et notam, quam abbreuiaturam dicunt, et ipsam adeo in sacrificiis appellationem. Et quis *ouem nefrendem* potius dixerit, quam *agnum* vel *agnam*? Quin *nefrendis* appellatio in ouillo genere non videtur aetatis esse, sed ad totum genus pertinere. *Nefrendes dictos asserit P. Mucius Scaeuola arietes, quod dentibus frendere non possint*. Qui enim? cum non habeant dentes superiores continuos. Quid si igitur illud N. *numeri* notam dicamus esse, vt apud Gruterum CCCLXXX, 5 et p. p. in hac ipsa inscriptione et alias? caeterum ita legamus hanc partem inscriptionis, BOVES FEMINAS ARATRO IVNCTAS N. II. *Dea Diua* est Diana. huius est lucus, huius primum et capitale sacrificium. huic destinantur *boues feminae*, quia femina est et ipsa; *aratro iunctae*, quia ad eam rem adhibentur steriles Columella teste 6, 22, 1 et Palladio Mart. 11, 6. *Audiamus Arnobium* p. 224 extr. *Quae enim est caussa, vt ille tauris Deus, baedis alius honoretur - - hic sterilibus vacculis etc.* Quis autem est, cui tale sacrificium offertur? Proserpinam nominat Poeta, 6, 251 vbi Aeneas mactat *sterilemque tibi, Proserpina, vaccam*. Dianam autem et Proserpinam, idem numen esse notum est. Itaque Seruii adno-

adnotatio vtrique congruit, cum vaccam sterilem mactari sit, *Deae congruam, nunquam eniteuti.*

q) DIS INFERIS SVPRA SCRIPTIS legit Gutherius, sed *Di inferi* hic soli non commemorantur iique non *supra*, sed *infra*. Legamus igitur DIS INFRA SCRIPTIS, vt pluralem notet geminum S: aut posterius S. significet SCILICET.

r) Videndus Cato 141, apud quem in formulis agri lustrandi haec habentur, *Ianum, Iouemque vino sic praefamino, sic dicito. Mars pater te precor, quaesoque, vti sies volens propitius mihi etc.* Intelligit autem Martem Siluanum, de quo Lucilius illo versu apud Nonium, vt docti viri legunt, *Luporum exactorem Martem Siluanum, et fulguritatem arborum*, nisi legendum sit, *Fulguritarum arborum.* [quid? *si fulguratorem arborum*] Nam *fulguritas arbores* dicebant, fulgure attactas. Festus. *Strufertarios appellabant antiqui homines conductos mercede, qui ad arbores fulguritas piacularium commissorum causa, sacrificia quaedam strue, et ferto sollemnibus verbis faciebant*, PRECOR TE IVPPITER VTI MIHI VOLENS PROPITIVS SIES, *quod et nullo etiam fiebat adhibito strufertario.* et in hoc ipso lapide sic habetur, QVOD. AB. ICTV. FVLMINIS. ARBORES. LVCI. SACRI. D. D. ATTACTAE. ARDVERINT. F. VRSIN.

s) Ita Grut. I, 7 SIVE DEO SIVE DEAE C. TERENT. DEXTER. EX VOTO POSVIT. Hinc illustramus illud Catonis 139 *si Deus si Dea es.* Ita euocationis formula apud Macrobium 3, 9 incipit *si Deus - - si Dea est.*

t) Etiam Iunonem *Deae Diuae* honore insigniri mirum non est, cum eaedem sint Iuno infera atque Diana, vnde vtraque φωσφόρος ac Lucina: de qua re Spanh. ad Callim. p. 283.

u) VIRGINES DIVAS Mineruam et Dianam intelligit Gutherius. Dianam cum eximiam habeamus, licebit, credo Parcas intelligere.

x) FAMILIAE DIVAE legit Gutherius et interpretatur *Diuas Corniscas*, de quibus Inscr. Grut. LXXXVIII, 14 inter Gudianas, eadem, credo, p. LXII, 6. et Festus, *Corniscarum diuarum locus* (f. lucus) *erat trans Tiberim, cornicibus dicatus, quod in Iunonis tutela esse putabantur.* P. Victor. *Corniscas* ponit in XIIII vrbis regione trans Tiberim. Mihi videbatur simpliciter *familiares Diuos an Diuas?* intelligi posse, de quibus Inscript. Gud. p. LXIII, 3, itemque Grut. p. II, 9. *Patrii penates familiaresque* apud ipsum sunt Ciceronem pro domo c. 57.

y) Nullus lucus sine fonte, nullus fons non sacer. Guther. FONTI DIVINO, Grut. p. XCIIII, 6 FONTIBVS DIVINIS id. p. MLXXII, 7 Horat. 3 Od. 13, 1 *O fons Blandusiae, - Cras donaberis haedo.*

z) S. Augustinus L. 4 de ciuit. Dei, *Romani veteres nescio quem Summanum, cui nocturna fulmina tribuebant, coluerunt magis quam Iouem, ad quem diurna pertinebant.* F. VRSIN.

a) N hic inserit Pigh. apud Grut.

b) Gutherius legit VESCORVM DEORVM, Omnino recte. *Vescum* enim Latinis idem, quod tenue, minutum, ac eodem sensu *Vesci Dii* hic dicuntur, vt apud Plautum *minuti* et *Patellarii.* Plin. hist. nat. 7, 20. Haec Graeu.

c) Vtitur hoc verbo Festus. (in fragm. ab Vrsino publicato p. 142) *Scribonianum,* inquit, *appellatur ante atria puteal, quod fecit Scribonius, cui negotium datum a Senatu fuerat, vt coinqueret sacella attacta: isque illud procurauit, quia in eo loco attactum fulgure sacellum fuit. Quod ignoraretur autem vbi esset. (vt quidam) fulgur conditum, quod cum scitur nefas est integi, semper foramine ibi aperto coelum patet.* Attactum autem Festus alibi dixit *fulguritum*, id est fulmine ictum: qui locus statim fieri putabatur religiosus, quod eum Deus sibi dicasse videretur, appellabaturque *Bidental*, quod ibi de Bidente rem diuinam facerent. Acro in Horatii Poëtic. *Bidental locus in quo fulmen conditum erat, cum magna reverentia a sacerdotibus: et Bidental a bidentibus dictum, nam reliquias fulminis Pontifices cum sacrificio sepeliebant.* Haec Vrsinus. De verbo *coinquere* accurate, suo more, I. F. Gronouius ad Liu. 25, 7 quorum summa, *coinquio* vel *coinquo* proprie esse violo, contamino, inquino: deinde dici etiam de arboribus deputandis, collucandisque, quae contactu ferri videntur pollui.

d) Gudius scribi vult TA. h. e. TAVRO vt p. CXXII, 1 it. p. CXVIII, 1.

e) DIVIS XX continentis. Dii rustici, vt Occator, Sterquilinius, et reliqui a Fabio Pictore apud Seruium ad Virg. v. 21. Gudius ad h. l. et ita fere Guther. Fateor mihi non satisfieri. Sed neque habeo melius.

f) Hic N significare *nefrendes* non potest, *numeri* nota, non minus atque alias, esse potest commodissime.

g) KVIVS Ms. Pighii. recte. Graeu.

h) Vtrum QVAE SOLENT? an QVAE SVPRA?

i) Forte ARCKESILAVS Leg. apud Grut.

k) XIII. Ms. Pigh.

l) L est in edit. Vrsini. Sed hoc parum refert. Velim caetera nobis aliquis explicet. Hoc video, cum piaculum esset ferrum inferre luco arboris violandae causa, progressam, vt solet, superstitionem, vt etiam sacro opus esset et victima, si monumenti statuendi causa, et scalpendi scribendique ferrum inferendum esset. Caeterum notam P. F. ante nomen L. Porci, et constructionis rationem non assequi me fateor.

m) STRVIBVS EFFERTIS] Erratum fabrile vt multa alia in hoc lapide. Nam infra mendose positum est, PRAELENTIBVS, pro PRAESENTIBVS, nisi forte fuit, PRAEEVNTIBVS. de struibus autem et ferto Festus ita: *Fertum genus libi dictum, quod crebrius ad sacra ferebatur, nec sine strue, altero genere libi, quod qui afferebant, strufertarii appellabantur.* VRSIN. Nimirum STRVE ET FERTIS legi volebat vir doctissimus ad Ca. 14, 4.

n) Etiam hoc in vitiis minimum fabrilibus voluit Gruterus, superscripto illo solenni *sic.* Sed Vrsinus ELATIONEM, quod conuenit cum illo FERRI EFFERENDI.

o) i. e. Philologo. Hic quidem K locum nullo modo habere potest: neque balbuties turbasse aliquid potest, permutatae esse possunt figurae H et R.

M. TEREN-

M. TERENTII VARRONIS

DE

RE RVSTICA

LIBRI III.

CAPITA
REI RVSTICAE
EX RHEGIENSI EDITIONE
ANNI CIↃCCCCLXXXII.
M. T. VARRONIS.

LIBRI I.

LIBRI II.

LIBRI III.



M. TEREN-

M. TERENTII VARRONIS
RERVM RVSTICARVM
DE AGRICVLTVRA.

LIBER I.

CAPVT I.

OTIVM [a] si essem consecutus, Fundania, commodius [b] tibi haec scriberem, quae nunc vt potero, exponam, cogitans [c] esse properandum, quod (vt dicitur) si est homo bulla [d], eo magis senex. annus enim octogesimus admonet me [e], vt sarcinas [f] colligam ante quam proficiscar e † vita. Quare, quoniam emisti fundum a quem

VARIETAS LECTIONIS.

[Cap. I.] a) *Potius essem I. B. R. Iuntt. si* OTIVS *essem W.* b) *et com. si tibi I. B. R. Iuntt. et commodius tibi W.* c) *quod citatus esse W.* d) *bula I. B. R. W.* e) *me* omitt. *W.* f) *sarcinulas W.* †) *euitar W.*

M. TERENTII VARRONIS) Accessit tribus libris, quorum fidem maxime in Catone expurgando secutus sum, quartus quidam amici et familiaris hominis: qui in Varrone comes illis adiungitur, et non negligenter a nobis in hoc munere obseruatus est. Illum autem, quamuis priscis temporibus exaratus non fuerit, paruifaciendum non putaui: nam domi clarissimi et doctissimi Viri (vt in eo quoque adnotatum est) Guarini Veronensis, Ferrariae exscriptus fuit: vt facilius etiam a natali loco fides ei habenda sit. Non enim ab iisdem exemplaribus, quibus nostri, profectus esse potest; aut, quando cum libris nostris consentit, quod saepe numero facit, id astute facere, et consilio aliquo fraudis cum illis inito existimari debet; sed vt incorruptus testis, quod in veritate ab aliis praue discrepare nolit. De aliis quamplurimis, qui aut ex eodem fonte orti, aut mendose scripti sunt, mentionem non faciam, nam aut ambitiosus in citandis testibus viderer, aut studiosis sine vlla vtilitate fastidium adferrem. Inscriptionem trium M. Varronis librorum a me in optimis codicibus inuentam secutus sum; nam indices, quibus declaratur, quid singulis partibus horum sermonum contineatur, non omnes veteres sunt. Primi enim tantum libri in MSf. exemplaribus reperiuntur, et ii loco, quo a me positi sunt, [*ante ipsum librum primum*] collocati: secundi ac tertii indicum in iisdem vestigium nullum. Et sane, si quis adcurate animaduertat, non valde elegantes sunt. Quare a recentioribus additos puto: ob idque ad eos, vt adulterinos, notam adposui. VICTORIVS.

1, 1 FVNDANIA) Vxor. 1, 2, 1.

1, 1 ANNVS ENIM OCTOGESIMVS) Putamus in vetustioribus libris et Plinii aetate scriptis exaratum fuisse. *Annus enim XXCI admonet me*, deinde a librariis erratum esse in notis, vt saepe fit, et omissa littera, factum esse XXC. Nam octogesimo primo anno aetatis M. Varronem libros de re rustica scripsisse tradit Plinius 18, 3, et verisimilius est apud Varronem hoc loco vnitatis notam omissam a librario fuisse, quam in Plinii Codicem eam litteram irrepsisse. VRSINVS. Plinius lib. XIIX refert, M. Varronem octogesimo primo vitae anno de re rustica scripsisse: in quo vel impressorum codicum vitium, vel ipsius memoriae error sit, necesse est; cum omnes libri hic constanter edant, *Annus enim octogesimus admonet me, vt sarcinas colligam.* Vixit tamen ad annum octogesimum octauum, vt auctor est Plinius lib. XXX, et Valerius Maximus lib. VIII, his verbis: *Terentius Varro humanae vitae exemplo et spatio nominandus, non annis, quibus saeculi tempus aequauit, quam stylo viuacior fuit, in eodem enim lectulo et spiritus eius, et egregiorum operum cursus extinctus est.* POPMA. Contra Popmam Harduinus ad Plinium, sequens Vrsinum, notat, vnitatis

quem [g] bene colendo †, fructuosum conficere [h] velis, meque [i] vt id mihi habeam curare roges, experiar. et non solum, vt ipso quoad [k] viuam, quid fieri oporteat vt [l] te
3 moneam, sed etiam post mortem. Neque patiar Sibyllam non solum cecinisse, quae, dum [m] viueret, prodessent hominibus, sed etiam quae [n] cum perisset ipsa, et id etiam ignotissimis quoque hominibus; ad cuius libros tot annis post publice [o] solemus redire, cum desideramus quid faciendum sit nobis ex aliquo portento: me, ne dum
4 viuo quidem, necessariis meis quod prosit facere [p]. Quo circa scribam tibi tres libros indices, ad quos reuertare, si qua in re quaeres [q], quemadmodum quidque te in colendo oporteat facere. Et quoniam [vt aiunt] Dei facientes adiuuant, prius inuocabo eos; nec, vt Homerus, et Ennius, Musas, sed XII deos consentis: neque tamen eos

g) *cum Ba-G.* †) *collendo W.* h) *eum facere I.B.R. Ba-G. cum facere P.* 1. *Iuntt. cum fructuosum facere W.* i) *meque adhibeam curam roges I.B.R. meque vti adhib. curam Ba-G. meque vti id hab. W.* k) *quaad Pol.* l) *vt* omitt. *W.* m) *cum I.B.R.* n) *quae* omitt. *W.* o) *publica B.R.* p) *Sed mortuo equidem* additur *I.B.R.* q) *cures P.*

tatis numerum Varroni restituendum. CVPERVS.

1, 2 VT ID MIHI HABEAM CVRARE) Veteres libri legunt: *Vt id habeam curare:* ex quo verisimile est, Varronem scripsisse, *vt id habeam curae.* VRSIN. Lipsius epistol. quaest. 4, 11 emendat *curae.* Codex Ryckianus: *vti mihi habeam curare.* Optima est lectio, quam retinuimus, quae antiquitatem et Graecismum Varronianum sapit. SCHOETTG.

1, 2 QVO AD VIVAM) In antiquissimo exemplari hic et aliis locis passim *Quaad* pro *quoad:* vt in hoc libro: *et quaad perarescat, furcillis versari.* In 2, 2 *quaad refrigerato aëre vespertino.* Paullo post: *Et rursus pascunt, quaad contenebrauit.* Nec multo infra: *quaad conualuerunt.* Rem nouam adnotasse contentus, nihil immutaui. VICTORIVS.

1, 2 VT TE MONEAM) Correctoris potius, quam librarii munere functus est Wr. cum *vt* hoc omittit perperam. Passim enim πλατειάζει sermo Varronis, v.g. p. p. ET *id* ETIAM *ignotissimis* QVOQVE *hominibus etc.* Vid. Ind. V. *Et.*

1, 3 NEQVE PATIAR SIBYLLAM) Possunt haec verba et quae sequuntur, sic collocari interpungique: *Neque enim patiar Sibyllam non solum cecinisse, quae, dum viueret, prodessent hominibus, et id etiam ignotissimis quoque, sed etiam quae, cum perisset ipsa: (ad cuius libros tot annis post publice solemus redire, cum desideramus, quid faciendum sit nobis ex aliquo portento) me, ne dum viuo quidem, necessariis meis quid prosit facere.* Pro *nobis* potest legi *nouisse;* nam littera *b* saepe in *u* mutatur a librariis. Sed non satis idoneus sensus ex ea lectione elicitur. VRSIN.

1, 4 LIBROS INDICES) Exponit Salmasius proleg. ad Solinum, qui ad instar indicum argumentum aliquod breuiter complectuntur. Vide ibi plura. SCHOETTG.

1, 4 DEI FACIENTES ADIVVANT) Vulgo, et recte quidem, si per se spectetur hoc adagium, interpretantur magnum Erasmum secuti de eo, manus etiam admouendas esse precantibus. Et hanc sententiam etiam Varroni obuersatam dicerem, si post inuocationem eam posuisset, et ita opus ipsum esset agressus. Nunc ante inuocationem cum ponit, forte hoc vult: *Dii adiuuant* sacra illis *facientes.*

1, 4 XII DEOS CONSENTIS) De his multa nuper demum Ge. Arnaldus de DIS παρέδροις c. 6 et 7. Hic illud modo obseruandum, passim rusticos deos, Varronis, vt apparet, ingenio ita coniunctos, *Consentes* vocari, vel certe publica Romanorum religione ita cultos dici, quorum tamen neutrum ex hoc quidem loco apparet. In illum censum melius referuntur rustica Numina Seruio commemorata ad Ge. 1, 21 cuius locum adscribere non pigebit. *Fabius Pictor hos Deos enumerat, quos inuocat Flamen sacrum Cereale faciens Telluri et Cereri: Veruactorem, Reparatorem, Inporcitorem, Insitorem, Obaratorem, Occatorem, Sarritorem, Subruncinatorem, Messorem, Conuectorem, Conditorem, Promitorem,* vbi pariter XII Deas habes, si Tellus ac Ceres distinctae computentur. Ipse Seruius paullo ante dixerat, *vt ab occatione Deus occator dicatur; a sarritione Deus sarritor; a stercoratione sterculinius.* Hic vltimus *Stercutus* et *Sterculius* etiam vocatur in libris Plinii, Macrobii, Lactantii. Sed, ne quid desit, subiiciamus etiam longiorem Augustini locum de Ciu. Dei 4, 8 *Nec agrorum munus vni alicui Deo committendum arbitrati sunt, sed rura Deae Rusinae; iuga montium, Deo Iugatino; collibus Deam Collatinam; vallibus Valloniam praefecerunt. Nec saltem potuerunt vnam Segetiam talem inuenire, cui semel segetes commendarent: Sed sata frumenta quamdiu sub terra essent, praepositam voluerunt habere Deam Seiam; cum vero iam supra terram essent, et segetem facerent, Deam Segetiam; frumentis vero collectis atque reconditis, vt tuto seruarentur, Deam Tutilinam praeposuerunt. Cui non sufficere videretur illa Segetia, quamdiu seges ab initiis herbidis vsque ad aristas aridas perueniret? - - Praefe-*

eos vrbanos, quorum imagines ad forum auratae ftant, fex mares, et foeminae totidem, fed illos XII. deos, qui maxime agricolarum [r] duces funt. Primum, qui omnes 5
fructus [s] agriculturae caelo et terra continent, Iouem, et Tellurem. itaque quod [t] ii parentes magni dicuntur, Iuppiter, pater appellatur [u], Tellus, terra [x] mater. Secundo Solem et Lunam, quorum tempora obferuantur, cum quaedam feruntur [y] et conduntur [z]. Tertio Cererem et Liberum, quod horum fructus maxime neceffarii ad victum [a]. Ab his enim cibus et potio venit e fundo. Quarto Robigum ac [b] Floram, 6
quibus propitiis, neque rubigo [c] frumenta atque [cc] arbores corrumpit, neque non tempeftiue florent. Itaque publicae [d] Robigo feriae robigalia; Florae, ludi floralia inftituti. Item adueneror Mineruam et Venerem, quarum vnius procuratio olineti [e] alterius hortorum; quo nomine ruftica vinalia inftituta. Nec non etiam [f] precor Lympham,

r) *agricularum P.* s) *fructos P.* t) *quod hi I. B. R. duo hi I. I - G.* item *H. St - D.* u) *appellatur* deeft *a. V.* x) *vero a. V* y) *ferantur et condantur a. V.* exceptis *P. I. I.* z) *in tempore* add. *I. B. R. I. I. in terra Ba - G.* a) *fint* adiic. *a. V.* b) *et a. V.* c) *robigo I. B. R.* cc) *adque P.* d) *publice Pol.* deeft *I. B. R.* e) *oleti a. V.* f) *etiam* deeft *I. B. R. et Pol.*

Praefecerunt [tamen] *Proferpinam frumentis germinantibus; geniculis nodisque culmorum, Deum Nodotum; inuolumentis folliculorum, Deam Volutinam: cum folliculi patefcunt, vt fpica exeat, Deam Patelenam; cum fegetes nouis ariftis aequantur, quia veteres aequare hoftire dixerunt, Deam Hoftilinam; florentibus frumentis Deam Floram; lactefcentibus Deam Lacturtiam; maturefcentibus Deam Maturam; cum runcantur, id eft a terra auferuntur, Deam Runcinam. Nec omnia commemoro, quia me piget, quod illos non pudet.* Huc etiam referenda, quae ad Cat. 132 et 134 difputata funt: itemque quae Salmaf. ad Solin. p. 640 B. feq. de Dea *Seia a ferendo dicta* Plin. 18, 2 quam *Seffiam* vocat Tertullianus de fpectaculis; et de *Segefta*, vel *Segetia* eademque *Meffia*; ac denique de *Tutelina, quam fub tectis nominare religio eft*, quarumque omnium *fimulacra in circo videntur.* De facris rufticis omnibus claflicus eft locus, quem modo laudabamus, Plinii.

1, 5 ITAQVE QVOD II PARENTES MAGNI) Videndum an defit particula *et* legendumque fit, *parentes et magni.* Nam funt duo epitheta, de quibus videndus Macrobius in Saturnalibus. Verba autem: *Iuppiter pater, Tellus vero mater*, videntur adiecta ἐξηγητικῶς. VRSIN. Lege: *quod duo hi parentes magni dicuntur*: nam *quod* et *duo* expreffe habet Codex Ryckianus, et Varro poftea quoque hoc verbo rationem reddere folet, *quod horum fructus.* Τὸ *itaque* ergo plane hic exulare poteft. SCHOETTG.

1, 6 ROBIGVM) Varro nofter mafculino genere exprimit, caeteri genere foeminino *Rubiginem* deam, quae rubiginem a frumento poffit auertere. Ouidius Faft. 4, 911 *Afpera Robigo parcat cerealibus herbis.* IDEM.

1, 6 ALTERIVS HORTORVM) Idem habet nofter lib. 5 de L. L. vbi vide Coniectanea Scaligeri p. 76, 77. IDEM.

1, 6 QVO NOMINE RVSTICA VINALIA) Plutarchus in Probl. ἀντὶ τῶν οἰναλίων τῇ ἑορτῇ πολὺν οἶνον ἐκχέουσιν ἐκ τοῦ ἱεροῦ τῆς ἀφροδίτης. Faciunt haec verba ad intelligentiam loci Varroniani: fed male in iis οἰνουμαλίων fcriptum eft pro οὐιναλίων. Feftus: *Ruftica Vinalia appellantur menfe Augufto XIV. Cal. Sept. etc. eodem autem die Veneri templa funt confecrata, alterum ad Circum Maximum, alterum in luco Libitinenfi. quia in ipfius tutela funt horti.* Idem in fragmento: *Ruftica Vinalia menfe Augufto XIV Cal. Sept. Veneris dies feftus, quod eodem illo die aedes ei deae confecrata eft. Iumenta quoque et olitores ab opere ceffant, quia omnes horti in tutela Veneris effe dicuntur.* Marc. Varro lib. 5 de L. L. *Vinalia ruftica dicuntur ante diem XII Cal. Sept. quod tunc Veneri dedicata aedes, et horti eius tutelae affignantur.* Sed in Calendario Romano et apud Feftum, et item apud Plin. 18, 29 habentur ad XIV Cal. Sept. quod Varronis tempore, vt opinamur, nondum fuerat annus ad Solis curfum duobus additis diebus reftitutus. Fefti autem fragmentum fuppletum eft a nobis ex altero ipfius loco fimili, quem fupra citauimus. Sed operae pretium erit alium item Fefti locum indicare in *Vindiciae*, vt reperitur fcriptus apud me in exemplo manu Pomponii Laeti defcripto ex iis pagellis, quas ipfum detractas ex eo fragmento habuiffe teftatur Angelus Politianus. *Vindiciae etc. Cato in ea, quam dixit L. Furio de aquariis etc.* In vulgatis autem codicibus eft tantum *de aqua.* Sub finem poft verba XII tabularum adduntur haec: *Vindiferit a vinculis omnibus abfolutum fignificat.* Neque dubium eft, quin hoc exemplum petitum fit e XII. nam prolatum eft ea forma, qua *plorafit* et alia fimilia in leg. XII tabularum. VRSIN. Addatur Ouid. Faft. 4, 877. *Cur igitur Veneris feftum Vinalia dicant, Quaeritis?*

1, 6 LYM-

Lympham, ac Bonum [g] Euentum, quoniam sine aqua omnis arida ac misera agricul-
7 tura, sine successu ac bono euentu, frustratio est, non cultura. Iis [h] igitur deis ad venerationem aduocatis [i], ego referam sermones eos, quos de agricultura habuimus nuper, ex quibus quid te facere oporteat animaduertere poteris, in queis quae non inerunt et quaeres, indicabo a quibus scriptoribus reperias [k] et Graecis, et nostris. Qui

g) *Boneum ventum* marg. *D.* h) *His a. V.* item *H. St-D. Iis Vict.* i) *vocatis I. I-G.* k) *repetas* marg. Durdr.

1, 6 LYMPHAM) Intelligo Nymphas, quae fontibus et aquis praepositae credebantur. Et fuit antiqua scriptio *Lympha* pro *Nympha*, vnde adhuc habemus vocem *lymphatus*. Nannius Misc. 3. SCHOETTG.

1, 6 BONVM EVENTVM) Hic et ipse Deus putabatur a Romanis, vt omnia, quae agenda susciperent, euentu prospero bearet. Occurrit eius mentio aliquoties in Inscriptionibus apud Gruterum p. CI, 7 sqq. Simulacrum quoque illius Romae fuit, quod dextra pateram, sinistra spicam ac papauer tenuit. Plinius 34, 8. IDEM. Plura de hoc Hard. ad l. c. Plin. s. 19 n. 16 Lindenbr. et Vales. ad Ammian. XXIX. extr. et dedita opera Morauius de Malaturri (Mr. Moreau de Mautour) dissertatiuncula de hoc Deo et nummis eius honori cusis, quae habetur in Hist. Acad. Inscriptt. To. IV. p. 78.

1, 7 A QVIBVS SCRIPTORIBVS REPERIAS) Optimi exemplaris diuersitas, locutionisque nouitas scrupulum mihi iniecerunt, ne aliquod hic mendum lateat. Sed ne antiqua quidem scriptura omni labe vacat. *Reperitas* enim habet. Quare videant eruditi, an *repetas* legendum sit: ipsis enim rem dubiam incertam relinquo. VICTOR. Non dubium est, quin mendum insit in hac lectione, quae M. Varronis elegantia et nitore indigna est. Barbarismus enim est *Reperire ab aliquo*, neque vllus vnquam primae classis auctor ita locutus est. Sed et vetus scriptura, ita vt eam nobis indicauit doctiss. P. Victorius, auget mendi suspicionem, cum ea non leuiter a vulgari discrepet. Habet enim *Indicabo a quib. scriptorib. reperitas.* Ego nulla dubitatione lego, *reperites. Reperitare* est reparare. Quae inquit, in nostris libris deerunt, quae desideres, ea ex quibus scriptoribus supplere ac reparare possis, ostendam. Ignorantia priscae Latinitatis non paucas maculas insperserunt hisce elegantissimis libris imperiti librarii. Nam duo hic sunt *ἀρχαϊσμοί*. Primus est, frequentatiua forma verbi, qua libentius vtebantur veteres, vt apud Catonem *Dolitare* pro *Dolere:* et eiusmodi tum apud eundem, tum apud alios veteres, praesertim Plautum infinita. Alter est in commutatione literae. Nam non *Reparare* sed *Reperare* dicebant. Exempla occurrunt apud veteres scriptores: vt apud Gellium *Praeperare*, non *Praeparare*, l. X, cap. XI. *Namque in properatu rei rusticae, per tempestates pluuiasque cum vsius est, maturari potest.* Vetus scriptura habet *Praeperatu.* hoc est Praeparatu. Nam sane *Properatu*, quod vulgo excusum est, nihil ad rem. Sic quam postea *Supparum* vestem, prius *Supperam* vocabant. Sic apud Petronium, *Vitello piperato epiperatam.* Alii dicerent *Opiparatam:* et *Opiparum*, non *Opiperum.* Sed in hoc dices, non versantur opes aut vectigalia populi. At quod tibi leue videtur, id etiam inuenies in iis auctoribus, penes quos sunt non opes solum, sed etiam salus populi. hoc est, apud iuris auctores. Nam apud Paulum, l. III, D. de supell. ita legitur, *Lecti etiam inargentati, culcitae, toralia imperia, vasa aquaria, etc.* Hoc est, imparia. *Imparia* seu vasa seu toralia, in suppellectile familiari sunt, quae paterfamilias sibi seruat praeter ea, quae sunt quotidiani vsus. Sic Cato *trapetes impares* esse oportet praecipit. hoc est, praeter illos, quorum quotidie vsus esset. vt si in illis quotidianis aliquid fractum sit, aut aliquid reficiendum sit, ea praesto sint, quae in illorum locum sufficiantur. *Trapetes*, inquit, *bonos prius impares esse oportet.* Id est, Oportet esse vnos trapetes praeter illos quotidianos in singulis torcularibus. *Paria* enim vocari debent, quae habentur quotidianae vsioni: *imparia* ergo, quae praeter illa adhibentur. Propterea alibi, quae debebat vocare *imparia*, vocat *superuacanea.* vt Tit. XII, *Pracla temperata quinque: superuacanea tria.* Item ibidem, *suculas quinque, superuacaneam vnam.* Et ita in aliis apud eundem Catonem annotabis. Nam *superuacanea* ibi nihil aliud est quam quod alibi dicit *imparia.* Ergo iurisconsultus addit *Imparia*, ne tantum ea, quae in vsum quotidianum insternerentur, comprehenderet, sed et ea quoque intelligeret, quae aliquando ad eosdem vsus depromi possent. Nam procul dubio ibi *Imperia* est *Imparia*, vt diximus. SCALIG. Locutio paullo durior: qua tamen et Plautus in prologo Rudentis vsus est, *Sacrificii facilius pius a Diis supplicans, Quam qui scelestus est, inuenit veniam sibi.* Vetus Lectio Florentina, *Reperitas:* in qua, nisi mendum, geminus *ἀρχαϊσμός*, *Reperites* forma frequentatiua, et litera A in E commutata, pro Repares, id est, requiras, recuperes; vt Horatius, *Classe cita reparauit oras.* POPMA. Scriptum inuenit in antiquis exemplaribus Victorius *reperitas:* neque tamen id probat: quin coniicit legendum *repetas*; sed superuacanea cura, quod in editis per Ioannem Paruum habemus. Ego profecto non contemno, verum aut vetustum *reperitas* reciperem, aut vna immu-

Qui Graece [l] fcripferunt difperfim, alius de alia re, funt plus quinquaginta. Hi funt, 8
quos tu habere in confilio poteris, cum quid confulere voles, Hieron Siculus, et Attalus Philometor: de philofophis, Democritus phyficus, Xenophon Socraticus, Ariftoteles et Theophraftus peripatetici, Archytas [m] pythagoreus, item Amphilochus [n] Athenienfis, Anaxipolis Thafius [o]. Apollodorus Lemnius, Ariftophanes Maleotes [p], Antigonus [q] Cymaeus [r], Agathocles [s] Chius, Apolionius [t] Pergamenus, Ariftandrus [u] Athenienfis, Bacchius Milefius [x], Bion Soleus, Chaerefteus et Chaereas Athenienfes [y], Diodorus Priennaeus [z], Dion Colophonius, Diophanes Nicenfis [a], Epigenes Rhodius [b], Euagon Thafius [c], Euphranii duo, vnus Athenienfis, alter [d] Amphipolites, Hegefias [e] Maronites,

l) *igitur haec I. B. R.* m) *Archias I. B. R. Arcytas Pol. Architas I. I-G. item H. St. Po. D.* n) *Amphilocus I. B. R.* o) *tafius P. tarfius Ienff. tharfius B. R. Apollonis pergameneus* (*pergamenus Ienff.*) infer. praeterea *I. B. R.* p) *malotes I. B. R. mallotes P.* et *Ryck.* q) *Antigonius I. B. R.* r) *cynicus I. B. R. cymeus P. I. I-G.* it. *H. St-D.* s) *Agatocles a. V.* t) *Apollonius pergameneus fupra pofita nunc* omitt. *a. V. pergamenus P.* u) *Ariftandros P. Ariftandius B. R.* x) *melefius B. R.* y) *athenienfis I. B. R. Iunt.* z) *prienneus I. B. R.* a) *nicaeenfis Pol.* b) *rhodios P.* c) *tafius I. B. R.* d) *alter* deeft *P.* e) *Hegefias P. H. St-D. Agefias* reliquae.

immutata literula, antiquius *repetitas* haberem; quid enim illa, quae proxima connectuntur: *Qui Graece fcripferunt difperfim alius de alia re, funt plus quinquaginta: hi funt, quos tu habere in confilio poteris, cum quid confulere voles,* aliud indicant quam ab iisdem fcriptoribus rufticarum rerum praecepta effe faepius repetenda? PONTED.

1, 7 ET GRAECIS ET NOSTRIS) An deeft aliquid de Varronis hoc indiculo? Romanum certe laudat hic neminem, ne Catonem quidem. Caeterum admonendi fumus, quae de his autoribus adnotata funt a Scaligero caeterisque, ea nos hic referre, ne quid notarum adhuc editarum detractum effe videatur. Clariff. vero Schoettgenii obferuationes, et fi quid nobis in mentem venit, coniecturos in Indicem. Illud modo hic obferuandum, quod vidit primum Reinefius V. L. 2, 6 p. 161 hunc indicem Varronianum a Plinio ipfis vocabulis defcriptum, vbi auctores externos refert, exceptis tribus vltimis. Inde igitur Romani fcriptores forte haud iniuria repetantur, de quibus, librariorum, credo, culpa, nihil eft apud noftrum.

1, 8 HIERON SICVLVS, ET ATTALVS PHILOMETOR) Videtur defiderari particula *et*, vt legatur *Attalus et Philometor reges.* nam fequitur, de philofophis etc. Colum. 1, 1 *Siculi quoque non mediocri cura negotium iftud profequuti funt Hieron et Epicharmus, Aegyptii Philometor et Attalus.* Plinius in Indice *lib. 18 ex autoribus Philometore rege et Attalo rege.* VRSIN. Forte melius: *Hieron, Siculus Rex, Attalus, Philometor.* Hi tres reges Siciliae fuerunt, celeberrimi autores rerum rufticarum. Plinius lib. 18: *De cultura agri praecipere principale fuit, et apud exteros; fiquidem et reges fecere, Hieron, Philometor, Attalus, Archelaus: et duces Xenophon, et Poenus etiam Mago:* Col. lib. 1 *Siculi quoque non mediocri cura negotium iftud perfecuti funt, Hieron et Epicharmus difcipulus. Philometor et Attalus.* POPMA. Aufonius Popma putat fcribi debere, *Hieron, Siculus Rex, Attalus, Philometor.* Quod fi *regis* titulus excidit, ego crederem fcribi debere -- *voles, de regibus, Hieron* -- quia mox fequitur *de philofophis.* Non fatis caute autem vir doctus tres ex duobus regibus facit diftinctione fua. Hic tertius Attalorum fuit, populoque Romano regnum fuum teftamento legauit; et *Philometor* etiam vocatur ab auctore prologi in Iuftinum lib. 36, et Appiano libro de bello Mithrid. eundemque hortorum ftudiofum fuiffe patet ex Iuftino 36, 4: quanquam nequaquam regium fuerit colere hortos ad amicos interficiendos. Plinius 18, 3 binis dictis regibus iungit *Archelaum*; et Col. 1, 1, 8 ita loquitur: *Siculi quoque non mediocri cura negotium iftud profequuti funt, Hieron et Epicharmus difcipulus, Philometor et Attalus.* Errat autem Columella, fi et Attalum Siculis adfcripfit; deinde *Philometor et Attalus* eft idem, qui *Attalus Philometor,* quomodo et hoc cognomen proprio praeponitur apud Plinium. Sed quid fibi vult *Epicharmus difcipulus?* Annon fcribendum *Epicharmi difcipulus?* vt fcilicet ab Hierone diftingueretur. CVPERVS.

1, 8 ARISTOPHANES MALEOTES) Scribendum *Mallotes*, ex nummis argenteis et veteribus libris. VRSIN.

1, 8 ANTIGONVS CYMAEVS) *Cymaeus* et *Cumaeus* antiqui dixerunt; alterum iuxta Graecam rationem, alterum ex confuetudine Latinorum, qui *y* in *u* conuertere folent; quod adnotauit Prifcianus lib. 1. Sic eft in illo Virgilii Ecloga V, *Vltima Cymaei venit iam carminis aetas*, Aeneid. VI, *Talibus ex adyto dictis Cymaea Sibylla*, et Silii Italici lib. XIII, *Cymaeo populis vox noftra fonabat in antro.* POPMA.

1, 9 HEGESIAS MARONITES) *Hegefias* legen-

Maronites, Menandri duo, vnus Priennaeus, alter Heracleotes, Nicesius Maronites
9 Pythion Rhodius. De reliquis, quorum quae [f] fuerit patria non accepi, sunt Androtion [g], Aeschrion, Aristomenes, Athenagoras, Crates, Dadis [h], Dionysius, Euphiton [i] Euphorion [k], Eubolus [l], Lysimachus, Mnaseas, Menestratus [m], Pleuthiphanes [n], Persis, Theophilus [o]. Ii [p], quos dixi, omnes soluta oratione scripserunt [q]. easdem res etiam
10 quidam versibus, vt Hesiodus Ascraeus [r], Menecrates Ephesius. Hos nobilitate [s] Mago Carthaginiensis [t] praeteriit [u] Poenica [x] lingua, quod res dispersas comprehendit [y] libris XXIIX [z]. quos Cassius Dionysius Vticensis [a] vertit libris [b] XX. ac [c] Graeca lingua [d] Sextilio praetori misit: in quae volumina de Graecis libris eorum, quos dixi, adiecit non pauca, et de Magonis dempsit instar librorum VIII. Hosce ipsos
11 vtiliter ad VI. libros redegit Diophanes in Bithynia, et misit Deiotaro regi. Quo [e] breuius de ea re conor tribus libris exponere, vno de agricultura, altero de re pecuaria, tertio de villaticis pastionibus; hoc libro circumcisis rebus, quae non arbitror pertinere ad agriculturam. Itaque prius ostendam, quae secerni oporteat ab ea, tum de his rebus dicam, sequens naturales diuisiones. Ea erunt ex radicibus trinis, et quae ipse in meis fundis colendo [f] animaduerti, et quae legi, et quae a peritis audii [g].

II. SEMENTIVIS [a] feriis in aedem Telluris veneram rogatus ab aeditimo, vt dicere

f) *quae* omitt. *Hern.* g) *Androcion. Aescharion. a. V.* h) *Dades I. B. R. Oades I. I-G.* i) *Eriphyton I. B. R.* περὶ φυτῶν. *I. I-G.* k) *Eophorion P.* l) *Creobolus I. B. R.* m) *Menestarcus I. B. R.* n) *Plentiphanes P. Pleuthephanes I. B. R. Pleitbiphanes Hern.* o) *Theopilus P.* p) *Hi I. B. R.* vt alibi pluries. q) *scripserunt easdem res, et quidam etiam a. V.* r) *et* inf. *a. V.* s) *nobilitates P. nobilitatos I. B. R.* t) *carthaginensis I. B. R.* u) *praeteris I. B. R.* x) *punica Hern.* y) *comprendit Pol.* z) *duodetriginta a. V.* a) *viticensis B. H. A.* b) *libros I. B. R.* c) *ac* deest *a. V.* it. *H. St-D.* d) *quo* inf. *I. B. R. et I. I-G. ac H. St-D.* e) *Quod I. B. R.* f) *colenda Hern.* g) *audiui a. V.* [C. H.] a) *Sementinis a. V.*

legendum, non *Aegesias*, vel solus ordo elementorum satis docet, quem Varro sequitur.

1, 9 DADIS, DIONYSIVS, EVPHITON, EVPHORION) Duo, nisi fallor, eraut in his verbis magna errata: namque, *Oades*, *Dionysius*, περὶ φυτῶν, etc. antea legebatur. Refert autem scriptores rei rusticae per ordinem literarum. Vera igitur est antiqua lectio, nisi aliquid mendi in tertio nomine sit. nam proprium nomen illud esse omnino credo, nec περὶ φυτῶν vllo pacto legi debere puto. Idem error apud Columellam erat: qui totum hunc locum a Varrone acceptum, iisdem pene verbis pertractat; nisi quod in manu scriptis Columellae exemplaribus non *Euphiton*, sed *Euethon*, est. Maluimus tamen in re incerta, (neque enim in nomen huius rerum rusticarum auctoris vnquam incidi) M. Varronis codicum fidem sequi, quam Columellae. illos enim fideliores experti sumus. VICTOR.

1, 10 HOSCE IPSOS VTILITER) *Vtiliter* est vulgatissimum verbum iuris hic. Nam *ius vtile* praetorium est, et opponitur *legitimo*. Sic infra, *vtiliter excipere.* Elegantissime igitur transtulit ad correctionem Diophanis. SCALIGER.

1, 10 ET MISIT DEIOTARO) Putamus totum hunc locum ita legendum esse, interpungendumque. *Et misit Deiotaro. ego quo breuius de ea re conor tribus libris exponere, vno de agricultura, altero de re pecuaria, tertio de villaticis pastionibus, hoc circumcisis rebus, quas non arbitror pertinere ad agriculturam, ita prius ostendam, quae secerni oporteat ab ea.* VRSIN.

1, 11 REBVS, QVAE NON ARBITROR PERTINERE) Ne cui forte pruriant manus scribere *quas*, obseruandum, alias quoque ita Varronem loqui 2, 1, 3 *ex iis rebus, quae inuiolata vltro fert terra.* add. 1, 31, 5. 2, 2, 14. 2, 9, 16. 3, 3, 5. *de hoc ornithone, quod* 3, 5, 1. vid. Ind. in *Res* et *Synesis.* Plura id genus dabit Perizon. ad Sanct. 2, 9, 4. 4, 4, 80 et 84. itemque Cortius ad Sall. Iug. 41.

1, 11 AD AGRICVLTVRAM. ITAQVE) Punctum, vt vocant omnino delendum et scribendum *agriculturam, itaque*; Sine qua distinctione sensus omnino nullus est. CVPERVS. Malui ablatiuos consequentiae ad superiorem verborum continuationem adiungere, et tollere interpunctum ante *tum de his rebus.*

2, 1 SEMENTIVIS FERIIS) Ita semper scriptum in iis libris inueni. nam paullo item post, *Num feriae sementinae.* Apud Catonem etiam, *Pira volema, Aniciana, et sementina.* VICTORIVS. Celebratae autem sunt a Romanis feriae istae circa finem Ianuarii, et erant quasi lustratio frugum, vt bene crescerent. Plura Ouidius Fast. 1, 657 seqq. SCHOETTG.

2, 1 AEDI-

dicere didicimus a patribus nostris: vt corrigimur a recentibus vrbanis, ab aedituo.
Offendi ibi C. Fundanium socerum meum, et C. Agrium [b] equitem R. Socraticum [c],
et P. Agrasium publicanum, spectantes in pariete pictam Italiam. Quid vos hic, *in-
quam*, num feriae sementiuae [d] otiosos [e] huc adduxerunt [f], vt patres, et auos solebant
nostros? Nos vero (inquit AGRIVS) vt arbitror, eadem [g] causa, quae te, rogatio 2
aeditimi. Itaque si ita est, vt annuis, morere [h] oportet nobiscum, dum ille [i] reuerta-
tur. Nam accersitus ab aedile, cuius procuratio huius templi est, nondum [k] rediit,
et nos, vt expectaremus se, reliquit qui rogaret. Vultis igitur interea vetus prouer-
bium, quod est, ROMANVS sedendo vincit, vsurpemus, dum ille [l] venit? Sane, in-
quit AGRIVS, et simul cogitans, PORTAM itineri dici longissimam esse, ad subsellia
sequentibus nobis procedit. Cum consedissemus, AGRASIVS [m], Vos, qui multas 3
perambulastis terras, ecquam [n] cultiorem Italia vidistis, inquit? Ego vero, AGRIVS [o],
nullam arbitror esse, quae tam tota sit culta. Primum cum orbis terrae diuisus sit in
duas partes ab Eratosthene [p], maxime secundum naturam ad meridiem versus, et ad
septen-

b) *Acrium P.* c) *Socratitium Pol. 2.* d) *Sementinae a. V.* e) *ociosos a. V. praeter Iunt.* f) *ad-duxere a. V.* g) *de* inf. *I. B. R.* h) *morare I. B. R. I. I. merere Heru.* i) *iste I. B. R.* k) *nundum I. B. R. non dum* diu. *I. I. Ba.* l) *iste I. B. R.* m) *Agrius I. B. R.* n) *quam I. B. R. Ba-G. et quam P.* o) *inquit Agrius I. I-G.* item: *H. St-D.* p) *Eratbostene P. I. B. R.*

2, 1 AEDITIMO) *Aeditimus* et *Aeditumus* antique dicebatur, qui postea *aedituus*. Et quidem sicut *finitimus*, qui ad fines est, *legitimus*, qui secundum leges est, dicitur, ita *aeditimus*, qui ad templum, vel in templo est. Gellius 12, 10. Postea vero formabant ab *aede* et *tueri*, quod notat curare, inspicere, custodire. Vide Varronem de L. L. lib. 6. et notas viri docti ad Festum in *Aeditumus*, post editionem Scaligeri 1574. p. 8. IDEM. Inter *recentes vrbanos* videtur fuisse etiam Lucretius, qui 2, 1273 *aeditumentes* vocat. Nomen huius edit L. Fundilium infra c. 11.

2, 1 OFFENDI) Codex Ryckianus addit inveni, quod est glossema vocis *offendi*, adeoque recte ab aliis omittitur. SCHOETTG.

2, 1 PICTAM ITALIAM) Adeoque et tunc iam notae et in vsu fuerunt mappae Geographicae, quod iam non amplius dubium relinquitur, quum in triumpho semper deuictae regionis typus publice praelatus fuerit. Propertius 4, 3, 35. *Et disco, qua parte fluat vincendus Araxes. Quot sine aqua Parthus millia currat equus. Cogor et e tabulis pictos ediscere mundos, Qualis et haec docti sit positura Dei. Quae tellus sit lenta gelu, quae putris ab aestu, Ventus in Italiam qui bene vela ferat.* IDEM. Multo esse maiorem geographicarum tabularum antiquitatem, vel ex Socratico ad Alcibiadem Apophthegmate constat, quod refert Aelian. V. H. 3, 28, quo tanto lubentius hic vtor, quia etiam illud πινάκιον, ἔχον γῆς περίοδον in loco publico videtur fuisse suspensum, vt hic picta Italia. De antiquitate prima tabularum geographicarum ab Cyri aetate et Anaximandro autore repetenda, Perizon. ad l. c. Aeliani, et Fabr. B. G. 4, 2, 10 p. 38 seq.

2, 1 QVID VOS HIC INQVAM) Non ingratum fore lectoribus putauimus, signare maiusculo charactere nomina personarum, quibus vnamquamque sermonis partem imposuit Varro. Refert sane non nunquam scire, quae persona loquatur. Itaque Varronianum etiam *inquam* vt aliquantum extaret, operam dedimus, quo facilius animaduertatur.

2, 2 ROMANVS SEDENDO VINCIT) A Fabio Cunctatore tractum, minime dubium est, *qui sedendo et cunctando bellum gerebat*, Liu. 22, 24, quemque procellae comparabat ipse Hannibal, *sedere in iugis montium solitae* ibid. c. 30.

2, 2 PORTAM ITINERI LONGISS.) In apparatu saepe plus consumi temporis, dum ad portam venias, quam in ipso itinere. Tempus non vult Agrius impendi verbis honoris antiquiorem locum recusantium et offerentium aliis. Itaque statim pergit.

2, 3 ECQVAM CVLTIOREM ITALIA) Eleganter ista dispensauit Varro. Italiam pictam contemplabantur Fundanius et reliqui. Hinc sermonis occasio de fertilitate et cultu Italiae; et hinc ad ipsam agriculturam transitus.

2, 3 PRIMVM CVM ORBIS) M. Varro lib. 4 de L. L. *vt omnis natura in coelum et terram diuisa est; sic coelum in regiones, terra in Asiam et Europam. Asia iacet ad Meridiem et Austrum; Europa ad Septentriones et Aquilonem.* Et hoc loco fortasse sic legendum: *Asiam ad meridiem versus, et Europam ad septentriones.* Certe vel corrigitur locus, vel saltem illustratur vnus ex altero. Quae sequuntur, possunt ita legi interpungique: *Et sine dubio cum salubrior pars septemtrionalis sit, quam meridiana; et quae salubrior, illa fructuosior; dicendum, magis Europam* etc. VRSINVS. De hac bimembri diuisione orbis terrarum apud veteres Broukh. ad Tib 4, 1, 176.

4 septentriones [q]: et sine dubio quoniam salubrior pars septentrionalis [r] est, quam meridiana; et quae salubriora [s], illa fructuosiora [t]: dicendum magis eam [u] fuisse opportunam ad colendum quam Asiam, ibique [x] Italiam. primum quod est in [y] Europa: secundo, quod haec temperatior pars est [z], quam interior. nam intus pene sempiternae hyemes. neque mirum, quod sunt regiones inter circulum septentrionalem, et inter cardinem caeli, vbi sol etiam sex mensibus continuis non videtur. itaque in oceano in ea parte ne nauigari quidem posse dicunt propter mare congelatum.

5 FVNDANIVS. Em [a] ibi tu quicquam nasci putas posse, aut coli natum? Verum enim est illud Pacuuii [b], Sol si perpetuo sit, aut nox, flammeo [c] vapore, aut frigore, terrae fructus [d] omnes interire. Ego hic, vbi nox et dies modice redit, et abit, tamen aestiuo die, si non diffinderem [e] meo insititio somno [f] meridie [g], viuere non possem [h].

q) *septemtrionem I. I-G.* r) *septemtrionis I. B. R.* s) *salubrior I. B. R. Ba-G.* reliqui *salubriora.* t) *fructuosior Ba-G. fructuosior dicenda: ibique Italiam magis eam I. B. R.* u) *Europam I. I-G.* x) *ibique Italiam* desunt *I. B. R.* y) *in* om. *I. B. R.* z) *est* abest *P. I. I.* a) *Eo I. B. R. En I. I-G.* item *H. St-D. Emobi tu Pol.* 1 et 2. in antiquo Glossa. b) *Pacusi P.* c) *flammineo I. B. R.* d) *fructos P.* e) *deffenderem meo inficiosum: diem viuere Pol.* 2. *diffiderem in eo insiticiosum muneri die viuere I. B. R. defenderem me in aestuosum meridiem I. I-G.* f) *somnum Pol.* 1. g) *meridie diem* coni. Anonymi in margine sunt.

2, 4 ET SINE DVBIO) Sustuli interpunctum ante *et*; pendet enim aperte oratio.

2, 4 SALVBRIORA — FRVCTVOSIORA) Retinui lectionem Victorianam tanto lubentius, quod nihil abhorreret vel a ratione vel a consuetudine. Plin. 18, 5 s. 6 *Sunt quaedam partibus anni salubria*: Agit autem de praecepto Catonis et Reguli, insalubrem agrum esse vitandum. *Nihil autem salutare est, nisi quod toto anno salubre.*

2, 4 ET INTER CARDINEM COELI) Immo si ἀκριβῶς sectere, non nisi sub ipso cardine, siue polo, *sex mensibus continuis non videtur sol.* Neque adeo *regiones* sunt, sed punctum; reliqua tanto breuiorem habent illam noctem longam, quo sunt a cardine remotiora.

2, 5 AVT COLI NATVM) Posset legi, *ali natum:* nam ita locutus est in hoc ipso libro c. 44. *quae nata sunt, in fundo alescunt.* VRSIN.

2, 5 SOL SI PERPETVO) Eundem locum, quem hic adducit Varro, intelligit, vt opinor, Sextus Pompeius, cum inquit: *Torrens principaliter pro exurens ponitur, vt est apud Pacuuium in Antiopa: Flammeo vapore torrens terrae foetus* [leg. *fetum*] *exusserit.* Verba tamen non parum diuersa. VICTORIVS. Pacuuii versum hunc ex Antiopa Festus in *Torrens* sic legit: *Flammeo vapore torrens terrae foetum exusserit.* Et sic Isidorus etym. 13, 21. Varro etiam l. 5. de L. L. ad hunc locum respexit cum scribit: *Non vt Pacuuius ait, quod omnia, nisi interueniat sol, pruina obriguerint.* Sed pro *Pacuuius* male ibi *Catulus* scriptum est. Verum versus Pacuuii potest hoc loco ita legi: *Sol, si perpetuo sit flammeo vapore torrens, terrae foetum exuri.* Circumfertur alter Pacuuii versus ex Duloreste: *Nec grandiri frugem foetam posse, nec mitescere.* Quo fortasse pertinet id, quod legitur apud Nonium in *Grandire. Varro*, inquit, *rerum diuinarum lib.* 1, (sed scribendum *de rerum natura lib.* 1.) *cum autem humus semina recipere non possit, recepta non edat, aut edita grandire nequeat.* In vulgatis autem Codd. corrupte legitur: *cum autem humus seminari incipere non possit, recepta non reddat, aut edita grandire nequeat etc.* VRSIN.

2, 5 EGO HIC) Locus corruptus et perturbata interpunctione difficilis potest ita restitui: *Ego hic, vbi dies modice abit et redit, tamen aestiuum diem si non diffinderem meo insititio somno meridie.* Vel ita: *tamen aestate diem si non etc.* Nam 3, 2 sic habetur: *Quidni nouerim, vbi aestate diem diuidere soleam?* p. p. vbi legitur: *in semestri die aut nocte* videntur verba *aut nocte* fuisse ab aliquo adiecta. VRSIN.

2, 5 SI NON DIFFINDEREM] Hic locus turpiter foedatus erat in omnibus excusis libris: nos in manuscriptis antiquioribus pene integrum inuenimus. Hoc tantum in illis vitii erat, quod *Somnu* pro *somno*, scriptum erat: quam maculam dum tollere voluerunt sinistri quidam emendatores, magis locum inquinarunt. Elegantia horum verborum, et sententiae etiam ipsius splendor, hanc sine multo nostro labore castigationem confirmat. *Insititium somnum* μεταφορικῶς appellat meridianum, qui tanquam inseritur et adnectitur longo illi somno noctis. nam *diffinderem*, diuiderem significare, perspicuum est. Eandem sententiam, parum immutatis verbis, pronunciauit lib. III. cum inquit, *vbi aestate diem meridie diuidere soleam.* VICTORIVS. Hanc restitutionem, vt et alias innumeras, in hoc auctore, ex illo peroptimo exemplari debemus eruditissimo Victorio. Et dixit Varro *diffindere diem somno insititio*, vt Aeschylus ἀντέμνων ὕπνου ἀντίμολπον ἄκος. Ait enim in Agamemnone: ὕπνου τόδ' ἀντίμολπον

sem [h]. illic in semestri die, aut nocte, quemadmodnm quicquam seri, aut alescere, aut meti possit? Contra quid in Italia vtensile non modo non nascitur, sed etiam non 6
egregium fit [i]? quod far conferam Campano? quod triticum Appulo? quod vinum Falerno? quod oleum Venafro? Non arboribus consita Italia est, vt tota pomarium videatur? An Phrygia magis vitibus cooperta, quam Homerus appellat *ἀμπελόεσσαν* [k], quam haec? aut Argos, quod [l] idem poeta *πολύπυρον* [m]. In qua terra iugerum vnum denos, et quinos denos [n] culleos fert vini, quot [o] quaedam in Italia regiones? An non M. Cato scribit in libro Originum sic? ager Gallicus Romanus voca- 7
tur, qui viritim cis [p] Ariminum datus est vltra agrum Picentium [q]. In eo agro aliquot-

h) *possime H. P. possim I. B. R.* i) *sit a V.* k) *ἀμπελόεσσαν Iens. αμπελοεσσα B. R.* l) *quam a. V.* m) *polipotom Pol. 2.* n) *denos* abest *I. B. R. Iunt.* o) *quod I. B. R.* p) *viridi cesarem inundatus Ryck. Caesare iubente datus a. V.* praeter Iunt. *Cesarem inundatus c' Cis Areminum datus Pol. cesennatibus datus Iunt.* q) *Picenum a. V. Picentinum Zwing.*

μολπὴν ἐντίμιον ἦχος, *diffindo somnum carmine insititio.* Non, quod *ἀντίμολπον* sit insititium: sed referendo ad illud *ἐντίμιον*, ei enim quasi e regione respondet. SCAL. Antiquus liber Victorii *somnu:* quod rectum puto: multa enim veteres secundo et quarto inclinandi ordine protulerunt, vt *succus, fastus, lectus*, de quibus Priscianus lib. VI. Silenna, lib. III. Historiar. *Postquam sonu signorum proelium magno cum clamore virorum commissum est. Diffindere diem*, diuidere, frangere, idem lib. III. *vbi aestate diem meridie diuidere soleam.* Horatius lib. II. Carmin. *Cum quo morantem saepe diem mero Fregi.* POPMA. Puto scribi oportere *meridiem:* i. e. si non diuiderem meridiem vel negotia mea, quae post prandium facere debeo, somno meridiano, quem *insititium* vocant, quia ille ipsi quasi innatus foret, singulisque diebus eundem repetere debebat. Videntur alii legisse *intersititius*; certe ita hunc locum a viris doctis laudari video; sed ego vulgatam lectionem praefero, cum *insititius* idem sit, quod *innatus*, vnde Cicero iungit *insitum et innatum.* CVPERVS. Vide, quae ad h. l. disserunt Salmasius ad Solinum c. 7. p. 96 et Mattius Opinion. 3, 3. Adde Bergeri diss. de somno merid. SCHOETTG.

2, 6 QVOD FAR CONFERAM CAMPANO) Vide, quae Freinshemius notat ad Florum 1, 16, 3. IDEM.

2, 6 QVOD OLEVM VENAFRO) Videtur legendum *Venafrano.* Strabo vbi de Venafro, sic scribit: ὅθεν κάλλιστον ἔλαιον. VRSIN. Plin. 15, 2 *Principatum in hoc quoque bono obtinuit Italia toto orbe, maxime agro Venafrano, eiusque parte, quae Licinianum fundit oleum.* SCHOETTG.

2, 6 Ἀμπελόεσσαν) *multis vineis instructam.* Locus Homeri extat Iliad. Γ', 143. Eadem laus Phrygiae occurrit apud Claudianum in Eutropium 2, 270. *Planities Cererique fauet, densisque ligatur Vitibus, et glaucos fructus attollit oliuae.* IDEM.

2, 6 AVT ARGOS, QVOD) Ita interpungi h. l. vt a nobis factum est, iubet Ponted.

2, 6 Πολύπυρον) Iliad. ό, 372, quod notat *multi tritici ferax.* Eustathius: καὶ τὸ πολύπυρον, ὅ ἐστι πολύσιτον, ἀπὸ μέρους τοῦ κατὰ τὰς πυρὰς τὸ ἀνάλογον σύμφορον δηλοῖ. IDEM.

2, 7 AGER GALLICVS ROMANVS) Videndum, an ita potius legi debeat: *Ager Gallicus togatus vocatur, qui viritim contra senati autoritatem per Flaminium datus est* etc. quae lectio elicitur ex corrupta scriptura veterum librorum. Nam ex notis C. S. A. quae significabant *contra senati autoritatem* factum est, vt videtur, id quod varie in Mss. Codicibus inuenitur, *cis Ariminum*, vel *Caesenatibus*, vel *a Caesare.* Notas autem C. S. A. significare *contra senatus autoritatem*, et *Senati* pro senatus Catonem posuisse, itemque Galliam dictam esse togatam, ita omnibus notum, vt pudeat super hoc diutius immorari. Facit autem ad hunc locum illustrandum, quod scribit Cicero in lib. de Senectute: *Q. Fabius C. Flaminio tr. pl. quoad potuit restitit agrum Picenum et Gallicum contra senatus auctoritatem diuidenti.* VRSINVS. C. Flaminius tr. pl. qui postea bis Consul et Censor fuit, et ad Thrasimenum in praelio caesus occubuit, legem agrariam tulit inuito senatu, vt ager Picenus, vnde Senones Galli expulsi fuerant, militibus Romanis diuideretur. Eam legem Cato hic intelligit et Cicero de Senect. Meminit et Polybius lib. II. POPMA.

2, 7 QVI VIRITIM — DATVS EST) Sic locum castigauimus. Antiqua lectio: *Caesarem inundatus est.* Excusi antea codices inter se discrepabant. In aliis enim *Caesennatibus datus est*: in aliis *Caesare iubente datus est*, legebatur. Eruditi et ingeniosi viri nunc cogitabunt, nostrane coniectura melior sit. Nam aliquid omnino libertatis adsumendum fuit, si locum corrigere velles. Deprauatus enim manifesto erat. Nos autem modice ea, vt opinor, vsi sumus. VICTORIVS. Ita emendauit Victorius de antiqua sed deprauata scriptura: *qui viritim Caesarem inundatus est.* Quibus non acquiesco; quin scriberem:

quotfariam [r] in fingula iugera dena [s] cullea vini fiunt. Nonne item in agro Fauentino, a quo ibi trecenariae [t] appellantur vites, quod iugerum trecenas amphoras reddat? Simul afpicit me, Certe, inquit, L. [u] Martius praefectus fabrum tuus [x] in fundo
8 fuo Fauentiae hanc multitudinem dicebat fuas reddere vites. Duo in primis fpectaffe videntur Italici homines colendo, poffentne [y] fructus pro impenfa ac labore redire [z], et vtrum faluber locus effet an non? quorum fi alterutrum decollat [a], et nihil-

r) *aliqudfariam P. aliquot fariam* diu. *I.I-G.* s) *deni cullei Iunst. culea I.B.R.* t) *tricinariae P. tricen.* reliqui. u) *Libo I.B.R.* x) *tuos I.B.R.* y) *poffe I.B.R.* z) *reddere a. V.* a) *decolat P.*

berem: *Qui viritim Caefateis inundatus est.* Etenim Galli Gaefatae fiue Caefatae (Varro faepe G pro C vtitur) qui fedem inter Rhenum et Alpes incoluerunt, acciti a Boiis et Infubribus in Italiam aduerfus Romanos venerunt, et ea loca, vbi ante habitabant Galli Senones, occuparunt. Id Polybius lib. 2 narrat, Plutarchus in Marcello, Orofius 4, 13. PONTED. Sed quid *viritim?* poteftne iungi cum *inundatus eft?*

2, 7 IN SINGVLA IVGERA DENA CVLLEA etc.) Legendum *quindena* cullea, id eft amphoras trecenas, vrnas fexcenas. Nam culleum viginti amphoras, hoc eft, vrnas quadraginta continebat; et ita habet Columella, qui citat hunc locum 3, 3, 2 fed Plin. 14, 4 *Idem Cato,* inquit, *denos culleos redire ex iugeribus fcripfit.* Verum, *quindena,* omnino legendum effe vel ex his Columellae verbis intelligi poteft, quae habentur 3, 3, 2 *Atque vt omittam veterem illam felicitatem aruorum, de quibus et ante iam M. Cato, et mox Terentius Varro prodidit, fingula iugera vinearum fexcenas vrnas vini praebuiffe, id enim maxime affeuerat in primo libro rerum rufticarum Varro, nec vna regione prouenire folitum, verum et in Fauentino agro, et in Gallico, qui nunc Piceno contribuitur.* Praeterea in Geoponicis 5, 17 Varronis hic locus ita defcriptus eft: Καὶ γὰρ Βάῤῥων διισχυρίζεται, ὅτι ἕκαστον πλέθρον τῆς ἀμινίας ἀμπέλου τριακοσίας ἀμφορὰς ἤνεγκεν. Columella quoque eas vites Amineas fuiffe tradit 3, 9, 4. Ex verbis autem Columellae paullo fupra citatis apparet, apud Varronem legendum effe, *a quo ibi trecenariae appellantur vites, quod iugerum trecenas amphoras reddat,* non *tricenariae et tricenas.* VRSINVS. Columella lapfus per memoriam, aut incuriam confundit duo teftimonia Catonis et Varronis, quae diuerfa effe, et primum exprimere reditum denorum culleorum, alterum quindenorum, fatis indicant hic mox praecedentia verba, tum illa Plinii lib. 14 *At ne quis victam in hoc antiquitatem arbitraretur, idem Cato denos culleos redire ex iugeribus fcripfit:* Nonius etiam legit *dena* in voce *Culleum.* POPMA. Non opus effe, vt legatur *quindena,* patebit legentibus noftram adnotationem proximam.

2, 7 TRECENARIAE VITES) Erat in omnibus *tricenariae,* et paullo poft *tricenas amphoras.* Sed animaduertit poft Vrfinum etiam magnus Gronou. de P. V. c. 3. p. 18 ita legendum effe, vt repofuimus. Interrogauerat *in qua terra iugerum vnum denos et quinos denos culleos fert vini?* De *denis culleis* laudauerat teftimonium Catonis; De *quinis denis* nunc agit, qui habent amphoras non triginta, vnde effent *tricenae* vel *tricenariae,* fed *trecentas,* vnde *trecenae amphorae,* feu *vrnae fexcentenae* Columellae 3, 9, 3, qui feftinans etiam hoc de *trecenariis vitibus* ad Catonem retulit, quod de fuo Varro adiecerat.

2, 7 PRAEFECTVS FABRVM) Sequioribus temporibus praefectus fabrorum vocatus eft *praefectus fabricenfium* vide Gutherium de officiis domus Aug. 3, 12. SCHOETTG.

2, 8 QVORVM SI ALTERVM DECOLLAT) Immo *decolat.* Vox haec proprie *colo* conuenit, per quod vinum diffufum defaecabatur, vnde dictum *colum vinarium:* et hinc fumitur pro perit, inanis redditur, apud Plautum: *decolat fpes.* Aliud eft decollat, nam vox fignificat tefte Nonio, *de collo deponere,* et fub Impp. *caput alii praecidere.* CVPERVS. Eadem eft mens doctiffimi Brenckmanni, quum Codex Politiani habeat *decolat.* Aliter tamen Scaliger in Scaligeranis primis p. 91. *Decollare* fignificat excidere, tanquam onus, quod fuccollatum eft, et poftea excutitur e collo. SCHOETTG. *Decolandi* verbum omnem forte autoritatem hodie debet fummo viro I. F. Gronouio, qui ad Liu. 27, 17 magno ftudio docuit, *decolare* effe defluere, quafi per colum et paullatim euanefcere. Neque tamen probari potuit ea fententia vel ipfi Voffio, (vt de antiquioribus Triumuiris, Turnebo 29, 22, Scaligero, Cafaubono nihil dicamus) qui in etymologico a *collo* deriuat, alterius rationis, tacito licet auctore, facta mentione; vel Martinio in gloffario, vel denique G. H. Vrfino, qui obff. philol. c. 9 p. 137 feq. dedita opera contra Gronouium difputat, *decollare* effe oppofitum τῷ *fuccollare,* et de crumena proprie dici, a collo fufpenfa, cum ea aufertur. Noftrum non eft, tantas componere lites: fed illud modo monemus, reuocandam hic effe in memoriam obferuationem Fefti et aliorum de littera *l* geminari non folita: vt adeo nihil iuuet Gronouianam fententiam, fi *decolare* femel iterumque vno *l* fcriptum in bonis etiam libris Plauti aut Varronis reperiatur. Sed illi aduerfantur omnia exempla bona, quae litteram eam geminant.

2, 8 AD

nihilominus quis vult colere, mente est captus, atque [b] ad agnatos et gentiles est de-
ducendus. Nemo enim sanus [c] debet velle impensam ac sumptum facere in cultu-
ram [d], si videt non posse refici: nec, si potest reficere fructus, si videt eos fore, vt
pestilentia dispereant. Sed opinor qui haec commodius ostendere possint, adsunt. 9
Nam C. Licinium Stolonem, et Cn. Tremellium Scrofam video venire, vnum cuius
maiores de modo agri legem tulerunt [e]. Nam Stolonis illa lex, quae vetat plus D.
iugera habere ciuem R. et qui propter diligentiam culturae Stolonum confirmauit
cognomen, quod nullus in eius fundo reperiri poterat stolo, quod effodiebat circum
arbores [f], e radicibus, quae nascerentur e solo, quos stolones appellabant. Eiusdem
gentis C. Licinius, tribunus pleb. cum esset, post reges exactos annis CCCLXV. pri-
mus

b) *adque ad gnatos* P. c) *mente* ins. *I. I. G.* d) *cultura I. B. R.* e) *tulere I. B. R.* f) *arbores radices I. B. R.*

2, 8 AD AGNATOS ET GENTILES) Respexit ad legem XII tabularum, SI QVIS FVRIOSVS SIET, AGNATORVM GENTILIVMQVE ENDO EO PEQVNIAQVE EIVS POTESTAS ESTOD. VRSINVS. Eadem habet Columella 1, 3, 1 et Iuuenalis Sat. [Hor. 2 S. 3, 218] *huic adimat ius Praetor et ad sanos abeat tutela propinquos.* SCHOETTG.

2, 8 NEC SI POTEST REFICERE) Locus mihi obscurus; putabam scribi debere: *Nec sic potest:* i. e. licet quis in id incumbat, vt reficere fructus velit, non tamen id facere potest, si videt eos a pestilentia perire: id quod respicit locos insalubres: ita *pestilens ager* opponitur salubri apud Varr. 1, 3. et Cicer. Orat. in Rull. *Ager propter sterilitatem incultus, propter pestilentiam vastus atque desertus.* CVPERVS. Puto item dicere Varronem, quod Attilius Regulus solebat apud Plinium 18, 5 f. 6 *Neque foecundissimis locis insalubrem agrum parandum, neque effoetis saluberrimum.* add. C. 1, 4, 2. Illud *eos* ante *fore* est pleonasticum. Vid. Index in *Pleonasmus.*

2, 9 NAM STOLONIS ILLA LEX) Locus, si quis alius, in Varrone difficilis. Illud quidem persuadet Goesius Antt. agr. p. 47 sq., eundem esse Licinium Stolonem, qui de modo agri legem tulit, nimirum ne quis vltra D iugera agri possideret, et qui VII iugera plebi assignauit: diuersaque esse adeo vnius eiusdemque legis capita, quorum vno adimeretur, quod superesse videbatur ditissimis; altero, quod his demtum erat, tenuissimis assignaretur. Porro id factum esse A. V. C. CCCLXXXV vel LXXXVI, prout Golzium Pighiumque audias, vel auscultes Onuphrio: etiam hoc non videtur obscurum. Sed quomodo conformari his verba Varronis queant, illud haud sane expeditum est. Goesius quidem putat, secum facere Varronem, si ita interpungatur: *Nam Stolonis illa lex, quae plus D iugera habere vetat ciuem Romanum. Et qui - - quos Stolones appellabant, eiusdem gentis.* Sed vel sic obscurus est Varronis sermo, cum ita loquatur, vt ille C. Licinius Trib. pl. diuersus videatur a legis prioris de D iugeribus latore. Veniebat in mentem ita distinguere et explere orationem. *Nam C. Licinium Stolonem, et Cn. Tr. scr. v. v. vnum, cuius maiores de modo agri legem tulerunt, (Nam Stolonis est illa lex, quae vetat plus D iugera habere ciuem Ro.) et qui - - appellabant. Eiusdem*, vt coepi dicere, *gentis C. Licinius tribunus pl. cum esset, post reges exactos Annis* V. C. exactis CCCLXXXV *primus populum* etc. Ita de eodem Stolone sermo est, qui potentiorum opes minuit, dum intra D iugera eos possidere iussit, et idem primus post reges exactos septena iugera populo diuisit. Haec interpretatio sic satis mihi placet, nisi quod video, ipso illo interuallo, nimirum inter exactos reges et A. CCCLXV paucisque ante hunc ipsum annum annis iam *Veientani agri septena iugera plebi diuisa*, Liuio teste 5, 30 extr. Sed possit forte *μνημονικὸν ἁμάρτημα* Varronis hanc dubitationem tollere in litterarum, quae tum erat, ratione ac raritate non adeo mirandum. Interim, cum coniecturis omnia nitantur, in Victoriana lectione apicem nullum mutauimus.

2, 9 QVAE VETAT) Meminere huius legis etiam Liuius 34, 4. Cic. contra Rullum 2, 8. Ipse postea Licinius Stolo lege sua damnatus est, quia mille agri iugera possidebat. Liu. 7, 16. Plin. 18, 3. SCHOETTG. add. Val. M. 8, 3, 6.

2, 9 STOLONVM CONFIRMAVIT) Videtur legendum: *conformauit:* nam ipse id cognomen primus obtinuit, *et item, ne nascerentur*, non *quae.* VRSINVS. Si nostram rationem sequare, illa coniectura nihil opus est.

2, 9 QVOD EFFODIEBAT CIRC. ARB.) Vid. quae ad haec disputat Ponted. ad 1, 39, 3.

2, 9 POST REGES EXACTOS) Pertinentne huc Plinii verba 18, 3 f. 4 *Manii quidem Curii - - nota concio est, perniciosum intelligi ciuem, cui septem iugera non essent satis. Haec autem mensura plebei post exactos reges assignata est.* Iam ante fassus sum, me hic laborare.

2, 9 ANNIS CCCLXV) Legendum videri CCCLXXXV aut LXXXVI dictum est.

2, 9 P

mus populum ad leges accipiundas [g] in septem iugera forensia, e comitio [h] eduxit. Alterum collegam tuum [i], XX [k] vir qui fuit ad agros diuidundos [l] Campanos, video huc [m] venire, Cn. Tremellium Scrofam, virum omnibus virtutibus politum, qui de agri-

g) *accipiendas P.* h) *comitiis a. V. comito H. St--D.* i) *tuum* abest *I. B. R.*, abest *I. B. R. Iunt.* k) *viginti virum P. vingitiuirum Iunt. triumuirum I. B. R. triumuir Ba-G.* l) *diuidendos P.* m) *hunc P.*

2,9 PRIMVS POPVLVM--IN SEPTEM IVGERA FORENSIA) Placeret magis *in septem iugera e foro, ac comitio eduxit.* Nam quod docti viri opinantur de foro Licinii intelligendum esse, vt in eo a se constituto Licinius septem iugera viritim diuiserit, non penitus satisfacit. Fuit enim forum Licinii in Italia transpadana, teste Plinio 3, 17, et tam longe colendi caussa Romanos tunc processisse verisimile non est, cum scribat Colum. 1, 3, 10 post reges exactos Liciniana illa septem iugera plebi assignata fuisse, et in praefatione libri tradat, C. Fabricium et M. Curium, alterum Pyrrho finibus Italiae pulso, domitis alterum Sabinis, accepta, quae viritim diuidebantur captiui agri septem iugera, non minus industrie coluisse, quam fortiter armis quaesisse. VRSINVS. Liciniam agrariam laudat Columella lib. 1, 3, 10 *Post exactos*, inquit, *reges Liciniana illa septem iugera, quae plebi Tribunus viritim diuiserat, maiores quaestus antiquis retulere, quam nunc nobis praebent amplissima veruacta.* Tulit eam, quantum coniectura adsequi possum, C. Licinius Crassus Tribunus plebis, Q. Fabio Maximo, L. Hostilio Mancio Coss. anno vrbis DCVIII, siue ab exactis regibus CCCLXV, quo tempore idem rogationem promulgauit de sacerdotiis, vt ius creandorum sacerdotum ab ipsorum collegio ad populum transferretur: sed hanc constat antiquatam, donec Cn. Domitius Ahenobarbus eam renouauit Mario iterum et Fimbria Coss. Meminit Cicero in Bruto, et in Laelio his verbis: *Q. Maxumo fratre Scipionis, et L. Mancino Coss. quam popularis lex de sacerdotiis C Licinii Crassi videbatur; Cooptatio enim collegiorum ad populi beneficium transferebatur.* Sed cur Varro *septem iugera forensia* dicit? an quia tum primum populo assignabantur lege tribunitia in foro lata, non senatus consultis, vt antea, anno CCCLX, L. Lucretio Ser. Sulpitio Coss. SC. factum, *Vt agri Veientani septena iugera plebi diuiderentur, nec patribus familiae tantum, sed vt omnium in domo liberorum capitum ratio haberetur.* Iterum anno CDLXIII. Senatus decreto adsignata Sabini agri, qui paullo ante victoria M. Curii in potestatem venerat, septena iugera plebi, ipsi Curio quinquaginta: quae ille noluit accipere, *parum idoneum reip. ciuem existimans, qui eo, quod reliquis tribueretur, contentus non esset*, vt refert Valerius Maximus lib. 1. et Plinius lib. XVIII. *M. Curii, inquit, post triumphos, immensumque terrarum adiectum imperio nota concio est, perniciosum intelligi ciuem, cui septem iugera non essent satis. haec autem mensura plebi post exactos reges assignata est:* quae postrema verba, vir doctissimus Carolus Sigonius putat pertinere ad legem tribunitiam, latam mox post primam legem agrariam Sp. Cassii Viscelini, quam ille tertium Cos. tulit, post reges exactos annis XXV. in quo magnopere fallitur. Nam Plinius intelligit, assignationem septem iugerum factam senatus consultis illis, de quibus dixi, et lex tribunitia, scilicet Licinia, de septem iugeribus viritim diuidundis, demum lata fuit post exactos reges annis CCCLXV. vt ex Varrone liquet. POP. Popma ita locutum Varronem putat, quia tum primum populo adsignabantur lege Tribunitia in foro lata, non SCtis: id quod certe mihi non displicet, et quod fere praefero coniecturae, quae mihi olim in mentem veniebat, *forensi comitio*, vti ita distinguerentur a Comitiis in Campo Martio habitis. CVPERVS. Goesius Ind. Agr. *forensia* interpretatur iusta et legitima. SCHOETTG. De foro Licinii accepit Turnebus 1, 11, quamquam iam refutatam vidimus sententiam ab Vrsino. Sed vid. omnino Pighium ad a. 608. qui comparat Cic. Lael. 23. *instituit in forum versus agere cum populo:* et haec putat esse illa *VII. iugera forensia:* quod probat Crevier Ep. 2. p. 66. contra Harduin. T. II. p. 99.

2, 10 XX VIR QVI FVIT) Haec scriptura vera est; nam XX viri agris diuidundis creabantur. Cicero lib. 9, ep. 12. ad Atticum: *Repudiari se totum magis adhuc, quam in XX viratu putabit.* Plinius 7, 52 *Varro quoque auctor est, XX viro agros diuidente Capuae.* Sic enim est in VV. CC. vt vnica tantum vox videatur deesse: *se.* Frontinus de coloniis: *Capua colonia muro ducta Iulia Felix iussu Imp. Caes. a XX viris est deducta.* Velleius Paterculus: *Caesar in Consulatu* (deest *primo*) *legem tulit, vt ager Campanus plebi diuideretur, suasore legis Pompeio. ita circiter viginti millia virum eo deducta* etc. Varronem autem XX virum ei agro diuidundo fuisse, vel ex eo, quem supra adduximus, Plinii loco satis patet. VRSINVS. Edidit Harduinus ex Mss. *XX viro se* eamque lectionem etiam ex ll. cc. Velleii et Frontini comprobat.

2, 10 VIDEO HVC VENIRE) Haec verba abundant, nam e loco superiore irrepserunt, in quo est: *nam C. Licinium Stolonem, et Cn. Tremellium Scrofam video venire.* Videndum etiam p. p. pro *omnibus virtutibus politum* scribendumne sit, *omnibus artibus.* Nam et ipse Varro ita alibi locutus est: et Cic lib. I. de finibus dixit: *non satis politus iis artibus.* VRSINVS. Mihi vero abvndare non videntur verba, *video huc venire*, sed repetita

agricultura Romanus peritiſſimus exiſtimatur. An non iure *inquam*? Fundi enim eius propter culturam iucundiore ſpectaculo ſunt multis, quam regie polita aedificia aliorum, cum huius ſpectatum veniant villas, non vt apud Lucullum, vt [n] videant [o], pinacothecas [p], ſed oporothecas [q]. Huiuſce *inquam* pomaria [r] ſumma ſacra via, vbi poma veneunt, contra auream [s] imaginem. Illi interea ad nos [t]. Et STOLO, Num II coena

n) *vt* abeſt *I. B. R.* o) *veneant B. R.* p) *pinacotheccas I. B. pinacotheccas R.* q) *oporotheccas I. B.* r) *pomarii I. B. R. pommaria Heru.* s) *aurea imago illi: I. B. R. aureum imago P.* t) *uos et Stolonem coena I. B. R. vos et Stolonum coena Pol. 1. nos et Stoloinem coena Pol. 2. nos cum Stolone coena Iunt. vos cum Stolone etc. Ba-G.*

repetita ſtudio poſt longiorem parentheſin, vt ita quaſi redeat, vnde digreſſa eſt oratio.

2,10 CVM HVIVS SPECTATVM) Videndum an legi debeat: *Cum huius ſpectatum veniant ad villas, non vt apud Lucullum pinacothecas, ſed oporothecas.* Nam verba, *vt videant*, videntur adiecta. VRSIN.

2,10 CONTRA AVREAM IMAGINEM) Optimus omnium Codex hac parte mendoſus eſt. Sic enim in illo: *Contra aurum imago.* Receptam lectionem retinui: veterem tamen notam ſtudioſis eſſe volui. VICTOR. Nemo merito de hac lectione conqueri poterat, niſi optimum exemplar longe aliam prae ſe ferret. Habet enim. *Vbi poma vaeneunt contra aurum imago.* quae quamuis deprauata eſt, tamen retinet veſtigia priſtinae integritatis. Nam profecto ita ſcripſerat Varro: *Vbi poma vaeneunt contra aurum. id eſt magno.* Sed nondum perpurgatus eſt locus iſte. quia illud, *id eſt magno*, eſt gloſſema et interpretamentum, quod margini, vt fit, appoſitum, in textum irrepſit: Qui enim hoc non vulgare genus dicendi, quod eſt, *vaenire contra aurum*, interpretari voluit, annotauit id perinde eſſe, ac ſi diceret, magno vaenire. et verum eſt. Nam ita veteres ſemper fere dicebant, metaphora a lance momentanea, in qua appendebatur aes. Nam quod praeponderat, id *contra eſſe*, hoc eſt ἀντιῤῥέπειν, dicebant veteres. Inde *aes contrarium* vocabant, *aes graue*, auctore Feſto. ſcilicet ἀντίῤῥοπον. Itaque apud Strabonem, quod eſt πρὸς ἰσοστάσιον χρυσὸν ἀπολωτεῖν, id Latine vertere debes, *Auro contra luere*, vel *contra aurum.* Graeci ad verbum, χρυσοῦ ἀντισταθμᾶσθαι, ἀντιτιμᾶν, ἀντιτιμᾶσθαι poetae ἀντερύεσθαι. Theognis, Πιστὸς ἀνὴρ χρυσοῦ τε καὶ ἀργύρου ἀντερύσασθαι ἄξιος ἐν χαλεπῇ Κύρνε διχοστασίῃ Hoc eſt, *Amicus auro contra carus non eſt.* Et Plautus *Talento contra carus non eſt.* Alcman, ῥέπει γὰρ ἄντα τῶ σιδάρω τὸ καλῶς κιθαρίδδεν. Id eſt, *Ferro praeponderat, egregie fidibus canere.* Nam apud Plutarchum in Lycurgo, vbi haec verba Alcmanis producuntur, male legitur ἕρπει pro ῥέπει. Eſt enim (vt dixi) metaphora a ſtatera ſ. lance momentanea. Plauti vero teſtimonia citare, quoties hoc genus loquendi vſurpauerit, ſuperuacaneum puto: cum ea vnicuique, qui vel mediocriter Plautum triuerit, obuiam occurrant. [*Hic adiicimus ex editione H. Stephani 1573, a ea, quorum poſtea puduit, vt videtur, virum magnum, ideoque omitti iuſſit. Sed talium virorum etiam errores et peccata habent magnum quiddam et cognitione noſtra dignum. Hiſtoriam fraudis eruditae, qua circumvenit Scaligerum Muretus, dabunt, quos laudat Fabricius ὁ πάνυ* Bibl. Lat. p. 670 coll. ſuppl. *Nos iam verba ipſa damus.*] Producam autem locum veteris comici Trabeae ex fabula Harpace, vbi hoc loquendi genus vſurpatur, tum propter ſententiae elegantiam, tum etiam, quia nondum vulgo noti ſunt, *Here, ſi querelis, eiulatu, fletibus, Medicina fieret miſeriis mortalium, Auro parandae lacrumae contra forent. Nunc haec ad minuenda mala haud magis valent, Quam naenia praeficae ad excitandos mortuos. Res turbidae conſilium non fletum expetunt.* Quis enim tam aduerſus a muſis tamque humanitatis expers, qui horum publicatione offendatur? Quod ſi hi placent, non grauabor et alios eiuſdem notae, ſed alius poetae adhibere, qui tanquam ſuperiorum gemini et germani ſunt. Sunt autem Accii, veteris ac grauiſſimi Tragici, ex Oenomao, *Nam ſi lamentis alleuaretur dolor, Longoque fletu minueretur miſeria, Tum turpe lacrumis indulgere non foret, Fractaque voce diuum obteſtari fidem, Tabifica donec pectore exceſſet lues. Nunc haec neque bilum de dolore detrabunt, Potiusque cumulum miſeriis adiiciunt mali, Et indecoram mentis mollitiam arguunt.* Qui verſus hactenus latuerunt, eoſque nunc primum in vulgus publicamus, quorum priores Trabeae ad verbum e Philemone mutuati videntur: qui eandem ſententiam ad verbum extulit. Εἰ τὰ δάκρυ' ἡμῖν τῶν κακῶν ἦν φάρμακον, Ἀεὶ θ' ὁ κλαύσας τῶν πόνων ἐπαύσατο, Ἠλλαττόμεσθ' ἂν δάκρυα δόντες χρυσίον. Nam tertius verſus ad verbum redditur tertio Trabeae, *Auro parandae lacrumae contra forent.* Fortaſſe de hoc nimis. Illud, quod in manu eſt, agimus. Hic eſt, inquit Varro, qui non ſolum vberrima pomaria habet, ſed etiam in eo loco habet, vbi poma contra aurum vaeneunt, vel auro contra cara ſunt: Vbi, obſecro, tam care vaenibant? in ipſa ſacra via, de qua loquitur, vt in epigrammate: *Quaeque tibi poſui tanquam vernacula poma, De ſacra nulli dixeris eſſe via.* Ouidius: *Rure ſuburbano dicas tibi miſſa licebit Illa, vel in ſacra ſint licet empta via.* Atque de his hactenus: vt appareat manifeſto, qualem facem nobis

coena comesa [u] inquit venimus? nam [x] non L. videmus Fundilium [y], qui nos aduocauit [z]. Bono animo este [a] inquit AGRIVS [b]. Nam non modo ouum [c] illud sublatum est, quod ludis circensibus [d] nouissimi curriculi finem facit quadrigis, sed ne
12 illud quidem ouum vidimus, quod in ceriali [e] pompa solet esse primum. Itaque dum id

u) *comessa P.* x) *At non C. I. I-G.* y) *Fundanium a. V.* z) *auocauit I. B. R.* a) *estis P. esse* marg. b) *Acrius P.* c) *cum I. B. R. nondum I. I-G. Pol.* 2. nobiscum. d) *circiensibus P.* e) *ceneali P. cereali a. V.* item *H. St -- D.*

nobis alluxerit optimus ille Codex Victorianus ad huius loci tenebras discutiendas. SCALIGER. Videtur legendum: *contra aurea imagine:* h. e. nummo aureo, in quo imago alicuius Dei signata sit. Quae enim carius venibant, dicebantur constare *auro contra.* Plaut. Truc. *Perii miser, iam auro constat filius.* Et in Curcul. *Auro contra cedo mihi modestum amatorem, a me aurum accipe.* Et in Pseudol. *Aurichalco contra non carum fuit mendacium meum.* VRSINVS. Antiquus liber Petri Victorii, *Contra aurum imago.* vnde puto legendum *contra aurum in aginam. Agina* est foramen medium in trutina, ad quod fit libramentum. Festus *Agina est qua inferitur scapus trutinae, id est, in quo foramine trutina se vertit. vnde Aginatores dicuntur, qui paruo lucro mouentur.* Tertullianus in libro aduersus Hermogenem: *In neutram tamen partem pronum et praeceps mediae, quod aiunt, aginae aequilibrato impetu ferebatur.* Vbi *mediae aginae* est scapus trutinae, quia in media agina consistit, index aequilibrii, vox efformata duriuscule ad exemplum τῶν *Specular, Turcular, Cauiar.* Varro autem elegantissime dixit, *Veniunt contra aurum,* id est appenduntur ad auri aequipondium. Strabo: πρὸς ἰσοστάσιον χρυσὸν ἀπολυτρῶν. Athenaeus: Ἰσοστάσιος ἡ πορφύρα πρὸς ἄργυρον. et *Veniunt in aginam,* vt infra de ouis: *Defertur in forum vinarium vnde in dolium inane veniat.* et lib. III. *In macellum vt perueniant.* ibidem: *Faunus venit in altaria.* Porro in magno pretio fuisse poma, quae in sacra via vaenibant, praeter Varronem testatur Ouidius: *Rure suburbano dicas tibi missa licebit, Illa vel in sacra sint licet emta via* POPMA. Ita omnes: Iensonius tamen et Bruschius mendosum hunc locum protulere: *contra aurea imago,* sed qui facile ex aliis emendari possit. In Vaticanis libris: *contra aurum imago* legitur, quod etiam ex vetusto codice commemorat Victorius. Antiqua lectio: *contra aurum imago.* Fortasse: *contra aurum in Argo.* Indicare videtur Varro tabellam pictam vel signum Argum cum decantato illo aureo vellere referentia, quae, vt fit, discriminis caussa ante tabernas appendebantur. PONTED. Quid Argo cum aureo vellere? et vnde colligimus *aurum* hic esse *vellus aureum?* Si *Argo* nauem dicas, aliquid intelligam, sed non omnia.

2, 11 ILLI INTEREA AD NOS, ET STOLO) Multa hic restituimus, secuti fidem optimorum codicum: in quibus aliqua licentia vsi sumus, nunc exponemus: ne si nostra sedulitas probata non fuerit, nostra culpa vetusti libri infamentur. VICTOR.

2, 11 L. FVNDILIVM) Ita in VV. CC. fuisse scriptum esse testatur VRSINVS.

2, 11 NAM NON MODO OVVM ILLVD) Antiqua lectio: *Nam non modo cum illud. Ouum* castigauimus ex his, quae sequuntur. Credimus etiam in hac re iocari Varronem, siue Agrium potius, qui loquitur. Quod si ritum illum apud alium autorem expositum inueniremus, manifestius tota res intelligeretur. VICTORIVS. Spatia curriculorum in circo ouis notata esse, adeo vulgo tritum est, vt exemplis non indigeat. Id enim notum est ex Liuio, Isidoro, aliis; et praeter alios ex Dione, cuius verba sunt haec in vita Augusti: καὶ τῷ περιδρόμῳ σφαλλομένους τοὺς ἀνθρώπους περὶ τὸν τῶν διαύλων ἀριθμὸν ὁρῶν, τούς τε δελφῖνας καὶ τὰ ᾠοειδῆ δημιουργήματα κατεστήσατο, ὅπως δι' αὐτῶν αἱ περίοδοι τῶν περιδρόμων ἀναδεικνύωνται. Ludit igitur facetissimus senex ex ambiguo. Nam cum sementiuae feriae essent, et consequenter ludi Circenses, quibus confectis epulum publicum ab aedile in templo Telluris praebebatur: dubitanti Stoloni num coena comesa esset, quod aedilem, a quo inuitati erant, non videret: respondet Agrius, *Neque ouum illud, quod indicat extremum extremi actus Circensis curriculum, sublatum est: neque illud ouum videmus, quod solet esse coenae primum.* Vel, *Neque vltimum Circensium ouum vidimus, neque primum coenae.* Nam ouorum figuris sublatis, confectum erat Circense spatium, et ab ouo coena incipiebat. Quod non paucis veterum auctorum locis confirmari potest. Cicero, *Ego ad ouum integram famem affero.* et, *ab ouo ad mala.* Et idem Varro Endymionibus, *discumbimus mussati dominus maturo ouo coenam committit.* Non enim tantum hoc loco Varronis illustratur noster hic obscurus locus, quod eundem morem indicat: sed etiam quod eadem metaphora vtitur, confirmatur. Nam quod hic est Cerealis pompa, hoc ibi est coena, propter fercula. Ita vocat coenam aedilis, in qua fercula epularum adferuntur, vt in pompa Circensi, imaginum. In illo loco vero, quem iam produximus, *committi coenam* facete dictum et ipsum quoque a metaphora ludorum Circensium, qui dicuntur committi, cum factiones quadrigarum e carceribus emittuntur. Ergo cerealis pompa, vt dixi, nihil aliud, quam coena. SCAL. Vide Salmas. ad Sol. p. 640.

id [f] nobiscum vna videatis [g], ac [h] venit aeditimus [i], docete nos, agricultura [k] quam
summam habeat, vtilitatemne, an voluptatem, an vtrumque. ad te enim rudem [l] esse
agriculturae nunc, olim ad Stolonem fuisse [m] dicunt. SCROFA [n], Prius, inquit, dis-
cernendum, vtrum quae serantur in agro, ea sola sint in cultura, an etiam quae indu-
cantur [o] in rura, vt oues, et armenta. Video enim qui de agricultura scripserunt [p], 13
et Poenice, et Graece, et Latine, latius vagatos, quam oportuerit. Ego vero, inquit
STOLO [q], eos non in omni re imitandos arbitror, et eo melius fecisse quosdam, qui
minore pomerio finierunt, exclusis partibus, quae non pertinent ad hanc rem. Quare
tota pastio, quae coniungitur a plerisque cum agricultura, magis ad pastorem, quam
ad agricolam pertinere videtur. Quocirca principes, qui vtrique rei praeponuntur, 14
vocabulis quoque sunt diuersi, quod vnus vocatur vilicus, alter magister pecoris.
Vilicus agri colendi causa constitutus, atque appellatus a villa [r] quod ab eo in eam
conuehuntur fructus, et euehuntur, cum veneunt. a quo rustici etiam nunc quoque
viam, veam [s] appellant, propter vecturas; et vellam non villam, quo vehunt, et vnde
vehunt. Item dicuntur, qui vecturis viuunt, vellaturam facere. Certe, inquit FVN- 15
DANIVS, aliud pastio, et aliud agricultura, sed affinis. et vt dextera [t] tibia alia [u] quam
sinistra,

f) *hic a. V. se P.* g) *sedeatis I. B. R. sedetis I. I-G.* h) *aduenietque a. V. ac venitque P.* i) *edi-timus I. B. R. editumus P.* k) *agriculturam a. V.* l) *rudes agric. a. V.* m) *iuisse a. V.* n) *Scrofa in-quit: prius I. B. R. Scrofa, Prius I. I-G. dicunt, Scrofa. Prius Com.* o) *inducuntur a. V.* p) *scripse-runt* om. *I. B. R.* q) *Stolon I. B. R.* r) *villa. Villa quod I. I-G.* s) *vebam a. V.* Bonon. 1504. *ve-beam.* it. *H. St-D.* t) *dextra a. V.* u) *non alia I. B. R.*

p. 640. vbi docet, ea oua fuisse machinas mobiles septenas, quarum vna auferretur, quoties curriculum vnum peractum esset, vt adeo ex numero earum quae adhuc propositae essent, numerus curriculorum, quae restarent peragenda, posset intelligi. Oua autem placuere ob honorem Castoris et Pollucis. v. Tertull. de Spectac. c. 8. et Hemsterh. ad Lucian. p. 281.

2,11 IN CEREALI POMPA) Cerealia Festa erant V. Idus Apr. quo die post confectos ludos Circenses in templo Telluris ab aedituo praebebatur epulum publicum, magno apparatu. Vnde Plautus in Menaechmis dixit *Cereales coenas* pro sumtuosis et instructis. *Cereales coenas dat, ita mensas extruit, Tantas struices concinnat patinarias.* Et Varro *cerealem pompam* vocat longum illum ordinem ferculorum, quae in Cereali epulo inferebantur. POPMA. Quin vnamquamque coenam intelligo.

2,12 DVM ID NOBISCVM) Antiqua haec est lectio, ne minimum quidem immutata. *Id* autem ouum arbitror intelligi debere, *videatis.* Nam paullo ante: *sed ne illud quidem ouum vidimus.* Ambae autem hae voces in excusis libris immutatae erant. VICT.

2,12 AD TE ENIM RVDEM ESSE) Vetus haec est lectio. *Fortasse ad te,* pro apud te: vt in 2. de oratore: *Tum cum ille dubitaret, quod ad fratrem promiserat.* Nam quod huic sententiae respondeat paullo post, *fuisse* ex iisdem antiquis legimus. VICTOR. Ἀρχαϊσμός, *ad te,* pro penes te, apud te. Metaphora a gladiatorum Magistris, penes quos erat *rudis*, qua emeritos gladiatores donabant. Per *rudem* igitur ius lanistae intelligit, hoc est, ius praescribendi et dictandi leges gladiatoribus. Iuuenalis: *Scripturus leges, et regia verba lanistae.* Cicero 2. Antoniana: *Qui ea tanquam gladiatorum libellos palam venditaret.* Hic igitur sumitur translatitie. SCALIGER. Conuenit haec interpretatio cum quorundam Germanorum adagio, qui, cui principatum alicuius rei deferunt, *apud illum cistam esse* aiunt. In collegiis nempe opificum, qui princeps eius anni est, quem vocant *Magistrum Collegii, den Obermeister,* illius domi est cista, in qua et literas, et si quid est pecuniae communis, seruant. Sed neque dissimulanda est Io. Fr. Gronouii de h. l. sententia. Is enim Obs. 4, 6 p. 87 illud *ad* comparatiue et *rudis* adiectiue accipit. Iactari prouerbio Romae, vt si quis laudetur agriculturae peritus, continuo subiiciatur, *tamen ad Tremellium rudis est:* idemque olim factum in Stolonibus. Notum est illud Cic. de orat. 2, 6 *sed nihil ad Persium.*

2, 14 VILLA, QVOD AB EO) Videntur haec verba, loco suo mota cum sint, ita reponenda esse, *Villa, ab eo quod in eam conuehuntur fructus.* VRSIN. v. Cic. de Orat. 3, 12.

2, 14 ET VNDE VEHVNT) Magis placeret: *Et vnde euehunt.* IDEM.

2, 15 ET VT DEXTRA TIBIA) Rectius in V. C. *Et, vt dextra tibia, alia omnino, quam sinistra, ita tamen, vt sit* etc. Ad huius autem loci intelligentiam pertinent haec, quae habentur apud Apuleium lib. 1 Floridor. *Primus Hyagnis*

 manus

finiſtra, ita vt tamen ſit quodam modo coniuncta, quod eſt altera eiuſdem carminis
16 modorum incentiua, altera ſuccentiua. Et quidem licet adiicias, *inquam*, paſtorum
vitam eſſe incentiuam, agricolarum ſuccentiuam, auctore doctiſſimo homine Dicaear-
cho, qui Graeciae vita qualis fuerit ab initio, nobis oſtendit, vt ſuperioribus tempo-
ribus fuiſſe doceat, cum homines paſtoriciam vitam agerent, neque ſcirent etiam ara-
re [x] terram, aut ſerere arbores, aut putare; ab his inferiore gradu aetatis ſuſceptam
agriculturam. Quocirca et [y] ſuccinit paſtorali [z], quod eſt inferior, vt tibia ſiniſtra
17 a dextrae [a] foraminibus. AGRIVS [b], Tu, inquit, tibicen non ſolum adimis domino
pecus, ſed etiam ſeruis peculium, quibus domini dant, vt paſcant, atque etiam leges
colonicas tollis, in quibus ſcribimus, Colonus in agro ſurculario ne capra [c] natum
18 paſcat: quas etiam aſtrologia in [d] caelum recepit, non longe ab Tauro. Cui FVN-
DANIVS, Vide, inquit, ne Agri [e], iſtuc ſit ab hoc, cum in legibus etiam ſcribatur,
pecus

x) *arari P.* y) *ei I. B. R.* z) *paſtoralis I. B. R. paſtorali L. P. 1. paſtoralis L. Pol. 2.* a) *deſtrae Bon.* b) *Acrius P.* c) *capras compaſcat a. V.* etiam *P. 2. capra tum paſcat Pol. 1.* d) *in coelum* deeſt *I. B. R.* e) *agri Ba-G. V.*

manus in canendo diſcapedinauit, primus duas tibias vno ſpiritu animauit, primus laeuis et dextris foraminibus acuto tinnitu, et graui bombo concentum muſicum miſcuit etc. Ex quibus verbis, et ex veteribus etiam marmoreis monumentis colligitur, duas tibias vno ſpiritu inflari ſolitas fuiſſe, earumque alteram manu dextra, alteram ſiniſtra teneri ſolitam. Feſtus: *Dextrarum tibiarum genus eſt, quae dextra tenentur.* Seruius in 9 Aeneid. *Vt enim ait Varro, tibia Phrygia, dextra, vnum foramen habet; ſiniſtra duo: quorum vnum acutum ſonum habet, alterum grauem.* Ex quibus verbis apparet, dextram tibiam modorum fuiſſe incentiuam; ſiniſtram ſuccentiuam, quae ſit inferior tempore et concentu. VRSIN.

2, 16 QVOCIRCA ET SVCCINIT) Videndum, an melius ſit, *Quocirca ea ſuccinit paſtorali, quod eſt inferior, vt tibia ſiniſtra dextrae.* Reliqua ſunt adiecta. Vel ita legendum: *vt tibia ſiniſtra dextrae a foraminibus.* IDEM.

2, 16 VT TIBIA SINISTRA A DEXTRAE) Credo illud *a* delendum eſſe. vult enim tibiam illam ſuccinere tibiae dextrae vel eius foraminibus, quod vnum idemque eſt: et mihi videtur per τὸ *ſuccinere* firmari eorum ſententia, qui acutiorem ſonum dextrae, quam ſiniſtrae tribuunt. Horatius, cui alius ſuccinit, *clamorem* tribuit, licet in re longe alia. ſed hoc nunc non ago: notum eſt, ea de re ſcripſiſſe Ald. Manut. 2, 9 Quaeſ. per epiſt. Ant. Auguſtin. Dial. 10. p. 161. Voſſium in de poematum cantu, Salmaſium ad Solinum, Bartholin. in lib. de tibiis. Conſule inſuper prima Scaligerana v. *Tibia.* CVPERVS. Scripſiſſe Varronem et ipſe puto, *vt tibia dextra ſiniſtrae.* Salmaſius ad Vopiſc. p. 826. ed. Hack. legendum putat *a dextra*, et vult *inferior a dextra* idem eſſe, quod *inferior dextra*, idque genus dicendi, vbi ad ablatiuum comparatiui adiuncta eſt ἡ *a* pluribus, antiquorum ac recentium auctorum locis demonſtrari poſſe ait, ipſe Hygini ac Donati aliquot profert. De *tibiis dextris* et *ſiniſtris, incentiuis* et *ſuccentiuis* multa hic diſputat, ſed quae, niſi fallor, nihil vel parum ad Varronem explicandum faciunt. Qui legere cupit quod intelligat, nam verum nec ipſa praeſtat, Dacerianam ad Terentianae Andriae didaſcalian licet obſeruationem cognoſcat. Nobis in primis mirifice placent verſiculi patris Annae, quibus abiectae a Minerua tibiae, et malo fato ab antiquariis repetitae maledicit.

2, 17 CAPRA NATVM PASCAT) Ita emendaui ex vetuſto codice, et ex illo loco libri 2 *Ne colonus capra natum in fundo paſcat.* Nam veteres libri aliquantulum deprauati; ſic enim habent: *Ne capra tum paſcat.* Prima igitur ſyllaba huius verbi *Natum* defecerat. VICT.

2, 17 QVAS ETIAM ASTROL.) Videretur ſcribi debere *quam*, vti referatur ad *capram*; ſed reſpexit in genere ad haec animalia, et notum eſt ex Hygino, non ſolum capram Amalthaeam inter [illegible]ſtra relatam et ſedere in humero ſiniſtro Heniochi, verum eundem etiam manu ſiniſtra duos hoedos geſtare CVP.

2, 18 VIDE, INQVIT, AGRI, NE etc.) Verba, *pecus quoddam* abundant: et totus locus ſic legendus: *vide, inquit, Agri ne iſtuc ſit ad hoc, cum in legibus etiam caueatur.* Varro 2, 3 *Ob hoc in lege locationis fundi excipi ſolet, ne colonus capra natum in agro paſcat.* Ex quibus verbis apparet, vocem *ſurculario* inducendam eſſe. Sed cum in praefat. lib. 2 ſcriptum ſit: *armentum id, quod in agro natum non colit, ſed tollit dentibus,* conſiderandum an in lege locationis fundi vox *capra* ſit quintus caſus, et exponendum ſit, ne colonus, quod in agro natum ſit, capra paſcat. *Terra natum*, dixit etiam Salluſtius, pro eo quod in agro naſcitur, ſcilicet arbores, et ſimilia. VRSINVS. Forte *Agri ne.* Caue putes, Agri, inquit, leges colo-

pecus quoddam. Quaedam enim pecudes culturae sunt inimicae, ac [f] veneno, vt
istae, quas dixisti [g], caprae. eae [h] enim omnia nouella sata carpendo corrumpunt, non
minimum vites, atque oleas. Itaque propterea institutum diuersa de causa, vt ex [i] 19
caprino genere ad alii dei aram hostia adduceretur, ad alii non sacrificaretur, cum ab
eodem odio alter videre nollet, alter etiam videre pereuntem vellet. Sic [k] factum,
vt Libero patri repertori vitis hirci immolarentur, proinde vt capite darent poenas;
contra, vt Mineruae caprini generis nihil immolarent, propter oleam, quod eam,
quam laeserit, fieri dicunt sterilem: eius enim saliuam esse fructuis venenum. [LICI- 20
NIVS [l],] hoc nomine etiam Athenis in arcem non inigi [m], praeterquam semel ad
necessarium sacrificium, ne arbor olea, quae primum dicitur ibi nata, a capra tangi
possit. Nec [n] vllae, *inquam* [o], pecudes agriculturae sunt propriae, nisi quae agrum
opere [p], quo [q] cultior sit, adiuuare, vt eae, quae iunctae arare possunt [r]. AGRASIVS, 21
si istuc ita est, inquit, quomodo pecus remoueri potest ab agro, cum stercus, quod
plurimum prodest, greges pecorum ministrent? Sic, inquit AGRIVS, venalium gre-
ges

f) *vt venenosae istae Heru.* g) *dixi I.B.R.* h) *Hae a.V.* i) *ex* om. *P.* k) *Sicque a.V.* l) *L. P. Vel I.B.R.* quod ex illa nota forte ortum est. m) *iniungi P. iungi a.V.* n) *Nec nullae P.* 1. *Ne vllae Pol.* 2. o) *inquit I.I-G.* p) ita *H.St-D. al.* operae. q) *quae marg.* r) *possint a.V.*

colonicas vetare colonum in fundo capras compascere, quasi pastio omnino aliena sit ab agricultura, cum eaedem leges permittant pecus quoddam pascere. Sed hoc cauetur ideo, quod caprae sunt inimicae sationi. lib. 2. *In lege locationis fundi excipi solet, ne colonus capra natum in fundo pascat, harum enim dentes inimici sationi.* POPMA.

2, 19 PROPTEREA INSTITVTVM etc.) Voces, *diuersa de causa* videntur alienae ab hoc loco et otiosae. VRSINVS.

2, 19 LIBERO – HIRCI) Vid. Ouid. Fast. 1, 353. SCHOETTG.

2, 19 QVOD EAM – STERILEM) Plin. 15, 8 *oleam si lambendo capra lingua contigerit, depaueritque, primo germinatu sterilescere auctor est M. Varro.* et 8, 50 *oliuam lambendo quoque sterilem faciunt, eaque ex causa Mineruae non immolant.* Ex quibus verbis apparet hic legendum esse: *quod eam, quam lamberit, fieri dicunt, sterilem.* Est autem verbum *laeserit*, glossema verbi *lamberit*. Festus *lambere*, inquit, *scindere ac laniare.* Videndus Nonius in *Fructuis.* VRSINVS. Locus Nonii est 8, 62. Merc. p. 491, 10.

2, 20 LICINIVS) Mihi nullum dubium est, quin ad hunc locum applicanda sit obseruatio virorum doctissimorum, de qua agitur ad Varr. 1, 31, 1. Sane importune hic inculcari personae nomen videtur.

2, 20 IN ARCEM NON INIGI) *Inigi*, quemadmodum est in antiquis libris, scripsi: quo verbo saepe M. Varro vsus est. Sext. Pompeius: *Inigere pecus est agere.* VICTOR.

2, 20 NEC VLLAE PECVDES – PROPRIAE) De hoc loco ita ad me scribit Cl. Reuschius in litteris Altdorfio Kal. Nou. MDCCX datis: Tentauit hunc locum Io. Isaacus Pontanus Anal. III, 15 atque ex coniectura ingeniosa pro *propriae* legit *propitiae*, quam ex eiusdem Varronis verbis praecedentibus firmat scribentis: *Quaedam enim pecudes sunt culturae inimicae.* At vulgatam lectionem huic praeferrem, per pecudes *proprias* intelligens ferme boues. In antecedentibus enim disquirit, an oues et armenta itidem ad agriculturam pertineant? Et cum pecudes, quae pastionis ergo aluntur, ab ea discreuisset, itemque illas, quae agris nocent; denique subdit, quaenam ad agriculturam pertineant, et commodum aliquod afferentes, huic veluti propriae sint. Atque haec mea sententia magis etiam firmatur ex eo, quando addit, *vt eae, quae iunctae arare possunt.* Huc item facit, quod taurum idem Varro 2, 5 *socium hominum in opere rustico, et Cereris ministrum*, Aelianus vero V. H. 5, 53. *συνεργὸν καὶ τοῖς ἀνθρώποις λυσιτελέστατον εἰς γεωργίας κοινωνίαν* appellent. Haec Reuschius, quibus merito calculum nostrum addimus. SCHOETTG.

2, 20 NISI QVAE AGRVM – ADIVVARE) Nemo non videt, vocem *opere* ab expositoribus adiectam esse, et pro *adiuuare*, legendum esse *adiuuant.* VRSIN. Sed *opere* proprium rei rusticae verbum est, et *adiuuare* pendet a *possunt.*

2, 21 VENALIVM GREGES) Videtur legendum *volucrium greges.* Nam in hoc ipso libro c. 38 sic scribit: *Stercus optimum esse scribit Cassius volucrium* etc. et 3, 2 *Ibi vidi greges magnos anserum, gallinarum, columbarum, gruum, pauonum* etc. Paullo post legendum: *Et fructus in eo ferre.* VRSINVS. Neque hic assentiri possum viro doctissimo. Seruos absolute *venales* dictos esse etiam a Varrone vel illa satyra *Sardi venales* ostendit. Argumentatur Agrius ita, Si propterea ad agriculturam aliquid refertur, quia vsus illius

ges dicemus agriculturam esse, si propter istam rem habendum statuerimus. Sed error hinc, quod pecus in agro esse potest, et fructus non [s] in [t] agro ferre. quod non sequendum Nam sic etiam res aliae diuersae ab agro erunt assumendae: vt si habeas [u] plures in fundo textores, atque institutos histonas [x], sic [y] alios artifices. SCRO-
22 FA, Diiungamus [z] igitur, inquit, pastionem a cultura, et si quis quid vult aliud. Anne [a] ego, *inquam*, sequar Sasernarum patris et filii libros? ac magis putem pertinere, figlinas [b] quemadmodum exerceri oporteat, quam argenti fodinas, aut alia et [c] alia
23 metalla, quae sine dubio in aliquo agro fiunt? Sed vt [d] neque lapicidinae [e], neque arenariae ad agriculturam pertinent, sic figlinae [f]. neque ideo non in quo agro idoneae possunt [g] esse, [non] exercendae, atque ex eis capiundi fructus: vt etiam si ager secundum [h] viam, et opportunus viatoribus locus, aedificandae tabernae diuersoriae, quae tamen quamuis sint fructuosae, nihilo magis sunt agriculturae partes. Non enim si quis [i] propter agrum, aut etiam in agro profectus domino agriculturae acceptum referre debet, sed id modo, quod ex [k] satione terra sit natum ad fruendum [l].
24 Suscipit STOLO, Tu, inquit, inuides tanto scriptori, et obstrigillandi [m] causa figlinas

s) *non* abest *P.* t) *eo* inf. *a. V.* etiam ipsa V. u) *habeat P.* x) *histriones lenss. istonas I. B. R.* y) *sic et a. V.* item *H. St-D.* z) *Ditiungamus a. V.* a) *An I. B. R. Aliud an ne Pol.* b) *figilinas I. B. R.* c) *et alia* deest *a. V. aliam et aliam et alia P.* d) *vt* deest *I. I-G.* e) *lapidicinae a. V.* f) *figilinae I. B. R.* g) *possent a. V.* h) *si eligitur secundum I. B. R.* i) *si quid I. B. R. Ryck.* k) *nec a. V.* l) *fruendum suscipit. Stolo a. V. Stolon I. B. R.* m) *obstrigilandi a. V.*

illius est in agro, etiam de *vernalibus*, h. e. seruis et toto illo genere erit praecipiendum etc.

2, 22 QVAM ARGENTIFODINAS) Lego, *quam arenifodinas.* Postea confirmatur ex iis, quae sequuntur: *Sed vt neque lapidicinae, neque arenariae ad agriculturam pertinent, sic figlinae.* Porro ad agrum non χρυσωρυχεῖα, non ἀργυρωρυχεῖα pertinent, sed cretifodinae, arenifodinae, et lapidicinae. Sic et similis error olim in 4. de L. L. vbi hodie *aerifodinae* in Ms. est *aretifodinae*, lego *cretifodinae.* Arenam autem et lapides metallorum nomine comprehendit more Graeco, quod vtrumque eruitur e terra. SCALIGER. Ego ita putabam. Sasernae ad rem rusticam retulerant figlinas: Varro, eadem ratione etiam referendas esse metallorum fodinas dicit, h. e. neutras.

2, 22 AVT ALIA -- METALLA) Veteres libri hac parte inquinati, *Aliam et aliam et alia*; castigauimus *alia et alia metalla.* Est enim non parum elegans modus dicendi. Catullus: *Haec atque illa dies, atque alia, atque alia.* VICTORIVS.

2, 23 NEQVE ARENARIAE) Extat apud me tabella aenea cum hac inscriptione: SVB. L. ARRVNTIO. STELLA. NAVIS. HARENARIA. QVAE. SERVIT. IN. AEMILIANIS. REDEMPTORE. L. MVTIO. FELICE. De Aemilianis videndus Suetonius in Claudio c. 18. et Varro infra lib. 3. de re rust. VRSIN.

2, 23 NEQVE IDEO NON -- NON EXERCENDAE) Vtrum vna harum negationum librariis debetur? an ita pleonasticῶs locutus est Varro. Posterioris rei exemplum desidero. Itaque alteram *non* includendam curaui.

2, 23 NON ENIM SIQVIS -- DEBET) Videtur legendum, *si quid*, et referri: vt dictio *profectus* sit generandi casus. VRSINVS.

2, 23 SED ID MODO, QVOD EX SATIONE) Ita coniectura ducti emendauimus. recepta lectio sententiae repugnare videbatur. Hic locus in eodem hoc libro non parum iudicium nostrum adiuuat. *Quoniam fructum*, inquit, *arbitror esse fundi eum, qui ex eo satus nascitur vtilis ad aliquam rem.* Doctiores tamen hoc videbunt. VICTOR. Minus iusta de causa Victorius h. l. vt mea fert opinio, a constanti scriptura τῦ *nec*, quam etiam habent collatio Politiani, et Codex Ryckianus, recedit. Quid enim aliud est, *nec satione terra natum esse*, quam sine satione et cura *terra* i. e. sponte prouenire? Confer. Colum. 3, 1, 1. Quod si quid mutandum sit, mallem τὸ *tecta*, quod in optimo Codice habetur, in *tenera* mutare, vt esset, *quod nec satione tenera sit natum*; idque quod ad sensum eodem recidit. BRENCKMANN. Ego vero putauerim, nihil sanius Victoriana lectione, nihil coniectura sapientissimi senis certius. Agriculturae obiectum, vt scholae vocabulo vtamur, non sunt res *nec satione terra natae*, sed quidquid *ex satione terra est natum ad fruendum.* Plane de eadem re loquitur noster 1, 23, 1 *fructum arbitror esse fundi eum, qui ex eo satus nascitur, vtilis ad aliquam rem.*

2, 24 SVSCIPIT STOLO) Interpungendum ante verbum *suscipit*, quod positum est pro eo, quo Graeci dicunt ὑπολαβὼν, et Virgilius vertit: *Suscipit Anchises.* VRSINVS.

2, 24 OBSTRIGILLANDI CAVSA) *Strigare* notat quiescere, stare, inde *strigillare* et *obstrigillare*,

nas [n] reprehendis, cum praeclara quaedam, ne laudes, praetermittas, quae ad agriculturam vehementer pertineant. Cum subrisisset SCROFA, quod non ignorabat 25
libros, et despiciebat, et AGRASIVS se scire modo putaret, ac STOLONEM rogasset, vt diceret, coepit. Scribit cimices quemadmodum interfici oporteat his verbis. Cucumerem anguinum condito in aquam, eamque infundito quo voles, nulli accedent. vel fel bubulum cum aceto mixtum [o], vnguito [p] lectum. FVNDANIVS 26
aspicit ad SCROFAM, Et tamen verum dicit, inquit, hic, vt hoc scripserit in agricultura. *Ille*, Tam hercle quam hoc, si quem glabrum facere velis, quod iubet ranam luridam coniicere in aquam, vsque quo [q] ad tertiam partem decoxeris, eoque vnguere corpus. Ego quod magis, *inquam*, pertineat ad Fundanii valetudinem [r], et in eo libro est, satius [s] dicam: nam [t] huiusce pedes solent dolere, et [u] in fronte contrahere rugas. Dic sodes, inquit FVNDANIVS: nam malo de meis pedibus audire, quam 27
quemadmodum pedes betaceos seri oporteat. STOLO [x] subridens, Dicam, inquit, eisdem, quibus ille verbis scripsit, vel [y] Tarquennam audiui. Cum homini pedes dolere coepissent, qui tui meminisset [z], ei mederi posse. Ego tui memini, medere [a] meis pedibus. TERRA PESTEM TENETO. SALVS HIC MANETO [*in meis pedibus*]. Hoc ter nouies cantare iubet, terram tangere, despuere [b], ieiunum cantare.

n) *figilinas I. B. R.* o) *mistum I. I-G.* p) *vngito I. B. R.* q) *vsquequa I. B. R.* r) *valitudinem I. B. R.* s) *latius I. B. R.* t) *et* inf. *a. V.* item: *H. St - - D.* u) *et* omitt. praeter *Pol.* 2. x) *Stolon I. B. R.* y) *vel tantum quae iam audiui I. B. R. valent quae iam I. I-G.* z) *meminissent I. B. R.* a) *mederi I. B. R.* b) *dispuere I. B. R.*

strigillare, quod obstare significat. Nonius, 2, 608 *Obstringillare*, (ita enim semper scribit) *obstare*: in quam rem vnum Ennii, et tria Varronis, in quibus noster medius est, loca profert. Conf. Salmasium ad Solinum c. 2 p. 40, 41. et c. 53. p. 831. SCHOETTG.

2, 25 ET DESPICIEBAT) Concinnius videtur, si legas *sed*; oppositio certe clarior: et praecessit *s* quod vicinam extrusisse potest.

2, 25 VEL BVBVLVM) Idem habet Didymus Geopon. 13, 14 *ἐὰν ἀμόργην ἑψήσας εἰς χολὴν βοὸς μίξας μετ' ἐλαίου ἐπιῤῥάνῃς αὐταῖς*: *Si amurcam coctam felle bubulo mixtam cum oleo ipsis adsperseris.* SCHOETTG.

2, 26 NAM HVIVSCE — DOLERE) Illud *dolere* expungendum. Legi enim debet: *Nam huius pedes solent in fronte contrahere rugas.* Est enim locus dignus Varrone. Et ita locutus est Horatius: *Ne sordida mappa corruget nares.* Praeterea inconcinniorem efficiebat sententiam. Sed fuit glossema margini adnotatum: nam *contrahere rugas* est *dolere.* SCALIGER. Ita legitur vulgo, sed illud *dolere*, est glossema, et ea re expungendum, quod et doctissimo Scaligero videtur; vel legendum *dolore in fronte*, vt dicat, dolorem pedum frontem corrugare, et tristem reddere, adductumque vultum. Iuuenalis Sat. 14. *Hoc quoque si rugam trahit, extenditque labellum.* POPMA. Mihi videbatur verisimilis coniectura magni Scaligeri etc. Sed praetuli fidem Cod. Pol.

2, 27 VEL TARQVENNAM AVDIVI) Vetus haec est lectio; *Tarquenna*, nomen, vt arbitror, proprium anagnostae. VICTOR.

2, 27 EGO TVI — PEDIBVS) Haec verba forte sunt in Fundanii personam conferenda, qui cum pedibus laboraret, statim arripit, quod dixerat Stolo. Hic autem verba solennia vel carmen statim affert, *Terra pestem.* V. Cato c. 159 et 160.

2, 27 IN MEIS PEDIBVS) Quamuis hic manu scriptos cum excusis codices consentire inuenerim, quod tamen ipse cogitaui, aliis narrare libet. Vereor, ne tres hae voces abundent, et potius declaratio aduerbii illius, quod paullo ante positum est quam Varronis verba fuerint. Vt cum ante dixerit: *Salus hic maneto:* aliquis supra mediam vocem, vt vbi salutem manere vellet, apertius intelligeretur, addiderit: *In meis pedibus.* Iudicium etiam meum, vt opinor, adiuuat, quod si hae voces illinc deiiciantur, duo illa membra cantionis parem prope numerum syllabarum habebunt, et similiter desinent: quae res in huiusmodi rebus curiose quaeri solent. VICTORIVS.

2, 27 TERRAM TANGERE, DESPVERE) Plin. lib. [illegible], *Eadem etiam ratione terram despuere deprecatione in omni medicina mos est.* et 2[illegible], 9 *Experti affirmauere plurimum referre, si virgo imponat nuda, ieiuna ieiuno, et manu supina tangens dicat; Negat Apollo pestem posse crescere, cui nuda virgo restinguat; atque ita retrorsa manu ter dicat, totiesque despuant ambo* etc. Ita legitur

28 cantare. Multa, *inquam*, item alia miracula apud Sasernas inuenies, quae omnia sunt diuersa ab agricultura, et ideo repudianda [c]. Quasi vero, *inquam*, non apud caeteros quoque scriptores, talia reperiantur. An non in magni illius Catonis libro, qui de agricultura est editus, scripta sunt permulta similia? vt haec, quemadmodum placentam facere oporteat, quo pacto libum, qua ratione pernas sallire [d]. Illud non dicis, inquit AGRIVS. quod scribit, Si velis in conuiuio multum bibere, coenareque [e] libenter, ante [f] esse oportet brassicam crudam ex aceto, et [g] post aliqua [h] folia v [i];

III. IGITVR, inquit AGRASIVS, quae diiungenda [a] essent a cultura [b] cuiusmodi sint, quoniam discretum de [c] iis rebus dicendum, quae scientia sit, et quid in colendo nos docet, ars an sit, an quid aliud et a quibus carceribus decurrat ad metas. STOLO [d] cum aspexisset SCROFAM, Tu [e], inquit, et aetate, et honore, et scientia quod [f], praestas, dicere debes. Ille non grauatus [g], Primum, inquit, non modo est ars, sed etiam necessaria ac [h] magna. eaque est scientia, quae [i] docet, quae sint in quoquo agro [k] serunda [l] ac [m] faciunda [n], quaeque terra maximos perpetuo reddat fructus.

IIII. EIVS principia sunt eadem, quae mundi esse Ennius scribit, aqua, terra, anima,

c) *repudiunda I. B. R.* d) *salire a. V.* item *H. St-- D.* *salere P.* e) *coenare B. R.* f) *ante* deest *B. R.* g) *et post* deest *I. B. R.* h) *alia sensf. I. I-G. H. St-D.* i) *quinque* deest *I B. R.* [C. III.] a) *disiungenda a. V* b) *et* interser, *I B. R,* c) Verba: *de iis rebus -- ad metas* des. *I. B. R.* d) *stolon I. B. R.* e) *Tu* deest *I. B. R,* f) *qua I. B. R,* g) *de iis rebus: quae in scientia sint: quod in colendo nos docet: ars sit. An quid aliud: et a quibus carceribus decurrat ad metas* hic ins. *I. B. R.* Sic etiam Pol. nisi quod omitt. et *id* pro sit pon. Pol. 2. *metam pro metas.* h) *et I. B. R.* i) *quae docet* deest *P.* k) *quoque I. B. R.* l) *seruanda marg. serenda P.* m) *et a. V,* n) *facienda quae aqua Pol.*

gitur hic locus in V. C. VRSINVS. Ex superstitione veterum, qui in precationibus, cum nominarent terram, eandem tangebant. Macrobius 3. Saturnal. *Cum tellurem dicit, manibus terram tangit.* Contra ad nomen Iouis suspiciebant in coelum. Ennius Thyeste: *Aspice hoc sublime candens, quem omnes [omnes quem] vocant Iouem.* Praeterea in carminibus et incantationibus ter despuebant, eoque sputo frontem illinebant ad auertendum fascinationes. Tibullus lib. I. *Ter cane, ter dictis despue carminibus.* Petronius Satyrico: *Turbatum sputo puluerem medio sustulit digito, frontemque repugnantis signauit, hoc facto carmine me iussit exspuere.* Lucianus in Νεκυομαντείᾳ: μετὰ γοῦν τὴν ἐπῳδὴν τρὶς ἄν μου πρὸς τὸ πρόσωπον ἀποπτύσας, ἐπανῄει πάλιν. POPMA. De more terram tangendi in caerimoniis Turn. 16, 10.

2, 27 IEIVNVM CANTARE) *carmen cantare, incantare, excantare* verba esse magica, notum, nec aliud iis indicari, quam formulam praescriptam, a qua tanquam a modulis quibusdam et lege (νόμῳ) non fas sit discedere.

2, 28 MVLTA INQVAM) puto legendum, *inquit*, et continuari sermonem Stolonis: ad quem deinde subiicit Varro, *quasi vero non apud caeteros* etc.

2, 28 QVASI VERO INQVAM) Videtur legendum: *quasi vero inquit Agrasius:* nam nulla interposita est persona, et Agrasius Sasernam defendit. VRSINVS. Alterutrum certe *inquam* mutandum est. Vtrum sit, lector, disputa, si quidem tanti videatur. Mihi prius videbatur, quia quasi conclusio sunt eorum, quae Stolo dixerat.

6, 28 PLACENTAM) c. 76, de libo c. 75, de pernis saliendis cap. 162, de brassica 156, 1.

3 DE IIS REBVS DICENDVM) Quid si legas: *deinceps dicendum.* et infra post verbum, *carceribus*, videtur legendum, *profecta, quas decurrat ad metas.* Sic enim paullo post locutus est Varro: *Hinc profecti agricolae ad duas metas dirigere debent.* VRSIN.

3 QVID IN COLENDO NOS DOCET) *Doceat* canones grammaticorum postulant: Sed etiam alias interrogatiue directe non interrogantia Graeco more cum indicatiuo constructa videas. Vnum laudabimus Cic. Att. 7, 12. p. 761 Graeu. *Sin discedet, quo aut qua, aut quid, nobis agendum est, nescio.*

4, 1 ENNIVS SCRIBIT) Epicharmi, philosophi et Poetae Pythagoraei, quaedam de natura rerum e Graeco in Latinum Sermonem conuertit Ennius. Vnde librum suum inscripsit Epicharmum: cuius testimonio veteres Grammatici saepe vtuntur. Dixit autem Epicharmus, eadem esse principia rerum, eadem deos. Menander: Ὁ μὲν Ἐπίχαρμος τοὺς θεοὺς εἶναι λέγει Πῦρ, ὕδωρ, γῆν, ἥλιον, ἀνέμους, ἀστέρας. Sed Ennius *ignem* vocauit *Solem*, *Aëra* vero *animam* vt Lucretius: *Ex Igni, Terra, atque anima procrescere, et Imbri.* et Virgil. Eclog. 6 *Semina, Terrarumque, Animaeque, Marisque*

anima, et [a] ſol. Haec enim cognoſcenda [b] prius, quam iacias ſemina, quod initium
fructuum oritur. Hinc profecti agricolae ad duas metas dirigere debent, ad vtilita-
tem et voluptatem. Vtilitas quaerit fructum, voluptas delectationem. Priores partes 2
agit, quod vtile eſt, quam quod delectat. Nec non ea quae faciunt [cultura] hone-
ſtiorem agrum, pleraque non ſolum fructuoſiorem [c] eundem faciunt, vt cum in or-
dinem ſunt conſita arbuſta atque olíueta, ſed etiam vendibiliorem, atque [d] adiiciunt
ad fundi pretium. nemo enim eadem vtilitate [e] non formoſius quod eſt, emere ma-
vult pluris, quam ſi eſt fructuoſus [f] turpis. Vtiliſſimus autem is ager qui ſalubrior 3
eſt, quam alii, quod ibi fructus certus. contra [g] quod in peſtilenti, calamitas, quam-
vis in feraci agro, colonum ad fructus peruenire non patitur. Etenim vbi ratio cum
orco [h] habetur, ibi non modo fructus eſt incertus, ſed etiam colentium vita. Quare
vbi [i] ſalubritas non eſt, cultura non aliud eſt, atque alea [k] domini vitae, ac rei fami-
liaris. Nec [l] haec non diminuitur ſcientia. ita [m] enim ſalubritas, quae ducitur [n] 4
e caelo ac terra, non eſt in noſtra poteſtate, ſed in naturae: vt tamen multum ſit in
nobis, quod [o] grauiora quae ſunt, ea diligentia leuiora facere poſſumus Etenim ſi
propter terram aut aquam, odoremue [p], quem aliquo loco eructat, peſtilentior eſt
fundus, aut propter caeli regionem ager calidior ſit, aut ventus non bonus flet [q]:
haec vitia emendari ſolent domini ſcientia ac ſumptu; quod permagni intereſt, vbi [r]
ſint poſitae villae, quantae ſint, quo ſpectent [s], porticibus, oſtiis ac feneſtris. An non 5
ille Hippocrates medicus in magna peſtilentia, non vnum agrum, ſed multa oppida,
ſcientia ſeruauit? Sed quid ego illum voco ad teſtimonium? Non hic Varro noſter,
cum Corcyrae eſſet exercitus [t] ac claſſis, et omnes domus repletae eſſent aegrotis ac fu-
neribus, immiſſo [u] feneſtris nouis aquilone, et obſtructis peſtilentibus, ianuaque permu-
tata, caeteraque eius [x] generis diligentia, ſuos comites, ac familiam, incolumes reduxit?

V. SED

[C.IV.] a) *et abeſt P.* b) *cognoſcunda I. B. R.* c) *fructuoſiora eadem P.* d) *vt quae adiiciant I. I-G.* e) *vtilitati P.* f) *fructuoſius turpe a. V.* item *H. St-D. fructuoſius turpius Ryck.* g) *contraque in I. I-G. H. St-D.* h) *Horco I. B. R.* i) *ſi a. V.* k) *alia P.* l) *Hoc vero diminuitur I. I-G. Nec haec vero deminuitur I. B. R.* m) *Iſta I. B. R.* n) *dicitur P. B. R.* o) *quo P.* p) *odorem P.* q) *fiet P.* r) *vti bene poſitae ſint I. B. R. vbe ſint P.* s) *ſpectans P.* t) *exercitus: et claſſis et I. B. R. exercitus, ac I. I-G.* u) *immiſſis P.* x) *ei B. R.*

Marisque fuiſſent. POPMA. Varro de L. L. 4. p. 17. *Epicharmus Enni de mente humana dicit, Iſtic eſt de Sole ſumtus ignis etc.* SCHOETTG.

4, 1 QVOD INITIVM FRVCTVVM ORITVR) Videtur legendum: *quod hinc initium.* Et paullo poſt videtur abundare vox *cultura*, legendumque *quae faciunt honeſtiorem agrum.* VRSIN.

4, 2 DELECTAT. NEC NON -- AGRVM, PLERAQVE) Ita diſtinxi orationem, cum ante poſt *delectat* inciſum eſſet, et colon poſt *agrum:* Ratio legentibus conſtabit, ſpero. De loco iſto communi, *vtiliora, quae pulchriora*, vide mihi elegantiſſimas diſputationes Tullii de Orat. 3, 45 et 46. Quintilianum 9, 4. Colum. 5, 67, 37. Redit ad eundem etiam noſter 1, 7, 2.

4, 2 NEMO ENIM EADEM) Multa hic *ἐξωματικῶς* ab expoſitoribus adiecta ex margine in textum irrepſerunt. Totus autem locus ita videtur emendandus: *Nemo enim eadem vtilitate non formoſius quod eſt, emere mavult pluris. Vtiliſſimus autem is ager, qui ſalubrior eſt; quod ibi fructus certus. Contra in peſtilenti, quamuis feraci agro colonum ad fructus peruenire non patitur.* Colum. 1, 3, 2 *Nec rurſus in peſtilenti, quamuis feraci pinguique agro dominum ad fructus peruenire etc.* VRSIN.

4, 3 QVAM SI EST FRVCTVOSVS TVRPIS) Qui ab hac Medicei etiam codicis et Commelini lectione diſcedunt, veriti videntur, ne parum accurate loqueretur Varro. Sed ille ſe neque alias in ordinem cogi patitur. *Fructuoſus, turpis* ad nomen *ager* cogitatione retuliſſe poteſt.

4, 4 NEC HAEC NON DIM.) *Haec* tamen *calamitas*, de qua adhuc dictum, vel *alea* ſ. periculum *diminuitur ſcientia*, ea ratione, quam ſtatim autor explicat.

4, 4 NON EST IN NOSTRA POTESTATE, SED IN NATVRAE) Poſtrema tria verba videntur abundare. VRSIN.

V. SED quoniam agriculturae, quod esset [a] initium et finis dixi, relinquitur quot partes ea disciplina habeat, vt sit videndum. Equidem innumerabiles mihi videntur, inquit AGRIVS, cum lego libros Theophrasti complures, qui inscribuntur,
2 Φυτῶν [b] ἱστορίας, et alteri [c] Φυτικῶν [d] αἰτίων [e]. STOLO [f], Isti, inquit, libri non tam idonei iis, qui [g] agrum colere volunt, quam qui scholas philosophorum. neque eo [h] dico, quod non [i] habeant et vtilia, et communia quaedam. quapropter tu potius agricul-
3 turae partes nobis expone. SCROPHA [k], Agriculturae, inquit, quatuor sunt partes summae: e queis [l] prima cognitio fundi [m]; solum, partesque [n] eius quales sint; secunda [o], quae in eo fundo opus sunt, ac debeant esse culturae causa; tertia [p], quae in eo [q] praedio colendi causa sint faciunda; quarta, quo quidque [r] tempore in eo fun-
4 do fieri conueniat [s]. De his quatuor generibus singulae minimum in binas diuiduntur species. quod habet prima ea, quae ad solum pertinent terrae, et quae [t] ad villas, et stabula. secunda pars quae moueantur [u], atque in fundo debeant esse culturae causa, est item bipartita: de hominibus, per quos colendum, et de reliquo instrumento. tertia pars quae de rebus, diuiditur, quae ad quamque rem sint praeparanda [x], et vbi quaeque faciunda. quarta pars de temporibus, quae ad solis circumitum [y] annuum sint referenda, et quae ad Lunae menstruum cursum. De primis quatuor partibus prius dicam, deinde subtilius de octo secundis.

VI. IGITVR primum de solo fundi videndum haec quatuor. Quae sit forma, quo in genere terrae, quantus, quam [a] per [b] se tutus. Formae cum duo genera sint, vna quam natura dat, altera quam sationes imponunt: prior, quod alius ager bene natus, alius male; posterior, quod alius fundus bene consitus est, alius male:
2 dicam prius de naturali. Igitur cum tria genera sint a specie simplicia [c] agrorum, campestre,

[C. V.] a) *id* inf. *I. B. R.* b) *περὶ Φυτῶν I. I-G. περὶ* caret Accentu in *Ba.* cum caetera verba non careant. *Phyton historias I. B. R.* c) *alteri* omitt. *I. I-G.* d) *physicon: I. B. R. περὶ φυτῶν I. I-G.* e) *aetion I. B. R. αἰτιῶν I. I-G. Vict.* f) *Stolon* vt alibi semper *I. B. R.* g) *qui* omitt. *I. B. R.* h) *condico quin habeant I. B. R.* i) *non* omitt. *P.* k) *Scrofa a. V.* l) *quibus I. B. R.* m) *soli fundi et partes B. G.* n) *et partes* etiam *Iuntt.* o) *Secundum I. B. R.* p) *Tertium I. B. R.* q) *eo* deest *Iuntt.* r) *quidquid P. Ie. quaeque I. I-G.* s) *conueniant I. I.* t) *alterum quae I. B. R.* u) *mouentur a. V.* x) *praeparandae I. I.* y) *circuitum a. V.* et *H. St-D.* [C. VI.] a) *quamque a. V.* b) *prosecutus P. I. B. R.* c) *simplici Ba-G. H. St-D.*

5, 1 QVI INSCR. Φυτῶν Ἱστορίας) Vetus haec est lectio, ne parum quidem a nobis immutata. Ita saepe a veteribus autoribus libri Theophrasti citantur: quod ex Athenaeo multis locis cognosci potest: quamuis nunc in excusis libris aliam inscriptionem habeant. VICTORIVS.

5, 2 NEQVE EO DICO, QVOD) *Quo* magis placeret, quam *quod* VRSIN.

5, 3 FVNDI; SOLVM) Sic est in VV. CC. Atque haec lectio confirmatur duobus locis, qui habentur infra cap. 6 et 7. IDEM.

5, 3 SECVNDA QVAE) *Secunda, quae in eo fundo debeant esse culturae causa, tertia, quae sint facienda, quarta, quo quaeque tempore fieri conueniat. De his quatuor generibus.* Ita videtur hic locus legendus, nam caetera sunt expositorum glossemata. Considerandum etiam, an pro *generibus* sit emendandum *partibus.* Nam infra habetur: *De primis quatuor partibus dicam.* IDEM.

5, 4 DE HIS Q. GENERIBVS SINGVLAE) Putabam legendum *singula.* Sed video Varronem hic promiscue dicere *genera et partes.* Caeterum de prima parte s. genere primo agit c. 6-16; de altera c. 17-22; de tertia, quae quidem ita perfunctorie tractatur, cum tamen maximi sit momenti, vt aliquid deesse arbitrer c. 23-26; de quarta denique c. 27-37.

5, 4 DE PRIMIS – SECVNDIS) Haec verba, si tamen sunt Varronis, non nullam habent difficultatem. Neque enim Varro quadripartitam modo diuisionem persequitur, sed statim eam, quae subtilius in octo partes distributa est: quibus et ipsis nouas subinde partes subiicit.

6, 1 VIDENDVM HAEC QVATVOR) *Primum* statim; *secundum* 7, 5; *tertium* c. 9 extr. *quartum* c. 14. Vnumquodque deinde subdiuidit. Vt primum formam in naturalem, de qua hic; et quam cultura dat a 7, 1 etc.

6, 2 IGITVR CVM TRIA) *Igitur cum tria genera sint agrorum, campestre, collinum, et montanum*

campestre, collinum, et [d] montanum est ex [e] iis tribus quartum, vt in eo fundo, in [f]
quo haec duo vel tria sunt [g], vt [h] multis locis licet videri. E quibus tribus fastigiis
simplicibus, sine dubio infimis alia [i] cultura aptior, quam summis, quod haec calidio-
ra quam summa: sic collinis, quod ea tepidiora quam infima, aut summa. Haec ap-
parent magis ita esse in latioribus regionibus, simplicia cum sunt. Itaque vbi lati 3
campi, ibi magis aestus. Et eo in Apulia loca calidiora ac grauiora. Et vbi mon-
tana, vt in Vesuuio, quod leuiora, et ideo salubriora. Qui colunt deorsum, magis
aestate laborant: qui sursum, magis hieme [k]: verno tempore in campestribus ma-
turius eadem illa seruntur, quam in superioribus: et celerius hic, quam illic cogun-
tur. nec non sursum [l], quam deorsum [l] tardius seruntur, ac metuntur. Quaedam 4
in montanis prolixiora nascuntur ac firmiora, propter frigus, vt abietes ac sappini [m].
hic [n], quod tepidiora [o], populi ac salices: sursum [p] fertiliora, vt arbutus ac quercus:
deorsum [q], vt nuces Graecae ac mariscae fici. In collibus humilibus societas maior
cum campestri fructu, quam cum montano: in altis contra. Propter haec tria fa- 5
stigia formae, discrimina quaedam fiunt [r] sationum, quod segetes meliores existiman-
tur esse campestres, vineae collinae, siluae montanae: plerunque [s] hiberna [t] iis [u] esse
meliora, qui [x] colunt campestria, quod tunc prata ibi herbosa, putatio arborum to-
lerabilior. Contra aestiua montanis [y] locis commodiora, quod ibi tum et pabulum
multum, quod in campis aret: ac cultura arborum aptior, quod tum illic [z] frigidior
aër. Campester locus is [a] melior, qui totus aequabiliter in vnam partem vergit [b], 6
quam is qui est ad libellam aequus, quod is [c], cum aquae non habent [d] delapsum, fieri
solet vliginosus. eo magis si quis est inaequabilis, eo deterior, quod fit propter lacu-
nas aquosus. Haec atque huiuscemodi [e] tria fastigia agri ad colendum dispariliter [f]
habent momentum.

VII. STOLO, Quod ad hanc formam [a] naturalem pertinet, de eo non incom-
modo

d) *et* abest P. e) *ex bis a. V.* praeter *Ba.* quae *et ex tribus.* f) *In quo* deest *I. B. R. I. I.* g) *fine I. B. R. I. I.* h) *aut Pol. 1. haud I. B. R.* i) *aliqua I. B. R.* k) *hieme et v. tempore. In I. B. R.* l) *susum deosum P.* m) *sapini I. I - G.* n) *Hic vero Pol. 2.* o) *tediora Pol. 1.* p) *susum P.* q) *deosum P.* r) *fiunt* omitt. *I. B. R.* s) *plurimumque* ins. *Pol. 2.* t) *hibernales Pol. 2.* u) *esse ibi I. B. R. iis* omitt. *Pol. 1. hiis esse ibi P. 2.* x) *quam campestria I. B. R. Pol. 2.* y) *montana bis I. B. R. montanaque iis locis P.* z) *hic I. B. R.* a) *est* inser. *I. B. R.* b) *verget I. B. R.* c) *bis I. B. R.* d) *habeat P. habeant I. B. R.* e) *huiusmodi a. V.* f) *disperiliter P.* [C. VII.] a) *formam* deest *I. B. R.*

tanum, et ex bis quartum; vt in eo fundo, in quo haec duo vel tria sunt, vt multis locis licet videre. E quibus tribus fastigiis simplicibus, sine dubio infimis cultura aptior, quod haec calidiora; sic collinis, quod ea tepidiora. Haec apparent etc. Ita videtur hic locus legendus aliquibus mutatis, vt *est* in *et*; et *videri* in *videre*. aliquibus autem inductis, quae ex margine intrusa sunt. VRSIN. Ego vero fateor, melius a me intelligi lectionem Victorii et Commelini.

6, 2 SIC COLLINIS) Forte excidit certe subaudiendum inter haec duo verba *alia*, scilicet *cultura aptior*: haec enim *tepidiora* sunt duplici intellectu, non ita frigida, quam summa, nec ita calida, quam infima. Similis breuitas recurrit mox s. 4.

6, 3 QVI SVRSVM MAGIS HIEME) In Mss. hic *Susum et deosum* sine r, quemadmodum fere semper. Nos consuetudinem nostri temporis secuti sumus. Docent tamen Grammatici, et *sursum* et *susum* veteres dixisse. VICTORIVS.

6, 5 CONTRA AESTIVA MONTANIS) Vetus lectio melior, *Contra aestiua montana his l. c.* propterea quod hieme praestant campestria, aestate montana; ideo *his locis*, nim. campis. PONTED.

6, 6 SI QVIS EST) Videtur *quis* omittendum. Et paullo post, pro eo, quod vulgo habetur, *dispariliter*, fortasse melius legeretur, *dispar* vel *disparile*. Est enim locus sumtus ex 2, 6 Theophrasti de causis plantarum, in quo ita scriptum est: μικραὶ δὲ ἀπαλλαγαὶ φαινόμεναι μεγάλας ποιοῦσι ῥοπὰς εἰς τὴν φύσιν, siue φύτευσιν, vt opinamur. VRSINVS.

modo Cato videtur dicere, cum scribit optimum agrum esse, qui sub radice montis situs
2 sit, et spectet ad meridianam caeli partem. Subiicit SCROFA, De formae cultura hoc dico, quae specie fiant venustiora, sequi, vt maiore quoque fructu sint: vt qui habent arbusta, si sata sunt in quincuncem, propter [b] ordines, atque interualla modica. Itaque maiores nostri ex aruo aeque magno, sed [c] male consito, et minus multum, et minus bonum faciebant vinum et [d] frumentum, quod quae [e] suo quidque [f] loco sunt posita, ea minus loci occupant, et minus officit aliud alii ab solo, ac luna,
3 et vento. Hoc licet coniectura videre ex aliquot rebus, vt nuces integras, quas vno modio comprehendere [g] possis, quod putamina suo loco quaeque habet [h] natura com-
4 posita, cum easdem si fregeris [i], vix sesquimodio concipere possis. Praeterea quae arbores in ordinem [k] satae sunt, eas aequabiliter ex omnibus partibus sol ac luna coquunt. quo fit, vt vuae et oleae plures nascantur, et [l] vt celerius coquantur, quas res duas sequuntur [m] altera illa duo, vt plus [n] reddant musti et olei, et pretii pluris.
5 Sequitur secundum illud, quali terra solum sit fundi †, a qua parte vel maxime bonus, aut non bonus appelletur. Refert enim, quae res in eo seri nascique, et cuiusmodi possint. Non enim [o] eadem omnia in eodem agro recte possunt. Nam vt alius est ad vitem appositus, alius ad frumentum, sic de caeteris alius ad aliam rem.
6 Itaque Cretae ad Cortyniam dicitur platanus esse, quae folia hieme non amittat. item-

b) *prope sint* Ba-G. c) *sed* deest *I. B. R. Iunt.* d) *et frumentum* omitt. *a. V.* e) *quaeque I. B. R.* f) *quoque I. B. R. quoque* Ba-G. g) *comprendere I. B. R.* h) *habens I. B. R.* i) *frigeris I. B. R.* k) *ordine a. V.* l) *et* deest *B. R. I. I.* m) *sequantur P.* n) *plus s. redd. P.* †) *et* inf. *I. I-G. vel* inf. *I. B. R.* o) *enim* deest *I. B. R.*

7, 1 CATO) 1, 3.

7, 2 DE FORMAE) *De forma culturae hoc dico, quae specie sunt venustiore, sequi, vt maiore quoque fructu sint, vt si sata sunt in quincuncem. itaque maiores nostri* etc. Ita videtur hic locus legendus, paucis immutatis. nam quaedam etiam sunt adiecta ab expositoribus vt pleraque in his libris. VRSINVS. Et tamen etiam *formae cultura* non absurde hic dicitur studium venustatis.

7, 2 QVAE SPECIE) Vid. ad 1, 4, 2 vbi idem locus communis tractatur.

7, 3 CVM EASDEM SI FREGERIS) Particula *si* videtur abundare. Et paullo post legendum *appellatur*, pro eo, quod in vulgaris libris est, *appelletur*. VRSIN. Alterutram particularum *cum* aut *si* abesse debere, attente legenti apparet. Neque tamen iurauerim, non esse Varronianum pleonasmum.

7, 6 ITAQVE CRETAE) *Itaque Cretae ad Cortyniam dicitur platanus esse, quae folia hieme non amittat, itemque in Cypro, vt Theophrastus ait. Vna item Sybari, qui nunc Thurii dicuntur, quercus simili esse natura, quae est in oppidi conspectu.* Ita hic locus emendandus ex Theophrasto et Plinio, quorum verba sunt haec. Theophrasti ex lib. 1. hist. plant. Ἐν Κρήτῃ δὲ λέγεται πλάτανόν τινα εἶναι ἐν τῇ Γορτυνίᾳ πρὸς πηγῇ τινι ἣ οὐ φυλλοβολεῖ. μυθολογοῦσι δὲ, ὡς ἐπὶ ταύτῃ ἐμίγη τῇ Εὐρώπῃ ὁ Ζεύς. τὰς δὲ πλησίον πάσας φυλλοβολεῖν. ἐν δὲ Συβάρει δρῦς ἐστιν εὐσύνοπτος ἐκ τῆς πόλεως. ἣ οὐ φυλλοβολεῖ. φασὶ δὲ οὐ βλαστάνειν αὐτὴν ἅμα ταῖς ἄλλαις, ἀλλὰ μετὰ κύνα. λέγεται δὲ ἐν Κύπρῳ εἶναι τοιαύτην. Plinii ex 12, 1 *Est et Cortynae in insula Creta, iuxta fontem platanus vna, insignis vtriusque linguae monumentis, numquam folia dimittens, statimque ei Graeciae fabulositas superfuit, Iouem sub ea cum Europa concubuisse. ceu vero non alia esset eiusdem generis in Cypro etc.* et ex 16, 21 *In Thurino agro, vbi Sybaris fuit, ex ipsa vrbe prospiciebatur quercus vna, numquam folia dimittens; nec ante mediam aestatem germinans etc.* Ex locis autem adductis videtur apud Varronem legendum: *Vna item Sybari*, vt nos emendauimus: apud Plinium vero *super ea*, non *sub ea*; nam in nummo argenteo Γορτυνίων haec fabula ita expressa est, vt non sub platano, sed ipsi plane platano insidere Europa videatur: et Theophrastus, a quo Plinius accepit, habet ἐπὶ ταύτῃ. Non alienum autem erit ab hoc loco, quoniam nummi veteris auctoritate Plinii lectionem confirmauimus, alium idem nummum indicare, quo locus Ouidii in XV Metamorphoseos non solum illustratur, sed etiam corrigitur. Atque is est: *Nec non Sicanias volvens Amasenus harenas Nunc fluit, interdum suppressis fontibus aret.* Non enim *Amasenus*, qui per Volscos fluit, sed *Amenanus* est legendum, qui fluuius est Catanae, et in Κατανaίων argenteo nummo dicitur ΑΜΕΝΑΝΟϹ. Strab. lib. 5

καθάπερ

itemque in Cypro, vt Theophrastus ait, vna. item Sybari [p], qui nunc [q] Thurii dicuntur, quercus simili esse natura, quae est in oppidi conspectu. Item contra atque apud nos fieri ad Elephantinen, vt neque ficus neque vites amittant folia. Propter eandem causam multa sunt bifera, vt vites apud mare Smyrnae [r]: malus bifera [s], vt
in agro Consentino. Idem ostendit, quod in locis feris plura ferunt: in iis quae sunt 7
culta, meliora. eadem de causa sunt, quae non possunt viuere nisi in loco aquoso, aut etiam aqua [t]. et id discriminatim, vt [u] alia in lacubus, vt arundines in Reatino [x]; alia in fluminibus, vt in Epeiro arbores alni [y]; alia in mari, vt scribit Theophrastus, pal-
mas et squillas [z]. In Gallia transalpina intus ad Rhenum, cum exercitum ducerem, 8
aliquot regiones accessi, vbi nec vitis, nec olea, nec poma nascerentur; vbi agros stercorarent candida fossicia creta: vbi salem nec fossicium, nec maritimum haberent,
sed ex quibusdam lignis combustis, carbonibus salsis pro eo vterentur. STOLO, 9
Cato quidem, inquit, gradatim praeponens [a], alium alio agrum meliorem dicit esse in nouem discriminibus, quod [b] sit primus, vbi vineae possint [c] esse bono vino et multo; secundus, vbi hortus irriguus; tertius, vbi salicta; quartus, vbi olieta; quintus, vbi pratum; sextus, vbi campus frumentarius; septimus, vbi caedua silua; octauus, vbi
arbustum; nonus, vbi glandaria † silua. SCROFA, Scio, inquit, scribere illum. sed 10
de

p) *Subari P.* q) *Sybari* repet. *I. B. R.* r) *mirnae I. B. R. smyrnae P.* s) *biferae P.* t) *in aqua a. V.* et *H. St-D.* u) *et I. B. R.* x) *Aretino a. V.* y) *almi P. vlmi I. B. R.* z) *squillam P.* a) *alium praeponens alio, I. B. R.* b) *et quod I. B. R. Ba-G.* c) *possunt I. I-G.* †) *glandiaria Herm.*

καθάπερ καὶ περὶ τοῦ Ἀμενάνου συμβαίνειν φασί, τοῦ διὰ Κατάνης ῥέοντος. ἐκλείπει γὰρ ἐπὶ πολλὰ ἔτη, καὶ πάλιν ῥεῖ. Apud eundem Ouid. Fast. l. 4 minus corrupte habent in vetusto Codice: *Iamque Leontinos Amenenaque flumina cursu Praeterit, et ripas herbifer Aci tuas.* Cum in vulgatis libris legatur, *Amisenaque flumina.* Veteribus etiam nummis emendatur Vibius Sequester, apud quem *Hipparis*, non *Hypanis* legendum: ΙΠΠΑΡΙC enim habetur in nummo argenteo Καμαριναίων, et apud Pindarum in Olympicis. VRSINVS.

7, 6 ITEM CONTRA--FOLIA) Theophr. 1, 6 *περὶ γὰρ Ἐλεφαντίνην οὐδὲ τὰς ἀμπέλους οὐδὲ τὰς συκᾶς φασι φυλλοβολεῖν.* Plin. 16, 27. IDEM.

7, 6 VITES APVD MARE SMYRNAE) Plin. 16, 27 f. 50 *M. Varro auctor est vitem fuisse Smyrnae apud mare biferam.* Ita etiam editum erat in Plinio ante Harduinum. Sed ille ex MSS. Plinii reponit *Matreum*, μητρῷον, fanum Cybeles, quale apud Smyrnaeos fuisse e Strabone et Plinio ostendit: putatque eam lectionem et hic reponendam.

7, 7 IDEM OSTENDIT, QVOD) Theophr. 3, 7 *ὅπου γὰρ ἡ φύσις αὐτὴ γεννᾷ, τοῦτον οἰκειότατον εἶναι τόπον.* Verba: *In iis quae sunt cultu meliora,* videntur σχολιαστικῶς posita ab expositore. VRSIN. Non puto *idem* referri ad Theophrastum; sed esse neutrius generis pronomen et quarti casus, relatum ad id quod dicitur f. 5 *Refert enim, quae res in eo etc.* Poterat clarius ita: *Eandem rem ostendit illud, quod* etc. Non voluisse hic Varronem ad Theophrastum prouocare, inde etiam mihi fit credibile, quod statim subiicit mentionem Theophrasti. Verba *Idem ostendit, quod* hoc volunt, quod proxima, *eadem de causa.* Hoc obseruandum propter vulgatum errorem circa τὸ *quod.*

7, 7 IN REATINO) Ita suspicor legendum esse. VRSIN.

7, 7 ALIA IN MARI) Theophr. 1, 7 *τὰ δὲ τῶν ὁμολογουμένων χερσαίων πεφυκότα ποτὲ ἐν θαλάσσῃ βαΐον, φοίνικα, σκίλλαν, ἀνθέρικον.* IDEM.

7, 8 INTVS AD RHENVM) Varroniana scribendi regula *Renum* poscit sine afflatu, vt Cassiodorus ex Agnaeo Cornuto refert; ita 2, 6 *Rodum* non *Rhodum*; 3, 3 *Rinton* non *Rhinthon*, c. 17 *redarios* non *rhedarios.* PONTED.

7, 8 EX QVIBVSDAM LIGNIS COMBVSTIS) Non tam huc referam Plin. 31, 7 f. 39 extr. *Galliae Germaniaeque ardentibus lignis aquam salsam infundunt:* quam ea, quae sequuntur f. 40 *Quercus - - per se cinere sincero vim salis reddit; alibi corylus laudatur: ita infuso liquore salso carbo etiam in salem vertitur.* c. i. g. a.

7, 9 CATO -- PRAEPONENS) Sine dubio videtur legendum *proponens*; nam infra cap. 18 sic habet: *Cato modum neque vnum, neque modicum proposuit.* VRSIN. Locus est 1, 7. Laudat etiam Crescentius 2, 26 nulla mutatione commemorabili, nisi quod inepte pro *caedua* silua est *cedrina.*

7, 10 SCROFA, SCIO, INQVIT) Addendum videtur *ita*, vt sit: *Scio, inquit, ita scribere.* VRSIN.

de hoc non consentiunt omnes, quod alii dant primatum bonis [d] pratis, vt ego quoque [e]: a quo [f] antiqui prata parata appellarunt [g]. Caesar Vopiscus aedilicius, causam cum ageret apud Censores, campos Roseae [h] Italiae dixit esse sumen, in quo relicta pertica postridie non appareret propter herbam.

VIII. CONTRA vineam sunt qui putent [a] sumptu fructum [b] deuorare. Refert, *inquam*, quod genus vineae sit, quod sunt multae species eius. aliae enim humiles ac sine ridicis, vt in Hispania: aliae sublimes, vt quae appellantur iugatae, vt pleraeque in Italia. quarum [c] nomina duo pedamenta, et iuga. quibus stat rectis [d] vinea, dicuntur pedamenta. quae transuersa iunguntur, iuga: ab eo quoque vineae iugatae. Iugorum genera fere quatuor, pertica, arundo, restes, vites [e]. pertica [f], vt in

d) *boni I. B. R.* e) *quoque* deest *I. B. R.* f) *quoque P.* g) *Nam* ins. *I. B. R.* h) *rore atr Iens. roseae aer B. R. Rosiae I. I-G.* [C. VIII.] a) *propter sumptum putent fructum I. B. R.* b) *fructus I. I-G.* c) *Cuius P.* d) *recta a. V.* e) *et vites a. V.* f) *est I. B. R.*

7, 10 QVOD ALII—APPELLARVNT) Hic nescio quid desiderari, neminem diligenter perpendentem latebit. Ait Varro *pratum* a veteribus dictum *paratum*, sed cur sic dixerint, non extat; posuisse tamen illud *a quo* indicat; quod enim nonnulli primatum dent pratis, non tamen sequitur ideo vocari *pratum*, *quod semper sit paratum*, *idcirco pratis primas dari.* Cum anceps essem, incidi in Crescentium, qui 5, 25, dum Varronis hunc locum iisdem verbis commemorat, haec habet: *Quia modicas aut nullas requirunt expensas.* Sic igitur est restituendus locus: *Quod alii dant primatum bonis pratis, vt ego quoque, quia modicas aut nullas requirunt expensas, a quo antiqui prata parata appellarunt.* Ad eundem fere modum et in lib. 4 de L. L. Varro est locutus: *Prata dicta ab eo, quod sine opere parata.* Id et Columella confirmat 2, 2 *Tertia ratio*, inquit, *loci rigui sine impensa fructum reddere potest. Hanc primam Cato esse dicebat, qui maxime reditum pratorum caeteris anteponebat.* Item 2, 17 *Et ideo necessarius ei cultus est etiam prati, cui veteres Romani primas in agricolatione tribuerunt. Nomen quoque indiderunt ab eo, quod protinus esset paratum, nec magnum laborem desideraret. Marcus quidem Portius et illa commemorauit, quod nec tempestatibus affligeretur, vt aliae partes ruris, minimique sumptus egens per omnes annos praeberet reditum.* Isidorus quoque 15, 13 hoc attigit: *Pratum est, cuius foeni copia armenta tuentur, cui veteres Romani nomen indiderunt ab eo, quod protinus sit paratum, nec magnum laborem culturae desideret.* PONTED.

7, 10 CAESAR VOPISCVS) Plin. 17, 4 extr. *Caesar Vopiscus, cum causam apud Censores ageret, campos Roseae dixit Italiae sumen esse, in quibus perticas pridie relictas gramen operiret.*

7, 10 CAMPOS ROSEAE) Festus: *Rosea in agro Reatino campus appellatur, quod in eo arua rore humida semper ferant.* VRSIN.

8, 1 CONTRA VINEAM SVNT) Refertur hoc ad superiora. Est enim pars disputatiunculae Catoni oppositae. Sed retinenda tamen hic et alias importuna diuisio capitum, ne frustra negotium facessatur quaerentibus aliquid. Quid in ipsis sacris libris factum sit, nouimus.

8, 1 QVARVM NOMINA DVO) Videtur legendum, *ridicarum nomina*, et p. p. *queis transuersa iunguntur iuga.* VRSIN. Fuluius Vrsinus corrigit *quarum nomina*, *in ridicarum nomina: quae transuersa*, in *queis transuersa.* Cui nullo modo assentiri possumus, quod *ridica* in pedamentum et iugum non diuiditur; quin contra alterum ex his pedamentum in ridicam, palum, harundinem, et arbustum, quod est natiuum pedamentum. Id apparet ex Varronianis insequentibus: *Pedamentum item fere quatuor generum.* Alterum quoque *queis*, pro *quae*, a quo iri probatum existimabimus? Per *ridicasne* transuersa iunguntur, an per perticas, harundines, restes, vites vt pro sua diligentia commemorat Varro? Profecto mihi magis quadrat *quarum nomine*, hoc est quarum caussa; siquidem propter iugatas vites duo inuenta sunt, pedamentum et iugum, cum in stratis vineis, aut in rectis, sine ridicis neque pedamenta neque iuga, quorum non indigent, nominentur. PONTED. In neutro assentiri possum Vrsino. Quid enim? *ridicarum* appellatione comprehendi dicemus *perticam, arundinem, restes, vites?* Quid si ad *vineas* referamus *sublimes.* Non ignoro, vineas non esse pedamenta: sed sublimes vineae fiunt aut per pedamenta, aut per iuga etc. De re ipsa Colum. 5, 30. Illud etiam alterum, *quae transuersa iunguntur*, rectum puto: alioquin, si *queis* ponas cum viro docto, legendum erit etiam *transuersae. Iuga transuersa iunguntur vitibus* non minus quam vites iugis: de quorum generibus consulendus quoque Colum. 4, 17-19.

8, 2 IVGORVM GENERA) De his Col. 4, 17-19.

8, 2 COM-

in Falerno. arundo, vt in Arpino [g]: restes, vt in Brundisino [h]. vites, vt in Mediola-
nensi [i]. Iugationis species duae, vna directa [k], vt in agro Canusino: altera complu-
viata in longitudinem et latitudinem iugata, vt in Italia pleraeque. Haec [l] vbi domo
nascuntur, vinea [m] non metuit sumptum; vbi multa ex [n] propinqua villa [o], non valde.
Primum genus quod dixi, maxime quaerit salicta. secundum, arundineta. tertium 3
iunceta [p], aut eius generis rem aliquam. quartum arbusta, vbi traduces possint fieri
vitium, vt Mediolanenses faciunt in arboribus, quas vocant opulos [q]; Canusini [r] in
harundulatione [s] in ficis. Pedamentum item fere quatuor generum. Vnum robu- 4
stum, quod optimum solet afferri in vineam e quercu [t] ac iunipero [u], et vocatur ri-
dica. alterum palus e pertica, melior [x] e dura, quod [y] diuturnior: quem cum infi-
mum [z] terra voluit, puter euertitur, et fit solum summum. tertium quod horum in-
opiae subsidio misit arundinetum. inde enim aliquot colligatas libris dimittunt [a] in
tubulos fictiles, cum fundo pertuso, quos cuspides appellant, qua humor aduenticius
transire possit. quartum est pedamentum natiuum eius [b] generis, vbi ex arboribus in
arbores traductis vitibus vinea fit: quos traduces, quidam rumpos, appellant. Vineae
altitudinis modus, longitudo hominis. Interualla pedamentorum, qua boues iuncti 5
arare possint. Ea minus sumptuosa vinea, quae sine iugo ministrat acratophoro [c]
vinum. Huius genera duo, vnum, in quo terra cubilia praebet vuis, vt in Asia mul-
tis locis, quae saepe vulpibus et hominibus fit communis. nec non si parit humus
mures, minor fit vindemia: nisi totas vineas oppleris muscipulis, quod in insula Pan-
dataria

g) *Arpeno P.* h) *Brundusino a. V.* i) *agro* add. *a. V.* k) *derecta P. I.* l) *Hae I. B. R.* m) *vineae non metuunt a. V.* n) *et I. B. R.* o) *villum P. 2.* p) *vinceta Pol. vineta I. B. R. viminecta V. C. Vrs.* q) *populos I. B. R.* r) *Cannusini I. B. R.* s) *ardulatione I. B. R. bardulatione Pol. 1. Ryck.* t) *querco I. B. R.* u) *iunipino P.* x) *meliore* iunct. *I. B. R.* y) *qui B. R. quo Iens.* z) *in fimum* diuis. *I. B. R. Iunt.* a) *demittunt a. V.* b) *cuius I. B. R.* c) *acratophoron a. V. acratofore P.*

8, 2 COMPLVVIATA) Si consideres loca omnia, vbi *compluuii* vel *compluuiatae* vitis mentio fit, nihil aliud deprehendes esse *compluuiatam vitem*, quam decussatim iugatam, vt quadratae in medio areae relinquantur. *Compluuium* area subdiualis aperta, et aedificatione inclusa, quae si qua partem superiorem consideretur apertam, *impluvium* vocatur. Ita intelligo Varr. de L. L. p. 38, 33 *Si relictum erat in medio, vt lucem caperet, deorsum, quo impluebat, impluuium dictum: et sursum, qua compluebat, compluuium.* Differunt itaque *compluuium* et *impluuium*, vt *profundum* et *altum*. Sed Varronis ratio subtilior forte quam verior. Vid. Viri docti ad Ter. Eun. 3, 5, 41.

8, 3 SALICTA, ARVNDINETA) C. 4, 30 et 32.

8, 3 OPVLOS) Col. Arb. 16, 1.

8, 3 IN HARVNDVLATIONE) Io. Baptista Porta Villae 7, 9 vbi totum hunc locum Varronis citat, haec verba omittit; fortasse quia non intellexit, noluit adscribere, ne quis forte lector eum incusaret, si explicationem suam non addidisset. SCHOETTG. Sermo est de quarto genere iugandarum vitium, vbi traduci locus est, cum nimirum, quae sustinere suo se trunco non possunt, vites in aliam arborem traducuntur. Hic *opulos* arbusti loco adhibent Mediolanenses, *ficus* Canusini; sed cum infirmi et fragiles sint earum rami, arundine eos deligata firmasse videntur, eaque dicta *arundulatio*.

8, 4 TERRA VOLVIT) Quid si *soluit* h. e. putridum reddidit: sensum certe hunc esse apparet. *puter* enim *euertitur* seu conuertitur et *fit solum* f. imum, quod ante fuerat, iam *summum*.

8, 4 CVM FVNDO PERTVSO) Particula *cum* abundat. VRSIN. Codex Ryckianus habet *pertusos*. Quidsi hanc et Vrsini lectionem coniungas et legas *fundo pertusos*. SCHOETTG. Scilicet cuspides isti et continent arundines, vt figi terra possint, et humorem per fundum transmittunt, prohibentque, ne contagione terrae humidae ita facile putrescant.

8, 5 ACRATOPHORO) Antiqui libri veram lectionem retinent, *acratophoro*. Est autem acratophoron vasis genus. Cic. de Finibus 2, [est 3, 4] *Ne hoc ephippiis et acratophoris potius, quam proëgmenis et approeëgmenis concedatur.* VICTORIVS.

8, 5 VVLPIBVS) Quas pessime vexare vineas notum est ex Cantic. 2, 15. Vide quae in hanc rem ex Alciphrone notauimus in hist. crit. reipubl. liter. Gallice scripta tom. I. SCHOETTG.

8, 6 SVB

6 dataria [d] faciunt. Alterum genus vineti [e], vbi ea modo remouetur a terra vitis, quae ostendit [f] se afferre vuam. Sub eam, vbi nascitur vua, subiiciuntur circiter bipedales e furculis furcillae [g], ne vindemia [h] pereat, et vindemia facta denique discat pendere in palmam [h] aut funiculo, aut vinctu, quod antiqui vocabant cestum. Ibi dominus simul ac vidit occipitium vindemiatoris furcillas reducit hibernatum in tecta, vt sine sumptu earum [i] opera altero anno vti possit. Hac consuetudine in Italia vtuntur
7 Reatini [k]. Haec ideo varietas maxime, quod terra cuiusmodi sit, refert. vbi enim natura humida, ibi altius vitis tollenda, quod in partu, et alimonio vinum non vt in calice quaerit aquam, sed solem. itaque ideo (vt arbitror) primum e vinea in arbores ascendit vitis.

IX. TERRA †, *inquam*, cuiusmodi sit refert, et ad quam rem bona, aut non bona sit. ea [a] tribus modis dicitur, communi [b], proprio, et mixto. Communi, vt cum dicimus orbem terrae, et terram Italiam, aut quam aliam [c]. in ea enim et lapis, et arena, et caetera eius generis sunt in nominando comprehensa [d]. Altero modo dicitur terra proprio nomine, quae nullo alio vocabulo, neque cognomine adiecto ap-
2 pellatur. Tertio modo dicitur terra, quae est mixta [e], in qua [f] seri potest quid et nasci; vt argillosa, aut lapidosa, sic [g] aliae; cum in hac species non minus sint multae, quam in illa communi, propter admixtiones [h], in illa enim, cum sint [i] dissimili vi ac potestate, partes permultae, in queis lapis, marmor, rudus, arena, sabulo [k], argilla, rubrica, puluis, creta, glarea [l], carbunculus; [id est, quae sole perferue [m] ita fit, vt radi-
3 ces satorum comburat.] ab iis, quae proprio nomine dicitur terra, cum est admixta [n] ex his generibus aliqua re, tum [o] dicitur aut [p] cretosa, aut [q] glareosa, et sic ab aliis generum discriminibus mixta. et [r] vti horum varietates [s], ita genera haec, vt praeterea subtiliora sint [t] alia. nam [u] minimum in singula facies terna [x], quod alia terra est

d) *Pandatharia a. V. pandaterla P.* e) *vinitl P.* f) *ostenderit a. V.* g) *furcularis: vindemia Pol. 2.* h) *vindemia pereat, et* desunt *I. B. R.* i) *palma P. Ryck.* k) *horum P. eorum I. B. R.* l) *vriatini P.* [C. IX.] †) *Terram Com.* Sphalma credo. a) *Et a. I. B. R.* b) *et* inf. c) *alia in eam: cum et I. B. R.* d) *comprensa I. B. R.* e) *mista I. I-G.* f) *quo I. B. R.* g) *sic et a. V. H. St-D.* h) *admistiones I. I-G.* i) *sint I. B. R.* k) *sabulum I. B. R.* l) *ignis carb. I. B. R.* m) *perferuet ita, vt a. V.* n) *admista I. I-G.* vt alias semper. o) *vt cum I. B. R.* p) *aut* abest *I. B. R.* q) *aut glareosa* deest *I. B. R.* r) *et vti* omitt. *I. B. R.* s) *varietate I. B. R.* t) *sint. Alia minimum I. B. R.* u) *ad* inf. *I. I-G.* x) *terrena I. B. R.*

8, 6 SVB EAM) *Sub eam subiiciuntur circiter bipedales e furculis furcillae.* Ita hic locus videtur legendus. Nam verba illa, *vbi nascitur vua*, sunt expositoris glossae. Item illa paullo post *vindemia facta.* et legendum *palma*, non *palmam.* VRSIN. Non possum assentiri Vrsino. Verbis *vbi nascitur vua* locus ipse designatur, vbi subiicienda est furcilla, ille nimirum, qui vua crescente futurus est grauissimus, et maxime fulcro opus habiturus. Deinde *discat pendere in palmam* videtur significare, *fiat palma* siue *palmes* robustior, qui cum ne sic quidem plane ipse sustinere se possit, *funiculo* aut *cesto* a capite s. trunco deligatus pendeat.

8, 7 VBI NATVRA HVMIDA) Refert Cresc. 4, 13.

9, 1 TERRA, INQVAM) Redit Varro, qui ex sua persona hic loquitur, verbo *inquam* ad sermonem superiorem, *terra cuiusmodi sit, refert:* ne quis putet, nunc demum loqui eum incipere, qui non desiit inde ab initio cap. 8. conf. 2, 8, 6. Nihil ausi sumus mutare, suadente licet Vrsino: Varronis autem hic scripturam repraesentari non dixerim: adeo impedita videntur quaedam et hiantia.

9, 1 ET CAETERA EIVS GENERIS) Videndum, an voces *in nominando* sint inducendae: et item illae: *in qua seri quid potest et nasci.* paullo post legendum: *Quam in illa communi, propter admixtiones etenim cum sint dissimilia ac potestates etc.* VRSIN.

9, 3 ET SIC AB — MIXTA) Vox *mixta* videtur abundare, et deinde legendum: *Ita genera haec, et praeterea subtiliora sunt, nam minimum in singulis facies terna etc.* *Subtiliora* autem dixit pro minutiora, et magis particularia. Sic supra sub finem cap. 5. IDEM.

9, 4 ITA-

est valde lapidosa, alia mediocriter, alia prope pura. Sic de aliis generibus reliquis admixtae terrae tres gradus ascendunt [y] eosdem. Praeterea hae ipsae ternae species 4
ternas in se habent alias, quod partim sunt humidiores, partim aridiores, partim mediocres. Neque non haec discrimina pertinent ad fructus [z] vehementer. Itaque periti in loco humidiore far adoreum potius serunt, quam triticum; contra in aridiore hordeum potius, quam far, in mediocri vtrunque. Praeterea etiam discrimina 5
omnium horum generum subtiliora alia, vt in sabulosa terra, quod [a] ibi refert, sabulo albus sit, an rubicundus: quod subalbus [b] ad serendos surculos † alienus, contra rubicundior appositus. Sic magna tria discrimina terrae, quod refert vtrum sit macra, an pinguis, an mediocris. quo [c] ad culturam pinguis foecundior ad multa, macra contra *. Itaque in [d] iis, vt in Pupinia, neque arbores prolixas [e], neque vites feraces neque stramenta videre [f] crassa possis [g], neque ficum [h] mariscam, et arbores plerasque, ac prata retorrida, et muscosa [i]. Contra in agro pingui, vt in Hetruria, licet videre 6
segetes fructuosas, ac restibiles, et arbores prolixas, et omnia sine musco. In mediocri autem terra, vt in Tiburti, quod [k] propius accedit, vt non sit macra, quam vt sit ieiuna, eo ad omnes res commodior, quam si inclinauit [l] ad illud [m] quod deterius [n].
STOLO, Non male, inquit, quae sit idonea terra ad colendum, aut non [o], Diophanes 7
Bithynius scribit, signa sumi posse aut ex [p] iis quae nascuntur ex ea [q]. ex ipsa, si sit terra alba, si nigra, si leuis, quae cum fodiatur, facile frietur [r], naturaque [s] non sit cineritia [t] neue vehementer densa. ex iis autem, quae enata sunt fera, si sunt prolixa, atque ea quae ex iis nasci debent, earum rerum feracia. Sed quod sequitur, tertium illud de modis dice [u].

X. ILLE

y) *ascendunt. Eosdem praeterea I. B. R.* z) *fructus. Vehementer itaque I. B. R.* a) *quot Herv.* b) *Sabulo albus I. I-G.* †) *surculos* omitt. *Iunt.* c) *quod I. B. R. Iunt* d) *nux, vt in I. B. R. nux in viis, vt Pol.* 2. *in Veiis I. I-G.* e) *prolixae I. B. R.* f) *in* inf. *I. B. R.* g) *poteris a. V.* h) *neque* inf. *I. B. R.* i) *raucosa I. B. R.* k) *quot Herv.* l) *inclinauerit a. V.* m) *aliud I. B. R.* n) *est* add. *I. B. R.* o) *an a. V.* p) *ex iis* deest *I. B. R.* q) *eis I. B. R.* r) *seritur I. B. R.* s) *natura quae I. B. R.* t) *cineraria I. B. R.* u) *dici Pol.* 1. *dicie ille P.* 2.

9, 4 ITAQVE PERITI) Plin. 18, 17. *In loco humili far adoreum potius, quam triticum serunt; temperato et triticum et ordeum.* Sed ex hoc Varronis loco et item alio Columellae ex 2, 6 legendum *humido* non *humili* apud Plinium. Columella: *Triticum sicco loco melius coalescit, adoreum minus infestatur humore.* IDEM.

9, 5 QVO AD CVLTVRAM PINGVIS) Videtur legendum: *quod pinguis etc.* IDEM.

9, 5 ITAQVE IN IIS) Veteres libri hac parte corrupti. Communem lectionem: *Itaque in Veiis, vt in Pupinia* multis de causis non probamus, eamque ab aliquo emendatore repositam arbitramur. Modus loquendi, quo infra vtitur Varro, aperit hic aliter legi debère: Vt cum ait: *In agro pingui, vt in Hetruria etc. in mediocri autem terra, vt in Tiburti.* Nec tamen locum restituere potuimus. Macrum sterilemque agrum esse Pupiniam, docet Cicero contra Rullum. VICTORIVS. Fortasse legendum *in ea:* nam in libris MSS. hoc verbum corruptum est. De Pupinia constat ex Colum. 1, 4, 2 exilem terram fuisse et pestilentem. Festus in *Pupinia*, licet locus mutilatus sit, videtur tamen indicare, fuisse Pupiniam prope Tusculum vrbem. VRSIN. Damnauit hunc locum Victorius, tanquam vitiosum illud *iis* esset, quod in *Veiis* mutauit Aldus, Iensonius in *Nux.* Mihi, diligenter perpendenti, omnia plana et aperta visa sunt: *in iis*, siue prisca orthographia *eiis* (ex quo Aldus *Veiis* expressit) nimirum terrae discriminibus, quae tria proposuit Varro. PONTED. Tolerabilem certe sententiam parit Commeliniana lectio. Numeri ista mutatio in Varrone nihil habet singulare. vide, quae *Synesees* nomine in indice complexi sumus.

9, 6 QVOD PROPIVS) Videtur legendum *quo propius.* VRSIN.

9, 6 INCLINAVIT) Theophr. de caus. 2, 6 εἰ μὲν ἀλλ' αὐτῶν γε τούτων ᾗ πρὸς θάτερον μέρος ἀποκλίνουσα, τῆς ὑπαντιώσεως κρεῖττον. VRSINVS. Forte verum est *inclinaris* vel *inclinaret.*

9, 7 EA QVAE-EARVM RERVM) Pleonasmus similis illi 1, 17, 1 *adminicula hominum, siue quibus rebus* etc.

-PO, 1

X. ILLE, Modos, quibus metirentur rura, alius alios constituit. Nam in Hispania vlteriore metiuntur iugis, in Campania versibus, apud nos in agro Romano ac Latino iugeris. Iugum vocant, quod iuncti boues vno die exarare possint. Versum dicunt centum pedes quoquouersum quadratum. Iugerum, quod quadratos duos
2 actus habeat. Actus quadratus, qui et latus est pedes c x x, et longus totidem. is modus [a] acnua Latine appellatur. Iugeri pars minima dicitur scripulum, id est decem pedes in [b] longitudinem [c] et latitudinem quadratum. Ab hoc principio mensores nonnunquam dicunt in subsiciuum [d] esse vnciam agri, aut sextantem, aut [e] quid aliud,

[C. X.] a) *modius ac mina a. V. modidus acnua Pol. 2.* b) *et I. B. R.* c) *longitudine et latitudine a. V.* d) *subcisiuum I. I-G.* e) *siquid I. B. R.*

10, 1 ILLE) Quis? Varronem interpellauerat Stolo. Naturale igitur est, hunc admonitum pergere. Verum alias non vt de tertio loquitur Varro, cum suam personam notat, sed vtitur verbo *inquam*?

10, 1 IVGVM VOCANT) Plin. 18, 3 *Iugerum vocabatur, quod vno iugo boum in diem exarari posset* etc. Sed ibi legendum *iugum* non *iugerum*, vt apparet ex hoc Varronis loco. VRSINVS. Vid. Varr. de L. L. lib. 4 p. 10 et R. Salomon ben Melech ad Iesa. 5, 10. SCHOETTG. Apud Plinium *iugum* restituit Harduinus. Peccatur in hoc loco Varronis etiam apud Non. 1, 265 p. 53, 29 Merc. vbi *iugeri proprietatem Varro designare* dicitur, ac laudantur tamen, quae de *iugo* hic dicuntur.

10, 2 IS MODVS ACNVA) Hanc lectionem in omnibus antiquioribus libris inueni. Nam communem peruulgatamque inanem puto. Columellae veteres codices in illo loco libri 5 *Sed hunc actum prouinciae Baeticae rustici agnam vocant* scriptum habent *agnuam*: id est eodem modo, quo hic Varronis prisci Codices. Nam C in G ac contra facile mutabant veteres librarii. Veterem igitur scripturam illic quoque restitui. Quod nisi addidisset Columella, actum illum a rusticis prouinciae Baeticae ita appellatum, cum M. Varro tradit latine *acnuam* vocari, omnia, vt arbitror, conuenirent. Ego, quod potui ad hunc locum illustrandum praestiti. VICTOR. In V. C. Columellae 5, 1 est *acnam*, *g* in *c* mutato δεξιῶς. Ex quo loco legendum hic apud Varronem: *Is modus acna latine appellatur.* VRSIN. Editio Bonon. *Is modius ac mina* etc. sic et reliquae. Quantum nobis constat, τὸ *acnua* primum exhibent editiones Gryphianae. Apud Columellam similis varietas. Ita quoque in Gromaticis ex Isidoro sumtis p. 291. Ipse Isidorus Orig. 15, 15 legit *agrum*; Gothofredus in Var. Lect. col. 1914 *agnum*. Rigaltius ad Gromaticos p. 283 ab Herone ἄκινα vocari dicit. Caeterum alia est differentia, quod Varro dicat, *latine* ita dici, Columella vero et Isidorus rusticis Baeticis id attribuunt. Salmasius ad Solinum c. 37 p. 481 dicit idem esse, quod Graecis ἄκαιναν. Verba eius sunt: *Idem Hero ἄκιναν similiter facit decem pedum Philetaeriorum:* ἡ δὲ ἄκινα ἔχει πόδας φιλεταιρείους ι, ἤτοι δακτύλους ρξ. *Alter Hero Geodaetes* acenae *tribuit* σπιθάμας *sedecim, hoc est pedes duodecim. Pedes ergo Italicos intelligit.* Ἡ ἄκινα σπιθάμας 15, *Graeci antiqui* ἄκαιναν *scribunt, recentiores* ἄκιναν. *Inde* acna *Columellae pro certo mensurae agri modo* - - - Acnua *vel* agnua *veteres scribunt libri apud Columellam. Auctor vetus:* Agnua habet pedes XIIII. CCCC. Iugerum habet pedes XXVIII. CCC. Haec SALMASIVS. Peream si *acnua* a Latinis actum quadratum dici scripserit Varro, cum *acnua* Baeticam vocem esse testetur Columella. Praeterea non solet Varro scribere: hoc Latine dicitur: illud a Latinis vocatur; sed nos dicimus: vel a nostris appellatur. Vtitur de peregrinis. Adde *acnuam* apud Latinos nomen habuisse *actus quadratus*. Cur igitur aliud imponebant? *Baetice* igitur scripsit Varro, non *Latine*. Dubitatur item de *acnua*; quoniam Columella id *agnam* appellat. Sed Varro priscam scribendi formam sequebatur: Columella sui temporis consuetudinem. Videtur etiam *acnua* ad Latinum nomen accedere *acna*, siue *agna*, sed neque perfecte neque plane; ita enim dicebatur a barbaris nempe a Baeticis Latinam linguam imitantibus. Columella latine scripsit, vt aliud terrae spatium *porcam*, quod Baetice fortasse erat *porcua*, nuncupauit. PONTED. Hesychius: ἄκαινα, μέτρον τι. Adde Eustathium ad Iliad. M. p. 307. SCHOETTG. De numeris auctoris veteris Salmasiani obiter obseruo corruptos videri, facile ex hoc loco restituendos. Si *acnua* est actus quadratus, pedes CXX longus et latus totidem, habebit pedes quadratos XIIII. CCCC hoc est 14400: sed iugerum cum sit alterum tantum, habebit non pedes quadratos XXVIII. CCC. s. 28300, sed XXVIII. DCCC s. 28800. Vtrum barbarae notae peccato occasionem dederunt, confusis 8 et 3?

10, 2 IVGERI PARS MIN. DIC. SCRVPVLVM) Abunde in nostris epistolis (p. 79. 98) *scriptulum* esse legendum comprobauimus; idque etiam ex antiqua forma aliquatenus patet, cum in vetustis exemplaribus *scripulum* et *scripula*, *t* ab imperitis subducto, inueniatur. PONTED.

10, 2 SVBSICIVVM ESSE) Varro lib. 4 de LL. *Romani multa duodenario numero finierunt*

[*et illud*

aliud, cum ad iugerum peruenerunt: id [f] habet [g] scripula [h] CCLXXXVIII [i]. quantum [k] as antiquus noster ante bellum Punicum pendebat [l]. Bina iugera quod a Romulo primum diuisa [dicebantur] viritim, quae [quod] haeredem sequerentur, haeredium

f) *quot I. B. R.* g) *iugerum* inf. *I. B. R.* h) *scripula P. scrupula* al. i) *ducenta octoginta octo a. V. CCLXXVIII* est Sphalma *Com.* k) *Quantum autem ad antiquos nostros ante I. B. R. Quantum attinet ad antiquos nostros I. I-G. Quantus as antiquos noster P.* l) *pendebant a. V.*

[*et illud quidquid erat ita finitum, as appellarunt; vnde factum est, vt iugerum as appellaretur, et in totidem partes diuideretur etc.*] In diuisionibus autem agrorum, cum iugerum non poterat expleri, sed relinquebatur, aut duodecima agri pars, aut sexta, tunc dicebatur in subsiciuo esse aut vncia, aut sextans. VRSINVS. Quae vncis inclusimus, non sunt Varronis. Locus est p. 10, 34.

10, 2 CVM AD IVGERVM PERVEN.) Videtur legendum: *non peruenerunt.* Siculus Flaccus de limitibus agrorum. *Qua comparatione facta, quando minus fuerit, quam centuriae modus esse debet, subcisiuum vocatur.* Frontinus: *Subsiciuorum genera sunt duo, vnum quod in extremis assignatorum finium centuria expleri non potuit etc.* ex quibus verbis apparet legendum hic apud Varronem: *cum ad iugerum non peruenerunt.* Nam cum siue centuria, siue iugerum expleri non poterat, ea pars agri, quae restabat, *subcisiua* dicebatur. VRSINVS.

10, 2 ID HABET SCRVPVLA CCLXXXVIII) Haec est vetus eademque sincera lectio. Quam corrupta communis esset, facile perspici potest. Nam hunc locum restitutum mirifice adiuuare studiosos litterarum in ponderibus ac mensuris intelligendis perspicuum est. Vnciam XXIIII scrupula habere omnes nouerunt, et ex XII vnciis, quae assem conficiunt, summam illam scrupulorum confici patet. Vnde vere M. Varro tradidit iugerum habere scrupula CCLXXXVIII, quantum as. Quod tamen ad orthographiam pertinet, ambobus locis *scripulum i* non *u* prima syllaba habet. VICTORIVS.

10, 2 QVANTVM AS ANTIQVVS) *Quantum as antiquus noster ante bellum Punicum pendebat. Bina iugera etc.* Ita hic locus corrigendus et interpungendus. Festus. *Sextantarii asses in vsu esse coeperant ex eo tempore, quo propter bellum Punicum secundum, quod cum Hannibale gestum est, decreuerunt Patres, vt ex assibus, qui tunc erant librarii, fierent sextantarii etc.* Idem in graue aes. *Graue aes*, inquit, *dictum a pondere, quia asses singuli pondo libras efficiebant. Sed bello Punico P. R. pressus aere alieno, singulis assibus librariis senos fecit, qui tantundem valerent.* Et Plinius 333 *Librae autem pondus aeris imminutum bello Punico primo, cum impensis Respublica non sufficeret, constitutumque, vt asses sextantario pondere ferirentur. Ita quinque partes factae lucri, dissolutumque aes alienum etc.* Ex quibus locis apparet hic ita legendum: *Id habet scrupula* CCLXXXVIII, *quantum as antiquus noster ante bellum Punicum pendebat etc.* As enim ante bellum Punicum integram libram, hoc est vncias XII, siue scrupula CCLXXXVIII pendebat, postea Hannibale vrgente, sextantalis est factus, demum vncialis et semuncialis postremo. Igitur cum olim as penderet scrupula CCLXXXVIII, consequens erat, vt iugerum, quod assis loco erat, in totidem scrupula diuideretur. VRS.

10, 2 ANTIQVVS NOSTER) Locus, vt arbitror, egregie restitutus, in antiquioribus libris fideliter conseruatus. Vnum tantum erat, quod improuidos lectores turbare potuit, et, vt suspicor, ansam tot erroribus praebuit. *Antiquos* enim scriptum erat antiqua consuetudine, quae multum in his libris retenta est: nam *ouom, Auos, Equos* passim pro *ouum, auus, equus* scriptum est. De sententia dubitari non potest: nam Sextus quoque Pompeius inquit, *Centuriatus ager in* CC *iugera descriptus, quia Romulus centenis ciuibus ducena iugera tribuit.* VICTOR.

10, 2 BINA IVGERA) *Bina iugera, quod a Romulo primum diuisa dicebantur viritim.* Ita citat hunc locum Nonius in *Heredium.* Festus: *Centuriatus ager in diuersa iugera definitus, quia Romulus centenis ciuibus ducenta iugera agri distribuit.* Cicero 2. de Republ. apud Nonium: *Ac primus agros, quos bello Romulus ceperat, diuisit viritim ciuibus.* Siculus Flaccus: *Centuriis vocabulum datum ex eo est, cum antiqui Romani agrum ex hoste captum victori populo per bina iugera partiti sunt, centenis hominibus ducenta iugera dederunt, et ex hoc facto, centuria iuste appellata est.* Plin. 8, 12 *Bina tunc iugera P. R. satis erat, nullique maiorem modum attribuit.* et 19, 4 *In XII tabulis legum nostrarum nusquam nominatur villa: semper significatione ea hortus, in horti vero heredium.* Vid. Festus in *Heredium.* VRSIN.

10, 2 QVAE [QVOD] HAEREDEM SEQVERENTVR) Illud *quod* male me habebat, idque abesse debere suspicabar. Commodum deinde vidi laudari ad h. l. a Cl. Schoettgenio Mercerium ad Nonii locum ab Vrsino iam productum. Hic plane confirmauit coniecturam nostram. Operae pretium est, plenius adscribere locum Nonii 1, 303 f. p. 61, 11 Merc. *Heredioli proprietatem indicat Varro de R. R. lib.* 1. „Bina „iugera, quod a Romulo primum diuisa viritim, „quae heredem sequerentur, heredium appella-„runt.„ Ad haec Mercerius p. 110. *Ita libri nostri, qui in Varronis loco non agnoscunt vocem* dicebantur, *quae glossam sapit, nec vocem* quod, *quae et recte abest a Varronis manuscriptis. Nam*

certe

redium appellarunt. Haec postea [a] centum Centuria dicta [m]. Centuria [n] est quadrata in omnes quatuor partes, vt habeat latera longa pedum [o] ∞ ∞ Ð. Hae porro quatuor centuriae coniunctae, vt sint in vtramque partem binae [p], appellantur in agris diuisis viritim publice saltus.

XI. 1 π

m) *dicta* deest *I. B. R. I. I.* n) *quae duplicata est I. I-G.* o) *M. M. C. pedes I. B. R. duo millia et quadringentos pedes I. I-G.* ∞ ∞ *D. Vict.* praet. 1541.

certe totus is locus in Varrone corruptissimus ita legendus est: „Id habet scrupula CCLXXXVIII, „quantum as antiquus noster ante bellum Punicum pendebat. Bina iugera, quod a Romulo „primum diuisa viritim, quae heredem sequerentur, heredium appellarunt. Heredia centum „centuria dicta. Centuria est quadrata in omnes „quatuor partes, vt habeat latera longa ∞ ∞ „CD pedes. Porro quatuor centuriae coniunctae, „vt sint in vtramque partem binae, appellantur „in agris diuisis viritim publice saltus.„ *Hoc ait, iugerum esse duplicem actum quadratum; heredium duo iugera: centum heredia centuriam, quatuor centurias saltum. Centuria procul dubio e ducentis iugeris, vt Festus et omnis antiquitas notat: nomen id a centum herediis. itaque cum actus quadratus sit centum viginti pedum in omnes partes, qui efficiunt* 14400 *pedes, iugerum, quod continet duos actus, constat pedibus* 28800 *id est, scripulis* 288. *Scripulum enim decem pedum in omnes partes, hoc est centum pedum. Rursus heredium, quod continet iugera duo, constat pedibus* 57600. *Centuria ergo pedum* 5760000, *hoc est pedum in singula latera* 2400. *In Varrone secuti sumus vetera exemplaria, mutata tantum distinctione, et ex* haec postea centum *fecimus* heredia centum *manifesta ratione: et ita constituimus optimi scriptoris insignem locum.*

10, 3 HAEC POSTEA [A] CENTVM) Illud *a* inclusi, quod si absit, non opus est violenta illa Mercerii mutatione.

10, 3 QVAE DVPLICATA EST QVADRATA IN OMNES QVATVOR PARTES) Manu scripti libri, *Centuria est quadrata* etc. Quae si mendo vacat lectio, intelligit M. Varro centuriam illam, quae vetus nomen habebat, quamuis summam iugerum [iugero] duplo maiorem haberet. Et sane verisimile est ita loqui Varronem, quemadmodum etiam Sext. Pompeius facit. quamuis enim non ostendat se loqui de duplicata, ea illi tribuit, quae duplicatae conueniunt. tunc enim omnes, centuriam cum audiebant, duplicatam (quamuis nihil adderetur) intelligebant. *Centuria*, inquit Sextus, *in agris significat ducena iugera.* In V de lingua Latina M. Varro, quo loco rationem nominis reddere debuit, totam rem explicauit: *Centuria prima centum iugeribus dicta, post duplicata retinuit nomen.* Vt arbitror, nonnulli correctores, cum centuriae nomen attenderent, nec cogitarent Varronem consuetudine loquendi sui temporis vti, mendum esse suspicati, verba commutarunt. Nam vix fieri posse puto, vt in aliquibus peruulgatam lectionem manu scriptis codicibus inuenturus non fuerim, si illa vera huius loci ac germana esset. Quod volent tamen de hac re docti viri iudicabunt. VICTOR.

10, 3 LATERA LONGA PEDVM ∞ ∞ C.) Cum studium meum exprimendae antiquitatis non bene percepissent operae, quae postea libros excuderunt, integrum hunc locum deprauarunt. Quibus enim notis summa pedum, quae centuriam conficiunt, in optimo exemplari descripta est, iisdem in nostro codice designari volebam. Sic autem in illo scriptum est, Pedum ∞ ∞ C. Ð typographi priores lineam, qua postrema litera dissecta est, lituram esse credentes, vt arbitror, literam totam tanquam a me deletam, reliquerunt, falsumque numerum pedum posuerunt. Neque hoc tantum hoc loco fecere, sed in tertio etiam libro in eadem re lapsi sunt, quo facilius quid eos deceperit suspicari potui. Ita enim ille quoque locus legi debet, cap. 5. *Longum P.* Ð *CCCCL.* Non solum autem hanc notam in fidelissimo Varronis codice, sed in aliis etiam priscis monimentis inueni: vt Romae in vetere lapide, qui laudes Dioclis agitatoris exsculptas habet. Est autem in volumine Epigrammat. ant. vrb. 17 exscriptus. Duo igitur hi loci corrigendi: nec sedulitas mea studiumque renouandae vetustatis reprehendendum: quamuis res hic aliorum culpa male cesserit. VICTORIVS. Editio, cuius sphalma corrigit, est Gryph. 1541. Aliae omnes ad Victorianas castigationes comparatae, in alio mendo, quod indicauimus, conspirant. Vides etiam Lector, MMC esse in I.B.R. quarum aliqua forte in fraudem induxit correctorem, vt tanto facilius D. illud transuersa linea signatum plane inductum putaret. Restituto postea Ð ; C pro eo omittendum putarunt. Non incongruum, spero, fuerit, post Victorium de littera disputare. Si nihil aliud, certe illum verum est: si talium diligentes semper fuissent homines, barbariem non fuisse inualituram. Itaque illud etiam placet adiicere, de nota Ð forte adhuc dispiciendum esse. Licet enim quingentos ea notari vulgo tradatur, tamen non praetereundum illud videtur, quod Cl. Gasper Bachetus Meziriacus in obseruat. ad Plin. 33, 3 (commentariis eius ad Ouidii Heroidas Gallicis adiuncta) p. 9 demonstratum a se ait alias, (forte ad Diophantum a se editum) hanc ipsam notam, siue D. transuersa linea iugulatam, non iam *quingentos* notare, sed *quadringentos.*

11, 1

XI. IN modo fundi non animaduerso lapsi sunt multi, quod alii villam minus magnam fecerunt quam modus postulauit, alii maiorem, cum vtrumque sit contra rem familiarem ac fructum. maiora enim tecta et aedificamus pluris, et tuemur [a], sumptu maiore. minora cum [b] sunt quam postulat fundus, fructus solent disperire. [LICINIVS [c],] Dubium enim non est, quin cella vinaria maior sit faciunda in eo 2
agro, vbi vineta sint [d] ampliora: vt horrea, si frumentarius ager est [e]. Villam [f] aedificandum potissimum, vt intra septa villae habeat [g] aquam: si non, quam proxime. primum, quae [h] ibi sit nata; secundum, quae influat perennis. Si omnino aqua non est viua, cisternae faciundae sub tectis, et lacus sub dio, ex [i] altero loco vt homines, ex altero vt pecus vti possit.

XII. DANDVM [a] operam [b], vt potissimum sub radicibus montis siluestris villam ponas [c], vbi pastiones sint laxae [d], ita vt contra ventos, qui saluberrimi in agro flabunt

[C. XI.] a) *tuentur I. B. R. Ba-G.* b) *enim si sint I. B. R. enim si cum sunt P.* c) *L. I. B. R. C. L. Pol. 2.* d) *sunt a. V.* e) Hic adest diuisio cap. *Iuntt. Pol. 2.* cui titulus: *De horreo Pol. 2. De aqua villae Iuntt.* f) *In villa aedificanda hoc potissimum a. V. Villam aedificandam* rel. g) *habeat I. B. R.* h) *quod I. B. R.* i) *et I. B. R.* [C. XII.] a) *Danda R. Ba-G. H. St-D. Dandum Iuntt. dandam* al. b) *opera Ba-G. H. St-D.* c) *ponat P.* d) *latae I. B. R. Ba. A. Gr. G. laeta Herm.*

11, 1 NON ANIMADVERSO) Hae voces videntur adiectae ambae ab expositoribus. Vid. Vitruuius 6, 9. C. 1, 4. Plin. 18, 6. VRSIN.

11, 1 LICINIVS) In VV. CC. est tantum littera L, quae videtur irrepsisse ex margine. fuisse autem notam quandam apud latinos, docti viri existimant, qua loci insigniores et laude digni indicarentur, vt apud Graecos ω, superposita littera ρ, hoc est *ὡραῖον*. IDEM. Mire confirmat hanc Vrsini coniecturam annotatio Scaligeri ad V. 1, 59, 2. Compara Vict. ad 1, 23, 5.

11, 2 AMPLIORA: VT HORREA) Videtur legendum immutatis dictionibus, *vt horrea ampliora.* et paullo post, vbi est, *saepta villae habeat, villae* glossema videtur esse. VRSIN.

11, 2 IN VILLA AEDIFICANDA HOC POTISSIMVM) Apud Iensonium, Aldum, Iuntam et Gymnicum sic legitur; alio modo apud Steph. Gryph. Commel. Popm. Berewoutium, (qui tamen in margine illam adnotat lectionem) *Villam aedificandam potissimum*; quod Vaticani etiam codices exhibent. Id Crescent. lib. 1. c. 5. de Varronis sententia transcripsit: *Villam aedificandam potissimum.* Vera fortasse lectio: *Villam aedificandum potissimum, vt serendum viciam, lentem, Cicerculam; Colligendum eas; faciendum quoque septa secreta ab aliis; Acus substernendum, obiiciendum farinam hordeaceam; Praefectos alacriores faciundum praemiis.* PONT.

12, 1 DANDVM OPERAM) Ald. Gymn. et Popma formis excuderunt *danda opera*; caeteri vero *dandam operam* ita Crescent. lib. 1. c. 5. dicendum: *dandum operam.* vt etiam Iunta posuit. PONT. Potest quidem oratio pendere ex illo

11, 2. *Dubium enim non est.* Sed magis tamen Varroniana videtur lectio, quam recepimus. Vid. Ind. *Gerundia* in *dum* cum casu verbi.

12, 1 VBI PASTIONES SINT LAXAE) Ita videtur legendum ex C. 1, 5 non *latae*. VRSIN.

12, 1 ITA VT CONTRA VENTOS) Ita edidit Steph. Gryph. Commel. Berewoutius (licet hic alteram in margine apponat) alio modo Ald. Iunt. Gymn. Popm. nimirum: *ita vt contra ventos, qui saluberrimi in agro flabunt, posita sit, ad exortus aequinoctiales aptissima.* a quibus Iens. et Brusch. interpunctionibus tantum differunt -- *in agro flabunt. Quae posita sit etc.* Apud Crescentium hunc locum sic lego: *aut vbi venti saluberrimi flabunt, Quae posita est ad exortus aequinoctiales apertissima.* (emendo *aptissima*, vt in vernaculis interpretationibus, *e ac concissima*) Num itaque scripserit Varro: *Dandum operam, vt potissimum sub radicibus montis siluestris villam ponas, vbi pastiones sint laxae* (siue *latae* vt in Crescentio et nonnullis editis etiam Varronianis libris) *vbi venti saluberrimi flabunt. Quae posita est ad exortus aequinoctiales aptissima*, peritioribus perpendendum relinquo. Columella certe his similia protulit lib. 1, c. 5. *Et vt aedificii frons auersa sit ab infestis eius regionis ventis, et amicissimis aduersa, cum plerique amnes aestate vaporatis, hieme frigidis nebulis caligent: quae nisi vi maiore inspirantium ventorum submouentur, pecudibus hominibusque conferunt pestem. Optime autem salubribus, vt dixi, locis ad orientem vel ad meridiem: grauibus ad Septentrionem villa conuertitur.* Et rursus: *Sed procul et editiore situ* (villam) *condere, et frons eius ad orientem aequinoctialem directa sit.* PONT.

flabunt [e]. Quae posita est [f] ad exortus [g] aequinoctiales, aptissima, quod aestate habet [h] vmbram, hieme solem. Sin cogare secundum flumen aedificare, curandum ne aduersum eum [i] ponas. hieme enim fiet vehementer frigida, et aestate non salubris.
2 Aduertendum [k] etiam si qua erunt loca palustria, et propter easdem causas, et quod arescunt, crescunt [l] animalia quaedam minuta, quae non possunt oculi consequi, et per aera intus in corpus per os ac nares perueniunt, atque efficiunt difficiles morbos. FVNDANIVS, Quid potero, inquit, facere, si istiusmodi mi [m] fundus haereditate [n] obuenerit, quo minus pestilentia noceat? istuc vel ego possum respondere, inquit
3 AGRIVS. Vendas quot assibus possis: aut si nequeas, relinquas. At SCROFA, Vitan-

e) *flabunt posita sit. Ad I. I-G.* f) *sit I. B. R.* g) *exortos P.* h) *habeat a. V.* i) *eurum a. V. earum Ienss.* k) *Auertendum P.* l) *crescuntque I. B. R. et quod in iis crescunt I. I-G. H. St-D. et quod in iis alescunt Pop.* m) *mibi a. V.* deest *P.* n) *haereditati P.*

12, 1 SIN COGARE SECVNDVM FLVMEN AEDIFICARE, CVRANDVM NE ADVERSVM EVM PONAS) Ita habent antiqui libri: quae si recipitur lectio, respondit M. Varro alio genere ac supra vsus fuerat flumini. nam magis vsitate dixisset ID, non EVM, tanquam si fluuium aut amnem antea posuisset. Sententia sane idonea est. Idem etiam significare volens Plinius, inquit, *neque iuxta paludem ponendam esse, neque aduerso amne.* In peruulgata lectione mendum esse facile omnes, qui attente perspiciant, videbunt. nam et rei ipsi et iis quae supra tradiderat Varro sententia ipsius repugnat. dixerat enim villam ad exortus aequinoctiales aptissimam esse. Eurum autem ab ortu solis flare quis nescit? ventosque qui inde spirant, saluberrimos esse? In secundo etiam libro Geoponicon Didymi nomine haec leguntur: τὸ δὲ πᾶν σχῆμα τῆς οἰκίας πρὸς ἀνατολὰς ποιητέον, καὶ τὰς θύρας· οἱ γὰρ ἀπὸ τῶν ἀνατολῶν ἄνεμοι πνέοντες ὑγιεινότεροι. VICTOR. Vox *Eurum* videtur corrupta, et pro ea reponendum fortasse verbum *cursum*: nam supra dixerat *si cogare secundum flumen aedificare* etc. VRSIN. Generis mutatio: cuius simile exemplum prope dixerim infra: *Alteram enim in partem fieri oportet e villa nouum fimum, ex altera veterem tolli: quod est, quam recens, quod confracuit, melius.* et lib. III. *Nec si ex aluo in aluum in eodem loco traiicias, negligenter faciendum; sed si transiturae sunt apes, ea apiastro perfricandum:* et lib. IV de lingua lat. *In ea transuersa regula Manicula, quod manu bubulci tenetur, qui quasi est temo inter boues.* Non enim verbo in serie orationis expresso respondet verbum eiusdem generis; sed intelligitur aliud dissimile genere, notione par, ob quod genus mutatur, vt sunt *Flumen, fluuius; Fimus, stercus; Regula, stipes.* Sed vsitatior est illa varietas generum, cum ad rem, non ad vocem, fit relatio, vt Sallust. lib. V Histor. *Legiones Valerianae comperto lege Gabinia Bithiniam et Pontum Consuli datam, missos esse.* Varro infra: *Videndum vt sit de tenero ramo ex vtraque parte aequabiliter praecisum, quas alii clauolas, alii taleas appellant.* POPMA. Adde quae notat Iac. Gronouius ad Lucianum tom. 2 p. 163. SCHOETTG. Pro *eum* Ienson. Brusch. Ald. Iunt. Gymn. Berewout. (in margine) *eurum* ediderunt, quod merito reprehensum video. Eurus enim ab Solis ortu spirat; ideoque saluberrimus. Quare rectius reliqui (inter quos etiam Crescentius continetur) *eum* habent, nam respexisse Varronem non flumen, sed fluuium. Quod omnino non improbandum videtur. Ego tamen, vt simpliciora proferam, mecum perpendi, num pro *eum* scripserit *eam*, id est *villam*, nam statim adiecit: *Hyeme enim fiet vehementer frigida, et aestate non salubris.* Plin. lib. 18 c. 6. hoc monitum expressit: *Conuenit nec iuxta paludes ponendam esse, nec aduerso amne.* At Colum. libr. 1. c. 4. Sic: *cauendum tamen erit, vt a tergo potius, quam per se flumen villa habeat.* PONTED. Subscribo Celeberrimo Viro, qui *eam* olim in margine annotauerim: licet neque illud dissimulandum putem, Buchnero etiam visum P. 2 epist. 116, *eum* referri non ad flumen quidem, sed ad Synonymum *fluuium:* exemplum huic simile laudat 1, 13, 4 vbi ad *fimum* refertur *quod*, cum respectu ad *stercus.*

12, 2 ET QVOD ARESCVNT) Suspicamur hic adiecta fuisse non nulla ab eo, qui locum explicare pluribus verbis voluerit, cum Varro fortasse scripserit tantum: *et quod in iis alescunt animalia quaedam minuta.* Nam ex *alescunt* videtur factum *arescunt*, et deinde additum *crescunt*. Adiuuat nostram coniecturam Colum. 1, 5. VRSIN. Haec lectio non potest defendi, nisi quicquam apponatur, vt habemus apud Ienson. et Brusch. *Aduertendum etc. et quod arescunt, crescuntque animalia quaedam minuta.* Ex iis etiam, quae apud Crescentium leguntur, emendari illa potest: *Animaduertendum est (est fortasse pro etiam) si iuxta erunt loca palustria, et propter easdem causas, et quia cum arescunt, crescunt animalia quaedam minuta.* Ex quibus Crescentii verbis integram Varronis sententiam percipimus, quae fortasse

Vitandum, inquit, ne in eas [o] partes spectet villa, ex quibus ventus grauior [p] afflare 3
soleat; neue in conualli caua. et vt potius in sublimi loco aedifices. qui [q] quod per-
flatur, si quod est quod aduersarium inferatur, facilius discutitur. Praeterea, quod †
ab sole toto die illustratur, salubrior est, quod et bestiolae si quae prope nascuntur
et [r] inferuntur, aut efflantur, aut aritudine cito pereunt. Nimbi repentini, ac [s] tor- 4
rentes fluuii, periculosi illis, qui in humilibus ac cauis locis aedificia habent, et re-
pentinae praedonum manus, quod improuisos facilius opprimere possunt [t]. Ab hoc [u]
vtroque superiora loca tutiora.

XIII. IN

o) *eam partem* I. B. R. p) *ex his partibus* inf. *I. B. R. ex iis partibus P. efflare Cr.* q) *eo quod cum perfl. Cr.* †) *locus qui ab sole Cr.* r) *aut I. B. R.* s) *fluuii ac torrentes I. B. R. et fluuii ac torrentes I. I-G.* t) *possint I. B. R.* u) *hac vtraque P. hoc* om. *I. B. R.*

tasse vel hoc vel alio non absimili modo expressa fuit: *Animaduertendum etiam si qua iuxta* (nam et τὸ *iuxta* necessarium videtur, ideoque rursus id inculcauit: *quod bestiolae si quae prope nascuntur, et inferuntur*) *erunt loca palustria, et propter easdem causas, et quia cum arescunt, crescunt in iis* (τὸ *in iis* fortasse in *quo* quod legitur in Iensonianis et Bruschianis libris deprauatum iudico) *animalia quaedam minuta.* Haec tamen ita posui omnem assensionem cohibens, vt doctorum ingenia ad meliora promendum excitarem. Non inutile tamen erit, conferre ea, quae Colum. 1, 5, 6 hac de re posteris mandanda curauerat. PONTED.

12, 3 AFFLARE SOLEAT) Quid si *efflare?* significans certe verbum fuerit, nec analogiae aduersum.

12, 3 QVI QVOD PERFLATVR, DISCVTITVR) Deficere suspicor nonnulla. nam multa sunt contraria, quae non inferuntur, sed ibi proueniunt, vt animalia minuta, vt aër de palude exhalans praesertim cum ita legam apud Crescentium, *Eo quod cum perflatur, si quod ibi est aduersarium, facilius discutitur.* Quibus porro haec Crescentii lectio minus placet, (nam aliquid in ea desiderari ego quoque existimo:) ita vulgatam emendet: *Qui quod perflatur, si quod sit ibi aduersarium, aut si quod inferatur, facilius discutitur.* Hoc confirmat, quod sequitur: *Quod et bestiolae, si quae prope nascuntur, et inferuntur, aut efflantur, aut aritudine cito pereunt.* PONT.

12, 4 NIMBI REPENTINI AC TORRENTES FLVVII) Sic in quinque formis excusis libris inuenio, nempe Steph. Gryph. Commel. Berewoutii (qui in margine Aldinam vt solet lectionem sequitur) Popmae, quibus proximus Crescent.: *Nimbi repentini ac torrentis fluuii*, sed vox *torrentis* vitiosa apparet pro *torrentes* ex vernaculis interpretationibus. Ad parum absimilia Ienson. edidit; Bruschius, [apud quem tamen *et* ante *fluuii* deficit] Ald. Iunta, Gymn. *Nimbi repentini, et fluuii ac torrentes.* Vtraque sane lectio defendi potest, sed illa potior videtur, quae in vetustis quoque Florentinis manu exaratis libris reperitur. Quis enim Paterfamilias tam vecors non inueniri sed excogitari potest, qui prope torrentem aedificet, ex quo nullum commodum percipiat, damna autem plurima? *Torrens*, vt ait Isidor. lib. 13, c. 21 *est aqua veniens cum impetu. Dictus autem torrens, quia pluuia crescit, siccitate torrescit, i. e. arescit. De quo Pacuuius, Flammeo vapore torrens torret. Cui Graeci ab Hyeme nomen dederunt, nos ab aestate: ille a tempore quo succrescit, non* [lego *nos*] *a tempore quo siccatur.* Torrens itaque dum aquarum impetu fertur, damnum semper affert, dum exsiccatur, inutilis existit. Fluuium profecto intellexisse Varronem iudico, non torrentem, quoniam *fluuius* (verba sunt Isidori laudato loco) *est perennis aquarum decursus a fluendo perpetim dictus*, qui augeri cum soleat, aliquando pluuiarum accessu, et magna vi impelli, adiecta est vox *torrens*, vt fluuii vehementia indicaretur. Ad hunc modum locutus et Virgil. Aen. 7 *Hic tantum boreae curamus frigora quantum Aut numerum lupus, aut torrentia flumina ripas.* Item l. 2 Georg. *Nec non et torrentem vndam leuis innatat alnus Missa Pado.* De Pado quoque Plin. l. 2. c. 16 haec habet: *augetur ad canis ortus, liquatis niuibus agris quam nauigiis torrentior*, (siue vt legit Salmas. *agris quamuis torrentior*) *nihil tamen ex rapto sibi vindicans, atque vbi liquit agros, vbertate largior.* De eodem Pado apud Aggenum Vrbicum Comment. in Frontinum de Limit. Agr. haec memoriae tradita sunt: *Circa Padum autem cum ageretur, (quod flumen torrens atque aliquando tam violentum decurrit, vt alueum mutet, et multorum late agros trans ripam, vt ita dicam transferat, saepe etiam insulas efficiat) Cassius Longinus vir prudentissimus (Iuris auctor) hoc statuit, vt quicquid aqua lambendo abstulerit, id possessor amittat.* Patet itaque fluuium vocari torrentem, i. e. rapidum et concitatum, cuius eruptione agri et villae vastantur. Neque solum fluuios, sed etiam riuos eadem de causa, quod aliquando aquis adaucti violenter decurrunt, vocatos torrentes accepi; Siculus enim Flaccus de Condit. Agr. haec literis mandauit: *Etiam publicae vtilitatis causa quod vi tempestatum riui torrentes subito alueos cursumque mutent.* Inuenio etiam mare aestibus furens appellatum: Iustin.

l. 4.

XIII. IN villa faciunda [a] stabula, ita vt bubilia sint [b] ibi, hieme quae possint
esse caldiora. Fructus, vt est vinum et oleum, loco plano in cellis, item vt vasa vi-
naria, et olearia potius [c] faciundum. Aridus, vt est faba [d] et foenum in tabulatis.
Familia vbi versetur prouidendum, si fessi opere, aut [e] frigore, aut calore, vbi [f] com-
2 modissime possint se [g] quiete reciperare. Vilici proxime ianuam [h] cellam esse opor-
tet, eumque scire, qui introeat aut exeat noctu, quidue ferat: praesertim si ostiarius
est

[C. XIII.] a) *sunt* inser. *a. V.* b) *sint, vbi hieme possint I. I.-G.* c) *potius faciunda in locis aridis. Fructus vt est etc. I. B. R. potius sint in locis aridis, quam humidis, fructus, vt est I. I-G.* d) *lentes, hordeum et far* inser. *a. V.* e) *vel a. V.* f) *et vbi I. B. R.* g) *sese quieti recipere a. V.* h) *proximum P.*

l. 4. fretum, quod inter Siciliam Italiamque interfuit, *torrens* dixit. *Primum, ait, quod nusquam alias tam torrens fretum, nec solum citato impetu, sed etiam saeuo.* PONT.

13, 1 IN VILLA FACIVNDA SVNT) Vitruuius 6, 9 *In coborte culina quam calidissime loco designetur, coniuncta autem habeat bubilia, quorum praesepia ad focum, et orientis coeli regionem spectent, ideo quod boues lumen et ignem spectando, horridi non fiunt.* VRSINVS. An ita: *In villa faciundum* (cur sic legam, ex proxima adnotatione patebit) *stabula bubilia et ouilia, ita vt bubilia sint in hyeme quae possint esse calidiora.* nam et ouile stabulum a Varrone commemoratum testatur titulus, qui in Ienson. et Brusch. libris extat: *Quod in villa primitus faciunda sint bubilia et ouilia: et cellae: et vasa vinaria: et olearia, et alia.* Librarii siquidem ex primis plerumque versibus argumenta excerpta apponebant. Praeterea et alterum membrum, *ita vt bubilia sint ibi* confirmat; per hoc enim Varro eius, quod de ouili et bubili praeceperat, exceptionem facit. PONT. Crescentius 1, 4 hunc locum ita refert: *Stabula bubilia, quae hieme p. e. c. Item cellas in loco plano, vbi vasa vinaria et olearia esse possunt. Item vbi sient fructus aridi, vt grana et foenum in tabulatis.*

13, 1 FRVCTVS, VT EST VINVM) Totum locum ad veterem lectionem reduximus. VICTOR. Videtur hic locus ita legendus ex C. 6, 1 *Fructibus humidis, vt est vinum et oleum in loco plano cellas faciundum; aridis, vt est faba, lentes, ordeum, far, et foenum in tabulatis etc.* VRSIN. Lectio perobscura, quamuis, vt traditum est a Victorio, vetus, quam Steph. Gryph. Commel. Popma, Berew. receperunt. Duo Varronem facienda hic proposuisse videmus, cellas vinarias et olearias, ac horreum, quae nunc confusa sunt. Praeterea de faba tantum ex granis mentio, quae Tritico, Hordeo, Farre praestantia est inferior. Nec tamen ab Aldo, Iunta, et Gymn. meliora habemus: *Fructus vt est vinum et oleum, loco plano in cellis, ita vt vasa vinaria et olearia potius sint in locis aridis quam humidis fructus vt est faba, lentes, hordeum et far, et foenum in tabulatis* Cellae enim fructibus, vt vino et oleo, sunt faciundae; et horrea siue tabulata grano et foeno: siue curandum aut prouidendum, vt vinum et oleum sint in cellis aptis [nam arida loca nisi frigida vino contraria sunt, frigidiora accommodata; et oleo calidiora, vt in fine huius capitis adiecit Varro, *cum fructus in eo vinarius quaerat ad dolia aëra frigidiorem, ita olearia calidiorem*] granum et foenum in tabulatis. Iam vero illa *faba, lentes, hordeum et far* [quae *grani* nomine continentur] omisso tritico inter grana nobilissimo, nonne librariorum manu apposita videntur? Iensoniana porro lectio multa vtrisque communia exhibet: *Fructus, vt est vinum et oleum loco plano in cellis, item vasa vinaria et olearia potius faciundum in locis aridis. Fructus vt est faba: lentes: hordeum: et far: et foenum in tabulatis.* Hunc sequitur Brusch. nam vnum tantum verbum *faciunda* pro *faciundum* dissimile habet. Cum itaque hae tres lectiones non solum inter se variae, sed etiam ab auctoris sententia sint discrepantes, quarta accedat ex Crescentio, quae nisi vera, ea tamen, quae rem sub oculos ponat: est autem huiusmodi. *Item cellas in loco plano vbi vasa vinaria et olearia esse possint. Item vbi condantur fructus aridi, vt granum et foenum in tabulatis.* Nam illud *cellas* spectat ad *faciundum* (vt supra emendauimus) non *faciunda*, vt in omnibus excusis libris inuenio. Huius loci castigationem comprobare possumus ex Colum. apud quem l. 1. c. 6 haec reperiuntur. *Pars autem fructuaria diuiditur in cellam oleariam, torculariam, cellam vinariam, defructuariam, foenilia, paleariaque et apothecas et horrea, vt ex iis quae sunt in plano custodiam recipiant humidarum rerum tanquam vini et olei venalium. Siccae autem res congerantur tabulatis, vt frumenta, foenum, frondes, caeteraque pabula.* PONT.

13, 1 SE QVIETE RECIPERARE) Antiqua haec lectio: quae (vt arbitror) multo elegantior est illa, quam deiecimus. *Reciperare* reficere hic significat. VICTORIVS. Ita Codex Ryckianus et Arondellianus, quem citat Ios. Wasse ad Sallustium Cat. c. 49. p. 1491, qui et exempla huius significatus congessit. SCHOETTGEN. Haec lectio a plerisque probatur; alii tamen vt Ienson. Ald. Iunt. Gymn. et Berew. (in adnotationibus hic) apponunt alteram: *vbi commodissime possint se quiete recipere.* His proximus Crescent.

est nemo. In primis culina videnda, vt sit admota, quod ibi hieme antelucanis temporibus aliquot res conficiuntur, cibus paratur, ac capitur. Faciundum etiam plaustris, ac caetero instrumento omni, quibus [i] caelum pluuium inimicum, in cohorte [k] vt satis magna sint tecta. haec enim si intra clausum in consepto, et sub dio, furem modo non metuunt [l], aduersus tempestatem nocentem non resistunt. Cohortes [m] 3
in fundo magno duae aptiores. vna, vt interius [n] compluuium habeat lacum, vbi aqua saliat, qui intra stylobatas [o] cum venit [p], sit semipiscina. Boues enim ex aruo [q] aestate reducti hic bibunt, hic perfunduntur. nec minus e [r] pabulo dum [s] redierunt anseres, sues, porci. In chorte [t] exteriore lacum [u] esse oportet, vbi maceretur lupinum: item alia, quae demissa in aquam ad vsum aptiora fiunt [x]. Cohors [y] exterior 4
crebro operta stramentis ac palea [z], occulcata [a] pedibus pecudum, fit [b] ministra fundo, ex ea quod euehatur. Secundum villam duo habere oportet sterquilinia [c], aut vnum bifariam diuisum. alteram enim [d] partem ferri oportet [e] e villa nouam [f], alteram [g] veterem tolli in agrum. quod enim [h] infertur recens, minus bonum. id cum flacuit, melius. necnon sterquilinium melius illud, cuius latera et summum virgis ac [i] fronde

i) Verba: *quibus coelum pluuium inimicum* ponuntur post *tecta I. B. R.* k) *chorte I. I-G. H. St-D.* l) *sed* ins. *a. V.* m) *Chortes I. I-G. H. St-D.* n) *interdius I. B. R.* o) *stilobatas a. V.* p) *velit P.* q) *aratro I. B. R. arbo P.* r) *et a Ba-G. hoc loco reficiuntur anseres I. B. R.* s) *cum P. Iunt.* t) *cohorte I. B. R.* u) *locum I. B. R.* x) *sunt I. B. R. fiant I. I-G.* y) *Chors I. I-G. H. St-D.* z) *paleis I. I-G.* a) *conculcata I. B. R. Ba-G.* b) *fit I. B. R.* c) *stercilina P.* d) *In* interser. *a. V.* e) *oportet villam P. 1. vallam nouum P. 2.* f) *nouum fimum a. V.* g) *altera I. B. R. ex altera I. I-G.* h) *Quod enim quam recens, quod* (stercus) *confricui, melius Buchn. Epla* 116. *P.* 11. *Quod enim quam recens, quod cum faciunt melius I. B. R.* Pro *cum faciunt* est *confacint P. 1. confluunt Pol. 2.* i) *et fronde vindicatur a. V.*

scent. qui totum hunc locum sic transcripsit: *Item vbi versetur familia, prouidendum, vt fessi opere, aut frigore aut calore, possint commodissime se in quietem recipere.* PONT.

13, 2 INPRIMIS CVLINA) Existimamus potius legi debere: *inprimis culina vIdendum vt sit ad modum apta:* nam infra in hoc ipso capite dixit: *Cellam vinariam et oleariam ad modum agri aptam.* C. 1, 6 *At in rustica parte magna et alta culina ponetur, vt et contignatio careat incendii periculo, et in ea commode familiares omni tempore anni morari queant.* VRSIN. In iisdem epistolis (p. 101. 102.) *colina* per *o* non per *u* esse scribendum indicaui; nam *culina*, vt Festi dicam verbis, *locus in quo epulae in funere comburuntur, appellatur.* PONTED.

13, 2 INTRA CLAVSVM) Haec verba fortasse abundant. nam sequitur *in consaepto*, quod [illegible] glossarium interpretatur. IDEM.

13, 3 COHORTES) Scribitur etiam *Cortes.* Nonius 2, 112 *Cortes sunt villarum intra maceriam spatia.* Quae quia rotundae fuerunt, ad militiam vox translata est, vt *vulgus cohortem* appellauerint. Varro de L. L. lib. 4. p. 23 *Cohors, quod vt in villa ex pluribus tecteis coniungitur, ac quiddam fit vnum; sic haec ex manipuleis copulatur cohors, quae in villa dicta, quod circa eum locum pecus coërceretur.* Vid. Lipsius de militia Rom. 2, 4. Salmasius ad Solinum c. 26. p. 220. Goesius Ind. Agrar. SCHOETTG.

13, 3 VNA VT INTERIVS) Videtur legendum: *Vna interior in compluuio habeat lacum, vbi aqua saliat, quae intra stylobatas cum venit etc.* VRSIN.

13, 3 NEC MINVS ET PABVLO DVM REDEVNT ANSERES, SVES, PORCI) Nonius in Cortes sic citat: *Nec minus et a pabulo cum redierint anseres, sues, porci in corte exteriori.* IDEM. Nonius hunc locum paullo aliter recitat in voce *Cortes*, et initium sequentis praecepti cum hoc perperam connectit. Similiter mox infra locum integrum peruertit qua lectionem, qua distinctionem, cum ita adducit: *Contra hic laudabatur ab illis, si habebat culinam rusticam, vnam praesepiam latam, cellam vinariam.* Sed id genus errorum numerus in Nonii libris infinitus est. POPMA.

13, 4 QVOD ENIM INFERTVR) Longe diuersa prisca lectio, vel potius totus locus in antiquis inquinatus. Eam notam faciemus, si forte ex iis vestigiis restitui locus possit. Quis enim scit, an communis haec et peruulgata ex ingenio reposita sit? quod saepe in his libris factum animaduertimus: *Quod enim, quam recens, quod confacuit melius.* Ita in melioribus. Nam in semiuetere pro *confacuit* legimus *conflauit*. Caetera eadem erant. VICTOR. Cr. 2, 13 *et quod in vno nouum est, debet dimitti, donec maturescat, alterum vetus in agrum tolli. nec non illud* etc.

13, 4 CVM FLACVIT) Vetus scriptura: *quod*

fronde vindicatum ab ſole. Non enim ſucum [k] quem quaerit terra, ſolem ante exugere [l] oportet. Itaque periti (qui poſſint [m]) vt eo aqua influat, eo nomine faciunt [n]. Sic enim maxime retinetur [o] ſucus [p], in eoque quidam ſellas familiaricas [q] ponunt.
5 Aedificium facere [r] oportet, ſub quod tectum totam fundi ſubiicere poſſis meſſem, quod vocant quidam nubilarium. Id ſecundum aream faciundum, vbi triturus [s] ſis frumentum, magnitudine pro modo fundi ex vna parti [t] apertum, et id ab area, quo et in [u] trituram proruere facile poſſis, et [x] ſi nubilare coeperit [y], inde vt [z] rurſus celeriter reiicere. Feneſtras habere oportet ex ea parti [a], vnde commodiſſime perflari
6 poſſit. FVNDANIVS, Fructuoſior, inquit, eſt certe fundus propter aedificia, ſi potius ad antiquorum diligentiam, quam ad horum luxuriam dirigas aedificationem. Illi enim faciebant ad fructuum [b] rationem, hi [c] faciunt ad libidines indomitas. Itaque illorum villae ruſticae erant maioris [d] quam vrbanae, quae nunc ſunt pleraeque [e] contra.

k) *ſuccum a. V. et H. St-D.* et ſic fere alibi. l) *exurgere I. B. R. Cr. exuggere Ba-G.* m) *poſſunt I. I-G.* n) *faciant I. B. R.* o) *retineatur I. B. R.* p) *ſuccus in eo. Quidam et I. I-G.* q) *familiares I. B. R. cellas familiares Pol. 2.* r) *fieri P. etiam fieri I. B. R.* s) *ſit I. B. R.* t) *parte a. V. et H. St-D.* u) *intrituram* iunct. *I. B. R. intritura P.* x) *et* deeſt *I. B. R.* y) *aër et* inſ. *I. B. R. coepit P.* z) *vt* deeſt *I. B. R.* a) *parte a. V. H. St-D.* b) *fructum communem: hi I. B. R.* c) *Hae P.* d) *pretii* add. *P.* e) *pleraeque. Contra illic a. V. pleraque P. 2.*

quod enim, quam recens, quod confacuit, melius; quae ſane optima eſt lectio, modo pro illo verbo nihili *confacuit*, reponas *confracuit*. Vtpote, inquit, cum melius ſit, quod confracuit, quam recens. Ad verbum: ἅτε δὴ τοῦ προσφάτου τὸ σαπρὸν κρεῖττον ὄν. Accuſatiuus abſolutus, Attice. *Quod enim melius:* id eſt vtpote cum melius ſit. Plautus Pſeudolo: *Hercle qui, vt praedicas, cauendum eſt mihi abs te irato*; id eſt, vtpote cum cauendum ſit mihi. *Confracuit* vero malui, quam quod in vulgaribus *conflacuit*, cum illo ſignificetur μαραίνεσθαι. Vitruuius: *Autumnali tempore maturitate fructuum flaceſcente fronde*, μαραινομένων τῶν φύλλων· hoc vero ſignificet τὸ σαπρῶσαι, quo verbo, cum de eadem re tractant, Geoponica vtuntur. SCALIGER. VV. CC. ſequuntur vulgatam lectionem. Forte Victoriana lectio emendanda ita: *quod eſt quam recens, quod confracuit melius. Fraceſcere* Nonius exponit putreſieri; et ipſe Varro hoc libro cap. 55, 5. eo verbo vt hoc ſignificaret, vſus eſt. VRSIN. His vetuſta a Victorio allata mihi magis probantur: *quod enim quam recens quod confacuit, melius.* Quae tamen ab omnibus, verbi *confacuit*, credo, inſolentia offenſis, negliguntur. Iſtud autem *confacuit* vel ſincerum eſt ab ea origine, ex qua *faex* (nihil enim temere de antiquitate eſt pronunciandum) vel fuit *conflacuit*, vt in manu quoque ſcriptis minus tamen antiquis legit Victorius, vel *confracuit* a *fraceo* vnde *fraces*. PONTED.

13, 4 SELLAS FAMILIARICAS) Sellas familiaricas, τὰς ἀφεδρῶνας. Et *ſellas* ſimpliciter. Marcellus Empiricus: *Per vomitum et ſellas.* Idem ponit *Sedere* pro *Niti.* Vnde verbum *adſellare* creberrimum apud Vegetium in Commentariis de re veterinaria. hoc eſt ἀφοδεύειν, vt lib. III, *Stercus durum adſellat*: in eodem: *deinde ſale et melle miſtis, in anum infundes, vt adſellandi augeat voluntatem.* Et lib. 1, *Si poſt clyſterem vel potionem, multum ſtercoris adſellatus ediderit.* Apud Catonem Titulo. *Villam aedificandam ſi locabis*, male legitur *Cellas familiae* pro *ſellas.* Sunt enim *ſellae familiae*, quae et *ſellae familiaricae* hic dicuntur. Porro apud Columellam *Caeſale* quidam interpretantur τὸν ἀφεδρῶνα, παρὰ τὸ χέζειν fruſtra. Legitur enim in omnibus veteribus Columellae exemplaribus *Caſeale.* Eſtque *taberna Caſearia* (vt vocatur ab Vlpiano) vbi caſeos reponebant, et fumos bibere inſtituebant. Hoc ſentit Martialis, cum ait. *Et Velabrenſi maſſa recocta foco.* Nam in Velabro multae *Caſeariae*, ſiue *Caſealia.* SCALIG. Videtur legendum *cellas.* nam ita eſt in VV. CC. apud Cat. 14. vbi dixit *cellas familiae*, hoc eſt latrinas. Vitruuius 6, 10 *Circum autem in perticibus triclinia quotidiana, cubicula etiam et cellae familiaricae conſtituuntur etc.* Nec aliter legitur in Mſſ. Vitruuii codicibus. Poteſt tamen et *ſellas* retineri. Nam Martialis: *ſellas ante petit etc.* et alii. VRSIN. Vide quae ad Catonis l. c. dicta ſunt. Add. Val. Chimentellii marm. Piſan. de honore biſellii c. 26. p. 34. Taubmann. ad Plauti Curc. 2, 3, 83.

13, 6 PROPTER AEDIFICIA) Haec verba videntur adiecta, et paullo poſt ita legendum: *Itaque illorum villae ruſticae erant maiores, quam vrbanae, quae nunc ſunt pleraeque contra. illic laudabatur etc.* Citat hunc locum Nonius in *praeſepia* ſed corruptiſſime. VRSIN.

13, 6 QVAM AD HORVM LVXVRIAM) Eam deſcribunt Lipſius de Magnit. Rom. 3, 14. Meurſius Roma luxuriante, Greenius de ruſticatione et villis veterum lib. 2. SCHOETTG.

13, 6 ET

contra. illic laudabatur villa, si habebat culinam rusticam bonam, praesepias [f] laxas, cellam vinariam et oleariam ad modum agri aptam, et pauimento procliui in lacum [g]. quod saepe, vbi conditum nouum vinum, orcae in [h] Hispania feruore musti ruptae, neque non et dolia in [i] Italia [k]. item caetera vt essent in villa huiuscemodi, quae cultura [l] quaereret [m], prouidebant. Nunc contra [n] villam vrbanam [o] quam maximam 7
ac politissimam habeant, dant operam: ac cum Metelli [p], ac Luculli villis pessimo publico aedificatis certant. quo [q] hi laborant, vt spectent sua aestiua triclinaria ad frigus orientis, hiberna ad solem occidentem, potius quam [r], vt antiqui, in quam partem cella vinaria, aut olearia fenestras haberet [s], cum [t] fructus in ea [u] vinarius quaerat ad [x] dolia aera [y] frigidiorem, ita [z] olearia caldiorem [a]: Item videre oportet, si est collis (nisi quid impedit [b]) vt [c] ibi potissimum ponatur villa.

XIV. NVNC

f) *praesepes I. B. R. praesepiis P.* g) *locum Pol. 2. in quo si contigerit, defluens vinum excipiatur, ne pereat* inser. *I. I-G.* h) *vt in a. V. in hispaniam P.* i) *vt in a. V. non dolea in P.* k) *ne vinum prolueret* add. *I. B. R.* l) *cultum I. B. R.* m) *quaererent I. B. R. P. 2. quaeret Pol. 1.* n) *vt* inf. *Ba-G.* o) *suburbanam I. I-G.* p) *Metalli P.* q) *Quocirca hi I. B. R. Quod hi laborent P. Quo elaborant I. I-G.* r) *quam orientem. antiqui non curabant, in quam I. B. R.* s) *habeat Pol. 2. habere Herv.* t) *dum I. B. R.* u) *eo I. B. R. Vict.* x) *vt I. I-G.* y) *aerem P. 2. ara H. St. Z. D.* z) *item I. B. R. item vt I. I-G.* a) *habeat* add. *I. I-G.* b) *impediat I. B. R. Ba-G.* c) *vbi potiss. I. B. R. I. I.*

13,6 ET PAVIMENTO) Antiqua haec lectio; nam quae in medio plura verba posita erant, in nullis a nobis Mss. inuenta sunt. Ea declarationem alicuius fuisse arbitramur. Quod tamen illis verbis declaratur, sine ipsis intelligi pulchre posse manifestum est. VICTORIVS.

13,6 ILLIC LAVDABATVR VILLA) Non. 3, 160 ita hunc locum laudat: *Contra hic laudabatur ab illis. Is habebat culinam rusticam, vnam praesepim latam, cellam vinariam.* Diuersitas fecit, vt negaret doctiss. Mercerus locum esse e libris nostris reponeretque *de repub. lib. 1.*

13,6 ET PAVIMENTO) *Et pauimento procliui in lacum quod saepe vbi conditum nouum vinum, orcae in Hispania feruore musti ruptae neque non et dolia in Italia.* Haec apud Steph. Gryph. Commel. Berewout. Popmam extant. Planius ab Ald. Iunt. Gymn. eadem habemus: *et pauimento procliui in lacum, in quo si contigerit, defluens vinum excipiatur, ne pereat, quod saepe vbi conditum nouum vinum orcae in Hispania feruore musti ruptae, nec non et dolia vt in Italia.* Haec tamen minus necessaria visa Victorio. Caeterum hisce reiectis Iensoniana profecto, et Bruschii lectio est admittenda, quae post vltimum membrum *vt in Italia* haec subnectit: *ne vinum prolueret*; nam reliqua eadem sunt, quae ex Steph. Gryph. etc. commemoraui. Hac de re sic Palladius l. 1 tit. *de cella vinaria* 18 praecepit: *Ad quod inter duos lacus qui ad excipienda vina hinc inde depressi sint, gradibus tribus fere aut quatuor ascendatur.* Et rursus: *Quod si cupis locum suum deputabimus. is locus ad calcatorii similitudinem pontis breuibus et testaceo pauimento solidetur, vt etiam si ignorata se cupa diffuderit, lacu subdito excipiantur, non peritura vina fluxerint.* Illud etiam adiiciam ex Aldina, Iuntina, nec non Gymnici edit. *orcae vt in Hispania* particulam *vt* esse explodendam legendumque *Orcae in Hispania*, vt apud Steph. et alios occurrit. Sic enim ex Varrone Nonius Marcellus de Gener. Vas. et Poc. commemorat: *Saepe vbi conditum nouum vinum orcae in Hispania feruore musti ruptae.* PONT.

13,7 PESSIMO PVBLICO) Ita plane locutus est Liuius 2 *Neque ambigitur, quin Brutus idem, qui tantum gloriae superbo exacto rege meruit, pessimo publico id facturus fuerit.* VRSINVS.

13,7 FENESTRAS HABERET) Videndum an potius sit legendum *habeat.* Quae vero sequuntur, ita putamus legi debere: *Cum fructus in ea quaerat, vt ad dolia aera frigidiorem, ita ad serias caldiorem.* Adiuuat coniecturam scriptura veteris libri, in quo est, *ad dolia.* Vox autem *vinarius*, sine dubio adiecta est. Non enim de vino solum, sed etiam de oleo Varro hic agit. Vox item *olearia* glossema est. VRSIN. Omnia perturbat vir doctissimus. Nihil immutandum. Duplex vinariae et oleariae cellae ratio.

13,7 FRVCTVS IN EA VINARIVS) Reuocaui *ea*; Nisi forte quis dicat, non ad *cellam* sed ad *cauum* referri pronomen. Illa quidem facilis esset ratio excusandi soloecismos. Crescentius sententiam modo retulit huius loci 5, 19 *Varro scribit cellam oleariam ad partem calidam habere debere fenestras: sed vini ad frigidam.*

13,7 ITEM VIDERE OPORTET etc.) Haec quae passim recepta sunt, hoc in loco cur posita, non video; neque enim ad ea, quae tradita sunt, spectant, neque iis, quae sequuntur, annecti possunt. Praeterea non commemorauit hoc Varro cap. 12. *Et vt potius in sublimi loco aedifices*, et rursus: *ab hoc vtroque superiora loca tutiora?* Quid igitur necessarium est, inculcata bis atque iterum extra ordinem repetere? PONT.

XIV. NVNC de septis, quae tutandi [a] causa fundi, aut partis [b] fiant, dicam. Earum tutelarum genera IIII. vnum naturale, alterum agreste, tertium militare, quartum fabrile. Horum vnumquodque species habet plures. Primum naturale sepimentum, quod obseri solet virgultis aut spinis, quod habet radices, ac [c] [viuae sepis [d]]
2 praetereuntis lasciui non metuet [e] facem ardentem. Secunda sepes est ex agresti ligno, sed non viuit. Fit aut palis statutis crebris, e [f] virgultis implicatis [g]; aut latis perforatis, et per ea foramina traiectis longuriis fere [h] binis aut ternis: aut ex arboribus truncis demissis in [i] terram, deinceps constitutis. Tertium militare sepimentum est fossa, et terreus agger [k]. sed [l] fossa ita idonea [m], si [n] omnem aquam, quae e [o]
3 caelo venit [p], recipere potest [q], aut fastigium habet [r], vt exeat e fundo [s]. agger [t] is bonus [u], qui intrinsecus [x] iunctus [y] fossa [z], aut ita arduus [a], vt eum transcendere non sit facile. Hoc genus sepes [b] fieri secundum vias publicas solent [c], et secundum amnes. Ad viam salariam, in [d] agro Crustumino [e], videre licet locis aliquot coniunctos aggeres cum fossis, ne flumen agris noceat. Aggeres qui [f] faciunt sine fossa, eos
4 quidam vocant muros, vt in agro Reatino [g]. Quartum fabrile sepimentum est [h] nouissimum [i], maceria. huius fere species quatuor: quod fiunt [k] e lapide, vt in agro Thusculano: quod e lateribus coctilibus, vt in agro Gallico: quod e lateribus crudis,

[C. XIV.] a) *tuendi P. 2.* b) *patris B. R.* c) *ac* deest *a. V.* d) *ac viatoris* inf. *a. V.* e) *metuit I. I-G.* f) *ac a. V.* g) *implicitis I. B. R.* h) *ferreis I. B. R. fereis P.* i) *et in H. A. Gr. G. et in apricis in terram Ba.* k) *ager I. B. R.* l) *sed et I. B. R.* m) *fiat* add. *I. I-G.* n) *vt a. V.* o) *a. B. R. de I. I-G.* p) *veniet I. B. R.* q) *possit a. V.* r) *habeat a. V.* s) *fundo aggeris bos I. B. R.* t) *aggeris* iunct. quoque *Pol. 1. aggeriis amnis, qui P. 2.* u) *bonus* deest *I. I-G.* x) *fit* inf. *I. I-G.* y) *fit lapsus in fossam: sed ita I. B. R.* z) *fossae ita I. I-G.* a) *sit* add. *I. I-G.* b) *saepis I. B. R. sepis I. I-G.* c) *solet a. V.* d) *et in a. V.* e) *crustuminio a. V.* f) *qui* deest *I. B. R.* g) *retinō P.* h) *et nouissimum est I. B. R.* i) *notissimum I. I-G.* k) *fit a. V.* pro *e* est *ex I. B. R.* *e* plane omitt. *Pol.*

14, 1 PRIMVM NATVRALE) *Primum naturale saepimentum viuae saepis.* Ita legendum dictionibus *viuae saepis*; quae infra habentur, in locum vnde motae sunt, restitutis. Quae vero sequuntur, similia sunt illis, quae leguntur apud Tacitum 29. *Faces in manibus, quas, vbi praedas egesserant, in vacuas domos, et inania templa per lasciuiam iaculabantur etc.* Noctu enim face praelucente iter agebant. Suetonius in Aug. *Per nocturnum iter lecticam cum fulgur perstrinxisset, seruumque praelucentem exanimasset.* VRSIN. Inclusi certe voces *viuae saepis*, quae cum essent loco non suo positae illud *viatoris*, et post alias coniecturas peperere.

14, 1 QVOD HABET RADICES) Lectiones hic dubiae, sed Commeliniana minus vitiosa, nam τὸ *ac* in altera mendosum est. Ita fortasse potest restitui locus: *Quod habet radices ac viuas sepeis* (τὸ *sepeis* pro *sepes* et apud Veteres et etiam apud Varronem tritae voces libr. de L. L. *aedeis ab aditu, quod plano pede adibant*, et rursus, *et omneis in censu*;) aut sic: *ac viuas sepis* (vt Cato c. 4. *Bubilia bona, bonas presaepis, faliscas clatratas*) vel: *quod habet radices viua sepis praetereuntis lasciui etc.* Sed illae meliores; hic enim duo sunt attendenda, *radices*, quibus sepimentum innititur, et *viuae saepes* i. e. connexiones, implicationesque spinarum ac virgultorum, quibus fit sepimentum. Quae quoniam viridia, ignem respuunt. nam radices in tuto iacent. PONT.

14, 1 PRAETEREVNTIS LASCIVI) Verbum *viatoris*, quod ante vocem *praetereuntis* erat, inde sustulimus. Nam in veteribus libris a nobis inuentum non est, et hic positum nimis otiosum foret. Nam sine illo *praetereuntis* idem significat. Varro 6 de L. L. *Et ideo secundum viam praetereunteis admoneant, et se fuisse et illos esse mortales.* VICTOR.

14, 2 DEINCEPS CONSTITVTIS) Haec verba videntur adiecta ab expositoribus. et paullo post legendum: *sed fossa ita idonea, si omnem aquam etc.* VRSIN.

14, 2 AVT FASTIGIVM HABET) h. e. decliuitatem aliquam mollem. Ita etiam loquitur 1, 20, 5.

14, 3 AGGER, SI INTRINSECVS ITA ARDVVS SIT etc.) Ita videtur legendum. Nam sententia pendet ab illis verbis: *Sed fossa ita idonea fiat, si omnem aquam etc. Agger ita idoneus, si intrinsecus*, seu potius *extrinsecus*. Pro eo vero quod sequitur: *Quartum fabrile saepimentum, maceria etc.* videtur potius legendum: *Notissimum saepimentum est maceria.* VRSIN.

14, 3 AGGERES QVI FACIVNT) Quid si ita? *Aggeres quidam faciunt sine fossa, eosque vocant muros.*

14, 4 ET

dis, vt in agro Sabino: quod ex terra, et lapillis compositis [l] in [m] formis, vt in Hispania, et agro Tarentino.

XV. PRAETEREA sine septis fines praedii, sationis, notis arborum tutiores fiunt, ne familiae rixentur cum vicinis, ac limites ex litibus iudicem quaerant. Serunt alii circum [a] pinos, vt habet vxor in Sabinis. alii cupressos, vt ego habui [b] in Vesuuio. alii vlmos, vt multi habent in Crustumino [c]: quod vbi [d] id pote, vt ibi, quod est campus, nulla potior serenda [e], quod [f] maxime fructuosa, quod et sustinet [g] sepem, ac [h] colit aliquot corbulas vuarum, et frondem iucundissimam ministrat ouibus ac bubus, ac virgas praebet sepibus, et foco, ac furno. SCROFA, igitur primum haec quae dixi, quatuor videnda agricolae. de fundi forma, terrae natura, de modo agri, de [i] finibus tuendis.

XVI. RE-

l) *compositus P. 2.* m) *informe* iunct. *I. B. R. informis I. I-G.* [C. XV.] a) *saepes* inf. *I. B. R.* b) *habeo I. I-G.* c) *Crustuminio a. V.* d) *vbi pullulat maxime: vel seritur: et vbi est campus etc. I. B. R. ibi pullulat maxime, et vbi est campus I. I-G.* e) *arbor serenda I. B. R. arbor seritur I. I-G.* f) *qua I. B. R.* g) *sustineat a. V.* h) *accolit* iunct. *I. B. R.* i) *et I. B. R.*

14, 4 ET LAPILLIS COMPOSITIS IN FORMIS) Vitiosus locus. Emendandum *informe*, vt Ienson. edidit; annectitur enim τῷ *saepimento*. PONTED. Quin de *formaceo pariete* loquitur Varro. Vid. quae diximus ad Col. 9, 7, 4.

15 NOTIS ARBORVM TVTIORES FIVNT) Vide Siculum Flaccum de conditionibus agrorum p. 7, 8. qui totius huius capitis contenta vberius tradidit. SCHOETTG. Hunc locum totum sic legendum putamus: *Pr. s. s. fines praedii satius, notis a. tutiores fiunt, — ac litis ex limitibus iudicem quaerant.* Sic et coniecit d' Arnaud in Var. Coni. p. 19.

15 NE FAMILIAE RIXENTVR CVM VICINIS) In excusis omnibus et manu scriptis ita legi: verum si Nonium audias, aliter locus legi debet. Affirmat enim ille M. Varronem hic *Rixent* scripsisse, cum enim de contrariis generibus dissereret, docuit *Rixat*, pro *Rixatur*, a veteribus positum fuisse: pluresque locos Varronis, vt hoc probaret, ad testimonium vocauit. Postremus autem hic est, *Ne familiae rixent cum vicinis.* Quamuis enim in excusis, *De rerum natura lib. primo*, scriptum sit, lapsus hic fuit librarii: *et rerum rusticar. lib.* I manifesto legi debet. Nam ita saepe in inscriptionibus librorum, et aliis etiam partibus, apud Nonium peccatum est: vt huiuscemodi menda minime perturbare nos debeant. VICTOR. Illud obseruatum in editione Merceri, vt laudatus sit *Varro de R. R. lib.* I; sed relictum *rixentur*, cum tamen locus, quo ponitur, satis indicet, actiuam formam voluisse Nonium: nisi dicamus illum ostendere voluisse, non ita tamen amari actiuam formam a Varrone, vt non alteram illam etiam vsurpauerit.

15 VT EGO HABVI) Fundanius loquitur: nisi librariorum culpa indicium personae omissum est, ne quis inde de Varronis possessionibus argumentum petat.

15 ALII VLMOS) Etiam *oleas* memorat Cicero pro Caecin. 8.

15 QVOD VBI ID POTE, VT IBI: QVOD EST CAMPVS, NVLLA POTIOR) Ita habent antiqui libri: quam veram esse lectionem puto, etsi diligens librarius mendosam putauit, ad eamque notam appofuit: potest tamen fieri, vt falso eam suspectam habuerit. Duriuscula sane locutio, quales non paucae sunt, huius auctoris. sententiam tamen et plenam et bonam habet: nam *Pote* appellasse saepe veteres, quod posteriores *Possibile* dixerunt, satis planum est. VICTOR. Nimirum *quod vbi* ponitur vt *quodsi: vbi id fieri potest*, quemadmodum ibi, (in Crustumino) *quia est campus*; *nulla* arbor *potior serenda.* Distinctione aliquantum adiuuimus sententiam.

15 AC COLIT ALIQVOT) Apud Nonium: qui hunc locum adducit, *cogit* legitur: mendose tamen, vt puto, nullus enim liber tot mendis scatet, quot Nonius. VICTOR. Lege cum Nonio *cogit*, vt *cogere vinum.* Tametsi doctissimus Victorius improbat. SCALIG. V. C. habet, *cogit*, non *colit*. et ita infra Varro locutus est, cum dixit: *excelsius hic, quam illic coguntur.* Videndus Nonius. VRSIN. *Cogit* placet etiam Gronouio Obs. 4, 3 p. 34. Tamen *colit* mihi etiam Varronianum videbatur. Locus Nonii est 3, 48. Merc. p. 197, 25.

15 QVATVOR VIDENDA) quae proponuntur 1, 6, 1.

15 DE FVNDI FORMA, TERRAE NATVRA) Lego: *De fundi forma, de terrae natura, de modo agri, de finibus tuendis:* In Ienson. libris haec habemus: *De fundi forma, T terrae natura: de modo agri, et finibus tuendis.* Litera *T* pro *De* posita, in vetustis codicibus, et item

XVI. RELINQVITVR altera pars, quae est [a] extra fundum. Cuius appendices [b] vehementer pertinent ad culturam, propter affinitatem. Eius species totidem: Si vicina regio est infesta. si quo neque fructus nostros exportare expediat, neque inde quae opus sunt, apportare. tertium, si viae, aut fluuii qua portentur [c], aut non sunt [d], aut idonei non sunt. quartum, si quid ita [e] est in confinibus fundis [f],
2 vt nostris agris prosit aut noceat. E queis quatuor, quod est primum, refert, infesta regio sit, necne. multos enim agros egregios † colere non expedit, propter latrocinia vicinorum, vt in Sardinia quosdam qui sunt prope Celiem [g], et in Hispania prope Lusitaniam. Quae [h] vicinitatis [i] inuectos [k] habent idoneos, quae [l] ibi nascuntur vbi [m] vendant, et illinc [n] inuectos [o] opportunos ad [p] ea quae in fundo opus sunt, quod [q] propterea sunt [r] fructuosa. Multi enim habent in [s] praediis, quibus frumentum, aut vinum, aliudue quid desit importandum. contra, non pauci, quibus aliquid sit expor-
3 tandum. Itaque sub vrbe colere hortos late expedit, sic [t] violaria, ac [u] rosaria, item multa, quae vrbs [x] recipit, cum eadem in longinquo praedio, vbi non sit quo deferri possit venale, non expediat [y] colere. Item [z], si ea oppida aut viciniae, aut etiam divitum

[C. XVI.] a) *est* omitt. *I. B. R.* b) *et* inf. *I. B. R.* c) *portetur P.* d) *sunt* deest *I. B. R.* e) *ita* omitt. *Cod. Arundell. ap. Wassium ad Sall. Iug.* 45. f) *fundi a. V.* †) *egregios* omitt. *Ryck.* g) *Oeliem P. et Ryck.* h) *secundum quae I. I-G.* i) *vicinitates I. B. R. vicinitatis* reliqui. k) *inuectus Herv. in vectos* diu. *Bo. inuectos* reliqui omnes. l) *Quae vbi I. B. R. vt quae Iunt. vt quae in agris nascuntur I. I-G.* m) *ibi a. V.* n) *illic I. B. R.* o) *auectus Herv. inuectos* rel. p) *ad ea* deest *I. B. R.* q) *quod* deest *I. B. R.* r) *sunt* abest *I. B. R.* s) *habent praedia I. I-G.* nobiscum *Ryck.* t) *sicut a. V. sicubi P.* u) *aut I. B. R.* x) *vrps P.* y) *expediet I. B. R. expedit I. I-G.* z) *Tertium est* inf. alii praeter *I. I-G.*

Et pro *De* deprauatum videtur. Ad eundem porro modum hisce particulis vtitur Varro l. 2 c. 1. *Alterae partes quatuor sunt cum iam emeris obseruandae; de pastione, de foetura, de nutricatu, de sanitate.* It l. 3. c. 10. *Vt hos V gradus obseruaret, quos in Gallinis dixi, hi sunt: de genere, de foetura, de ouis, de pullis, de sagina.* PONTED. Illud *T terrae natura* non obseruauit in Ienson. Is, qui meo iussu accuratissime illam editionem cum proxima Bonon. contulit.

16, 1 RELINQVITVR ALTERA PARS) Redi ad 1, 5, 4. Sed de hac pariter ac aliis diuisionibus Varronianis obseruasse mihi videor, illum, vt nunc habemus ipsius libros, (vid. f. 3. et 6.) accuratius eas instituere, quam exequi.

16, 2 PROPE CELIEM) Fortasse legendum, *Caralim*, quae ciuitas est Sardiniae. VRSINVS. Pomponius Mela lib. II. de Sardinia, *in ea antiquissimi populorum sunt Ilienses.* Plinius lib. III. de eadem, *Celeberrimi in ea populorum Ilienses, Balari, Corsi.* Quibus in locis reponendum censeo *Iolienses*, et hic apud Varronem *Ioliem*, nomen oppidi. Liuius lib. L. eosdem, opinor, vocat Iolenses, infames latrociniis: *Inde in Sardiniam exercitus ductus, et cum Iolensibus gente ne nunc quidem omni parte pacata, secunda proelia facta.* Similiter Graeci appellant Ἰολαεῖς et Ἰολάεις. Strabo lib. V. *Τὰ δ' αὐτὰ ταῦτα καὶ πορθεῖται συνεχῶς ὑπὸ τῶν ὀρείων, οἳ καλοῦνται Διαγήσβεις, Ἰολαεῖς πρότερον ὀνομαζόμενοι.* Diodorus lib. IV de eisdem: κατασκευάσαντες δ' οἰκήσεις ἑαυτοῖς καταγείους, καὶ τὴν τοῦ βίου διαγωγὴν ἐν τοῖς ὀρύγμασι ποιούμενοι, τοὺς ἐκ τῶν πολέμων κινδύνους ἐξέφυγον. POPM.

16, 2 QVAE VICINITATIS INVECTOS) Legendum *inuectus*. et p. p. *Et illinc auectus opportunos ad ea, quae in fundo opus sunt, propterea sunt fructuosa.* nec enim placet eorum coniectura, qui putant legendum: *in fundo supersunt:* licet infra dixerit: *quae supersint, venire possint.* VRSINVS. Puto scribi oportere *inuectus*, vt intelligantur via vel fluuii, quibus vehi ad illam res necessariae possint; ita mox, *et illinc euectus opportunos*: quomodo p. p. *importare et exportare* opponuntur: et mox iterum, *Quibus vtrisque rebus euehi atque inuehi ad multa praedia scimus.* CVPERVS. Cl. Schoettgenius ita reposuerat, *quae vicinitates euectus habent idoneos -- vti vendant, et illinc inuectus opportunos.* Commodissime ita legi apertum est. malui tamen hic legi, quam supra. *Inuectos* per o potest esse heteroclition archaicum. Caeterum intelligendum certe est, nisi cum I. I-G. etiam scribendum, hoc *secundum* caput esse eorum, quae modo proposita sunt.

16, 2 MVLTI ENIM HABENT PRAEDIA) Videtur legendum *in praediis*; et sic infra Varro locutus est. VRSIN. Etiam 3, 1, 1 *habere vrbem* dixit, id est habitare.

16, 3 ITEM SI EA OPPIDA) Credo ipsum sapientissimum virum Victorium, si viueret, irate non laturum, nos hic ab ipsius editione aliquantum

vitum copiosi agri ac villae, vnde non care emere possis, quae opus sunt in fundum, quibusque [a] quae supersint venire possint; vt quibusdam [b] pedamenta, aut [c] perticae, aut arundo; fructuosior fit fundus, quam si longe sint importanda, nonnunquam etiam, quam si colendo in tuo ea parare possis. Itaque in hoc genus coloni potius 4
anniuersarios habent vicinos, quibus imperant [d] medicos, fullones, fabros, quam [e] in villa suos habeant: quorum nonnunquam vnius artificis mors [f] tollit fundi fructum, quam partem latifundii diuites domesticae [g] copiae mandare solent. Si enim ab fundo longius absunt oppida aut vici, fabros [h] parent [i], quos habeant in villa: sic caeteros necessarios artifices, ne de fundo familia ab opere discedat, ac profestis diebus ambulet feriata potius, quam opere faciundo agrum fructuosiorem reddat. Itaque 5
ideo Sasernae liber praecipit, ne quis de fundo exeat praeter vilicum et promum [k], et vnum, quem vilicus legat. si quis contra exierit, ne impune abeat. si abierit, vt in vilicum animaduertatur. Quod potius ita praecipiendum fuit, ne quis iniussu vilici exierit, neque vilicus iniussu domini longius, quam vt eodem die redierit [l], neque id crebrius, quam opus esset fundo. Tertio [m] eundem fundum fructuosiorem faciunt 6
vecturae, si viae sunt, qua plaustra agi facile possint: aut flumina propinqua, qua navigari possit. quibus vtrisque rebus euehi atque inuehi, ad multa praedia scimus. Quarto [n] refert etiam ad fructus, quemadmodum vicinus in confinio consitum agrum habeat. si enim ad limitem quercetum [o] habet, non possis recte secundum eam silvam serere oleam, quod vsque eo est contrarium natura, vt arbores non solum minus ferant, sed etiam fugiant, vt introrsum in fundum se reclinent [p], vt vitis adsita [q] ad olus

a) *quibus I. B. R. Iunst.* b) *quibus I. B. R.* c) *et I. B. R.* d) *imperent a. V.* et *H. St-D.* e) *quod a. V.* et *H. St-D.* f) *mos P.* g) *domestica copia P.* h) *fabro P.* i) *parant P. procurent I. B. R.* k) *patronum I. B. R. Ba-G.* l) *rediret P.* m) *Quarto* reliqui praeter *I. I-G.* n) *Quarto* omitt. alii praeter *I. I-G.* o) *querquetum P.* p) *declinent I. B. R.* q) *adjisita P.*

tum discessisse. Non potuit enim ita statim oblivisci diuisionis suae Varro, vt tertium faceret, quod secundi pars est, quartum autem, quod aperte tertium dixerat. Ne quid vero dissimulem, antiquum oportet hoc mendum Varronianos libros obsedisse, cum etiam Crescentius 2, 27 quatuor ista capita ita enumeret 1) si regio proxima est infesta 2) si in regione propinqua sint homines, qui emant quae in fundo sunt venalia 3) si nimis longinqua est 4) vecturae. Sed quis non videt, secundum ac tertium tamquam opposita ad idem caput referenda: illud autem, quod quartum fecit Varro, et satis magni momenti est, plane omitti?

16, 3 OPPIDA AVT VICINIAE) Videtur legendum: *aut vici.* Vox *quibusdam,* quae p. p. irrepsit ante verbum *pedamenta,* videtur tollenda. VRSIN.

16, 4 IN HOC GENVS COLONI) Hoc est, talium praediorum domini, qui viciniam habent copiosam, potius in singulos annos mercede sibi conducunt a vicino operas medicas, fullonias, fabriles, quam vt sua pecunia paratos id genus homines suo sumptu alant, cum periculo, ne mancipii eiusmodi pretiosi morte damnum fiat aequale fructui fundi etc. Sed diuites haec artificia omnia habent in familia. Iocosa quaedam festiuitas est in verbis *anniuersarios* itemque *imperant.*

16, 4 LATIFVNDII DIVITES) Eodem modo Horatius dixit l. 2 ep. 2. *Multarum diuitem artium*, et Carm. l. 4 od. 8. *Diuitem scilicet artium, Quas aut Parrhasius protulit, aut Scopas. Latifundii* vero *diuites* dicit eos, qui magna latifundia habent. Hi enim ex domesticis habent seruos medicos, fullones, fabros, quos *imperant* stipendio annuo constituto: ob quod annuum stipendium *anniuersarios* eos Varro fortasse appellauit. VRSIN.

16, 5 ET PROMVM) Ita videtur legendum. Nam vox *patronus* ab hoc loco penitus est aliena. IDEM.

16,6 TERTIO EVNDEM FVNDVM) Etiam hoc adsciuimus ex editionibus antiquis. Caussam ante diximus, et dicet, quisquis attenderit.

16,6 QVARTO REFERT) *Quarto* ex autoritate librorum laudatorum supra, vel ipsam potius rationem secuti posuimus. Potest vero fieri, vt hic omissum ab ipso Varrone numeri aduerbium turbandi librariis occasionem dederit.

16,6 VT INTRORSVM) Videtur legendum: *et introrsum reclinent, vt vitis etc.* nam voces: in

olus facere solet. vt quercus, sic iuglandes [r] magnae et [s] crebrae finitimae, fundi [t]
oram faciunt sterilem.

XVII. DE Fundi IIII partibus, quae cum solo haerent, et alteris IIII, quae
extra fundum sunt [a], et ad culturam pertinent, dixi. Nunc dicam agri quibus re-
bus colantur. quas res alii diuidunt in duas partes, in homines, et adminicula homi-
num, sine quibus rebus colere non possunt. Alii in tres partes instrumenti [b] genus
vocale, et [c] semiuocale, et mutum. vocale, in quo sunt serui. semiuocale, in quo sunt
2 boues. mutum, in quo sunt plaustra. Omnes [d] agri coluntur hominibus seruis aut
liberis, aut vtrisque. Liberis, aut cum ipsi colunt, vt plerique pauperculi cum sua
progenie: aut mercenariis, cum [e] conducticiis liberorum operis [f] res maiores, vt vin-
demias, ac foenisicia [g] administrant [h]; iique quos obaeratos [i] nostri vocitarunt, et [k]
etiam nunc sunt in Asia, atque Aegypto, et in Illyrico complures. De quibus vni-
uersis hoc [l] dico: Grauia loca vtilius esse mercenariis colere [m], quam seruis, et in
salubribus quoque locis opera rustica maiora, vt sunt in condendis fructibus vinde-
3 miae, aut messis. De his cuiusmodi esse oporteat, Cassius scribit haec, Operarios
parandos esse, qui laborem ferre possint, ne minores annorum XXII, et ad agricul-
turam dociles. Eam coniecturam fieri posse ex aliarum rerum imperatis, et more [n]
incolarum

r) *iugulandes* P. s) *et* deest *I. I-G.* t) *foecundiorem faciunt I. B. R.* [C. XVII.] a) *sunt, et* omitt. *I. B. R.* b) *scilicet in vocale I. I-G.* c) *et* deest *I. B. R.* d) *ii* ins. *I. B. R.* e) *et a. V.* f) *operis. Res I. B. R. operis, res I. I-G.* g) *foenicisia Hern. foenisicia Ba.* h) *administrant ii, a. V.* i) *obaeranos Pol.* 1. *ob ea aerarios Pol.* 2. k) *vt a. V.* l) *hic I. B. R.* m) *coli I. B. R.* n) *in eo eorum e P.*

in fundum, sine dubio ab expositoribus adiectae sunt. *Olus* autem brassicam appellauit Varro κατ' ἐξοχὴν, quo verbo vsus est Plinius in vertendis illis ex Dioscorid. 3, 167 ἄνθος κράμβης ἐοικός, *flore oleris* 27, 4. et κράμβην θαλασσίαν, *olus maritimum* vertit 29, 4. Κυρίως tamen olera Graeci appellant τὰ λάχανα. Vnde illud Graeci Poetae in epigrammate: τῶν ὀλίγων λαχάνων εἵνεκα, Latinus vertit: *Hoc ego propter olus?* VRSIN.

16, 6 VITIS ADSITA AD OLVS) *Olus*, id est brassicam. Non enim adferam ea, quae prodidere veteres de vite; eam scilicet brassicae adsitam inerticulam fieri; cum ea vulgo satis nota sint. Illud vero non passim obuium; *olus* κατ' ἐξοχὴν *brassicam* vocari, vt hic. Et in Moreto, *Hic olus, et late fundentes brachia betae.* Item Plin. libro XXVII de anagyro, cum ait, *flore oleris.* Dioscorides enim, vnde accepit, prius dixerat, ἄνθος κράμβῃ ἐοικός. Idem libro XXIX de iure gallinacei, *cum olere marino.* Dioscorides ἔνιοι δὲ συνέψουσι καὶ κράμβην θαλασσίαν. Sic et *piscem* pro lupo dicebant. Varro rerum humanarum libro XI, *Ad victum optima fert ager Campanus frumentum: Falernus vinum, Casinas oleum, Tusculanus ficum, mel Tarentinus, piscem Tiberis.* SCAL.

16, 6 VT QVERCVS, SIC IVGLANDES etc.) Ita ex ingenio emendaui: spero sane castigationem hanc studiosis viris probatum iri. Volui tamen pusillum licentiae, quo vsus fueram, aperire. Nam in antiquissimo et optimo libro *Iugulandes* scriptum obseruaui; vt in illo etiam loco in eodem hoc libro, *Nuces iugulandes in barena.* VICTOR. Videtur legendum: *Sic iuglandes magnae, crebrae, finitimae.* Nam illa: *fundi oram faciunt sterilem,* glossae sunt. VRSINVS. Vltima verba ita Crescentius 2, 27 retulit, *in fundum se reclinent, et in confinio vitem et fundum faciant sterilem.* Voluit, credo, contractius proponere sententiam Varronis: sed castrauit.

17, 1 AGRI QVIBVS REBVS) Hoc est alterum membrum diuisionis supra propositae 1, 5, 4.

17, 1 SINE QVIBVS REBVS) Vox *rebus* videtur glossema, et item verba, quae sequuntur, *partes scilicet,* Nam Varro scripsit: *Alii in tres in vocale* etc. et ita est in VV. CC. VRSINVS. Potius tamen est, vt illud *rebus* pleonasmum putem Varroni familiarem, qualis fuit 1, 9, 7 *atque ea, quae ex iis nasci debent, earum rerum feracia.* Alterum illud, *scilicet*, iam sustulerat Victorius.

17, 1 VOCALE) Sic ὅτι φωνήεντα ἦν τὰ ζῶα *cum loquendi facultate essent praedita,* Xenoph. Mem. 2, 7.

17, 2 QVOS OBAERATOS) In MSS. *obaerarios*: mendose tamen, vt puto. Itaque receptam lectionem conseruaui. Lib. 7. de L. L. *Vt ab aere obaeratus.* VICT. *Obaerati*, qui alias *nexi*. Auctor ipse Varro de L. L. 6. p. 82. *Liber, qui suas operas in seruitute pro pecunia, quam debeat* (f. debebat, dabat) *dum solueret*, nexus *vocatur, vt ab aere* obaeratus, De nexis viri docti ad Liu. 2, 23.

17, 3 ET AD AGRICVLTVRAM DOCILES) Eodem modo dixit Cicero 7. ad Trebat. *O medi-*

incolarum e nouitiis requisito [o], ad priorem dominum quid factitarent. Mancipia
esse oportere neque formidolosa [p], neque animosa. Qui praesint esse oportere, qui 4
literis [q], aliqua sint humanitate imbuti, frugi, aetate maiore, quam operarios, quos
dixi. Facilius enim his, quam [r] minoribus natu sunt dicto audientes. Praeterea
potissi-

o) *requisitio I.B.R. reliquis itio P.* p) *formidulosa P.* q) *litteris sint et aliqua Ba-G. H. St-D.* r) *quamuis minores I.B.R. quam maiore P.*

O medicum suauem, meque docilem ad hanc disciplinam! VRSINVS.

17, 3 ET MORE INCOLARVM E NOVITIIS REQVISITO) Corruptissimus locus in antiquis exemplaribus, et quae in illis leguntur, non parum ab his diuersa sunt. Omnibus ingenii viribus contendi, ex priscis vestigiis veram lectionem indagare, nec quicquam tamen profeci. sagacioris ingenii alii, quod adipisci non potui, fortasse consequentur. Vetus lectio. *Et in eo eorum e nouitiis reliquisitio ad priorem* etc. VICT. Abutar otio meo, si pluribus de huius loci vitio contendam: qui tamen nullo pene negotio ex veteri lectione restitui potest. Ea ita habuit: *Et in eo eorum e nouitiis reliquisitio ad priorem dominum quid factitarent.* Puto legendum, *Et in eo eorum e nouitiis reii, quis itio ad priorem dominum: quid factitarent.* Vtrum ad agriculturam sint dociles, necne, coniectura, inquit, duci potest ab iis, qui immeditati et imparati ad opus vocabuntur. Tunc enim ex illis, quinam operam in numerato habebunt, facile intelligi poterit. Nam *imperatis* hoc est imparatis: vt supra, *reperitare*, pro reparitare. Praeterea, inquit, non solum periculum faciendum est in illis, qui operis rustici non ignari, tamen inopinato ac imparati ad specimen operae suae edendum prouocantur: sed etiam in illis, qui inter illos rudes adhuc sunt. nam in superioribus, extemporaneum; in istis, docile ingenium requiritur. *Imperatos rerum* vocat, vt postea nouitios rei, sed ἀρχαϊσμὸς est *reii* pro *rei*. Ita enim fere semper scribebant, quod primam in ea voce producerent: vt videmus apud Lucretium. Et apud Marium Victorinum versus Plauti ex prologo Militis ita legitur, *Magni reii publicai gratia.* Quod commentum quare sibi adscriberet *Gabriel Faërnus*, causa non erat. Quod sequitur: *Quis itio ad priorem dominum, quid factitarent*, duos habet Archaismos: Primus est in genere *quis itio*, vt *quis tu es, mulier*; alter est, *quis* aut *quae itio*, de quo postea. Deinde, inquit, videndum an saepius ad priorem dominum eant, ad opus faciendum: et quid apud eum factitarint, cessatoresne an labori intenti fuerint. Nam sane, qui crebro ad eundem dominum commeant, argumentum est, eorum sedulitatem domino satis spectatam esse, qui eorum opera toties vti velit. *Quis itio*, est frequentissimus loquendi modus Comicis, ac veteribus Romanis, vt, *quae tibi huc ventio est?* h. e. quare huc venisti? item, *quae illam tibi tactio est*, et similia. SCAL. Integra lectio haec esse videtur: *Eam coniecturam fieri posse ex aliarum rerum imperatis, et requisitione ad priorem* etc. h. e. potest coniectura fieri, an ad agriculturam sint dociles, ex imperatis aliarum rerum, et requirendo, quid factitarent apud priorem dominum. Nam in V. C. est: *et in eo eorum a nouitiis requisitio.* Alius vero addidit: *more venalium.* Vid. Col. l. 1. VRSINVS. Vetus scriptura melior, *Et in eo eorum e nouitiis.* Operarii, inquit, vtrum sint dociles ad agriculturam nec ne, coniectura fieri potest, si alias res imperaueris, et in opere rustico e nouitiis et tironibus si requisieris, apud priorem dominum quid factitarint. *Requisito* dixit, vt Sallustius lib. V. Histor. *At Lucullus audito Q. Martium regem pro consule per Lycaoniam cum tribus legionibus in Ciliciam tendere.* Liuius lib. XXXI. *satis comperto Ordiaeam petituros Romanos.* *Ad* pro *apud*, vt iam ante; *Ad te enim rudem agriculturae esse nunc*, et lib. III. *Posse ad te fieri.* POPMA. Mendosissimus locus deprehenditur, si cum antiquis libris conferatur; scriptum enim est ad hunc modum: *Et in eo eorum a nouitiis reliquisitio ad priorem.* Maximum erratum siue potius maxima obscuritas in illo *reliquisitio*. Quid prohibet coniicere, id fuisse. *redinquisitio* siue *redinquisito* ab *inquiro* ac *re* cum *d* finali vt ex C. Duilii monumento ostendimus, quemadmodum habemus *redinuenio, redabsoluo, redadopto?* PONTED. Facile patior, viros doctissimos adferre altiora: nobis videtur lectio a Iuntis inde propagata, quae, minima tantum litera vocis *requisitio* omissa, ab I. B. R. discedit, sententiam habere commodissimam. Disci possunt ingenia seruorum primo *ex aliarum rerum imperatis* s. imperiis, quam strenue ea perficiant, *tum more incolarum*, vnde ad nos venere, *e nouitiis requisito*, V. G. quae apud vos ratio est arandi, metendi? et requisito, *ad priorem dominum quid factitarent?* e quibus responsionibus satis intelligi potest, docilesne sint.

17, 4 QVI LITTERIS) Illud *litteris* est glossema. Nam *litterae* et *humanitas* apud veteres idem est: quippe qui παιδείαν semper *humanitatem* sint interpretati. Cicero 5. de finibus: *sed animi cultus ille erat ei quasi quidam humanitatis cibus.* Varro: *Praxiteles, qui propter artificium egregium nemini est paulum modo humaniori incognitus.* Humaniori πεπαιδευμένῳ. vide Gellium. SCAL. Videtur legendum: *qui sint aliqua* etc. nam verba: *quam operarios, quos dixi*, addita sunt ab expositoribus. VRSIN. Mihi maxime concinna videbatur illa lectio, quae post *literis* τὸ *et* inserit.

17, 4 FACILIVS ENIM HIS, QVAM MI-

potiſſimum eos praeeſſe oportet, qui periti ſint rerum ruſticarum. non ſolum enim debere imperare, ſed etiam facere, vt facientem imitentur [s], et vt animaduertant eum cum cauſa † ſibi [t] praeeſſe, quod ſcientia praeſtet et [u] vſu. neque illi [x] concedendum, ita imperare, vt verberibus coherceat [y] potius quam verbis, ſi [z] modo idem efficere poſſis. Neque eiusdem nationis plures parandos eſſe. ex eo enim potiſſimum ſolere offenſiones domeſticas fieri. Praefectos [a] alacriores faciundum [b] praemiis [c]: dandaque opera, vt habeant peculium, et coniunctas conſeruas, e quibus habeant filios. eo enim fiunt firmiores, ac coniunctiores fundo. Itaque propter has
6 cognationes Epiroticae familiae ſunt illuſtriores ac cariores. Ad [d] iniiciendum voluptatem

s) *imitetur P.* †) *cauſas P.* t) *ibi I. B. R.* u) *et vſu* deeſt *I. B. R. Ryck.* x) *illis P.* y) *coercetat I. B. R. coerceant P.* z) *Et* (*ſi modo id efficere poſſis*) *a. V.* a) *Praefactos B. R.* b) *faciendos I. B. R.* c) *ad facienda* inſer. *P. I. B. R.* d) *Ad* deeſt *P.*

MORIBVS NATV) Veteres libri hac parte perturbati, et fortaſſe vitioſi, *Facilius enim ii, quam minore*, etc. niſi, *ei quam minori*, legendum ſit: quod tamen durum eſſet. antea enim numero multitudinis de villicis locutus fuerat, et id ſtatim etiam fecit. Praeterea infra, vbi de operariis ſermo eſt, vnitatis numero in illis legitur *imitetur et animaduertat.* Vbi autem de his, qui praeſunt, non multo poſt, *Illis*, et *coerceant:* contra ac in impreſſis, quae nos omnia reliquimus, et tamen adnotare voluimus. VICTORIVS. Vetus ſcriptura integra eſt. ideoque vulgatae, quae inepta eſt, praeferenda: quae ita in illo optimo codice Victorii concepta fuit. *Facile enim ii, quam minore natu ſunt dicto audientes.* Et hic quoque vetuſtatis characteres duo. Nam *ii* pro *ei.* Et ἐναλλαγὴ numerorum, quae frequentiſſima eſt in hiſce libris. Vt infra: *Non enim ſolum*, inquit, *debere imperare, ſed etiam facere, ut facientem imitentur.* Nam *facientem* ſingulari dixit, cum id referatur ad plurale *peritos.* Sed et multa talia in hiſce libris reperies. Mens Varronis haec eſt: Facilius, inquit, tali et eiusmodi praefecto ſunt dicto audientes, quam alii cuiuis minore natu. Nam latine dicitur: *Frater maiore aut minore natu*; *et minore natu* hic eſt dandi caſu *ei, qui eſt minore natu.* SCAL. Haec inter edita meliora habentur, cum ſint vitioſiſſima et a Varrone aliena. Id ex vetuſtis ſtatim manifeſtum: *Facilius enim ii quam minore natu dicto ſunt audientes.* Quibus nos docet auctor, operarum praefectos qui aetate praeſtant, eſſe domini dicto magis audientes quam iuniores. Interpretes ſecus acceperunt, operas nimirum eſſe ſenioris praefecti magis dicto audientes quam iunioris; et hac ratione optimam ſententiam deprauarunt. PONTED.

17, 4 ET VSV) Haec verba videntur abundare. VRSINVS.

17, 5 EFFICERE POSSIS) videtur leg. *poſſit.*

17, 6 AD INIICIENDVM VOLVPTATEM) Idem de hoc loco dicere poſſum, quod de proxime ſuperiore. Vetus lectio, *Iniiciendum voluptatem praefectorum honore aliquo habendo, et de operariis qui praeſtabunt alios.* Fortaſſe pro *Voluptatem*, legendum eſt *Voluntatem.* Has enim voces ſaepe imperiti librarii confundebant, vt in Quintiliano quoque lib. VIII. (ita enim arbitror locum illum legendum) *Quae corrumpi ſpecioſiſſimi hominis tam obuia voluntate non poſſet.* Et in Lucretio: nam ſic locus deprauatus in ſecundo libro, reſtitui debet: *Libera per terras, unde haec animantibus extat, Vnde eſt haec, inquam, fatis auulſa voluntas? Per quam progredimur, quo ducit quemque voluptas.* Eaedem igitur hic quoque voces inter ſe locum commutarant, et in cunctis impreſſis libris vitium antea erat, quod ſententiam per ſe parum planam magis etiam obſcurabat. Agit enim ſummae eloquentiae et artis poeta de declinatione atomorum, qua Epicurus ſempiternum motum interruperat, et animis hominum libertatem acquiſiuerat. *Voluntatem* hic *liberam* appellat Lucretius, quod Graeci τὸ ἐκούσιον vocant, per quam fati neceſſitatem et perpetuam illam cauſarum ſeriem refellit. Cum enim homines illuc ſe ferre poſſint quo animus inclinat, atque inde diſcedere vnde idem auertit, omnis illa vis fatalis inanis eſſe intelligitur. Plurimis autem de cauſis, ac pro maximarum rerum introductione, declinationem hanc excogitauit Epicurus: non minimum, vt improbis ac facinoroſis hominibus facilem ſui purgandi rationem eriperet: illuc enim omnes confugere conſueuerunt, et ſuorum flagitiorum culpam in fatum reiiciunt: quod ſibi neceſſitatem peccandi impoſitam eſſe dicant, nec ſe vllo pacto poſſe contra fati leges repugnare. Veritus igitur ille ne facinoribus ſuis homines hoc pacto veniam impetrarent, fatum ſuſtulit, et animos noſtros liberos eſſe declarauit. quod Lucretius poſtremo verſu ſignificauit, *Per quam progredimur, quo ducit quemque voluptas.* Per quam, liberam ſcilicet voluntatem, deferimur illuc quo appetitio, et alicuius rei deſiderium, nos rapit. Huius emendationis me admonuit Franciſcus Medices, iuuenis ingenio, doctrina, probitate inſignis, et qui ad magnarum rerum atque

luptatem his [e] praefecturae [f], honore aliquo habendi [g] sunt: et de operariis, qui praestabunt aliqui [h], communicandum quoque cum iis, quae faciunda sunt opera. quod ita cum fit, minus se putant despici, atque aliquo numero haberi a domino. Studiosiores ad opus fieri liberalius tractando, aut cibariis, aut vestitu largiore, aut 7
remissione operis, concessioneue, vt peculiare aliquid in fundo pascere liceat, aut [i] huiuscemodi rerum [k] aliis, vt quibus quid grauius sit imperatum, aut animaduersum, qui consolando eorum restituat voluntatem, ac beneuolentiam [l] in dominum.

XVIII. DE [a] familia: Cato dirigit ad duas metas, ad certum modum agri, et genus sationis, scribens de oliuetis, et vinetis [b], vt duas formulas. vnam, in qua praecipit [c] quomodo oliuetum agri iugerum [d] CCXL instruere oporteat. Dicit enim in eo modo haec, mancipia XIII habenda, vilicum, vilicam, operarios V, bubulcos III, asinarium I, subulcum I, opilionem I. Alteram formulam scribit de vinearum iugeribus

e) *bis* deest *P.* f) *Praefectorum P.* g) *habendo: et P.* h) *alios P.* i) *aut* deest *I. B. R.* k) *rerum. Aliis I. B. R.* l) *beniuolentiam I. B. R.* [C. XVIII.] a) *Familiam Cato a. V.* et *H. St-D.* b) *vineis I. B. R.* c) *praecepit Hern.* d) *iugera P.*

atque artium scientiam, adiunxit hanc quoque elegantissimi poetae cognitionem. nam eum accurate legit, et vnus omnium omnes ipsius sensus optime percepit. quod verius me asserere posse arbitror, cum et ipse quoque in Lucretii lectione ac Epicuri decretis mediocriter versatus sim. De hac autem corporum indiuiduorum motione, quam *κατὰ παρέγκλισιν* Epicurus appellabat, et Cicero in primo *περὶ τελῶν*, et in libro de fato copiose disseruit: et Plutarchus in commentario, quo ostendit Stoicos ea decreuisse, quae inter se non bene haererent, ac vita etiam factisque eosdem a decretis suis dissentire: et in illo sermone, quo disputantes ingeniosos viros inducit, vtrae animantes prudentiores, quae in terrane an quae in aqua degant: nec non in alio etiam commentario, quem scripsit de ortu animi, a Platone exposito in Timaeo. Quibus omnibus in locis Stoicos accusat, quod cum pusillam rem, tenuemque, atomum scilicet vnam, minimo loci spatio de viis exire, concedere Epicuro nolint, vt plurimae atque vtilissimae res fiant, ipsi absurda multa ac hominibus incommoda molestaque effingant. Quamuis enim Epicureis Plutarchus aliis temporibus non valde aequus esset (vt qui tamen maiore odio aduersus Stoicos flagraret) rem quam non valde probat, contra illos defendit, ac multo tolerabiliorem quam commenta ipsorum esse tradit. VICT. Tota haec periodus ex veteri scriptura reconcinnanda est. *Iniiciendum voluntatem praefectos in aliquo honore habendo, et de operariis qui praestabunt, aliquot.* Tantum perperam scriptum fuit *voluptatem* pro *voluntatem*. Adhibendum est calcar, inquit, non solum si praefectorum aliqua habeatur ratio: sed et si ex ipsis operariis praestantiores qui erunt, honore afficiantur. SCAL. Videtur legendum: *ad iniiciendam voluntatem praeceptorum, aliquo honore habendi sunt,* hoc est, si dominus operarios aliquo honore habuerit, eos sibi ad imperata obsequentiores habebit. Sic infra: *vt quibus grauius quid sit imperatum, sit qui consolando eorum restituat voluntatem.* et supra: *praefectos alacriores faciendum praemiis.* Sed cum in V. C. sit, *ad iniiciendam voluptatem praefectorum*, fortasse legi posset, *ad eliciendam voluntatem praefectorum.* VRSINVS. Vetus haec est lectio: Iniicies, inquit, voluptatem et lubentiam operis rustici, si et praefectorum et operariorum praestantiores qui erunt, honore aliquo habueris. Et ita locutus est Caesar lib. 5. de bello Gallico: *Quos praecipuo semper honore Caesar habuit.* Sed magis placeret *praefectos in honore.* Liuius lib. 38. *Chios agro donarunt, et in omni praecipue honore habuerunt.* POPMA.

17, 6 DE OPERARIIS) Hae voces expungendae, et verbum *aliqui* in *alios* mutandum. Sic enim est in V. C. et sic Varro alibi locutus est apud Nonium in Catone, vel de liberis educandis: *Non solum, qui primus in alterutra re praestat alios, sed etiam qui sit secundus et tertius.* VRS.

17, 7 QVI CONSOLANDO) Videtur desiderari verbum *sit*, vt legatur, *si qui consolando.* VRS.

18, 1 CATO DIRIGIT) In antiquissimo libro, et hic, et aliis in locis, hoc verbum E in prima syllaba habet, quemadmodum sane veteres scribebant. cuius rei argumentum etiam est etymon quod habet verbum *Derectarii.* id autem in XLV libro Pandectarum est, De extraordinariis criminibus L. Saccularios, *Item qui derectarii appellantur: hoc est, hi qui in aliena coenacula se dirigunt furandi animo, plus quam fures puniendi sunt.* VICT. De oliueto agit Cato c. 10; de vineto c. 11.

18, 1 SVBVLCVM VNVM) In V. C. sequitur *Salictarium vnum.* Apud Catonem vero *summam mancipiorum XV* videtur Varro legisse infra in hoc ipso capite. VRS.

ribus centum, vt dicat haberi [e] oportere haec, XV mancipia, villicum, villicam, ope-
2 rarios x, bubulcum [f], asinarium [f], subulcum [f]. Saserna scribit, satis esse ad iugera
VIII hominem vnum: ea debere eum confodere [g] diebus XLV, tametsi quaternis
operis singula iugera possit. sed relinquere se operas XIII, valetudini, tempestati,
inertiae, indulgentiae [h]. LICINIVS, Horum neuter satis dilucide modulos reli-
3 quit [i] nobis. Quod Cato si voluit (vt debuit) vti [k] proportione, ad [l] maiorem
fundum vel [m] minorem adderemus, vel demeremus, extra [n] familiam debuit dicere
vilicum et vilicam. Neque enim si minus CCXL iugera oliueti colas, non possis
minus vno vilico habere: nec si bis tanto ampliorem fundum, aut eo plus colas, ideo
4 duo vilici, aut tres habendi fuere [o]. Operarii modo, et bubulci pro portione de-
mendi [p], vel addendi, ad minores, maioresue [q] modos fundorum. hi quoque si similis
est ager. sin [r] est [s] ita dissimilis, vt totus [t] arari non possit, vt si sit confragosus [u], atque
arduus [x] cliuis, minus multi opus sunt boues, et bubulci. Mitto [y] illud, quod mo-
dum,

e) *habere B. R.* f) *vnum* add. *a. V.* g) *fodere a. V. H. St-D.* h) *indiligentiae I. B. R.* i) *relinquit P.* k) *vt proportionem I. B. R. vt pro portione* diu. *Iunt. sit proportione Pol. 1. sic Pol. 2.* l) *vt ad Ba-G.* m) *et I. B. R. I. I.* n) *Praeterea extra I. B. R.* o) *fere P.* p) *demendi vel* deest *I. B. R.* q) *ad maioris P.* r) *nam si Ba-G.* s) *autem I. B. R.* t) *totus* deest *I. B. R.* u) *Quod si confrag. I. B. R.* x) *arduis I. B. R.* y) *Initio I. B. R. Iniicio I. I-G.*

18, 1 OPILIONEM) *Opilio*, vox magnae Graeciae. οἰπόλος, vt αἰπόλος. οἰοπόλον opilio. SCAL.

18, 1 ASINARIVM, SVBVLCVM) Cato interponit salictarium et XVI numerat. vid. Meurs.

18, 2 QVATERNIS OPERIS SINGVLA) distincte interpretatur hunc locum Col. 2, 4, 8. vid. etiam p. p. f. 6.

18, 2 LICINIVS) Rursus in V. C. pro *Licinius* posita est L. littera, quae, vt videtur e margine adscita est. VRS. vid. Vrsin. ad Varr. 1, 18, 2 et Scalig. ad Varr. 1, 59, 2.

18, 3 QVOD CATO SI VOLVIT) Hunc locum non tam miror corruptum esse, quam a diligentissimo Victorio praetermissum. Sed, vt video, satis habuit eruditus vir tantum scriptae lectionis rationem reddere. Nam ita Varronem scripsisse non dubito: *Quod Cato si voluit, vt debuit, vti proportione: ad maiorem fundum vel minorem addere vel demere: extra familiam debuit dicere villicum.* Nam ad maiorem fundum vel minorem addere, vel demere, hoc vocat vti proportione: nisi et ipsum est glossema. SCAL.

18, 3 VTI PROPORTIONE, VT AD MAIOREM) Particula *vt* abundat, et dictio *vti* hoc loco aduerbium est, non verbum infinitum. VRSINVS. Simpliciter hanc sententiam puto, quod si Cato voluit vt (*vti* enim coniunctionis vim habet) proportione (vel *pro portione*, cum vtrumque eandem vim habeat) adderemus ad maiorem fundum, vel demeremus de minore. Dixit *minorem*, vel quia complexus est vtramque dictionem vna formula, quod syllepseos genus dicere possis; vel quod *vti ad* retulit ad *proportione*.

18, 3 EXTRA FAMILIAM DEBVIT) Haec male distracta Varronis animaduersionem euertunt. Opinati sunt interpretes, si extra familiam Villicus et Villica ponantur, posse nos ad maiorem vel minorem fundum vti proportione. Quod aperte non verum; nam proposito oliueto iugerum CCXL. *e quo* (ita Varro mox explicat) *quum sexta pars sit ea XL, quae de CCXL demuntur, non video quemadmodum ex eius praecepto demam sextam partem, et de XIII. mancipiis, nihilo magis si villicum et villicam remouero, quemadmodum ex XI sextam partem demam.* Ostendit itaque Varro non posse vti proportione in propositis modis; quoniam numeri ita sunt, quos per alium communem metiri non valeas. Quod fieret, si mancipia fuissent vel XII, vel XVIII, vel XXIV; a quibus sexta pars demeretur, vt a CCXL sexta subducitur XL. Haec cum ita se habeant, alio modo sunt ordinanda: *Quod Cato si voluit* (vt debuit) *vti proportione, ad maiorem fundum vt minorem adderemus vel demeremus. Praeterea extra familiam debuit dicere villicum et villicam.* His adposuimus ex antiquis editionibus *praeterea*, et vltimum *vt* de *vel* immutauimus Caesenatis codicis ope; quoniam elegantius sonat ceu illud 3, 12. *paucos si lepores mares vt feminas intromiseris.* PONTEDERA.

18, 4 SIN EST ITA DISSIMILIS) Ita totum locum legito: *sin est ita dissimilis, vt totus arari non possit, quod sit confragosus; atque arduis cliuis.* Secuti sumus lectionem priscam, et fecimus, *quod sit*, cum ea habeat, *quod si*. Et *arduis cliuis* ex eadem reperimus. SCAL.

18, 4 VT SI SIT) Antiqua lectio diuersa: *Quod si confragosus atque arduis cliuis.* receptam tamen retinui. VICT.

18, 4 ARDVVS CLIVIS) Forte rectius *arduis*. VRS.

18, 5 MO-

dum, neque vnum, nec modicum propoſuit CCXL iugerum. Modicus [x] enim cen- 5
turia [a], et ea CC iugerum, e quo [b] quum [c] ſexta pars ſit ea XL, quae de CCXL
demuntur [d], non video quemadmodum ex eius praecepto demam ſextam partem:
et de XIII mancipiis nihilo magis ſi vilicum, et vilicam remouero, quemadmodum
ex [e] XI ſextam partem demam. Quod autem ait in C iugeribus vinearum opus eſſe
XV mancipia, ſi quis habebit centuriam, quae ſit [f] dimidium vineti [g], dimidium oli-
veti, ſequetur [h], vt duo [i] vilicos, et duas vilicas habeat [k]: quod eſt derediculum.
Quare alia ratione modus mancipiorum generatim eſt animaduertendus [l], et magis 6
in hoc Saſerna probandus [m], qui ait ſingula iugera quaternis operis vno operario ad
conficiendum ſatis eſſe. Sed ſi hoc in Saſernae fundo in Gallia ſatis [n] fuit, non con-
tinuo idem in agro Liguſtico [o] montano [p]. Itaque de familiae magnitudine, et reli-
quo inſtrumento commodiſſime ſcies, quantum [q] pares, ſi tria animaduerteris dili-
genter. In vicinitate praedia cuiuſmodi ſint, et quanta [r], et quot quaeque homini- 7
bus colantur; et quot additis operis aut demtis melius, aut deterius habeas cultum [s].
Biuium enim nobis ad culturam dedit natura, experientiam, et imitationem. Anti-
quiſſimi

x) *Modica a. V. Modicus P. Modius* caetera. a) *et* deeſt *I. B. R.* b) *qua I. L. G.* c) *ni a. V.* d) *diminuitur I. B. R. demitur I. I-G.* e) *centum viginti ſextam I. B. R.* ex quo ſic *CXX* ſcripto videtur noſtra lectio orta eſſe. f) *ſit* abeſt *I. B. R.* g) *et* inſ. *a. V. H. St-D.* h) *ſequeretur I. B. R.* i) *duos a. V. H. St-D.* k) *habere deberet I. B. R. habere debeat Ba-G.* l) *aduertendus I. B. R. animaduertendum P.* m) *aprobandus P. approbandus I. B. R.* n) *ſatis* deeſt *I. B. R.* o) *liguſco P.* p) *nomentano I. B. R.* q) *quantam I. B. R.* r) *quanta quotque hominibus I. B. R.* s) *cultum biuium. Nobis enim I. B. R. habeas. Nobis enim cultum biuium I. I-G.*

18, 5 MODICVS ENIM CENTVRIA) Credo *modius*, quod poſt Victorium proditos libros inſedit, ſphalma eſſe typographorum improuide repetitum. *Modicus modus*, hoc eſt ille modus, (ſcholaſtici *quantitatem* dicunt) qui *modum* aliis praebet, menſura menſurans, et norma normans, *eſt centuria* CC *iugerum*, a quo numero ſexta pars modi Catoniani abeſt, i. e. XL; neque tamen apparet, quomodo de ſumma hominum in formula Catonis propoſita ſexta pars dematur, vt ſeruari adeo queat proportio.

18, 5 QVOD AVTEM AIT IN C IVG.) Nonius de numeris et caſibus citat hunc locum ſine particula *in*. Chariſius lib. 1. *Iugeribus quidam Grammatici ita dicendum putant, quaſi ſit hoc iuger, tanquam hoc tuber. Varro R. R. lib. 1 iugeribus ſaepe dixit, quod vtique deſcendit a iuger, vt tuber.* VRS. Nonius haec adducit omiſſa *in*, quae tamen retineri poteſt, ſed in numero mancipiorum cum Varrone conſentit, etſi ipſius Catonis libri habent XVI. POPMA.

18, 5 VT DVO VILLICOS) Sic V. C. etiam, non *duos*, et ſic infra. et Virg. *Si duo praeterea tales.* VRS.

18, 6 QVI AIT SINGVLA) Videtur legendum: *Qui ait ad ſingula iugera quaternas operas ad conficiendum* etc. Supra in hoc ipſo capite: *Saſerna ſcribit ſatis eſſe ad iugera VIII hominem vnum.* Eſt autem opera, vt ait Plinius, vnius diei labor. VRSIN. Hoc igitur vult Saſerna, vnum hominem quatuor operis, h. e. quatuor dierum labore confodere vnum iugerum poſſe. Vide quae diximus ad ſ. 2. *vno operario* eſt datiuus archaicus.

18, 6 IN AGRO LIGVSTICO MONTANO) In optimo et antiquiſſimo codice nunquam *Liguſtico*, ſed aut *Liguſco*, aut *Liguſto*, hic *Liguſco*. In II libro *Liguſti*, de bubus ſermo eſt. In III iterum *Liguſcos*, legitur, *Secundum Italiam contra montes Liguſcos*. Nihil in his tribus locis variaui, priſcam tamen ſcripturam notam facere volui. Quaerendum, an *Liguſcos*, vt Hetruſcos, vetuſti ſcriptores dixerint. VICT. Scribimus ex veterum librorum auctoritate, *Liguſco*. vt alibi ſemper apud Varronem haud aliter ſcriptum monet P. Victorius. Nam *Liguſci*, vt *Etruſci*. Eadem quippe analogia *Liguria*, *Etruria*. Et *Etrures* potuit eſſe vt *Ligures*. ſic et *Megaribus* dixit Plautus, et *Illures*. Nam vt Λίγυες Graeci, ſic Ὄθρυες, *Etrures*, vbi o in e mutatum more illo Romanorum antiquo: *Apello*, pro *Apollo*, *Elera* pro *Olera*, *hemonem* pro *hominem*. Veteres enim Pelaſgi, qui inſederunt in Italia, ita vocarunt nobilem partem Italiae montoſam (ὄθρυες enim montes) vt τὴν κοιλάδα Campaniam. καμπὸς enim eorum vox priſca, vt alibi annotamus. Sic *Hernicam*, aſperam, vt in Graecia τὴν Τραχῖνα. Sic oppoſitam orienti *Apuliam*, ἀπηλιαν, ἀπηλιαν. Ἥλη enim Sol. vt inde facile poſſis agnoſcere veteris Graeciae veſtigia. Sic in ipſa Apulia qui indigenae non erant, vocati *Metapii*. ἄποι enim opponuntur τοῖς ἰθαγενέσι. Eodem modo in *Etruria*

quiſſimi agricolae tentando pleraque conſtituerunt, liberi eorum magnam partem
8 imitando. Nos vtrumque facere debemus, et imitari alios [t], et aliter vt faciamus experientia tentare quaedam; ſequentes non aleam, ſed rationem aliquam: vt ſi altius repaſtinauerimus, aut minus, quam alii, quod momentum ea res habeat. vt fecerunt ii, in sariendo iterum, et tertio, et [u] qui inſitiones ficulnas [x] ex verno tempore in aeſtiuum contulerunt.

XIX. DE reliqua parte inſtrumenti, quod ſemiuocale appellatur [a], Saſerna ad iugera CC arui, boum iuga duo ſatis eſſe ſcribit. Cato in oliuetis CCXL iugerum [b], boues trinos [c]. ita fit, vt Saſerna dicat [d] verum, ad centum iugera iugum opus eſſe [e], ſi Cato, ad octogena. Sed ego [f] neutrum [g] horum ad omnem agrum conuenire puto,
2 et vtrumque ad aliquem. alia enim terra facilior aut difficilior eſt [h] alia. Terram [i] boues [k] proſcindere niſi magnis viribus non poſſunt, et ſaepe fracta bura relinquunt vomeres in aruo. Quo [l] ſequendum nobis in ſingulis fundis, dum ſumus nouicii, triplici [m] regula, ſuperioris domini inſtituto [n], et vicinorum, et experientia quadam [o]
3 Quod addit aſinos, qui ſtercus vectent, treis, aſinum molarium, in vinea iugerum C iugum [p] boum, aſinorum [q] iugum, aſinum molarium [r]: in hoc genere ſemiuocalium, adiicien-

t) *alios, taliter* Ba-G. u) *vt* I. B. R. x) *ficulneas* I. B. R. [C. XIX.] a) *appellamur* P. b) *iugeris* P. c) *ternos* I. I-G. d) *dicit* P. e) *eſt* P. f) *ego* deeſt I. B. R. g) *modum* inſer. I. B. R. h) *eſt. Aliam Terram* P. i) *duram* add. I. I-G. k) *proſcindere non niſi boues magnis viribus* I. B. R. *proſcindere niſi boues* Ba-G. l) *Quod* I. B. R. m) *triplex* Ba-G. n) *inſtitutio* Ba-G. o) *quaedam* Ba-G. p) *iugus* P. q) *aſinorum iugum, aſinum molarium* deſunt I. I-G. r) *molendarium* I. B. R.

rie vocarunt *Vmbros*. Ea enim vox apud veteres ſignificabat ſpurium. Vnde apud Plinium inſititium quoddam genus ouium *Vmbri* dicuntur: vt apud Graecos ὑμβρίμαιοι. ſed *Ibrumne* an *Imbrum*, an *Vmbrum* dicas, nihil refert. In veteri gloſſario, *Imbrum* ἡμίονον, πρόβατον. Item *Iber*, ἡμίονος. Ab eo certo *Ibridas* ſpurios vocarunt. Vt et Galli eoſdem vocabulo illo dicunt, quo venatores nominant canem Lyciſcam. Nam *Ibrida* non eſt παρὰ τὴν ὕβριν, vt volunt primae notae grammatici, Sic αὐτόχθονας: *opicos* vocarunt. Nam *Terra Pelaſgis*, Ἆπις, *et Ops Latio*, vt in Conſectaneis monuimus. Porro ridiculum grammaticorum *Hetruria*, quaſi ἑτερουρία. nam et de *Liguria*, Λιγυρία poſſet dici eodem modo. Et ita de aliis. SCALIG. VV. CC. *Liguſco*; quod poteſt videri deductum a Liguria, vt Etruſco ab Etruria. VRSIN.

18, 8 NON ALEAM) Hoc eſt: ſortem atque fortunam. Supra: *vbi ſalubritas non eſt, cultura non aliud eſt atque alea domini vitae, et rei familiaris periculum*. VRSIN.

18, 8 AVT MINVS, QVAM ALII) Videntur haec verba ab expoſitoribus addita fuiſſe. IDEM.

19, 1 CATO IN OLIVETIS) Locus Catonis eſt ex cap. 10, item lib. 5 origg. *Sed protelo trini boues vnum aratrum ducunt*. Varro interpretatur tria iuga. VRSINVS.

19, 1 BOVES TRINOS) h. e. tria iuga ſ. boues ſex, vt ad Catonem obſeruatum eſt.

19, 1 AD CENTVM) Videtur legendum *ad centena iugera iugum opus eſſe. Cato ad octogena.* Ita videtur hic locus legendus. VRSIN. Peculiaris ratio τοῦ *vt* obſeruari hic meretur: *vt Saſerna dicat verum* ſignificat, *ſi Saſernae credimus*.

19, 1 SI CATO AD OCTOGENA) His extremis vel *I* vel *vnum* nempe *bouem* addendum eſt; nam tertia pars numeri CCXL eſt LXXX. PONTED. Niſi tamen ἀπὸ τοῦ κοινοῦ intelligi Varro voluit.

19, 1 ALIA ENIM TERRA) Locus eſt mendoſus ſine dubio, atque ita interpungendus eſt et emendandus: *alia enim terra facilior, alia difficilior eſt. Alte terram proſcindere.* Videndus Nonius in Bura. VRSIN. Quidni potius optimum librum Pol. ſequimur: *difficilior eſt. Aliam terram boues* etc. Nonius ab Vrſino laudatus 2, 92 ita refert hunc locum, quaſi eſſet *vomerem* numero vnitatis.

19, 2 FRACTA BVRA) Laudat h. l. Non. 2, 92. Merc. p. 80, 19.

19, 3 IN VINEA IVGERVM C, ASINORVM IVGVM, ASINVM MOLARIVM) Ex vetere ſcriptura locum reſtituimus, vnum tantum reliquimus. *Molendarium* enim pro *Molarium*, vetuſtiſſimum exemplar habebat. apud Catonem tamen *Molarium*, hunc enim ipſius locum exprimit, *Aſinos ploſtarios II, aſinum molarium.* In ſemiuetere codice *Molendinarium*, quo verbo iuriſconſulti etiam vſi ſunt, et haec fortaſſe vera M. Varronis lectio, quamuis enim ſententias Catonis

adiiciendum de pecore, ea [s] sola, quae [t] agri colendi causa erunt, vt solent esse pecuaria [u], pauca habenda, quo facilius [x] mancipia, quae solent se tueri, et assidua esse [y]
possint [z]. In eo numero non modo qui prata habent, vt potius oues quam sues habeant, curant [a], sed etiam qui prata [b] non habent, quia non solum pratorum causa 4
habere [c] debent, sed etiam propter stercus [d].

XX. IGITVR de omnibus quadrupedibus [a] prima est probatio, qui idonei sint boues, qui arandi causa emuntur, quos rudis, neque minoris trimos, neque maioris qua-

s) *quod ea Ba-G.* t) *quae dixit, agri Ba-G.* u) *peculiaria P. quae* inf. *Ba-G.* x) *facilius tueri possint, quoniam mancipia, quae solent esse assidua, esse non possunt Ba-G.* y) , infer. *Iunt.* z) *non possunt* etiam *I. B. R.* a) *curent I. B. R. Ba-G.* b) *prata non habent, quia* desunt *I. B. R. I. I.* c) *habent, propter stercus. I. B. R. I. I.* d) *De canibus vero vtile, quod villa sine iis parum tuta* add. *P.* [C.XX.] a) *quadripedibus P.*

Catonis recitet, non tamen iisdem semper verbis refert: vt supra. Cato enim *asinos plostarios II*, Varro, *asinorum iugum* dixit. VICTOR. Cato 10 non habet *molarium*. deinde *in vinea*, scribendum est littera maiori *In*. sunt enim ex tit. II. VRSINVS. Vox *molarium* non est apud Catonem: cuius hunc locum exprimit, *asinos ornatos Clitellarios, qui stercus vectent, tres; asinum vnum*; sed interdum sententias Catonis, non eadem verba refert. Paullo supra Nonius legit *relinquunt vomerem in arvo*; quod videtur melius. POP.

19, 3 PECVARIA) In V. C. est *peculiaria*. Totus autem locus ita legendus: *quae solent esse peculiaria, pauca habenda. Peculiaria* vero dicit, quae sunt ex peculio seruorum. Nam supra cap. 17 dixit, *vt peculiare aliquid in fundo pascere liceat*. Hinc *peculiarias res* dixit Vlpianus pro *peculiares*, et apud Varronem lib. 4 de L. L. fortasse legendum est: *vt peculiares oues, aliudue quid* pro eo, quod vulgo legitur, *peculatorias*. Nam, vt ait Festus, *peculium seruorum a pecore dictum est*. Videndus Varro supra cap. 2. VRS. Quicquid sit de voce *pecuaria*, illud praecipere videtur Varro, ea pecora, quae nullam aliam vtilitatem, nisi ad agrum sua opera colendum, adferunt, quam paucissima esse habenda, vt tanto plura ali possint mancipia, eaque per operam pecori impendendam minus auocentur. Caeterum Cortius ad Sall. Iug. 88, 4 legi vult *ea sola, quae agri colendi erunt*, omisso *causa*; idque dicendi genus ibi illustrat. Nos contra libros hic nihil audemus.

19, 3 QVO FACILIVS — POSSINT) In quibus repugnantia quis non videt? Qui se tuetur, non est assiduus; et contra. Occurritur huic vitio vnius literulae immutatione. *Et* si in *er* transeat et addatur proximo *tueri*, fit *tuerier*, nempe: *quo facilius mancipia, quae solent se tuerier, assidua esse possint*. Siquidem huiuscemodi inflexiones non solum a poëtis, verum etiam ab iis, qui soluta oratione scripserunt, vsurpatas indicat Catonis locus cap. 154 *ea fistulam subdito vti obturarier recte possit*. Ita apud Gruterum in quodam foederis fragmento: *auscarier iubeto*. PONTED. Nobis ita videbatur. Praecessit de asinis. Hi non habentur nisi agri colendi causa, neque enim lac praebent, neque lanam, neque carnem denique. hoc genus igitur animalia pauca habenda, quo facilius mancipia, quae solent ipsa se tueri, nec aliena cura indigent, (vt asini v. g. agasone) et esse possint in fundo, et assidua esse in opere, non onerandis, agitandis, curandis asinis intenta. Illa verba, *vt solent esse pecuaria*, includenda nunc videntur. Forte aliquis adscripsit exemplum animalium, quae non habentur agri colendi causa, sed mercaturae, vt sit in pecuariis omne genus.

19, 4 SED ETIAM QVI NON SOLVM) Lectionem eam retinui, quam formis olim in hac vrbe excusi libri habebant. Eandem enim in Mss. inueni, et in peruetusto inprimis, cuius maxime autoritatem sequor. Nec me latet, Venetiis excusos valde ab hac dissentire. opinor autem, cum locus obscurus sit, et fortasse decurtatus, aliquem, qui corrigere voluit, vt illi codices habent, ex ingenio restituisse. Cum multa autem illic et addita et immutata sint, tam libere mihi a priscis vestigiis discedendum non putaui. VICTOR. Sed non obsecutae Victorio editiones Lugd. 1541 et Rob. Stephani 1543. Reliquerat enim, vt videmus, Victorius lectionem praecedentium editionum, quam Aldum secutae reliquae mutarunt.

20, 1 RVDIS) antique pro *rudes*. Ouid. Fast. 1, 83 *Colla rudes operum praebent ferienda iuuenci*. Vide quae ad Iuuencum notauimus 2, 193. SCHOETTGEN.

20, 1 NEQVE MINORIS TRIMOS) Mirum genus loquendi, hoc est, neque minoris quam trimos. Sic supra: *Neque enim si minus CCXL iugera oliueti colas*. Id est, minus quam. Libro II, *Non plus triennium viuunt*. plus quam triennium. Et de ouibus: *Ne minus habeamus in centenas oues hirtas singulos homines*. Id est, quam singulos homines. Et de bubus, *Non minores oportet inire bimas*. Et de pauonibus, *Minoris bimos*

quadrimos parandum. vt viribus magnis [b] sint, ac pares, ne in opere firmior imbel-
liorem conficiat: amplis cornibus, et nigris potius quam aliter: vt sint lata fronte,
2 naribus simis, lato pectore, crassis coxendicibus. Hos veteranos ex campestribus lo-
cis non emendum [c] in dura ac montana:- nec non, ita [d] si incidit vt [e] sit, vitandum.
Nouellos cum quis emerit iuuencos, si eorum colla in furcas destitutas [f] incluserit,
ac dederit cibum, diebus paucis erunt mansueti, et ad domandum proni. Tum ita [g]
subigendum, vt minutatim assuefaciant, et vt tironem cum veterano adiungant [h].
imitando enim facilius domatur [i]. et primum in [k] aequo loco, et sine aratro, tum [l]
3 eo leui [m], et principio per arenam, aut molliorem terram [n]. Quos ad vecturas, item
insti-

b) *magni sint et I. B. R.* c) *emendum non, in* omnes praeter P. d) *ita* deest *I. B. R.* e) *vt sit* deest *I. B. R. Ba-G.* f) *destinata I. I-G.* g) *ita ad I. B. R.* h) *adiungunt I. B. R.* i) *domantur a. V. H. St-D.* k) *eot aequo in I. B. R. Ba-G.* l) *aut I. B. R.* m) *leui Iunt. simul gradi facias* inser. *I. B. R. simul arare faciant Ba-G.* n) *leniter procedant* add. *I. B. R. dum consuescant* add. *Ba-G.*

bimae, non idoneae. quae omnia compendiario dicta sunt, supplendum enim τὸ QVAM. sic Catullus; *Namque amplius horam Suffixum in longa me memini esse cruce.* Propertius libro II, *Et se plus vni si qua parere potest.* plus quam vni. Et infra, *praeter si aliter nequeas,* praeterquam si. SCAL.

20, 2 HOS VETERANOS) Col. 6, 2 *Infestatur bos conditione regionis, sicut ille, qui ex planis et campestribus locis in montana et aspera deductus est, vel ex montanis in campestria. Itaque etiam cum cogimur ex longinquo boues arcessere, curandum est, vt ex similibus patriis locis traducantur* etc. Ex hoc autem Columellae loco fortasse sic legendum apud Varronem: *Hos ex campestribus locis emendum, non in dura ac montana, nec contra. Nouellos* etc. VRSINVS.

20, 2 NEC NON ITA SI) Antiquissimum fidelissimumque exemplar dissentit ab hac lectione, quam et in aliquibus excusis et in semiuetere etiam inueni. Non tamen et ipsum mendo vacat, aut certam aliquam sententiam habet. Animaduertendum tamen an verae germanaeque lectionis vestigia illa sint. Nam hac, quam supra posui, non valde delector: et eam etiam nonnulli (nihil tamen melius adferentes) variarunt. Est igitur haec optimi codicis lectio, *Nec nostra si incidit*, etc. Vt autem nihil relinquam, quod possit studiosos adiuuare, videndum est, an vnius literae immutatione ita legi debeat, *Nec contra si incidit vt sit vitandum:* hoc sensu: Quemadmodum veterani boues e campestribus in montana loca non deducendi, ita contra ex duris et asperis locis non reformidandum in plana et campestria deducere. Hoc enim a nostris etiam agricolis diligenter obseruari solet. VICTORIVS. Antiquus liber, *Nec non tra si incidit.* Vnde fortassis ita legendum et distinguendum, *Nec contra si incidit vt sit, vitandum.* Veterani boues non emendi ex campestribus locis, inquit, et in montana loca deducendi: nec contra ex montanis locis in plana et campestria. Itaque si ita fert, vt sint emendi boues, id vitandum. Columell. lib. VI *Omnis bos indigena melior est quam peregrinus. nam neque aquae, neque paludis, nec caeli mutatione tentatur, neque infestatur conditione regionis* etc. POPMA. Acquiescendum arbitror in felici coniectura Victorii, *Nec contra si incidit vt sit, vitandum.* Arripuit Popma emendationem. sed male interpretatus est, et praeter quam verba patiuntur.

20, 2 IN FVRCAS DESTITVTAS) Mss. omnes, quos vidi, ita habent, nam formis antea excusi *Destinatae* mendose legunt. Nonius docet, *Destitui*, vetustis scriptoribus significare etiam rursus statui: atque id exemplo Naeuii Gymnastico confirmat, *In alto nauem iubet destitui ancoris.* et Caecilii Symbolo, *Destituit omnes seruos ad mensam ante se.* Videndum autem an locus antiqui poetae, qui adducitur a Cicerone in eruditissima epistola ad Paetum, eodem intellectu hoc verbum habeat. *Ita me destituit nudum.* Quod tamen non affirmo, vt de re valde incerta et obscura. VICT. V. C. *in furcas destitutas,* hoc est fixas, et statutas. Gracchus in orat. de legibus promulgatis apud Agell. 10, 3 *Idcirco palus destitutus est in foro; eoque adductus suae ciuitatis nobilissimus homo M. Marius, vestimenta detracta sunt, et virgis caesus est.* VRSINVS. Putauerim furcas maiores duabus cuspidibus in terram defixas esse in hunc modum Λ, qua ratione caput bouis domandi in terram deprimitur, et nisu vehementiori ademto iactare iugum dediscit. *Felices qui ferre incommoda vitae Nec iactare iugum vita didicere magistra.* Neque tamen non hoc etiam obseruandum, *destinata*, quod habent aliae editiones, et ad *colla* referunt, verbum esse et ipsum elegans et ad hanc rem apprime aptum, atque significare deligata, adstricta. Neque opus est exemplis id probare, cum in Fabriano thesauro quiuis reperire, quantum satis est, possit.

20, 3 QVOS AD VECTVRAS, ITEM INSTITVENDVM) Ex Crescentio deesse verbum *paras*, manifestum est, ad hunc modum: *Quos ad vecturas paras, item instituendum,* PONT. Intelligebam ἀπὸ τοῦ κοινοῦ *instituis.*

20, 3 PER

instituendum, vt inania primum ducant plaustra, et si possis, per vicum aut [o] oppidum [p]. Creber crepitus [q], ac varietas rerum consuetudine celerrima [r] ad vtilitatem adducit [s]. Neque pertinaciter, quem [t] feceris [u] dexterum, in eo manendum. Quod
si alternis fit [x] sinister, fit laboranti in alterutra parte requies. Vbi terra leuis, vt in 4
Campania, ibi non bubus grauibus, sed vaccis aut [y] asinis quod arant, eo facilius ad aratrum leue [z] adduci possunt, ad molas, et ad ea, si quae [a] sunt, quae [b] in fundo conuehuntur [c]. In qua re alii asellis, alii vaccis ac mulis vtuntur, exinde vt pabuli
facultas est. nam facilius asellus, quam vacca alitur; sed fructuosior haec. In [d] eo 5
agricolae hoc spectandum [e], quo [f] fastigio sit fundus. in confragoso enim ac difficili haec [g] valentiora parandum, et potius ea, quae plus [h] fructum reddere possint [i], cum idem operis faciant [k].

XXI. CANES potius cum dignitate, et acres paucos habendum, quam multos, quos consuefacias potius noctu vigilare, et interdiu clausos dormire [a]. De [b] indomitis quadrupedibus [c], ac [d] pecore [faciundum [e].] Si prata sunt [f] in fundo, neque pecus

o) *per* inser. *Ba-G.* p) *vbi* ins. *I.B.R. Ba-G.* q) *sit* interpon. *I.B.R. Ba-G.* r) *celeberrima a.V.* praeter *P.I.I.* quae *celeberrime.* s) *adducito I.B.R. Ba-G.* t) *quem* deest *I.B.R.* u) *dextrum I.B.R. I.I.* x) *sit I.B.R. I.I.* y) *et I.B.R.* z) *lene I.B.R.* a) *si qua a.V.* b) *quae* deest *I.B.R.* c) *conuehunt I.B.R.* d) *Canto agric. Ba-G.* e) *spectant I.B.R.* f) *quod P.* g) *haec* deest *Iunt.* h) *per se I.B.R.I.I.* i) *possunt I.I-G.* k) *faciunt I.I.G.* [C.XXI.] a) *et catena vinctos: vt soluti acriores fiant* add. *I.B.R. et* deest *I.I. et cathena vinctos esse, vt etc. Ba-G.* b) *Dein domitis P. I.B.R.* c) *quadripedibus P.* d) *et pecore instructo, et canibus hoc faciundum a.V.* e) *vt dixi* insuper add. *Ba-G.* f) *sunt I.B.R.*

20, 3 PER VICVM AVT OPPIDVM CREBER CREPITVS) Huic lectioni vna haec particula *vbi* post *oppidum* est addenda: *Vbi creber crepitus* etc. quae in quibusdam libris legitur; nam reliqua, quae in iisdem editionibus tradita sunt; *vbi creber crepitus sit, ac varietas rerum consuetudine celerrima ad vtilitatem adducito*, minus probantur, verbum *sit* est inutile; nam semper in huiusmodi locis sunt crebri crepitus, praeterea alterum vitiosum *adducito* pro *adducit*, rerum enim varietas, non bubulcus ad vtilitatem boues cito adducit. PONT. Ne opus esset illo *vbi* interpunxi post oppidum.

20, 4 TERRA LEVIS, VT IN CAMPANIA) Certe non vbique. De *Laborino Campaniae nobili* propter fertilitatem *campo* Plin. 17, 4 s. 3. *Idem solum vbicunque arduum opere, difficile cultu, bonis suis acrius pene, quam vitiis posset, adfligit agricolam.* Quid si traiectis vocibus scripserit Varro, *ibi non bubus grauibus, vt in Campania?*

20, 4 IBI NON BVBVS GRAVIBVS) Fortasse legendum: *vbi non bubus grandibus.* Col. 2, 2. *Et in hoc a Celso dissentio, qui reformidans impensam, quae largior est in amplioribus armentis, censet exiguis vomeribus et bidentalibus terram subigere, quo minoris formae bubus administrari queat* etc. potest etiam defendi lectio vulgata ex interpretatione Nonii, qui ait: *Graue, pro multum et valde. Varro vbi graues pascuntur atque alantur pauonum greges.* Quidam legunt *bubus*, sine dictione *grandibus.* VRS.

20, 4 ASINIS QVOD ARANT) Asinos olim ad arandum esse adhibitos, etiam infra ex nostro Varrone et Columella patebit. Plura loca tam ex sacris, quam profanis, adducit Schefferus de re vehic. 1, 8. SCHOETTG. Plin. 17, 5 s. 3. *In Byzacio Africae illum centena quinquagena fruge fertilem campum, nullis, cum siccus est, arabilem tauris, post imbres vili asello, et a parte altera iugi anu vomerem trahente, vidimus scindi.*

20, 4 EXINDE VT PAB.) Videtur legendum, *proinde.* VRS. sed eodem fere modo 1, 24, 2 Varro hac voce vsus est.

20, 5 QVO FASTIGIO) Vid. 1, 14, 2.

20, 5 HAEC VALENTIORA PARANDVM) Pro *haec* legendum *nec* defendit Pontedera Epist.

21, 1 ET INTERDIV CLAVSOS DORMIRE) Verba quae haec in excusis olim sequebantur, in Mss. non leguntur: ea autem sunt, *Cathena iunctos, vt soluti acriores fiant.* Videndum igitur, an noua sint, et ab aliquo correctore aut declaratore addita. VICT.

21 DE INDOMITIS -- FACIVNDVM.) Postrema vox *faciundum* delenda est, quae irrepsit ex lemmate. *Si prata sunt in fundo, pecus non est, quid sit faciundum.* Nam ita scripserat Varro *De indomitis quadrupedibus ac pecore: si prata sunt in fundo.* Vt supra, *De familia: Cato dirigit: Indomitas pecudes* vocat, quarum domitationem (vt loquitur Cicero) non facimus: neque comprehenduntur τῶν ὑποζυγίων nomine, sed tantum peco-

pecus habet [g], danda opera vt pabulo vendito, alienum pecus in suo fundo pascat, ac stabulet.

XXII. DE reliquo instrumento muto, in quo sunt corbulae, et [a] dolia et [b] alia,
haec [c] praecipienda. Quae nasci in fundo, ac fieri a domesticis potuerunt, eorum ne
quid ematur, vt [d] fere sunt, quae ex viminibus, et materia rustica fiunt, vt corbes,
fiscinae, tribula, mallei [e], rastelli. Sic quae fiunt de cannabi, lino, iunco, palma, scir-
2 po, vt funes, restes, tegetes. Quae e fundo sumi non poterunt, ea si empta erunt
potius ad vtilitatem, quam ob speciem, sumptu fructum non extenuabunt. eo magis,
si inde empta erunt potissimum, vbi ea et bona, et proxime [f], et vilissimo [g] emi pot-
erunt. Cuius instrumenti varia [h] discrimina ac multitudo agri magnitudine finitur,
3 quod plura opus sunt, si fines distant late. Itaque, STOLO inquit, proposita ma-
gnitudine fundi, de eo genere Cato scribit. Oliueti iugera CCXL qui coleret, eum
instruere [i] ita oportere [k], vt faceret vasa olearia [l] iuga v, quae membratim enumerat.
vt ex aere ahenea [m], vrceos, nassiternam [n], item alia. sic e ligno, et ferro, vt plostra
maiora tria, aratra cum vomeribus sex, crates stercorarias quatuor, item alia. sic de
ferramentis quae sint, et quot opus ad multitudinem, vt ferreas [o] octo, sarcula [p] tot-
4 idem, dimidio minus palas, item alia. Item alteram formulam instrumenti fundi vi-
narii fecit, in qua scribit, Si sit [q] centum iugerum, habere oportere vasa torcularia
instructa trina [r], dolia cum operculis culleorum octingentorum, acinaria XX, fru-
mentaria XX. item eiusmodi [s] alia. quae minus multa quidem alii, sed tantum nu-
merum culleorum scripsisse puto, ne cogeretur quotannis [t] vendere vinum. Vetera
5 enim quam noua, et eadem alio tempore, quam alio pluris. Item sic de ferramento-
rum varietate scribit permulta, et genere, et multitudine qua sint, vt falces, palas, ra-
stros. Sic alia quorum nonnulla genera species habent plures, vt falces. nam dicun-
tur

g) *dominus habet a. V.* [C. XXII.] a) *et* deest *P.* b) *sic Com.* sola. c) *sic praecipiendum a. V.* d) *vt* deest *Iuntt. ista Ba-G.* e) *et* inser. *a. V.* f) *precio vilissimo I. B. R.* g) *villissimo Iuntt. vtilissime Ba-R.* h) *ad* inser. *Herm.* i) *instituere Ba-G.* deest plane *Iuntt.* k) *oportet I. B. R.* l) *instruere* ins. *Iuntt. instructa Ba-G.* m) *ahena a. V. H. St-D.* n) *nasiternam Iuntt. et nasiternam a. V.* o) *furcas ferreas a. V. furcas rectas P.* p) *et sarcula a. V. surcula Vict.* q) *ager* ins. *I. I-G.* r) *trima P.* s) *eiusdem I. B. R.* t) *quod annis P.*

ris appellatione habentur: vt caprae, oues, sues. SCAL. Haec peractae narrationis clausula cuiusmodi multa in hoc opere inueniuntur, in posterioribus libris ad pauca contrahitur: *De indomitis quadrupedibus et pecore instructo ac canibus hoc faciundum.* Quibus apponendum est ex veteri Henrici Stephani codice: *quod dixi* vt tota clausula hoc modo ordinetur: *De indomitis quadrupedibus, de pecore instructo, de canibus hoc faciundum quod dixi.* PONTED.

21 NEQVE PECVS HABET) Quibus de veteribus editionibus inter *pecus* et *habet* videtur *dominus* collocandum. Quod simillimo alio lib. 2 loco confirmabimus: *propterea quod pabulum in fundo compascere quam vendere, plerumque magis expedit domino fundi.* PONTED.

22, 1 IVNCO, PALMA, SCIRPO) Pro *scirpo*, Pontedera coniicit *sparto* ad 23, 6. vbi v.

22, 1 VT FVNES, RESTES, TEGETES) Totum hunc locum Nonius adducit: *Tegetes* inquit, *a tegendo. Varro de R. R. lib.* 1. *Sic quae fiunt de canabi, lino, iunco* etc. Mendose tamen apud eum *de cannebino iunco* legitur. VICT.

22, 3 CATO SCRIBIT) c. 10, vnde petetur, si quid obscurum videbitur.

22, 3 VT FACERET) Cato c. 10. *Vasa olearia instructa iuga V.* et 145. *qui id negotium curabit, si sex iugis vasis opus erit, facito.* Videndus idem c. 12. VRS.

22, 3 AD MVLTITVDINEM) Hae voces videntur adiectae; et p. p. videtur leg. *vasa torcula*, non *torcularia.* ita enim est apud Catonem 12. VRS.

22, 4 ALTERAM FORMVLAM) c. 11.

22, 4 CVLLEORVM OCTINGENT.) De hoc loco satis multa ad Catonem dicta sunt.

tur ab eodem ſcriptore vineaticae opus eſſe ſex, ſirpiculae [u] v, ſiluaticae v̄, arborariae III, et ruſtariae [x] x. Hic haec. At SCROFA, inſtrumentum, et ſupellectilem ruſticam omnem oportet habere ſcriptam in vrbe [y] et rure dominum. vilicum contra ea ruri omnia certo ſuo quaeque [z] loco ad villam [debent [a] eſſe] poſita. Quae non poſſunt eſſe ſub claui [b], quam maxime facere vt ſint in conſpectu oportet. eo magis ea, quae in rariore ſunt vſu, vt quibus in vindemia vtuntur, vt [c] corbulae, et ſic alia. quae enim res quotidie [d] videntur, minus metuunt furem. 6

XXIII. SVSCIPIT AGRASIVS, Et quoniam habemus illa duo prima, ex diuiſione quadripartita [a], de fundo, et de inſtrumento, quo coli ſolet; de tertia parte expecto. SCROFA, Quoniam fructum, inquit, arbitror eſſe fundi eum, qui ex eo ſatus naſcitur vtilis ad aliquam rem: duo conſideranda [b], quae, et quo quidque loco maxime expediat ſerere. Alia enim loca appoſita ſunt ad foenum, alia ad frumentum, alia ad vinum, alia ad oleum. Sic ad pabulum quae pertinent, in quo eſt ocimum, farrago, vicia, Medica, cytiſum, lupinum. Neque in pingui terra omnia ſe- 2
runtur recte, neque in macra [c] nihil. Rectius enim in tenuiore terra ea [d] quae non multo indigent ſuco, vt cytiſum et legumina, praeter cicer: hoc enim quoque legumen, vt [e] caetera, quae velluntur [f] e terra, non [g] ſubſecantur [h]: quae quod ita leguntur, legumina dicta. in pingui rectius, quae cibi [i] ſunt maioris, vt holus, triticum, ſiligo,

u) *ſcirpiculae a. V.* x) *ruſticariae a. V.* y) *vrbe dominum et ruri villicum, atque ea omnia Ba-G.* z) *quoque P.* a) *debent* abeſt *I. B. R. Iuntt.* b) *clam P.* c) *et P.* d) *cotidie P.* [C. XXIII.] a) *quadripertita P.* b) *reſtant* inſ. *I. B. R. Ba-G.* c) *macra: nihil rectius I. B. R.* d) *quam ea I. B. R.* e) *et Ba-G.* f) *euelluntur I. B. R.* g) *neque Ba-G.* h) *vt fruges* inſ. *I. B. R. ſuccum tollunt* interpon. *Ba-G.* i) *ibi I. B. R. ſucci Ba-G.*

22, 5 OPVS ESSE SEX) Emendandum *opus eſſe XL.* Haec enim ſumma apud Catonem eſt; praeterea in optimo exemplari huius lectionis non parua veſtigia remanent, *Eſſe exi ſirpiculae.* E enim littera inutiliter iterata eſt, et ex I, quod eſt poſt X faciendum L. ita erit XL, et cum Catonis ſumma congruet. VICT.

22, 5 RVSTICARIAE) In V. C. legitur *ruſtariae.* Ca. II. Forte quibus rubi ſecantur. Feſtus: *Ruſtum ex rubus.* VRS.

22, 6 IN VRBE) Videtur legendum, *In vrbe dominum, villicum contra ea ruri omnia ſuo quaeque loco poſita* etc. pendet enim oratio ab eo, quod ſupra dixit, *oportet habere.* IDEM.

22, 6 OPORTET) Hoc verbum videtur abundare. IDEM.

23, 1 ET QVONIAM) Particula *et* abundat. IDEM. Male Vrſinus: Nam Varro ſolet ſaepius periodos ab his particulis ordiri. Exemplum habes infra 1, 27, 1. SCHOETTG.

23, 1 EX DIVISIONE QVADRIP.) quae propoſita eſt 1, 5, 4.

23, 2 RECTIVS ENIM IN TENVIORE) Hoc praeceptum Plinius ad verbum transſcripſit in lib. XVIII, 17, ſ. 46 etſi Varronis nomen reticuit. Eleganter autem dixit *cibum leguminum,* id eſt, ſuccum. Lucretius [1, 354.] *Quod cibus in tota vſque vel ab radicibus imis, Per truncos ac per ramos diffunditur omnis.* Plinius ibidem: *Omnia ea animalia cum cibo deficiunt.* et lib. XII, [quin 17, 2] *Imbres vero tum expetendi euidens cauſa eſt, quoniam arbores fetu exinanitas, et foliorum quoque amiſſione languidas, naturale eſt, auide eſurire. Cibus autem earum imber.* POPMA.

23, 2 PRAETER CICER) Ex hoc loco Varronis corrigendus Plinius 18, 17 vbi ſic ſcribit: *Subtilis eſt illa ſententia, ſerenda ea in tenuiore terra, quae non multo indigent ſucco, vt cytiſus et cicer, exceptis leguminibus, quae velluntur e terra, non ſubſecantur, vnde legumina appellata, quia ita leguntur* etc. Sed legendum: *vt cytiſus, et cicere excepto, legumina, quae velluntur e terra.* Theophr. 3, 26 de cauſ. plant: *αἱ μὲν γὰρ ἐλάττονος καὶ κουφοτέρας δέονται τροφῆς, αἱ δὲ πλείονος καὶ σωματωδεστέρας.* Ex quibus verbis apparet, apud Plinium legendum *cibo,* non *ſucco.* VRSINVS.

23, 2 QVAE CIBI SVNT MAIORIS) In excuſis antea libris: *Succi:* in Mſſ. omnibus *Ibi* ſcriptum inueni; quare vna addita littera, *Cibi* caſtigaui. In ſemiuetere Codice poſt *Maioris, Virtutis* additum erat, audacter tamen et barbare ſupra enim neque *Suci* neque *Cibi* habebat. Quare ita locum ſuppleui. VICT. Rectiſſime, vt et alia, haec reſtituit P. Victorius: Nam arbores ſeu plantas alias, vt olera, eſurire dicebant veteres. Vnde apud Theophraſtum ruſticorum prouerbium, τὰ

3 filigo, linum. Quaedam etiam ferenda non tam [k] propter praefentem fructum, quam
in annum profpicientem, quod ibi [l] fubfecta [m] atque relicta [n] terram faciunt melio-
rem. Itaque lupinum cum necdum [o] filiculam cepit, et nonnunquam [p] fabalia [q],
fi ad filiquas [r] non ita peruenit vt fabam legere expediat, fi ager macrior eft, pro
4 ftercore inarare folent. Nec minus ea difcriminanda [s] in conferundo, quae funt fru-
ctuofa [t], propter voluptatem, vt quae pomaria ac floralia appellantur. Item illa
quae ad hominum victum ac fenfum, delectationemque non [u] pertinent, neque ab
agri vtilitate funt diiuncta [x]. Idoneus locus eligendus vbi facias falictum et arundi-
5 netum, fic alia, quae humidum locum quaerunt. Contra vbi fegetes frumentarias,
ibi [y] fabam potiffimum feras. Item alia [z], quae arida loca fequuntur [a]: ficut [b] vm-
brofis locis alia [c] feras, vt corruda [d], quod ita petit afparagus: et [e] apricis [f], vt ibi
feras violam, et hortos facias, quod ea fole nutricantur. Sic alia [g] et alio loco ferun-
da [h], vt habeas vimina, vnde viendo [i] quid [k] facias, vt firpeas [l], vallos [m], crates. Alio
loco

k) *iam P.* l) *vbi B. R.* m) *fubfectam P. fubiecta I. I-G.* n) *relictam P.* o) *dominus I. B. R. nec dum* diuif. *I. I-G.* p) *nunquam I. B. R.* q) *fabulia P.* r) *filicas P. 2.* s) *difcriminunda I. B. R. difcriminenda P.* t) *ab iis quae funt* infer. *Ba-G.* u) *non* deeft *I. B. R.* x) *disiuncta I. I-G.* y) *vbi P.* z) *oleta Ienff. olera B. R.* a) *fecuntur P.* b) *fic: vt B. R.* c) *alta I. B. R. I. I.* d) *non noceat* inf. *I. B. R.* e) *et* deeft *Iuntt. et apricis* omitt. *P.* f) *aprica fit terra, vbi feras I. B. R.* g) et *alia I. B. R. Ba-G. H. St. D* h) *feranda P.* i) *vtendo* alii praeter *Ba-G.* k) *aliquid I. B. R. C. quid P.* l) *fcirpeat a. V.* m) *vallus P.*

λάχανα πιεῖν. Inde Plinius non abfimile dixit lib. 17 cap. 2, *Imbres vero dum expetendi euidens cauffa eft, quoniam arbores foetu exinanitas, et foliorum quoque amiffione languidas naturale eft auide efurire Cibus autem earum imber.* SCAL. In V.C. eft *ibi* pro verbo *fucci*, vt videatur legendum *cibi.* Plin. 18, 17 *In pingui autem, quae cibi funt maioris, vt olus, triticum, filigo, linum* etc. hoc eft, quae plus fucci et alimenti trahunt e terra. VRS.

23, 3 CVM NEC DVM SILICVLAM) In cunctis Mff. *Cum dominus filiculam* inueni: quae fcriptura vitium omnino habet, nec tamen temere omnes arbitror antiquos ab impreffis diffentire. VICT. Vetus fcriptura, *Cum dominus filiculam caepit.* Vox *Dominus* delenda eft: itaque legendum, *Cum filiculam caepit.* Iubet lupinum fubfecare cum filiculam caperet, hoc eft, ὅταν ἀπολοβωθῇ, cum in filiquam peruenerit. Sic Plinius de arboribus dixit, *Radices capere*, τὸ ἀποῤῥιζοῦσθαι. Sic Cato *granum capere. Si*, inquit, *macra, erit, quod granum cepit, ne ferito:* Sunt enim rufticorum formulae loquendi. SCAL. Fortaffe legendum: *filiculam incepit*, vel *filiquare coepit.* Plin. 17, 9 *Inter omnes autem conftat, nihil effe vtilius lupini fegete, priusquam filiquetur, aratro vel bidentibus verfa* etc. Videndus Varro in hoc ipfo libro cap. 31. VRS. Vetus lectio, *cum dominus filiculam cepit*, ex qua fecerim: *Cum non nimis f. c.* quod mox dicit, *fi ad filiquas non ita peruenit, vt legere expediat.* Plinius vno verbo *filiquare* dixit lib. 17. *Inter omnes autem conftat, nihil effe vtilius lupini fegete, priusquam filiquetur, aratro vel bidentibus verfa.* Sic Cato dixit: *Quod granum capiat*; et, *Ramum, quem radicem capere voles.* POPMA. Ita deformauit Aldus. etenim veteres tam manu exarati quam formis excufi libri diffimiles: *Itaque lupinum cum dominus filiculam cepit.* Quae facile ad integritatem rediguntur: Itaque lupinum *tum denicum filiculam cepit.* PONTED. Salmaf. ad Soli. p. 172, b. G. *Quando minus f. c.*

23, 4 AD HOMINVM VICTVM, AC SENSVM) Eleganter *fenfum*, εὐπάθειαν, ἡδυπάθειαν. Porro quae fequuntur, ita legenda: *Item illa quae ad hominum victum, ac fenfum delectationemque non pertinent, neque ab agri vtilitate funt diiuncta, idoneus locus eligendus, vbi facias falictum.* Nam falictum neque ad hominum victum, vtpote cum nihil efculenti ferat, neque ad fenfum, cum inter ea numerari non poffit, quae vocantur Floralia, pertinere poteft. SCAL.

23, 5 IBI FABAM) Videtur legendum: *vbi.* Nam pendet fententia ab illis verbis, *idoneus* etc. paullo poft totus hic locus fic videtur legendus: *Item alia, quae arida loca fequuntur, fic vt vmbrofis locis alia feras, vt corrudam. quod ita petit afparagus: et apricis, vt ibi feras violam, et hortos facias, quod a fole nutricantur.* VRS.

23, 5 VNDE VIENDO QVID FACIAS) *Viendo* legi debere oftendit Nonius, qui vim huius verbi declarans, auctoritate M. Varronis vtitur, et hunc ipfum locum adducit. Peruetuftus igitur etiam codex hac parte mendofus eft, in quo *Vtendo*, legitur. Sed aliud etiam quod non minus perturbat, in eo hic eft. nam poft *Vtendo* L. pofitum eft. *Vnde vtendo L. quid facias.* et contra ea verba in margine mendi nota appofita. Haec
(fateor)

loco vt feras ac colas filuam caeduam, alio vbi aucupare. Sic vbi cannabim, linum, 6
iuncum, fpartum, vnde [n] nectas bubus paleas, lineas [o], reftes, funes. Quaedam lo-
ca [p] eadem alia [q] ad ferendum idonea. nam et in recentibus pomariis defitis femini-
bus, in ordinemque arbufculis pofitis primis annis ante quam radices longius proce-
dere poffint, alii conferunt hortos, alii quid aliud. neque cum conualuerunt [r] arbo-
res, idem faciunt, ne violent radices. STOLO ad haec, Quod ad haec pertinet [s], 7
Cato non male quod fcribit de fationibus, ager craffus et laetus, fi fit fine arboribus,
eum agrum frumentarium fieri oportere. idem ager fi nebulofus fit, rapa, raphanos [t],
milium [u], panicum [x].

XXIV.

n) *vnde lineas, reftes, funes facias, quibus nectas boues, paleas, et alia, quaedam etc. Ba-G.* o) *li-neas reftis, I. B. R. I. I.* p) *loco Heru.* q) *et alia Ba-G.* r) *conualuerint I. B. R.* s) *pertinens P.* t) *raphanum a. V.* u) *mulium H. St. Zw. D.* x) *fert* add. *a. V.*

(fateor) me res multum torfit, ac diu folicitum habuit, nec aliquid quod probarem, vnquam excogitare potui. Antea vbi Licinius nomen, in antiquiffimo L. tantum. vt ibi, *Fructus folent difperire L. dubium enim* etc. Item de numero rufticorum, *Tempeftati, inertiae, indulgentiae L. horum neuter,* etc. quod quamuis rationem non habeat, et culpa omnino librarii commiffum fit (neque enim L. Licinius fignificat) tamen tolerari poteft. nam fermonem ab alio fufcipi fignificat, hic locum non habet. Hoc in aliis etiam locis inueni, quae indicabo cum ad ea peruenero: neque enim nunc magis turbare lectorem volo. VICT. Ex veteribus codicibus habent aliqui *qualos,* non *vallos,* Videndus Feftus in *viere.* VRS. Nodum, qui hic torquet Victorium, feliciter vel foluit, vel fecuit Scal. ad 1, 59, 2: itemque Vrfinus ad 1, 11, 1. Locus Nonii eft 2, 925. Merc. p. 189. *Viere, vincire, inflectere. Varro de R. R. l. 1.* vt habeas vimina, vnde *viendo* quid facias. Et agnofcunt illud *viendo* iam veteres aliquot, vt obferuauimus, editiones, quo minus dubitauimus illud reftituere.

23, 5 VALLOS, CRATES) Valli hic non χάρακες funt, vt alias, fed λικμοὶ, ὑποκοσκινικοί. Quod vero fequitur *alio loco, vt feras,* vt pro *vbi* ἵνα. Catullus: *Vt conuenerat effe delicatos.* SCAL. Tanto minus dubitationis habet Scaligerana annotatio, quod etiam 1, 52, 2 *vallum* ita dixit nofter. neque deriuationis analogia repugnat, eft enim vt a vino, *villum, catella* a *catena, catillus* a *catino,* a *puluino puluillus, bellus* a *bono* vel *bene, vllus* ab *vno,* ita *vallus* a *vanno.* Vix igitur opus eft Vrfini emendatione. Quin venit in mentem, ipfumne forte *qualus* ex *vallo* ortum fit.

23, 5 VBI AVCVPARE) forte rectius *aucupere.* Sed funt multa in eo genere apud Varronem et alios.

23, 6 VNDE NECTAS BVBVS PALEAS) Non inconcinna eft lectio editionis Heruagianae: *Sic vbi cannabim, linum, iuncum, fpartum, vnde lineas, reftes, funes facias, quibus nectas boues, paleas, et alia quaedam loco eodem, et alia ad ferundum idonea.* Verum Bodaeus a Stapel ad Theophr. hift. plant. 1, 8. et Guilandinus de papyro c. 9. p. 270 feq. loco *paleas* legunt *foleas,* tales fcilicet, quibus boum, quando aegri funt, pedes nectuntur. Occurrunt eaedem apud Col. 6, 12, 2 *ac folea fpartea pes induitur:* et Galenum de aliment. facult. 1, 9 καθάπερ ὁ σπάρτος ὀνομαζόμενός ἐστιν, ἐξ οὗ πλέκουσιν ὑποδήματα τοῖς ὑποζυγίοις. Eft autem hoc fpartum herba eiusdem generis cum lino, cannabi etc. diftinguenda a fparto Graecorum, quae eft frutex, vt prolixe docet Bodaeus a Stapel l. c. SCHOETTG. Illud *paleas* in dubium apud omnes venit. De eo coniicio fuiffe *palmam* et adnexum *fpartum,* vt cap. 22 *Sic quae fiunt de cannabi, lino, iunco, palma, fcirpo, vt funes, reftes, tegetes.* Sed in his quoque animaduertere licet *iuncum* et *fcirpum* vnam eandemque ftirpem effe apud veteres; propterea fufpicari poffumus *fcirpo* de *fparto* deprauatum. PONTED.

23, 6 QVAEDAM LOCA EADEM) *Eadem* primus cafus eft, *alia* quartus: fententia, quaedam loca *fimul* ad *diuerfa* ferenda funt idonea. Vidit et Pontedera.

23, 6 DESITIS SEMINIBVS) Antiqui libri: *deffitis.* Receptam lectionem fufpectam habeo. nondum tamen, quod libenter fequar, inuenio. VICT. *Defita femina* funt in agro furculario depofiti malleoli; neque mendum eft in hac lectione. nam *deferere,* in teram deponere. Tibullus; *Nam veneror, feu ftipes habet defertus in agris, Seu vetus in triuio florea ferta lapis.* Nam *defertus* et *defitus* idem ab eadem origine. SCAL. Non eft caufa, cur haec lectio mutanda fit. Poffet tamen legi *diffitis.* VRSIN. In antiquis libris non *defitis* legitur, fed *deffitis* pro *diffitis* a *deffito* [*deffero* voluit, credo, Vir Cl. pro *differo*] vt *deuertor, derigo, defcretis.* Itaque *deffitis feminibus* nempe ftirpibus per interualla feparatis. PONTED.

23, 7 DE SATIONIBVS) Hae voces adiectae funt ab expofitoribus. Locus Catonis eft ex c. 6. quem citat Plin. 18, 17 his verbis: *Catonis haec fententia eft, in agro craffo et laeto frumentum feri* etc. IDEM.

24 Inepte

XXIV. IN agro crasso et calido oleam conditaneam, radium maiorem Sallen-
tinam[a], orchitem[b], poseam, Sergianam[c], colminiam, albicerem: quam earum in his
locis optimam dicent[d] esse, eam maxime serere. Agrum[e] olivueto conserundo, nisi
2 qui in ventum fauonium spectet, et soli ostentus sit, alium bonum nullum esse. Qui
ager frigidior, et macrior sit, ibi oleam Licinianam seri oportere. Si in loco crasso,
aut calido posueris, hostum nequam fieri, et serendo[f] arborem perire, et muscum
3 rubrum molestum esse. Hostum vocant, quod ex vno facto olei reficitur. Factum
dicunt, quod vno tempore conficiunt. quem alii CLX[g] aiunt esse modiorum, alii
ita minus magnum, vt ad CXX descendat et[h] exinde, vt vasa olearia quot, et quanta
habeant, quibus conficiunt illud. Quod Cato ait, circum fundum vlmos et populos,
vnde frons[i] ouibus et bubus sit[k], et materies, seri oportere. sed hoc neque in omni-
bus fundis opus est, neque in quibus est opus, propter frondem maxime, sine detri-
4 mento ponuntur ab septentrionali plaga[l], quod non officiunt soli. Ille adiicit ab
eodem[m] scriptore, Si locus humectus sit, ibi cacumina populorum serunda, et arun-
dinetum. id prius bipalio verti[n], ibi oculos arundinis pedes ternos alium ab alio seri,
ibi

[C. XXIV.] a) *salentinam a. V.* b) *orcitem P.* c) *sargianam B. R.* d) *dicent P.* e) *Agro P.* f) *foecundo I. B. R. efferendo P.* g) *centum quadraginta I. B. R.* h) *et deest I. B. R.* i) *frondes I. B. R. fros Pop.* k) *sint I. B. R.* l) *parte I. B. R.* m) *eo Ienss.* n) *versito I. B. R.*

24 Inepte diuisum caput; lemma a primis verbis appositum fuerat. Atque hoc quidem facilem medicinam habuit: diuisionem mutandi causa satis idonea non fuit, (quis enim finis, si quis inceptas id genus distractiones, quae scriptores sacros profanos deformant, mutare velit?) retinendi magna. maior iudicandi.

24, 1 OLEAM CONDITANEAM) Ca. c. 6. habet *conditiuam*, et ita legit Plin. 15, 5 sed Nonius *conditaneam* legit, vt hic, et interpretatur, quae condi vel condiri possit, hoc adducto Varronis loco. VRSINVS. Locus est 2, 194 Merc. p. 94, 9 qui legit *poseam Serginam*.

24, 1 COLMINIAM) Ca. 6. habet *Colminianam* vt Plin. 15, 15. VRS.

24, 1 NISI QVI IN VENTVM) Plin. 15, 5 *Spectare oliueta in Fauonium loco exposito solibus censet.* cap. 6. *nec vllo alio modo laudat condi oliuas optime orchites et pausias, quam vel virides in muria, vel fractas in lentisco* etc. Videntur autem apud Plinium tollenda verba *cap.* 6 quae adiecta sunt ab eo, qui indicare voluit posterius membrum *condi oliuas optime orchites*, esse ex tit. 7. IDEM. Nimirum vt sexcenties factum est apud Plinium, imperite noui capitis notam apposuit, quicunque primus apposuit. praecedit sane V, sequitur VII. Vid. quae diximus ad principium huius ipsius capitis.

24, 2 LICIN. SERI OPORTERE) V. C. *oportet*. Plin. 15, 3 legit *Liciniam*. VRSIN.

24, 2 EX VNO FACTO OLEI REFIC.) Quid si *conficitur* vel *efficitur*?

24, 2 EXINDE VT VASA) Iam 1, 20, 4 ad proportionem et rationem hanc vocem referri vidimus.

24, 2 CIRCVM FVNDVM) Cato *circum coronas*, quam vocem recte in Indice ex hoc ipso loco interpretati nobis videmur.

24, 3 VNDE FRONS OVIBVS) Nonius in *Frons.* Charis. lib. 1 *Fros, sine littera n, ne faciat inquit Plin. frontis*, et citat hunc locum Varronis: et lib 15 *Antiqui Romani fros, foenum, messis.* VRSIN. Verba Catonis sunt: *vti frondem ouibus et bubus habeas*; adeoque non vtitur casu recto, SCHOETTG. Scribendum *fros* sine *n* si Charisio credimus lib. 1. Inst. Gramm. tradenti: *fros sine n, ne faciat, inquit Plinius, frontis: Varro Rerum Rusticarum lib. I, Vlmos ac populos vnde est fros. Idem Antiq. Rom. Lib. XV, fros, foenum, messis.* PONTED.

24, 3 SED HOC NEQVE) Illud *sed* cum interpuncto praecedente si tollas, concinnior erit oratio, et respiciet ad verba, *quod Cato ait.* Certe aut hoc *sed*, aut *quod* illud periodum inchoans abest rectius. Alio modo separanda sunt: *Sed hoc neque in omnibus fundis opus est, neque in quibus est opus propter frondem maxime. Sine detrimento.* PONTED.

24, 3 SINE DETR. PONVNTVR AB SEPTENTR.) Sententia postulat, vt *nisi* excidisse intelligamus post *ponuntur*. Duo opponit Varro Catonis praecepto, primo: *non in omnibus fundis opus esse*, quosdam facile his arboribus carere; deinde in *quibus propter frondem opus sit*, in iis tamen ipsis *non posse poni sine detrimento.* cur? quia soli officiunt ob altitudinem: NISI *ab septentrionali plaga.* Res, nisi fallor, aperta.

24, 4 ILLE ADIICIT) Quis? Licinius puto Stolo, qui adhuc locutus fuerat. conf. 1, 49, 1. Locus Catonis est 6, 2.

24, 4

ibi [o] quoque corrudam, vnde asparagi fiant; aptam esse vtrique eandem fere culturam. salicem Graecam circum arundinetum seri oportere, vti sit, qui vitis alligari possit.

XXV. VINEA, quo in agro serunda sit, sic obseruandum. Qui locus optimus vino sit, et ostentus soli, Aminaeum minusculum, et geminum eugeneum [a], helueolum [b] minusculum seri oportere. qui locus crassior sit, aut nebulosus, ibi Aminaeum [c] maius, aut Murgentinum, Apicium [d], Lucanum seri. caeteras vites, et de his miscellas [e] maxime, in omne genus agri conuenire.

XXVI. IN omni vinea diligenter obseruant [a], vt ridica vitis ab [b] septentrione versus tegatur [c]. et si cupressos viuas pro ridicis [d] inserunt, alternos ordines imponunt: neque eas [e] crescere altius, quam ridicas patiuntur [f], neque propter eas [g] adserunt vites, quod inter se haec inimica. AGRIVS Fundanio [h], vereor inquit, ne ante aeditimus veniat huc, quam hic [i] ad quartum actum [k]. vindemiam enim expecto. Bono animo es, inquit SCROFA: ac [l] fiscinam [m] expedi, et vrnam.

XXVII.

o) *ibi quoque corrudam, vnde asparagi fiant* def. *I.B.R.* [C.XXV.] a) *et* inf. *a.V. H. St-D.* b) *helutum P.* c) *ammineum Iens. amineum B.R. aminneum P.* d) *aut apicium lucanum I.I-G.* e) *misellas a.V.* [C.XXVI.] a) *obserua I.B.R.* b) *ad septentrionem I.I-G.* c) *figatur Ba-G.* d) *ridicis quas I.B.R.* e) *ea B.R. eos P.* f) *patiuntur I.B.R.* g) *eos vt P. Ryck.* h) *Fundani I.I-G.* i) *hinc a.V.* k) *arctum Herm. accedamus* praeterea add. *a.V.* l) *ac* deest *a.V.* m) *fiscinas expediet, ac a.V.*

24,4 APTAM ESSE VTRIQVE EANDEM) Videtur legendum: *Apta esse vtrique eadem.* VRSINVS.

25 QVI LOCVS OPTIMVS) Pleniora haec euadent, si ex Catonis laudato loco (cuius nomine haec recensentur) desumtum *ibi* addatur hoc modo: *soli, ibi amineum.* Idem *ibi* legitur in Catone. Quod etiam Varro transscribere solitus fuit, vt infra patet: *Qui locus crassus sit et nebulosus, ibi amineum maius etc.* PONTED.

25 ET DE HIS) Hae voces videntur abundare, nec sunt apud Catonem 6, nec Plin. 14, 4. VRSIN.

26 OBSERVANT) Videtur legendum *obseruatur*, et pro *figatur* p. p. in V. C. legitur *tegatur*. Est autem *ridica* sextus casus. p. p. vbi habetur, *veniat huc*, videtur legendum sine *huc*. VRSIN. Idem docet Plin. 17, 2 cum hac tamen differentia, vt ab aquilone non protegantur, quia eius adflatu densiores materiaeque firmiores redduntur. Qualis autem inter Aquilonem et Septentrionem sit differentia, docet idem 2, 47. SCHOETTGEN.

26 NEQVE PROPTER EAS) Et sensus et vetus scriptura iubet legere *eos.* Intelligit enim ordines cupressorum. *Imponunt* autem pro interponunt. Graecanice *ἐντιθέντες*. Non vult autem eas crescere vltra modum ridicarum. SCALIG. Quae de verbi *imponunt* significatione habet Scaliger, eadem monuit Bodaeus a Stapel ad Theophr. hist. plant. 4, 6, qui et emendationem in *eos* adprobat, a Codice Ryckiano quoque confirmatam. SCHOETTG.

26 NEQVE PROPTER EAS) Vetus lectio: *Neque propter eas vt adserunt* etc. Et paulo supra, *Neque eos crescere.* Receptam lectionem retinui. VICTOR. Vetus lectio recte habet: *Neque propter eos vt adserunt vites.* Neque, inquit, propter eos ordines ita adseruntur arbores, vt adseruntur vites vlmis maritandis, quae dicuntur propterea adsitae vites. Compendiose igitur suo more dixit, pro, Neque propter eos ordines cupressorum ita ponuntur vites, vt adseri solent vlmis, Hoc est, Non maritandae sunt cupressi, illis vitibus, sed interiiciendi ordines vitium, vt vites non adsitae ad cupressos videantur, quemadmodum ad vlmos solent. sed vt cupressos scandant, vt in rumpis et traducibus fieri solet. SCAL. Vetus lectio: *neque propter eos vt adserunt vites.* Quae facile emendari possunt: *neque propter olus adserunt vites.* Olus namque et vites inter se contraria habebantur, vt Theophrastus et Plinius tradunt, atque adeo ipse Varro cap. 17. PONTED. Nolui tamen a Victoriana lectione discedere. *eas* commodissime ad *cupressos* refertur: *eos vt* Scaligero opus habuit patrono, qui tamen cogitur verbo *adserunt* significationem dare plane peculiarem, et ad vlmos adstrictam.

26 QVAM HIC AD QVARTVM ACTVM) Nisi hac parte luxatus aut corruptus est Varro, *quartum actum* intelligit membrum quartum diuisionis supra 1, 5, 4 propositae, de temporibus, in quibus quartum tempus vel *quartus* (vt 1, 37, 5 loquitur) *gradus* est legendi, in quo est vindemia,

XXVII. ET quoniam tempora duorum generum sunt, vnum annale, quod sol circuitu suo finit: alterum menstruum, quod luna circumiens comprehendit: prius dicam de sole. Eius cursus annalis primum fere circiter ternis mensibus ad fructus est diuisus [a] in IIII partes [b], et idem subtilius sesquimensibus in VIII. In quatuor,
2 quod [c] diuiditur in [d] ver, et [e] aestatem, et [e] autumnum, et hiemem. Vere sationes quaedam [f] fiunt, terram rudem proscindere oportet, quae sunt ex ea enata, prius quam ex iis quid seminis cadat, vt sint [g] exradicata; et simul glaebis [h] ab sole percalefactis aptiores facere [i] ad accipiendum imbrem, et ad opus faciliores, relaxatas [k].
3 neque eam [l] minus bis [m] arandum, ter melius. Aestate fieri messes oportere. Autumno siccis tempestatibus vindemias, ac siluas excoli [n] commodissime: tunc [o] praecidi arbores oportere secundum terram. Radices autem [p] prioribus imbribus vt effodiantur, ne quid ex his nasci possit. Hieme putari arbores duntaxat his tempori-
4 bus cum gelu cortices et [q] imbribus careant, et glacie.

XXVIII. DIES primus est veris in Aquario, aestatis in Tauro, autumni in Leone, hiemis

[C. XXVII.] a) *diuisos P.* b) *totus* add. *a. V.* c) *tempora a. V.* d) *in* deest *Herv.* e) *et* deest *I. B. R.* f) *quae P.* g) *sit eradicata P.* h) *cauis a. V. clauuis ac P.* i) *fieri I. I-G.* k) *relaxatis I. I-G.* l) *ea* omnes. m) *binis Pol.* n) *excoli. Commodissime tunc I. B. R.* o) *tunc vel I. I-G.* p) *autem* deest *I. B. R.* q) *ex P. Iunt.*

demia, de qua c. 54 praecipitur, vt adeo satis mature *fiscinam expedire et vrnam iubeatur Agrius*: quod nescio quam inconcinnum mihi quidem videtur. Praeterea tertia haec pars libri primi a cap. 23 ad 26 multo videtur negligentius tractata caeteris. Vbi enim verbum *de his, quae ad quamque rem sunt praeparanda?* quod promittitur 1, 5, 4. Ex Catone plura inculcata, quam ad rem facere videbantur. Breuiter dicam: aut egregie fallor, aut hac parte tertia accidit aliquid Varroniano libro, vt non talis ad nos peruenerit, qualem Vir doctissimus dederat.

26 FISCINAS EXPEDI) Fiscinis vuae ex vinea in torcular portantur, et oleae, vrnis vero ex torculari et lacu in dolia. Verum priusquam de fructibus agat, quartum actum, hoc est de temporibus finit. VRSIN.

27, 1 CVRSVS ANNALIS) Vox *annalis* videtur abundare. et p. p. pro *stationes* in V. C. est *sationes*, et sic infra cap. 29. VRSIN.

27, 2 VERE STATIONES QVAEDAM FIVNT) Quae *stationes?* Quid si *sationes?* Ita certe verum dicet Varro: et obseruat Vrsinus *sationes* esse in V. C.

27, 2 ET SIMVL GLAEBIS A SOLE PERCALEFACTIS) Ita locum restitui. antea enim *Cauis*, mendose in omnibus excusis legebatur. Vetus lectio *Claebis*. Qui obseruasset cum *ae* diphthongo *glaeba* scribi debere (ita autem in priscis monimentis haec dictio scripta est) nullo negotio potuit locum corrigere. nam *C* et *G* passim confundunt veteres librarii. Praeterea sententia multo elegantior mirifice confirmat hanc castigationem. VICTOR. Totus hic locus ita videtur legendus: *Et simul glebis* (sic legitur in V. C.) *ab sole percalefactis*, vel *glebas ab sole percalefactas aptiores fieri ad accipiendum imbrem, et ad opus faciliores reddi. Neque eam minus bis etc.* Nam praecedunt illa; *terram proscindere oportet.* Plin. 6, 26 *Terra in futurum proscinditur, Virgilio maxime auctore, vt glebas sol coquat.* VRSIN. Ita est legendum: *Et simul glebas ab sole percalefactas.* Sic etiam scripsisse Varronem iudico; quoniam et *aptiores* adiecit, et *faciliores*, ac potissimum *relaxatas.* Quem locum Virgilius imitatus hosce versus prodidit Georg. I. *Pingue solum primis extemplo a mensibus anni. Fortes inuertant tauri, glebasque iacentes Puluerulenta coquat maturis solibus aestas.* PONTED.

27, 2 NEQVE EAM MINVS) Obsecutus sum Vrsino, et restitui litteram, quam proxime sequens absorpserat.

27, 3 AESTATE FIERI MESSES OPORTERE) Hic abundat vltima vox. Cicero lib. 4 de Rep. *Cumque Autumno terras ad conficiendas fruges patefecerit, hieme ad conficiendas compressoris, vere ad effundendas relaxauerit, aestate alia maturitate mitigauerit, alia torruerit.* VRSIN. Vix dubitarem, quin vtroque loco legendum sit *oportet*: Sed adest etiam *excoli commodissime.* Mirum, nisi turbas hic dedit aliquis, qui lemma adposuit, inculcatum deinde ab alio in ipsa verba Varronis.

27, 3 OPORTERE SECVNDVM) Verbum *oportere* vel inducendum, vel pro eo reponendum *opportune.* nam sic supra habetur. VRSIN.

28 De rationibus hisce chronologicis vid. Colum. 9, 14 et quae ibi dicentur. Conf. Plin. 18, 25 f. 59 et quae ibi viri docti. Omnia ad vnguem exigere alterius est operae, et post Scaligeros Petauiosque non necessariae. Satis itaque hic fuit nobis, Commelinianam lectionem eiusque varietatem

hiemis in Scorpione. Cum vniuscuiusque horum quatuor [a] ſignorum dies tertius
et viceſimus, quatuor temporum ſit primus [b]; efficitur vt ver dies habeat XCI, aeſtas
XCIV [c], autumnus XCI [d], hyems XXCIX [e]. Quae [f] redacta [g] ad dies ciuiles noſtros,
qui nunc ſunt primi verni temporis ex [h] a. d. VII Id. Feb. aeſtiui ex [i] a. [k] d. IV Idib. [l]
Maii. autumnales [m] ex [n] a. [o] d. VII Idib. Sext. hiberni ex [p] a. [q] d. IV Id. Nouemb.
Subtilius diſcretis [r] temporibus obſeruanda quaedam ſunt, ea [s] quae in partes VIII 2
diuiduntur. Primum a fauonio ad aequinoctium vernum dies XL [t]. hinc ad Vergi-
liarum exortum dies XLIV. ab hoc ad ſolſtitium dies XLIIX [u]. inde ad Caniculae
ſignum dies XXIX [x]. dein [y] ad aequinoctium autumnale dies LXVII. exin [z] ad Vergi-
liarum occaſum dies XXXII. ab hoc ad brumam dies LVII. inde ad fauonium dies XLV.

XXIX. IN primo interuallo, inter fauonium et aequinoctium vernum, haec fieri oportet. Seminaria omne genus vt ſerantur, putari in primis [a], circum vites ablaqueari,

[C. XXVIII.] a) *quattuorum I. B. R.* b) *et* inſ. *P.* c) *nonagintaquinque I. B. R.* d) *nonaginta duos I. I-G.* e) *octogintaocto I. I-G.* f) *diuiſio* inſ. *I. B. R. Ba-G.* g) *ad dies reddacta ciuilis I. B. R.* h) *extat ad ſeptem I. B. R. extans ad ſeptimum Idus I. I-G.* i) *ex* deeſt *I. B. R. extans I. I-G.* k) *ad ſeptem I. B. R. ad ſeptimum I. I-G.* l) *Idus a. V.* m) *autumnalis I. I-G.* praeter *Ba. auctunnalis I. B. R.* n) *ex* abeſt *I. B. R. extans I. I-G.* o) *ad ſeptem Idus I. B. R. ad tertium Idus I. I-G.* p) *ex* omitt. *I. B. R. extans I. I-G.* q) *ad quartum I. B. R. ad tertium I. I-G.* r) *deſcriptis I. B. R.* s) *eaque* praeter Commel. omnes. t) *quadraginta duo I. I-G.* u) *quadraginta nouem a. V.* x) *XXVII. P. vigintiſeptem I. B. R.* y) *Deinde a. V.* z) *exinde a. V.* [C. XXIX.] a) *pratis P.*

rietatem cum fide referre, ſatisne ea cum calculis Aſtronomorum veterum ac nouorum conueniant, iam non curamus.

28, 1 DIES PRIMVS EST VERIS IN AQVARIO etc.) Numeri, quibus anni tempora et octo anni partes deſcribuntur, in excuſis libris variant. Ienſon. et Bruſch. aeſtatem 91 dies habere oſtendunt, reliquae editiones 94: autumnum illi 91 diebus conſtare faciunt, ita Gryph. Steph. Commel. Aldus vero, Iunt. Gymn. 92. Hyems apud illos 89 dies complectitur: quibus cum Gryph. Steph. Commel. conueniunt. Sed Ald. Iunt. Gymn. 88 hiemi attribuunt. Quare anni ſumma apud Ienſon. et Bruſch. 366 dies fit, apud alios, vt rationi eſt conſentaneum, 365. Item anni partes octo tam apud Bruſch. quam apud Ienſon. perperam recenſentur, quarum ſumma eſt dies 361, cum eſſe debeat 365, quot Aldus, et qui Aldum imitati ſunt, ponunt. Gryphii quoque Commel. et Steph. editiones vitioſae, ex quibus colligitur ſumma 362. Vaticanorum porro Codicum lectiones praetermitto, ſunt enim omnium mendoſiſſimae. PONTED.

28, 1 EX A. D. VII ID. FEB.) Haec Varronis citat Florentinus Geopon. 1, 1 vnde cognoſcimus, iſtas litteras *a. d.* idem eſſe, quod *ante diem*, quia Florentinus ſemper habet πρό. SCHOETTG.

28, 1 AVTVMNALES EX A. D. VII ID. SEXT.) Scribendum vt in noſtris epiſtolis oſtendimus, *ex a. d. III id. Sext.* Ita temporum ſpatia conſtabunt. Ita paullo poſt, *a Fauonio ad aequinoctium vernum dies* non XL, ſed XLV: *Hinc ad Vergiliarum exortum dies* non XLIV, ſed XLVI: *inde ad caniculae ſidus dies* non XXIX, ſed XXIV: *dein ad aequinoctium autumnale dies* non LXVII, ſed LXVIII: *exin ad Vergiliarum occaſum dies* non XXXII, ſed XLIV: *Ab hoc ad brumam dies* non LVII, ſed XLIV. PONTED.

28, 1 VII ID. MAI.) ἑπτὰ legit Florentinus. SCHOETTG.

28, 1 VII ID. SEXT.) ἐξ εἰδῶν Αὐγούστων. Florentinus. IDEM.

28, 2 SVBTILIVS DISCRETIS TEMPORIBVS) Antea *deſcriptis*: Mendum ortum, quia in antiquis *deſcretis*, vetere orthographia ſcriptum eſt, vt in *derigo*, *deuertor*. Libro 2 in iis vetuſtis codicibus, *Ea partes habet nouem deſcretas ter ternas.* Ille enim locus et veteris ſcripturae et intellectus huius verbi valde accommodatum exemplum eſt. VICTORIVS.

29, 1 PVTARI IN PRIMIS) Nihil variaui. diuerſi tamen hic ſunt antiqui libri: *In pratis* enim habent. Ingenioſiores videbunt, an in recepta vitium ſit: Mihi ſane illa aliquantulum ſuſpecta eſt. VICTOR. Veteres libri, *Putari in pratis*, legendum *putari vipretas.* Nam *vipres* pro *vepribus* dicebant, vt ego ſaepe in veteribus manu ſcriptis codicibus memini me legere. quod cum multi librarii non aſſequerentur, pro *Vipretas*, *in pratis* ſcripſiſſe credibile eſt. *Vepretam* in foeminino et *myrtetam* pro vepreto et murteto dixiſſe annotat praeter alios Priſcianus. Atque adeo, vt nemo dubitet de hac caſtigatione; confirmatur ea Catonis auctoritate, a quo Varro hunc locum mutuo ſumpſit; apud quem ita legitur,

laqueari [b], radices [c], quae [d] in summa terra sunt, praecidi, prata purgari, salicta seri [e], segetes sariri [f]. Seges dicitur, quod aratum [g] satum est: aruum [h], quod aratum, nec dum

b) *ablacuari P.* c) *radicesque summa I. B. R.* d) *quae* deest *P.* e) *fieri B. R.* f) *sartire B. sarrire a. V. sarire P. Vict.* g) *sed nec dum* inf. *I. B. R.* h) *Aruum, quod aratum necdum satum est* def. *I. B. R.*

tur, *Viam publicam muniri, vepres recidi, ortum fodiri, pratum purgari, virgas vinciri, spinas runcari* etc. Sunt autem *vepres* ab Aeolico dicti. Nam βρῶπες ipsis dicuntur, qui aliis ῥῶπες, vt βραδινὸν, βράκος, pro ῥαδινὸν, ῥάκος. Et Alexander Aetolus apud Macrobium dixit de Diana, βρύτειραν ἰσῶν, hoc est, ῥύτειραν. Sed transpositum puto et ita legendum: *putari, circum vites ablaqueari, vipretas, radices quae in summa terra sunt, praecidi.* Nam vepres non putantur, sed reciduntur. SCALIGER. Vetus scriptura, *putari in pratis*; ex qua leui mutatione emendarim, *in paratis. Paratae vineae* sunt, quarum paratio instituta post vindemiam inter aequinoctium autumnale et Vergiliarum occasum, denuo repetitur et absoluitur inter Fauonium et aequinoctium Vernum. Varro infra: *Deinde vites putare incipere, et propagere et serere poma.* Columella lib. XI. *Itaque ab idibus Ianuarii, quod habetur tempus inter brumam et aduentum Fauonii. Si maior est vineae vel arbusti modus, quicquid ex autumno putationis superfuit, repetendum est.* POPMA. Iosephus Scaliger emendat: *Putari vipretas.* Quod nemo probare potest. Ille enim Catonis locus, quem Scaliger adducit, docet sane, quae festis diebus fieri per religionem possunt, sed serere, vites putare, et ablaqueare, segetes sarrire, festis nefas. Praeterea cum vepres non putari, sed recidi sciret; ita receptum locum inuertit *putari: circum vites ablaqueari, vipretas, radices quae in summa terra sunt praecidi.* Quod nulla ratione defendi potest; idcirco enim ablaqueantur vites, vt radices, quae in summa terra circa vitium codicem ortae sunt, praecidantur. Colum. 4, 8 de vitibus ablaqueandis haec posteris reliquit: *Vitis ablaqueanda est, quod opus adopertas ostendit aestiuas radiculas, easque prudens agricola decidit.* Quapropter non sunt illa membra τῷ *vipretas* interposito separanda, sed legendum *putari in primis*; Vitium enim putatio eo tempore est summopere necessaria. Ideoque Columella inter rustica opera, quae ab Fauonio ad Aequinoctium vernum fieri debent, hoc etiam praecepit. *Igitur a Cal. Martii eximia est vitium putatio, vsque in decimum Calend. Aprilium.* PONTED.

19, 1 SEGES — ARVVM) Varro hic docet *segetem* dici aruum et aratum et seminibus consitum; at cap. 69 alio modo; vocat enim segetem aruum ad accipienda semina paratum, nondum tamen satum: *quod ad sationem* (loquitur de farre:) *tum promendum cum segetes maturae sunt ad accipiendum*, i. e. cum terra arationibus subacta est, et ad sationem parata, quae quidem inter se diversa sunt. Quid igitur? Vitiosane erit illa segetis definitio, quam omnes sequuntur? Quidni? Sic enim Iensonius et Bruschius locum hunc ediderunt: *Seges dicitur quod aratum nec dum satum est*, aruum et quae de aruo dicuntur non extant. Quae lectio duobus vetustis Vaticanis codicibus comprobatur. Haec si integra et sine vitio sunt, omnia plana habemus, sin contra, non mediocri difficultate laboramus. Plurima enim in veterum monumentis legere licet exempla, quibus segetem terram dici aratam, sed non satam, manifestum sit atque certum: at nullum, quantum mea est memoria, nunc occurrit, quo terra arata et sata appellatur seges. Hoc autem quo planius accipi possit, primum illa commemorabo exempla, quibus vtuntur ad hanc *segetis* definitionem retinendam. Basilius Faber in Thes. Erud. Schol. pro agro, inquit, consito segetem dixit Virgilius I Georg. *Illa seges demum votis respondet auari Agricolae, bis quae solem, bis frigora sensit.* Huiusmodine fundamento innititur Faber, quo luce clarius apparet, terram hic appellari segetem aratam quidem, sed non satam? Ad quem locum ita Seruius, *seges terra, — in quo duplicem ostendit arationem vernalem et autumnalem.* Docet itaque Virgilius, illam terram aptissimam alendis frugibus fieri, quae bis solem et bis frigora senserit. Hoc autem qua ratione contingat, paucis indicabo. Ineunte vere dum aruum proscinditur, pars soli summa, quae gelicidiis exposita fuerat, et frigus senserat inuertitur, imaque summa et summa ima euadit. Quod summum est solibus expositum, iacet vsque ad alteram arationem, quae per aestatem fit, diciturque *offringere.* Hac illa terreni pars, quae ima subest, fueratque per hyemem frigore resoluta, ad solem et caniculares aestus conuertitur. Circa aequinoctium autem autumnale tertia instituitur aratio, liraturque in porcas solum, et quod ab verna aratione vsque ad aestiuam senserat solem, aeri atque futuri hyemis rigoribus subiicitur. Ita fit, vt bis calores, et bis gelicidia terra siue seges sentiat. Sed ad aliud exemplum transeamus, quod habetur apud M. Tullium lib. 2. Tuscul. de veteris poetae sententia, *Et si in segetem sunt deteriorem datae Fruges, tamen ipsae suapte natura enitent.* hoc idem conficitur; quod enim alicui traditur, ante quam detur ille profecto non habet. Tertium in vulgatis Lexicis occurrit ex Plinii lib. 18. desumtum: *Segetes quae interquieuere, fundunt rosam odoratiorem.* Quo loco seges vocatur noualis ager non solum surculis consitus, sed nec dum aratus. Hactenus vidimus segetem de terra arata et sata non dici, sed contra de terra nondum sata. Quod Gerardus Vossius in eo libro, qui Etymologicus inscri-

dum [i] satum est. Noualis, vbi satum fuit ante, quam secunda aratione [k] renouetur. Rur-

i) *dum* deest *I. I-G.* k) *aratio renouatur P. et Ryck. f. renouaretur.*

inscribitur, attigit, dicens: *at καταχρηστικῶς* (seges) *capitur de terra nondum consita.* Quid *καταχρηστικῶς capitur?* M. ne Catonem, Marcum Tullium, Varronem, Virgilium, Plinium, Nonium Marcellum, Isidorum, et alios *καταχρηστικῶς* semper verba vsurpare opinemur? Cato cap. 36. *Stercus columbinum spargere oportet in pratum, vel in hortum, vel in segetem.* cap. 37 *Nucleos in segetem ne indideris quia suffocant fruges.* cap. 38 *Virgas et sarmenta, quae tibi vsioni supererunt, in segetem comburito. Vbi eas combusseris, ibi papauer serito.* cap. 29 *Stercus diuidito sic: partem dimidiam in segetem vbi pabulum seras, inuebito.* M. quoque Tullius eundem Catonem libro de Senect. sic loquentem facit, *Nec vero segetibus solum et pratis, et vineis et arbustis res rusticae laetae sunt.* Eiusd. Tullii in Hortensio, vt citat Nonius Marcellus, haec leguntur. *Vt enim segetes agriculae subigunt, aratris multo ante quam serant;* Sequitur Varro, ex quo plura exempla in medium consulto proferam, quibus vti ad receptam segetis definitionem infirmandam possimus. Libr. 1. cap. 6 *Quod segetes existimantur meliores campestres, vineae collinae, syluae montanae.* cap. 23 *Contra vbi segetes frumentarias* (intelligitur *facias*) *ibi fabam potissimum seras.* cap. 31 *Quod far ferro caesa farrago dicta, aut nisi quod primum in farracia segete seri coeptum.* cap. 37 *Ad alia arandum aut fodiendum, vt si segetes instituas.* cap. 50 *Stramenta relinquunt in segete, vt tollantur in aceruum.* Item: *et stramenta stantia in segete relinquit, vt postea subsecentur.* Neque enim hic de frugibus iam demessis suspicari possumus. Libr. 2 praef. *ibi contra progenies eorum propter auaritiam contra leges ex segetibus fecit prata.* cap. 7, 11 *Itaque vt restibiles segetes essent exuctiores, sic quotannis quae praegnans fiat.* Sed ex Virgilio aliquid iam proferamus. Georg. 2 terram surculis conserendam *segetem* appellasse video, dum haec numeris comprehendit: *Ante locum similem exquirunt, vbi prima paretur Arboribus seges.* At 4 Georg. pratum vel compascuum aruum *Nec pecori opportuna seges, nec commoda Baccho.* Plinius porro ea, quae ex Catone commemoraui, libr. 17 cap. 9 repetens sic explanauit: *Segetem stercorant fruges, lupinum, faba, vicia, sicut e contrario cicer quia vellitur, et quia salsum est, hordeum, foenum Graecum, eruum, haec omnia segetem exurunt, et omnia quae velluntur. Nucleos in segetem ne indideris. Virgilius et lino segetem exuri, et auena et papauere arbitratur.* Nonius Marcellus, ex quo multa accepimus, cap. 4 *segetem*, ait, *etiam ipsam terram diximus.* Isidorus denique libr. 15 cap. 13 sic segetem definiuit: *Seges ager est in quo seritur. vnde et Virgilius, illa seges demum etc.* Non in quo satum est, sed in quo seritur, *segetem* appellauit, eodemque Virgilii loco ad id comprobandum vtitur, quo alii contra. Quem imitatus Laurentius Valla libr. 4 *eleg.* cap. 25 haec tradere non dubitauit. *Nonnunquam contentum pro continente vsurpantes ipsam humum ad accipienda semina subactam segetem vocamus vt Virgil. Illa seges demum etc.* Vnus obiici potest Festi locus, qui docet agrum satum et consitum dici *segetem*: *Seges dicitur ea pars agri, quae arata et consita est a serendo videlicet.* Sed cum omnia apud Festum foede inquinata sint, et lacunis plurimis intercepta de hoc quoque est cur dubitemus. Perspicuum est iam, et quid *seges* cum de terra dicitur significet, et quo maxime modo restituendus sit locus. Nunc age videamus, *aruum*ne sit, *quod aratum nec dum satum est. Aruum* multifariam dici inuenio; de terra, neque arata, neque sata 2 Georg. Virgilius vtitur: - - - *iuuat arua videre Non rastris hominum, non vlli obnoxia curae.* Item Colum. 7, 3 *Hyeme et vere matutinis temporibus intra septa contineantur* (oues) *dum dies aruis gelicidia detrahat: Nam pruinosa iis diebus herba pecudi grauedinem creat, ventremque proluit. Aruum* enim hic vel noualem campum, vel compascuum agrum intelligit. De terra arata et sata Virg. I. Georg., *Sic quoque mutatis requiescunt foetibus arua.* Item: *Quid dicam iacto qui semine comminus arua Prosequitur, cumulosque ruit male pinguis arenae.* Item: - - - *vt mala culmos Esset rubigo segnisque horreret in aruis Carduus.* Item: *Saepe ego cum flauis messorem induceret aruis Agricola et fragili iam stringeret hordea culmo, Omnia ventorum concurrere proelia vidi.* Columella 2, 10 *Sunt etiam qui putent, in aruis hanc eandem* (fabam) *vice stercoris fungi. Quod sic ego interpretor vt existimem, non sationibus eius pinguescere humum, sed minus hanc quam cetera semina vim terrae consumere.* Idem cap. 12. *Nam penitus aruis sulcatis maiore incremento segetum arborumque foetus grandescunt.* Idem de Hort. cultu [v. 422] *Quaeque Amiterninis defertur Bunias aruis.* Et de cucumere in agro sato: - - - *riguoque madescit luteus aruo.* Plinius 18, 17 *multi ad milii remedia rubetam noctu aruo circumferri iubent, priusquam sarriatur, defodique in medio inclusam vase fictili.* Item cap. 24 *Pinguia arua ex vna seminis radice fruticem numerosum fundunt, densamque segetem e raro semine emittunt.* Pallad. 10, 1 *Nam quia hoc semine macescunt arua.* Aruum enim dicitur ager non frugibus sed surculis consitus, qui tamen et arari solet, et in segetem submitti. Varro 1, 7 *Itaque maiores nostri ex aruo aeque magno, sed male consito, et minus multum et minus bonum faciebant vinum.* Colum. 3, 2 *Gracili aruo non deficit* (vitis) *atque ideo inter vberrimas vites numeratur.* Ib. *Pingui aruo*

maxime

2 Rursum [l] terram cum primum arant, proscindere appellant; cum iterum, offringere [m]
dicunt; quod prima aratione glaebae grandes solent excitari, [cum iteratur, offringere
vocant.] tertio cum arant iacto semine, [boues] lirare dicuntur: id est, cum tabellis
additis [n] ad vomerem simul, et satum frumentum operiunt in porcis, et sulcant [o] fos-
sas, quo pluuia [p] aqua delabatur [q]. nonnulli postea, qui segetes non tam latas habent
(vt in Appulia) id [r] genus praedii per saritores [s] occare solent, si quae in porcis reli-
3 ctae grandiores sunt glaebae. Qua [t] aratrum vomere lacunam [u] striam [x] facit [y], sul-
cus

l) *Rursus I. B. R.* m) *effringere I. B. R.* n) *additis* abest *I. B. R.* o) *in* inf. *I. B. R.* p) *pluuialis I. B. R. Ba-G.* q) *dilabatur I. B. R.* r) *Et id I. B. R.* s) *satores I. B. R. sartores P. sarritores I. I-G.* t) *Quae I. B. R.* u) *lacunam P.* x) *stiriam Iuntt. striam* deest *Ba-G.* y) *fecit* omnes ad vnum.

maxime gaudent. Id. cap. 3 *Atque vt omittam veterem illam felicitatem aruorum, quibus et ante iam M. Cato et mox Terentius Varro prodidit singula iugera vinearum etc.* De *Hortor.* autem *cultu* sic, [v. 137] *Quae duri praebent cymosa stirpe Sabelli. Et Turni lacus, et pomosi Tyburis arua.* Denique aruum appellatur terra arata sed nec dum sata. Varro 1, 19 *Terram boues proscindere nisi magnis viribus non possunt, et saepe fracta bura relinquunt vomeres in aruo.* Plin. 18, 19 *Omne aruum rectis sulcis, mox et obliquis, subigi debet.* Ibid. *Male aratum aruum, quod satis frugibus occandum est.* Concludamus itaque *segetem* cum de terra capitur (nam quod de ipsis frugibus dicatur, tum apud veteres, tum apud posteriores Latina consuetudine tritum video) vocari agrum, qui vel ad surculos, vel ad fruges, vel ad vtrumque accipienda praeparatur: *aruum* vero appellari terram, in quam aratrum inducitur, siue satam siue non, siue frumentis siue arboribus consitam, modo in nouale submissam, modo in segetem, quod vtrumque agri nomine comprehenditur; *ager* siquidem segetem, aruum, syluam, pratum, hortum, paludem, flumen, lacus, villam continet, vt ager Romanus, ager Campanus, Reatinus, Gallicus, Rauennas. PONT. Negari non potest, effecisse clariss virum quod voluit, nisi forte praesidium aliquod est intellectui *segetis*, quem ipse oppugnat, in Tib. 4, 1, 172 *Tondeturque seges maturos annua partus*, vbi etiam Broukhusio iudice pro *terra sata* ponitur, edente partus maturos suo tempore. Sed potest *seges tonderi* dici, vt capilli, *partus* autem intelligi spicae.

29, 1 RENOVETVR RVRSVM. TERRAM) Ita emendandus hic locus interpungendusque. Nam supra dixit: *Terram proscindere oportet etc.* VRSIN. Obscurae sunt Varronis nostri descriptiones de agro nouali, paullo vero clarior est illa Auctoris antiqui de limitibus p. 293 edit. Goesii, *Noualis ager est primum proscissus, siue qui alternis annis vacat nouandarum sibi virium causa. Noualia enim semel cum fructu erant, et semel vacua.* Nescio autem, annon h. l. textum Varronis sollicitare debeam, qui fortassis a librario male habitus est. SCHOETTG. Nimirum auctor de limitibus Goesianus vtramque significationem vocis *noualis* interpretatur. Varro illam modo respicit, vbi agrum notat, qui superiore anno quieuerat, et nunc tanto maturius conseri potest, quod alias etiam *veruactum* appellatur. Definitio Varroniana obscura est, quia ad etymologiam respicit. Secunda aratione f. iteratione non opus est in terra, quae quieuit.

29, 2 PROSCINDERE, OFFRINGERE) Vide quae Salmasius notat ad Solinum c. 37 p. 509, 510, 512. SCHOETTG.

29, 2 [CVM ITERATVR, OFFRINGERE VOCANT] Videntur haec verba ex margine adscita, et p. p. legendum: *Tertio cum arant iacto semine, lirare dicunt.* et supra: *appellant, vocant.* Plin. 18, 20 *Sato semine iteratio sequitur. Haec quoque, vbi consuetudo patitur, crate vel tabella aratro adnexa, quod vocatur lirare, vnde primum adpellata deliratio est.* Lucilius apud Nonium: *Quapropter deliro, et cupide officio fungor bouerum.* VRSINVS. Vix dubito quin bene coniecerit vir doctissimus. Quare etiam vncis inclusimus verba illi suspecta.

29, 2 LIRARE) Isidor. Orig. 15, 15 *Porca est, quod in arando extat, lira quod defossum est.* Inde *lirare, liras, in quas semen iactum est, addita tabella operire.* Adde Salmas. l. c. p. 511, 512. SCHOETTGEN. vid. Colum. 2, 4, 8, et 11, 2, 47. Plin. 18, 20 pr. *Aratione per transuersum iterata, occatio sequitur, vbi res poscit, crate vel rastro: et sato semine iteratio. Haec quoque vbi consuetudo patitur crate dentata, vel tabula aratro adnexa, quod vocant lirare, operiente semina, vnde primum adpellata deliratio.*

29, 3 QVA ARATRVM VOMERE LACVNAM) *Striam* V. C. habet pro *lacunam.* Nonius in *porcae* citat hunc locum, sed corrupte. *Stria* vero canalis est seu fossa, quales in striatis columnis videntur. cuius vocis expositio est, verbum *lacuna.* Videndus Vitruu. VRSINVS. Vocem *lacunam* suspicor esse glossema: quam coniecturam meam confirmant veteres libri Nonii, qui habent, *lacunam striam vocat.* Nam *stria* est lacuna, canalicula, quam proscindendo sulcos faciunt. POPMA. Vox *striam* vel librariorum additamentum est, vel vitiosa pro *in striam* fortasse deprauata. Nonius Marcellus hunc Varronis locum commemorans,

cus vocatur. Quod est inter duos sulcos, elata terra, dicitur porca, quod ea seges frumentum porricit [z]. Sic quoque exta deis cum dabant, porricere [a] dicebant.

XXX. SECVNDO interuallo inter vernum [a] aequinoctium, et vergiliarum [a] exortum haec fieri [b]. Segetes runcari, [herbam e segetibus expurgari,] boues terram proscindere, salicem caedi, prata [c] defendi. quae superiore tempore fieri oportuerit [d], et non sunt absoluta, ante quam gemmas agant ac florescere incipiant, fieri [e]. quod si, quae

z) *porrigat I. B. R. porrigit I. I-G.* a) *porrigere a. V.* [C. XXX.] a) *et solstitium* inser. *I. B. R.* b) *debent* add. *a. V.* c) *aqua* inf. *I. B. R.* d) *oportuerat I. B. R. Ba-G. de arboribus* insuper add. *I. I-G.* e) *fiant a. V.*

morans, habet *istriam n* eliso. Non ignoro Popmam suspectam habuisse *lacunam*, vt ego *striam*. Ex Nonio Marcello vbi legitur: *qua aratrum vomere lacunam istriam fecit, istriam* siue *instriam* reponerem; atque eo nomine sulcum accipio, qui striis priuatur: quales esse debent in aruo lacunae siue sulci, qui, recto in versum aratro, ne vomer subsultim aut oblique impulsus crudum solum eminens relinquat, ducantur. Quos igitur Cato *sulcos perpetuos* dixit, Varro *lacunam instriam* appellauit, vt aratoris diligentiam ostenderet, qui, si reluctante radice aut terrae duritie, aut caeco saxo, aut alia de causa a liris hoc est sulcis rectis aratrum qua in dextram qua in sinistram declinet, *delirare* vocatur, et tunc lacunam non instriam inducit. PONTED. Locus Nonii est 1, 305, vbi pro *striam* legitur etiamnum in Gothofrediana *bistriam*, quem errorem iam Baldus in Lexico Vitruu. animaduertit: Mercerus autem, credo ad Varronis exempla, restituit. Caeterum *striam* esse non cauam partem, et *lacunae* synonymum, sed elatam, et idem, quod *porcam*, satis in laudato Lexio Vitruuiano ostensum est, quamquam ibi dicatur, aliter hic vsum hac voce Varronem. Sed mihi videtur Varro hic *lacunam striam* coniunxisse, vt alia solent opposita, *ἀσυνδέτως*, vt *promus condus, ruta caesa, emtio venditio*, et id genus, de quo ad Cat. 14, 4 diximus. Etiam Palladius Mart. 9, 11 *sulcum* pro parte elata accipit. add. Colum. 2, 12, 4.

29, 3 EA SEGES) *Seges* pro terra positum est, et sic exponit Nonius. Horat. ep. 2 l. 1 *Haec seges ingratos tulit, et feret omnibus annis. Porricit* autem legendum esse docet Macrob. 3. 2. Festus, *Porcas quae inter duos sulcos fiunt, ait Varro dici quod porrigunt frumentum.* Sed idem aliud etymon adfert, cum ait: *Porcae appellantur rari sulci, qui ducuntur aquae deriuandae causa; dicti, quod porcant, id est prohibent aquam frumentis nocere. Nam crebriores sulci vocantur limi*, vel potius *lirae*. Sed Colum. 11, 2 *liras rustici vocant easdem porcas, cum sic aratum est, vt inter duos latius distantes sulcos medius cumulus siccam sedem frumentis praebeat.* Alfenus in L. 24. D. de aqua et aquae pluuiae arcendae. *Vicinus loci superioris ita arabat, vt per sulcos itemque porcas aqua ad inferiorem veniret.* Has Graeci ἕλικας appellant. Festus in *Helices*. VRSIN.

29, 3 EXTA DEIS CVM DABANT, PORRICERE DICEBANT) Sic ex ingenio emendaui. Antea enim *Porrigere*, corrupte legebatur. Veteres enim librarios has litteras commutare solitos, manifestum est. Adnotaui in optimo exemplari *Grates*, et *Alagriores*, pro *Crates* et *Alacriores*, scriptum esse: et contra *Virculta*, et *Fricora*, pro *Virgulta* et *Frigora*. At vero *Porricere* exta dare, non *Porrigere*, antiqui in re diuina facienda vocabant, quod testimonio etiam Virgilii confirmari potest, qui in V Aeneidos, *extaque salsos Porriciam in fluctus*, dixit. nam ita eum scripsisse nobiles grammatici ostendunt. VICTORIVS. Varro haud dubie scripsisset: *Exta Diis cum dant, porricere dicunt.* Ego igitur hoc totum glossema et a librariis additum puto. Nonius etiam praecedentia verba recitat his omissis, vt facile appareat, superesse, et redundare. POPMA.

30 SEGETES RVNCARI) Sequitur in vulgatis libris, *herbam ex segetibus expurgari*, quae verba glossae sunt expositorum. itaque in VV. CC. additur, *id est*, ante verbum *herbam*. Plin. 18, 21 et 18. *Postea pauci runcant, quod botanismon seu βοτανίζειν vocant.* Theophr. ὑποτίλλειν τὴν βοτάνην dixit. VRSIN.

30 BOVES TERRAM PROSCINDERE) Vox *boues* abundat, et legendum proscindi. item p. p. *fieri oportuerat*, pro *fieri*. inducendae autem videntur voces *de arboribus*, et *fieri* scribendum non *fiant*. IDEM. Tanto probabilior est viri docti coniectura, quod *fieri* habent boni libri, quod ex *fieri* facilius corrumpi potuit, quam alterum illud *fiant*.

30 PRATA DEFENDI) Vel maceriis aliisque sepimentis factis, ne pecora intrare possint, vel scribi debet *diffundi*. CVPERVS. Recta est prior explicatio, vt ad Palladium obseruabimus. Noster infra 37, 5 *Item praeparatio, si quae sit in pratis, id est vt defendantur a pastione.* SCHOETTG. Quin ne opus quidem est sepimentis, nedum maceria. Sufficit, ne permittatur aliquem inigere pecus. ita apud nos etiam prata, agri requieti, sylvae *defenduntur*. Idem est *prata submittere*. Plene noster

ſi, quae folia amittere [f] ſolent, ante [g] frondere incoeperint [h], ſtatim ad ferendum idoneae [i] non ſunt. Oleam ſeri, interputarique oportet.

XXXI. TERTIO interuallo, inter vergiliarum exortum et ſolſtitium, haec fieri debent. Vineas nouellas fodere, aut arare, et poſtea [a] occare, id eſt comminuere, ne ſit glaeba [b]. quod ita occidunt, occare dicunt [c]. Vites pampinari, ſed a ſciente. nam
2 id, quam putare maius, neque in arbuſto, ſed in vinea fieri. Pampinare eſt ex [d] ſarmento coles qui nati ſunt, de iis, qui plurimum valent, primum [e] ac [f] ſecundum, nonnunquam etiam tertium, relinquere, reliquos decerpere, ne relictis colibus ſarmentum nequeat miniſtrare ſucum. Ideo in vitiario primitus cum exit vitis, tota reſecari ſolet, vt
3 firmiore ſarmento e terra exeat, atque in pariendis colibus vires habeat maiores. Eiuncidum [g] enim ſarmentum propter infirmitatem ſterile [h], neque ex ſe poteſt eiicere vitem. quam

f) *mittere I. B. R. emittere I. I-G.* g) *aut ante fronde, quam florere inceperint I. I-G. ante frondem flore incoeperint I. B. R.* h) *inciperunt P.* i) *idonea I. B. R.* [C. XXXI.] a) *et deinde I. B. R. et poſtea P.* b) *gleba dura I. B. R.* c) *dictum P.* d) *ex* deeſt *I. B. R.* e) *primum* deeſt *I. B. R.* f) *ad I. B. R.* g) *Emucidum I. B. R. Ba-G. Euincidum Iuntt. Eiuncidum P. Iuncidum Gr. 2.* h) *ſterileſcit I. I-G.*

noſter deinde c. 37, 5 *vt defendantur a paſtione.* c. 47 *pecus a prato ablegandum.*

30 QVOD SI QVAE FOLIA AMITTERE) Ita locum reſtitui: recte vt opinor. Vt autem facilius iudicari poſſit, veterem lectionem, multum a peruulgata diſcrepantem, adponam: *Quod ſi quae folia mittere ſolent ante frondere inciperunt, ſtatim ad ferendum idonea non ſunt.* Primam ſyllabam indefinito tempori addendam cenſui, et pro *Mittere*, *Amittere* ſcribendum, vt per *quae folia amittere ſolent*, intelligat, quae Graeci appellant φυλλοβολοῦντα. Animaduerti enim M. Varronem ita conuertere ex Theophraſto φυλλοβολεῖν. Reliqua opera noſtra non indigebant, nam integra erant. Sententia autem plana, vt eo reſtituto in antiqua ſcriptura, caetera recta ſint: communis autem vitia perſpiciantur. VICTOR.

31, 1 ET POSTEA OCCARE) Nonius (1, 304) *occationem ab occaecatis ſeminibus, qua id efficitur, dici M. Tullius voluit de Senectute. Terra cum gremio mollito atque ſubacto ſparſum ſemen excepit, primum occaecatum cohibet, ex quo occatio, quae hoc efficit, nominata eſt.* Serenus apud eundem Nonium: *Occatio occaecatio eſt.* Videndus Feſtus in *occare*, vbi citat locum Cic. de Senect. Colum. 11, 2. VRSIN. Adde Iſidorum Orig. 17, 2, et quae Salmaſius notat ad Solinum c. 33 p. 363 f. c. 37. p. 513. SCHOETTG.

31, 1 VITES PAMPINARI, SED A SCIENTE) Graeci βλαστολογεῖν appellant. Theophraſtus de cauſis plant. 3, 19 (quem etiam M. Varro expreſſit) πρῶτον μὲν καὶ μέγιστόν ἐστιν ἡ κλάσις, etc. δεύτερον δὲ καὶ τρόπον τινὰ τούτῳ παραπλήσιον, ἡ βλαστολογία· καὶ γὰρ ἐνταῦθα εἰδέναι δεῖ τὰ ποῖα συμφέρει καταλιπεῖν, καὶ τὰ ποῖα ἀφαιρεῖν, καὶ πρὸς τοὺς ἑτέρους καρπούς, καὶ πρὸς τὴν ὅλην φύσιν. VICTOR.

31, 1 QVAM PVTARE MAIVS) Colum. 4, 27, 2 *Nam id plurimum refert non inſcite facere. Siquidem vel magis pampinatio, quam putatio vitibus conſulit.* Videndus Nonius in *Caulem*, licet corruptiſſime citet. VRSIN. Locus eſt 2, 190, Merc. p. 93, 24 Miſcetur locus Virgilii cum hoc Varronis. *Caulem* ibi ſcribit etiam Mercerus.

31, 2 E TERRA) Hae voces videntur adiectae IDEM.

31, 3 EIVNCIDVM ENIM SARMENTVM PROPTER INFIRMITATEM STERILE) Vetus lectio. In excuſis antea libris *Euincidum.* Duo ſunt loci apud auctorem hunc maculoſi, vt opinor: hic et alter in II libro, vbi diſſerit de paſtoribus: quorum ſi quis alterutrum emendarit, ambos emendarit. Ille tamen, vt videtur, deprauatior, ipſe hunc etiam valde ſuſpectum habeo, cum ad eum peruenero accuratius iterum de hac re diſputabo. Nam in ſuperioribus verbis mendum nullum eſſe puto. Fuerunt tamen qui locum correctione indigere exiſtimantes, multa variarunt, atque id contra fidem priſcorum codicum. VICTOR. Plin. 17, 22 legit *emucidum.* [Alii legunt *eiuncidum*] Colum. 4, 6, 3 *emacientur.* VRSIN. Placet *iuncidum*, quod altera Gryphiana 1541 habet. vel *eiuncidum*, quod notat tenue inſtar iunci, Gloſſae in Theſ. Fabri citatae: *eiuncidum ἐκλελυμένον.* Extat etiam haec vox in Codd. Plinii, quanquam F. Vrſinus aliud legat. SCHOETTG. Dubitatum eſt de *eiuncidum* a Victorio. Id *iuncidum* eſt ab iunco; Sed vetuſtiſſima orthographia vt *eitur*, *eidem*, *quei*, *poſeiui* et alia ſexcenta huiusmodi in antiquis monumentis. PONTED. v. et Epiſt. p. 441.

31, 3

quam vocant minorem flagellum, maiorem etiam vnde vuae nascuntur, palmam [i]. prior
litera vna mutata declinata a venti flatu, similiter flabellum [k] ac flagellum. posterior
quo ea vitis immittitur ad vuas pariendas, dicta primo videtur a [l] pariendo parilema: exin [m] mutatis literis, vt in multis, dici coepta palma. Ex altera parte caprea [n] 4
dicta, quod parit capreolum. is est colieulus viteus intortus, vt cincinnus. is enim
vites vt [o] teneat [p], serpit ad locum capiundum. ex [q] quo a [r] capiendo capreolus dictus. Omne pabulum, primum ocimum, farraginem, viciam, nouissime foenum
secari [s]. ocinum [t] dictum a Graeco verbo ὠκέως [u], quod valet cito. Similiter quo [x]
ocimum

i) *palmam priore littera mutata in d. dalma a venti flatu dicta similiter flabellum prior: flagellum posterior. Et vitis eo quod inuitetur ad vuas pariundas I. B. R. palmam declinata. A venti flatu flabellum prius, flagellum posterius. Et vitis eo, quod inuitetur ad vuas Ba-G.* k) *ac flabellum flagellum P.* l) *et a I. B. R. Ba-G.* m) *exinmutatis P. ex immutatis Iuntt. dici ex immutatis I. B. R. ex imminutis Ba-G.* n) *caprea dicta, quod* desunt *P. Ryck.* o) *quibus teneat, et quas eripiat: et ad locum capiundum se erigit: Ex quo I. B. R.* p) *id: qua* inf. *P.* q) *ex* deest *P.* r) *a* deest *P.* s) *ficari. P.* t) *Ocimum I. B. R. H. St-D. Ocymum I. I-G.* u) *oceos P. ocbis I. B. R. ὠκὺς I. I. Ba. ὠκὺς H. A. Gr. G.* x) *quoque a. V.*

31, 3 MAIOREM ETIAM VNDE) Forte traiectis vocibus legendum: *Maiorem vnde etiam.* Nisi tamen hoc voluit Varro, maiorem vitem non *flagellum* modo appellari, sed etiam *palmam.*

31, 3 PALMAM) Vel *palmitem*, quod vsitatius. Videantur Paulus, Festi abbreuiator, Isidorus l. c. et Guilandinus de papyro c. 3 p 89. SCHOETTG.

31, 3 QVO EA VITIS IMMITTITVR) *Immittitur* est pro *submittitur.* V. Var. Lect. c. 5, 6, 31 not. *c.* adde Cic. de Sen. 15. *sarmentorumque aliorum amputatio, aliorum immissio.*

31, 3 EXIN MVTATIS) Ita ex ingenio emendaui, parua licentia vsus. In excusis: *Ex immutatis. Exin* respondet Aduerbio, quod ante posuerat *primo.* Hic etiam multo longe a vetere scriptura in quibusdam impressis libris variata sunt. VICTOR. Quanto blandius est etymon a *palmarum* in manibus hominum similitudine ductum. Racemi et ipsa folia ad *palmam* vel *palmitem* se habent, vt ad manus palmam digiti.

31, 4 EX ALTERA PARTE) Veteres libri hic perturbati. Receptam lectionem retinui, antiquam autem nunc notam faciam, *Ex altera parte parit capreolum. is est coliculus viteus intortus, vt cincinnus: is enim vitis quibus teneat: id qua serpit ad locum capiendum quo capiendo capreolus dictus.* VICTOR. Totus locus foede interpolatus. Vetus lectio vera est. *Ex altera parte parit capreolum. is est coliculus viteus intortus, vt cincinnus. is enim vitis.* Hoc est, Is enim vitis cincinnus. isque est in vite, qui capite humano cincinnus. Sequitur, *Quibus teneat id, qua serpit ad locum capiendum.* ἐναλλαγὴ generis, [f. volebat *numeri*] vt alibi. Nam nunc ad omnes cincinnos hoc pertinet, et est familiaris elegantia Varroni. vt infra de eadem pene re, cum loquitur de vicia, *Quod item capreolos habet, vt vitis, quibus cum susum versum serpit ad scapum lupini, aliumue quem, vt haereat, id solet vincire.* Nam τὸ *id* non respondet τῷ *scapus.* Praeterea est mutatio partium ex pronomine in aduerbium loci, id, qua serpit. Sic infra, de insitionibus, *Meliori genere vt sit surculus, quam est quo veniat arbor.* Porro *Capreolum* dictum a *capiendo*, non magis mihi persuadebit Varro, quam alia pleraque ab ipso perperam ἐτυμολογούμενα. nam lasciuia quadam propter teneritudinem ita dictus est, vt Graeci nouellos ramos vocant μόσχους. Eadem lasciuia palmitem emeritum multisque annis induratum *Draconem* vocarunt: siue a squamoso et aspero cortice, qualis est draconum cutis, seu a longitudine anguinea. Sane Graeci quicquid nouellum, vocant μόσχον. vt Homerus, - - μόσχοισι λύγοισι. Latini idem retinuerunt. nam ab eo manifesto dictum est *moschum*, seu vt nunc scribitur *mustum*; vt *musta poma, musta aestas* Naeuio, *mustum vinum.* Nam vt ab ὄρχος hortus, sic μόσχος mustus. quia X in t et vicissim mutatio est; vt Tarentini ὄρυχας dicunt, quod alii ὄρνιθας. SCALIGER.

31, 4 VITEVS) De vite. Occurrit etiam apud Nemesianum, Ecl. 3, 18 *Te cano, qui grauidis hederata fronde corymbis Vitea serta plicas.* Ausonius Mosella v. 152. *Inducant aliam spectacula vitea pompam.* h. e. vuae spectatissimae. SCHOETTGENIVS.

31, 4 IS ENIM VITES VT) Forte leg. *Is enim vites, vt teneat, quod serpit ad locum capiendum, capreolus dictus.* Festus in *Capreoli.* VRSINVS.

31, 4 OCINVM DICTVM – CITO) Ita legi debere arbitror, et ita in veteribus libris scriptum inueni. Nam in antiquis quoque Plinii codicibus sic locus ille legitur, libro decimo octauo, capite XVI. *Varro appellatum a celeritate proueniendi a Graeco, quod dicunt, oceos.* Hic autem Varronis locus quam inquinatus sit apud Nonium Marcellum, facile omnes videre possunt. *Ocinum,* inquit, *quod ocimum dicimus: Varro de Re Rustica lib.* 1 VICTOR. Nonius Marcellus de Gen. Cib. et Pot. hunc locum sic exhibet: *Varro de Re Rustica*

ocimum in [y] horto. Hoc amplius dictum ocinum, quod citat aluum bubus, et ideo iis datur vt purgentur. id [z] ex fabuli ſegete [a] viride ſectum ante quam genat [b] ſiliquas. Contra, ex ſegete, vbi ſata admixta ordeum et vicia, et legumina pabuli cauſa viridia

y) i. cito. Hoc I. B. R. *z) id eſt pabuli I. B. R. Iunt. id eſt fabuli P.* idem *fabuli Ryck. id genus pabuli ſunt Ba-G. id ex pabuli Vict.* *a) ſegetes virides ſectae I. B. R. Ba-G.* b) *generent I. B. R. gerat Iunt. gerant Ba-G.*

ſtica libro 1. *Primum ocymum, farraginem, viciam, nouiſſime foenum vocari. Ocymum dictum a graeco verbo ὠκὺς, quod venit cito. ſimiliter quod ocymum in horto.* Hinc apparet nonnulla in excuſis libris apud Varronem alio modo legi: vt *ſecari* pro *vocari*, *ὠκέως* pro *ὠκὺς* (ſic tamen Aldus, Iunta et Gymn. ponunt.) *valet* pro *venit*, *quo* [ſiue *quoque* vt in Aldinis et Iuntinis editionibus, et in aliis] pro *quod*. PONT. In Merceri editione ita expreſſus hic locus, OCYMVM, *quod ocimum dicimus. Varro de Re Ruſt. lib.* 1. *Primum Ocymum, viciam, nouiſſime foenum ſecari. Ocymum dictum a Graeco verbo ὠκέως, quod valet cito, ſimiliter quod ocymum in horto.* p. 550 ſq.

31, 4 SIMILITER QVO OCIMVM) In libris Nonii eſt: *ſimiliter quod.* Quod ocymum, inquit, cito prouenit in horto ex eo dictum. Plin. 18. *Varro appellatum a celeritate proueniendi, a Graeco, quod ὠκέως dicunt.* FORMA.

31, 4 QVOD CITAT ALVVM BVBVS) Plin 18, 16 *Apud antiquos erat pabuli genus, quod Cato ocymum vocat, quo ſiſtebant aluum bubus.* Vbi manifeſto legendum *citabant.* Deinde ſubſequitur apud Plinium, *Id erat e pabuli ſegete, antequam gelaret.* Quae verba, vt et ſuperiora, ex Varrone transſcripta ſunt. Sed illud *gelaret* non eſt nauci. Itaque legito: *antequam genicularet.* Nam ſi deſecetur ex ſegete fabali, Varro vult id fieri, antequam gignat ſiliquas. Plinius vero, quod de pabulo et farragine intelligit, vult deſecari, antequam in articulum peruenit ſeges. id quod dicitur *geniculari.* SCALIG. Harduinus ad Plin. l. c. ſ. 42 *Forte* citabant *hic agnoſcendum. Aut, quod aliis quoque accidit, alia vis eſt ei, ſi parcius: alia, ſi ſumatur largius.* Sed etiam reliqua Plinii verba, vt hodie leguntur in editione Harduini, apponam, *id erat e pabulis ſegete viridi deſecta, antequam gelaret.* Ad vltima haec Hard. *Ita Mſſ. At ex Varrone ſincerius*, antequam ſiliquaret, *vel* generet ſiliquas. *Itaque ocymum ex fabali caule, eruo, vicia, caeteriſque eiuſmodi parabatur, quae ſiliquas habent.* Nimirum ipſe Plinius, ſtatim a verbis, quae laudauimus, *Mamilius*, inquit, *id aliter interpretatur, et tradit fabae modios decem, viciae duos, tantundem eruiliae, in iugero autumno miſceri et ſeri ſolitum etc.* His ipſis confirmatur illa lectio vetus *fabuli ſegete*, de qua iam mox: reliqua item quae hic ſequuntur, quae tamen, quia corrupta ſint, vix dubito.

31, 4 ID EX PABVLI SEGETE) In antiquis libris, *id eſt fabuli ſegete.* Nam ſic etiam non multo ante in iisdem locus ille ſcriptus eſt. *Et nonnunquam fabulia*, in excuſis autem, *fabalia.* VICTOR. Vetus ſcriptura: *Ex fabuli ſegete.* Quae confirmatur ex ipſo Varrone, vbi dicit, *antequam genat ſiliquas:* item ex Plin. c. 12 et 16. l. 18. Hic locus admonet me, vt inſignem alium apud Catonem reſtituam. Titulo de fundo ſuburbano, vbi praecipit, mala vt ſerantur, *Eo lotium*, inquit, *aut ſtercus ad radicem addere oportet, vti ſtabilia mala fiant.* Quae poſtrema verba cum iam ſuſpecta haberem, ſuſpicioni meae non parum momenti ex veteri lectione acceſſit. Ea habuit, *vti fabulim malorum.* legendum, *aut fabulium alarum.* Nam fabules alae, ſunt culmi fabales a veteribus dicti. Seruius grammaticus, *Nonnulli*, inquit, *proprie calamos lupinorum alas dici putant. vt Aelius: alae ex lupino, ſurculi ſine foliis. Cato in originibus, Alae ex lupino. Memini tamen Varronem de lingua Latina alam culmum fabae dicere.* Hactenus Seruius, cuius verba, quia nondum in lucem edita ſunt, ex libro Danielis noſtri citaui. Praecipit Cato ſtercus addere, aut fabales alas, quae vicem optimi ſtercoris praeſtare poſſunt; quod teſtantur Geoponici Commentarii, in quibus haec ex Varrone transſcripta leguntur: τὴν δὲ ἁλμυρὰν (γῆν) ἐν ἀρχῇ χειμῶνος ὕστερον προγενομένου κυάμους ἀρότροις μικροῖς ἀχύροις διαπάσσεις, κάλλιον μὲν ποιήσεις. Reliqua perlege, ſi placet. Nam acus fabale in ſterquilinium ingerebant, vt ſimul cum aliarum rerum congeſtitia colluuie putreſceret. Quod vero Cato ad radicem arborum acus fabale ingeri praecipit, id frequenter quoque in Geoponicis edicitur, καὶ ἄχυρα κυάμινα παραβαλλόμενα τῷ τείχει, ποιεῖ τὸ δένδρον καρποφορεῖν: Lucillii quoque verſiculus per fabulum nihil aliud intelligit, quam acus fabale, *Hic in ſtercore, humi, fabuloque, fimo, atque ſucerda:* Sed antequam huic animaduerſiunculae finem faciam, duorum commonefaciendus es: primum ſcripturae. Nam *fabulia* dicebant illi veteres, non *fabalia*, vt ſemper in iſtis libris De re ruſtica. Deinde ἀρχαϊσμοῦ in loquendo. nam dicit *fabulium alarum* in genitiuo caſu, cum prius eſſet accuſandi caſu vſus. Qui eſt vetus Atticiſmus quo priſci Latini ſaepe vtuntur, vt Varro ipſe horum commentariorum libro III, *Prope apponendum bene olentium herbarum.* προσθετέον καὶ τῶν εὐωδῶν βοτανῶν. SCALIG. *Id genus pabuli ſunt ſegetes virides, ſectae ante, quam gerat ſiliquas*, ſiue *genat*, vt eſt in V. C. Plin. 18, 16 in V. C. *Id erat e pabuli ſegete viride deſectum, antequam gelaret*, forte *ſiliquaret* vel *genicularet.* Nam ita loquitur Plinius alibi pro *ſiliquas generaret.* VRSINVS.

viridia [c], quod [d] [far] ferro caesa [e], farrago [f] dicta [g], aut nisi [h] quod primum in far-
racia [i] segete seri coeptum [k]. Ea [l] equi, et iumenta caetera verno tempore purgan-
tur, ac saginantur [m]. Vicia dicta a vinciendo, quod item capreolos habet vt vitis,
quibus [n] cum sursum vorsum serpit ad [o] scapum lupini, aliumue [p] quem, vt [q] hae-
reat, id [r] solet vincire [s]. Si prata irrigua habebis, simulac foenum sustuleris, irrigare. 6
In [t] poma, quae insita erunt, siccitatibus aquam addi quotidie [u]. a quo, quod indi-
gent potu, poma dicta esse possunt.

XXXII.

c) *sunt. Inde quod Pol. 2. I. B. R. Ba-G. viridea P.* d) *quo far et Iunt. quo fare P.* e) *caesum I. B. R. Ba-G.* f) *ferrago P.* g) *dictum I. B. R. Ba-G.* h) *nisi* deest *a. V. ni se P. inde Ryck.* i) *faracia Ba-G.* k) *coepta P. I. I.* l) *Eo I. B. R. I. I.* m) *sagenantur P. Ienss.* n) *quibus a. V. quibus cum susum P.* o) *et ad I. B. R.* p) *calamum, ad* inf. *a. V.* q) *vt* deest *I. B. R.* r) *eum I. I-G.* s) *vincere P.* t) *Item I. B. R.* u) *quotidie* deest *I. B. R. quotidie vesperi a quo Ba-G.* x) *poma C. dicta P.*

SINVS. Quae ex Plinio etiam confirmantur: *Apud antiquos* (scribit 18, 16) *erat pabuli genus quod Cato ocinum vocat*, quo *sistebant aluum bubus. Id erat e pabulis segete viridi desecta antequam gelaret. Sura Mamilius id aliter interpretatur, et tradit fabae modios X, viciae duos, tantundem et eruiliae in iugero autumno misceri et seri solitos*; ideo a Faba cuius maior modus adiicitur, recte ex *fabuli segete*. Verum in Plinio sunt mala pro bonis *sistebant* pro *ciebant* vel *citabant*, *pabulis* pro *fabuli*, *gelaret* pro *genaret* siliquas nempe. PONTED.

31, 4 ANTEQVAM GENAT SILIQVAS) In excusis *Gerat*, mendose: in manu scriptis omnibus *Genat*, recte. Hunc locum deprauarunt qui *Geno* Latinum esse verbum nesciebant, et a vetustissimis crebro vsurpatum. Priscianus lib. X. *Gigno genui, pro quo Geno vetustissimi protulerunt. Varro in Andabata, Sed quod haec loca aliquid genunt.* Cuius infinitum passiuum Lucretius in III protulit, -- *tanto magis insiciandum, Totam posse extra corpus durare, genique.* In libro quoque XXX Pandectarum, De legatis et fideicommiss. l. Qui filiabus, sic locus ille legitur in Florentino exemplari, *Si quis ita legauerit, si qua filia mihi genitur, ei haeres meus centum dato.* Plurimis autem locis hoc verbum apud Varronem temere sublatum fuerat. VICTORIVS.

31, 5 VBI SATA ADMIXTA) Vox *sata* glossema est. p. p. leg. *farracia*, non *faracia*. VRSINVS.

31, 5 QVOD [FAR] FERRO CAESA) Vix dubito, quin *far* illud inculcatum sit a librario ex margine, vbi id posuerat lector, qui inde potius, quam a *ferro ferraginem* dictam vellet.

31, 5 AVT NISI QVOD) Codex Ryckianus loco *nisi* habet *inde* longe rectius. SCHOETTG. Recte si quid video, et sic tandem sententia Varronis satis declarari posse videtur. *Ocinum* est ex illius mente *viride sectum ex fabuli segete, antequam genat siliquas. Contra ex segete, vbi sata alia admixta, e. g. ordeum et vicia et legumina alia, recisa pabuli causa viridia, quod ferro caesa, farrago dicta etc.* Bonane sit etymologia, non disputo. Ipse Varro diffidit, subiuncta alia.

31, 5 QVIBVS CVM SVRSVM) Forte legendum: *Quibus cum sursum vorsum serpit, et ad scapum aliudue quid adhaeret, id solet vincire etc.* p. p. pro *potu* Nonius alibi legit *potui*, cum tamen in *poma* citet *potu*. VRSIN. Nihil dubitaui interpunctionem Vrsini recipere, cum nihil ea videatur certius. De reliquis lectori integrum esto.

31, 5 ID SOLET VINCIRE) Non opus est *id* in *eum* mutare, quod in quibusdam editionibus a correctoribus factum arbitror. Vide quae obseruamus ad nostrum 1, 1, 11 et Scal. ad verba Sect. praec. *ex altera parte*.

31, 6 QVOTIDIE) *Vespere* addit Nonius 1, 305 vbi nostrum locum citat, quam vocem etiam Mercerus testatur in optimo Varronis Codice reperiri. SCHOETTG.

31, 6 QVOD INDIGENT POTV) Nonius *Potui* hic a Varrone scriptum fuisse tradit, de numeris et casibus. 1414. *Datiuus pro ablatiuo. Sisenna Historiarum libro IIII, Alii saltui ac velocitati certare. Varro de Re Rustica libro primo. A quo quod indigent potui poma dicta esse possunt.* Communem lectionem conseruaui, quam etiam in antiquis libris repperi. Habent autem illic hic etiam L, de quo supra locutus sum: quae nota fortasse aliqua fuit, quales multas in antiquis libris veteres ponebant. Potuit etiam illa hanc nouam locutionem, quam adnotauit Nonius, indicare. Quod ad veterem orthographiam pertinet, duo hic admonere possumus, *Resicari* et *Sicari*, hoc capite contra huius temporis consuetudinem in antiquis libris scriptum esse: quemadmodum etiam hoc ipso in libro, vbi de messionis generibus agit. *Et manipulum, vt quemque subsicuerunt.* et eodem loco, *Vt stramentum medium subsicent.* nam eandem rationem habet, quod (vbi de modis quibus metirentur rura agit) in peruetusta scriptum est, *In subsiciuum esse vnciam agri*: pro In subseciuum et quod contrariam rationem habere videtur, *Sagenantur* pro *Saginantur*. VICTOR. *Potui* habet apud Nonium editio Merceri p. 61,

XXXII. QVARTO interuallo inter solstitium, et caniculam plerique messem faciunt, quod frumentum dicant [a] quindecim diebus esse in vaginis, quindecim florere, quindecim exarescere, cum sit maturum [b]. Arationes absolui [c], quae [d] eo fructuosiores [e] fiunt [f], quo calidiore terra aratur [g]. Cum proscideris [h], offringi [i] oportet, id est iterare, vt frangantur glaebae. prima enim aratione grandes glaebae ex terra
2 scinduntur. Serendum viciam, lentem, cicerculam, eruilam [k], caeteraque, quae alii legumina, alii (vt Gallicani quidam) legaria [l] appellant, vtraque dicta a legendo, quod ea non secantur, sed vellendo leguntur. Vineas veteres iterum occare [m], nouellas etiam tertio, si sunt [n] etiam tum glaebae.

XXXIII. QVINTO interuallo inter caniculam, et aequinoctium autumnale [a] oportet stramenta desecari, et aceruos construi [b], aratro offringi [c], frondem caedi, prata irrigua iterum secari.

XXXIV. SEXTO interuallo ab aequinoctio autumnali incipere [scribunt] oportere serere, vsque ad diem XCI [a]. post brumam, nisi quae necessaria causa coegerit, non serere: quod tantum intersit, vt ante brumam sata [b], septimo die; quae [c] a bruma sata, XL die vix existant [d]. neque ante aequinoctium incipi oportere putant, quod, si minus

[C. XXXII.] a) *dicant a. V.* b) *collige. Inde* inf. *I. B. R.* c) *ad solui P. ad solum I. B. R. absoluere I. I.-G.* d) *quod I. B. R.* e) *fructuosior P.* f) *fuit P. sunt I. B. R.* g) *arator. Si P.* h) *proscinderis I. B. R.* i) *effringi Herv.* k) *eruiliam a. V.* l) *legarica P.* m) *et* inf. *I. B. R.* n) *sint I. B. R. Ba-G.* [C. XXXIII.] a) *autumni I. B. R.* b) *constitur P.* c) *effringi Herv. arato offringi V. C. Vrs.* [C. XXXIV.] a) *nonagesimum vnum P.* b) *quae* inf. *P.* c) *quae a* deest *P.* d) *exeunt a. V.*

ri p. 61, extr. non tamen Gothofredi 1, 307, quippe qui cum pluribus Varronis nostri facit exemplaribus. SCHOETTG. De *L* quod crucem hic etiam figit Victorius, Scal. ad V. 1, 59, 2.

32 QVARTO — ABSOLVI) Puto de his per vetustatem quid subductum, scribente Plinio: *Varro quater nouenis diebus fruges absolui tradit, et mense nono meti*; ideo Varronianis addendum est: *cum sit maturum nono mense*; et Plinio pro *quater nouenis, quinquies nouenis.* Illud item in Varrone: *arationes absolui* videtur fuisse *arationes absoluendum*, cuius indicium faciunt Ienfoniana exemplaria *arationes ad solum*, ita per contractionem ex *absoluendum* deprauata. PONTED.

32, 1 QVOD FRVMENT. DICANT — QVOD SIT MAT.) Ita est in V. C. et ita citat Plin. 18, 17 [f. 10, 4] *Varro quaternouenis diebus fruges absolui tradit, et mense nono meti.* Sed videtur apud Plinium, *quadragenis quinis diebus*, ex hoc loco Varronis legendum esse. Theophr. Hist. Plant. 8, 3 μετὰ δὲ τὴν ἀπάνθησιν, ἁδρύνονται πυροὶ μὲν καὶ κριθαὶ τετταρακονταῖα μάλιστα etc. VRSIN. Harduinus negat amplius extare locum Varronis a Plinio laudatum.

32, 1 CVM SIT MATVRVM) Malo: *cum sit maturum.* SCALIGER.

33 AEQVIN. AVTVMNALE) Varro *autumnal* vsurpabat, vt docet Charisius de analogia dicens: *autumnal. Varro, aequinoctium autumnal, quod idem Plinius libro VI notat.* PONTED.

34, 1 INCIPERE SCRIBVNT) *Scribunt* glossema esse puto, vt p. p. 35, 1 *dicunt.*

34, 1 VSQVE AD DIEM XCI. POST BRVMAM) Ab aequinoctio autumni ad brumam dies solum habentur XXCVIII. quin etiam periti agricolae vsque in brumam sationem non producunt, vt Columella lib. 2 docet, et Plinius lib. 18. Idemque Varro cap. 36 XV diebus ante brumam sationem finiri determinat. propterea dies essent soli LXXIII vel LXXIV. PONTED.

34, 1 VT ANTE BRVMAM) Plin. 18, 24 *Inter omnes autem conuenit, circa brumam serendum non esse, magno argumento, quoniam hiberna semina, cum ante brumam sata sint, septimo die erumpant: si post brumam, vix quadragesimo.* Sed legendum apud Plinium videtur, *citra brumam serendum non esse, etc.* Colum. 2, 8, 3 *Caeterum locis vliginosis, plerumque citra Cal. Octobr. seminare conuenit.* VRSIN. Sed ostendit Hard. ad Plin. l. c. f. 56 no. mai. 24 nihil mutandum; cum Columella 2, 8, 2 et ipse noster Terentius statim c 35 *quindecim dies ante et totidem post brumam* a satione liberos velint.

34, 1 XL DIE VIX EXISTANT) Haec est vetus lectio, antea in excusis, *Exeant*: quemadmodum sane alibi quoque M. Varro locutus est, vt hoc ipso in libro. *Primum plerumque e terra exit hordeum diebus VII.* Potuit tamen orationem velle variare. nam *existere* praeclare hoc etiam significare arbitror. Cic. de diuin. 2, 23 *Tages quidam*

minus idoneae tempestates sint consecutae, putescere [e] semina soleant. Fabam optime seri in vergiliarum occasu. Vuas autem legere, et vindemiam facere inter aequinoctium autumnale, et vergiliarum occasum. Dein [f] vites putare incipere, et propagare, et serere poma. Haec aliquot regionibus, vbi maturius frigora fiunt asperiora, melius verno tempore. 2

XXXV. SEPTIMO interuallo inter vergiliarum occasum, et brumam, haec fieri oportere [dicunt [a].] Serere lilium, et crocum, quod iam egit radicem; rosam [b]. ea conciditur radicitus in virgulas palmares, et obruitur. haec eadem postea transfertur facta viuiradix [c]. Violaria in fundo facere non est vtile, ideo quod necesse est [d] terra adruenda [e], puluinos fieri, quos irrigationes, et pluuiae [f] tempestates abluunt, et agrum faciunt macriorem [g]. Ab fauonio vsque ad arcturi exortum recte serpullum [h] e seminario transferri: quod dictum ab eo quod serpit. Fossas nouas fodere, veteres tergere, vineas arbustumque putare, dum in XV diebus ante et post brumam, vt pleraque ne facias: nec non tum aliquid recte seritur, vt vlmi. 2

XXXVI. OCTAVO interuallo inter brumam et fauonium haec [a] fieri oportet. de segetibus, si qua est aqua, deduci: sin siccitates sunt, et terra teneritudinem habet, sarire. vineas, arbustaque putare. Cum in agris opus fieri non potest, quae sub tecto possunt, tunc conficienda antelucano tempore hiberno. Quae dixi, scripta, et posita [b] habere in villa oportet, maxime vt vilicus norit.

XXXVII. DIES lunares quoque obseruandi, qui quodammodo bipartiti [a]. Quod noua luna crescit ad plenam, et inde rursus ad nouam lunam decrescit, quod [b] veniat ad intermenstruum, e quo die dicitur luna esse extrema, et prima; a quo eum [c] diem Athenis

e) *putrescere a. V.* f) *deinde I. B. R. Ba-G.* [C. XXXV.] a) *dicunt* deest *I. B. R. dicant P.* b) *Rosa mea conditur Pol.* 1. *Rosata conditur Pol.* 2. *Rosa etiam conciditur a. V.* c) *viuiradice I. B. R.* d) *e terra ad ea obruenda* alii praeter *P. I. B. R. e terra ad obruendos puluinos Ryck.* e) *abruenda P.* f) *et inser. a. V.* g) *minorem a. V.* h) *serpillum a. V.* praeter *I. I. Ba.* quae *serpyllum.* [C. XXXVI.] a) *hoc I. B. R. Ba-G.* b) *proposita P.* [C. XXXVII.] a) *bipertiti P.* b) *quoad a. V.* c) *eam a. V.*

dam dicitur in agro Tarquiniensi, cum terra araretur, extitisse *repente.* VICTOR.

35, 1 OPORTERE DICVNT) *Dicunt* videtur additum ab expositore, nam in V. C. non legitur. VRSIN.

35, 1 TERRA ADRVENDA) Antiqui libri hac parte perturbati. quare communi lectione conseruata, veterem nunc notam faciam, si possit aliquam vtilitatem afferre. *Terra adruenda puluinos etc.* Caetera hic restituta, ex iisdem libris sumpta sunt, et vitio carent. VICTORIVS. Lege, *Necesse est terra adruenda puluinos fieri*, ex veteri scriptura. hoc est, adruendo terram: vt Lucillius, *Aggere in iaciendo si quo est vineis actis opus.* Hoc est in iaciendo aggerem. SCALIGER. Reuocaui lectionem antiquam, vt apparet, et a Victorio nimis anxia (quod Fruterio visum est Verisim. 2, 22) religione in contextum Varronis non collatam.

35, 1 TEMPESTATES ABLVVNT) Frut. l. c. *abluunt*, inquit, interpretor *dissoluunt*, subtilius fortasse, et tamen verius, nisi fallor, a veteri *luo*, quod est apud Festum in *Lues.*

36 HIBERNO) Haec vox videtur abundare. Deinde in V. C. legitur: *Quae dixi scripta, et proposita habere in villa etc.* pro eo, quod in vulgatis est, *posita.* Plin. l. 35. *Perfecta opera proponebant in virgula* (f. pergula) *transeuntibus.* Cicero: *Scriptae enim et datae sunt, vt proponantur in publico.* Eodem verbo vtitur Lex Seruilia in fragmentis. VRSIN.

37, 1 BIPARTITI) Videtur legendum *quadripartiti*; quae lectio confirmatur loco inferiore. VRSIN.

37, 1 ET INDE) Videtur legendum *Et inde rursus decrescit, quoad veniat ad intermenstruum, quo die etc.* Plin. 18, 12 *Maxime autem intermenstrua mediaque stercorato.* Cat. 37, 3 *Stercus egerito, nisi intermenstrua, lunaque dimidiata.* Luna autem intermenstrua dicitur, non dies. IDEM.

37, 1 QVO DIE DICITVR) *Quo die dicitur esse extrema, et prima, a quo Athenis eam diem appellant*

Athenis appellant ἔνην[d] καὶ νέαν, τριακάδα[e] alii[f]. quaedam faciunda in agris potius crescente luna quam senescente. quaedam contra, quae[g] metas, vt[h] frumenta, et
2 caeduam[i] siluam. Ego ista[k] etiam, inquit AGRASIVS, non solum in ouibus tondendis[l], sed in meo capillo a patre acceptum seruo, ni[m] descrescente luna tondens[n] caluus[o] fiam. AVRIVS, Quemadmodum, inquit, luna quadripartita[p]? et quid ea
3 diuisio ad agros pollet? TREMELLIVS, Nunquam rure audisti, inquit, octauo Ianam[q] [lunam] et crescentem, et contra senescentem; et quae crescente luna fieri oporteret[r], [et] tamen quaedam melius fieri post[s] octauo Ianam[t] [lunam,] quam ante? et si quae senescente[u] fieri conueniret, melius quanto minus[x] haberet ignis
4 id astrum? Dixi de quadripartita forma culturae[y] agri. STOLO, Est altera[z], inquit, temporum diuisio coniuncta quodammodo cum sole et luna, quae[a] in sex partita[b], quod omnis fere fructus quinto denique gradu peruenit ad perfectum, ac videt in villa dolium, ac modium[c], vnde sexto prodit ad vsum. Primo[d] praeparandum, secundo

d) *ἔνη καὶ νέα P. 2. caenen cae nean Pol. 1.* e) *triacada Pol. 1. τριακὰς P. 2. τριακάδες a. V.* f) *alii* deest *I. I-G. Alii* praeced. puncto *I. B. R.* g) *vt quae I. I-G.* h) *vt* deest *I. I-G.* i) *caeduas siluas I. B. R.* k) *istec inquit P.* l) *tundendis Iensf.* m) *vt I. B. R. ne I. I-G.* n) *tondes clauo P.* o) *caluesiam I. I-G.* p) *quadripertita P.* sic fere alias. q) *lanam P.* r) *oporteat I. I-G.* s) *octauo post I. B. R.* t) *lanam P.* u) *luna* add. *I. I-G.* x) *si minus I. I-G.* y) *cultura P.* z) *quidem* ins. *I. B. R.* a) *Quin sexpartita I. B. R. Quin sexpertita P.* b) *est* add. *I. I-G.* c) *modum Iensf.* d) *Primum I. B. R.*

appellant ἔνην καὶ νέαν. Ita videtur hic locus legendus, deletis verbis *Luna*, et τριακάδες, quae ex margine irrepserunt. Varro de LL. lib. 5. *Luna quod Graece olim dicta μήνη, vnde illorum μῆνες: ab eo nostri menses, a mensibus intermenstrua dicta, quod putabant inter mensis senescentis extremos dies, et nouam lunam esse diem, quem diligentius Attici ἔνην καὶ νέαν appellarunt, ab eo, quod ea die potest videri extrema et prima luna.* Sic videtur legendus Varronis locus. IDEM.

37, 1 Τριακάδα ALII) Hanc lectionem restitui e vetustis libris, in quibus sine vlla macula conseruata est: eam autem veram esse facile omnes intelligere possunt. *Quem Athenienses diem ἔνην καὶ νέαν appellant* (inquit Varro) *alii Graeci τριακάδα vocant*: Aristophanes, lepidissimus poeta in hac voce iocatus est, in fabula, quam νεφέλας inscripsit, ἔνη γὰρ ἐστὶ καὶ νέα τις ἡμέρα, Interpres ipsius multa de omni hac re et consuetudine Atheniensium enumerandi dies mensis exposuit. Quemadmodum autem apud Laertium legimus, primus Solon τριακάδα, ἔνην καὶ νέαν appellauit. VICTOR.

37, 1 ET CAEDVAM SILVAM) Legendum *caedas siluam*, siue (quoniam in excusis antiquis libris exstat *caeduas siluas*) *caedas siluas*. PONTED.

37, 2 NI DECRESCENTI LVNA TONDENS CALVVS FIAM) Antiqua lectio restituta: nisi quod vetere more scribendi illa *Tondes caluos* habebat: sed *N* saepe relinquere solebant: vt *Praegnas*, pro *Praegnans*: contra autem quandoque addere, vt in *Thensauros*, et *Caluos*, vt *Equos*, *Auos*, singulari numero, nominandi casu scriptum fuit. VICTOR. Videtur legendum *vt decrescente etc.* Plin. 16, 39 *Tiberius idem et in capillo tondendo seruauit interlunia. M. Varro aduersus defluuia praecepit obseruandum id* (sc. tondere) *a pleniluniis.* VRSIN.

37, 3 NVNQVAM RVRE) *Nunquam audisti, inquit, octauo Ianam lunam crescentem, et contra senescentem, et quae crescente luna fieri oporteat, tamen melius fieri post octauo Ianam lunam. Et si quae* etc. Ita videtur legendus hic locus, caeteris verbis expunctis, quae intrusa sunt incuria librariorum. VRSIN. Mihi videbatur *Luna* glossema esse eius, qui *Ianam* siue *Dianam* interpretari vellet, et illud et vncinis inclusum abesse debere: nisi pro et *tamen* malis *attamen*. *Octauo Ianam* eadem forma dicitur, vt *octauo Kalendas*, vel *Idus* intellecta τῷ *ante*. Commode hic iam laudauerat Macrobii locum Cl. Schoettgenius, qui Sat. 1, 9 *Pronunciauit*, inquit, *Nigidius*, *Apollinem Ianum esse Dianamque Ianam; adposita d littera, quae saepius i litterae decoris causa adponitur.* v. Scaliger. Emend. tempor. L. 2 p. 174.

37, 3 DIXI DE QVADRIPART.) Haec nimirum ipsa est, qua lunae periodus in quatuor, quas hodie vocant vulgo, quadraturas diuiditur. Nam *octaua Ianam crescentem* est *prima quadratura*, *octaua Ianam decrescentem* est *quadratura vltima*.

37, 4 PRIMO PRAEPARANDVM) Exequitur Varro propositam hic diuisionem, vt agat de primo c. 38; et secundo c. 39 ad 44, 3; de tertio c. 44, 4 ad c. 48; de quarto c. 49 ad 55; de quinto c. 55 ad 61; de sexto a cap. 62 inde ad finem libri.

37, 4 AD

secundo serendum, tertio nutricandum, quarto legendum, quinto condendum, sexto promendum. Ad [e] alia [f] in praeparando, faciendi scrobes, aut [g] repastinandum, aut sulcandum, vt si arbustum aut pomarium facere velis. ad [g] alia arandum, aut fo- 5
diendum, vt si segetes instituas. ad [h] quaedam bipalio vertenda terra, plus aut minus. aliae enim radices angustius diffundunt [i], vt cupressi, aliae latius, vt platani, vsque eo, vt [k] Theophrastus scribat, Athenis [l] in Lyceo, cum etiam [m] tunc platanus nouella esset, radices trium et triginta cubitorum egisse. Quaedam si bubus et aratro proscideris, et iterandum ante, quam semen iactes [n]. Item praeparatio si quae [o] sit in pratis [p], id [q] est, vt defendantur a pastione, quod fere obseruant a piro florente: si irrigua sunt, vt tempestiue irrigentur.

XXXVIII. QVAE loca in agro stercoranda videndum, et qui, et quo genere potissimum facias: nam discrimina eius aliquot. Stercus optimum scribit esse Cassius volucrium [a], praeter palustrium ac nantium. De hisce praestare [b] columbinum, quod sit calidissimum, ac fermentare possit terram. Id vt semen aspergi oportere in agro, non vt de pecore aceruatim [c] poni. Ego arbitror praestare ex auiariis turdorum ac 2
merularum, quod non solum ad agrum vtile, sed etiam ad cibum ita bubus ac suibus [d], vt

e) *At a. V.* f) *alia* deest *I. I-G.* g) *ac I. B. R.* h) *At I. B. R.* i) *diffunduntur I. I-G.* k) (*vt Theophr. scribit*) *a. V.* l) *athenas P.* m) *etiam num a. V.* alii diuid. alii iungunt. n) *iactas P.* o) *qua a. V.* p) *partis P.* q) *ea Ba-G.* [C. XXXVIII.] a) *volucrum a. V.* b) *praestat I. B. R.* c) *aceruatum I. B. R.* d) *subus P.*

37,4 AD ALIA IN PRAEPARANDO) Ita locum restitui ex antiquis libris, sic etiam infra loquitur, *Ad alia arandum.* nec multo post, *Ad quaedam bipalio vertenda terra.* Deceperat librarios, quod hic praepositio *Ad*, per *T* scripta est, *At*: vt duobus etiam locis qui consequuntur. Magis tamen peccarunt, quod *Alia* hinc sustulerunt. VICTOR.

37,4 FACIENDI SCROBES) *Scrobes* hic Varro virili genere dixit, quemadmodum Nonius veteres etiam alios fecisse ostendit. nam muliebri quoque genere vocabantur. vbi autem de hac re disseruit, inquit, *Varro rusticarum rerum libro primo, Scrobiculum dicit. Scrobiculum* ὑποκοριστικῶς in his libris appellarum non memini me legisse, quare aut sub aliquo mendo hoc nomen in codicibus Varronis latet, aut memoria Nonii vacillauit. VICTOR. V. C. *In praeparando ad alia, scrobes faciendi.* Locus autem Theophrasti, qui citatur, est ex libro I. hist. plant. c. 40 [est c. 11 error natus ex XL confuso cum XI] Plin. 12, 1 *Celebratae sunt primum in ambulatione Academiae Athenis cubitorum triginta sex, vnius radice ramos antecedente.* Sed ex hoc Varronis loco legendum apud Plinium, *Lycei*, non *Academiae*; et *triginta trium vnius radice ramos agente.* Cicero Acad. 1 *Qui erant cum Aristotele, Peripatetici dicti sunt, quia disputabant inambulantes in Lycio: Illi autem, qui Platonis instituto in Academia, quod est alterum gymnasium etc.* VRSIN. Apud Plin. 12, 1 f. 5 Harduinus legit *cubitorum XXXIII a radice ramos antecedente*, vbi si τὴν a post numeri notam tollas, conueniet cum Theophrasto et Varrone.

37,5 ALIAE ENIM RADICES ANG. DIFFVNDVNT) Apparet offensos esse quosdam forma actiua *diffundunt.* Sed potest, credo, intransitiue accipi, vt *terra mouet*, et huic similia: quanquam hic ne quidem opus est. *Aliae* int. arbores, *radices* suas *diffundunt.*

37,5 VSQVE EO, VT THEOPHR.) Locus, quem intelligit Varro, est in primo φυτῶν ἱστορίας (c. 11.) ἥ γε ἐν τῷ Λυκείῳ ἡ πλάτανος, ἡ κατὰ τὸν ὀχετόν, ἔτι νέα οὖσα περὶ τρεῖς καὶ τριάκοντα πήχεις ἀφῆκεν. VICTORIVS.

37,5 QVAEDAM SI BVBVS) Videtur legendum, *Ad quaedam si bubus et aratro proscideris, iterandum ante, quam semen iactes. Item praeparatio si qua sit in pratis, ea est, vt defendantur, quod fere etc.* Verba vero, *a pastione* abundant. Supra c. 30 *Salicem caedi, prata defendi.* c. 50. *Cum prata defendes.* VRSINVS.

37,5 A PIRO FLORENTE) De hac veris definitione dictum ad Ca. 149, 2.

38,1 DE HIS PRAESTARE COLVMBINVM) Auctor Geopon. 19 [Needh. 2, 21] ἔστι δὲ κόπρος μὲν καλὴ ἡ τῶν πτηνῶν ἁπάντων, πλὴν τῶν χηνῶν καὶ τῶν ἐνύδρων ὀρνίθων, διὰ τὴν ὑγρότητα, πολὺ δὲ καλλίων ἡ τῶν περιστερῶν, πολύ τὸ θερμὸν ἔχουσα. διό τινες μὴ σωρεύοντες αὐτήν, ἀλλ' ὡσεὶ σῖτον ἰέντες, σὺν τῷ σπόρῳ ἐπιβάλλουσιν. VRS.

38, 2 EGO ARBITROR) Plin. 17, 9 *M. Varro principatum dat turdorum fimo ex auiariis: quod etiam pabulo boum suumque magnificat: neque alio cibo celerius pinguescere asseuerat.* IDEM.

38, 2 ITA BVBVS AC SVIBVS) In antiquis libris *subus*, vt etiam illo loco a libri de suibus

vt fiant pingues. Itaque qui auiaria conducunt, si caueat [e] dominus, stercus vt in fundo maneat, minoris conducunt quam ii, quibus id accedit. Cassius secundum
3 columbinum scribit esse hominis. Tertio caprinum [f], et ouillum, et asininum [g]. Minime bonum equinum, sed in segetes. in prata enim vel optimum vt caeterarum veterinarum, quae ordeo pascuntur, quod multam facit herbam. Sterquilinium secundum villam facere oportet, vt quam paucissimis operis egeratur. In eo si in medio robusta [h] aliqua materia sit depacta, negant serpentem nasci.

XXXIX. SATIONIS autem gradus secundus hanc habet naturam, ad quod tempus cuiusque seminis apta sit ad serendum. Nam [a] refert in agro ad quam partem caeli quisque locus spectet, sic ad quod quaeque [b] tempus res facillime crescat [c]. Nonne videmus alia florere verno tempore, alia aestiuo: neque eadem autumnali,
2 quae hiberno? Itaque alia feruntur, atque inferuntur, et metuntur ante, aut post, quam alia, et cum [d] pleraque vere melius [e], quam autumno inserantur [f], circiter sol-
3 stitium inseri ficos [g], nec non brumalibus [h] diebus cerasos [i]. Quare cum semina fere quatuor

e) *cautto I. B. R.* f) *caprilum et ouilum I. B. R.* g) *asinium Iunct.* h) *robustea a. V.* [C. XXXIX.] a) *Nam vt Heru.* b) *quae P.* c) *crescant I. B. R.* d) *cumpleraque* iunct. *P. compleraque I. B. R. compluraque Ba-G. complura, quae Iunct.* e) *melius* deest *I. B. R.* f) *inseruntur a. V.* g) *ficus solet I. I-G.* h) *brumalis B. R.* i) *cerasus I. I-G.*

suibus nemini ignotum. Consuetudinem tamen nostri temporis retinui, etsi scio doctos viros huius aetatis hanc orthographiam probasse et secutos esse. VICTOR.

38, 2 SI CAVEAT DOMINVS) V. C. *Si caueetur stercus* etc. VRSINVS.

38, 3 TERTIO CAPRINVM ET OVILLVM) In Geopon. *Τρίτη ἡ ὀνεία γονιμωτάτη τῇ φύσει οὖσα, καὶ πᾶσι τοῖς φυτοῖς μάλιστα χρησιμωτέρα. τετάρτη ἡ τῶν αἰγῶν καὶ ἡ τῶν προβάτων ἑξῆς.* Plin. 17, 9 *Proximum deinde caprarum est, ab hoc ouium, deinde boum, nouissimum iumentorum* etc. Fortasse autem apud Varronem ex his locis legendum erit: *Tertio asininum, tum caprinum, deinde ouillum.* Nec enim verisimile est, Varronem ea omnia, ac si paria essent, posuisse. IDEM.

38, 3 MINIME BONVM EQVINVM) Plin. 17, 9 *Varro praeceptis adiicit, equino, quod sit leuissimum, segetes alendas, prata vero grauiore, et quod ex ordeo fiat, multasque gignat herbas.* IDEM.

38, 3 ROBVSTA ALIQVA MATERIA) Antiqua haec lectio. Antea *robustea.* Cato: *Arbores stipites robustas facito, aut pineas. A Robore* igitur *robustus.* Plinius hoc praeceptum Varronis significauit, cum inquit 17, 9 *Palo e robore depacto fieri iubet.* VICTOR. Legendum videtur sine particula *in: si medio robustea* etc. Colum. 2, 15 *Sed eodem medio loco robustam materiam figere conuenit.* VRSINVS.

39, 1 GRADVS SECVNDVS) Respicit diuisionem 1, 37, 4.

39, 1 NAM REFERT IN AGRO) Videtur legendum: *Nam refert, vt in agro ad quam partem etc. Sic ad quod tempus etc.* VRSIN.

39, 2 INSERI FICOS) Forte subaudiendum *ἀπὸ τοῦ κοινοῦ melius*: nec opus est cum I. I-G. supplere *solet.*

39, 3 QVARE CVM SEMINA) Mancus locus, nisi intelligamus id semen, quod primo loco dicitur, duplex: primum, quod priusquam satum, natum. Aliter non erunt quatuor genera, quae ipse proponit. SCALIGER. Sumta sunt haec ex Theophr. hist. plant. 2, 1 *αἱ γενέσεις τῶν δένδρων, καὶ ὅλως τῶν φυτῶν, ἢ αὐτόματοι, ἢ ἀπὸ ῥίζης, ἢ ἀπὸ παρασπάδος, ἢ ἀπὸ ἀκρέμονος, ἢ ἀπὸ κλωνὸς, ἢ ἀπ' αὐτοῦ τοῦ στελέχους ἐστὶν, ἢ ἔτι τοῦ ξύλου κατακοπέντος εἰς μικρά.* SCHOETTG. Cum quatuor proponantur seminis genera quo se vnum subduxit. nam tria tantum videmus? Merito igitur Popma, notis appositis, de loci defectu lectores monuit, quod Victorius similiter suspicabatur; quamuis enim de optimis libris desumeret, ad numerum tamen non conuenire affirmauit. Quocirca his nunc posthabitis, alia edita videamus, et primum prima quae longe meliora, aut potius non adeo mutila ac detruncata: *Quare cum semina fere quatuor sint generum quae transferuntur e terra in terram per se a natura, alia ex industria, vt faciunt viniradices: quae ex arboribus* etc. In his eius quod quaerimus, vestigium remanet, sed extra sedem. De quo priusquam quid coniiciam, aperiam, quid esse debet quod quaerimus, determinandum est atque ante oculos collocandum. Igitur apud Theophrastum horum omnium fontem et originem id inuestigabo, in cuius secundo *περὶ φυτῶν ἱστορίας* inuenio: *αἱ γενέσεις τῶν δένδρων καὶ ὅλως τῶν φυτῶν ἢ αὐτόματοι, ἢ ἀπὸ σπέρματος, ἢ ἀπὸ ῥίζης, ἢ ἀπὸ παρασπάδος, ἢ ἀπὸ ἀκρέμονος· ἢ ἀπὸ κλωνὸς, ἢ ἀπὸ αὐτοῦ τοῦ στελέχους*

πελέκεις ἰδίᾳ ἢ ἔτι τοῦ ξύλου κατακοπέντος εἰς μικρά. Quae est ista prima *γένεσις αὐτόματος* nisi primum Varronianum seminis genus, cuius reliquiae *per se a natura?* Nam et alterum *ἀπὸ σπέρματος* in Varrone cernere licet *ex industria*, et vtrumque vna cap. 40 explanatum. Qua enim ratione *quae transferuntur de terra in terram per se* fieri *a natura* dicemus? Hoc absurdum videtur Aldus declinasse, si ex ingenio ita edidit: *Quare cum semina fere quatuor sint generum, quae non transferuntur e terra in terram, sed per se fiunt a natura alia ex industria, vt faciunt viuiradices.* In quibus si extrema: *vt faciunt viuiradices* rei propositae tanquam exceptionem habuit, non male primum genus explanauit; sed alterum sustulit: fin vero vt exemplum, nihil est consecutus; falsum enim non transferri de terra in terram viuiradices: falsissimum id fieri per se a natura, cum totum pendeat ex industria. Quod ex proximis Varronis verbis explicabo: *Primum semen quod est Principium genendi, id duplex: vnum quod latet nostrum sensum; alterum, quod apertum. Latet si sunt semina in aere, vt ait physicus Anaxagoras; et si aqua quae influit in agrum, inferre solet, vt scribit Theophrastus. Illud quod apparet ad agricolas, id videndum diligenter.* Videmusne semen esse duplex; obscurum vnum, alterum apertum. Ex illo fieri, quae sua sponte in agris subeunt; ex altero, quod procurat industria? Quorum vtrumque siue de isto fonte, siue a Theophrasto egregio carmine in secundis Georgicis amplexus est Virgilius, et primum quidem hisce versibus: *Principio arboribus varia est natura creandis; Namque aliae, nullis hominum cogentibus, ipsae Sponte sua veniunt, camposque et flumina late Curua tenent, vt molle siler, lentaeque Genistae. Populus, et glauca canentia fronde salicta.* Alterum his: *Pars autem posito surgunt de semine, vt altae Castaneae, nemorumque Ioui quae maxima frondet Aesculus, atque habitae Graiis oracula quercus.* Haec igitur ad colligendas atque in pristina sede constituendas primi seminis iam deperditi reliquias, maximo mihi fateor fuisse adiumento. Etenim opinor vel hoc vel haud absimili modo a Varrone positum: *Quare cum semina fere quatuor sint generum, quae per se fiunt a natura, alia ex* industria. Nunc alterum, quod minime incorruptum ex Victorianis codicibus et Caesenate habemus, perpendamus: *quae transferuntur e terra in terram viuasradices*, in quibus extremum puto scriptum *viuairadices*, vel interposito quod excudit Iensonius: *vt faciunt viuas radices.* Hoc autem bifariam similiter dispartitur ἢ ἀπὸ ῥίζης, ἢ ἀπὸ παρασπάδος: a radice est; quoniam, vt ait celeberrimus Vates, *Pullulat ab radice aliis densissima silua Vt cerasis vlmisque, etiam Parnasia laurus Parua sub ingenti matris se subiicit vmbra.* Quod radicatum sedulus agricola effodiens, in ordinem digerit serendo: A stolone alterum, quod existit non simplex; nunc enim de matre explantantur stirpes, videlicet: *Hic plantas tenero abscindens de corpore matrum Deposuit sulcis.* Nunc vt radicem stolones et virgae capiant, humo tegunt, et matri relinquunt alenda, verum duplici modo: quae circa imum truncum nata in arcum curuantur, et terra effossa merguntur, cacumine emicante, a quo mergendo *mergum* appellant; inde biennio post cum radicem egerint, effossa, et de arbore recisa, ad paratam sedem veniunt. Vnde perite Virgilius: *Siluarumque aliae pressos propaginis arcus Expectant.* Quae vero de summo trunco et ramis prosiliunt (quod mergi genus hac aetate frequentissime vsurpabatur) per fictilia vasa aut qualos traiiciunt, aggestaque circum terra, in ipsa arbore suspendunt, vt radices eliciantur et fiant *viua sua plantaria terra.* Nunc antequam ad reliqua seminum genera pergam, necessarium est, quae Plinius 17, 10 ex Theophrasto Virgilioque expressit, interserere: *Abunde praedicta ratione coeli et terrae, nunc de his arboribus dicemus, quae cura hominum atque arte proueniunt. Nec pauciora prope sunt genera, tam benignae naturae gratiam retulimus. Aut enim semine proueniunt, aut plantis radicis, aut propagine, aut auulsione, aut surculo, aut insito et consecto arboris trunco.* Primum igitur, vt Theophrastus et Varro, stirpes de semine prouenire asserit; deinde quae Theophrasto est ἀπὸ ῥίζης, reddit *plantis radicis*, incassum a nonnullis *radicis* vt vitiosum repudiatum; tum adiecit quae *ex propagine*, cuiusmodi sunt quae per mergos proueniunt, in quo Virgilium non Theophrastum sequitur; nam vtrumque etiam propagandi per mergos modum cap. 13 diligentissime exequitur: *Propagationum*, ait, *duo genera, ramo ab arbore depresso in scrobem quatuor pedum quoquo et post biennium amputato flexu, plantaque translata post trimatum. Quas si longius ferre libeat, in qualis statim aut vasis fictilibus defodere propagines aptissimum, vt in iis transferantur. Alterum genus luxuriosius, radices in ipsa arbore solicitando, traiectis per vasa fictilia vel qualos ramis, terraque circumpactis atque hoc blandimento impetratis radicibus.* Visum quoque est mihi, explicatis his serendi generibus et modis, quae supra cap. 2 [§ 9] in Varrone de stolonibus iam adnotaueram, huic loco cui vnice explicando inseruiunt, et a quo lumen capere possunt, subnectere, et quasi vnum corpus efficere, quo melius de omnibus inter se connexis, et copulatis quid conueniret, quid non, iudicaretur. Varro itaque vt caussam redderet, ex qua C. Licinius diligentissimus agricola sibi posterisque suis *stolonum* nomen pepererat, adiecit *quod effodiebat circum arbores, e radicibus quae nascerentur e solo, quos stolones appellabant.* Verum cum duo sint stolonum genera ἀπὸ ῥίζης vnum, ἀπὸ παρασπάδος alterum, et vtrumque commemoratum a Varrone credere liceat, alterum non bene manifestum habemus. Primum quidem esse apparet *quod effodiebat circum arbores* tanquam circa Ornos, Ficos, Oleas quae stolonibus abundare solent, de quo etiam Cato cap. 51 intelligit dicens: *Ab arbore, abs terra, pulli qui nascentur:* alterum esse debet:

debet: *et e radicibus* (vt Cato: *e radicibus bene effodito*) siue: *et radices*, quod seruat Iensonius pro *e radicibus*. Etenim stolones qui longe ab arboris trunco gignuntur, quales in Vlmis, Cerasis, Prunis, Populis, Zizyphis magis radices sunt dicendi quam virgulta, siue quia arborum reuera radices sunt, siue quia semper radicati, siue demum quia sarculis et aratris afflicti non in altum prosiliunt, ideo eorum pars maxima radix habetur. In quibus tamen vel arando vel sarriendo parum proficit colonus, nisi magna sedulitate eos consectetur, atque ab imo effodiat exstirpetque. Quod cum fieret a C. Licinio, propterea a consectandis effodiendisque stolonibus, laudem et cognomen inuenit.

Sed ad propositum ordinem redeamus. Sequitur tertium seminis genus, quod apud Varronem est: *quae ex arboribus demta demittuntur in humum*. Huius duas quasi partes facit Theophrastus, quae magnitudine differunt: vnam ἀπὸ ἀκρέμονος, alteram ἀπὸ κλωνός. De hac noster Vates hoc modo: *Nil radicis egent aliae, summumque putator Haud dubitat terrae referens mandare cacumen*. De hac: *hic stirpes obruit aruo, Quadrifidasque sudes et acuto robore vallos*. Illud serendi genus in Plinio superest, quod dicitur *e surculo*; hoc vero quod procul dubio esset *aut ramo*, per vetustatem esse deperditum magno est argumento, quod illa quae ex Theophrasto tanquam in compendium enunciauerat, in eo libro sigillatim repetiit, deduxit, diligenterque explanauit cap. 17 *Reliqua genera casus ingenio suo excogitauit, ac defractos serere ramos docuit, cum pali defixi radices cepissent. Multa sic seruntur in primisque Ficus omnibus aliis modis nascens, praeterquam talea: optime quidem si vastiore ramo pali modo exacuto adigatur alte, exiguo super terram relicto capite, eoque ipso arena cooperto. Ramo seruntur et Punica palis laxato prius meatu, item Myrtus.* Quae ad id quod proposuisse videtur: *aut ramo*, referuntur. Etenim quod surculo pangitur, iam Cap. 10 explicauerat: *Ex eodem inuentu* (nempe naturae vel casus quod ex antiquis libris accepi; nam recentiores fecere *inuentum*) *est surculos abscisos serere. Hoc primo sepis causa factum, Sambucis, Cotoneo et Rubis depactis: mox et culturae, vt Populis, Salice quae vel inuerso surculo* seritur.

Ad hoc tertium Varronianum seminis genus rediguntur reliqua duo, quae in Theophrasto ἢ ἀπὸ αὐτοῦ τοῦ στελέχους ἐστίν, ἢ ἔτι τοῦ ξύλου κατακοπέντος εἰς μικρά. Quorum vltimum interpretatur Plinius: *et consecto arboris trunco*. Verum vtrumque Virgiliano carmine celebratur; vt primum: *Sed truncis oleae melius, propagine vites Respondent, solido Paphiae de robore Myrtus*. Alterum: *Quin et caudicibus sectis (mirabile dictu!) Truditur e sicco radix oleagina ligno.* Quae Aloysius Alemannus in maius extollens vernaculo metro ita imitari non dubitauit: Ma quelch' è più, che da la morta Oliva il già secco pedal segando in basso Si vedran germinar le barbe anchora. In quo profecto quid de sicco ligno prodire, non solum mirum, sed omnino impossibile; idcirco multi alia alii afferre conati sunt, vt nobilissimum carmen a reprehensione vindicarent. Sed quae esse poterit in re tam clara et aperta interpretatio? Equidem si veri quid simile dici posset, hoc vnum sine contemtu diceretur nimirum: Siccum lignum non tanquam exsuccum, sed exigui humoris ad eas stirpes relatum, quae multo succo referta sunt. Ita in temperaturis corpora sicca vocantur; et Luna, quae decrescit, sicca dicitur, quod tunc stirpibus humorem subducere credebatur. Pari ratione de stirpibus locutum inuenio Theophrastum, vt in primo φυτῶν αἰτιῶν· Ἀμπέλου μὲν γὰρ καὶ συκῆς καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων ξηρὰ καὶ ξυλώδη τὰ μέσα. Verum tamen quis talia de Olea affirmauerit, ex pinguedine semper succosa, qua de causa oleaginei trunci magis quam caeterarum arborum ad serendum idonei, quippe diu humorem retinentes? Numquid haec ignorauerit Virgilius? Numquid dum multa a Theophrasto hausta carminum legibus implicat, in eodem proxime signato loco non legerit: ἐλαίας δὲ τὰ μὲν τῶν ἀκρεμόνων ἔνικμα, διὰ τὴν λιπαρότητα, καὶ πυκνότητα, καὶ ἀμφοτέρως δυσξήραντα; In quibus tamen extremum δυσξήραντα pro εὐξήραντα repono; quoniam id locus poscit, et Gazae interpretatio: *et exsiccatu proinde difficiles sunt*, ostendit? Praeterea in eo, quem a principio proposui, loco αἱ γενέσεις, quemque vates praestantissimus latina consuetudine vt eleganter, ita fideliter imitatus est, vbi quid quod ligni siccitatem indicet, inuenitur? τοῦ ξύλου κατακοπέντος εἰς μικρά; Quid? Paulo post, dum quae in vniuersum de stirpibus docuerat Philosophus, in Olea repetit, et oleae serendae propria asserit, vbi sicci ligni mentio? Κατὰ πλείστους, inquit, δὲ τρόπους ὡς εἰπεῖν ἡ ἐλαία βλαστάνει· καὶ γὰρ ἀπὸ τοῦ στελέχους, καὶ ἀπὸ τοῦ πρέμνου κατακοπτομένου, καὶ ἀπὸ τῆς ῥίζης, καὶ ἀπὸ ξύλου, καὶ ἀπὸ ῥάβδου, καὶ ἀπὸ χάρακος, ὥσπερ εἴρηται. Quae si quis ἀπὸ ξύλου purgauerit, quod τοῦ πρέμνου κατακοπτομένου expositio videtur, ex proximo τοῦ ξύλου κατακοπέντος desumta; nil nisi rationi conuenientissimum se praestabit. Caeterum vt in tot pangendae oleae generibus nullum est ariditatis indicium, nullum siccae materiae vestigium: ita in his: δεῖ δὲ καὶ τούτου (μοσχεύου scilicet) καὶ τῆς ἐλαίας τὰ ξύλα διαιρεῖν μὴ ἔλαττον σπιθαμιαῖον, καὶ τὸν φλοιὸν μὴ περιαιρεῖν, quae est ista ligni sicci cura? Cur in pangendo sicco ligno parcendum cortici? An quia cortex succosus, sicca materia? An quia exsucca materia corticis indiget ad se defendendum? Haec sane cum a Theophrasto, tum ab aliis qui de taleis serendis praecepta tradunt, propterea inculcantur, ne cortice denudata materia exsiccetur; quin etiam qua parte taleae secantur, et nudatae aëri solique exponuntur, fimo, musco, libro, cespite vel quo item obtegi solent ac muniri, quo firmius humorem tueantur. Quod itaque naturae repugnat, aduersatur Oleae, Theophrastum improbat, vsum consuetudinemque agricolarum

quatuor sint generum, * quae transferuntur [k] e terra in terram [l], viuiradices [m]; quae ex arboribus dempta dimittitur [n] in humum; quae inseruntur ex arboribus in arbores; de singulis rebus videndum, quae [o] quoque tempore locoque facias.

XL. PRI-

k) *transferantur B. R. non transferuntur Ba-G.* l) *per se a natura alia ex industria: vt faciunt etc.* ins. *I. B. R. Iunt. Sed per se fiunt a natura etc.* ins. *Ba-G.* m) *viuasradices P.* n) *dimittuntur I. B. R.* o) *quo quaeque I. I-G. quoque tempore I. B. R.*

colarum damnat, summus Philosophus, peritissimus agricola, optimus Theophrasti interpres docuisse dicetur? Quod ne in mediastinum quidem colonum cadere potest, aut in alium quemuis ineptissimum dummodo non mentis impotem, Virgilio attribuemus? Quid ergo superest nisi mendo inquinatum carmen fateamur, idque, quando multa sunt in hoc vate antiquitatis vestigia, ex prisca scribendi forma emanasse? *Siflo* enim pro *sesto* a *fico*, cuius multa in Varrone sunt, quem in Georgicis nonnunquam sequitur Virgilius, opinor fuisse, a quo tam facile est in *ficco* declinare. Etenim propemodum valde mirandum non tantum ex reciso trunco radicem prodire, quantum ex eodem in frusta membratim deformato; ideo *mirabile dictu* tali modo emitti germen, et in arborem crescere, quamuis verum, vt mirabile commemoratu esse dixit in tertiis Georgicis apud Lusitanos equas a vento concipere, et parere pullos; et in quartis apes de putrefactis bouis visceribus nasci. Quod vtrumque non a poëtis quibus mentiri licet, et quo magis praeter naturae leges mentiuntur, maiori laudi datur, sed a grauissimis viris atque Historicis vt verum acceperat, et vt verum diuino carmine exornauit.

Sed de tertio seminis genere, ac de Virgiliano carmine abunde dictum sit, quod cum esset cognitione dignissimum curatuque difficillimum, verebar, pauciora scribendo, ne parem diligentiam viderer attulisse. Sed hinc *quae inseruntur ex arboribus in arbores*, quod est quartum et extremum. seminis genus, perpendamus. Hoc a Theophrasto sub illis propagandae stirpis modis bifarium diuisum in id quod proprie insitionem vocant, et in id quod emplastrationem, recensetur: *αἱ γὰρ ἐμφυτεῖαι, καὶ οἱ ἐνοφθαλμισμοὶ καθάπερ μίξεις τινές εἰσιν, ἢ κατ' ἄλλον τρόπον γενέσεις.* Vtrumque etiam in suis Georgicis exequitur Maro: *Nec modus inserere atque oculos imponere simplex. Nam qua se medio trudunt de cortice gemmae, Et tenues rumpunt tunicas, angustus in ipso Fit nodo sinus, huc aliena ex arbore germen Includunt, udoque docent inolescere libro. Aut rursum enodes trunci resecantur, et alte Finditur in solidum cuneis via, deinde feraces Plantae immittuntur, nec longum tempus, et ingens Exiit ad coelum ramis felicibus arbos, Miraturque nouas frondes, et non sua poma.* Ita in nostris epistolis hunc locum explanauimus totumque huc transtulimus; quoniam breuitate, qua in caeteris plerumque vti solemus, exequi nullo modo poteramus. PONTED. Theophrastea diuisio septem membra habet, quae ad quatuor reuocauit Varro. Quae enim *e terra in terram* transferuntur, s. *viuae radices*, secundum Theophrastum tres formas habent: *ἀπὸ ῥίζης, vt arundinum oculi, et spongiae asparagorum*; *ἀπὸ παρασπάδος, stolone* cum radice euulso, *ἀπὸ στελέχους*, transposito ipso arbusculae trunco. Reliqua tria genera cum Varronianis conueniunt. *Ἀκρέμων* enim haud dubie est, quod *ex arbore demittitur in humum, talea* proprie dicta, quo refertur etiam illud vltimum, *τοῦ ξύλου κατακοπέντος εἰς μικρά*, quod in vite et quibusdam aliis fieri potest, *κλὼν* autem i. e. surculus *ex arbore in arborem inseritur.* Relinquuntur *γενέσεις αὐτόμαται* apud Theophrastum, quod primum genus apud Varronem hic omittit Victoriana editio; restituendum certatim volunt viri docti, vt iam videbimus; nos reuocandum putamus ex ante Victorianis, quae licet confusae et perturbatae alioquin, habent tamen genus eorum, *quae per se fiunt a natura.* Hoc primum genus esse ex capite proximo apertissimum est, idemque genus deinde 40, 1 *primigenium*, et 41, 4 *naturale* vocatur. Victorianam interim lectionem, cum difficile sit ipsa Varronis verba restituere, seruauimus, lacunae modo signo apposito. Sed age more nostro etiam hic indicemus, quomodo propositam hic diuisionem exsequatur Varro. De *primo* igitur genere s. naturali agit 40, 1 et 2, vbi bis illud subdiuidit a) in *apertum* et *latens*; b) *primum* quod aliunde accepit colonus, et *secundum*, quod ipse legit. De *secundo* primae diuisionis genere 40, 3; de *tertio* 40, 4; de *quarto* 40, 5.

39, 3 QVAE TRANSF. E TERRA IN TERRAM) Plura hic erant verba, quae in antiquis non inueniuntur. Nam quod in illis primum est verbum, post vltimum a nobis adductum, *Viuas radices*, est: non *Viuae radices*, vt in excusis. Locus obscuritatem non paruam in se habet, et fortasse lacer est. Nam cum semina quatuor generum esse tradat, tria tantum genera hic numerat. Persuasum autem mihi est, verba, quae in impressis erant, auctoris non esse: nihil enim video Varronem addere, quod ad diuisionem eam pertineat, sed hanc IIII generum partitionem sequi. Nonnulli negandi particulam adiunxerant improbe, nisi fallor, ac perperam. Nam quae transferuntur e terra in terram, genus seminis est, et nouellas stirpes sic appellat. VICTOR. V. C. *quae transferuntur e terra in terram, viuas radices. quae ex arboribus demta demittuntur*

XL. PRIMVM semen quod est principium genendi [a], id duplex; vnum, quod
latet nostrum sensum; alterum, quod apertum [b]. latet, si sunt semina in aere, vt ait
physicus [c] Anaxagoras; et si aqua [d] quae influit in agrum inferre solet, vt scribit
Theophrastus. Illud quod apparet ad agricolas, id videndum diligenter. quaedam
enim ad genendum [e] [propterea] vsque adeo parua, vt sint obscura, vt cupressi. non
enim galbuli, qui nascuntur, id [f] est tanquam pilae paruae corticiae [g] id semen; sed
2 in [h] iis [i] intus. Primigenia semina dedit natura, reliqua inuenit experientia coloni.
Num [k] prima, quae [l] sine colono, priusquam sata, nata [m]; secunda, quae ex iis colle-
cta, neque priusquam sata [n] nata. Prima semina videre oportet, ne vetustate sint
exsucta, aut ne sint admixta, aut ne propter similitudinem sint adulterina. Semen
vetus [o] tantum valet in quibusdam rebus, vt naturam commutet. nam ex semine
3 brassicae vetere sato [p] nasci aiunt rapa, et contra ex raporum brassicam. Secunda
semina

[C. XL.] a) *oriendi a. V. cenendi P. 1. eruendi P. 2.* b) *apertum latet: I. B. R.* c) *physicos P.* d) *in aqua quae fluit et in Ba-G.* e) *oriendum sunt vsque a. V.* f) *id est* omitt. *I. I-G.* g) *corticae Herv.* h) *in* deest *I. B. R.* i) *bis a. V.* k) *Vnde I. B. R. Nonne Pol. 2.* posteriore syllaba ab alia manu adiecta. l) *quae* deest *I. I-G.* m) *sunt* add. sine? *I. B. R.* n) *sato Heruag.* o) *vetustum I. B. R.* p) *satae Heruag.*

mittuntur in humum. quae inferuntur ex arboribus in arbores etc. Forte legendum: *Quae primigenia; quae transferuntur e terra in terram: quae ex arboribus, et quae inferuntur* etc. alioquin deerit quarta totius diuisionis pars. Caetera sunt adiecta. VRSIN. Deest primum genus seminis, quod ex hac quadripartita diuisione infra exsequitur, itaque hic forte reponendum: *Quae nata*, vel, *Quae prius quam sata nata; quae transferuntur.* POPMA.

40, 1 QVOD EST PRINCIPIVM GENENDI) Haec vera est lectio, in excusis eadem sententia sed alio verbo, *oriundi*, legitur. Manu scripti codices, *cenendi*, vsitato errore G in C commutandi. De hoc verbo paullo ante copiosius disserui. Infra item *Ad genendum*, emendaui, vbi eodem pacto antea peccatum fuerat. VICTOR. Desumta sunt haec ex Theophr. de causis plant. 1, 5. SCHOETTG.

40, 1 SI SVNT -- ANAXAGORAS) Haec omnia a Theophrasto traduntur III libro φυτῶν ἱστορίας, 25, *Ἀναξαγόρας μὲν τὸν ἀέρα πάντων φάσκων ἔχειν σπέρματα, καὶ ταῦτα συγκαταφερόμενα τῷ ὕδατι γεννᾶν τὰ φυτά.* Repetuntur etiam primo libro φυτῶν αἰτιῶν, 22. VICTORIVS.

40, 1 ET SI AQVA) Videtur legendum *et aquam, quom pluit, inferre, solet.* Theophr. de hist. plant. 3, 2 Ἀναξαγόρας μὲν etc. et post: *ὑπέρβρεια καταφέρει πολλὰ τῶν σπερμάτων.* VRSIN.

40, 1 AD AGRICOLAS) Haec verba videntur adiecta ab expositoribus, et paullo post pro, *ad oriendum*, in V. C. est, *ad cernendum.* VRS.

40, 1 VT CVPRESSI: NON ENIM GALBVLI) Sententia expressa e Theophrasto. Illius enim haec verba sunt in primo φυτῶν αἰτιῶν libr. (cap. 5) *καὶ δυσόρατα καὶ μικρὰ καὶ τῶν δένδρων ἔνια σπέρματα τυγχάνει, καθάπερ καὶ τῆς κυπαρίττου. ταύτης γὰρ οὐχ ὅλος ὁ καρπὸς σφαιροειδὴς ἐστιν, ἀλλὰ τὸ ἐγγινόμενον ἐν τούτῳ λεπτόν. καὶ ὥσπερ πιτυώδες καὶ ἀμυγρόν.* VICTOR. Pro *galbulis* seu *galgulis* (nam vtroque modo dicebant veteres) legendum censet *globulis* doctissimus Turnebus. Vide quam saepe specie recti decipiamur. Nam si *globulos* dixisset Varro, iam vsurpasset vocem etiam vulgo notissimam. Ergo non indigeret explicatione. quid enim *globus* sit, id et pueris eo tempore notum fuisse certo scio. sed cum ἐπεξηγήσει postea vtatur; cum *galbulos* interpretetur, tanquam pilas corticeas, manifesto indicat, vocem non omnibus notam se vsurpasse, quae opus habuerit interpretatione. Praeterea in glossariis veteribus, quae penes me sunt, ita legitur, *Galgulus, baca, πυρήν.* Vides eandem vocem designari? Quid igitur opus erat eam mutare? SCALIG. *Non enim galbuli, qui nascuntur, id semen, sed in his intus. Primigenia* ita legendum, interpungendumque. nam verba: *tamquam pilae paruae corticiae*, sunt addita exempli causa. Theoph. de Caus. Pl. 1, 5 *καὶ δυσόρατα, καὶ μικρὰ τῶν δένδρων ἔνια σπέρματα τυγχάνει κ. τ. λ.* VRS. In Vrsini ad h. l. adnotatione nescio cuius culpa aut errore locus Theophrasti, ex 1, 5 *de causis* desumtus, assignatus est *historiae plantarum*; deinde totus denuo expressus, quem dimidiatum modo, appositis notis κ. τ. λ. poni iusseram, quod in proxima Victorii nota totus exstaret. *Galbulos* cupressi *pilulas* vocat Plin. 17, 10. SCHOETTG. De interpunctione obsecutus sum Vrsino. Alii *sic, in iis intus primigenia semina dedit natura. Reliqua* etc.

40, 2 NVM PRIMA) Legendum arbitror, *Nam.* Experientiae coloni mentionem facit, haec admonet eum diuisionis generalioris. Interrogatio quae locum hic habeat, non comminiscor equidem. Sic in libro Veneto esse testatur Pontedera.

femina videre oportet, ne [q] vnde tollas, nimium [r] cito, aut tarde tollas. * Tempus enim idoneum, quod fcribit Theophraftus, vere et autumno, et caniculae exortu: neque [s] omnibus locis ac generibus idem. In ficco [t] et macro loco, et argillofo, vernum [u] tempus idoneum, quo minus habet humoris. In terra bona ac pingui, autumno, quod vere multus humor, quam fationem quidam metiuntur fere diebus XXX. Tertium genus feminis, quod ex arbore per furculos defertur in terram, fic [x] in 4

q) *ne* deeft *I. B. R.* r) *nimium cito aut tarde tollas* abfunt *I. B. R.* s) *neque ex I. B. R.* t) *fico P.* u) *Vere I. B. R. quo minus habet humoris, vernum tempus idoneum in etc. J. I. G.* x) *fi I. B. R.*

40, 3 SECVNDA SEMINA) Non ex prima diuifione 39, 3; fed ex generali, qua modo femina omnia in prima et fecunda diuifit. Caeterum haec verba: *fecunda femina* occafionem dediffe puto lacunae. Verba enim, quae fequuntur, *Tempus enim idoneum* etc. aperte nimis ad *fecundum genus* diuifionis quadripartitae, de qua 39, 3, pertinent, quod etiam Crefcentii locus iam proferendus indicat. Librario igitur vel vox *tempus* bis pofita vel *fecunda femina* errandi occafionem et omittendi, quod centies factum eft, dedere. Itaque lacunae fignum adpofui.

40, 3 TEMPVS ENIM IDONEVM) Theophr. (de cauf. Plant.) 1, 6 *ὧραι, καθ' ἃς καὶ ὅλως ἐπιβλαστήσεις γίνονται, μετόπωρόν τε καὶ ἔαρ, καὶ κυνὸς ἐπιτολή.* VESINVS.

40, 3 IN SICCO ET MACRO SOLO) Hic etiam locus a Theophrafto translatus: haec ipfius verba funt e primo *φυτῶν αἰτιῶν* lib. *δεῖ δὲ καὶ πρὸς τὰς χώρας προσλαμβάνειν τὰς οἰκείας ὥρας, καὶ πρὸς τὰς δένδρων φύσεις. ἐπεὶ τὰ μὲν, ἔνυδρα, τὰ δὲ, ξηρὰ καὶ λεπτόγεια. καὶ ἄμεινον τὸ ἔαρ. οἰκεῖον γὰρ οὕτως διὰ τὸ ὀλίγον ἔχειν τὸ ὑγρόν. ἐν δὲ τῇ εὐγείῳ καὶ πηλώδει, τὸ μετόπωρον, τοῦ γὰρ ἦρος πολλὴ λίαν ὑγρότης πρὸς τὸ διατηρεῖν ἕως ἔτι διαμένει τὸ δάκρυον. ὁρίζονται δέ τινες τοῦτο τριάκοντα ἡμέραις.* VICT.

40, 3 VERNVM TEMPVS IDONEVM, QVO MINVS HABET HVMORIS) Hoc ordine in optimis exemplaribus haec verba collocata funt. in excufis antea extrema quatuor praecedebant, quod affirmare aufim feciffe aliquos qui crederent de verno tempore dici, minus illud habere humoris. Id autem falfum effet: nam illa referuntur ad ficcum et macrum folum, id enim vere traditur habere minus humoris. Praeter antiquorum codicum fidem Theophrafti locus fupra a nobis adductus, docet illam effe eorum fedem. nam ipfe quoque Theophraftus huius fententiae auctor hunc ordinem amauit. VICT. Nihil verius Victoriana lectione, quam perturbarant, qui verbum *habet* ad *ver* retulere, non ad *locum*. Ver humidum macro loco idoneum, quia is minus habet humoris etc. Neque tamen puto nihil vidiffe Crefcentium 2, 22, qui, *fiunt autem*, inquit, *plantationes praedictae de menfibus Octobris vel Nouembris in locis aridis et montofis et calidis: vt eiusdem terrae fuperflua ficcitas circa plantas humiditate hiemis temperetur: in humidis autem et vallicnlofis locis et frigidis conuenientius in Februarii et Martii Menfe plantatur, ne fuperflua hiemis et loci humiditas debilis plantae naturalem calorem extinguat.* Scilicet Theophraftus et Varro praefentem loci ftatum confiderant, Crefcentius in futurum profpicit etc. Caeterum hanc obferuationem pertinere, ftatim fubiungit Crefcentius, *ad ea quae cum radicibus plantantur*; quod eft ipfum fecundum genus feminum quadripertitae diuifionis, in quo verfari hunc locum apparet.

40, 4 QVOD EX ARBORE PER SVRCVLOS etc.) Communi lectione conferuata veterem fcripturam omnibus adponam, perturbatam illam quidem et maculofam, quae tamen fortaffe opem adferre poffit ad veriorem indagandam, *Quod ex arbore per furculos defertur in terram fi in humum demittitur in quibusdam cum eft videndum etc.* VICT. Peffime mulctatus locus. Vetus fcriptura, *Quod ex arbore per furclos defertur in terram, fi in humum demittitur, in quibusdam. cum eft videndum. etc.* Primum pro *defertur* ego non dubito legere *deferitur* (quanquam tolerabilis aliquantum eft vulgata fcriptura) vt fuperius dixit *defita femina*, pro taleolis, quae in humum ex arbore depanguntur. Reliqua, quae fequuntur vfque ad diftinctionem, additicia funt, vt folet. Nam qui interpretabatur illud, *deferitur*, appofuit gloffema, *Si in humum demittitur.* Quod et in lege XII Tabularum apud Gellium commiffum eft. Nam cum ita concepta primum effet lex, *poft meridiem praefente ambobus litem addicito:* qui *ἀρχαϊσμὸν*, *praefente ambobus*, interpretari voluit, adiecit, *fi ambo praefentes.* Sed totam legem explicabimus in Gellianis animaduerfionibus. Idem probabimus recte a nobis reftitutum effe cum aliis, quae in illa lege deprauata funt. Quod vero poftea fequitur: *in quibusdam cum eft*, eft error errore cumulatus. Nam et id appofitum erat margini ad indicandum in quibusdam codicibus illud non effe: verbi gratia illud interpretamentum, quod iam dudum in ipfo textu inoleverat. Nam ita primo annotatum fuit, *In quibusdam non eft.* In quibusdam, fcilicet codicibus. Deinde irrepfit in textum, et ita reconcinnatum vt legitur in Victoriano codice. Ergo ita fcripfit Varro, *Tertium genus feminis, quod ex arbore per furclos*

furclos

in humum demittitur [y], vt in quibusdam tamen [z] sit [a] videndum, vt eo tempore sit deplantatum quo [b] oportet. id enim [c] fit ante quam gemmare [d] aut florere quid incipit: et quae de arbore transferas, vt ea deplantes potius quam defringas: quod plantae solum stabilius, quo latius, vt [e] radices facilius mittat [f]. ea celeriter antequam sucus exarescat, in terram demittunt. Demum [g] in oleagineis seminibus [arbores] videndum, vt sit de tenero ramo ex vtraque parte aequabiliter praecisum, quas alii clauolas [h], alii taleas appellant, ac faciunt circiter pedales. Quartum [i] genus seminis, quod

y) *dimittitur. In I. B. R.* z) *cum P.* a) *est I. B. R.* b) *quod P.* c) *tum P.* d) *germinare I. B. R.* e) *aut P.* f) *mittit P.* g) *Dum P.* h) *sclauolas I. B. R.* i) *Quarum I. B. R.*

surclos deseritur in terram. Videndum, vt eo tempore sit deplantatum, quo oportet. Et sane nihil aliud postulat sententia. Et ita infra locutus est, *Quartum genus seminis, quod transit ex arbore in aliam. Videndum, qua ex arbore in qua transferatur.* Dicit autem *surclos*, vt Virgilius *circlos*, — *suspendo ex vimine circlos.* Infinita talia in bonis auctoribus reperiuntur adulterina, et suppositicia, quae eodem iure ac legitima habentur. Sane ea, quae hic apposita erant, ita inepta sunt, vt alias nobis conuincenda esse non putemus. SCAL.

40, 4 DEFERTVR IN TERRAM) V. C. *Differitur*, et forte rectius *differtur*, vt infra c. 42. Verba vero quae sequuntur: *sic in humum demittitur, vt in quibusdam tamen sit*, videntur adiecta. VRSINVS. *Deferre semina in terram*, idem est, quod differere et demittere. Columella lib. XI *Tunc etiam lupini haec erit praecipua satio, quem quidam vel ab area protinus in agrum deferri putant oportere.* ibidem: *per hos dies quaecunque semina deferri debent, arbusculaeque omnis generis recte ponuntur.* POPMA.

40, 4 VT EA DEPLANTES POTIVS QVAM DEFRINGAS) Vergilius in eadem re exponenda hoc verbo vsus est, - - *aut summa defringe ex arbore plantas.* Accepit autem illud a doctissimo et politissimo hoc scriptore: a quo omnia fere praecepta, quae in Georgicis suis tradidit, mutuatus est. nam multis locis praeter sententias, verba etiam ab eo sumpsit. Hanc ego occasionem nactus, tertium ab hoc praeceptum apud eum poetam explicare volo. est enim valde obscurum, et docti quoque viri in eo interpretando lapsi sunt, -- *neue oleae syluestres insere truncos.* Non enim *truncos*, *surculos* appellat: id enim nimis durum esset: sed περιφραστικῶς *syluestres truncos*, oleastros vocat, docetque magnopere peccare illos, qui oleastros inserant: cuius rei causam reddit copiose. Syluestris pyrus aliaeque fere arbores recte inseruntur: (sunt enim ab hoc periculo, cui obnoxiae sunt oleae, vacuae) oleastrum tanto labore excolere nimis periculosum est propter casus incendii. Quod si oliuetum incendio absumptum fuerit, quod hoc vitio non laboret, id damnum tempus reparare consueuit. Viuax enim arbor olea, et non facile tota interimitur. pullulat enim e radicibus, et rursus syluam conficit, nam in oleastro etiam insita olea fruticatur. Sed in syluestri arbore natae stirpes, et ipsae syluestres sunt, atque ita nullum fructum agricolae gignere possunt: quod satis plane in extrema parte declarauit poeta, nam inquit, *Infelix superat foliis oleaster amaris.* Hoc praeceptum vtile esse, experimentum nobis demonstrauit. Nam cum suburbani nostri agri longo bello vastati essent, et omnes arbores excisae, oleae reuixerunt: et non multis annis post, aliquos fructus dominis ferre coeperunt. taleis enim apud nos fere scrobes seruntur. Quod si oleastris insitis consiti hi agri fuissent, damnum acceptum tempore instaurari non potuisset. Hanc sententiam Vergilii fuisse, existimasse Seruium manifestum est. Inquit enim, *Non quod non prosit, sed propter casum incendii.* Nonnulli hoc periculum non cogitantes, aut non reformidantes, studiose oleastros inserebant. κοτινάδες autem, vt Pollux docet, illae appellabantur. Nam oleastri firmius suis radicibus terrae haerent, et succum alimentumque vberius ducunt, vnde speciosior arbor fit. Theophrastus hoc solere nonnullos accurate his de causis praecipere, in primo libro φυτικῶν αἰτιῶν docet. Quare accuratius poeta noster, vt hunc errorem aliis eriperet, de hac re disseruit. Nam qui in olea ex oleastro surculos insereret, frustra laboraret, nec ex suo studio fructum aliquem caperet. Hoc enim etiam addit Theophrastus, ἐπεὶ εἰ γέ τις ἀνάπαλιν τὸ ἄγριον εἰς τὸ ἥμερον ἐμβάλλοι, διαφορὰν μέν τινα ποιήσει, καλλικαρπεῖν δὲ οὐχ ἕξει. VICT.

40, 4 DEMVM IN OLEAGINEIS SEMINIBVS) Nihil hic variaui. diuersi tamen sunt antiqui codices, et locus fortasse vitii aliquid habet; pro *demum* igitur in illis *dum*: ac non multo post, vbi in impressis, *Alii clauolas*: in iisdem, *Aliis clauolas.* Fortasse, *Alii sclauolas*, legendum est. A Nonio hic locus adducitur, *Taleas scissiones lignorum, vel praesegmina Varro dicit de Re rustica libro primo* etc. Haec verba ita apud eum leguntur, *Quas alii clabulas, alii taleas appellant.* VICTOR. Vetus scriptura, *dum in oleagineis seminibus* habet; non autem *demum.* itaque τὸ *dum*, est cauda praecedentis verbi. nam pro *demittunt*, legendum *demittendum.* Ea,

quod transit ex arbore in aliam. Videndum, qua ex arbore in quam transferatur,
et quo tempore, et quemadmodum obligetur. non enim pirum recipit quercus; ne-
que enim si malus pirum. Hoc [k] sequuntur multi, qui aruspices audiunt multum,
a quibus proditum, in singulis arboribus quot genera insita sint, vno ictu tot fulmina
fieri illud [l], quod fulmen concepit. si in pirum siluaticam inseueris [m] pirum quamuis
bonam, non fore [n] tam iucundum [o], quam si in eam [p], quae siluestris non sit. In 6
quamcunque arborem inseras, si eiusdem generis est duntaxat, vt sit vtraque malus,
ita inserere oportet referentem ad fructum, meliori genere vt sit surculus, quam est,
quo veniat, arbor. Est altera species ex arbore in arborem inserendi nuper animad-
versa in arboribus propinquis [q]. Ex arbore [r], e [s] qua quis [t] vult habere surculum,
in

k) *Haec a. V.* l) *in illud Ba-G.* m) *inseruetis P.* n) *pyrum* inf. *I. I-G.* o) *iucundam I. B. R.* p) *ea P.* q) punctum abest *I. B. R.* r) *enim* inf. *I. I-G.* s) *e* deest *I. B. R. a I. I-G.* t) *quis* omitt. *I. B. R.*

Ea, inquit, *celeriter ante quam sucus exarescat, in terram demittendum.* Quia Varro libentius dicit, *demittendum ea*, quam, *demittenda ea*: et nusquam aliter fere loqui solet: quotiescunque in id genus loquendi incidebant imperiti homines, in eo semper interpolarunt lectionem, vt infinitis locis in istis libris. quorum et aliquot nos attingemus. Sequitur ergo, *In oleagineis seminibus arbores videndum est.* Ne hic quoque locus a labe integer est. Nam illud *arbores*, ineptissime hic nescio vnde irrepsit: Cum Varro haud dubie scripserit, *In oleagineis seminibus videndum vt sit de tenero ramo ex vtraque parte aequabiliter praecisum.* Sed profecto vox Arbores huc obtorto collo intrusa est, propter illa verba, *quas alij clauolas, alii taleas appellant.* Putabant enim illi boni viri σολοικίζειν, si dictum esset: *In seminibus, quas taleolas appellant.* Acute; quasi aliter loqui latine potuerit Varro: et non de eo admoneant quotidie in scholis vulgus grammaticorum. SCAL. Vox *arbores* abundat, et pro *demum* in V. C. est *dum*, vt fortasse *tum* legendum sit. VRSIN. In quibus non *demum* sed *dum* in optimis libris inuenisse testatur Victorius; Ideo cum proximum praecedat verbum *demittunt*, ex vtroque fuisse *demittundum* ausim affirmare, quod huic sententiae accommodatius nec non Varroniano stilo neminem inficiaturum puto. Reliqua vero *in oleagineis seminibus* vsque *appellant* erit fortasse qui decurtata et lacera ex Nonio probauerit, cum hic a Varrone plura accepisse videatur videlicet: *Taleas scissiones lignorum vel praesegmina Varro dicit de re Rustica lib. I. Nam etiam nunc rustica voce intertaliare dicitur diuidere vel exscindere ramum ex vtraque parte aequabiliter praecisum, quas alii clauolas, alii taleas appellant.* Sed num ita ineptus Varro aut Nonius, qui *taleam* esse a Graeco θαλλία non nouerint? aut nos adeo ingenio obtuso et pingui qui *intertaliare* ex hoc nostro vernaculo sermone non agnoscamus? Quare ista: *nam etiam nunc rustica voce intertaliare dicitur diuidere vel exscindere ramum* de margine, detrusis Varronianis, irrepsisse, vt mox alio in loco apud Nonium factum ostendam, asserere non dubitabo. Ergo qui verbum *intertaleo* latinitate donarunt, quo iure, quo auctore, et quo exemplo fecerint, ipsi viderint. Talea itaque a θαλλία venit, haec autem a θάλλω pullulo: et *clauola*, pro quo in antiquis libris impressis et manu exaratis legitur corrupte *sclauola*, a claua ob similitudinem deducitur, nomenque trahit. Concludamus igitur, nihil esse quod in Varrone vt vitiosum damnemus; nam etiam illa, quibus nonnulli offenduntur, *vt sit (semen) de tenero ramo ex vtraque parte aequabiliter praecisum, quas alii clauolas, alii taleas appellant*, aperta sunt et dilucida, ceu illud lib. 2, 6 *Horum* (asinorum) *genera duo, vnum ferum quos vocant Onagros.* PONTED.

40, 5 NEQVE ENIM SI MALVS) Videtur legendum *Neque enim si malum pirus, hoc sequendum. Multi Aruspices audiunt, a quibus* etc. Auctor Geop. 10, 2 τὰ μῆλα ἐγκεντρίζεται εἰς πᾶσαν ἀχράδα, καὶ γίνεται μῆλα κάλλιστα, καὶ καλούμενα ἐν Ἀθήναις μελίμηλα. VRS. Quid si ellipsis hic esset ita supplenda, *neque enim* hoc procedit, et *si malus pirum* recipiat. Transposita verba nihil haberent difficultatis. *Neque enim si malus pirum* recipit, etiam *pirum recipit quercus.*

40, 5 VNO ICTV) Plin. 17, 17 *Quoniam ramo iam seri religio fulgurum prohibet.* VRSIN. Magis etiam huc pertinet locus alter Plin. 15, 15 s. 17 *Neque omnia insita misceri fas est, sicut nec spinas inseri, quando fulgura expiari non queunt facile: quotque genera insita fuerunt, tot fulgura vno ictu pronunciantur.* add. Pallad. Febr. 25, 30.

40, 6 VT SIT VTRAQVE MALVS) Videtur legendum *vt si.* est enim exemplum eius, quod dixit, *si eiusdem generis est.* Verba vero, *referentem ad fructum*, abundant. VRSINVS.

40, 6 EX ARBORE, E QVA QVIS) Huius loci obscuritatem cum animaduertisset Cl. Pontedera, varietatem editionum quarundam et Crescentii

in eam, quam inserere vult, ramulum traducit [u], et in eius ramo praecifo, ac [x] dififfo implicat cum [y] locum qui contingit [z]. ex vtraque parte, quod intro eft, falce [a] extenuatur [b], ita [c] vt ex vna parte [d], quod [e] caelum vifurum eft, corticem cum cortice [f] exaequatum habeat. Eius [g] ramuli, quem infereret, cacumen vt directum [h] fit ad caelum, curat. . Poftero anno cum comprehendit [i], vnde propagatum eft, [ab altera arbore] praecidit.

XLI. QVO tempore quaeque [a] transferas, haec in primis videnda, quod quae prius verno tempore inferebantur, nunc etiam folftitiali, vt ficus, quod denfa materia non eft, et ideo fequitur caldorem [b]. A quo fit, vt in locis frigidis ficeta fieri non
2 poffint. Aqua recenti infito inimica. tenellum enim cito facit putre. Itaque quod [c] inferitur caniculae figno, commodiffime exiftimatur [d] inferi. quae autem natura minus funt mollia, vas aliquod fupra alligant, vnde ftillet [e] lente [f] aqua, ne prius exarefcat [g] furculus, quam coalefcat [h]. cuius furculi corticem integrum feruandum, et eum [i] fic

u) *traducat I. B. R.* x) *et defiffo I. B. R. ac diffiffo P. Iunt.* y) *tum ramuli locus, qui I. I-G.* z) *contigerit I. B. R.* a) *qua fiffuram intrat, falce I. I-G.* b) *extenuatum I. B. R.* c) *ita ex ima I. B. R.* d) *parti P.* e) *qua caelum vifurus I. I-G.* f) *codice I. B. R.* g) *Eius autem I. I-G.* h) *derectum P. detectum I. B. R.* i) *comprendit P.* [C. XLI.] a) *quaque P.* b) *caldiorem P, calidiorem I. B. R.* c) *qui fit P. quae fit I. B. R.* d) *exiftimatur ea P, exiftimantur ea I. B. R. aeftimatur I. I-G.* e) *ftilet B. R.* f) *lenta Bon. lente in ils aqua Ba-G.* g) *arefcat B. R.* h) *colefcat P.* i) *cum fit I. B. R.*

fcentii adfcripfit, iudicium ipfe non interpofuit. Igitur bona ipfius cum venia eam, vt longiufculam, omifimus. Caeterum interpunctione quae erat poft *implicat*, translata poft *contingit*, mihi videbatur hanc fententiam habere, quam paraphrafi, qua potero exponam. In arboris, cui inferendus eft nobilior furculus, ramo praecifo, vti moris eft, ac diffiffo *implicat* agricola, h. e. inferit *eum locum* furculi arbori fuae adhuc continentis, *qui contingit*, h. e. pertingit ad ramum praecifum ad diffiffum. Huius furculi vtraque pars, qua intrare fiffuram, et interiora rami contingere debet, *extenuatur* et laeuigatur falce, ita vt reliqua pars, quae coelum, hoc eft liberum aerem (non accurate ipfam regionem fuperiorem) *vifura eft, corticem cum cortice* rami ipfius *exaequatum habeat*, tanto nempe facilius coaliturum.

40, 6 QVEM INSERERET) Legendum *inferit*, vel *inferet*.

40, 6 AB ALTERA ARBORE) Haec ab expofitoribus addita funt. VRSIN. Voluit fane aliquis, fiue ipfe Varro, fiue alius fuerit, declarare, quid fibi velit *τὸ vnde*, qua eodem modo vtitur paullo poft 41, 3 Simile eft illud Terentii Eun. Prol. 11 *fcripfit caufam dicere prius*, vnde petitur, *aurum quare fit fuum, quam illic, qui petit. Vnde petitur*, h. e. reum, a quo petitur. Intereft mea hic de Fabriano Lexico monere, et loco Ciceronis Fam. 7, 11 pr. Hunc fub *Peto* n. 3 ita retuleram, (loquor de editione A. 1726) *Ego omnibus vnde petitur*, (h. e. in ius vocatis) *hoc confilium darem.* Sed vide, quam aftute interpolauerit vir bonus. *Ego omnibus* fc. in ius vocatis, *vnde* h. e. a quo ICto *petitur*. Recte autem h. l. a me intellectum ante aliquanto, quam admouerem Fabro manum, Chreftomathia Ciceroniana docere poteft n. 26 no. 19. Satis peccatorum ipfi commifimus, vt non opus fit alienam etiam culpam fuftinere.

41, 1 ET IDEO SEQVITVR CALDOREM) An *calidiorem* vt Crefcentius 5, 10 transfcripfit: et *ideo fequitur calidiorem*, id eft locum vel regionem. Id in Ienfonianis quoque libris habetur. PONTED. *Caldus* et *Caldor* Varroniana effe Index docebit.

41, 2 QVOD INSERITVR CANICVLAE SIGNO COMMODISSIME) Vetus lectio, *Qui fit caniculae*, etc. Totum autem caput e Theophrafto translatum, libro primo φυτῶν ἱστορίας cap. 123 (φυτῶν αἰτιῶν, cap. 6.) τὸ δ' ὕδωρ τῷ μὲν ἐνοφθαλμισμῷ, πολέμιον. ἐκσήπει γὰρ καὶ ἀπόλλυσι παραχρῆμα, διὰ τὴν ἀσθένειαν. διὸ καὶ ἐπὶ κυνὶ δοκεῖ ἀσφαλέστατον εἶναι. VICT. Quae ab Aldo hoc modo primum in vulgum producta et ad hanc aetatem retenta, Varroniana non effe, mea fert opinio, quod veteres libri tam manu fcripti quam formis excufi alia atque alia oftendunt, vt codices Victoriani: *Itaque qui fit Caniculae figno, commodiffime exiftimatur inferi.* Ab his Caefenas exemplar in *qui* tantum differt, ita Ienfoniana editio, quod in illo eft *quod*; in hac *quae*. Verum optima funt Victoriana: *Qui* communis effe apud vetuftiffimos generis docet Prifcianus, et antiqua exempla confirmant. PONTED.

41, 2 VAS ALIQVOD SVPRA ALLIGANT) Theophraftus, (de cauf. plant. 1, 6) οἱ δὲ χύτραν προσβάλλουσιν ὕδατος, ὥς τε κατὰ μικρὸν ἐπιῤῥεῖν etc. VICTORIVS.

41, 2 VT

ſic exacuendum, vt non denudes medullam. ne extrinſecus imbres noceant, aut ni-
mius calor, argilla oblinendum [k], ac libro obligandum. Itaque vitem [l] triduo ante- 3
quam inſerant [m], deſecant, vt qui [n] in ea nimius eſt humor [o], diffluat ante, quam
inſeratur. at [p] in qua inſerunt, in ea paullo infra, quam inſitum eſt, incidunt: vnde [q]
humor [r] aduenticius effluere poſſit. contra in fico, et malo Punica, et ſi qua etiam
horum natura aridiora [s], continuo. In aliis translationibus videndum, vt quod trans-
ferat [t] in cacumen, habeat gemmam, vt in ficis. De his [primis] quatuor generibus 4
ſeminum, quaedam quod tardiora, ſurculis potius vtendum [u], vt in ficetis faciunt.
Fici enim ſemen naturale intus in ea fico, quam edimus. quae ſunt minuta grana,
e quibus paruis, quod enaſci coliculi vix queunt. Omnia enim minuta et arida ad
creſcendum tarda; ea [x] quae laxiora, et [y] foecundiora; vt foemina, quam mas. ex [z]
proportione in virgultis item. itaque ficus, malus Punica, et vitis, propter foemi-
neam [a] mollitiam [b] ad creſcendum prona. contra palma, et cupreſſus, et olea, in cre- 5
ſcendo tarda. in hoc enim [c] humidiora quam aridiora. quare ex terra potius in ſemi-
nariis [d] ſurculos de ficeto, quam grana de [e] fico expedit obruere: praeter ſi aliter
nequeas: vt ſi quando quis trans mare ſemina mittere, aut inde petere vult. tum
enim reſticulas [f] per ficos, quas edimus, maturas perſerunt [g], et eas cum inaruerunt [h],
complicant, ac quo volunt mittunt, vbi obrutae in ſeminario pariant. Sic [i] genera 6
ficorum,

k) *obliniendum a. V.* l) *cum* inſer. *P.* m) *inſerunt I. B. R.* n) *quod ea P.* o) *vmor P.* p) *et H.* q) *in qua I. B. R.* r) *vmor P.* ſic per hoc caput et alibi pluries. s) *aridior. Continuo in I. B. R.* t) *transferatur, I. B. R. transfertur, I. I-G.* u) *quam ſemine* inſ. *I. I-G.* x) *et I. I-G.* y) *ea et I. I-G.* z) *et P.* a) *foeminem P.* b) *molliciam P. Ienſ.* c) *enim* abeſt *Gy.* d) *ſeminario I. B. R.* e) *ex I. B. R.* f) *reſticulam P. per reſticulam ficos I. B. R.* g) *perferunt H.* h) *inaruerint a. V.* i) *Sic* deeſt *I. B. R.*

41,2 VT NON DENVDES MEDVLLAM) (Theophr. de cauſ. plant. 1,6) *ὥς τε μὴ γυμνοῦν τὴν μήτραν.* VICTOR.

41,3 ITAQVE VITEM TRIDVO ANTE, etc.) Theophraſtus 124, *διὸ καὶ τὴν ἄμπελον προαποτέμνουσιν ἡμέραις τρισὶ πρότερον, ὅπως προαποῤῥῇ τὸ δάκρυον.* In excuſis ſane Theophraſti codicibus *ἡμέραις τισὶ* mendoſe, vt Varronis confirmatione agnoſcimus. VICTOR.

41,3 CONTRA IN FICO ET MALO PVNICA, etc.) *ῥόα δὲ καὶ συκῆ καὶ ὅσα τούτων ἐστὶ ξηρότερα, παραχρῆμα.* VICTOR.

41,3 VNDE HVMOR) vt illud *vnde propagatum eſt* 1,40,6.

41,3 AT IN QVA INSERVNT) Prima dictio vetuſtiſſima eſt *aut*, quod optimum erit perpendenti vitem dum inſerunt arboratores, vel triduo ante deſecare vt nimius humor defluat priusquam inſeratur; aut, ſi ſtatim inſerant, *in ea paulo infra quam inſitum eſt*, incidere, *vnde humor aduenticius effluere poſſit.* PONTED.

41,4 DE HIS [PRIMIS] QVATVOR) Non dubito, quin *primis* abeſſe debeat, vndecunque irrepſerit. Reſpicit aperte ad quadripertitam ſeminis diuiſionem 1, 39, 3 propoſitam.

41,4 E QVIBVS PARVIS, QVOD ENASCI) Si legas *e quibus, quod paruis, enaſci coliculi vix queunt*, nihil difficultatis fuerit. Vulgata lectio niſi inepta, certe mihi eſt obſcuriſſima.

41,4 OMNIA ENIM MINVTA) Theophraſt. (de cauſ. plant. 1,8) *ἢ μᾶλλον, ὅσα μανότερα καὶ ὑγρότερα. τὰ μὲν γὰρ πυκνὰ καὶ ξηρὰ δυσαύξητα.* VRS. Eadem habet Plin. 17,13. SCHOETTG.

41,4 PROPTER FOEMINEAM MOLLITIAM) Ita habent antiqui libri: non *molliciem*, vt in excuſis. Cicero in Partitionibus, *Et lenitatem mollitia animi.* Hic etiam locus totus e Theophraſto eſt translatus, *Φανερῶς δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ζώων τοῦτο συμβαίνει, καὶ μάλιστα ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων. εὐαυξέστερα γὰρ τὰ θήλεα τῶν ἀῤῥένων. ὑγρότερα καὶ μανότερα τὴν φύσιν ὄντα. δῆλον δὲ ὅτι καὶ ἐπ᾽ αὐτῶν τῶν δένδρων ῥόα μὲν καὶ συκῆ καὶ ἄμπελος, εὐαυξῆ. φοῖνιξ δὲ καὶ κυπάριττος καὶ δάφνη καὶ πεύκη καὶ ἐλαία, δυσαυξῆ.* VICT.

41,5 IN HOC ENIM HVMIDIORA QVAM CALIDIORA) Haec verba videntur adiecta. item quae paullo poſt ſequuntur, *ex terra*, legendumque, *Quare potius in ſeminariis.* VRSINVS. Neſcio, vnde Vrſinus hic pro aridiora habeat *calidiora.* Illud quidem video, mihi haec verba eſſe obſcuriſſima: ſed eiicere propterea non auſim.

41,5 QVARE EX TERRA) Si pro *ex* leges *et*, nihil erit obſcuri. Blandius certe hoc, quam cum Vrſino et hic ſecare.

41,5 VBI OBRVTAE) Fortaſſe legendum *vt*. Verba vero ſub finem capitis, *quam ex taleis*, videntur addita ab expoſitore. VRSIN. Neque hic mutatio-

ficorum, Chiae, ac Chalcidicae, et Lydiae, et [k] Africanae: item caetera transmarina in Italiam [l] perlata. Simili de causa oleae semen cum sit nucleus [m], quod ex eo tardius enascebatur colis, quam e [n] taleis, ideo potius in seminariis taleas, quas dixi [o], serimus.

XLII. DE [a] Medica in primis obserues, ne [b] in terram nimium aridam, aut variam, sed temperatam semen demittas. in iugerum vnum, si est natura temperata terra, scribunt opus esse Medicae [c] sesquimodium. id seritur ita, vt semen iactatur [d], quemadmodum scilicet cum pabulum, et frumentum seritur.

XLIII. CYTISVM seritur in terra bene subacta tanquam semen brassicae: inde differtur, et in sesquipedem ponitur. aut etiam de cytiso duriore [a] virgulae deplantantur, et ita pangitur in serendo.

XLIV. SERVNTVR fabae modii IIII in iugero, tritici V, ordei VI, farris X. sed

k) *et* abest *I. B. R.* l) *Italia Herm.* m) *nucleus P.* n) *ex aliis I. R, ex cosis Bon.* o) *diximus I. B. R.* [C. XLII.] a) *De medica* lemma faciunt *I. B. R.* b) *vel I. B. R. vt ne I. I-G.* c) *medicae I. B. R.* d) *f. iaciatur.* [C. XLIII.] a) *duriores I. B. R.*

mutatione opus esse putauerim. praecessit enim, *quo volunt* mittunt.

41, 5 SERIMVS) Praecessit *nascebatur.* Itaque praestiterit forte legere *serimus.*

42 DE MEDICA IN PRIMIS OBSERVES) Prima duo verba in nullis antiquioribus sunt: manu scripti proximis temporibus tanquam inscriptionem capitis illa habebant. nam (vt antea ostendi) ante singulos libros, de quibus rebus illic ageretur, adnotatum erat: nec postea in partibus ipsis aliquid adscriptum: secundi autem ac tertii libri inscriptiones perierunt. Quare ex indice illo intelligi olim potuit medicae hic disciplinam tractari. Quod si titulos veteres Varronis haberemus, sine vlla necessitate huc inculcata esse haec verba cognosceremus. Quanquam alia etiam ratione, (de qua post disputabo) si in MSS. codicibus inuenirentur, hic recte collocata esse possent. VICTOR. Immo quaedam, quae statim sequuntur, superioribus annectenda sunt. nam de semine oleae sentit Varro, cum ait, *In primis obserues, ne in terram nimium aridam, aut variam, sed temperatam semen demittas.* Nam medicae semen non *demitti,* sed *spargi* dicitur, vt frumentum, milium, et similia. Igitur transponendum lemma ita, *de medica iugerum vnum.* Fefellit correctorem mos Varronis, qui lemma eius rei, de qua tractaturus est, praefigere solet vt fecit supra, *de familia Cato dirigit,* etc. Et alibi saepius. SCAL. Haec verba, *de medica* in VV. CC. non leguntur, et certe videntur adiecta, VRSINVS. Petrus Victorius et Iosephus Scaliger asserunt *de medica* esse τῷ *in iugerum vnum* annectendum; illud autem *inprimis obserues, vsque semen demittas* spectare ad oleam, quos sequitur Popma. Ego [si licet post tantos viros meam interponere sententiam] omnia ad Medicam pertinere affirmare non dubitarim. Nam oleae sationem per nucleos improbauit, per taleam seri tradidit cap. 40. *Demum in oleagineis seminibus videndum vt sit de tenero ramo* etc. item cap. 24 *in agro crasso et calido oleam conditaneam etc.* Praeterea cum inter Pabuli genera nobilissima sit Medica et Cytisus, rationi consentaneum videtur aliquid de terrae conditione ad Medicae cultum praecepisse Varronem, quod in Cytiso non praetermissum videmus. Nam id quod attigit: *Si est natura temperata terra,* non de Medicae cultu est intelligendum, sed de seminis, quod ad sationem exigitur, modo. Quin etiam per id convincitur, temperatam quidem terram aliis ad Medicae sationem praetulisse, aliud tamen terreni genus ab illa mediocritate recedens simul commemorasse. PONT.

42 ID SERITVR ITA) V. C. *differtur* pro *seritur.* Virg. Georg. 4 *In versum distulit vlmos.* Col. 11, 2 *Per hos dies quaecunque semina differri debent,* et eod. cap. *Rutam autumno semine satam mense Martio differre oportet in apricum* etc. Alias *differere* dixit, cum ait: *Panax vtroque tempore, leui et subacta terra rarissime differitur.* Varro supra c. 40 *Per surculos differitur in terram:* licet ibi in V. C. sit *differtur.* VRSIN.

42 VT SEMEN IACTATVR) Vel *iactetur* reponendum videri potest, vel *iaciatur.*

42 QVEMADMODVM SCILICET) Pro *scilicet* in MSS. est codicibus nota illa, de qua bis antea locutus sum: quae quid significet, nondum percepi. *Quemadmodum L cum pabulum.* VICTOR. Externum est *scilicet,* studiosi nescio cuius nota, pro quo in optimis exemplaribus vna littera inuenitur L, *laudabile* vel *laudandum* significans. Verum haec quoque aliena. PONTED. Vid. Scalig. ad 1, 59, 2.

44, 1

sed nonnullis locis paullo amplius, aut minus. si enim locus crassus, plus: si macer, minus. quare obseruabis quantum in ea regione consuetudo erit [a] serendi: vt tantum facias, quantum valet regio, ac genus terrae. vt ex eodem semine aliubi, cum decimo [b] redeat, aliubi cum quintodecimo [c], vt in Hetruria, et [d] locis aliquot in Italia. in Sybaritano [e] dicunt etiam cum centesimo redire solitum. in Syria ad [f] Garada, 2
et in Africa ad Byzacium [g] item ex modio nasci centum. Illud quoque multum interest in rudi terra, an in ea feras, quae quotannis obsita sit, quae vocatur restibilis: an in veruacto, quae interdum requierit [h]. Cui AGRIVS [i], In Olynthia quotannis 3
restibilia esse dicunt, sed ita [k] vt tertio quoque anno vberiores ferant fructus [l]. LICINIVS, Agrum alternis annis relinqui oportet, aut paullo leuioribus sationibus ferere [m], id est, quae minus sugunt terram. Dicetur, inquit AGRIVS, de tertio gradu, De nutricationibus [n], atque alimoniis eorum. LICINIVS [o], Quae nata sunt, inquit, 4
in

[C. XLIV.] a) *est a. V.* b) *decem B. R.* c) *quindecim B. R.* d) *et* deest *I. B. R.* e) *sybiritano I. B. sybritano R.* f) *agarada* iunct. *I. B. R. ad Garadda Gr. G.* g) *bizantium B. R. byrachium Ie. Iu. Dyrrhachium Herv. byrrhachium Ba. A. Gr. byrrachium* G. h) *requieuit I. B. R.* i) *Acrius P.* k) *id aut I. B. R.* l) *fructos P.* m) *ferere* deest *I. B. R.* n) *nutritionibus I. B. R.* o) *ille I. B. R.*

44, 1 QVANTVM IN EA REGIONE) Videtur leg. *Qu. in ea reg. consuetudo erit, vt tantum facias: quod tantum valet regio ac genus terrae* etc. Plin. 16, 21 *Nam locorum tanta vis est* etc. VRSIN.

44, 1 CVM DECIMO REDEAT) Hic vsus τῆς *cum* hac in re proprius est. Cic. Verr. 3, 47 *Ager efficit cum octauo bene vt agatur: verum, vt omnes DI adiuuent, cum decimo*, quem locum iam ad Fabrum notauimus. Dicitur etiam in simili distributione *cum octauo comite*, quod Germani *selb acht*.

44, 2 AD GARADA) Non succurrit aliqua regio vel vrbs huius nominis, nisi forte legendum sit *Gadara*, quae in Syria quondam duplex fuit. SCHOETTG. Recte. Viderat idem Bochartus Geogr. 1, 24. p. 525 A.

44, 2 ET IN AFRICA AD BYZACIVM) Sic habent antiqui libri, non vt ante excusi omnes *Byrachium*. Plinius lib. XVII. cap. 5. cum inquit, *Contra in Byzantio Africae illum centena et quinquagena fruge fertilem campum etc.* eundem locum aut oppidum, de quo hic loquitur Varro, intellexit: mendum tamen in ea voce est. VICT. Mirum. cum *Byzacium* aliud sit, aliud *Byzantium*: alterum sit in Africa, alterum in Thracia: quare non distinxerit Stephanus, aut eius potius mutilator Hermolaus, Βύζαντες, inquit, Λίβυες, περὶ Καρχηδόνα τῆς Λιβύης ἔθνος, ἀφ' ἧς ἡ πόλις Βυζάντιον. καὶ Βυζάντιοι, οἱ ἐν Λιβύῃ. παρ' Ἡροδότῳ δὲ κακῶς διὰ τοῦ γ, Γύζαντες. Atqui praeter Plinium et alios, *Byzacium*, non *Byzantium*, vocat oppidum illud in Africa vetus inscriptio, PER PROVINCIAS, PROCONSVLAREM, ET NVMIDIAM, BYZACIVM AC TRIPOLIVM. In altera vero tabula eiusdem exempli legitur, BYZANTIVM, vt si in hoc variant vetera monumenta, mirandum non sit et in libris aliter atque aliter legi. SCALIGER. *Byzacium* videtur legendum. Vid. Plin. 5, 4 et 17, 5 et 18, 10 *Vtpote cum e modio, si sit aptum solum quale in Byzacio Africae Campo centeni quinquageni modii reddantur.* VRSINVS. Salmasius ad Solinum cap. 27 obseruat, videri *Byzacium* Varronem pro vrbe accipere, quae tamen regio. sed ex particula *ad*, quae idem ac *apud* est, id concludere non licet. Dicunt enim ita et alii autores, vt *apud Orientem* pro *in oriente* Tacitus Annal. 3, 12, 1. SCHOETTGENIVS.

44, 2 IN VERVACTO) *Veruactum* opponitur Restibili. Id vocat Columella *veteretum*. quod nomen hodieque in Gallia retinetur. vocamus enim pars *Gueretum* pars *Varetum*: vt in Aquitania et in Tectosagibus. Quare admonendus est lector, in Columella, vbi semper in excusis libris veruactum legitur, in calamo exaratis semper sine vlla exceptione *veteretum* legi. SCAL. sed videatur Index noster in *veruagere*.

44, 3 DE TERTIO GRADV) Respiciendum ad 1, 37, 4.

44, 3 DICETVR, INQVIT AGRIVS) Opinatus sum, primum fuisse: *Dice igitur, inquit Agrius*, vt 3, 16 *Dice igitur, vbi.* Etenim illud *Licinius*, quod neque Victorius in antiquis non impressis vidit, neque ego in impressis ante Aldum obseruaui, huic, quando eo sibi complacuit, non inuiderem, *ille* quod pro *Licinius* erat, contentus. PONTED.

44, 4 DE NVTRICATIONIBVS ATQVE ALIMONIIS EORVM) Haec verba videntur addita ab expositoribus, qui ex cap. 34 illa sumserunt, vbi est: *sex gradus fecit fructuum, tertiumque ex his dedit nutricatui.* VRSIN.

44, 4 QVAE NATA SVNT, INQVIT) Ante haec verba in excusis, *Licinius*: in vetustissimis libris, *Ille*: infra post *Praegnantia*, eadem illa litera, quae nobis saepe molesta est. antiqua enim lectio haec, *Praegnantia L. cum sunt.* Praeterea

in fundo alescunt, adulta concipiunt, praegnantia cum [p] sunt, matura pariunt poma, aut spicam: sic [q] alia [r]. simile ei, a quo profectum [s], redit semen. Itaque si florem, acerbumue pirum, aliudue quid decerpseris, in eodem loco, eodem anno, nihil renascitur, quod praegnationis idem [t] bis habere non potest. vt enim mulieres habent ad partum dies certos, sic arbores ac fruges.

XLV. PRIMVM plerumque e terra exit ordeum diebus VII. nec multo post triticum. legumina fere quatriduo [a], aut quinque diebus, praeterquam faba. ea enim serius aliquanto prodit [b] seges. Ostendit idem milium, et sesama [c], et caetera similiter aequis fere diebus, praeterquam si quid regio, aut tempestas vitii attulit, quo
2 minus ita fiat. Quae in seminario nata, si loca erunt frigidiora, quae molli natura sunt, per brumalia tempora tegere oportet fronde, aut stramentis: si erunt imbres secuti, videndum necubi aqua consistat [d]. venenum enim gelum [e] radicibus tenellis
3 sub terra, et supra virgultis [f], quae nec [g] eodem tempore aeque crescunt. nam radices autumno, aut hieme magis sub terra, quam supra adolescunt [h], quod [i] tectae terrae tepore propagantur, supra terram aere frigidiore ringuntur [k]. idque [l] ita esse docent

p) *vel cum I. B. R.* q) *si talia a quo I. B. R.* r) punct. om. *I. I-G.* s) *profectum est, reddunt I. I-G.* t) *diem idem a. V.* [C. XLV.] a) *quadriduo P.* b) *prodit: seges ostendit. Item I. B. R.* c) *sesima I. B. R.* d) *consistet Herv.* e) *gelu a. V.* f) *virgulta, nec I. B. R.* praec., *Iunt.* g) *ne P.* h) *alescunt a. V.* i) *Quo tecte P. Quo certe terra tempore tectae propagantur I. B. R.* k) *tinguntur* alii praeter *I. I-G.* l) *Itaque P.*

terea ad hunc locum in margine optimi exemplaris mendi nota adposita. VICT. De L, quod molestum sibi esse ait vir optimus, vid. Scaliger ad V. 1, 59, 2.

44, 4 PRAEGNANTIA, CVM SINT MATVRA, PARIVNT POMA) Haec verba videntur suo loco mota, et ita restituenda: *Praegnantia pariunt poma, aut spicam; sic alia, quae cum sunt matura, simile ei, a quo profecta sunt, reddunt semen.* Postea legendum: *quod praegnationis diem habere non potest.* Theophr. 1, 14. VRS. *Quod praegnationis idem bis h. n. p.* retineri potest, vt *praegnationis* sit quartus casus numeri pluralis.

44, 4 QVOD PRAEGNATIONIS — POTEST) Non tanti haec facienda puto, quanti vetera impressa: *Quod praegnationis diem idem bis habere non potest:* tempus enim appositum, quod per *diem* significatur, maxime conuenit; ideo sequitur: *vt enim mulieres habent ad partum dies certos, sic arbores ac fruges.* Sed quid argumenta quaero? Theophrastus, a quo ista expressit Varro, id in primo Φυτῶν αἰτιῶν demonstrat: διὰ τοῦτο γὰρ οὐδὲ ἐάν τις ἀφέλῃ τὸν καρπὸν ἢ ἄνθος, δύναται πάλιν ἕτερα γεννᾷν· διὰ τὸ μὴ λαμβάνειν τὸν τῆς κυήσεως χρόνον. PONTED.

45, 1 E TERRA EXIT) Theophr. (Hist. Plant.) 8, 1. βλαστάνει δὲ τὰ μὲν θᾶττον, τὰ δὲ βραδύτερον. καὶ κριθὴ μὲν καὶ πυρὸς ἑβδομαῖα μάλιστα, προτερεῖ δὲ ἡ κριθὴ μᾶλλον. τὰ δὲ ὄσπρια τεταρταῖα ἢ πεμπταῖα, πλὴν κυάμων. κύαμος δὲ καὶ τῶν ἐστρόδων ἐν πλείοσι. Plin. 18, 7 *Erumpit a primo satu ordeum die septimo, legumina quarto, vel cum tardissime septimo.* sed legendum ex Varrone et Theophrasto, *cum tardissime, quinto.* VRS.

45, 1 EA ENIM SERIVS ALIQVANTO PRODIT. IDEM MILIVM etc.) ita videtur legendum, deletis *seges ostendit*, quae glossulae sunt. IDEM.

45, 2 VENENVM ENIM) Cato 2. orig. apud Nonium: *Qui aquatum eunt, lignatum videntur ire, securim enim atque lorum ferunt, securi gelum crassum excidunt, eum loro alligatum auferunt.* Quo testimonio, licet corrupte citet Nonius, docet ab antiquis dici solitum *gelu*, et *gelus.* IDEM.

45, 3 NAM RADICES AVTVMNO) Vox *radices* videtur abundare, et p. p. legendum *restinguntur*, [f. voluit *restringuntur*] non *ringuntur.* Theophr. (Hist. Plant.) 1; 13 ὅτι τὰ μὲν ἄνω κωλύεται διὰ τὸν πέριξ ἀέρα ψυχρὸν ὄντα. IDEM.

45, 3 QVAM SVPRA ADOLESCVNT) Vt Theophrasti sententia integra habeatur, dicendum est: *quam quae supra adolescunt:* ὥσπερ τοῦτό φασι τὰς μὲν ῥίζας αὐξάνεσθαι μετοπώρου καὶ χειμῶνος, τὰ δὲ τελίχη καὶ τοὺς ἀκρέμονας ἔαρος καὶ θέρους, καὶ μάλισθ' ὑπὸ τὸ ἄστρον. Ita etiam ex superioribus Varronianis infertur: *Venenum enim gelum radicibus tenellis sub terram, et supra virgultis. Quae nec eodem tempore aeque crescunt; nam radices.* Id quoque ex insequentibus: *nam prius radices, quam ea, quae ex iis solent nasci, crescunt.* PONTED.

45, 3 AERE FRIGIDIORE TINGVNTVR) Manu scripti libri sic habent. Excusi vero, *Ringuntur.*

docent siluestria, ad [m] quae sator non accessit. nam prius radices, quam [n] ea quae ex iis solent nasci, crescunt. neque radices longius procedunt, nisi quo tempore venit sol [o]. his duplex causa, quod [p] et radicum materiam aliam, quam aliam longius proiicit natura: et quod alia terra alia [q] facilius viam dat.

XLVI. PROPTER eiusmodi [a] res admiranda discrimina sunt [b] naturalia, quod ex quibusdam foliis propter eorum versuram, quod sit anni tempus, dici [c] possit, vt olea,

m) *at P.* n) *quam ex iis, quae I. B. R. quam ex iis, quod P. quam iis ex qua sunt.* o) *sol duplex P.* p) *radicum quod et I. B. R.* q) *aliam viam facilius I. B. R.* [C. XLVI.] a) *cuiusmodi P.* b) *sunt. Natura aliquod ex Pol. sunt. Nam aliquot ex I. B. R.* c) *vt dici I. B. R.*

guntur. Neutra lectio satis plana: nec enim siue hoc, siue illo modo legas, verba haec inter se diuersa, quod plerumque consueuerunt, significare videntur. Forsasse *Tanguntur* legi debet. Id est, feriuntur, caeduntur que. hoc enim verbo iniuriam frigoris significauit in 2 libro, cum de pecoris sanitate loqueretur, *et iniicitur aliquid, ne frigus caedat.* Sententia huius loci valde aperta, et e Theophrasti primo libro expressa. vbi enim quaerit, an simul fruticentur supernae infernaeque stirpium partes, de his omnibus rebus plenius, vberiusque disserit, ὅτι τὰ μὲν ἄνω κωλύεται διὰ τὸν περὶ ἀέρα ψυχρὸν ὄντα. Nam prior etiam pars huius sententiae ab eodem accepta, τὰς μὲν ῥίζας αὐξάνεσθαι μετοπώρου καὶ χειμῶνος. Quae infra etiam Varro tradidit, inde quoque sumpsit: Nam prius radices etc. ἐν ἐκείνῃ γὰρ τὴν ῥίζαν πρότερον τὸν βλαστὸν ἀφιέναι πάντα. Nec non quod sequitur, *Neque radices longius* etc. οὐκ εἰς πλεῖον καταλαμβάνεται βάθος ἢ ὁ ἥλιος ἀφικνεῖται. πλὴν ἐὰν οἱ τόποι εὐδιάδεις ὦ. Quo loco animaduertendum quam eleganter haec extrema verba reddiderit Varro, quod alia terra alia facilius viam dat. VICT. Lego: *Aere frigido restringuntur.* SCAL. Reposui lectionem, quae videbatur Varronis consuetudini et rei, de qua agitur, esse conuenientissima. siue enim *ringi* proprie ad nares pertinet, et ad rugas illas (quae vox et ipsa cum *ringendo* cognationem habere videtur) canum iratorum et σεσηρότων. siue quod magis placet, et cum *rictus* vel *ricti* significatione conuenit, *ringi* est hiare; siue *ringi* est ῥήγνυσθαι, quorsum forte Festus respexit, cum a *rumpendo* arcessiuit; siue denique a ῥῖγος et ῥιγοῦν deriuatur, nam frigore vel *rigore* praesertim *ringuntur* homines et bestiae; quodcunque horum verum sit, *ringi* commoda metaphora, vel proprie etiam, dicentur herbae, cum frigore constrictae corrugantur, corticem rumpunt, vt fiet, verbo cum rigent. Varronem autem frequentare verba ab animatis et nobilioribus translata ad muta et ignobiliora peculiari obseruatione et longa exemplorum inductione coniecta in Indicem voc. *metaphorae Varronis* ostendimus.

45, 3 NISI QVO TEMPORE PERVENIT SOL) Lego, *nisi quo peruenit sol*, tum ex loci sententia, tum ex Theophrasti collatione, vnde accepit Varro. οὐκ εἰς πλεῖον καταλαμβάνεται βάθος, ἢ ὅ ὁ ἥλιος ἐφικνεῖται. Nam et ita Theophrasti locum, qui et ipse corruptus est, emendamus. Igitur τὸ *tempori* erat glossema. SCAL. Delendum verbum *longius* et *tempore* in *tepore* mutandum videtur. Theophr. (de caus. Plant.) 1, 13 ῥίζαι οὐκ εἰς πλεῖον καταλαμβάνουσι βάθος, ἢ ὅσον ἂν ὁ ἥλιος ἐφικνῆται. τὸ [f. leg. τῷ] γὰρ φύεσθαι εἰς βάθος, ἅμα ῥίζα καθήκει πλέον, ἢ ὅσον ὁ ἥλιος ἐφικνεῖται. τὸ γὰρ θερμὸν τὸ γεννῶν. [f. γεννητικόν] Plin. 16, 13 *Quidam non altius descendere radices, quam calor solis tepefaciat.* VRS. Forte melius, *nisi quo tepore venit Sol*, vel, *tepor venit Solis.* Theophrastus φυτῶν αἰτιῶν, lib. 1. (c. 13) οὐκ εἰς πλεῖον καταλαμβάνεται βάθος, ἢ ὁ ἥλιος ἐφικνεῖται. A quo sumsit haec Varro. Plinius lib. XVI, 31 f. 56 *Quidam non amplius descendere radices, quam Solis calor tepefaciat: idque natura loci tenuioris siue crassioris, dixere.* POP. Viderat ista Victorius VV. LL. 35, 3. GESN. Malebat Popma: *nisi quo tempore venit sol*, vel *tepor venit solis.* Quod si probarem, haec non scripsissem. Numquid cum sol ad nos accedit, sine tepore accedit, et quo propius etiam non tepidus, sed feruidus? Numquid Theophrastus de tepore quid? οὐκ εἰς πλεῖον καταλαμβάνεται βάθος, ἢ ὁ ἥλιος ἀφικνεῖται. Cur igitur bene constituta nimio studio infirmant? Quare his missis, videndum potius, cum Sosipater Charisius in his R. R. libris a Varrone scriptum *radicium* non *radicum* nos moneat, hic et alibi idne sit inducendum, an contra? PONTED.

46 QVOD EX QVIBVSDAM FOLIIS) Locus translatus a Theophrasto. illius enim haec verba sunt in primo φυτῶν ἱστορίας. (c. 16.) Ἴδιον δὲ καὶ τὸ τῇ ἐλαίᾳ καὶ τὸ τῇ φιλύρᾳ καὶ τῇ πτελέᾳ καὶ τῇ λεύκῃ συμβαῖνον. στρέφειν γὰρ δοκοῦσι τὰ ὕπτια μετὰ τροπὰς θερινάς. καὶ τούτῳ γνωρίζουσιν, ὅτι γεγένηνται τροπαί. In II etiam libro φυτικῶν αἰτιῶν c. 156. (26.) Non tamen easdem omnes quas Theophrastus, appellat M. Varro: nam pro tilia et vlmo, quas retulit Graecus auctor, noster salicem ponit. Plinius easdem quas Theophrastus nominauit. Illud hic admonere visum est, recentiores omnes in magno errore versatos, qui crediderunt *duo* esse *solstitia*, et alterum *aestiuum*, alterum *hybernum*

olea, et populus alba, et salix. Horum enim folia, cum conuerterunt se, solstitium dicitur fuisse. nec minus admirandum, quod fit in floribus quos vocant heliotropia, ab eo quod ad [d] solis ortum mane spectant, et eius iter ita sequuntur ad occasum, vt ad eum semper spectent.

XLVII. IN seminario quae surculis consita, et eorum molliora erunt natura cacumina, vt olea ac ficus [a], ea summa integenda binis tabellis dextra et sinistra deligatis [b], herbaeque elidendae [c], et dum tenerae sunt vellendae. prius [d] enim [e] aridae factae

d) *ad* omitt. *a. V.* [C. XLVII.] a) *ficus. Ea* omnes. b) *alligata I. B. R. deligata P.* c) *eligendae: eae dum I. B. R.* d) *prius* om. *I. I-G.* e) *enim* om. *I. B. R. Nam I. I-G.*

num appellari, cum veteres cuncti boni auctores *solstitium*, quemadmodum hic facit Varro τροπὰς θερινὰς solum vocent: τροπὰς autem χειμερινὰς, brumam. Lucretius, Virgilius, M. Varro, Cicero, Plinius hoc semper obseruarunt. Cur tantum consensum optimorum scriptorum Columella reliquerit, non video, ille enim solus (quod sciam) aestiuum solstitium, *et solstitia* numero multitudinis vtrasque τροπὰς appellat. Seruius etiam Vergilii interpres hoc non animaduerterat, et huius rei ignorantia turpiter lapsus est in illius loci declaratione, *Humida solstitia.* Quamuis enim numero multitudinis loquatur poeta, non debet existimari duo esse solstitia voluisse, sed auctor fuit agricolis, vt votis illud anni tempus singulis annis humidum poscerent: quod si impetrarent a diis immortalibus, magnos fructus ex agricultura esse capturos. Possem hoc plurimis optimorum scriptorum testimoniis comprobare, rem tamen indicasse, vt arbitror, satis fuit, exempla vnicuique nunc qui accurate leget, occurrent. VICT. Plin. 2, 41 *Olea et populus alba et salices solstitio folia circumagunt. - - Miretur hoc, qui non obseruet quotidiano experimento, herbam vnam, quae vocatur heliotropium, abeuntem solem intueri semper, omnibusque horis cum eo verti, vel nubilo obumbrante.* Et 18, 28 s. 68 longiuscula declamatio est de naturae indulgentia, quae tot signa cognoscendi solstitii oculis et manibus agricolarum ingesserit. Nominat arbores, quae folia vertant, *oleam, tiliam, populum albam, vlmum, salicem. Easque*, id est, earum folia ait *alia parte coelum respicere brumae confectae die, quam qua spectauere pridie.* Gellium 9, 7 et scholia Nicandri hic laudat Harduinus. Sed mallem hic indicasset, quod alias nonnunquam solet, respondeatne his veterum obseruationibus nostri temporis experientia. Nam de heliotropio quidem (quod non minus ac *lupinum cum sole circumagi* etiam 18, 27 s. 67 ait Plinius) nisi alia aut herba est, aut coeli ratio, falsum plus semel comperi ipse, h. e. vidi heliotropia vespere ad orientem solem versa etc.

46 SOLSTITIVM DICITVR FVISSE) Et paullo ante, *dici potest.* Quae si cum Theophrasti περὶ φυτῶν ἱστορίας primo conferas, non *dici* et *dicitur*, sed *disci* et *discitur* probabis. Ἴδιον δὲ καὶ τὸ τῇ ἐλαίᾳ καὶ τὸ τῇ φιλύρᾳ, καὶ τῇ πτελέᾳ καὶ τῇ λεύκῃ συμβαῖνον· στρέφειν γὰρ δοκοῦσι, τὰ ὕπτια μετὰ τροπὰς θερινὰς, καὶ τούτῳ γνωρίζεσιν, ὅτι γεγένηνται τροπαί. Ita Plinius 16, 23 *mirum in primis quod vlmo, tiliaque et olea, et populo alba et salici euenit. Circumaguntur enim folia eorum post solstitium. Nec alio argumento certius intelligitur sidus confectum.* Quod si certiora argumenta expetuntur, dabimus quoque; vetus enim huius capitis titulus manifestum priscae scripturae specimen facit: *ex quibus foliis cognosci possint anni tempora:* Caeterum haud absimile mendum in Festo Auieno *Arat. Progn.* possum detegere, *dices* pro *disces* posito: *Sic et crabronum rauca agmina si volitare Fine sub autumni conspexeris aethere longo, Iam vespertinus primo cum commouet ortus Vergilias pelago, dices instare procellas.* PONTED.

47 MOLLIORA) Vid. leg. *molliore.* nam supra dixit: *Quae in seminibus nata, si loco erunt frigidiora, quae molli natura sunt, per brumalia tempora tegere oportet.* VRSINVS.

47 DELIGATIS) Hoc verbum videtur glossema, et p. p. legendum: *aut dum tenerae sunt, vellendae potius, nam aridae factae rixantur*, h. e. resistunt. IDEM.

47 PRIVS ENIM ARIDAE FACTAE) Lectio mihi suspecta. Item ea Aldi, Iuntarum, Gymnici et Berew. (vt in margine adnotat) *nam aridae factae rixantur.* Neque enim tamdiu cunctandum est agricolis, vt herbae inutiles aridae fiant, quin etiam ante quam adolescant, euellendae; aridae namque minus nocent quam adultae; praeterea semen ad maturitatem perduxerunt, quod est totis viribus prohibendum, vt verissime idem Varro cap. 27 colonis inculcauit: *quae sunt ex ea nata, priusquam ex iis quid seminis cadat, vt sint eradicata.* Vitium itaque in hoc loco manifesto apparet, quod facile tollitur ex Iensonianis ac Bruschianis libris (in quibus legitur: *prius aridae factae. Etenim rixantur*) adiecta inter τὸ *prius* et τὸ *aridae* particula *quam*, et pro *aridae* legendum *adultae*, sic: *prius quam adultae factae, etenim rixantur.* Quod ad τὸ *quam* spectat, res apertissima videtur, quod vero ad alterum *adultae* vt necessario est admittendum, ita etiam ex iis, quae proponuntur: *et dum tenerae*

factae rixantur, ac celerius rumpuntur, quam sequuntur. Contra [f] herba [g] in pratis ad spem foenisiciae nata, non modo non euellenda in nutricatu, sed etiam non calcanda. quo [h] pecus a prato ablegandum, et omne iumentum, ac [i] etiam homines [k]: solum enim hominis [l] exitium herbae, et semitae [m] fundamentum.

XLVIII. IN segetibus autem frumentum, quod [a] culmus extulit [b]. Spica ea,
quae mutilata [c] non est, in ordeo, et tritico tria habet continentia, granum, glumam,
aristam: et etiam primitus spica cum oritur, vaginam. granum dictum, quod est inti-
mum solidum [e]. gluma, qui est folliculus eius. arista, quae vt acus tenuis longa emi-
net e gluma. proinde vt grani theca [f] sit gluma, et apex [g] arista. Arista et granum 2
omnibus fere notum: gluma paucis. Itaque id apud Ennium solum scriptum scio
esse in Euhemeri [h] libris [i] versis [k]. videtur vocabulum etymon [l] habere a glubendo,
quod

f) *Etenim* praec. puncto inf. *I. B. R.* g) *herbam P.* h) *Quoi Bo. Quin I. I-G.* i) *ac* deest *I. B. R.* k) *hominem I. B. R.* l) *homine Ienss. homines B. R.* m) *saemitae I. I.* [C. XLVIII.] a) *quo I. B. R. I. I.* b) *extulit spicam, I. B. R. I. I.* c) *multiloca I. B. R. mutica I. I-G. multilata P.* 1. d) *quod* abest *I. B. R.* e) *soldum P.* f) *apex I. B. R.* g) *apex* abest *I. B. R.* h) *ephemeridis Ienss.* i) *libris* om. *I. B. R.* k) *versibus I. B. R.* l) *etymum P.*

nerae sunt vellendae, et quae adiecta sunt: *contra herba in pratis ad spem foenisiciae nata non modo non euellenda in nutricatu, sed etiam non calcanda* probari potest. Cum enim stirpes tria fere tempora habeant, quo tenerae sunt, quo adultae, quo aridae, quae tenerae euelluntur, et in nutricatu, primo tempore euelluntur, antequam ad alteram aetatem accedant, id est prius quam adultae fiant. PONTED. Veniebat mihi in mentem, an non paullo commodius et propius ad scripturam veterem legi possit *prius enim*, int. quam euellas, *adolesfactae*, quae vox cum rarior sit, in veteri tamen inscriptione seruata, forte errandi occasionem librariis dedit. *Abolesfactus* Tertulliani, et *obsolesfactus*, quo Valerius Maximus vsus est, eiusdem quasi monetae sunt. PONTEDERA V. C. post scripsit, si sic distinguatur: *prius enim, adultae f. r.* facilius, quam eo, quo ante dixerat, modo, locum dilucidum fore. Sed nos non poenitet coniecturae.

47 IN NVTRICATV) Videntur hae voces adiectae ab expositoribus. VRSIN.

47 SOLVM ENIM HOMINIS) De *solo canis* dixit Lucretius [1, 926 et 4, 2] *Nullius ante trita solo.* Cicero: *solorum callum, ποδῶν ἴχνη.* IDEM.

48, 1 FRVMENTVM, QVOD) Prior dictio videtur abundare, et pro *quod* in V. C. est *quom.* VRSIN. Haec ab Aldo esse edita ad hoc tempus sciebam, cumque eadem ab aliis diuerso modo prius expressa legerem, cur tandiu Aldina retenta sint et probata ab omnibus mirabar; nam prisca sunt (si quid ego video) meliora: *in segetibus autem frumentum, in quo culmus extulit spicam: ea.* Quibuscum (vocula *in* ante *quo* excepta, qua carent) codices Caesenas et Venetus conueniunt, nec non Iuntini libri. His declarat Varro esse in segetibus frumentum, de cuius summo culmo spica effertur, vt id ipsum a legumine, quod e scapi lateribus siliquatur, distinguat. PONTED. Ego ita legendum puto, *in seg. a. frumentorum, quod culmus extulit, spica. Ea quae mutilata* (sed *mutica* tamen p. p. retinet Victorius:) *non est vt in hordeo* etc. Indicat duplicis generis esse spicas; alias non *mutilas*, siue *mutilatas* vel *muticas* denique, quales in hordeo et tritico, quae praeter granum et glumam etiam aristam habent; alias contra, quae arista carent, vt in auena, et Zea.

48, 1 EA QVAE MVTILATA NON EST) Antea hic *mutica*. vetustissimum exemplar *multilata*. vna detracta litera *mutilata* emendaui, quam veriorem puto lectionem et ex priscis vestigiis, et ex sententia etiam ipsa. Sed hanc ipsam, quam me restituisse dico, in Gallicano etiam codice sine vllo vitio inueni. Spica enim mutica, vt ipse docet, est quae non habet aristam. potest tamen non omnia illa tria habere, nec arista carere: vt cum ad integrum spica non peruenit, nec grana perfecta habet. ea autem recte, cum aliquo trium illorum caret, *Mutilata* diceretur. Cicero *mutilatum* vocat *exercitum*, male acceptum in praelio. et qui integrum militum numerum non haberet. VICTOR.

48, 1 LONGA EMINET) Nonius in *Arista*, et in *Gluma* legit *longe*. VRSIN. Confirmat haec Barthius Adu. 46, 10. qui hic conferendus. SCHOETTG.

48, 2 IN EVHEMERI LIBRIS) Euhemerum hic Varroni restituit Angelus Politianus, qui et ad hunc locum editionis Iensonianae adscripserat hanc lectionem Codicis Medicei, eamque Lactantii et Columellae testimoniis stabiliuerat: verum etiam Miscell. c. 25 totam rem copiose et eleganter explicat; locum integrum apponere nihil attinet, quia ad Euhemerum magis quam ad Varro-

quod eo folliculo deglubitur [m] granum. itaque eodem vocabulo appellant fici eius, quam edimus, folliculum. Arista dicta, quod arescit prima. granum a [n] gerendo. id enim seritur [o], vti spica gerat frumentum, non vt glumam aut aristam gerat: vt vitis seritur, non vt pampinum ferat, sed vuam. Spica autem, quam rustici, vt acceperunt antiquitus, vocant specam [p], a [q] spe videtur nominata. eam enim quod sperant fore, serunt.
3 Spica mutica dicitur, quae non habet aristam: eae [r] enim quasi cornua sunt spicarum, quae primitus cum oriuntur, neque plane apparent [s], qua [t] sub latent [u] herba, ea vocatur vagina, vti [x] qua latet conditum [y] gladium. Illud autem summa in spica iam matura, quod est minus quam granum, vocatur frit. quod in [z] infima spica ad culmum stramenti summum, item minus quam granum est, appellatur vrruncum [a].

XLIX.

m) *deglubatur I. B. R.* n) *a* omitt. *I. B. R.* o) *vt gerat spica, seritur frumentum I. B. R.* p) *spicam I. B. R. Iunt.* q) *et a I. I-G.* r) *ea I. B. R. aristae I. I-G.* s) *apparet I. B. R.* t) *in qua Ba-G.* u) *sublatet I. B. R.* x) *vt in I. B. R. I. I.* y) *conditus gladius a. V.* z) *in firma I. B. R.* a) *vrrucum Pol. 1. veruncum Pol. 2.*

Varronem pertinet. Columellae locus est 9, 2, 3 et 4. Lactantii 1, 11. Add. Reinef. V. L. 3, 2 p. 374.

48, 2 A GLVBENDO) Videndus Festus in *Gluma.* Paullo post, vbi *spica mutica*, videtur legendum *spica mutila.* nam supra dixit: aristas cornuum gerere vicem. boues autem, qui cornibus carent, *mutili* dicuntur. sub finem legendum: *quod infima ad culmum stramenti summum.* VRSIN.

48, 2 GRANVM A GERENDO) Ab Aldo haec quoque ordine perturbata emanarunt, quae a primis editoribus longe secus accepimus. *Granum gerendo, Id enim vt gerat spica, seritur frumentum, non vt*, quod Caesenas quoque exemplar seruat. Verum paulo diligentius digerenda sunt: *Granum a gerendo; id enim vt gerat spica, seritur frumentum, non vt.* PONTED.

48, 2 A SPE) Nullius pretii est haec originatio: *spica* enim est a *spicum*, acutum, vnde spiculum. Vide Festum in *spicum*, et Isid. Orig. 17, 3. SCHOETTG.

48, 3 QVA SVBLATENT HERBA) Haec communior habetur lectio. Aldus et Gymnicus parum ab hac declinant, *in qua sublatent herba.* Iensonius edidit, *sublatet*, sed vitiosum est verbum. Est porro *vagina* in graminibus cerealibusque stirpibus folium, quod de summo culmi nodo nascitur, spicas ante explicationem obducens. De qua M. Tullius libro de senect. *Quae*, inquit, *nixa fibris stirpium sensim adolescit, calamoque erecta geniculato vaginis iam quasi pubescens includitur, e quibus cum emersit, fundit frugem spici ordine structam, et contra auium minorum morsum munitur vallo aristarum.* Plinius de eadem 18, 3 *Ita enim est in Commentariis pontificum: Augurio can[illegible] igendo dies constituantur priusquam frumenta va[illegible]nis exeant, et antequam in vaginas perueniant.* Virgilius porro Georg. 1 (v. 315. 316.) *vaginam* stipulam vocauit. *Spicea iam campis cum messis inhorruit, et cum Frumenta in viridi stipula lactentia turgent.* PONT. Nihil dubitaui diuidere vocem, *qua sub latent herba*, h. e. *herba, sub qua latent*; vt *qua cum* et similia.

48, 3 LATET CONDITVM GLADIVM) Vetus haec est lectio, quam restitui. Neutro genere ab antiquis *Gladium* appellatum esse, Nonius docet, et exemplo Lucilii confirmat. Idem etiam Quintilianus ostendit, cuius haec sunt verba e primo libro, *Et gladia qui dixerunt, genere exciderunt.* Sed etiam ipse M. Varro huius rei testis est in IX lib. de lingua Latina. *Quod dicitur a multis duobus modis, hic Dupondius, et hoc Dupondium: vt hoc Gladium, et hic Gladius.* VICT.

48, 3 FRIT — VRRVNCVM) Mirari subit, illud *Frit*, ne minima quidem societate cum latinis nominibus coniunctum, tam a doctis quam ab indoctis probari. Quid de etymo? *Frit a frio, quod facile friatur.* Nam primum nego strigosum istud facile friari: deinde si concedam, cur etiam infimae spicae pars non *Frit* dicitur, sed *vrruncum*, cum vtrumque minus sit quam granum, ideoque ob exilitatem inanitatemque aeque facile friatu? Quare, his positis, a Graecis ea nomina repeterem; quoniam Varro de etymo nihil addiderit, quod non praetermisisset, nisi essent externae originis: et *Frit* quidem Φρὶξ esse opinarer, quod horrorem significat, quia summa pars in spica horreat aristis, vt de segete cecinit Homerus: φρίσσειν ταῖς ἀσταχύεσσιν, et Virgilius: *Spicea iam campis cum messis inhorruit. Vrruncum* vero ὄῤῥογον tanquam *seri tumorem.* Euenit namque cum superiores folliculi lac, quo granis turgeant, hauserint, ad infimos tantum serum, ex quo nihil densari, et in granum grandescere possit, defluat; ideo tument quidem, sed mox arefacto humore, effoeti nihil coactum seruant, velut si quis serum fiscellis cogere tentaret. PONTED. Licetne pauca, mi Pontedera? Me-

tuo,

XLIX. CVM [a] conticuiſſet nec interrogaretur de nutricatu, credens nihil deſiderari, Dicam [b], inquit, de fructibus maturis capiendis. Et [c] ille, primum de pratis ſummiſſis [d], herba cum creſcere deſiit, et aeſtu [e] areſcit, ſubſecari falcibus debet, et quoad [f] peraréſcat, furcillis verſari. cum peraruit, de his [g] manipulos fieri, ac vehi ad villam. tum de pratis ſtipulam raſtellis eradi, atque addere foeniſiciae cumulum. Quo facto ſiciliendà prata, id eſt, falcibus conſectanda, quae foeniſeces [h] praeterierunt, ac quaſi herba [i] tuberoſum reliquerunt campum. A qua ſectione arbitror dictum ſicilire pratum.

L. MESSIS proprio nomine dicitur in iis, quae metimur [a], maxime in frumento,

[C. XLIX.] a) *Cum tacuiſſet I. B. R. Verum cum de nutricatu conticuiſſet Licinius, nec interrogaretur I. I-G.* b) *dic inquit Agrius I. I-G.* c) *Et ille* omitt. *I. B. R.* d) *ſummis Bon.* e) *aeſtibus a. V.* f) *quaad P.* g) *ea I. I-G.* h) *foeniſices P. foeniſiciae I. B. R. foeniſecae I. I-G.* i) *herba* abeſt *Iunt. barba Ba-G.* [C. L.] a) *metuntur a. V.*

tuo, ſi hic plane taceam, ne in nos dicat aliquis Ciceronianum illud, *Cato mirari ſe dicebat, quod non rideret haruſpex, haruſpicem cum vidiſſet.* Credimus, te Graece et Latine doctiſſimum, rerum etiam naturae, plantarum in primis, cum paucis conſultum: ſed viſne tibi credamus, ita ſapientes fuiſſe, ita eruditos ruſticos Romanos? Sed licuit ineptire in etymologiis Varroni: quidni Pontederae lepidum ludum ludere et eruditum?

48, 3 APPELLATVR VRRVNCVM) Non diſputabo, eſſe hanc inauditam per reliquum Latium vocem; quod eadem etiam illud *frit* in periculum et ſtatus controuerſiam vocandum eſſet. Sed miror tamen, qui duo nomina acceperit res eadem h. e. vitium grani, ſeu exile granum et exſuccum, prout in ſumma ſpica vel in ima inuenitur? Deinde blanditur illud *verum cum tacuiſſet* vel *conticuiſſet* quorundam librorum, ex quo *vrruncum* enatum eſſe, non inanis ſuſpicio eſt. quamquam ſcio, ex *vrruncum* aeque facile naſci potuiſſe *verum cum.* Viderint acutiores. Fauet certe Pol. 2, fauet ratio, quam poſui.

49, 1 VERVM CVM DE NVTRICATV CONTICVISSET LICINIVS etc.) Vetuſtiſſimus ac fideliſſimus codex, quem multi manu ſcripti ſequuntur, ita habet, *Conticuiſſet, nec interrogaretur de nutricatu, credens nihil deſiderari dicam, inquit de fructibus.* Minoris vetuſtatis liber, a Gallo homine ſcriptus communem lectionem habet. VICT. Legendum ex V. C. *Verum quom tacuiſſet.* Nam in V. C. non eſt *de nutricatu* et p. p. legendum: *et primum de pratis ſummiſſis.* VRSINVS. Quae dum quis ita perluſtrat, nec ſuperiora reſpicit, nihil de nutricatu iam dictum, quin etiam praetermiſſum facile ſuſpicatur. Tollitur autem omnis dubitatio, ſi legentes ita ſeparemus: *Cum conticuiſſet, nec interrogaretur, de nutricatu credens nihil deſiderari, dicam, inquit, de fructibus maturis capiendis.* PONTED.

49, 1 DE FRVCTIBVS MATVRIS CAPIENDIS) Hic eſt quartus gradus eorum, qui 1, 37, 4 propoſiti ſunt.

49, 1 ET ILLE) Licinius, qui adhuc loquitur. Ita etiam ſupra 1, 24, 4. Caeterum quod *vagtiaan* viderentur, a quibusdam omiſſa ſunt.

49, 1 CVM PERARVIT, DE EA) Voces *de ea* videntur adiectae et item, quae habentur p. p. *de pratis*, nam ex margine libri irrepſerunt. VRS. Miror viro docto non etiam ſuſpectum fuiſſe illud *de his*, cum vox deſit, quo commode referatur. Puto autem intelligi *gramina*, quam *herbam* dicit paullo ante. Talis vero Syneſeos exempla apud noſtrum, et vt quisque eſt antiquiſſimus Scriptor, ſunt frequentiſſima. Varroniana pluſcula monſtrat noſter index.

49, 2 AC QVASI HERBA TVBEROSVM RELIQVERVNT CAMPVM) Pro *herba* excuſi alii, *barba*, mendoſe habebant: in aliis vox *Illa* plane defecerat. Repoſui ex antiquis libris, *herba.* Paullo item ſupra *Foeniſeces* pro *Foeniſecae*, nam *Foeniſex* veteres etiam dixiſſe planum eſt. VICT.

50, 1 IN IIS QVAE METIMVR) In excuſis antea *Metuntur* manu ſcripti omnes habent, *Metimur:* quam lectionem poſtquam in optimis libris inueni, non improbo. M. Varro in IX de lingua Latina libro, eodem pacto locutus eſt, *Et cum item ea quae metimur, atque ea quae numeramus, dici putent oportere*, etc. *Menſis* vocabulum Varro vult declinatum eſſe a verbo *Metior*, quod ſignificat menſuro: eamque proprie dici in his quae menſurant homines: quamuis de aliis etiam, quae non menſurantur, dici ſoleat: id tamen improprie fit. *Metior menſum* facere apertum eſt, a quo Varro *meſſem* factam vult. id enim eſt *declinari*, vt *Lectio* etiam ab *Lego declinari* ab eo dicitur. nam quod inquit, *Meſſem* maxime in frumento eſſe, adiuuat, niſi fallor, veterem ſcripturam: hoc enim verbo vti conſueuerant. In Verrem, *Coge vt ad aquam tibi id, quod ſummi iuris eſt, Emenſes, frumentum metiantur.* VICTOR.

Fateor

mento, et ab eo esse vocabulo declinata. Frumenta tria genera sunt messionis, vnum,
vt in Vmbria, vbi falce secundum terram succidunt stramentum; et manipulum, vt
quemque subsecuerunt [b], ponunt in terra. vbi eos fecerunt multos, iterum eos per-
censent, ac de singulis secant inter spicas et stramentum: spicas coniiciunt in cor-
bem [c], atque in aream mittunt. stramenta relinquunt in segete, vnde tollantur in
2 aceruum. Altero modo metunt, vt in Piceno, vbi ligneum habent incuruum batil-
lum [d], in quo sit extremo [e] serrula ferrea. haec [f] cum comprehendit fascem spicarum,
desecat, et stramenta stantia in segete relinquit, vt postea subsecentur. Tertio modo
metitur, vt sub vrbe Roma, et locis plerisque, vt stramentum medium subsecent [g],
quod manu sinistra summum prehendunt [h]: a quo medio messem dictam puto. infra
3 manum stramentum, quod terrae [i] haeret, postea subsecatur. Contra, quod cum
spica stramentum haeret, corbibus in aream defertur. vbi [k] discedit in aperto loco
palam: a quo potest nominata esse palea. Alii stramentum a stando, vt stamen [l]
dictum putant. Alii ab stratu, quod id substernatur pecori. Cum est matura seges,
metendum, cum in ea iugerum fere vna opera [m] propemodum in facili agro satis
esse dicatur [n]: messas spicas corbibus in aream deferre debent [o].

LI. AREAM esse oportet in agro, sublimiori loco, quam [a] perflare possit ventus. hanc esse modicam pro magnitudine segetis, potissimum rotundam [b], et mediam paullo [c] extumidam, (vt si pluerit, non consistat aqua, et [d] quam breuissimo itinere extra aream defluere [e] possit. omne porro breuissimum in rotundo [f] e medio ad extremum [g]) solida terra pauitam [h], maxime si est argilla [i], ne aestu paeminosa [k] in rimis eius

b) *subsecuerint a. V. subsicuerint: ponent P.* c) *orbem Bo.* d) *bacillum I. B. R. Iunt.* e) *a* inf. *Pol.* f) *Hac I. B. R.* g) *subsicent P.* h) *prehendum Herv.* i) *terra P.* k) *ibi P. Iunt.* l) *stramen a. V.* m) *messum est* inf. *Ba-G.* n) *vt* inf. *Iunt. dicitur, vt Ba-G.* o) *debeant I. I-G.* [C. LI.] a) *qua Ba-G.* b) *rutundam P.* c) *quam paulo* marg. d) *sed vt Ba-G.* e) *effluere I. B. R.* f) *rutundo P.* alias pluries. g) *extremam Iunt.* h) *pauita I. B. R. I. I.* i) *argillosa a. V.* k) *perrimosa I. B. R. Pol.* 2. *rimosa I. I-G. peminosa Pol.* 1. *V.*

Fateor tamen mihi magis placere *metimus.* Locus ille alter Varronis de L. L. 8 (non 9 vt laudat Victorius) p. 114 extr. plane ad hanc rem nihil facit, quod pace manium tanti Viri dixerim: de mensura enim ibi sermonem esse, nimis apertum est. Quamquam illud etiam fatendum, etymologiam nullam esse ita absurdam, quin a Varronis ingenio alioquin limatissimo expectari possit, cuius rei vel in ipsa *messis* adpellatione a *medio* declinata hoc ipsum caput specimen habet.

50, 1 ESSE VOCABVLO) V. C. habet *est.* et verbum *frumenti,* quod sequitur, videtur delendum. VRSIN. Potest tamen *esse* pendere a *dicitur:* neque *frumenti* plane abundat.

50, 2 INCVRVVM BATILLVM) Res ipsa loquitur, *batillum* hic esse instrumentum aliquantum excauatum ad recipiendas spicas; figura forte non multum differt ab illo batillo, quo ad stercora colligenda vti iubet 3, 6, 5.

50, 3 VT STRAMEN) Haec verba glossema sunt, et item *in ea.* legendum autem: *cum iugerum fere vna opera* etc. VRSINVS.

50, 3 CVM IN EA) Locus mihi obscurus, si etiam Vrsini coniectura admittatur.

51, 1 SOLIDA TERRA PAVITAM) Vid. leg. *Solidam, terra pauita.* Nam infra dixit: *Quidam aream vt habeant solidam.* VRSIN.

51, 1 MAXIME SI EST ARGILLA, NE AESTV PAEMINOSA) Vetus haec lectio, quam imperiti et audaces sustulerunt, pessimo consilio, quo consueuerunt, quaecunque non intelligunt commutare: eam in cunctis manu scriptis inueni. Obsoletum nunc hoc verbum est. Nonius vim eius exponit, et vnde deriuatum sit, docet, atque hunc ipsum Varronis locum adducit. Apud Nonium *Situ,* pro *Aestu,* legitur: in reliquis illi cum Varrone conuenit: et id quoque culpa librarii commissum puto. VICTOR. Hunc locum ita cum Nonio lego, Ne *situ paeminosa* etc. Est autem *ἀρχαϊσμὸς*, in quo frequens est Herodotus, Plautus, Gellius, alii. *Paeminosa in eius rimis*, si quidem referas ad terram, sed si ad grana, nullum erit *σχῆμα*, quod magis probo. Est autem *paeminosum* squalidum,

eius grana oblitescant, et recipiant aquam, et ostia aperiant muribus ac formicis. Itaque amurca solent perfundere. ea enim herbarum [est [l] inimica,] et formicarum, et talparum venenum. Quidam aream vt habeant solidam [m], muniunt lapide, aut etiam 2
faciunt pauimentum. non nulli etiam tegunt areas, vt in Bagiennis [n], quod ibi saepe id temporis anni [o] oriuntur nimbi [p]. vbi ea retecta [q], et loca calida, prope aream faciundum [r] vmbracula, quo succedant [s] homines in aestu tempore meridiano.

LII. QVAE seges grandissima atque optima fuerit, seorsum in aream secerni oportet spicas, vt semen optimum habeat. E spicis in aream [a] excuti grana. quod fit apud

l) *deamurca et P.* m) *soldam P.* n) *bagienis I. B. R.* o) *anni* deest *B. R.* p) *nymbi I. B. R.* q) *re secta* diuisim *Ba-G.* r) *faciundam I. B. R. faciunt ac Ba-G.* s) *secedant I. B. R.* [C. LII.] a) *area I. B. R.*

lidum, vt grana, quae situm contraxerunt: quod aliter dicitur, *pedidum*, vel *paedidum*. Titinnius, *Rus detrudetur pedidosus, sordidus*, vt male Festus aut Verrius legerit *pedicosus*. nam vel syllaba ipsa repugnat. SCALIG. Nonius legerit *peminosa*, et interpretatur mali odoris, eo quod fortasse *situ* legerit, non *aestu*. Sed *peminosum* videtur denotare *rimosum*, quae vox cum est glossema verbi *peminosa*, in textum est recepta. Legendum itaque videtur, *ne aestu fiat peminosa, et recipiat aquam, et ostia aperiat muribus ac formicis.* VRSIN. A *paedore* deriuat *paeminosum* ipse Nonius. Iam *paedor* αὐχμὸς est in vet. gloss. Porro in Lexico Graeco Lat. veteri αὐχμὸς est ἡ ἐν τῇ γῇ ξηρότης. Hinc credo apparet vis nominis in hoc loco referenda, si quid video, ad aream h. m. *ne aestu paeminosa* si sit, *in rimis eius grana oblitescant*, *et* rimae *recipiant aquam etc. Paeminosa* potest etiam esse ablatiuus absolutus.

51, 1 EA ENIM HERBARVM EST INIMICA) Postrema duo verba in manu scriptis non inueniuntur, sed pro illis, *de amurca*, scriptum est: quid mei iudicii sit exponam. *De amurca*, declarationem olim cuiuspiam fuisse puto, qui amurcae hic a Varrone mentionem fieri in margine sui libri adnotarit, eam autem temere postea ab imperitis librariis huc inculcatam. Ad locum autem purgandum, satis fortasse est duo illa verba tollere, nec necessarium pro illis aliquid reponere. sententia enim nullo adiuncto verbo plena et absoluta est. Ea enim herbarum et formicarum et talparum venenum. Nihil tamen certi de hac re statui potest. nam cum ante etiam eodem modo loquendi vsus sit, nunc altera harum vocum, ad rem exponendam, contentus fuit, nunc ambas coniunxit, quas hic in excusis codicibus habemus. Talpas autem magna incommoda afferre solere agris, Theophylactus etiam docuit in epistola quam a rustico homine scriptam fingit, τί δῆτα περὶ τῶν ἀσπαλάκων λέξαιμι; φοβερὸν γὰρ τῷ γεωργῷ τὸ κακὸν, καὶ δυσανταγώνιστον τὸ πολέμιον. VICTORIVS.

51, 2 VT IN BAGIENNIS) Apud Plin. lib. III, *Vagienni:* constituunturque prope Albam Pompeiam. Apud eundem lib. V, *Bargenni sunt populi, sed Troglodytidis regionis.* In vetustissimo glossario *Barginna* βάρβαρος exponitur. Caper grammaticus. Quod vero sequitur, *Vbi ea tecta, et loca calida*, retecta vocat, quae Theophrasto semper εὐδιεινά. SCALIG. Nihil dubito, quin iidem sint, qui Plinio 3, 5, f. 7, 3, 16 f. 20, et 3, 20 f. 24 *Vagienni* dicuntur, et in Liguribus collocantur, quibusque ad Padi recentis ripam sedes assignatur a Cellario. Ita a Silio 8, 607 *Pernix Ligus et sparsi per saxa Vagenni* coniunguntur. Ad rem nostram facit, quod etiam apud hunc vetustissimae editiones Bagenos vel Bagennos habuere, obseruante Drakenborchio, ac de Plinii quibusdam exemplaribus idem refert Cluuerius Ital. ant. 1, 10 p. 87 quocum conuenit inscriptio Taurinensis apud Sponium Cellario laudata. AVG. BAGIENNOR. quae eadem esse videtur atque Αὔγουστα Βατιεννῶν Ptolemaei, facili litterarum Γ et Τ permutatione. Porro quae de situ Vagiennorum, Vagennorumue prodidere Silius Pliniusque, ea bene conueniunt his, quae a Varrone hic commemorantur. In montanis enim locis a mari non multum remotis, ad fluuiorum origines, crebros circa messem nimbos esse, quis mirabitur?

51, 2 VBI EA RETECTA) Intelligendum vtique videtur de locis, vbi area aperta est. Verba autem *tempore meridiano* in fine capitis videntur addita ab expositoribus. VRSINVS.

52, 1 QVAE SEGES) Hic locus ita videtur legendus *Quae e segete grandissimae atque optimae fuerint spicae, seorsum in aream secerni oportet, vt semen etc.* In Geopon. 2, 14 τινὲς δὲ τοὺς ἀδροτέρους στάχυας ἐπιλέγοντες τοὺς ἔχοντας κόκκους πλήρεις, καὶ τελείους, καὶ εἰς σπόρον τιλῶσι, κάλλιστα τὸν ἐκ τούτων καρπὸν κομιζόμενοι. VRSIN. Quae hoc capite habentur, ea singula lucem petere possunt ex Antiquitatibus Triturae, quas nos prelo subiecimus. SCHOETTG. Prodiit libellus elegans Trai. 1727, 8. quem v. p. 35.

52, 1 SEMEN OPTIMVM HABEAT) Forte melius *habeas.*

apud alios iumentis iunctis, ac tribulo. id fit e tabula lapidibus, aut ferro asperata [b], quo [c] imposito auriga, aut pondere grandi trahitur iumentis iunctis, vt [d] discutiat e spica grana: aut [e] ex assibus [f] dentatis cum orbiculis, quod vocant plostellum [g] poenicum. In eo quis sedeat [h] atque agitet, quae trahant, iumenta, vt [i] in Hispania ci-
2 teriore, et aliis locis faciunt. Apud alios exteritur grege iumentorum inacto [k], et ibi agitato [l] perticis, quod vngulis e spica exteruntur grana. iis tritis, oportet e terra subiactari [m] vallis, aut ventilabris, cum ventus spirat lenis: ita fit, vt quod leuissimum est in eo, atque appellatur acus, euannatur [n] foras extra aream, ac frumentum quod est ponderosum, purum veniat ad [o] corbem.

LIII. MESSE [a] facta spicilegium venire oportet, aut domi legere stipulam: aut si sunt spicae rarae, et operae carae, compasci. Summa enim spectanda, ne in ea re sumtus fructum [b] superet.

LIV. IN vinetis vua cum erit matura, vindemiam ita fieri oportet, vt videas a quo genere vuarum, et a quo loco vineti incipias legere. nam et praecox, et miscella [a], quam vocant nigram, multo ante coquitur; quo prior legenda: et quae pars arbusti
2 ac vineae magis aprica, prius debet descendere de vite. In vindemiam diligentius [b] vua

b) *exasperata a. V.* c) *quae Ba-G. H. St-D.* d) *aut discutit ex I. B. R.* e) *fit* inf. *Ba-G.* f) *axibus P.* g) *plostenum I. B. R.* h) *sedet vt a. V.* i) *aut P.* k) *in acto* diuis. *I. B. R.* l) *agitat e* diuis. *I. B. R.* m) *subiectari P.* n) *euaminatur Ienss. euanatur B. R.* et ad marg. *B. R. euaminatur vel euanatur euannuatur P.* o) Verba: *ad corbem,* sunt *initium* sequentis capitis *I. B. R.* [C. LIII.] a) *messi I. B. R. I. I.* Caeterum sine distinctione connexum est hoc verbum prioribus in *Iunt.* b) *frustum Ben.* [C. LIV.] a) *misella a. V.* b) *diligentibus V. C. Vrsini.*

52,1 AC TRIBVLO, ID FIT) Locus hic ad testimonium vocatur a Nonio, cum probare vult, veteres scriptores non solum muliebri genere *Tribulas* appellasse, sed etiam neutro. Inquinatus autem apud eum nunc est, ita tamen emendandus. Nam in manu scriptis, vt in excusis Varronis libris, eodem pacto legitur. Quomodo autem muliebri genere Vergilium vsum hoc verbo Nonius dicat, quaerendum. nam in omnibus nunc libris, *Tribulaque trabeaeque* legitur: quo exemplo ille vtitur. VICTORIVS.

52, 2 QVOD VNGVLIS) *Quoad* reponit Schoettgenius in libello laudato p. 15.

52,2 EVANNATVR FORAS) Peruetustum exemplar *euannuatur* habet. Hic etiam locus adcus adducitur a Nonio, apud quem, vt in excusis Varronis libris recte legitur. *Euannetur*, inquit Nonius, *dictum est Ventiletur, vel moueatur; a vanno, in qua legumina ventilentur* etc. Vannum autem in rustico carmine appellasse Virgilium, notum omnibus est: qui tamen dum agricolarum instrumentum hoc esse traderet, docuit in alio etiam vsu illud haberi solitum: et in rebus diuinis, maxime Liberi patris frequens esse consueuisse. Eruditissimus enim poeta, quod ipse sciebat, aliis quoque ἐν παρέργῳ notum esse voluit. Intelligit autem, vt opinor, vannum, quod λίκνον Graeci vocant, instrumentum ad cuncta fere sacrificia idoneum, vt veteres grammatici tradunt: vnde qui illud gerebat in sacris, λικνοφόρος vocabatur. Plutarchus in Alexandro, cum de Olympiade ipsius matre loqueretur, quae Bacchi superstitionibus addicta esset, et maenadum more dracones etiam aleret, inquit de illis loquens: Οἱ πολλοὶ ἐκ τοῦ κιττοῦ καὶ τῶν μυστικῶν λίκνων παρανεδυόμενοι καὶ περιελιττόμενοι τοῖς θύρσοις τῶν γυναικῶν καὶ τοῖς στεφάνοις, ἐξέπληττον τοὺς ἄνδρας. Nam Virgilius etiam mysticam vannum, vt ille mystica λικνα vocauit. VICTOR. Illud in loco Nonii obseruandum, auctius ab eo laudari h. l. quam est in nostris, ita vt *quod leuissimum est in eo, atque appellatur acus* ac palea, *euannatur foras.* Supra legit *a vannu* Mercer. non *Vanno.* Locus est p. 9, 20 siue 1, 69.

53 DOMI LEGERE) Num idem est, quod *domum?* Potest certe firmari ex loco Plauti Trin. 4, 1, 22 quem ita laudat Donatus ad Ter. Eun. 4, 7, 45 *Quamquam domi cupio, opperiar tamen.* Sed in Plauto ipso hodie legitur *domum.*

53 SVMMA ENIM SPECTANDA) Plin. 8, 6 s. 8 *Summum prouidentiae maiorum fuit, vt quam minimum esset impendii.*

54,1 APRICA, PRIVS DEBET) Nonius citat hunc locum in *legere* et *eligere*, sed corrupte. *Legere*, inquit, *et eligere non sub eadem significatione intelligi vult Varro de R. R. lib. 1 Aprica etc. vt sit; legitur, colligitur, vt plerumque eligitur melior quaeque de plurimis.* VRSIN.

54,2 SED

vua non ſolum legitur ad bibendum, ſed eligitur ad edendum. Itaque lectius [c] defertur in forum vinarium [d], vnde in dolium inane [e] veniat: electa in ſecretam corbulam, vnde [f] in ollulas addatur, et in dolia plena vinaceorum [g] contrudatur. alia, quae in piſcinam in amphoram picatam deſcendat. alia, quae in aream [h], vt in carnarium

c) *lectae ius Ba-G.* d) *viniarium Pol.* 1. *vinaria Pol.* 2. e) *immane P.* 2. *inanne Bon.* f) *inde I.B.R.* g) *vinaciorum I.B.R.* h) *baram in I.B.R. ara in P. arcam vt in Gr.* 1. *G. Pop. aram vt rel.*

54, 2 SED ELIGITVR AD EDENDVM) Nonius, *Sed etiam eligitur.* Mox ſcribendum, *Itaque lecta citius defertur.* Duo genera vuarum, *Lecta ad Vinum*, *Electa ad cibum*: illa prius defertur in forum torcularis vt prematur, haec poſt colligitur, et variis modis condita adſeruatur. Eandem Ouidius appellat vuam generoſam, lib. II de remedio amoris: *Eſt tibi rure bono generoſae fertilis vuae Vinea; ne naſcens vua ſit vſta, time.* Galenus autem lib. 11 de alimentorum facultatibus ita deſcribit, ἐν αἷς αἱ ῥᾶγες ὀλίγην μὲν ἔχουσι τὴν ὑγρὰν οὐσίαν, οὐκ ὀλίγην δὲ τὴν στερεωτέραν, ἣν ὡς πρὸς σάρκα τῆς ῥαγὸς ἔφην εἶναι, καὶ χρῶνταί γε κατὰ τὸν τῆς ὀπώρας καιρὸν, ἀποτιθέμενοι ποικιλῶς, id eſt, *in quibus acini humidam quidem ſubſtantiam habent exiguam, ſolidiorem autem non paucam, quamue carnem acini eſſe diximus, atque iis vtuntur, eas variis modis in fine aeſtatis reponentes.* POPMA. Non. Marcellus cap. 5 de Dict. differ. [n. 95] hunc Varronis locum his verbis commemorat: *In vindemia* [in adnotationibus *e videmia*] *diligentis* [emend. *diligentius*] *vua non ſolum legitur ad bibendum, ſed etiam eligitur ad edendum.* Ex quo non ſolum *etiam* addendum Varroni videtur, vt Popma docet, ſed etiam *in vindemia* poteſt fortaſſe legi quod *in vindemium* ſcribitur. PONTED.

54, 2 ITAQVE LECTIVS) Ita ſcriptum in omnibus antiquis libris inueni. emendarunt ex ingenio nonnulli, vt opinor, *Lectae ius.* VICT. In V.C. habetur *lecta*, pro *lectae*, et abeſt vox *forum*, pro qua fortaſſe reponendum *torculum*: nam e torculari vinum venit in dolia. Apud Columellam tamen mentio eſt fori vinarii 11, 2, et 12, 8. VRSINVS. Lege *lecta*, ſcil. vua ſenſu plano. Quum enim Varro ſuperius diſtinctionem fecerit inter vuam, quae legitur, et quae eligitur; iam pergit et oſtendit, quid horum ſingulis fieri debeat. Lecta nempe defertur in forum vinarium, inde in dolium; electa vero etc. SCHOETTG. *Forum vinarium* quod offendit Vrſinum, explicamus in Indice.

54, 2 VNDE — ADDATVR) Videtur legendum *abdatur*. Colum. 12, 43. Sed fortaſſe verior lectio eſt: *Vnde in ollulas, eae in dolia plena vinaceorum condantur.* Nam Varro imitatus eſt locum Catonis 7. *Hae in ollis, ollae in vinaceis conduntur.* VRSINVS. Non cogitaſſet de mutatione Vrſinus, ſi vſum vocis *addere* cognitum ſatis habuiſſet. vid. noſtrum 3, 15, 2 et reliqua, quae laudamus in Ind. it. *adiicere.*

54, 2 DOLIA PLENA) Recte Barthium arguit Reineſius V.L. 2, 8 p. 187. qui Adu. 2, 14 ex Plinii Valeriani loco 1, 64 *Vuae in vinaceis ſeruatae faciunt ſcreantibus ſanguinem:* perſuadere nobis voluit, *vinacea* eſſe vaſa vuis ſeruandis. SCHOETTG.

54, 2 QVAE IN ARAM) Videtur legendum, *Quae in borreum aut carnarium.* Col. 12, 43 *Alii cum legerunt vuam, ſi qua ſunt in ea vitioſa grana, forcipibus amputant, atque ita in borreo ſuſpendunt, in quo triticum ſuppoſitum eſt.* In carnario autem ſolere ſuſpendi vuas docet idem Varro in *Agathone* apud Nonium in *ſuſpicere*, *Et pueri in aedibus ſaepius pedibus offenſant, dum recentes muſteos in carnario fluitare ſuſpiciunt.* Quidam legunt *arcam* pro *aram*. Sed cum in V.C. *aera* ſit, fortaſſe ea lectio verior eſt. VRSIN. Scribendum *in aream.* Vua ſiccatur in area, vt inde adſcendat in carnarium, et familiae praebeat eſcam. Colum. lib. XII. *Alii cum legerunt vuam, ſi quae ſunt in ea vitioſa grana, forficibus amputant, atque ita in borreo ſuſpendunt, in quo triticum ſuppoſitum eſt.* Plinius lib. XV *Sunt qui malunt vuas in ſcobe ramentiſue abietis, populi, fraxini, ſeruare. Sunt qui ſuſpendi procul malis, protinusque in granariis iubeant, quoniam optime ſit operimento pulvis penſilibus.* POPMA. Locus dubius, lego: *Alia quae in aream vnde in Carnarium aſcendat.* Quod ad vocem *aream* ſpectat, minus eſt dubitandum, nam ſic in nonnullis formis excuſis libris legitur vt Popmae, Gymnici; praeterea ea eſt vindemiatoris conſuetudo, vt electam vuam in aream deferat primum, deinde in carnarium. *Vt* vero in *vnde* mutaui non tantum quod locus id exigit verbum, quantum quod eadem voce ſemel iterumque in hoc capite vtitur Varro: *Itaque lectius defertur in forum vinarium, vnde in dolium inane veniat: electa in ſecretam corbulam, vnde in ollulas addatur.* *Carnarium* quoque ſuſpectum habui, ſiquidem non in *Carnarium*, ſed in *granarium* vua reuera defertur, et ſic ſuſpenditur. Columella 12, 43 *Alii cum legerunt vuam, ſi qua ſunt in ea vitioſa grana, forficibus amputant, atque ita in borreo ſuſpendunt, in quo triticum ſuppoſitum eſt.* Plin. 15, 17 *Sunt qui malunt vuas in ſcrobe ramentiſue abiectis, populi, fraxini, ſeruare. Sunt qui ſuſpendi procul malis, protinusque in granariis iubeant, quoniam optime ſit operimento pulvis penſilibus.* Quos ſeruandae vuae vſus Graeca conſuetudine ſic Didymus in *Geop.* 4, 15 eſt complexus: φυλάττονται δὲ αἱ σταφυλαὶ

rium ascendat [i]. Quae calcatae vuae erunt, earum [k] scopi cum folliculis [l] subiiciendi sub prelum [m], vt si quid [n] reliqui habeant [o] musti exprimatur in eundem lacum.
3 Cum desiit sub prelo fluere, quidam circuncidunt extrema, et rursus premunt: et rursus cum expressum, circuncisitum [p] appellant, ac seorsum, quod expressum [q] est, seruant, quod resipit [r] ferrum. expressi acinorum folliculi in dolia coniiciuntur, eoque aqua additur: ea vocatur lora, quod lota acina, ac pro vino operariis datur hieme.

LV. DE oliueto. oleam quam manu tangere possis e terra, ac [a] scalis, legere oportet potius quam quatere, quod ea, quae vapulauit, macescit [b], nec dat tantum olei. quae manu stricta, melior ea, quae digitis nudis legitur [c], quam illa quae cum digitalibus [d]. duricies

i) *escendat P.* k) *eorum I. B. R.* l) *follicolis Heru.* m) *plerum P.* n) *siqui P.* o) *habeat P.* *circumcisicitum P.* *circumcisitium* marg. q) *expressum* deest *I. B. R.* r) *resipit I. B. R.* *respicis P.* [C.LV.] a) *aut I. I-G.* b) *inarescit a. V.* c) *legatur Hernag.* *laudabilior I. B. R. I. I.* *laudabilior: l. quam P.* d) *digitalibus* omnes praeter *P. Po.*

φυλαὶ ἐπὶ πλεῖστον χρόνον, καὶ ἐν ταῖς ἀποθήκαις τοῦ σίτου κρεμαννύμεναι, καὶ μάλιστα, ἐὰν ὁ σῖτος ἀνακινῆται. ὁ γὰρ ἀναπτάμενος ἀπ' αὐτοῦ κονιορτὸς προσιζάνων αὐταῖς πολύ τι συμβάλλεται πρὸς διαμονήν. PONT.

54,2 IN CARNARIVM ASCENDAT) De *carnario* consulendus Index noster. Suspenduntur ibi, vt fumum bibant, qua causa etiam ad fabrum ferrarium mittebantur Ca. 7, 2. Neque prohibet quidquam, quo minus ipsa etiam area carnarium sit, et ad lectionem Victorianam proxime accedit. Sed nec Medicea Politiani lectio *escendat* negligenda videtur. Iam ad Fabri thesaurum indicauimus, aliis etiam locis pluribus restitui illud verbum a viris doctis, vbi *ascendere* locum eius inuaserat.

54,2 EARVM SCOPI) *Scopos* vocat pediculos, quibus adhaerent acini. Hos auctores Geoponicorum vocant *κρεμαστῆρας* sicut pomorum, *πείσματα*, quae Palladius tenacia: Ficuum vero *πείσματα*. Quos vero Varro *scopos*, Cato *scopiones*. Sed deprauatus est locus apud illum: et mendi nota apposita. Legendum enim *Tum acina de vuis miscellis decerpito de scopione. inde in dolium.* Apud Columellam perperam legitur scipiones lib. XII, cap. XXXIX, *Vbi*, inquit, *satis corrugata erunt acina, demito, et sine scipionibus in dolium coniicito.* Item cap. XLIIII, *Modice separatis scipionibus, resolutaque intrita folliculorum in dolio substernitur.* Vtrobique enim legendum, *Scopionibus.* Intelligit, inquam, racemum cum pediculis: a scoparum similitudine. SCALIG. Egregie locum nostrum illustrat Lindanus select. Med. 10, 184. SCHOETTG. Etiam de his ad Fabrum disputata satis multa sunt.

54,3 CIRCVMCIDVNT EXTREMA) Quem pedem vinaceorum appellant Columella et Plinius, vt Index docet, illius extrema prelo cedunt, ne plane exprimantur. ea igitur ferro circumcisa denuo prelo subiiciuntur. Posterius, *quod expressum est*, *ταυτολόγον* videtur; sed ita tamen nonnunquam optimi scriptores.

54, 3 CIRCVMCISITVM) In Mss. vna syllaba productius verbum *circuncisicitum.* VICT. Lege, *Circumcisitium*, analogia ita postulante, et vestigiis priscae scripturae. Cato *Circumcidaneum* vocat. *Resipit ferrum* dixit, vt Dioscorides, *ὑπόβρωμον ὄζει.* SCALIG. Locus sine dubio corruptus ita restituendus. *Et succum expressum circumcisiuum appellant.* Colum. 12, 36 *Mustum torticium est, quod post primam pressuram vinaceorum circumciso pede exprimitur.* Ca. 23 *Torticium mustum suo cuique dolio indito.* Plin. 14. 20 *Super omnia Cato maturescente iam vino iubet mustum, quod ille torticium appellat, nos intelligimus nouissime pressum.* VRSIN. In manu scriptis *circumcisicitum.* Vnde forte reponendum, *circumsicivum.* *Sico* et ex eo *circumsico*, *praesico*, *resico*, *subsico* antiqui dixerunt; cuius scripturae exempla in his libris sunt in promptu. Hinc *circumsicivum* vinum, quod Cato *circumcidaneum* appellat, et *subsicivum*, quod est tanquam adsignatorum finium reliquum. Frontinus De limitibus agrorum: *Subsicivum est quod a subsicante linea nomen accepit.* POPMA.

54,3 QVOD RESIPIT FERRVM) Vsus est hoc verbo M. Varro apud Agellium 3, 4 cum ait: *Ac propterea stilum resipiant Plautinum*, et Cicero 2 de nat. Deor. de Epicuro dixit: *Minimeque resipiens patriam*; quod Athenis, vt ait Tertullianus, sapiendi dicendique acutissimos nasci relatum est. VRSIN.

55,1 DE OLIVETO) Vid. Ponted. ad c. 60 pr.

55,1 NVDIS LEGITVR) Pro legitur est in V. C. *L.* quam litteram alii in *laudabiliter* alii in *legitur* mutarunt. et certe abundat. pro, *ea quae* fortasse rectius legeretur, *et quae*; vt sit, quae manu stricta melior, et quae digitis nudis, quam quae cum digitabulis. Glossar. *Digitabulum, δακτυλήθρα, siue digitale.* VRSINVS.

55,1 QVAE CVM DIGITALIBVS) Optimum

duricies enim eorum non [e] solum ſtringit bacam, ſed etiam ramos glubit, ac relinquit 2
ad gelicidium retectos. Qui [f] manu tangi non poterunt, ita quati debent, vt arundine potius quam pertica feriantur. grauior enim plaga medicum quaerit. Qui qua- 3
tiet, ne aduerſam caedat. ſaepe enim ita percuſſa olea ſecum defert [g] de ramulo plantam [h]. quo facto, fructum amittunt poſteri anni. vt [i] haec non minima cauſa, quod olíueta

e) quia non I. B. R. quod non P. f) *Quae a. V.* g) *profert I. B. R.* h) *partem I. I-G.* i) *nec Vict.*

mum exemplar, *Digitabulis.* Eſt in eo aliud etiam quod explicare non poſſum, L. inquam, ſic enim habet, *Quae digitis nudis laudabilior L. quam illa quae cum digitabulis.* En ſane totus mihi locus vehementer ſuſpectus. nam *Laudabilior* hic, cum ſupra *Melior* poſuiſſet non valde neceſſaria vox videbitur. VICTOR. Lege ex veteribus libris, *digitabulis. digitabulum,* vt *ignitabulum, acetabulum.* Quod ſequitur, *quae manu ſtricta melior ea, quae digitis nudis legitur.* Verbum *legitur* expungimus. Cuius rei non multo poſt rationem reddimus, vbi de *Laudabilibus locis* diſputamus. [1, 59, 2] SCALIG.

55, 2 DVRITIES ENIM EORVM) Locum hunc valde mendoſum habemus in codicibus Nonianis: ab eo enim adducitur in dictione *Stringere.* Varro de re Ruſtica lib. II *quod non ſolum celeriter praeterire ſtringere vocant, ſed etiam te transglubit.* In excuſis M. Varronis codicibus, *Quod* non erat: in optimo tamen ac vetuſtiſſimo, eodem loco poſitum inuenitur. Duo illa quae apud Nonium ſunt verba, *Celeriter praeterire,* vnde fluxerint neſcio. Apud Varronem certe, nec in impreſſis, nec in manu ſcriptis eorum veſtigium vllum. nam *Vacant,* ex *Vacam* factum eſſe affirmarim, in eodem enim fideliſſimo codice per *v,* id verbum et hic et aliis multis locis ſcriptum eſt. Extremae etiam dictiones huius loci apud Nonium deprauatae, quae in cunctis manu ſcriptis Varronis libris eodem pacto leguntur. VICTOR. In veteri codice Victoriano, *durities enim eorum quod non ſolum.* Ordo erat, Quod enim durities eorum non ſolum. Eſt idem modus loquendi qui et ſupra, *Quod enim, quam recens, quod confracuit, melius.* Id eſt, vt poce cum durities eorum, vide ſupra. SCALIG. (Locus, ad quem reſpicit Scaliger, eſt 1, 13, 4) Nonius citat hunc locum in ſtringere, ſed corrupte. Nam ibi verbum *ſtringere* notatum eſt ſignificare *praeterire.* quae notatio adiecta fuit in margine ab eo, qui locum Virgilii declarare volebat, *ſtringere ripas.* Item ibi male eſt *transglubit.* nam idem Nonius citat in *glubere* hoc modo: *Duricies enim ea, quod non ſolum ſtringit bacam, ſed etiam ramos glubit etc.* Vnde hic videtur addendum, *quod.* nam eſt in VV. CC. VRSIN. Cum duo incommoda, quae, dum baccae cum digitabulis leguntur, contingunt, Varro collegiſſe videatur, vnum, quod ad ramorum laeſionem ſpectat, habemus, alterum non apparet: fuiſſe exiſtimo, quod digitabulis induti baccas multas, ob ipſarum duritiem, legendo praeteribant. Quare id quoque vt habeamus, addendum eſt aliud negandi verbum: *non ſolum non ſtringit bacam:* ſed etiam fieri poteſt, vt pro *non* inſerendum ſit *nimium,* quod ea durities dum nimium ſtringit baccas, eas laedit, et cum amurca olei quid exprimit. Porro hic eſt locus, quem Nonius in voce *ſtringere* expreſſit, omnium vitioſiſſimus. *Varro de Re Ruſtica lib. I. quod non ſolum celeriter praeterire ſtringere vocant, ſed etiam re transglubit.* E quibus illud *celeriter praeterire* ex margine, in quo quid ſignificarent Varronis verba *non ſtringit baccam,* erat adnotatum, inſertum crediderim; nam *ſtringere vocant* deprauatum opinabatur Victorius de *ſtringit bacam,* quod in vetuſtis libris *vacam* per *v* non per *b* ſcriptum eſt: ſimiliter *re* et *trans* τῶ *ramos* habemus reliquias. Hinc deducitur quo tempore iſta ſcribebantur, nondum particulam *non* de Varronis contextu fuiſſe ſubductam; quippe Varroniano loco Nonius non vt *ſtringere* eſſet *celeriter praeterire,* ſed *decerpere* vtebatur; ideo Virgilianum carmen ex Georg. I. adduxit: *Sed tamen et quernas glandes nunc ſtringere tempus Et lauri baccas.* Deinde Varronis verba ſubnexuit. Referuntur quoque haec Varroniana apud eundem Nonium in verbo *glubere,* ſed non ita vitioſa: *Varro de Re Ruſtica lib. I. Durities enim ea quod non ſolum ſtringit baccam, ſed etiam ramos glubit.* De hoc loco quid dicam? Cum animadvertam, quod in vulgatis Varronianis eſt *eorum,* hic eſſe *ea quod;* cumque hoc minus neceſſarium exiſtimem, neſcio, quid mihi ſignificare viſa eſt ſcripturae diuerſitas. Si enim ab *eorum* ſubducto *ea,* quod reliquum eſt, habeamus pro *non,* perfecta erit ſententia, et duriuſcula quidem, tamen a Varrone haud aliena, quod inter vtrumque *non* inſerto *ſolum,* facile emendatur. PONTED. Correxit locum Nonii ex VV. DD. ad h. l. obſeruationibus Mercerus.

55, 3 NE ADVERSAM CAEDAT) Plin. 15, 3 *Qui cautiſſime agunt, harundine, leui ictu, nec aduerſos percutiunt ramos. Sic quoque alternare fructus cogitur decuſſis germinibus.* Videndus Theophr. 1, 24. de cauſ. plant. et in Geop. 9, 17. Τινὲς καλῶς ποιοῦντες μόνον ταῖς χερσὶ σαλεύουσι τοὺς κλάδους, ἵνα ἐκτιναγῇ ὁ καρπὸς, ῥάβδον δὲ οὐ προσφέρουσι τῇ ἐλαίᾳ. VRSIN.

55, 3 PERCVSSA OLEA) Vox *olea* videtur adiecta ab expoſitoribus, vt multa alia. VRSIN.

55, 3 DE RAMVLO PLANTAM) Ita habent manu ſcripti codices, non *Partem,* vt excuſi. Vergilius

4 olìueta dicant [k] alternis annis non ferre fructus, aut non aeque magnos. Olea vt vua per idem biuium [l] redit [m] in villam, alia ad cibum eligitur [n], alia vt eliquefcat, ac non

k) *dicentur a. V.* l) *biluium P.* m) *cedit Ienſſ. caedit B. R.* n) *datur I. B. R. ledatur (dedatur) P. 1. legatur P. 2.*

Vergilius idem etiam *Plantam*, vt opinor, appellauit, *Nec ſumma defringe ex arbore plantas.* Ambo autem *plantas* vocarunt quas *Theophraſtus* θαλλίας: nam ab eo ſcriptore hic quoque locus ſumptus eſt, libro primo φυτῶν αἰτιῶν, Καὶ ἅμα ῥαβδιζομένη πονεῖ καὶ κατακεκομμένη τὰς θαλλίας. ἐπεὶ καὶ ὅσαι γε μὴ οὕτω συλλέγουσιν, ἀλλὰ καὶ αὐτομάτως ἀεὶ τὴν ἀκρόβλυσαν ἀποσείοντες, ἐπετειοφορεῖν φασι μᾶλλον. VICTOR.

55, 3 HAEC NON MINIMA CAVSA) *Alternis annis* vitioſe ſcribitur pro *ſingulis annis* vel pro *quotannis* aut negatiua alia appoſita vocula: *non alternis annis.* Oleae ſiquidem alternis annis fructum ferunt, vt omnibus agricolis notum eſt. Columella 5, 8 ſic de olea loquitur: *Nam quamuis non continuis annis, ſed fere alterno quoque fructum afferat, eximia tamen eius ratio eſt.* Id c. 9 *deinde conſtitutum iam, et maturum oliuetum in duas partes diuidere, quae alternis annis fructu induantur. neque enim olea continuo biennio vberat.* At propius ad Varronis locum accedit Plinius 15, 3. *Oleam ne ſtringito, neue verberato. Qui cautiſſime agunt, harundine leui ictu, nec aduerſos percutiunt ramos. Sic quoque alternare fructus cogitur decuſſis germinibus.* Item Aloyſius Alemannus, qui et Oleae naturam, et Varronianam ſententiam libro cui titulus *la Coltivazione*, 4. verſibus, quos ſubiiciam, vernaculae conſuetudini reddit. *Muouanſi adunque allor la ſpoſa e i figlii A diſpogliar l' Vliua, e ponga cura Che ſi coglian con man ſenza altra offeſa: Pur quando forza ſia, battendo in alto Far le a terra cader, men ſia dannoſa Del robuſto baſton, la debil canna. Ma dolcemente percotendo in guiſa Che'l picciol ramucel con lei non vegnia; Perche vedreſti poi qualche anno appreſſo Steril la pianta; ed e credenza in molti Che cio ſia la cagion, che il piu del tempo Il ſecondo anno ſol ci apporte il frutto.* Petrus denique Victorius eo volumine, quod vernacula lingua memoriae prodidit inſcripſitque, *delle lodi e della Coltiuazione degli Vliui*, non abſimili modo Varronis monitum expreſſit: *Et exame d' opinione alcuni, che la negligenza vſata in queſto foſſe in non piccola parte cagione che gl' Vliui non rendeſſero frutto, ſe non de' due anni l' uno, o molto poco.* PONTED. Reſtituimus *vt*, quod omnes ante Victorium habuere, ſententia, vt opinor, manifeſte negationem poſtulante, quam tollit praepoſitum vulgo *nec.* Caeterum non diffiteor, me non plane aſſequi, quid diſpliceat Clariſſimo Pontederae in lectione recepta *alternis annis non ferre fructus.* Quodſi enim *alternis annis ferunt fructus*, quod ipſe ait, etiam *alternis annis* ſunt ſteriles, h. e. *non ferunt fructus*,

55, 4 REDIT IN VILLAM) V. C. *cedit.* et poſt *datur*, pro *eligitur.* vt fortaſſe legendum ſit, *alia ad cibum vt condatur.* VRSINVS. Horum duo *redit* et *eligitur* ex vetuſtis editis damnantur; illud enim *cedit* eſt nempe *it*, vt Lucilius apud Nonium vſurpat: *Quandoque pudor de pectore ceſſit.* Vt Varro, eodem referente Nonio, *Parmen. Cedit velocibus iuuenis membris, leuis, nitidus oleo.* Vt Plautus Pſeud. *Non prorſus, verum ex tranſuorſo cedit quaſi cancer ſolet.* Hinc accedo, recedo, diſcedo. Alterum *eligitur* ab Aldo electum, primis temporibus in impreſſis fuit *datur*, quod ad vetuſtiora propius venit: in Veneto enim codice eſt: *legatur*; in Caeſenate: *ledatur*; in vetuſtiſſimo et probatiſſimo Victoriano *laedatur.* Quod optimum iudicaueris, ſciens oleas ad cibum a veteribus contuſas condiri. vt Varro cap. 60 tradit ex Catone: *oleas eſui optime condi ſcribit Cato, orchites et pauſeas aridas vel virides in muria, vel in lentiſco contuſas.* Et Columella 12, 47 *Acerbam pauſeam menſe Septembri vel Octobri dum adhuc vindemia eſt contunde.* Deinde: *albam pauſeam, vel orchitem, vel radiolum, vel regiam dum contundes.* Quare in villam cedit olea *ad cibum vt laedatur*, ſiue mauis: *vt caedatur*; quamuis illud praeſtare etiam crediderim, quod alias oleae condituras complectitur; ſiue enim contundas; ſiue acuta arundine inſeces, vt mos fuit apud veteres, eodem Columella auctore; ſiue ſale et muria maceres, ſemper laeſeris, cum vua, quae ad cibum eligitur, integra condatur. Caeterum ſiue *laedatur*, ſiue *caedatur* elegerimus, magis quam tertium a Scaligero propoſitum praeſtabit. Quid tertium, dicet aliquis? Quod tertium? Dicam et quam breuiſſime: nihil; iſte enim vt tales quaeſtiones de medio tolleret, atque ab hac inani cura poſteros liberaret, hoc verbum quocunque modo ſcriptum ſubduxit et abiecit. PONTED. Add. Cl. Morgagnus, qui Epiſt. 1, 96 ex *laedatur* coniectura eleganti format *laudatur.*

55, 4 ALIA AD CIBVM ELIGITVR) Maculam habet optimus Codex. *Laedatur* enim hic ſcriptum eſt. Quomodo ex vetere lectione locus corrigi debeat, ſi peruulgata mendum continet, docti viri cogitabunt. VICT. Vetus ſcriptura, *Alia ad cibum laeditur.* Sine vllo dubio τὸ *laeditur* expungendum eſt, cuius cauſſam poſtea reddemus; Itaque lego, *Olea, vt vua, per idem biuium redit in villam: alia ad cibum, alia, vt eliqueſcat*, In quibus verbis *alia et alia*, eſt τῇ μὲν, τῇ δὲ. Habent enim vltimam natura productam. Intelligitur enim, non olea, ſed via. Nam cum dicit biuium, in eo comprehendit viam: vt alibi cum,

non solum corpus intus vnguat, sed etiam extrinsecus: itaque dominum et [o] balneas, et [o] gymnasium [p] sequitur [q]. Haec, de qua fit oleum, congeri solet aceruatim per [r] dies singulos in tabulata, vti ibi mediocriter fracescat, ac primus [s] quisque aceruus demittatur [t] per serias [u], ac vasa olearia ad [x] trapeta, in quae eam terent molae oleariae

o) *et ad I. I-G.* p) *gyminasium P.* q) *insequitur P. inde sequitur I. B. R.* r) *per* omitt. *I. B. R.* s) *primitus I. B. R.* t) *dimittitur I. B. R.* u) *sena ad P.* 1. *seria ad P.* 2. x) *et trapetas quaeres: molae I. B. R. ad trapeta, in quae eam terent molae* rel. omnes.

cum alueărium, in eo intelligit alueos. SCALIGER. Pro *laedatur* coniicit *laudatur* Morg. I, 96.

55,4 ITAQVE DOMINVM, — SEQVITVR) Vetus haec est lectio, quae et elegans et erudita videtur, vt hic sensus horum verborum sit, Cibis necessarium est, et balneis, et gymnasiis: nec sine oleo haec manere possunt: sed vbi haec sunt oleum illic etiam necessario est. Vnde qui tantas olei vtilitates esse sciebat, prudentissimus ac fortissimus totius Graeciae vir Epaminondas Thebanus, magnopere excanduit, cum magistratum gerens in rationibus relatis audiuit magnam vim olei absumptam esse. Quod cum mirarentur collegae, causam reddidit sui doloris, docuitque, cum non ab angusto ipsius animo proficisci, quod ingentes sumptus reformidaret, sed aegre se ferre, tantum olei intra corpus receptum esse, nam in gymnasiis oleum, corporibusque exercendis haberi solitum, nemo est qui nesciat. Vnde Strabo libro XIIII docet Boethum Tarsensem, improbum ciuem, eundemque malum poetam, causam dixisse apud M. Antonium, quod cum in patria voluntate Antonii locum gymnasiarchae teneret, fideique ipsius omnes sumptus gymnasii commissi essent, et alia multa et oleum etiam surripuerat. Nec tamen negarim, posse ex communi lectione sensum elici, et eum quidem non insulsum, sed veteri etiam locum esse ostendere volui. VICTOR. Mihi simpliciter *in* omissum videtur. *Olea sequitur dominum* [in] *balneas et* [in] *Gymnasium*. Itaque non tria sunt, quae sequitur olea, in quantum extrinsecus vngit, sed vnum tantum *dominum*, et eum quidem in duo loca, *balneas* et *gymnasium*. Non adeo infrequens est haec τῆς *in* ellipsis, vt non hoc ipso etiam Varronis loco laudato, eam obseruarint Grammatici.

55,5 PER DIES SINGVLOS) τὸ *per* Mercero teste neque in Nonii libris, qui hunc locum citat 1, 306, neque in optimo Varronis codice extat: neque nos in Codice Ryckiano deprehendimus. SCHOETTG.

55,5 PER SERIAS AC VASA OLEARIA) Hic locus in manu scriptis codicibus valde perturbatus est. Optimum exemplar ita habet, *Per sena ad vasa olearia ac trapetas quaeres molae etc.* In semiuetere alio, qui Galli hominis manu exaratus est, *Seria.* reliqua omnia vt in vetustissimo. Receptam lectionem conseruaui: priscam tamen omnibus apponere volui. VICTOR. Optimi exemplaris Victoriani lectio aliter concepta, *demittatur per sena ad vasa olearia, ac trapetas, quae res molae oleariae, etc.* Quae non dicam quam vera sit, sed quam falsi conuicit receptam lectionem, *Senum* singulari, vel plurali *sena*, in veteribus scriptis libris semper fere scribitur, non *Sinum.* quod vasis genus esse, nemo paulo humanior ignorat. Semperque in duobus Nonii exemplaribus, quae contulimus, scriptum meminimus non *sinum*, sed *senum*, vt in illo versu Afranii, *Aquam e coeno haurire, qui lauerent manus:* erat scriptum *seno.* Et sane non hauritur aqua ex coeno, sed ex sino. Hic vero ἀρχαϊκῶς est ἐναλλαγὴ generis. *Sinum* enim dicitur, non *sinus.* SCALIG. In loco Nonii, quem laudat Scaliger, Salmasius ad Solinum c. 20, p. 165 legit *sena.* Verba eius sunt: *Senum* quoque vas vini. Ita enim scribunt libri pro *sino.* Varro apud Nonium: [15, 34] *Vbi erat vinum in mensa positum galeola aut seno. Senum*, vt dixi semper scribunt libri. Varro de re rustica, *demittatur per sena ad vasa olearia.* SCHOETTG. *Ac primus quisque aceruus demittatur ad serias per trapeta. Olea lecta.* Ita videtur legendum: nam expositores cum notassent ad *serias*, esse vasa olearia; ad *trapetas*, esse molas olearias e duro et aspero lapide; ea postea ab incuriosis librariis in textum recepta sunt. VRSIN. *Serias olearias* nominat Varro lib. III. et Colum. lib. XII *Dolia autem et seriae, in quibus oleum reponitur*, ibidem: *Multi cum semel noua dolia vel serias crassa gummi liuerint.* Sunt autem vasa magna et oblonga ad recipiendum oleum, sed nullum vsum praestant oleae deferendae ad trapetas, in quam rem sunt quasi fisci et corbes. Omnino haec vox corrupta est, neque restituunt veteres libri, qui habent *per sena.* Nam *Sinum* vas vinarium grandius ipse vocat lib. IV. De ling. Lat. et nullae rei est in trapeto ad olei confectionem. Forte legendum. *Demittatur per se ad vasa*, id est, separatim, seorsum. vt enim olea separatim ponitur in tabulato, ita primus quisque aceruus seorsum demittitur ad trapetas. Columella lib. IX. *Tabulatum simile debet esse granario, et habere lacusculos tam multos quam postulabit modus oliuae, vt separetur et seorsum reponatur vnius cuiusque diei coactura.* Trapetas interpretatur molas olearias, vt etiam lib. IV de ling. Lat. etsi Columella Trapetas et molas separat lib. XII *Oleo autem conficiendo molae vtiliores sunt quam trapetum, trapetum quam Canalis, et solea.* mox: *Sed est optima molarum, tum etiam trapeti.*

6 riae [y] duro et aspero lapide. Olea lecta si nimium diu fuit [z] in aceruis, caldore [a]
fracescit, et oleum foetidum fit [b]. Itaque si nequeas mature conficere, in aceruis
7 iactando ventilare oportet. Ex olea fructus duplex; oleum, quod omnibus notum,
et amurca, cuius vtilitatem quod ignorant [c] plerique [d], licet videre [e] e torculis oleariis fluere in agros [f], ac non solum denigrare terram, sed [g] multitudine facere [h] sterilem: cum [i] is humor modicus, cum [k] ad multas res, tum ad agriculturam pertineat vehementer, quod circum arborum [l] radices infundi solet, maxime ad [m] oleam, et vbicunque in agro herba nocet.

LVI.

y) *e* deest *I. B. R.* z) *fuerit a. V.* a) *caldore ea Ienss.* b) *facit Ba-G.* c) *ignorantur a plerique P. ignoratur a plerisque I. B. R. quia ignoratur, a plerisque despicitur. Licet enim videre, quod si e torc. Ba. A. Gr. G.* d) punctum pro, etiam *Hern.* e) *videre: ei I. B. R.* f) *agros permittitur, non solum denigrat Ba. A. Gr. G.* g) *sed etiam I. B. R. Ba. A. Gr. G.* h) *facit Ba. A. Gr. G.* i) *cum tamen Ba-G.* k)) *tum I. B. R.* l) *arbori I. B. R.* m) *et I. B. R.*

trapeti. Quod sequitur, *Quae res*, id est, trapetae, vt lib. III, *Quos alii μελισσοτροφεῖα appellans, eandem rem alii quidam mellaria.* et lib. VI. de ling. Latina, *Quod altissimum in vrbe, ea res tutulus vocatur.* Arnobius lib. V. *Quid temperatus fabae alimonio panis, cui rei dedistis nomen Castus.* POPMA. Locus pessime deprauatus in omnibus libris, et potissimum in Iensonianis ac Bruschianis. P. autem Victorius in vetusto codice haec inuenit: *Per sena ad vasa olearia ac trapetas,* quibus non absimilia sunt quae apud Crescentium lego 5, 19, licet mendosa et barbare prolata: *Ac prius quisque aceruus dimittitur* [*dimittitur* etiam Ienson. et Bruschius edidere] *in sex partes seu vicibus ad vasa olearia et trapetas.* Cuius interpretatio vetustior vernacula lingua haec exhibet. *Anco scrive* (Varro) *che l' vliva che fà olio si debba ragunare in monticello per ciascun di intavolito accio che quivi mezanamente si ma ceri, et prius quisque* {nam haec latina consuetudine leguntur} *aceruus dimittitur in sex partibus ad vasa olearia et trapetas.* altera autem interpretatio Florentiae edita ita: *Anche scrive che l' uliva, che fa olio si dee ragunare in monticello et nettarsi per ciascun di, e ciascun monte si divida, in sei parti e in sei volte quando sono macere si mettano sotto la mucina.* Nunc annectam quae in Vaticanis libris leguntur: *Ac primus quisque aceruus demittitur per seria ad vasa olearia et trapetas.* Hinc coniecturis ducor scripsisse Varronem: *Ac primus quisque aceruus demittatur per senas partes* (siue *per sena*, vt in Victorii codice extabat) *ad vasa olearia et trapetas.* PONT.

55, 5 IN QVAE EAM TERENT) Flagro dignus erat, qui ita inepte hanc lectionem ausus est interpolare. Vetus enim recta fuit, *Quae res molae oleariae.* Nam *trapetas*, seu *trapeta*, quid sit explicans, ait esse molas olearias. Ita enim loquitur libro II, *Scyllae medium conterunt cum aqua ad mellis crassitudinem, tum ea re naturam equae tangunt. Ea re*, id est scylla. Item lib. III, Quos alii *μελισσοτροφεῖα appellant, eandem rem alii quidam mellaria.* Item alibi de propoli, *Quam rem etiam nomine eodem medici vtuntur in emplastris. Quam rem*, hoc est propolim. Vlpian. l. V. Qui potior. in pign. *Veluti si nauis fuit obligata, et ad armandam eam rem vel reficiendam ego credidero. Eam rem*, id est nauem. SCALIG. Haec lectio a plerisque probatur, alii tamen vt Popma et Ioseph. Scaliger vetustiorem sequuntur, quae in Victorii adnotationibus, in Vaticanis codicibus, et in Iensoniana et Bruschiana editionibus extat: *Quae res molae oleariae e duro et aspero lapide.* Haece ego peritioribus discutiendas relinquo. Afferam tamen aliam ex Crescentio, quae planius sub oculos Varronianam sententiam ponit, est autem huiusmodi. *Et submittitur molae oleariae, quae est de duro et aspero lapide.* Ad hunc porro Varronis locum respexit Columella dum 12, 50 haec memoriae mandauit: *Quamuis praeceptum babeamus vt vnius cuiusque diei fructus molis et prelo subiiciatur.* Item Plin. 15, 3 *Similis error collectam* (oliuam) *seruandi in tabulatis, nec prius quam sudet premendi, cum omni mora oleum decrescat, amurca augeatur.* PONT. Quid Scaligerum in lectione recepta offenderit, non video. *in quae* positum est pro *in quibus* scilicet trapetis, quod genus constructio, quam non insolita sit nostris rusticis, Index noster docet. *Trapetum* est tota illa machinatio, cuius pars *molae oleariae.* Modestiam itaque Victorianam imitari maluimus, quam obsequi doctissimo Scaligero.

55, 6 CALDORE FRACESCIT) Turn. 28, 7 malit *fragescit*, qui *fragés* esse dicit carnes et reliquias fractarum olearum; *fragescere* autem vel *frangi*, vel in *frages* mutari. Illud quidem vel ex hoc ipso loco apparet, et praesertim ex Cat. 64 *fracescere* esse molliorem fieri, cuius rei cum diuersae sint rationes, gradus diuersi, mirum non est, nunc eam procurari, nunc vitari.

55, 7 QVOD IGNORANT PLERIQVE) In V. C. sic legitur: *Quia ignoratur a plerisque despicitur: licet enim videre. Quid si e torculis oleariis fluere permittitur* etc. VRSIN.

55, 7 MAXIME AD OLEAM) Videtur hoc accepisse a Catone ex tit. 93. IDEM. D multiplici amurcae vtilitate v. Index.

56 Hinc

LVI. AGRIVS, Iam dudum, inquit [a], in villa ſedens expecto cum claui te STOLO, dum fructus in villam [b] referas. Ille [c], Em [d] quin adſum. venio, inquit, ad limen, fores aperi. primum faeniſiciae conduntur melius ſub tecto, quam in aceruis, quod ita ſit iucundius pabulum. ex eo intelligitur [e], quod pecus vtroque poſito libentius eſt.

LVII. AT [a] triticum condi oportet in granaria ſublimia, quae perflentur vento ab exortu, ac ſeptentrionum [b] regione, ad quae nulla aura humida ex propinquis locis adſpiret. parietes et ſolum opere tectorio marmorato loricandi: ſi minus, ex argilla mixto acere [c] e frumento, et amurca, quod murem et vermem non patitur eſſe, et grana facit ſolidiora, ac firmiora. quidam ipſum triticum conſpergunt, cum addant in [d] circiter mille modium [e] quadrantal [f] amurcae. Item alius aliud adfriat [g], aut [h] aſpergit, vt Chalcidicam aut Caricam cretam, aut [i] abſinthium [k]. item huius generis alia. Quidam granaria habent ſub terris [l], ſpeluncas, quas vocant σειρὰς [m], 2
vt

[C. LVI.] a) *inquit* abeſt *I. B. R.* b) *villa I. B. R.* c) *Ille enim P. I. B. R.* d) *Emquin* iunct. *Pol.* 1. *Ecquid I. B. R. en quin Iunt. Ryck. en adſum Ba-G. enadſum* iunct. *Pol.* 2. e) *intellegitur P.* [C. LVII.] a) *Et P.* b) *ſeptentrionem Hern.* c) *aggere I. B. R.* d) *circiter in a. V.* e) *modios I. B. R.* f) *quadrantem I. B. R.* g) *afriat a. V.* h) *aut id I. B. R.* i) *ac I. B. R.* k) *abſenthium P. abſynthiique decoctum* add. *I. I-G.* l) *vti* inſ. *I. I-G.* m) *ſyros a. V.*

56 Hinc de ſexto gradu praecipitur, de quo 1, 37, 4.

56 EM QVIN ADSVM) In excuſis antea *En* antiqui libri *Em*, vt Mediceus Codex in epiſtola Ciceronis ad Caeſarem Dictatorem, *Em hic eſt ille.* Pronunciata haec ſunt δεικτικῶς. VICT.

56 QVOD ITA FIT) Placeret magis *fiet*: nam ita loquitur infra. VRSIN. Breuitate obſcuriuſculus hic eſt Varro. Clarius dixiſſet: *Id ex eo int. q. p. v. p. illud libentius eſt.* Cogitabam etiam ita: *Quod* h. e. vtrum horum *ſit iucundius, ex eo intell. etc.*

56 INTELLIGITVR) Medicea lectio huius loci inter alia impulit Angelum Politianum, vt maluerit ſcribere *intellego.* Vid. ipſum epiſt. lib. V. p. 135.

57, 1 QVIDAM IPSVM TRITICVM CONSPERGVNT) Conſuetudinem noſtrorum temporum in hac re cuſtodiui. Nolui tamen praeterire, quin veterem orthographiam notam facerem. Hic enim in optimo exemplari *Conſpargunt*: et non multum poſt *Aſpergit*, omnibus denique in locis, vbi hoc verbum eſt apud Varronem Catonemque in compoſitione, eandem vocalem primam literam habet quam ſimplex: vt ſi e *quatro diſquacto* fingas: quod vetuſtiſſimi etiam poetae protuliſſe dicuntur. Apud Catonem etiam in *decerpo* id ſeruatum eſt illo loco, *Tum acina de vuis miſcellis decarpito.* Potuiſſem infinitis locis hoc adnotare; ſemel tamen hoc, in illo perpetuo cuſtoditum, indicare ſatis habui. VICTOR. Plin. 18, 30. *Quidam ipſum triticum diuturnitatis cauſa adſpergunt amurca in mille modios quadrantal. Alii Chalcidica aut Carica terra aut etiam abſinthio.* Voces, *aut aſpergit*, gloſſulae ſunt verbi *adfriat.* VRSIN.

57, 1 CHALCIDICAM) Strabo lib. 14. ἐκεῖ δὲ τὸν οἶνον ἄργιλον ὁ Χαλκιδικὸς μεγνύουσιν, ad quem locum vide quae adnotauit Reineſius V. L. 3, 5. p. 418, 419. SCHOETTG.

57, 1 AVT ABSINTHIVM. ITEM HVIVS GENERIS ALIA) Quae in medio erant verba, in nullo antiquo a nobis inuenta ſunt. ea autem abundare credimus. VICTOR.

57, 1 ITEM HVIVS GENERIS) *Item huius generis quidam habent ſub terris, vti ſpeluncas, quas vocant ſiros.* Ita legendum, deletis verbis *alia*, itemque *granaria*, quae expoſitorum ſunt. Q. Curtius l. 7. *Tritici nihil aut admodum exiguum reperiebatur. Siros vocant barbari, quos ita ſolerter abſcondunt, vt niſi qui defoderint, inuenire non poſſint.* Plin. 18, 30 *Vtiliſſime autem ſeruatur in ſcrobibus, quos ſiros vocant, vt in Cappadocia et Thracia.* VRSIN.

57, 2 QVAS VOCANT SIROS) Ita ſcribendum hoc nomen, quod a Columella etiam vſurpatur: et ſane in vetuſtiſſimo libro recte ſcriptum eſt. in excuſis tamen antea ypſilon habebat in prima ſyllaba. Apud Graecos (Graeca enim vox eſt) fere habet ει. nam Attici ſine diphthongo protulerunt. Grammatici tradunt ſiros eſſe ὀρύγματα εἰς ἀπόθεσιν σίτου, ἢ καὶ ἄλλων σπερμάτων. In commentariis Simplicii in II naturalis auſcultationis, vbi de fortuna agit, mendoſa haec vox eſt; Verba magni illius doctoris haec ſunt, καὶ γὰρ ὀρύττοντές τις καὶ τὸ φυτεῦσαι χάριν, καὶ τοῦ θεμέλιον καταβαλεῖν, καὶ ὅλως εὑρεῖν, καὶ διοχετεῦσαι, ἢ σιρὸν, ἢ τάφρον ποιῆσαι. VICTOR. Heſychius: Σιροί, ἰπνεῦσεις. Artemidorus 2, 24 Σιροὶ δὲ καὶ κάπετοι, καὶ αὐλαί, καὶ πάντα, ἐν οἷς θησαυρίζεται καὶ ἀποτίθεται τὰ σπέρματα. Conf. ler. 41, 8. Perſicum origine

vt in Cappadocia, ac [n] Thracia [o]. alii, vt in Hispania citeriore, puteos, vt in agro
Carthaginiensi [p], et Oscensi. Horum solum paleis substernunt: et curant ne humor,
aut aer tangere possit, nisi cum promitur ad vsum. quo enim spiritus non peruenit,
ibi non oritur curculio [q]. Sic conditum triticum manet vel [r] annos quinquaginta:
3 milium vero plus annos centum. Supra [s] terram granaria in agro quidam sublimia
faciunt, vt in Hispania citeriore, et in [t] Appulia [u]. Quidam quae non solum a lateribus per fenestras, sed etiam subtus a solo ventus regelare [x] possit.

LVIII. FABA [a], legumina in oleariis vasis oblita cinere perdiu incolumia seruantur. Cato ait, vuam Aminneam [b] minusculam, et maiorem, et Apiciam in ollis commodissime condi. eadem in sapa, et musto recte. quas suspendas opportunissimas esse duracinas, et Aminneas [c], et [d] Scantianas [e].

LIX. DE [a] pomis, conditiua mala struthea [b], cotonea, Scantiana, Quiriniana [c], orbicu-

n) *aut I. B. R.* o) *thrachia P.* p) *carthaginensi et ostiensi I. B. R.* q) *curgulio Bo. gurgulio Reg.* r) *ad I. B. R.* s) *supra terram* deest *Ba-G.* t) *in* omitt. *I. B. R.* u) *Apulia P. I. B. R. Appulia, ita vt non solum I. I-G.* x) *regyrare Ienss. Heru. regirare a. V. regerare H. St. Zw. D. vegitare marg.* [C. LVIII.] a) *Faba et a. V.* b) *amineam q. V. H. St-D.* c) *amineas a. V. H. St-D.* d) *et* abest *I. B. R.* e) *scancianas I. B. R.* [C. LIX.] a) *De pomis* deest *a. V.* b) *struthea, cotonia I. B. R.* c) *scandiana I. B. R.*

origine statuit Relandus diss. 8. §. 137. Plura Barthius ad Gratium v. 244. Guisius ad Massechet Peah p. 18. SCHOETTG. Add. quae viri docti ad Hirt. de B. Afric. c. 65.

57, 2 HORVM SOLVM PALEIS) Adiicere haud abs re alienum erit fortasse ex Crescentio 3, 2 *et latera* ad hunc modum: *Horum solum et latera paleis substernunt*; Ita interpretatio Crescentii vtraque hac nostra vernacula lingua: *Alcuni altri fanno un pozo, e dalle latera pongono paglia, et cosi di sotto.* Quod necessarium videtur, nam putei solum non tantum muniri paleis, sed etiam latera oportet. Necessarium aio, si excusa grana, et ab acubus id est glumis et aristis separata condantur. Quod indicare videtur Varro, *Nisi cum promitur ad vsum:* Non me latet, Plinium non purum, sed cum suis spicis condi in siris interpretasse Triticum; scribit enim 18, 30 *Praeterea cum sua spica condantur. Ita frumenta si nullus spiritus penetret, certum est, nihil maleficum nasci: Varro est auctor sic conditum triticum etc.* Quod minus probabile censeri potest, immensae enim amplitudinis essent specus effodiendi. Quod vero si ita condebantur spicae, satis videtur solum paleis substerni, vt in Vulgatis legitur Varronianis libris, et vt idem Plinius monet, a Varrone vt par est accipiens: *Vtilissime tamen seruantur in scrobibus, quos siros vocant, vt in Cappadocia et in Thracia. In Hispania et Africa ante omnia vt sicco solo fiant: mox vt palea substernatur.* PONTED.

57, 3 ET IN APVLIA, QVIDAM QVAE) Duo culpanda videntur, importuna interpunctio siue potius diuulsio, et alterum *quidam.* Nec tamen Aldus, quod vtrumque sustulerit, laudandus. Cum autem in Caesenate exemplari non *quidam* existat, sed *quaedam, quae non solum*, ita locum restituere possumus: *et in Apulia quidam, quae non solum.* PONTED.

57, 3 VENTVS REGELARE POSSIT) Ita castigaui. in manu enim scriptis *Regerare.* Vnde etiam nonnulli antea *Regirare* fecerant, hanc tamen veriorem lectionem puto, quod etiam verba, quae supra restituta a me sunt, ostendunt. VICTOR. V. C. non habet *ita*, et legit *regerare.* fortasse legendum, *sed etiam subtus a ventis refrigerari possit.* Nam hoc verbo vtitur Varro 3, 17 *refrigerare piscinas* cum dixit. Plin. 18, 30 *Alii contra suspendunt granaria lignea columnis, et perflari vndique malunt, atque etiam a fundo.* VRSIN. Si seruanda est lectio Victoriana, quam damnare non ausim; certe *regelare* idem est quod *refrigerare*: eadem moneta percussum verbum, licet contrarium ordinarie significet.

58 FABA, LEGVMINA) f. vt Ienson. edidit, Ald. Iunt. Gymn *faba et legumina.* Locus mendo non caret: num quid faba legumen non est? Desideratur verbum *cetera*, vt legitur apud Crescentium lib. 3 cap. de Faba, *Varro scribit, quod faba et caetera legumina in vasis oleariis cinere oblita, perdiu incolumia seruentur.* PONT.

58 CATO AIT) 7, 2 vbi vid.

58 EADEM IN SAPA ET MVSTO, IN LORA RECTE) Ita est in V. C. Plin. 14, 4 *in lora recte conduntur.* VRSIN.

58 ET AMINEAS) Hae voces videntur abundare. Nam Plinius 14, 4 ait Varronem *Amineam* vocare *Scantianam.* IDEM.

59, 1 DE POMIS) vt c. 60. DE OLIVITATE et alias similes scribendi formulas, quibus Varro tanquam argumentis vtitur, secus nunc habeo

orbiculata, et quae antea mustea vocabant [d], nunc melimela appellant, haec omnia in loco arido, et frigido supra paleas [e] posita seruari recte putant. Et ideo oporothecas qui faciunt, ad aquilonem vt fenestras habeant, atque vt eae [f] perflentur, curant, neque tamen sine foriculis: ne cum humorem amiserint pertinaci vento, vieta fiant. Ideoque in iis, camaras [g] marmorato, et parietes, pauimentaque [h] [laudabiliter] faciunt,

d) *vocabantur I. I - G.* e) *palea P. posita palea I. B. R.* f) *eae* deest *I. B. R. aere Ba - G.* g) *cameras I. B. R. A. I. qui cameras Ba - G.* h) *L.* inser. *I. B. R. inducunt*, inf. *Ba - G.*

beo ac solebam, neque eos editores laudo, qui improbant et subducunt, vt Ienson, Aldus, Iunta etc. PONTED. Nimirum hoc incommodi ortum est ex lemmatibus librariorum, vt ea truncandis ipsorum scriptorum verbis occasionem dederint: quod apud Catonem plus semel factum obseruauimus.

59, 1 CONDITIVA MALA STRVTHEA) Ante haec verba in vetustissimis libris, *De pomis* scriptum est: quod aut inscriptionem fuisse arbitror, quae ostenderet, de quo hic ageretur; aut ea ratione dictum esse, quam non multo post declarabo. Hic paulo infra *Quiriniana*, in antiquis non inueni: sed pro illa voce, *Scandiana*. Id autem culpa librarii factum puto, qui idem verbum vna tantum immutata littera, aut ne immutata quidem, iterauit: cum aut *Quiriniana* scribendum esset, aut statim ad orbiculata transeundum. Fieri enim potest, vt *Quiriniana* ab emendatore aliquo huc inculcatum sit. VICT.

59, 1 SCANDIANA) Videtur haec vox abundare, nam Cato 7 eam non habet, et videtur error fluxisse ex verbo, quod praecedit, *Scanthiana*. In V. C. est *Scantiana, Quiriniana*. VRSIN.

59, 1 OPOROTHECAS) Plin. 15, 16 *Pomaria in loco frigido ac sicco contabulari, septentrionalibus fenestris sereno die patere, austros specularibus arcere.* sed legendum: *septentrionales fenestras.* Ex specularibus n. lapidibus, quod translucidi sint, fores fenestris fieri in oporothecis Plinius praecipit. IDEM.

59, 1 VT EAE PERFLENTVR) De cotoneis nostro plane contrarius est Plinius 15, 17 qui statuit, *cotoneis in concluso spiramentum omne adimendum* esse. SCHOETTG.

59, 2 PAVIMENTAQVE LAVDABILITER FACIVNT) In optimo codice, *Pauimentaque L laudabiliter faciunt, quo frigidius fit.* Nam pro, *Frigidior locus*, quod in excusis erat, *Frigidius*, in cunctis antiquis inueni. Alii ex ingenio, vt puto, scripserant, *Qui cameras marmorato, et parietes pauimentaque inducunt laudabiliter* etc. Nullum enim manu scriptum cum illis facere animaduerti. VICTOR. Ita habet vetus scriptura. Sed illud *Laudabiliter* Varronem vnquam scripsisse putabimus? Minime gentium. Quem obsecro locum hic habet? Quare rem tam anxie quaesitam eruditissimo Victorio, neque adhuc eidem maximo viro exploratam, nisi fallor, diuinauimus. Nam illa nota *L*, quae toties hic inserta est, ac de qua idem Victorius amplius deliberandum pronuntiauit, nihil aliud est quam studiosi lectoris admonitio, qui in vsum suum sententias, quas vellet, ex hoc auctore annotabat. Vt enim Graeci, si quid probabant in auctoribus, *χρηστὸν* et *χρήσιμον*, aut *χ* literam, quae idem valet, apponebant, vt quoties opus esset, haberent, quod in vsus Chriarum et sententiarum depromere possent: sic quod insigne duxit et dignum notatu lector horum librorum, ad id vel notam compendiariam *L. laudabilis*, hoc est, *Locus laudabilis* apposuit: aut *L*, quo id *Laudabile*, significari vellet, vel *Laudabiliter*. Sane hoc ita esse, vt iam admonuimus, patet ex commentariolo notarum Probi. In eo enim legitur, *L. L. locus laudabilis.* quod nimirum esset ea *παρασημειώσεις* annotata in veterum libris. Quid quod superius idem error est? si modo errorem vocamus, lectorum veterum studiosam et accuratam diligentiam. Nam vbi loquitur de olea stringenda, ita habebat Victorii codex, *Quae manu stricta, melior ea quae digitis nudis laudabilior L quam illa, quae cum digitabulis.* Nam illud *laudabilior*, tam ineptum est, quam superfluum, quia studiosus lector primum scripserat *L. laudabilis*, hoc est, *locus laudabilis:* sed quia hic gradu comparandi *melior* scriptum erat, eodem gradu *laudabilior* scripserunt, qui putabant illud cum ipso contextu simul legendum esse. Sic et non multo post, vbi legimus, *Olea, vt vua, per idem biuium redit in villam, alia ad cibum, alia, vt eliquescat*, vetus codex habet, *alia laedatur ad cibum.* Vulgati vero, *alia legitur ad cibum.* Vtraque lectio diuinata ex illa nota L. nam non obscure possumus colligere ita primum scriptum fuisse, *alia L. ad cibum.* ex qua alii fecerunt *Laedatur*, alii *Legitur*. Denique considera accuratius, vbicunque P. Victorius ait illam notam appositam fuisse: semper inuenies locum illum insignem, et annotatu dignum esse, propter quod notam indicem illi adiectam. Hoc igitur signo notabantur sententiae illae, quae simul cum auctore suo citabantur. vt hic sententia ista Varronis de olea, ita citanda fuit, *Varro dixit, oleam strictiuam meliorem esse, quae digitis nudis, quam quae cum digitabulis stringitur.* Quae Graece dicuntur *χρεῖαι*, vt chria est illa: Aristoteles dixit hominem esse *ζῷον τῶν ὄντων μὲν θεωρητικὸν, πρακτικὸν δὲ τῶν δεόντων* Latini veteres vocarunt *scita* et *oracula.* vt *oracula Catonis*, quae semper ad auctorem suum referuntur, quod

ciunt, quo frigidius [i] sit: in quo etiam quidam triclinium sternere solent coenandi causa. Etenim in [k] quibus luxuria concesserit, vt [l] in pinacothece faciant [m], quod spectaculum datur ab arte, cur non quod natura datum vtantur [n] in venustate disposita pomorum? praesertim quidem, cum id non sit faciendum, quod quidam fecerunt, vt Romae coemta poma [o] rus intulerint in oporothecen instruendam conuiuii causa.
3 In oporothece [p] mala manere putant satis commode: alii in tabulis [q], vt in [r] opere marmorato, alii substrata palea, vel etiam floccis: mala Punica demissis suis surculis in dolio arenae: mala cotonea [s], struthea in pensilibus iunctis [t]: contra in sapa

i) *frigidior locus I. I-G.* k) *in, Iuntt. si ii, quibus Ba-G.* l) *id Ba-G.* m) *faciunt I. B. R. Ba-G.* n) *imitantur I. B. R. Ba-G.* o) *pomariis int. I. B. R. pomarus* iunct. *P.* p) *oporotheca P.* q) *tabulas I. B. R. tabulis Ba. A. Gr. G.* r) *in* omitt. *Ryck. I. B. R.* s) *cotonia strutea I. B. R.* t) *iunctas Ba-G.*

Latini vocant *Laudare.* *Laudare auctorem.* Inde dicta sunt *Laudabilia*, et *Loci laudabiles.* Tales erant declamatorum flosculi ab auditoribus excepti. Quintil. lib. II, *Vnde*, inquit, *fit, vt dissoluta et ex diuersis congesta oratio cohaerere non possit, similisque sit commentariis puerorum, in quos ea, quae aliis declamantibus* laudata sunt, *regerunt.* Ideirco *Suasoria Senecae* nihil aliud sunt quam *Laudabilia scholastica.* attribuuntur enim singula suis auctoribus. *Quae quare Suasoriae inscribi debuerint, rationem nullam dispicis.* Graeci vocant, vt iam initio monuimus, χρήστους, et χρήσιμα, et χρηστά. Sic Eustathius aliquando veterum auctorum testimonia producit, vt vocet ea χρήσεις. vt καὶ φέρεται παρ' Αἰλίῳ Διονυσίῳ χρῆσις Κρατίνου τοιαύτη. deinde adfert versum Cratini. scholasticorum sine dubio sunt annotata, prout inter declamandum ab illis excepta fuere: quae *et Quotidiana dicebantur.* sunt *enim quae puerul dictantibus* magistris excipiunt. Itaque in veteribus Colloquiis puerilibus ait puer: *Post haec dimissus consedi meo loco. librum accepi. scripsi quotidiana.* Quare Caius iurisconsultus scripsit *libros Aureorum, et Quotidianorum.* hoc est, selectorum et laudabilium. Nam talia dicebantur *aurea.* Lucret. *Omnia nos itidem decerpimus* aurea *dicta.* Vt igitur ea selecta dicta, quae vocabant *laudabilia*, vel nota *L*, vel χ Graeco notabant: ita etiam contra, ea *quae improbabant, litera* Θ designabant. Sidonius, *Isti qui valet exarationi Districtum bonus applicare* Theta, Persius, [IV, 15] *Et potis es vitio nigrum praefigere Theta.* Ad id enim referenda mens Persii. nam *et eadem litera damnatos, item et mortuos milites significabant* vt est in inscriptionibus. Ea *scripta quibus. Theta inustum erat, dicebantur* a grammaticis *deculpata*, vt apud Gellium libro XI. cap. X. *Verbum deculpatum.* Nam *culpae dicebantur annotamenta vitiorum in alienis scriptis, vel ἀθετήσεις, vt loquuntur veteres critici.* Hoc nos docet idem Gellius libro XVII cap. I. p. II. *Quum*, inquit, *librum veteris scriptoris legebamus, conabamur postea memoriae vegetandae gratia indipisci animo, ac recensere quae in eo libro scripta essent,* laudis aut culpae annotamenti *digna.* Vides nomine *laudis, laudabilia* intelligere: nomine *culpae*, contraria. Ausonius de suis scriptis. *Palmas, non culpas esse putabo meas.* Idem ad Theodos. imperatorem *Inque tuis culpis tu tibi da veniam.* Apud Horatium ad Pisones: -- *allinet atrum Transuerso calamo signum.* Ibi Acro: *Notam culpae significat. Nam notare versum male formatum dicimus.* Haec ille. Critici in recensendis operibus Platonis culpas, hoc est τὰς ἀθετήσεις ὀβελῷ notarunt, laudabilia, hoc est τὰς ἐκλογὰς τῆς καλλιγραφίας τῷ χ περιεστιγμένῳ, quod nihil aliud significat quam χρήσιμον vt hic L nostrum, *laudabile.* Igitur hunc locum, quem in manibus habemus, ita legimus: *Ideoque in iis camaras marmorato, et parietes, pauimentaque faciunt, quo frigidius fit.* SCAL. V. C. habet L. pro qua littera fortasse scribendum *loricata.* supra c. 57 *parietes et solum opere tectorio loricandi.* Vitruuius 7, I *loricas ex calce et arena* dixit. VRSINVS.

59, I CVR NON QVOD A NATVRA DATVM IMITANTVR) Ita videtur legendum nota interrogationis apposita ad verbum *imitantur*, et deletis iis, quae sequuntur, *in venustate disposita pomorum.* IDEM.

59, 2 VT ROMAE COEMTA POMA) Ex horum hominum numero fuerat qui confecit tetrastichum in custodem hortorum: eius duo postremi versiculi sunt, *Quaeque tibi posui tanquam vernacula poma, De Sacra nulli dixeris esse via.* Nam M. Varro antea hoc ipso in libro docuit *poma vendi solita summa sacra via.* VICTOR.

59, 2 IN OPOROTHECEN INSTRVENDAM CONVIVII CAVSA) Haec verba videntur abundare. VRSIN.

59, 3 IN TABVLIS) Puto veram lectionem esse *in tabulis*, intell. fictilibus, quae operis marmorati instar esse possunt.

59, 3 FLOCCIS) pannorum scil. et lanarum. Plin. 15, 17 *nec non alii in floccis capsisque, quas luto paleato illinunt, mala seruant.* SCHOETTGENIVS.

59, 3 IN PENSILIBVS IVNCTIS) Veteres libri *vinctis.* Quidam emendarunt *iunctas.* VICTOR. Lege *vinctis.* *Pensilia* vocat poma, quae suspenduntur hieme ad seruandum, vt infra: *Pensilia, vt vuae, mala, sorba.* Et Plin. libro XIIII de

sapa condita manere pira Aniciana [u], et [x] sementiua [y]. sorba quidam [z] dissecta [a], et
in sole macerata, vt pira; et sorba per se vbicunque sint posita in arido facile durare.
Seruare rapa confecta [b] in sinape, nuces iuglandes in [c] arena, Punica mala et in arena 4
iam decerpta, ac matura, vt [d] dixi, et etiam immatura cum haerent [e] in sua virga, si [f]
demiseris in ollam [g] sine fundo, eamque [h] si conieceris in terram, et obteris [i] circum [k]
ramum, si [l] extrinsecus spiritus afflet, ea non modo integra eximi [m], sed etiam maiora, quam in arbore vnquam pependerint [n].

LX. DE [a] oliuitate, oleas esui optime condi scribit Cato, orchites [b], et pauseas aridas

u) *antiana Iunt. anitiana a. V.* x) *et* deest *I. B. R.* y) *sementina a. V.* z) *quaedam P.* a) *di-fecta I. B. R. Ba-G.* b) *confecta I. B. R.* c) *in arena, punica mala et* desunt *I. B. R.* d) *vt dixi* omitt. *I. B. R.* e) *haereant I. B. R.* f) *et I. B. R.* g) *olla I. B. R.* h) *Eaque P.* i) *obteres I. I-G.* k) *circa B. R.* l) *sic ne I. I-G.* m) *exsimi P.* n) *pependerit Ba-G. de oliuitate* add. *P.* [C. LX.] a) *De oliuitate* deest *a. V.* b) *orcites et puscas P.*

de vuis seruandis. *Durent aliae per hyemem, pensili concameratae modo.* *Pensili modo concameratas* vuas vocat, quas Aquitani *Plecas* a *plicando.* Melius tamen apud Plinium *Pensilium* quam *pensili* legeretur. SCALIG. *Vincta* s. *vinctis* ex VV. CC. legi etiam vult VRSIN. Vltimum in optimo Victorii Codice scribitur *vinctis*, quod erit *vinctuis* a *vinctus*, et hoc a vinciendo, quod viminibus intexebatur, de quo supra Varro: *Et vindemia facta denique discat pendere in palmam aut funiculo aut vinctu, quod antiqui vocabant cestum.* Porro *vinctuis* patrici casus habetur, vt vetusti vtebantur, et ipse Varro, vt refert Nonius, scribens, *domuis, victuis, anuis*, et in II de R. R. *fructuis.* PONTED.

59, 4 ET OBTERES — SPIRITVS) Videtur legendum *Et obrueris* s. *obruas c. r. ni* etc. *ni* positum est pro *ne*, vt supra c. 37. Plin. 15, 17 *M. Varro et in doliis arenae seruari iubet, et immatura obrui terra in ollis fundo effracto, sed spiritu excluso, ac surculo pice illito. Sic etiam crescere amplitudine maiore, quam possint in arbore* etc. Sed de pice nulla apud Varronem fit mentio. Videndus Theophr. 5, 5 de caus. VRS. Legendum, *Ni extrinsecus.* Plinius lib. XV: *M. Varro et in doliis arenae seruari iubet, et immatura obrui terra, in ollis fundo effracto, sed spiritu excluso, ac surculo pice illito.* *Ni* pro *ne* antique. Plautus Menaechmis. *Ni mala, ni stulta sis, ni indomita.* Lucretius 2, 887: *Ex insensili* [leg. *insensibili* vel *insensilibus*] *ni credas sensile gigni.* Varro supra: *Ni decrescente Luna tondeas.* POPMA. *Si* loco *ni* scriptum tradidit in notis Popma. Aldus vero et Iunta *si* in *sic* transscripserunt, adiecto *ne*: *sic ne extrinsecus spiritus afflet.* Legendum itaque pro *si*, *ni* vel *ne*. Quod etiam ex Crescentio confirmatur, 8, 7 *Et operueris circa ramum, ne extrinsecus Spiritus afflet.* Verbum quoque *obteris* siue *obteres* [vt Aldo, Iuntae, Gymnico melius visum] vitiosum opinor: id expressit Crescentius *operueris.* Quare scripsit fortasse Varro non *obteres* sed *obseres*, aut *obseris*, praecipiens luto circumdare ramum, *ne Spiritus extrinsecus* etc. Quod verbum *obsero* nonnunquam significat. Terentius Eun. *Video squalidum, aegrum pannis annisque obsitum.* M. Tullius *Tuscul.* lib. 1. ex vetere poeta haec attulit — *obsita tenebris loca.* Virgil. *Aeneid.* lib. 8 *ibat rex obsitus aeuo.* Plinius porro 15, 16 ex Varrone hunc locum exceptum in haec verba reddidit, *M. Varro et in doliis harenae seruari iubet, et immatura obrui terra in ollis fundo effracto, sed Spiritu excluso, ac surculo pice illito. Sic etiam crescere amplitudine maiore quam possit in arbore.* PONT.

60 OLEAS ESVI OPTIME) Ante haec verba in antiquissimo exemplari, *De oliuitate*, scriptum est: quod inscriptionem titulumque fuisse puto. Possunt tamen recte in contextu sermonis eiuscemodi locutiones collocatae esse, vt ita dicta sint, quemadmodum inquit Q. Cicero in epistola ad Tironem: *De patrono, Marcus est adhibendus:* et hic ipse scriptor in 11, de equis loquens, *De stirpe: magni interest, qua sint.* Et eodem capite *De medicinis: vel plurima sunt etc.* Quod etiam confirmat Nonius, qui cum, quid Oliuitas sit, declararet, et locum hunc Varronis adduceret, ita eum legit, vt in peruetusto codice scriptum illum inueni. Non tamen omnino macula carent verba Nonii. nam in excusis, *de Rep. libro primo:* pro, *de re Rustica libro primo*, legitur duorum autem capitum verba ab eo confusa fuisse verisimile non est. haec autem ille ponit, *Non modo integra eximi, sed etiam maiora quam in arbore vnquam pependerint. De oliuitate, oleas esui optime condi scribit Cato.* Quare maior hinc etiam apud nos auctoritas antiquissimi exemplaris esse debet, in quo sermo Varronis, siue eorum, quos de rebus rusticis differentes inducit, nunquam capitibus distinctus aut interruptus est. VICTOR. Non legitur *De oliuitate* in Iensonianis libris, neque apud Aldum, Iuntam, Gymnicum. Additamentum opinantur. In quorum profecto sententiam libentius irem, nisi vetustissimus Victorii codex, et Nonii Marcelli obstaret testimonium,

aridas [c], vel virides in muria, vel [d] lentisco contusas. Orchites nigras, sale si sint [e] confricatae [f] dies quinque, et tum [g] sale excusso, biduum si in sole positae [h] fuerint, manere idoneas solere: easdem sine sale in defrutum condire.

LXI. RECTE amurcam periti agricolae tam in doliis [a] condunt, quam oleum, aut vinum. Eius conditio, cum expressa [b] effluxit [c], quod statim de ea decoquuntur [d] duae partes, et refrigeratum conditur in vasa [e]. Sunt [f] item aliae conditiones, vt ea, in qua adiicitur [g] mustum.

LXII.

c) *aridas, vel - - - - contusas. Orchites* desunt *I. B. R.* d) *In* inf. *I. I-G.* e) *sunt I. I-G.* f) *confricata I. B. R.* g) *cum I. B. R.* h) *posita I. B. R.* [C. LXI.] a) *oleis P. ollis a. V.* b) *expressa olea, quod statim effluxerit, de ea I. I-G.* c) *effluxerit* quoque *I. B. R.* d) *decoquitur I. B, R.* e) *vasis I. B. R.* f) Hic incipit c. 62, *P. I, B. R.* g) *L.* inf. *P. adiiciunt a. V,*

nium, qui cap. 11. hunc locum ex Varrone commemorat: *Idem de Re Rust. Non modo integra eximi, sed etiam maior* (lego *maiora*) *quam in arbore vnquam pependerit* (*pependerint* emendat Victorius) *de oliuitate oleas esui optime condi scribit Cato.* Ex quo apparet *oliuitatem* Varronianam esse vocem, cuius haec videtur interpretatio: *De oliuitate scribit Cato, oleas esui optime condi*, idcirco interpunctionibus non est separanda ab τῷ *Oleas esui*, sed scribendum: *De oliuitate oleas esui optime condi scribit Cato.* At non ita facile comprobari potest haud absimile verbum de *olineto*, quod ab omnibus recipitur cap. 55 in principio appositum: *De olineto Oleam quam manu tangere possis* etc. neque enim de oliuetis, sed de oliuis loquitur Varro, atque adeo nulla illius verbi necessitas apparet. Illud autem docti viri diligenter attendant velim, quod ex eo Nonii loco deducitur, nimirum ea tempestate in capita Varronianum hoc opus seiunctum minime fuisse. quod et in antiquissimo codice se inuenisse testatur doctissimus Victorius. Nam ea verba: *Non modo integra eximi, sed etiam maiora quam in arbore vnquam pependerint*, in calce cap. 59 leguntur, reliquis ad proximum caput reiectis, *De oliuitate: oleas esui optime condi scribit Cato.* PONT. [Illud *maiora* etiam restituit Mercerius p. 48, 6.] Plin. 15, 6 *Condi oliuas optime orchites et pausias, quam vel virides, vel fractas in lentisco*, Est autem haec Catonis sententia ex c. 7: quae vero antecedunt apud Plinium verba, *Nec alio vllo modo laudat*, sunt ex capite apud eum praecedenti, et hoc modo concinnanda: *spectare olineta in Fauonium loco exposito solibus censet, nec vllo alio modo laudat.* Est enim ex eiusdem Catonis c. 6, in quo ita scriptum est: *Ager oleto conserendo, qui in ventum Fauonium spectabit, et soli ostensus erit, alius bonus nullus erit etc, in Lentisco* videtur accipiendum pro semine Lentisci. Col. 12, 46. VRS.

60 ORCHITES ET PAVSEAS ARIDAS) Iensonius non *aridas*, sed *nigras* in codicibus inuenisse videtur; Haec siquidem edidit: *Orchites et pauseas nigras; si sale sint confricatae.* Sed mendosissimus est locus, in quo desiderantur: *aridas vel virides in muria, vel lentisco contusas. Orchites*, quae inter τὸ *pauseas* et τὸ *nigras* reponenda sunt. Legendum porro est non *aridas*, sed *albas.* Ita Colum. 12, 47 *Albam pauseam, vel orchitam vel radiolum vel regiam dum contundes.* Item: *Est illa probata compositio, vt cum muria dura pausia alba maturuerit, omne ius defundatur.* Sed id etiam ex Varrone patet, qui oleas conditiuas in albas et nigras distinxit cap. 66 *Oleas albas quas condideris nouas.* It. *nigras nisi prius eas sale macerauis.* Nunc quoniam satis, ni fallor, ostensum est vocem *aridas* esse vitiosam, scribendumque potius *albas*; indicare oportet, neque *albas* neque *aridas* legi aut in Catone, cuius verba refert Varro, aut in Plinio, qui Catonis hunc locum transscripsit. Ait itaque ille cap. 7 ad hunc modum: *Oleas Orchites, posias, eaeque optime conduntur vel virides in muria, vel in lentisco contusae:* hic vero 15, 6 sic: *Nec alio vllo modo laudat* (Cato) *condi oliuas, optime orchites, et pausias, quam vel virides in muria, vel fractas in lentisco.* Ex quibus apertissime etiam intelligitur, particulam *in* τῷ *lentisco* esse praemittendam: *vel in lentisco contusas*, vt in vtroque cernere licet. PONT.

60 CONFRICATAE) V. C. *confriatae*, et ita legendum, id est conspersae. et ita alibi apud Varronem et Columellam item Cat. 7. VRSIN.

60 MANERE IDONEAS SOLERE) Haec verba videntur abundare, nec ea habet Cato tit. 7. videtur autem legendum, *condire* non *condi.* VRS. Equidem malim *condi:* et id ipsum voluisse, puto virum doctum: alterum enim vulgatum.

61 TAM IN DOLIIS CONDVNT) Antea, *In ollis*; Veteres libri, *in oleis:* castigaui, in *doliis.* Veruntamen quia parum licentia vsus sum, si forte deceptus essem, volui totam rem indicare. Animaduerti alibi, in optimo codice *Doleis*, pro *Doliis* scriptum esse, vt in III, vbi de gliribus loquitur, *Cum positum est in doleis fiunt pingues.* Praeterea oleum ac vinum in doliis, non in ollis condi constat. VICTOR. Vetus lectio, *Tam in oleis condunt*, scilicet *in ollis*, quod vetustissimi semiuocales non geminabant. PONTED.

61 VT EA, IN QVA ADIICIVNT MVSTVM) Vetustissimus liber; *In qua adiicitur L. mustum.* Saepe jam notam illam inueni, nec tamen

LXII. QVOD nemo fructus condit, nisi vt promat, de eo quoque vel sexto gradu animaduertenda pauca. Promunt [a] condita aut propterea, quod sint [b] tuenda, aut quod vtenda, aut quod vendenda. Ea quae dissimilia sunt inter se, aliud alio tempore tuendum, et vtendum.

LXIII. TVENDI causa promendum id frumentum, quod curculiones [a] exesse incipiunt. id enim cum promptum est, in sole ponere oportet [b] aquae catinos, quod eo conueniunt, vt ipsi se necent, curculiones [c]. Sub terra qui habent frumentum in iis, quos vocant σειρὰς [d], quod [e] cum periculo introitur recenti apertione, ita [f] vt quibusdam sit interclusa anima, aliquanto post promere, quam aperueris [g], oportet. 2
Far, quod in spicis condideris per messem, et ad vsus cibatus expedire velis, promendum hieme, vt in pistrino [h] pisetur [i], ac torreatur.

LXIV. AMVRCA cum ex olea [a] expressa, qui est humor aquatilis, ac retrimentum [b] conditum in vas fictile, id quidam sic solent tueri diebus XV, eo [c], quod est leuissimum ac summum, deflatum [d] vt traiiciant in alia vasa, et hoc idem [e] interuallis, duodecies sex [f] mensibus proximis, item [g] faciant. Cum id nouissime [h], potissimum 2
traiiciant, cum senescit luna. tunc decoquunt [i] in ahenis leui [k] igni duas partes quoad regerunt, tum [l] denique ad vsum recte promitur.

LXV.

[C. LXII.] a) *Primum P. Primum autem propt. I. B. R.* b) *sunt I. B. R. I. I.* [C. LXIII.] a) *gurguliones I. B. gurguliones R.* b) *oportet. Atque I. B. R.* c) *curg. I. B. gurgul. R.* d) *syros a. V. serus P.* e) *quo I. I-G.* f) *vt in I. B. R.* g) *aperuerint I. I-G.* h) *pristino lenss. pistino P.* i) *pisatur P. pinsatur I. I. pinsetur Ba-G.* [LXIV.] a) *est* int. *a. V. H. St-D.* b) *recrimentum et P.* c) *ex eo I. I-G.* d) *depletur I. I-G.* e) *iisdem I. I-G.* f) *In sex I. I-G.* g) *id faciunt I. I-G.* h) *faciunt* ins. *I. I-G.* i) *decocunt P.* k) *leni* ·(· *ignis P.* l) *tum denique - - - promitur* absunt *P, I. B. R.*

men adhuc quam vim illa habeat suspicari possum. VICTOR. Vid. Scal. ad V. 1, 59, 2.

62 VT SEXTO GRADV) de quo 1, 37, 4.

62 PROMVNT CONDITA) In cunctis, quos vidi, Mss. *primum condita* legi. Receptam lectionem conseruaui; hoc tamen studiosos litterarum admonere non incommodum esse iudicaui. VICTOR. Scribitur in cunctis manu scriptis libris: *promunt, primum*, quod suspicor contractum de *promundum*, et subinde deprauatum. PONT.

63, 2 CIBATVS) Hoc verbum videtur adiectum. nam infra c. 64 Varro eo vsus non est, cum dicit: *tunc denique ad vsum recte promitur.* et c. 68 *quando ad vsum oporteat promi.* Verbo autem *expedire* eodem modo vsus est Virgilius in illo versu: *Cereremque canistris expediunt.* et Varro infra c. 67 *quod ad cibatum expeditum esse velis.* VRSIN.

63, 2 VT IN PISTRINO PISATVR AC TORREATVR) Vetusta lectio. Apud Nonium, qui hunc locum adducit, legitur: *Pisetur. Pisare frangere, vel tundere.* Varro de Re rustica lib. I: *Promendum hieme, vt in pistrino pisetur ac torreatur.* VICTOR.

64, 1 QVI EST HVMOR AQVATILIS AC RETRIMENTVM) Peruetustus liber, *Recrimentum*, corrupte, vt puto. Quia tamen aliquis *recrementum* ex antiqua scriptura legi posse fortasse non incommode existimaret, volui illam notam facere. Hoc ipso verbo Varro etiam Prometheo libro II, vt apud Nonium legitur, vsus est, *Retrimenta cibi, quae exierunt per posticam vallem, feci.* Intelligit autem quae περιττώματα Graeci appellant. Cicero *reliquias cibi* appellauit, in re parum honesta non obscoena voce vsus. *Reliquias* etiam, nihil addens, quandoque idem vocauit. VICTOR.

64, 1 QVOD EST LEVISSIMVM AC SVMMVM DEPLETVR) Omnes manu scripti *Deflatum* habent: quemadmodum etiam primis temporibus excusi libri. ex quo intelligitur, ita ab nouis correctoribus locum castigatum fuisse. In optimo omnium codice ita totus locus legitur, *Diebus XV eo quod est leuissimum ac summum deflatum.* VICTOR. Sententia haec esse videtur: *eo*, int. modo tuentur, vt illud *quod est leuissimum ac* proinde *summum deflent*, et *traiiciant* etc.

64, 1 IDEM INTERVALLIS) Concinnius longe quidam legunt *iisdem* praesertim cum sequatur *item*, et apertum sit intelligi interualla aequalia quindenorum dierum.

64, 2 TVNC DECOQVVNT IN AHENIS) Totus locus in optimo exemplari ita scriptus, *Tum decocunt in ahenis: leni lignis duas partes quoad regerunt.* Aliis nunc rebus relictis, quae parum in illo diuersae sunt, quomodo illic *Leni lignis* scriptum sit, quaerendum accurate puto. VICTOR.

64, 2 LEVI IGNI) Legi posset *leni igni*, nisi alius rei nos admoneret vetus scriptura: *leni lignis.*

LXV. QVOD [a] mustum conditur in dolium, vt habeamus vinum, non promendum dum feruet, neque etiam cum processit [b] ita, vt sit vinum factum. Si vetus bibere velis. quod non fit ante, quam accesserit [c] annus, tum, cum fuerit anniculum,
2 prodit [d]. Si vero est ex eo genere vuae, quod [e] mature coacescat [f], ante vindemiam consumi, aut venire oportet. °Genera sunt vini, in quo Falerna, quae quanto plures annos condita habuerunt, tanto, cum prompta, sunt fructuosiora.

LXVI.

[C. LXV.] a) *Tum ad vsum denique recte promitur: quod P, Mustum ad vsum etc. I. B. R. recte* tamen omitt. *B. R.* b) *processet P. processit, nisi prius sit I. I-G.* c) *accesserunt P. 1. acescit anniculum* rel. desic. *I. B. R.* d) *promito a. V.* e) *quaedam mat. coacescunt I. B. R. quae cum maturescit, coacescat I. I-G.* f) *coacescant. P.*

lignis. Ex quo prius compendium scripturae fuisse puto *lenib. lignis.* Cato: *lenibus lignis facito calescat.* Plin. lib. XXXVI, *lenibus autem, aridisque lignis coquitur.* Vt *lenia ligna* sint, τὸ ἄκαπνον, quae Homerus κάγκανα etiam vocauit, scilicet quae ἀπότυφα καπνοῦ, non habent. Contraria enim *leue* et ἄκαπνον. SCAL. V. C. *Leni lignis*, quod fortasse ἀρχαϊκῶς dictum est, pro *lenibus lignis*, vt in XII tabulis, *praesente ambobus*, et alibi apud vetustissimos scriptores, *praesente nobis*, et *absente nobis.* vel legendum *lenibus lignis*, vt apud Cat. 69 *Lenibus lignis facito calescat.* Plin. 36 *Lenibus veteribusque lignis coquitur.* Quod vero dicit duas partes, id supra c. 61 dixit, *de ea decoquuntur duae partes.* et fortasse legendum: *ad duas partes.* nam ita supra locutus est, et in libro de vita pop. Rom. *Sapam appellabant, quod de musto ad mediam partem decoxerant, defrutum, si ex duabus partibus ad tertiam redegerant deferuefaciendo.* Vid. Nonius in *Sapa.* VRS. Ipse locus Nonii, quem laudat Vrsinus, admonebat me, si forte hic locus ita legendus esset, *ad duas partes quoad redegerunt*, Sed *duas partes quoad regerunt*, potest significare, quoad igne expellunt et abigunt. Vid. etiam Scal. ad Varr. 2, 3, 18.

65 NEQVE ETIAM CVM PROCESSIT) Valde diuersa vetusta lectio, et sane extrema haec pars libri aliquantulum inquinata: *Neque etiam cum processet, ita vt sit* etc. VICT. Locus leuiter inquinatus. Ita lege: *Non promendum, dum feruet, neque etiam dum processit, ita vt sit vinum factum.* SCALIG. Verbum *factum* ab expositore vid. adiectum; et pro nisi prius leg. *ita vt*; hoc modo: *neque etiam cum processit, ita vt sit vinum.* in V. C. est *processet*, quod potest videri antique dictum, vt, *cepet*, et alia similia. Ad verbum autem in extremo capite positum, *fructuosiora* facit, quod scribit Plin. 14, 40 *Nec alia res maius incrementum sentit ad vigesimum annum, maiusque ab eo dispendium, non proficiente pretio, raro quippe adhuc fuere, nec nisi in nepotatu singulis sextis millia nummum.* VRS. Nihil verius Scaligerana emendatione, *neque etiam dum* pro *cum*, quam adscripseram aliquanto ante, quam illam cognoscerem, firmaueramque locis Plauti Pseud. 4, 2, 2 *Nam nihil etiam dum harpagauit*, et Rud. 5, 3, 25 *Nine etiam dum siem Quinque et Viginti natus annos.*

65, 1 SI VETVS BIBERE VELIS) Non paruae maculae huic loco aspersae sunt: praesertim cum et sententia non constet, et aliter vetus lectio concepta sit. Ita enim antiquitus in membranis scriptum fuit: *Si vetus bibere velis, quod non sit ante quam accesserunt, anniculum promitto.* Minimum mihi in hisce eluendis permittam, vt nemo de nobis iure conqueri possit. Legimus igitur, *Si vetus bibere velis, quod non sit ante quam acesserunt, anniculum promitto.* Non sequendi sunt, inquit, nostrates homines, qui non prius vetus doliare bibunt, quam acuerit: quod vt ne fieret, anniculum promendum censeo. Praeteritum ex praesenti, acesco, acessui, vel acessi. Cui simile apud Catonem: *Aures nobis callescerunt ad iniuriam, a callesco*, vt hic ab *acesco.* vt etiam legi possit *acescerunt*: et ita malimus. Quoties veteres non mutarunt praeteritum, et idem cum praesenti fecerunt, ex sequenti mox annotatione apparebit. Est autem hic praeterea ὑπαλλαγὴ numeri, vt saepe alias. Cuius rei ignoratione multa perperam hic interpolata sunt. SCALIG.

65, 1 ANTEQVAM ACCESSERIT) Totus hic locus ita legitur in antiquis codicibus, *Antequam accesserunt, anniculum promitto.* VICTOR. Liber Florentinus *antequam accesserunt anniculum promito.* legendum omnino, *antequam accesserunt anni, anniculum p.* nam illud anni excidit ob initium sequentis dictionis. Varroni consentit Vlpianus lib. XXIII. ad Sabinum: *Vetus accipietur, quod non est nouum, id est, et anni prioris vinum appellatione veteris continebitur.* cui subscribit Paulus lib. IV. ad Sabinum: *Nam aliter obseruantibus, quis finis, aut quod initium veteris vini sumeretur?* POPMA.

65, 2 QVAE — COACESCAT) In cunctis Mss. *quod mature coacescant.* VICTOR.

65, 2 FALERNA, QVAE QVANTO) Hinc Tib. 2, 1, 27 *Nunc mihi fumosos veteris proferte Falernos Consulis* etc.

65, 2 FRVCTVOSIORA) Vid. nota Vrsini ad principium capitis.

66 OLEAS

LXVI. OLEAS albas, quas condideris [a] nouas, si [b] celeriter promas, nisi condideris [c], propter amaritudinem illas [d] respuit palatum. Item nigras, nisi prius eas sale maceraris, vt [e] libenter in os recipiantur [f].

LXVII. NVCEM iuglandem, et palmulam, et ficum Sabinam quanto citius promas, iucundiore vtare, quod vetustate ficus fit pallidior, palmula cariosior, nux aridior.

LXVIII. PENSILIA, vt [a] vuae, mala, et sorba [b], ipsa ostendunt, quando ad vsum oporteat promi: quod colore [c] mutato et contractu acinorum, si non demseris [d] ad edendum, ad abiiciendum descensurum [e] se minitantur. Sorbum [f] maturum mite conditum citius promi oportet: acerbum enim suspensum lentius est [g], quod prius domi maturitatem assequi vult, quam [h] nequit in arbore quam [i] mitescat.

LXIX. MESSVM far promendum hieme in pistrino ad torrendum, quod ad cibatum [a] expeditum esse velis. Quod ad sationem, tum promendum, cum segetes maturae

[C. LXVI.] a) *condire vis Ba-G.* b) *sic cel. condito vt promas Ba-G.* c) *condieris I. I-G.* d) *illas* omitt. *I. B. R. I. I.* e) *non Ba-G.* f) *recipientur Ba-G.* [C. LXVIII.] a) *aut Pol.* vterque. b) *sorua P.* c) *colorem P.* d) *demiseris I. I-G.* e) *descensura a. V.* f) *Sorua P.* g) *mitescit I. I-G.* h) *quod in arbore nequit I. B. R.* i) *vt inde promatur ad escam I. I-G.* [C. LXIX.] a) *cibarium a. V.*

66 OLEAS—SIC CELER) Quidam formis excusi libri ita habent. In aliis locus valde variatus, culpa tamen, vt puto, eorum, qui id commiserunt. nimis enim licenter a vetere scriptura discessere. In optimis, ab hac, quam hic adposuimus, hoc tantum mutatum inuenio, quod *Conderis*, in illis pro *Condideris*, legitur: verbo negligentia librarii imminuto, quod si postremam literam aduerbii *Sic*, sustuleris, ac *Si*, feceris, puto locum satis purgatum esse. VICTOR. Ex vestigiis veteris lectionis potest hic locus ita restitui: *oleas albas, quas condideris in vas, vt celeriter promas, nisi condieris, propter amaritudinem respuit palatum.* De verbo *nouas* fecimus *in vas*, quomodo supra locutus est Varro c. 64 *ac retrimentum conditum in vas fictile.* sit [*sic*] autem mutauimus in *vt*; quomodo infra c. 69 *antequam se commutent, vt celeriter promas.* VRS.

67 VETVSTATE FICVS FIT PALLIDIOR) h. e. situm trahit, qui saporem etiam corrumpit. Vid. Ind. v. *pallor.*

68 SI NON—MINITATVR) Ita V. C. Est autem τὸ *descensurum* verbum, quod Graeci ἀναφέρεσθαι vocant. Videndus Agellius 1, 7. VRS.

68 MATVRVM) Haec vox videtur abundare. Est enim glossema verbi *mite.* Nonius: *Mitis est maturus.* pro *lentius mitescit* in V. C. habetur *lentius est.* Verba vero *vt inde promatur ad escam*, videntur adiecta. VRSIN. *Maturum* esse glossema verbi *mitis* patet ex illo Virgilii: *sunt nobis mitia poma*; et Petronii *mitia sorba Inter odoratas pendebant texta coronas.* POPMA. De illa constructione, *descensurum se minitantur* Perizonius agit ad Sanctii Min. p. 106.

68 QVAM NEQVIT—ESCAM) Vetus lectio: *Quam nequit in arbore, quam mitescat.* VICTOR. *Quam nequit in arbore quam mitescat.* Vetus lectio haec vt tradidit Victorius: noua magis improbanda, *quam nequit in arbore vt inde promatur ad escam.* Haec ab Iensonio [hic tamen non *quam*, sed *quod* posuit] ab Aldo, Iunta, Gymnico traditur. Vetus sic emendari potest: *quam nequit in arbore quin mitescat*, siue quod nequit in arbore. Sorba enim si in arbore relinquantur, non solum matura fiunt, sed etiam mitia, propter quod maturitatem assequi nequeunt, quin mitescant. Quare praecepit Pallad. 2, 15 vt duriora ex arbore legerentur: *Lecta* (sorba) *duriora ac posita, vbi mitescere coeperint, fictilibus vsque ad plenum claudantur vrceolis.* PONT. Vehementer placet viri doctissimi sententia, inter *matura* sorba et *mitia* distinguentis. *Matura* sunt, cum incrementa iusta habent, et colorem eum, qui significet, satis a sole cocta esse. *Mitia* deinde fiunt h. e. mollia; quod facilius contingit, cum ad summum vsque maturitatis gradum in arbore pependerunt. Ne igitur nimis cito mollia fiant [*mitia*, qui proximus ad putrefactionem gradus est, aliquantum acerba de arbore sunt sumenda. Constabit autem sententia, etiam si legas, *quam mitescat*; refertur enim τὸ *quam* ad *prius* quod praecedit.

69, 1 AD TORRENDVM) Videndus Seruius in versum Virgilii: *Et torrere parant flammis, et frangere saxo.* VRSIN.

maturae sunt ad accipiendum. Item quae pertinent ad sationem, suo quoque [b] tempore promenda. Quae vendenda, videndum, quae quoque [b] tempore oporteat promi. alia enim, quae [c] manere non possunt, ante quam se commutent, vt [d] celeriter promas, ac vendas: alia [e] quae seruari possunt, vt tum vendas, cum caritas est. saepe enim diutius seruata non modo vsuram adiiciunt; sed etiam fructum duplicant, si
2 tempore promas. Cum haec diceret STOLO [f], venit libertus aeditumi ad nos flens, et rogat vt ignoscamus quod simus [g] retenti [h], et vt ei in funus postridie prodeamus. Omnes consurgimus, ac simul exclamamus, quid? in funus? quod funus? quid est factum? Ille flens narrat, ab [i] nescio quo percussum cultello concidisse, quem qui esset, animaduertere in turba non potuisse, sed tantummodo exaudisse vocem,
3 perperam fecisse. Ipse, cum patronum domum sustulisset, et pueros dimisisset [k] vt medicum requirerent, ac mature adducerent; quod potius illud administrasset, quam ad nos venisset, aequum esse sibi ignosci. Nec si eum seruare non potuisset, quin non multo post animam efflaret, tamen putare [l] se fecisse recte. Non [m] moleste ferentes descendimus de aede, et de casu humano magis querentes, quam admirantes [n] id Romae factum, discedimus [o] omnes.

b) *quoquo I. B. R.* c) *quo P. Iunt.* d) *vt* abest *Herv.* e) *quae dimisisset* inf. *H. A. Gr. G.* f) *Stolo* deest *I. B. R.* g) *sumus a V.* h) *detenti I. B. R.* i) *ab* abest *I. B. R.* k) *dimisisset I. B. R. I. I. demiss. al.* l) *putaret I. B. R.* m) *I. non B. Id non I. B. R. Id nos I. I - G.* o) *mirantes I. B. R.* p) *descendimus omne B. R.*

69, 2 IN FVNVS POSTRIDIE) Ita dixit Terent. Adelph. *Egomet quoque eius causa in funus prodeo.* IDEM.

69, 2 PERPERAM) i. e. h. l. per errorem. Paulus 3, tit. 9 *Prolatis codicillis vel alio testamento, quibus ademptum est legatum, vel certe recisum perperam solum repetunt.* IDEM.

69, 3 NEC SI EVM SERVARE NON POTVISSET) Duae negationes pro vna, Graecanice: quod et frequentissimum est apud Plautum. Apud Terentium, *Faciunt ne intelligendo vt nihil intelligant.* Ita enim interpretandus est ille versus, in quo frustra comminiscitur vir doctissimus nescio quas interrogationes, et *nae* pro *ne*. Quod sequitur, *discedimus omnes* est pro discessimus. Ita saepe apud Plautum *accepimus* perperam pro *Accedimus:* praeteritum a praesenti, vt diximus. Sic Vlpianus dixit *tollisse*, a *tollo:* sic Tibullus, *Atteruisse*, ab *attero*, non *attriuisse*. Sic Sallustius, *occanuere*, ab *occano*. SCALIGER.

69, 3 ID NOS MOLESTE FERENTES) Haec erat peruulgata lectio, quae si veterem contra se non haberet, facile locum suum tueretur: nunc illa repugnans omnia confundit. in manu enim scriptis, *Non moleste ferentes* legitur. Accommodata autem hic etiam vetus esse potest, et fortasse verior est, *Non moleste ferentes*, scilicet, nos esse retentos. ita enim plene sermoni liberti responsum fuerit. Poscebat enim veniam sibi dari, quod in magno patroni negotio occupatus, ad illos, vt debebat, non venisset: statim omni timore illo liberato, de infelici conditione hominum, quae tot casibus exposita esset, loqui inter se coeperunt. Est tamen hic etiam illud quod saepe nos molestos habuit: L. enim ante hanc partem in contextu sermonis constituta est. Praeterea mendi nota hic in margine adposita. VICTOR. De illo L, cruce Victorii, v. Scal. ad 1, 59, 2.

69, 3 DISCEDIMVS) Videtur hoc verbum positum pro *discessimus*, vt in Pandectis Florentinis, *decederit*, pro *decesserit*. VRSIN.

M. TE-

M. TERENTII VARRONIS
RERVM RVSTICARVM
DE RE PECVARIA

LIBER II.

VIRI magni nostri maiores non sine causa praeponebant rusticos Romanos vrbanis.
vt ruri enim, qui in villa viuunt ignauiores [a], quam qui in agro versantur
in aliquo opere faciundo: sic qui in oppido sederent, quam qui rura colerent,
desidiosiores [b] putabant. Itaque annum ita diuiserunt, vt nonis modo diebus vrbanas
res vsurparent, reliquis VII vt rura colerent. Quod dum seruauerunt institutum, 2
vtrumque sunt consecuti, vt et cultura agros foecundissimos haberent, et ipsi valetu-
dine firmiores essent: ac ne Graecorum vrbana desiderarent gymnasia, quae nunc
vix satis singula sunt: nec putant se habere villam, si [c] non multis vocabulis retineant
Graecis, quum [d] vocent particulatim loca, *προκοιτῶνα* [e], *παλαίστραν*, *ἀποδυτήριον*, *περί-
στυλον* [f], *ὀρνιθῶνα* [g], *περιστερῶνα* [h], *ὀπωροθήκην*. Igitur quod nunc intra murum fere 3
patres familiae correpserunt relictis falce et aratro, et manus mouere maluerunt in
theatro

VARIETAS LECTIONIS.

a) *ignianiore Ienss. ignianiores P.* b) *desidiores Ienss.* c) *nisi mult. I. I-G.* d) *quin I. I-G.* e) *procoeconam I. B. R. procoectona P.* f) *perystilon I. B. R. pristylon P.* g) *ornysona I. B. R.* h) *peristereon I. B. R. peripteron P. 1. peripetron Pol. 2.*

1 PRAEPON. RVSTICOS) Vid. Col. 1 praef. 17.

1 VT RVRI ENIM) Multa hic adiecta sunt ab expositoribus, vt ex praefatione Columellae coniicitur, ex qua totus hic locus ita videtur legendus: *Vt enim, qui in villa viuerent, ignauiores, quam qui in agro versarentur: sic qui in oppido sederent, quam qui rura colerent, desidiosiores etc.* VRSIN.

1 NONIS MODO DIEBVS) Hae erant nundinae, de quibus Erycius Puteanus in peculiari de nundinis Romanorum libello it. Gutherius de officiis domus Aug. 1, 13. SCHOETTG.

1 RELIQVIS SEPTEM) Vox *septem* petita videtur ex margine, nec eam habet Columella, qui hanc Varronis praefationem paene *αὐτολεξεὶ* est imitatus. VRSIN. *Septem* dies inter binas nundinas fuisse interiectas satis apparet, v. g. ex Kalendario, quod ex Marmore Maffeiano descriptum primus edidit Manuccius, vbi octo prima elementa ab A et H signandis nundinis in orbem eunt. Ita nos octo dies dicimus ab vno, v. g. die solis ad alterum, inter quos *sex*, vt hic inter *nundinas septem* interiecti sunt. Sed v. omnino Selden. I. N. III, 15.

2 VT ET AGROS) *Vt et agros fecundissimos haberent, et ipsi firmiores essent.* Ita videtur legendum, omissis verbis *cultura* et *valetudine*, quae expositorum glossulae sunt. VRSIN.

2 VOCAB. RETINEANT GR.) Cogitabam, commodiusne legeretur *retinniat*, pro resonet, ipsa voce acutum aliquid et feriens aures indicante.

2 Προκοιτῶνα) Locum ante cubiculum, in quo plerumque serui degebant. Talis quoque fuit in Laurentina Plinii villa, sicut ipse testatur ep. 2, 17, 10. *Post hanc* coenationem *cubiculum cum procoetone, altitudine aestiuum, munimentis hibernum.* SCHOETTG.

2 Ἀποδυτήριον) Locum, vbi in balnea, vel palaestram ingressuri, vestes deponebant. Plin. ep. 5, 6, 25 *Inde apodyterium balinei laxum et hilare.* Vide Greenium de rusticatione et villis vet. 2, 7. p. 281. Latini vocant *Spoliarium.* Glossae Graecolatinae apud Barthium 47, 19 Ἀποδυτήριον, *spoliarium.* Glossae Isidori: *Spoliaria exteriores balneorum cellulae.* Inscriptio apud Gruterum p. CCCCLXXXIX, 12 ETIAM. GLADIATORIVM. ET. SPOLIAR. SOLO. EMPTO. SVA. PECVNIA. EXTRVCTVM. PVBLICE. OPTVLERIT. Confer Lipsium Saturnal. 1, 18. P. Fabrum Semestr. 2, 11. *Spoliare* enim et *exspoliare* est vestes exuere, qua notione occurrit apud Abdiam Babylonium 3, 40. et in Actis S. Martinae c. 19 apud Bollandum Tom. 1. Ian. p. 19. IDEM.

3 MANVS MOVERE MAL.) Vid. ad Colum. 1. pr. 15.

theatro ac circo, quam in [i] segetibus ac vinetis [k], frumentum locamus, qui nobis ad-
vehat, qui [l] saturi fiamus ex Africa [m], et Sardinia: et nauibus vindemiam condimus [n]
4 ex insula Coa [o], et Chia. Itaque in qua terra culturam agri docuerunt pastores pro-
geniem suam, qui condiderunt vrbem, ibi contra progenies eorum, propter auaritiam,
contra leges, ex segetibus fecit prata, ignorantes non idem esse agriculturam, et pa-
stionem. alius enim opilio, et [p] arator: nec si possit [q] in agro pasci, armentarius non
aliud ac bubulcus. Armentum enim id, quod in agro natum non creat, sed tollit
dentibus. contra, bos domitus causa fit, vt commodius nascatur frumentum in segete,
5 et pabulum in nouali. Alia, *inquam*, ratio ac scientia coloni, alia pastoris. coloni, vt [r]
ea [s] quae in agricultura nascantur [t] e terra, fructum faciant. contra pastoris, vt [u] ea
quae nata ex pecore. quarum [x] quoniam [y] societas [z] inter se magna, propterea quod
pabulum

i) *in* deest *Heru.* k) *vinetis. Ac frum. I.B.R.* l) *qui saturi - - - vindemiam condimus* desunt *I.B.R.* m) *aphryca P.* n) *condamus P.* o) *cea I.B.R.* p) *et alius ar. I.B.R.Ba-G.* q) *possunt I.B.R.* r) *vt* omitt. *P.I.B.R.* s) *aeque agr. P.* t) *factum vt nascerentur e terra. Contra P.I.B.R,* u) *vt* deest *I.B.R.* x) *Quare I.I-G.* y) *quoniam* deest *I.B.R.* z) *consocietas I.B.R.*

3 EX INSVLA COA) V.C. *Cea.* VRSIN. *Coum vinum* in deliciis fuit veteribus, et inde quoque inter lautiora vina recensetur a Plauto Poenul. 3, 3, 86 *Vbi tu Leucadio, Lesbio, Thasio, Coo, vetustate vino edentulo aetatem inriges.* Moris erat etiam per imitationem et mixtionem ex Italico vino Coum facere, de quo Cat. 112 et Plin. 14, 8. Dicebatur autem a Co insula ad Cariam sita, Mela 2, 7, 32. Vide copiose Salmasium ad Solinum c. 7. p. 101, 102. SCHOETTG.

4 CVLTVRAM AGRI DOCVERVNT) Quibus si *Dii* immisceatur, sententia cognitu facilior habebitur: *Itaque in qua terra culturam agri Dii docuerunt pastores, progeniem suam,* quae Columella lib. 1. hoc modo imitatus est: *Itaque in hoc Latio et Saturnia terra, vbi Dii cultus agrorum progeniem suam docuerunt.* PONTED.

4 PASTORES) Nam primi Romanae vrbis incolae colluuies erant vtplurimum ex pastoribus profugis collecta. Hinc Iuuenalis Sat. 8, 275. *Maiorum primus quisquis fuit ille tuorum, Aut pastor fuit, aut illud, quod dicere nolo.* IDEM. Vid. noster 2, 1, 9.

4 NEC SI POSSIT IN AGRO) Incisum, quod post *armentarius* erat, transposui. Sententia haec est. Quanquam in agro pasci potest, tamen *armentarius* aliud est, ac *bubulcus.* Nimirum ille pascendi tantum causa habetur; et *armenta* dicuntur Varroni de L. L. 4. p. 25 v. 25 quasi *aramenta,* non quae adhibentur ipsa *ad arandum,* sed vnde *eliguntur ad arandum: bubulcus* autem inter arandum boues gubernat, quod v. g. Col. 1, 9, 2, et 2, 13, 1 apparet. Sed ipse Varro hic etiam, *bouem* et *armentum* satis distinguit.

4 NON CREAT) Videtur legendum *non colit.* et paulo post legendum: *bos domitus causa vt,* sine verbo *fit.* VRSINVS. Nulla idonea mutandi causa est. Vsus verbo *creare* eadem fere ratione est elegantissimus Columella, quod Index noster docet.

5 COLONI, VT EA QVAE) Receptam lectionem retinui. nunc veterem hic adponam, quae a communi valde diuersa est, pessime tamen et illa accepta. quod etiam diligens librarius cognouit: notam enim mendi ad eam adposuit, *Coloni aequae agricultura factum vt nascerentur e terra contra pastoris ea, quae nata ex pecore quarum, etc.* Statuent nunc studiosi peruulgatane lectio probari debeat, an pro desperato hic locus haberi. VICTOR. Non video cur hanc interpolatam lectionem veteris scripturae integritati praeponamus. Sic enim legi in illa nobis indicat P. Victorius: *Coloni aeque agricultura factum vt nascerentur e terra: contra pastoris ea quae nata ex pecore.* Aequus, inquit, vtrique labor. Colonus satagit ex terra fructus percipere: pastores ex pecore. SCALIGER. Videtur legendum *nascuntur* pro *nascantur.* VRSIN. Coloni scientia, inquit, quae agricultura dicitur, factum vt fructus nascerentur e terra: contra pastoris, ea quae nata ex pecore, vt fructum faciant: ille e terra, hic ex pecore fructus percipit. Columella lib. VI. *Quasi sit agricolae contrarium pastoris propositum, cum ille maxime subacto et puro solo gaudeat, hic nouali, graminosoque: ille fructum e terra speret, hic e pecore.* Mox infra videtur legendum: *aeque De re pecuaria;* vel *ea quae De.* POPMA. Ab his vetusta discrepant: *Coloni ea, quae in agricultura factum, vt nascerentur e terra: contra pastoris ea, quae nata ex pecore.* Quae quamuis vtraque vitiosa, facilius tamen medicam manum admittunt: *Coloni ea, quae in agricultura faciunt, vt sperentur, siue sperarentur, e terra: contra pastoris.* Quam sententiam paucioribus lib. 6 praefat. complectitur Columella: *ille* (agricola) *fructum e terra speret: hic* (pastor) *e pecore.* PONTED.

5 CONTRA PASTORIS, VT EA, QVAE NATA EX PECORE) Tollantur scilicet. Coloni enim ratio est, vt ea, quae in agro sata sunt,
cultura

pabulum in fundo compafcere [a], quam vendere plerumque magis expedit domino fundi; et ftercoratio ad fructus terreftres aptiffima [b], et maxime ad id pecus [c] appofitum: qui habet praedium, habere vtramque [d] debet difciplinam, et agriculturae [e], et pecoris pafcendi, et etiam villaticae [f] paftionis. Ex ea enim quoque fructus tolli poffunt non mediocres, ex ornithonibus, ac leporariis, et pifcinis. E queis quoniam 6
de agricultura librum Fundaniae vxori propter eius fundum feci: tibi Niger Turrani [g] nofter, qui vehementer delectaris pecore, propterea quod te emturientem in campos Macros ad mercatum adducunt crebro pedes, quo facilius fumtibus multa pofcentibus miniftres, quod eo facilius faciam, quod et ipfe pecuarias habui grandes, in Appulia ouiarias, et in [h] Reatino equarias: [Qua] de re pecuaria breuiter ac fum- 7
matim percurram, et [i] fermonibus noftris collatis cum iis, qui pecuarias habuerunt in Epeiro magnas, tum cum piratico bello inter Delum et Siciliam Graeciae claffibus praeeffem, incipiam hinc.

Cap. I. CVM [a] Menates [b] difceffiffet, COSSINIVS mihi, Nos [c] te non dimittemus

a) *compefcere Heru.* b) *apt. eft, max. fi ad I. I-G.* c) *fit* inf. *I. I-G.* d) *vtrumque debet: P. I. B. R.* e) *agriculturam P.* f) *villaticae Heru.* g) *Turanni a. V.* h) *in* omitt. *I. B. R. Ba-G.* i) *ex* alii praeter *I. B. R.* [Cap. I.] a) In antiquo fic extat: HIC INTERMISIMVS. *Cum Pol.* b) *Mennas Ba-G.* c) *nofte* iunct. *Pol.* 2. *noffe P.* 1. *ignofce I.B.R.I.I.*

cultura nafcantur e terra, quo fructum faciant. contra paftoris, vt quae nata funt, pafcant pecora. VRSINVS.

6 PROPTEREA) Haec verba vfque ad *equarias* funt femicirculis includenda, (*propterea - - equarias*) poft quod verbum videtur abundare illud *Qua*, et legendum effe, *de re pecuaria* etc. IDEM. Nimirum oratio duplici parenthefi intercifa ita videtur cohaerere Vrfino: *Quoniam de agricultura librum Fundaniae - - feci: tibi Niger - - quod - - facilius faciam - - de re pecuaria - - percurram* etc. Et poteft fane locus vel corruptus vel mutilus hac ratione vtcunque fanari. Qua de caufa parenthefeos etiam notam apponere non dubitauimus.

6 IN CAMPOS MACROS) Dicuntur et *Campi Macrae.* Strabo l. V. Μεταξὺ δὲ Λούνης καὶ Πίσης τὸ Μάκρας ἐστὶ χωρίον, ᾧ πέρατι τῆς Τυῤῥηνίας καὶ τῆς Λιγυστικῆς κέχρηνται τῶν συγγραφέων πολλοί. Ibi etiam hodieque vberrimus quaeftus ex pecuaria copia, eoque nomine nundinae celeberrimae. Celebratur etiam a Plinio et Martiali ingens cafeus Lunenfis, argumentum et ipfum fertilitatis pecuariae. SCALIG. Colum. 7, 2 *Circa Parmam et Mutinam Macris ftabulantur campis etc.* pro eo, quod vulgo habetur, *Siciliam*, ex hiftoria legendum *Ciliciam*, et pro *Graeciae*, fortaffe rectius legeretur *Cnei.* Plin. 3, 11 et alii. Sed forte Varro id tacuit, ne Auguftum offenderet, quo imperante fcripfit hos libros. VRSIN. Nimirum Macra, ὁ Μάκρας Straboni Liguriae fluuius, ad quem Luna oppidum, de quo Plin. 3, 5 f. 7 et 8.

6 ADDVCVNT CREBRO PEDES) Nempe non equo aut iunctis iumentis eo ibat, fed pedibus. Plin. 7, 5, 1 ad hanc formulam refpicit: *ad diaetam tuam ipfi me, vt veriffime dicam, pedes ducunt*; eamque detorquet.

7 QVA DE RE PECVARIA) Omnes quos vidi codices confentiunt, quare temere aliquid variare hic nolui, nunc quid fufpicer, me poffe fine culpa proferre arbitror. Opinor, commutato ordine verborum *Quare de pecuaria*, legi debere, nec tamen ita meam fententiam amo, vt non doctiorum iudicia in hac re fequi malim. VICT. Ceterum tota oratio non fatis cohaeret. Cohaerebit, fi verba *de re pec. br. a. fummatim percurram* poft *miniftres* collocabuntur, et in parenthefi accipientur: *quod eo f. — equarias.* Perturbatio illa peperit *qua*.

7 ET SERMONIBVS NOSTRIS) Sine fraude, fpero, fuerit pro *ex*, quod habent aliae, ex I. B. R. repofuiffe *et*, atque interpuncti loco poft *praeeffem* pofuiffe incifum.

7 DELVM ET SICILIAM) Lege *Ciliciam.* In eo Piratico bello donatus eft a Pompeio nauali corona ipfe Varro. SCALIG.

Cap. 1, 1 CVM MAENATES DISCESSISSET) Ante hunc locum in optimo codice maioribus literis haec verba fcripta funt, HIC INTERMISIMVS. In cunctis etiam aliis manu fcriptis ita inueni. Quid illis fignificare librarius voluerit, affirmare non aufim. Vereor ne aliquid hic deeffe oftendant. nam initium mihi huius fermonis nimis abruptum videtur. VICT. Et fententia abrupta, et nota in veteri libro, de qua nos admonet P. Victorius, arguit hinc multa defiderari. SCALIG. Multa hic deeffe conicere poffumus vel ex eo, quod in VV. CC. ante haec verba librarii pofuerunt, HIC INTERMISIMVS. Quin ex ipfis quoque aliorum librorum praefa-

mittemus [d], inquit, ante [e] quam tria illa explicaris, quae coeperas nuper dicere, cum [f] sumus [g] interpellati. Quae tria, inquit MVRRIVS? An ea, quae mihi [h] heri dixisti de pastoricia [i] re? Ista [k], *inquit* [l] *ille*, quae coeperat [m] hic disserere, quae esset origo, quae dignitas, quae ars: cum Petam [n] fessum [o] visere venissemus, ni [p] medici [q] ad-
a ventus nos interrupisset [r]. Ego vero, *inquam*, dicam duntaxat, quod est *ἱστορικὸν* [s], de duabus rebus primis [t], quae accepi, de origine, et dignitate. de tertia parte, vbi est de arte, Scrofa suscipiet [u]: vt semigraecis pastoribus dicam Graece, - - - - *ὅσπέρ* [x] *μου πολλὸν ἀμείνων* [y]. Nam is magister C. [z] Lucilii [a] Hipri generi tui, cuius nobiles pecuariae

d) *demittemus P.* e) *te ante I. B. R.* f) *cum* deest *P.* g) *fuimus I. B. R. Ba-G.* h) *tria here dix. mihi I. B. R. here* quoque *P.* i) *pastoria a. V.* k) *Insta P. I. B. R.* l) *anquid P. 1.* m) *coeperas I. B. R.* n) *poetam P.* o) *fessum I. B. R. fesum P. 1. sensum P. 2.* p) *ne P. I. B. R.* q) *medica P. 2.* r) *inredisset P. irrepsisset I. B. R.* s) *historicon I. B. R.* t) *primum I. B. R.* u) *suscipiet: ἕς πὲς* etc. *vt semigraecis I. I-G.* x) Graeca verba absunt *I. B. R.* *ὅς πὲς* diuis. *I. I-G.* *ἕς ὅπὲς Zwing.* y) *ἀμείνων Iunit. ἀμῖνω P.* z) *Sc. P. est a. V.* a) *Luculli P. Ienss. Lucilli a. V.*

praefationibus id intelligere licet, et potissimum ex huius libri cap. 8 vbi apparet discessisse Maenatem, vt sacrificium pararet. nam sic in eo scriptum est: *Venit a Maenate libertus, qui dicat liba absoluta esse:* atque ex iis etiam, quae habentur cap. 5. *Cum Q. Lucienum alius salutasset, alius conuiciatus esset, qui tum sero venisset ad constitutum etc.* Hos autem sermones habitos fuisse Palilibus ex eodem cap. colligi potest. VRSIN. Nisi tamen affectauit Varro abruptum initium et epicos poetas hac sua actione imitari voluit. Nam ad ipsius tractationem argumenti nihil sane deest et quae in Mſ. Victorii leguntur, etiam aliorsum pertinere possunt: neque abhorrere ab ingenio Varronis eiusmodi ludus videtur, quo ostentauit forte doctrinae poeticae copiam. De discessu Maenatis est 2, 8, 1.

1, 1 CVM PETAM FESSVM) Maculosus hic locus in antiquis exemplaribus est, et in omnium optimo nota adposita, damnatus. Receptam hic etiam lectionem conseruaui: veterem nunc, cuiusmodi illa est, studiosis exponam. *Cum poetam fesum visere venissemus ne medici aduentus nos inredisset.* VICTOR. Si hunc locum sanum praestare velimus, reclamabit statim scripta lectio: *Cum poetam fesum visere venissemus, ne medici aduentus nos inredisset.* Nos ita: *Cum portam fesum vis e re venissemus, ni medici aduentus nos inretisset.* Vbi primum, *portam venissemus* pro, in portam venissemus. vt supra de oliuo: *Itaque dominum et balneas et gymnasium sequitur*, hoc est, in balneas, in gymnasium. *Sesum*, pro *fessum:* quia non geminabant literas. *Vis*, pro vix, ita saepius in veterum libris. Turpilius Lindia, *Profecto, vt quisque minime contentus fuit, Ita fortunatam vitam vixit maxume, Vti philosophi aiunt isti, quis vis sat est.* Pro, vix sat est. *E re venissemus*, hoc est, commodum venissemus. Ita et Plautus. Mens huius loci. Volo, inquit, mihi absoluas, quae hic inceperat dicere tunc, cum tandem commodum venissemus fessum ad portam, nisi medici aduentus nos quasi ad hanc disputationem currentes irretisset, ac retardasset. Nam *Peta*, quod hic legitur, non est nomen Romanum. SCALIG. Videtur legendum *Paetum*, quod est Papiriae familiae cognomen. *Fessum* autem dicit *κάμνοντα*, i. e. aegrum. Sic infra 3, 16 de apibus *regem fessum etc.* VRSIN. Emendo, *Cum proretam fessum*, M. Varro Graeciae classibus praefuit bello piratico, in quo rostratam coronam, tribuente Pompeio duce, primus meruit. Cum autem Classis inter Delum et Ciliciam consisteret, nondum cum piratis maritimo proelio commisso, tunc habiti doctissimi hi sermones de re pecuaria: quorum initium factum, cum ipse et familiares venissent visere proretam fessum, id est aegrum, vt lib. III. *Regem suum sequuntur quocunque it, et fessum sublevant.* Liuius lib. XLVII. *Fessi morbis ac longitudine viae.* Plinius lib. VIII. de elephantis. *Visique sunt fessi aegritudine. Proreta*, nauis prorae praefectus est, qui ventos captat, et maris latentes scopulos, ne nauis eis illidatur, explorat. Plautus Rudente, *si tu isti naui proreta es, ego gubernator ero.* Paulus lib. V. sentent. *Quod si absente domino id a magistro vel proreta nautaue aliquo factum sit.* POPMA.

1, 1 INTERRVPISSET) Cum in VV. CC. sit *inrediisset*, fortasse legendum erit *impedisset.* VRSINVS. Quod saepiuscule nobis vsu venit, illud et hic accidit, vt eadem annotaremus, quae postea ab Vrsino vel ipso Scaligero occupata vidimus, quod annotare frustra esset ad gloriolam, cum penes lectorem sit, vel habere fidem nobis vel denegare. Sed interdum tamen non dissimulamus, si forte eo facilius probari tales coniecturae possint. Vt hic de *impedisset* plane idem mihi videbatur, quod Vrsino. *Fessum* pro aegroto dixit etiam noster 1, 13, 1.

1, 2 VBI EST) Videtur legendum *quae est.* VRSIN.

1, 2 HIPRI) V. C. *Hirpi.* Festus, *Irpini*, inquit, *appellati nomine lupi, quem Irpum dicunt Samnites, eum enim secuti ducem, agros occupauere.* Strabo 5. Postea legendum: *Vt vos, qui estis Epirotici*

pecuariae in Brutiis habentur. Sed haec[b] ita a nobis accipietis, inquit SCROFA, vt vos, qui estis[c] Epirotici[d], pecuarii[e] athletae, remuneremini nos, ac quae scitis, proferatis in medium. NEMO enim omnia potest scire. Cum accepissem conditio- 3
nem, vt[f] meae partes essent primae, (non quo non ego pecuarias in Italia habeam, sed NON omnes qui habent citharam, sunt citharoedi.) Igitur, *inquam*, et homines et pecua[g] cum semper fuisse sit necesse natura, (siue enim aliquod fuit principium generandi animalium, vt putauit Thales Milesius, et Zeno Cittieus[h]: siue contra principium horum extitit nullum, vt credidit Pythagoras Samius, et Aristoteles[k] Stagerites

b) *hoc I.B.R.* c) *aestis H.A.Gr.G. esus Pol.* 2. d) *epitrotici Gr.G.* e) *thietate remine reminice.- Haec quae scitis a.V.* quibus verbis praepositum erat stellae signum in *I.I-G. thiete remuneremini etc. P.* 1. *pecuaria thietate P.* 2. f) *et P.* g) *pecu P. pecus I.B.R. pecudes I.I-G.* h) *Cythieus I.B.R. Ba-G. Cytheius Iunt. cytieus Pol.* k) *Aristotiles B.R.*

rotici athletae, remuneremini me, et, quae scitis, proferatis in medium. Dixit enim *Epirotici athletae*, pro *valentes pecuarii.* IDEM. Forte *Hirpi*, vt *Hirpiae* familiae in Faliscorum agro, haud procul vrbe Roma; de quibus admirandum refert Plinius lib. VII, sacrificio annuo quod fiebat Apollini ad montem Soractem, super ambustam ligni struem solitos ambulare, nec aduri. Sed Luciliae gentis multae a scriptoribus familiae nominantur, vt Balborum, Bassorum, Capitonum, Longorum: Hirporum autem vel Hiprorum, solus Varro quod sciam, meminit. Illustriores Hirpini in gente Quintia, et Fuluia; ex qua fuit Fuluius Hirpinus, viuariorum magnificentia celebratus. POPMA.

1, 2 QVI ESTIS EPIROTICI PECVARII) Auxilio fidelissimi codicis hic locus, turpiter in excusis diuulsus ac foedatus, restituitur. Ne quis autem me addidisse aliquid aut distorsisse putet, veterem scripturam adducam, *Qui estis pecuriathietae remune reminimos ac, etc.* Quam possit sine vllo periculo ita corrigi, facile omnes videre arbitror. vna tantum in parte industria opus fuit, vt ex *Athietae, Athletae* fieret. Maxime autem me confirmauit, quod animaduerti alibi id verbum idem vitium habere, quod in excusis integrum erat. nam in eodem exemplari ita locus ille tertii libri legitur, [3,5,8] *Nos athietae comitiorum, etc.* pro *Athletae.* Hoc autem et vitiosae scripturae et locutionis Varroni familiaris aptissimum exemplum est, qui libenter hoc vocabulum *Athleta* ad alias res transferret. Sed haec antea mendosissima, omni nunc macula carent, et aperta sunt: quare ad alia veniamus. VICTOR. Ex vetusta scriptura: *qui estis pecuriathietae remune reminimos* haec Victorius emendauit. Sed qua ratione ex illo *pecuri, epirotici pecuarii* induxit? In veteribus excusis libris habemus: *Qui estis epirotici thietate remine reminice.* In quibus pro *pecuarii, epirotici.* Mihi satis videtur scribere: *Qui estis pecuris* (vel *pecuarii*) *athletae remuneremini nos*; neque enim Varro qui primus loquitur: *cum accepissem conditionem, vt meae partes essent primae*, Epiroticum se fingit; neque Scrofa, qui subinde concludens de reliquis et potissimum de Attico, qui in Epiro pecuarias magnas habebat, ait: *Nunc rursus vos reddite nobis o Epeirotae.* PONTED.

1, 2 AC QVAE SCITIS PROFERATIS IN MEDIVM) Elegantissimus modus loquendi, et quo saepe etiam Cicero vsus est: ipsum autem aut a Graecis latini scriptores acceperunt, aut natura duce eandem sententiam eadem figura protulerunt. Xenophon certe ita in Symposio locutus est, vt M. Varro ab ipso hunc sermonem expressisse videatur. *Καὶ ἐνδείξω γε, ἔφη, ἐὰν καὶ ὑμεῖς ἅπαντες εἰς μέσον φέρητε ὅ, τι ἕκαστος ἐπίστασθε ἀγαθόν.* VICTORIVS.

1, 3 CVM ACCEPISSEM) Placeret magis *accepissent.* VRSIN.

1, 3 VT MEAE PARTES) Varro dicit, se accepisse conditionem (vel, si Vrsini coniectura vera sit, accepisse reliquos conditionem) vt de eo solum, quod est *ἱστορικόν*, ipse diceret, quae pars libris tantummodo eget et memoria, non ea causa, quo non et ipse pecuarias in Italia habeat, quae res videatur ipsi facultatem dare etiam de arte dicendi, sed etc. Illud *igitur* notat reditum a parenthesi, cuius signum lectorum quorundam causa appositum, aequi consulent, qui eo opus non habebant.

1, 3 ET HOMINES, ET PECVA) *Pecua* habent antiqui libri, non *pecudes*: id autem veteres crebro vsurpabant: nec se ab eo verbo abstinuit etiam Cicero, quemadmodum testimonio Nonii interpretis comperimus. is enim super illo Vergilii, *Mitte in Venerem pecuaria primus*: inquit: nam *Pecua*, vt ait in Pompeiana Cicero, ab eo quod est *pecu* venit, vt a *genu genua.* Intelligit autem locum illum, qui nunc mendose in cunctis impressis legitur, *Etiam si irruptio facta nulla sit, tamen pecora relinquuntur.* VICT.

1, 3 NATVRA, SIVE ENIM) Videtur legendum, *Nam siue aliquod fuit principium* etc. ex *nam* factum fuit a librariis *natura*, et deinde parenthesis adiecta. p. p. *humanam vitam -- ascendisse.* VRSIN.

1,3 CVM

Stagerites [l]) necesse est humanae vitae [m] a summa memoria [n] gradatim descendisse
4 ad hanc aetatem, vt scribit Dicaearchus: et summum gradum fuisse naturalem, cum viuerent homines ex iis rebus [o], quae inuiolata vltro ferret terra: ex [p] hac vita in secundam descendisse pastoriciam, e feris atque agrestibus, vt ex [q] arboribus ac virgultis [r] decerpendo glandem, arbutum [s], mora, pomaque [t] colligerent ad vsum; sic ex animalibus, cum [u] propter eandem vtilitatem quae possent [x] siluestria deprehenderent, ac concluderent, et mansuescerent. In queis primum non sine causa putant oues assumtas, et propter vtilitatem, et propter placiditatem. maxime enim hae [y] natura quietae, et aptissimae ad vitam hominum. ad cibum enim lacte [z] et caseum
5 adhibitum, ad corpus vestitum et pelles attulerunt. Tertio denique gradu a vita pastorali

l) *Stagirites B. R. I. I-G. H. St-D.* m) *humanam vitam* Cr. n) *ad summam memoriam I. B. R. ad summam memoria P.* 1. *a summam memoriam P.* 2. o) *rebus* deest marg. *D.* p) *et ex Ba-G.* q) *ex* deest *I. B. R.* r) *ac* repet. *I. B. R.* s) *arbustum I. B. R.* t) *poma I. B. R.* u) *mox* Cr. x) *possunt I. B. R.* y) *hae natura* omitt. *I. B. R.* z) *lac I. B. R. Ba-G.*

1, 3 CVM VIVERENT) Totus hic locus ita legendus: *Cum viuerent -- iis, quae -- terra, et ex hoc in secundum descendisse, cum e feris a. agr. arboribus -- sic animalibus* etc. Caetera videntur adiecta ab expositoribus. VRSIN.

1, 3 EX IIS REBVS, QVAE) Vide quae diximus ad 1, 1, 11. Caeterum hic laudauerat Buchnerus Porphyrium περὶ ἀποχ. p. 344. seq.

1, 4 E FERIS ATQVE AGRESTIBVS, VT EX) Hunc locum, vnum sane difficillimorum Varronis feliciter emendasse videtur Io. Fr. Gronouius, vt refert I. G. Graeuius in lectt. Hesiod. ad vs. 115 pro *colligerent* nimirum legit *collegerant*, et pro *mansuescerent*, *mansuefacerent*: deinde τοῦ *cum* intellectu et constructione ad initia retrahit, quasi esset: *Cum e feris atque agrestibus, vt -- collegerant, -- sic ex animalibus propter eand. vtil. -- mansuefacerent.* Ita omnia inter se apta sunt, nec insoliti quidquam relinquitur, nisi quod τὸ *cum* paulo reseruata diutius aliquid obscuritatis orationi offudit, quam tamen traiectionem Varroni non insolitam esse, obseruatum iam est a Scaligero ad 2, 2, 14. add. 2, 9, 5. *Collegerant* mutasse videtur aliquis, qui *vt* putaret causalem esse; altera illa verbi *mansuescerent* mutatio in *mansuefacerent* forte ne necessaria quidem est, siquidem reliqua ex *suesco* composita transitiue et ἐνεργητικῶς vsurpantur, quod de *consuesco* et *insuesco* vel Index noster docere potest: *mansuesco* autem propter hunc ipsum Varronis locum inter neutra actiue posita retulit Sanctius, non inuito, tacente certe, Perizonio, 3, 3 p. 355. Ante quam in Gronouianam obseruationem inciderem, videbatur constitui hic locus posse, si dicamus duplicem esse τοῦ *vt* rationem, causalem vnam, alteram comparandi, vt vna complecteretur vtramque vim, quasi scriptum esset, *vt sicut*: quod si admittere fas sit, nulla alia mutatione opus fuerit. Erat enim vnus alterque Columellae, ipsiusque adeo Ciceronis locus, in quo similiter τὸ *vt* hanc duplicem quasi personam videbatur sustinere, nimirum Col. 7, 3, 20 vbi vid. et 11, 2, 47. Sed video, quid dici possit.

1, 4 DECERPENDO GLANDEM) In vetustissimo *decarpendo*, eadem ratione, qua ante ostendimus, semper *Aspargo* et *Consporgo* in eo scriptum esse: et apud Catonem etiam hoc ipsum verbum *decarpo*, contra nostrorum temporum consuetudinem. VICTOR.

1, 4 HAE NATVRAE) Hae voces videntur additae σχολιαστικῶς. VRSIN.

1, 4 AD CIBVM ENIM LACTE, ET CASEVM) Sunt excusi etiam libri, in quibus ita legatur: nam in aliis, *Lac*, mendose legitur. haec enim vetus est scriptura. Et indicio Nonii et aliorum grammaticorum cognoscimus, M. Varronem alias ita locutum esse: vt Andabatis, *Candidum lacte papilla cum fluit.* VICTOR. Delenda vox *adhibitum*, quae irrepsit ex margine. Videndus Colum. 7, 2 scribendum autem videtur *lacte*, non *lac*, quomodo Varronis aetate scribebant. VRSIN. Ad corpus etiam lac et caseus pertinet, cibo enim alitur corpus, vestibus tegitur. Praeterea pelles vestimenta sunt. Quare si quis delendum τὸ *corpus* ostenderet, fieret, vt cibus ad vestitum responderet, et vtrumque ad corpus spectaret. Cum autem non solum pellibus verum etiam lana vti soleamus, (vt idem docet Varro, c. 11 *vt fructum ouis e lana ad vestimentum*) *lana* quoque esset addenda, ad hunc modum: *Ad cibum enim lacte et caseum adhibitum, ad vestitum lanam et pelles attulerunt.* Hoc probari potest ex Crescent. qui hunc Varronis locum sic L. 9 excerpsit. *Ad cibum enim lac et caseum competunt, ad vestitum vero pelles et lana.* Haec quae praecipiuntur de ouili grege commoda ita Colum. l. 7 c. 2 commemorat, *Nam id* (pecus ouile) *praecipue nos contra frigoris violentiam* (pellibus nimirum) *protegit corporibusque nostris liberaliora praebet velamina* (lanam videl.) *Tum etiam casei lactisque abundantia non solum agrestes saturat, sed etiam elegantium mensas iucundis et numerosis dapibus exornat.* PONT.

1, 5 A

pastorali ad agriculturam descenderunt. in qua ex duobus gradibus superioribus retinuerunt multa. et [a] quo descenderant, ibi processerunt longe, dum ad [b] nos perveniret. Etiam nunc in locis multis genera pecudum ferarum sunt aliquot, vt [c] in Phrygia ex ouibus, vbi greges videntur complures; vt in Samothrace caprarum, quas Latine rotas appellant. sunt enim † in Italia, circum Fiscellum [d] et Tetricam montes, multae. De suibus [e] nemini ignotum, nisi qui apros non putat [f] sues vocari. Boues perferi etiam nunc sunt multi in Dardania, et Media [g], et Thracia. Asini feri [h] in Phrygia, et Lycaonia [i]. Equi feri in Hispaniae [k] citerioris regionibus aliquot. Origo, quam dixi [l]: dignitas, quam dicam. De antiquis illustrissimus quisque pastor 6
erat, vt ostendit [m] Graeca et Latina lingua, et veteres poetae, qui alios vocant πολύαρνας [n], alios πολυμήλους [o], alios πολυβούτας [p], qui [q] ipsas pecudes propter caritatem aureas habuisse pelles tradiderunt [r], vt Argis Atreus, quam sibi Thyestem subduxe [s] queritur:

a) *etiam quae I. B. R. et in quae* Cr. b) *annus a. V. H. St-D. ad nos* Cr. c) *ab ouibus, vt in Phrygia I. B. R.* † forte *etiam.* d) *Fiscelium I. I-G.* e) *subus P.* f) *putant a. V.* g) *medica P.* h) *feri* deest *I. B. R.* i) *chaonia Ienss. lychaonia B. R. Licbaonia I. I-G.* k) *Hispania exteriore I. B. R. hispaniae exteriore P.* l) *dixi, et a. V.* m) *et* inf. *P.* n) *polyarnas I. B. R.* o) *polymelas I. B. R. polymelos P.* p) *polybutas I. B. R.* πολυβούτας *Iunt.* q) *quod P. I. I.* forte *quin.* r) *prodiderunt I. B. R.* s) *subduxisse a. V.*

1, 5 AVITA PASTORALI) Haec videntur adiecta. VRSINVS.

1, 5 DVM AD NOS PERVENIRET) Ita coniectura ductus emendaui. ante in excusis et manu scriptis, *Dum annus perueniret.* ex qua lectione nullum idoneum sensum elicere poteramus: ex hac autem (nisi fallor) egregium. Queritur occulte M. Varro de moribus sui temporis, quemadmodum etiam in prima huius libri parte. Cum enim vitam superiorum hominum explicasset, et quibus rebus illi vescerentur, docuisset, addidit in tertio gradu eos longe processisse, nec in primis agricolarum institutis mansisse, sed ad peiora semper delicatioraque venisse, donec huc, inquit, res deducta est. nam supra etiam, *A summa memoria gradatim descendisse ad hanc aetatem, donec ad nos peruenirent,* inquit: vt hoc in libro, cum de verre ageret, *Quoad perueniat ad lanium,* et in V de lingua Latina, *Hinc ad peculiis carnem peruentum est.* nec non in VIII, non longe ab initio, *Id non peruenit ad nos.* Qui nostram coniecturam non probabunt, sedulitatem fidemque vere accusare non poterunt. VICTORIVS.

1, 5 EX OVIBVS) Alias camelopardali ouium ferarum nomine venerunt Romanis, teste Plinio 5, 18 forte sicut elephanti boues Lucae. Feras autem oues ipsis in deliciis fuisse, docet Apicius Art. Coqu. 8, 4. SCHOETTG.

1, 5 QVAS LATINE ROTAS) Guilielmo Pelisserio Monspessuli Episcopo emendationis, quam statim Scaligeri et Vrsini verbis proferemus, gloriam vindicat TVRN. 4, 6. Sequor doctorum iudicium, qui πλατυκέρωτας legunt, *Quas Platycerotas vocant.* In vita Gordianorum vocantur *cerui palmati:* nam, vt inquit Plinius, in palmas digitosque eorum cornua sunt a natura facta. Falso Galli *damas* vocant. cum damae cornicula duo in aduersum adunca habeant, vt Rupicaprae in tergum. Damas Galli non norunt, nisi Vascones, qui ad Pyrenaeos habitant: easque Sarrios vocant: Rupicapras autem *Isardos.* Reliqui Galli vocant cum Italis *Camorzas,* vel *Chamois.* SCAL. Plin. 11, 3 *Aliorum cornua fixit in palmas, digitosque emisit ex iis, vnde platycerotas vocant.* Ex hoc loco fortasse apud Varronem *platycerotas* legi poterit. Isidorus 12, 1 *Capras a carpendis virgultis* etc. *nonnulli a crepitu crurum, vnde eas crepas vocitatas* etc. sic in V. C. pro *creas.* Vid. Festus in *Capras,* et Varro in hoc ipso libro cap. 2. VRSINVS.

1, 5 CIRCVM FISCELLVM ET TETRICAM MONTES) Antea in excusis mendose *Fiscellium.* veterem igitur scripturam reposui. nam in illo etiam loco huius in iisdem antiquis libris ita legitur, *In Sauratli Fiscello caprae ferae sunt.* apud Plinium etiam libro tertio capite XII, *E monte Fiscello labens iuxta Vacunae nemora.* VICTOR. *Tetrica* rupes non procul a Fiscello et vrbe Nursia ad fines Piceni sita. Meminit Silius Italicus 8, 417. *nec non habitata pruinis Nursia, et a Tetrica comitantur rupe cohortes.* SCHOETTGENIVS.

1, 5 ASINI IN PHRYGIA ET LYCAONIA. EQVI IN HISPANIA CITERIORE) Sic habet V. C. *feri* vox bis repetita, bis etiam abundat. VRS.

1, 6 Πολύαρνος) Ita Thyesten vocat Hom. Iliad. β, 106. vbi Eustathius: πολύαρνα δὲ τὸν Θυέστην εἰπεῖν ἔμφασιν ἔοικεν διδόναι τοῦ νοσφισμοῦ τῆς χρυσῆς ἀρνός. ἄλλως τοῦτο ἄλλως δηλοῖ τὸν πολυθρέμμονα, ὡς ἀπὸ μέρους τῶν ἀρνῶν. SCHOETTG.

1, 6 QVAM SIBI THYESTEM SVBDVXE QVERITVR) In antiquis libris imminuto verbo

queritur: vt [t] in Colchide Aeeta [u], ad cuius arietis pellem profecti regio genere dicuntur [x] Argonautae: vt in Libya [y] ad Hesperidas, vnde aurea mala, id est, secundum antiquam consuetudinem, capras et oues, [quas] Hercules ex Africa in Graeciam
7 exportauit. Ea enim sua voce Graeci [z] appellarunt μῆλα [a]. Nec multo secus nostri ab eadem voce, sed ab [b] alia litera [c]. vox earum non me, sed bee sonare videtur [d]. oues beelare [e] vocem efferentes: a [f] quo [g] belare [h] dicunt, extrita litera [i], vt in multis. Quod si apud antiquos non magnae dignitatis pecus esset, in caelo describendo astrologi non appellassent eorum vocabulis signa, quae non modo non dubitarunt ponere, sed etiam ab his principibus XII signa multi numerant: vt [k] ab ariete et tauro, cum ea praeponerent Apollini, et Herculi. ii enim dii ea sequuntur, sed [l] ap-
8 pellantur Gemini. Nec satis putarunt de XII signis sextam partem obtinere pecudum nomina, nisi adiecissent, vt quartam tenerent [m], capricornum [n]. Praeterea a pecuariis addiderunt capram, haedos, canes. An non etiam [o] item in mari terraque ab his regionum [p] notae? [a pecore] in mari, quod nominauerunt a capris Aegeum pelagus: ad Syriam montem Taurum: in Sabinis Canterium [q] montem:
9 Bosphorum [r] vnum Thracium, alterum Cimmerium. Nonne in terris multa, vt oppidum in Graecia ἵππιον [s] ἄργος? Denique [t] Italia a vitulis, vt scribit Piso. Romanorum

t) *et I. B. R.* u) *Oeta a. V.* except. *Herv. sic: aetum (aeaetam) Pol.* x) *dicunt Herv. ducuntur Ald.* y) *libro P.* z) *Graece P.* a) *mala I. B. R. mela P.* b) *ab* deest *I. B. R.* c) *litera bela vocarunt. Non enim me I. I-G.* d) *videntur oues I. I-G.* e) *beelare* abest *a. V. balare P.* 1. *belare P.* 2. f) *e P.* g) *post* inf. *a. V.* h) *balare I. B. R.* i) *e litera, vt fit in I. I-G.* k) *vt* abest *I. B. R.* l) *et I. I-G.* m) *teneret P. I. B. R.* n) *capricornus I. B. R.* o) *etiam* abest *I. B. R.* p) *regionibus I. B. R.* q) *cantherium P.* r) *Bosphorum* deest *P.* s) *hippionargos I. B. R.* t) *in* inf. *P.*

bo *Subduxe*, legitur. Apud Terentium quoque Adelphis hoc verbum κατὰ συγκοπὴν pronuntiatum fuit. *Non tu eum rus hinc modo produxe aibas?* Pacuuii versus, quibus fratrem accusat, et hanc iniuriam queritur, apud Ciceronem sunt in III de Natura deorum. VICTORIVS.

1,7 EA ENIM) Videtur legendum *eas enim a sua voce* etc. nam sequitur: *nostri ab eadem voce* etc. VRS.

1,7 VOX EARVM NON ME) Totum hunc locum e vetustis libris restitui. Laudat, qui vocem ouium secuti *belare* illas dixerunt. nam Graeci, qui a voce eas μῆλα appellarunt, non tam commode vocem earum expresserunt: non enim *me*, sed *be*, sonare videntur, inquit Varro. Nec tamen Graeci ignorabant, oues *be*, non *me*, sonare. Id intelligitur ex versiculo Cratini comici poetae, qui adducitur ab Eustathio in IX librum Iliadis. Eruditi ac copiosi interpretis verba haec sunt, εἰ δ᾽ αὐτοὶ φασιν ὁμοίως μιμητικῶς καὶ βὴ, οὐ μὴν βαὶ, μίμησιν προβάτων φωνῆς. Κρατῖνος, ὁ δ᾽ ἠλίθιος ὥσπερ πρόβατον βὴ λέγων βαδίζει. VICT.

1,7 OVES BEELARE) Aut *videntur* ἀπὸ τοῦ κοινοῦ repetendum; aut retrahendum ex his, quae sequuntur *dicunt*.

1,7 BELARE DICVNT) Videtur legendum *dictum*. Littera vero, quam extritam dicit, est alterum *e*. VRS.

1,7 MVLTI NVMERANT) Non omnes. Nam E. G. Aratus Phaen. 546 a cancro incipit. Obseruatum id iam fuit Victorio Var. Lect. 32, 20.

1,7 APOLLINI ET HERCVLI) Geminorum nomina communissime traduntur esse Castor et Pollux. Sed Hyginus Poet. Astron. p. 215. edit. Commel. etiam aliorum sententiam adducit, qui eos Herculem vocant et Apollinem. SCHOETTG.

1,8 A PECVARIIS ADDIDERVNT) Videntur haec verba omittenda: nam pendet oratio a verbo *adiecissent*. VRS.

1,8 AN NON ITEM) *An non item in mari terraque quod nominauerunt a capris Aegeum pelagus, in Syria montem Taurum.* Ita legendum videtur. Caetera sunt adiecta. IDEM.

1,9 VT OPPIDVM IN GRAECIA ἽΠΠΙΟΝ ἌΡΓΟΣ) Hoc oppidum Italiae esse, non Graeciae, docet Plinius lib. III. *Argos Hippium Diomede condente, mox Argyripam dictum.* De quo celeberrimus Vates canit: *Vidimus, o ciues, Diomedem, Argiuaque castra Atque iter emensi casus superauimus omnes, Contigimusque manus qua concidit Ilia tellus, Ille vrbem Argyripam patriae cognomine gentis Victor Gargani condebat Iapygis agris.* Quare scriberem: *Vt oppidum in magna Graecia.* PONTED.

1,9 ITALIA VITVLIS) Ἰταλὰς antiqui *vitulos* dicebant, vnde etiam praefixo digammate Aeolico formata est vox latina. Varro in antiquitati-

norum vero populum a pastoribus esse ortum quis non dicit? quis Faustulum nescit pastorem fuisse nutricium, qui Romulum et Remum educauit? non ipsos quoque [u] fuisse pastores obtinebit, quod parilibus potissimum condidere vrbem? non idem, quod multa [x] etiam nunc ex vetere instituto bubus [y] et ouibus dicitur? et quod aes antiquissimum, quod est [z] flatum [a], pecore est notatum? Et quod vrbs [b] cum condita est tauro, et vacca, qui [c] essent muri [d] et portae definitum? Et quod populus Rom. cum lustratur [e], suouitaurilibus [f] circumaguntur verres, aries, taurus? Et quod nomina multa habemus ab vtroque pecore: a maiore, et a minore? A [g] minore, Porcius, Ouinius, Caprilius: sic a maiore Equitius, Taurus [h] cognomina adsignificari, quod dicuntur vt [i] Annii [k] Caprae, Statilii Tauri, Pomponii [k] Vituli: sic a pecudibus alii

u) *quoque* omitt. *I. B. R. ipsosque P.* x) *mulcta B. R. Iunt.* y) *bobus I. B. R.* z) *est* abest *I. I-G.* a) *flatum pecore, pecore V. conflatum pecore, pec. I. I-G.* b) *vrbis P.* c) *quae P.* f. *qua.* d) *muris portae I. B. R.* e) *lustraretur I. B. R.* f) *solitaurilibus a. V.* g) *A minore* omitt. *I. B. R.* h) *Taurius I. I.* caet. *Taurus.* i) *vt* deest *I. I-G.* k) *Pomponi vitulos P.* k) *Anni I. I-G. Amni P.*

quitatibus rerum humanarum apud Gellium 11, 1. Adde Bochartum Hieroz. 1, 2, 28. IDEM.

1, 9 NVTRICIVM) Haec vox videtur adiecta. VRS.

1, 9 NON IDEM) Videtur legendum *non item.* et p. p. *ouibus et bubus.* Plin. 18, 3 *Multatio quoque non nisi ouium boumque dicebatur. Non omittenda priscarum legum beneuolentia. Cautum quippe est, ne bouem prius, quam ouem nominaret, qui indiceret multam.* Agell. 11, 1. IDEM.

1, 10 QVOD EST FLATVM PECORE) Vox *pecore,* quae primo loco posita est, non habetur in V. C. et certe abundat. IDEM. Obtemperauimus Vrsino, et prius *pecore* sustulimus, quod nimis absurdum esse videretur. Tollendum esse monuit etiam Buchnerus Epist. P. 2 n. 116. Suspicor inde ortum esse, quod aliquis ad marginem scripsit *pecunia.* Sic et placet Pontederae.

1, 10 ET QVOD VRBS) Seruius in Aen. 5 *Conditori enim ciuitates, taurum in dextra et vaccam intrinsecus* [h. e. versus locum vbi vrbs futura erat] *iungebant: et cincti Sabino ritu, id est togae parte caput velati, parte succincti, tenebant stiuam incuruam, vt glebae omnes intrinsecus caderent, et ita sulco ducto, loca murorum designabant, aratrum suspendentes circa loca portarum.* Cum autem in V. C. sit, *Et quod vrbis, cum condita est* etc. in margine vero aeque antiqua manu scriptum sit, *Taurus et vacca in vruo vrbis condendae,* suspicor hic legendum esse: *Et quod vruo vrbis, cum condita est, tauro et vacca, qui essent muri et portae* etc. Nam verbum *vruo,* quod est in margine, videtur e textu fuisse acceptum. Festus: *Vruat. Significat circumdat, ab eo sulco, qui fit in vrbe condenda vruo aratri, etc.* Placidus in glossis: *oburbas, circumscribis, dictum ab vrbo.* Error autem fluxit ex verborum similitudine, quod a librariis *vrbis* et *vrbo* per b literam scriptum fuerit, cum *vruis* et *vruo* scribendum fuisset. Vid. Columella in praef. l. 6. VRS. Adde quae de portae etymo Cato habet apud Isidor. Orig. 15, 2. SCHOETTG.

1, 10 LVSTRATVR SOLITAVR.) Ascon. in Diuinat. *Censores completo quinquennio vrbem lustrabant, et solitaurilia sacrificia de sue, oue, tauro faciebant.* In VV. CC. est *Suouetaur.* VRSIN. Vide quae notata sunt ad Caton. 141.

1, 10 A MAIORE ET MINORE) Haec addita ab exponentibus, et a librariis in textum recepta. VRSIN.

1, 10 SIC A MAIORE) Locus mutilus et mendosus, ita videtur posse suppleri, emendarique: *Sic - Equitius, Thorius, Asinius; a maiore item cognomina - - Tauri, Voconii vituli* etc. Thoriae familiae nomen a tauro deductum fuisse, nummi argentei eius generis testes sunt, in quibus taurus incisus est. Vitulus autem cognomen est Voconiae familiae, non Pomponiae, vt ex eius argenteis nummis constat, qui Caesare Dict. cusi sunt. VRSIN. *Taurium,* vt nominis familiae formam acciperet, legi iam volebat Victor. V. L. 32, 11.

1, 10 QVOD DICVNTVR VT ANNII CAPRAE) Vetus lectio, *vt anini caprae.* Id autem quod hic a Varrone traditur, Fenestella quoque diligens rerum Romanarum auctor docuerat. Ostendit hoc Plutarchus in commentario, quo veteres ritus Romanorum explicauit, διὸ καὶ τῶν ὀνομάτων πολλὰ τοῖς παλαιοῖς συΐλλιοι καὶ βουβολκοὶ καὶ πόρκιοι ἦσαν ὡς Φενεστέλλας εἴρηκεν. VICT.

1, 10 POMPONII VITVLI) Pomponiae gentis familiae duae, Ruforum scilicet et Mularum, in veteribus scriptoribus et antiquis denariis reperiuntur. Vitulorum praeterquam apud Varronem, nulla mentio, nisi in gente Voconia, de qua haec exstat inscriptio: MARTI LEVCETIO PRO SALVTE IMP. DOMINI N. AVG. PII Q. VOCONIVS VITVLVS LEG. XXII. PR. P. F. et in gente Octauia, vt in hac inscriptione: C. RVSTICVS C. F. FLAVOS ITER L. OCTAVIOS L. F. VITVLVS IIIIVIR. D. SS. VIAM INTEGENDAM CVRAVER. POPMA.

1, 11 RE-

11 alii multi. Reliquum est de scientia pastorali, de qua est dicendum. quod, Scrofa
noster, cui haec aetas defert rerum rusticarum omnium palmam, quo melius [l] potes,
dice. Cum conuertissent in eum ora omnes [m], SCROFA, Igitur, inquit, est scientia
pecoris parandi, ac pascendi, vt fructus quam possint [n] maximi capiantur ex ea, a qui-
12 bus ipsa pecunia [o] nominata est. nam omnis pecuniae [p] pecus fundamentum. Ea
partes habet nouem [q] discretas, ter ternas: vt sit vna de minoribus pecudibus: cu-
ius genera tria, ouis [r], capra, sus. altera de pecore maiore, in quo sunt item ad [s] tres
species natura discreti [t], boues, asini, equi. tertia pars est in pecuaria [u], quae non pa-
ratur, vt ex iis [x] capiatur fructus, sed propter eam, aut [y] ex ea sint, muli [z], canes, pa-
stores. Harum [a] vnaquaeque in se generales partes habet [b] nouenas, quarum in
pecore parando necessariae quatuor; alterae in pascendo totidem; praeterea commu-
nis vna. Ita fiunt omnes [c] partes minimum octoginta et vna, et quidem necessariae,
13 nec paruae. Primum vt bonum pares pecus, vnum scire oportet, qua aetate quam-
que pecudem parare, habereque expediat. Itaque in bubulo pecore minoris [d] emi-
tis [e] anniculam et [f] supra decem annorum, quod a bima, aut trima fructum ferre
14 incipit, neque longius post decimum annum procedit. Nam prima aetas omnis pe-
coris,

l) *melius potest dici, cum* omnes. m) post *omnes* interpungunt omnes. n) *possit P. Ienss. possint I. I-G.* o) *pecuaria I. B. R.* p) *pecuariae I. B. R.* q) *discretas nouem I. B. R.* r) *oues P.* s) *alias I. I-G.* t) *discreta I. B. R. discretae I. I-G.* u) *pecuario I. B. R.* x) *ea Ba-G.* y) *aut ex ea sint* desunt *Ba-G.* z) *sicut muli I. B. R. vt muli I. I-G.* a) *Horum I. B. R.* b) *omnium I. B. R. hominum P.* c) *omnium I. B. R.* d) *nec minor Ba-G.* e) *emptam Ryk. emptis P. 1. emptio est P. 2. emitur annicula Ba-G.* f) *et quae est supra X. quod I. B. R. nec quae est sup. 10. annos Ba-G.*

1, 11 RELIQVVM EST DE SCIENTIA) Perplexus locus: quem nullo pene negotio ita legendum censemus: *Reliquum est de scientia pastorali: de qua est dicendum. Quod Scrofa noster, cui haec aetas defert rerum rusticarum omnium palmam, quo melius potest, dic. Cum conuertissent in eum ora omnes, Scrofa, Igitur inquit,* etc. SCAL. Videtur legendum verbis, quae sunt laxata, in suum locum ita restitutis: *De qua, quod est dicendum, o Scrofa noster (cui haec aetas defert rerum rusticarum omnium palmam) quo melius potest dice* etc. sic 1, 9 *sed quod sequitur tertium illud de modis dice.* et infra hoc ipso in libro c. 3 *Quoniam satis balasti, o Faustule noster* etc. his duobus locis satis confirmatur emendatio nostra. VRSIN. Guil. Pelisserius apud Turn. 4, 6 *quo melius potest, dicet:* sententia etiam plana. Repraesentaui tamen eam coniecturam, quae prima mihi, nemine dum consulto, in mentem venerat, quod ea nihil non habet, quo aliae commendantur, et praeterea nihil fere mutat. *Potest* pro *potes* scripsit librarius, quia sequitur *dici: dici* pro *dice* aliquis posuit, ne peccaretur contra canonem de *dic, duc, fac, fer,* illud, *quo melius potes,* affine est parti carminis in foedere feriundo adhibiti Liu. 1, 24 extr. *tantoque magis ferito, quanto magis potes, pollesque.*

1, 11 EX EA, A QVIBVS) Suspicabar legendum ex *eabus,* int. *pecudibus,* ab his enim planius, quam a pecoribus, *pecunia* deriuatur. Nam *ea* ad scientiam referre forte duriusculum, nec habebit, quo referatur, *quibus.* Verum non insolitum est Varroni hoc genus τῦ σχηματισμῦ, quam Synesin vocamus. vid. Index in *Synesis.*

1, 12 VT SIT VNA) Etiam hic indicabimus, quibus locis propositam diuisionem exequatur Varro. Membrum nempe *primum* 2, 2, 1; *secundum* 2, 5, 2; *tertium* 2, 8, 1.

1, 12 SED PROPTEREA, VT EX EA SINT etc.) Ita fortasse legendum. et ita plane est in V. C. paullo post legendum: *Primum, vt bonum pares pecus, scire oportet* etc. Sic apud Caesarem 3. de bello Gall. pro *vt ne primum quidem nostrorum impetum ferant,* scriptum est: *ne vnum quidem* etc. nam *vnum* ibi expositio est verbi *primum,* vt hic apud Varronem. VRSINVS. Sana videtur haec lectio. *Non paratur* haec pars, *vt ex iis,* (quae *partis* nomine comprehenduntur, synesi non inusitata) *capiatur fructus, sed* (int. ἀπὸ τῦ κοινῦ *vt,*) *propter eam* (rem pecuariam) *aut ex ea sint.* Alii in hac classe sunt *propter* rem pecuariam, vt *pastores, canes:* alia *ex* ea, vt *muli.* Possis etiam si durior illa Synesis videatur, putare τὸ *vt* post *aut* excidisse.

1, 13 ITAQVE – MINORIS EMITIS ANNICVLAM) Quam secutus sum lectionem, et excusi nonnulli habebant, et manu scripti omnes. quidam tamen, vt arbitror, dum corrigere voluerunt, deprauarunt. Ea mihi sane correctione egere non videtur, in vetustissimo hoc tantum diuersum erat, quod *Emptis,* pro *Emitis,* in eo scriptum est: mendose tamen, vt puto. VICTORIVS.

1, 14 QVAM

coris; et extrema, sterilis. E quatuor altera pars est cognitio formae vniuscuiusque pecudis, qualis sit. Magni enim interest, cuiusmodi quaeque sit, ad fructum. Ita [g] potius bouem emunt cornibus nigrantibus, quam albis: capram amplam, quam paruam: sues procero corpore, capitibus vt sint paruis. Tertia pars est, quo sint [h] seminio quaerendum. Hoc nomine enim asini Arcadici [i] in Graecia nobilitati, in Italia Reatini, vsque eo, vt mea memoria asinus venierit sextertiis millibus LX, et vnae quadrigae Romae constiterint quadringentis [k] millibus. Quarta pars est [de iure in [l] 15
parando,] quemadmodum quamque pecudem emi oporteat ciuili iure. Quod enim alterius fuit, id vt fiat meum, necesse est aliquid intercedere. Neque in omnibus satis est stipulatio, aut solutio numorum ad mutationem domini [m]. In emtione alias stipulandum statim, esse e [n] valetudinario, alias e sano pecore, alias e neutro. Alterae 16
partes quatuor sunt, cum iam emeris, obseruandae, de pastione, de foetura, de nutricatu, de sanitate. Pascendi primus [o] locus qui est, eius ratio triplex. In qua regione quamque potissimum pascas, et quando, et [p] queis? vt capras in montosis [q] potius

g) *Itaque I. B. R. Ba-G.* h) *sint* omitt. *B. R.* i) *Arcbadici I. B. R. arcbadi P.* k) *quadringenti P.* l) *imperando* iunct. *I. B. R. imparando P.* m) *dominii a. V.* n) *e valetudinario* om. *I. B. R.* o) *primum P.* p) *e queis* omnes praeter *Pol.* q) *montuosis P.*

1, 14 QVAM ALBIS) *Quam albis* et mox, *quam paruam*, videntur adiecta. post videtur legendum *parandum*, pro *quaerendum.* Ita enim loquitur Varro in hoc ipso capite supra. VRSIN.

1, 14 ASINI ARCADICI) In manu scriptis *Arcadi: Arcadii*, ex antiqua scriptura legi posset, vt supra *Pecuari*, pro *Pecuarii: Statili*, pro *Statilii.* nam hoc etiam veteres librarii sic seruabant, quod Poetae in secundo casu illorum nominum, quae geminatam literam illam haberent, frequenter vsurparunt. alterum enim I subtrahebant. ea enim ratione ab optimo poeta, *Tuguri*, *Peculi*, *Pataui*, *Oti*, dictum est. nam *Arcadium* etiam ab *Arcadia* declinari, eiusdem poetae versu hoc confirmari potest: *Tempus et Arcadii memoranda inuenta magistri.* VICT.

1, 14 VSQVE ADEO, VT MEA MEMORIA ASINVS VENIERIT SEXTERTIIS MILLIBVS QVADRINGENTIS) Ita emendauimus hunc locum ex alio simili eiusdem Varronis 3, 2 *Asinum tuum, quem mihi quadringentis millibus emptum* etc. sic enim legendum apparet ex Plin. 8, 43 *Asinum quadringentis millibus nummum emptum Q. Axio senatori auctor est M. Varro.* paullo post legendum apud Varronem, *et vnae quadrigae Romae constiterint* XII HS; nam ita plane habetur infra 2, 8 *Eligunt asinum - - vbi trecenis* etc. Ita enim legendum, non *tricenis* etc. Illud vero, *mea memoria*, considerandum an Varronianam elegantiam resipiat. VRSIN.

1, 14 SESTERTIIS MILLIBVS LX) Gronou. de P. V. 1, 4 p. 22 ostendit post Budaeum de asse p. 171 legendum esse *sestertium* vel HS.

1, 15 DE IVRE IN PARANDO) Haec verba irrepserunt ex margine. VRSINVS.

1, 15 E VALETVDINARIO) Haec verba in nullis Mss. inuenimus; nec tamen e nostris scriptis ea deiecimus. quid de illis existimandum sit, studiosi viri videbunt. VICTOR. Videtur legendum *In e. a. stip. sanum esse, alias non e val:* Nam infra quatuor formas adfert, vt videatur hic deesse vna. VRSIN. Haec duo verba in nullis manu scriptis inueniuntur. Itaque totus hic locus ita omnino legendus: *Alias stipulandum sanum esse, alias e sano.* POPMA. Illud *e valetudinario* in Aldi, qui primus id in Varronianos libros induxit, valetudinario sciponerem. Quis enim pecus *e valetudinario* emerit? Quod namque de Capris, quas, vt ait Varro, *sanas nemo sanus promittit*, dici potest, id ex illis, *alias e neutro* intelligitur. PONTED. Vid. quae ex Mamilio noster 2, 3, 5.

1, 16 ET QVANDO, E QVIS) Locus deprauatus corrigi debet vt in optimo exemplari aliisque nonnullis legitur, *Et quando, et qui vt*, etc. Qui Varro modum ac rationem vocat. nam politissimos scriptores *Qui*, pro Quo modo, passim ponere notum est. Ostenderat, in pastione tria obseruanda esse: primum, locum: secundum, tempus: tertium, modum ac rationem alendi. Infra etiam, postquam quod ad locum tempusque anni pertinebat, exposuit, inquit, *qui potissimum quaeque pecudum pascatur, habenda ratio.* In peruulgata lectione triplicis rationis, quae necessaria esse dicitur, tertium membrum non inuenitur: quare pro mendosa illa habenda est. VICTOR. V. C. *et queis.* sed vid. leg. *et qui.* VRSINVS. Possis tamen *queis* retinere et intelligere rebus. Nam f. 17 illud ipsum *qui* ita explicatur, vt indicentur genera pabuli, *quibus* vnumquodque genus delectetur.

tius locis et [r] fruticibus [s], quam in herbidis campis; equas contra. neque eadem loca, aestiua et hiberna idonea [t] omnibus ad pascendum. Itaque greges ouium longe abiguntur ex Appulia in Samnium aestiuatum, atque ad publicanum [u] profitentur, ne, si inscriptum pecus pauerint [x], lege censoria committant [y]. Muli e Rosea cam-
17 pestri aestate [z] exiguntur in Gurgures [a] altos montes. Qui potissimum quaeque pecudum pascatur, habenda ratio [b]. nec solum, quod foeno fit satura equa, aut bos, cum sues hoc vitent, et [c] quaerant [d] glandem: sed quod ordeum, et faba interdum sit quibusdam obiiciendum, et dandum bubus lupinum, et lactariis Medica, et cytisum. praeterea quod ante admissuram diebus xxx arietibus, ac tauris datur plus cibi, vt viros habeant: foeminis bubus demitur, quod macescentes melius concipere dicun-
18 tur. Secunda pars est de foetura. Nunc [e] appello foeturam a conceptu ad partum: hi enim praegnationis primi et extremi fines. quare primum videndum de admissione, quo quaeque tempore vt ineant facere oporteat [f]. nam, vt suillo pecori a [g] fauonio ad aequinoctium vernum putant aptum, sic ouillo [h] ab arcturi occasu, vsque ad aquilae occasum.

r) *quam I. B. R.* s) *fructibus Iuntt.* t) *in* inf. *B. R.* u) *publicatum Heru.* x) *pauerit I. B. R.* y) *committant mulietos, et a campestri, a. V. committant mulieros, et a P.* 1. *committunt mulieres Pol.* 2. super vltima vocis *Muli e.* z) *aetate Iuntt.* a) *burbures P.* b) *est* add. *I. B. R.* c) *et* deest *I. B. R.* d) *quaerunt I. B. R.* e) *Vnde I. B. R.* f) *oportet I. B. R.* g) *pecore P.* h) *ouilo I. B. R. ouili I. I-G. ouilli V.*

1, 16 NE SI INSCRIPTVM PECVS) *Inscriptum*, hic, vt Glossarium interpretatur, valet ἀγράφον. Lucilius: *Facit idem, quod illi, qui inscriptum ex portu portant clanculum, ne portorium dent.* Asconius in Diuinat. *Mancipes sunt publicanorum principes, romani homines, qui quaestus sui causa, si decumas redimunt, decumani adpellantur; si portum aut pascua publica, portitores aut pecuarii, quorum ratio scriptura dicitur.* Festus in *scripturarius ager.* VRSINVS.

1, 16 LEGE CENSORIA) Cic. 3 de Nat. Deor. *Cum lege censoria agri Deorum immortalium excepti essent* etc. *Lex* autem pactum significat, et conditionem, quae in obligationibus dicitur, vt apud Varr. 1 de R. R. *Leges colonicae* et *leges locationis fundi.* Nam in emptionibus eo iure vtebantur, quod lex praescripserat: in ea enim alii plura, alii pauciora excipiebant: sic *lex censoria* ea, quae a Censoribus in vectigalium locatione dicebatur. IDEM. Sed h. l. agitur de lege dicta ciuibus vel sociis, non de pacto inter censorem et publicanos.

1, 16 COMMITTANT) Quint. in Declam. *Quod quis professus non est apud publicanos, pro commisso tenetur.* et p. p. *Publicano scrutari liceat, quod quis professus non fuerit, perdat.* Cic. in Verrem 3. *Calumniatores ex sinu apposuit, qui illam haereditatem Veneri Erycinae commissam esse dicerent.* et in 4. *Petunt hereditatem, quod eam palaestritae commisisse dicant.* et cp. 26 l. 7 *Attamen ne mirere, vnde hoc acciderit, quomodoue commiserim; lex sumtuaria, quae videtur λιτότητα attulisse, ea mihi fraudi fuit.* VRSIN.

1, 16 MVLI E ROSEA CAMPESTRI, etc.) Hunc locum foede inquinatum, nisi fallor, egregie restitui, atque id parua licentia vsus. Vt autem hoc facilius intelligatur, veriusque de sinceritate huius loci iudicetur, veterem scripturam adferam. Vetustissimum exemplar. *Mulieros et a campestri,* etc. nam in aliis corruptior illa pars est, *Mulieres* enim habent. Quemadmodum igitur vides, verba confusa distinxi, vnamque tantum literam inde sustuli, verum sensus praeclarus totam rem, vt spero, illustrabit, et castigationem meam constituet: nam quin peruulgata lectio mendosissima fuerit, neminem dubitare puto. Locus ille etiam in hoc libro mirifice coniecturam nostram adiuuat, vbi de mulis agit Varro, *Idem si enacti sunt aestiuo tempore in montes, quod fit in agro Reatino, durissimis vngulis fiunt. Roseam* autem campestrem fuisse declarat etiam vox valde celebrata Caesaris Vopisci, qui *campos Roseae, Italiae* dixit *esse sumen. Committere lege,* vt arbitror dixit Varro, quod Cicero saepenumero, *Committere contra legem.* VICT.

1, 16 IN GVRGVRES, ALTOS MONTES) *Gurgures* in manu scriptis inueni, antea excusi *Burbures* habebant. VICT. Forte legendum, *in querqueros montes.* nam *altos* expositio est τοῦ *querquerus.* Vid. Festus in *Querqueram.* et Strabo. De mulis Reatinis V. 3, vlt. *Nemei in Rosea esuriant asini.* VRSIN.

1, 17 SED QVOD ORDEVM) Totus locus ita videtur legendus *s. q. o. et fabam interdum ouibus obiiciendum, et dandum bubus lupinum, et lactariis Medicam et cythisum.* IDEM.

1, 18 SIC OVILLO) Mutaui, quod sphalma typographorum VICT. putarem, *ouilli.* Rectum tamen etiam est *ouili,*

1, 19 OP-

occasum. Praeterea habenda ratio, quanto [i] ante quam incipiat admissura fieri, mares a [k] foeminis secretos habeant: quod fere in omnibus binis mensibus ante faciunt et armentarii, et [l] opiliones. Altera pars est in foetura, quae sint [m] obseruanda, quod 19
alia alio tempore parere solet. equa enim ventrem fert XII menses, vacca decem, ouis et capra quinos [n], sus quatuor. In foetura res incredibilis est in Hispania, sed est vera, quod in Lusitania ad oceanum in ea regione, vbi est oppidum Olysippo [o], monte Tagro, quaedam e vento concipiunt certo tempore equae, vt hic gallinae quoque solent, quarum oua ὑπηνέμια [p] appellant [q]. Sed ex his equis, qui nati pulli, non plus triennium viuunt. Quae nata sunt matura, et chorda [r], vt pure et [s] molliter stent, videndum, et ne obterantur. Dicuntur agni chordi [t], qui post tempus nascuntur,

i) *quando I. B. R.* k) *ac I. B. R.* l) *cipilones P.* m) *sunt I. B. R.* n) *quinque a. V.* o) *obsippo P. Vlysippo H.* p) *bippenemia a. V.* q) *appellabant P.* r) *corda P.* s) *et* abest *I. B. R.* t) *cordi P.*

1, 19 OPPIDVM OLYSIPPO) In optimo exemplari *Obsippo.* apud Plinium tamen 4, 22 vt in excusis: *Olysippo equarum e Fauonio vento conceptu nobile.* VICT. Miror de hoc loco nihil monuisse virum diligentiss. Petrum Victorium; cum mendum sit in voce *Tagro.* legendum enim *Sacro.* Et Colum. quoque, qui huius rei meminit, ita vocat. Aristoteles dicit equas ἐξανεμοῦσθαι, cum innuit ex vento concipere. SCAL. Incertum, vtro modo legendum sit, *monte* ne *sacro.* vt Colum. 6, 27 an *amne Tago* vt Plin. 18, 24 cuius verba sunt haec: *Constat in Lusitania circa Olysipponem oppidum et Tagum amnem, equas Fauonio flanti obuersas animalem concipere spiritum, idque partum fieri, et gigni pernicissimum.* VRSIN. Scribendum, *Sacro. Sacrum montem* in Lusitania prope Tagum fluuium, Varro et Columella nominant: *Sacrum promontorium,* Mela et Plinius, qui vt rem veram tradunt, equas e ventis istic concipere. Iustinus lib. XLIV. fabulam putat: cuius originem et caussam refert: *In Lusitania, inquit, iuxta fluuium Tagum vento equas foetus concipere, multi autores prodidere. quae fabulae ex equarum foecunditate et gregum multitudine natae sunt, qui tanti in Gallaecia et Lusitania ac tam pernices visuntur, vt non immerito vento ipso concepti videantur.* Quod autem ait Varro *nati pulli non plus triennium viuunt;* idem adfirmat Solinus Polyhistore, et Columella [6,27,7] his verbis: *Cum sit notissimum etiam in sacro monte Hispaniae, qui procurrit in occidentem iuxta Oceanum, frequenter equas sine coitu ventrem pertulisse, foetumque educasse; qui tamen inutilis est, quod triennio prius quam adolescat, morte absumitur.* At Silius poeta, homo generis Hispanici, et ob id hac quidem in re locuples testis, septennium viuere tradit; -- *Cum ver placidum flatusque tepescit Concubitus seruans tacitos, grex prostat equarum, Et Venerem occultam genitali concipit aura: Sed non multa dies generi properatque senectus, Septimaque his stabulis longissima ducitur aestas.* POPMA. Salmasius ad Solinum c. 23. p. 196 emendat: *monte Artabro.* Recte. Nam sacrum promontorium, quod Scaliger huc reponit, paullo longius ab Olyssipone dissitum est, in vltimo Lusitaniae angulo, vbi hodie est Algarbiae regnum, Artabrum vero promontorium non procul ab Olyssipone situm erat. Plinius H. N. 4, 21 *Excurrit deinde in altum vasto cornu promontorium, quod alii Artabrum adpellauere, alii magnum, multi Olyssiponense, ab oppido, terras, maria, coelum, disterminans.* Hodie dicitur *Albardus,* leui mutatione, et adhuc equorum foeturae inseruit. Vide Resendium Antiqq. Lusit. lib. 1. tom. 2. Hispan. illustratae p. 913. Caeterum de equabus Lusitanicis res notior est, quam vt de iis prolixius tractare necesse habeamus. SCHOETTG. *Olisipo* esse in MS. Bessarionis, testatur Surita ad It. Anton. p. 416. ed. Wess. qui et ipse *Sacrum montem* ab hac vrbe remouet, sed tamen Suritae et Scaligero accedit p. 417. PONT.

1, 19 ὙΠΗΝΕΜΙΑ) quasi a vento concepta. Plinius H. N. 10, 60 *Irrita oua, quae hypenemia diximus, aut mutua foeminae inter se libidinis imaginatione concipiunt, aut puluere: nec columbae tantum, sed et gallinae, perdices, pauones, anseres, chenalopeces. Sunt autem sterilia et minora, ac minus iucundi saporis, et magis humida. Quidam et vento putant ea generari: qua de caussa etiam Zephyria adpellantur. Haec autem vere tantum.* Confer Aristotelem de generatione animalium 3, 1. et hist. Animal. 5, 1; 6, 2. IDEM. Add. Hard. ad Plin. 8, 42 s. 67. Cerda ad Virg. Ge. 2, 273 qui diligentissime collegit omnia.

1, 19 SED EX HIS EQVIS) Ἀρχαϊσμός, hoc est equabus, vt infra lib. IIII, *Vt his diis Helicona atque Olympum attribuerunt homines. Diis,* hoc est Deabus. Sic Plaut. Sticho, *filiis,* hoc est filiabus, *Ego introibo et gratulabor vostrum aduentum filiis.* SCAL.

1, 19 AGNI CHORDI) *Chordus,* vel etiam sine aspiratione, *cordus,* notat omne id, quod serius; quam alias, fit, vel nascitur. Paullus Festi abbreuiator: *Corda frumenta, quae sero maturescunt, vt foenum cordum,* quod nos hodie Grummet vocamus. Sic etiam de ouibus Plinius H. N. 8, 47 *Cordos vocabant antiqui, post id tempus*

ſcuntur, ac remanſerunt in voluis intimis. vocant χορίον [u], a quo chordi appellati.

20 Tertia res eſt, de [x] nutricatu quid [y] obſeruari oporteat, in quo, quot diebus matris ſugant mammam, et id quo tempore, et vbi: et ſi parum habet lactis mater, vt ſubiiciat ſub [z] alterius mammam, qui appellantur ſubrumi [a], id eſt ſub mamma. antiquo enim vocabulo mamma rumis [b], vt opinor. Fere ad quatuor menſes a mamma non diiunguntur [c] agni, hoedi tres, porci duo [d]. e queis, quoniam [e] puri [f] ſunt ad ſacrificium, vt immolentur, olim appellati [g] ſacres, quos appellat Plautus, cum ait, Quanti ſunt porci ſacres? ſic boues altiles, ad ſacrificia publica [h] ſaginati, dicuntur opimi [i].

21 Quarta pars eſt de ſanitate: res multiplex ac neceſſaria. quod morboſum pecus, et [k] vitioſum, et quando [l] non valet, ſaepe magna [m] gregem afficit calamitate. Cuius ſcientiae genera duo: vnum vt in hominem, ad quem adhibendi [n] medici [o]; alterum [p],

u) *chorion I. B. R.* x) *de* abeſt *I. B. R.* y) *quae I. B. R. qua adſeruari P.* z) *ſubalternis* iunct. *I. B. R.* a) *ſubruini Ienſſ. Subgruni P.* b) *ruinis Ienſſ.* c) *diſiunguntur a. V.* d) *duos I. I-G.* e) *qui iam Hern.* f) *pori P.* g) *appellatis Ienſſ.* h) *puplica Bon.* i) *optimi I. B. R.* k) *eſt P.* l) *quoniam I. B. R.* m) *magna afficiuntur P. I. B. R.* n) *abibendi I. B. R.* o) *medices P. Ienſſ.*

par (ordinarium ſcil.) ναῦος. An vero vox iſta ἀπὸ τοῦ χορίου deriuanda ſit; merito dubitandum eſt. Χορίον enim eſt membrana illa, cui fetus et animalium et hominum inuolutus eſt, non vero intima vulua. Ariſtoteles hiſt. anim. 9, 5 de ceruis: καὶ ὅταν τέκῃ, ἐσθίει τὸ χορίον πρῶτον: *cum pepererit, inuolucrum prius comedit.* Referenda ergo eſt haec deriuatio inter alluſiones Varronis noſtri, de quibus alias. Scaliger in Scaligeranis primis p. 55 *cordum* idem eſſe vult ac *condum*, quod non ſit veroſimile. SCHOETTG.

1, 19 ET REMANSERVNT IN VALVOLIS INTIMIS, QVAS VOCANT χορίον) Ita videtur legendum. Feſtus: *Valuoli folliculi fabae appellati ſunt: quaſi valliuoli, quia vallo fractae excutiantur.* Colum. 7, 3 *Nam per ſe ordeum, vel freſa cum ſuis valuolis faba* etc. χορίον autem, cum ſit inuolucrum foetus in vtero, appoſite id *valuolos* Varro adpellauit. VRSINVS.

1, 20 QVI APPELLANTVR SVBRVMI) Vid. infra 2, 11, 5.

1, 20 E QVEIS, QVONIAM) Videtur legendum *quom*. V. 2, 11 [Varro 2, 4, 16] *Qui a partu decimo die habentur puri, ab eo appellantur ab antiquis ſacres, quod tum ad ſacrificium idonei dicuntur primum.* Feſtus: *Sacrem porcum dici ait Verrius, vbi iam a partu habetur purus, a qua re appellatum eſſe ſacrem dicit.* Plautus: *Adoleſcens, quibus hic pretiis porci veneunt ſacres, ſinceri?* Sed Plauti Codex MS. in Menaechmis [2, 2 15] habet *ſynuri*, vt fortaſſe Plautus reſpexerit ad locum Ariſtoph. in Acharn. ποῦ δ' οὐχὶ θυσιμός ἐστι; ΔΙ. κέρκον οὐκ ἔχει. VRSIN. Occurrit et alio loco apud Plautum Rud. 4, 6, 4 vbi vide, quae notauit Taubmannus. SCHOETTG. add. noſter 2, 4, 16. Quod de *quom* pro *quoniam* ſuſpicatur Vrſinus, apud me tanto minus dubium eſt, cum perpetuo fere haec duo ſoleant confundi.

1, 20 SIC BOVES ALTILES) Forte melius *pactales*. Vid. Scal. ad Varr. de LL. p. 43. ALMELOV.

1, 21 ET QVANDO NON VALET, SAEPE MAGNA GREGEM etc.) Receptam lectionem retinui, vetuſtam nunc ſtudioſis exponam, quam ſane mendum aliquod continere omnino credo: contra autem peruulgata plane eſt. id tantum mali in illa, quod ab antiqua diſſentit, *Et quoniam non valet ſaepe magna adficiantur calamitate.* VICTOR. Interpolata haec ſunt. Nam recte ſcriptum fuerat in veteri membrana. *Et quoniam non valet, ſaepe magna afficiuntur calamitate.* Pecus, inquit, quia imbecillum nimis eſt, et morbis obnoxium, propterea accidit, vt diuerſas offenſiones incurrat. Non enim valet, quod valetudinis incertae eſt: cum leui momento huc et illuc impelli poſſit. Quod toties corrumpendi hos libros anſam dedit, hic quoque non leuiter nocuit: nam ἐναλλαγὴ numerorum, quae offenderat correctores imperitos, pro ſoloeciſmo accepta eſt. Atqui quoties ea vſus ſit Varro, ſuperius docuimus. Sic infra, *Nec multo aliter tuendum hoc pecus in paſtu, atque ouillum, quod tamen habet ſua propria quaedam. quod potius ſilueſtribus ſaltibus delectatur quam pratis.* ἐναλλαγὰς ἀριθμῶν, πτώσεων πλείστων frequentiſſimas eſſe apud Graecos, vnuſquiſque poteſt colligere et ex eorum aſſidua lectione, et ex Dionyſii Longini auctoritate, qui eas ornamentum orationi adferre, neque parum momenti ad eam conferre ſcripſit. SCALIG. Pro *quoniam* tamen *quando* retinendum videtur: cum ita facilis ſit earum vocum per compendium ſcribi ſolitarum et ſolennis confuſio.

1, 21 CVIVS SCIENTIAE) Verba *ſcientiae*, et *vt in hominem* gloſſae ſunt. et p. p. legendum *alterum quoi*. *quoi* enim antique pro *cui* poſitum eſt. VRS. *In hominem*, pro *in homine*, quod genus plura dabit Index noſter. Hoc ſibi vult, quibusdam

rum [p], quo ipse etiam pastor [q] diligens mederi possit. Eius partes sunt tres. nam animaduertendum, quae cuiusque morbi sint [r] causae, quaeque signa earum causarum sint, et quae quemque morbum ratio [s] curandi sequi debeat. Fere morborum causae 22
erunt, quod laborant propter aestus, aut propter frigora [t], nec non etiam propter nimium laborem, aut [u] contra [x], propter nullam exercitationem, aut si cum exercueris, statim sine interuallo cibum aut potionem dederis. Signa autem sunt, vt eorum, qui siue [y] ex aestu, siue [z] e labore febrem habent, adapertum os [a], humido spiritu crebro, et corpore calido. Curatio autem cum hic est [b] morbus, haec. perfunditur 23
aqua, et perunguitur oleo et vino tepefacto, et item [c] cibo sustinetur, et iniicitur aliquid ne [d] frigus caedat [e], sitienti aqua tepida datur. Si hoc genus rebus non proficitur,

p) *altera, quae I.B.R.* q) *fastor P.* r) *sit causa I.B.R.* s) *curatio P. curatio sequi I.B.R.* t) *frigura P.* u) *vt P.* x) *contrarium nullam I.B.R.* y) *siue ex aestu* defic. *P.I.B.R.* z) *siue e* deest *P. sine lab. I.B.R.* a) *os* deest *I.B.R.* b) *est haec perfund. I.B.R.* c) *idem I.B.R. et item cibus Ryck.* d) *ni Ba-*● e) *cedat Cr. I.B.R. Ba-G. caedat I.I.V.*

quibusdam morbis pecudum veterinarios adhibendos, quosdam ipsum pastorem curare: vt in homine ad alios vocatur medicus, alii remediis domesticis curantur. *Quei* pro *quo* tanto minus opus est reponi, cum datiuus etiam antiquus *quo* fuerit, quem cum magno sibi opere defendendum sumserit Perizon. ad Sanct. 3, 14, 7 et 39. itemque in Add. ad p. 525 non est, vt quidquam adiiciamus.

1, 22 FERE MORBORVM CAVSAE) Cresc. 9, 65 addit *in bobus*.

1, 22 VT EORVM, QVI SIVE) Scriberem pro *eorum*, *equorum*, quod fuit veteri forma *ecorum*. PONTED.

1, 22 QVI SIVE EX AESTV, SIVE EX LABORE) Vitiosi sunt hac parte antiqui codices: communis lectio aperta, si modo illa vera est, et non ab aliquo correctore conformata: *Qui si e labore febrem habent; adapertum humido spiritu* etc. VICTOR. Non suspicatus essem de mendo huius loci, nisi a vetere scriptura admonitus essem. Ea est: *Qui si e labore febrem habent adapertum humido spiritu* etc. Nos legimus: *Signa autem sunt, vt eorum qui si vel ab ore feruent, habent adapertum humido spiritu.* Nam scriptum prius suspicor *ferbent* pro *feruent*, vnde postea *febrem*. Signa, inquit, eadem, quae in illis, quibus cum feruet os, solent illud aperire subinde efflantes. Hoc contingit iis, quibus iuris feruore os tactum est. Vnde Plautus in eum, qui inter loquendum os subinde aperiebat: *Calidum*, inquit, *comedisti prandium: id frigefactas.* Sic canes, cum aestuant, rictum diducunt, et semper fere leones, propter intestinum calorem. Intestino illi calori caussam assignat Varro, cur aperiant os. Simile autem ait accidere ac iis, quibus feruet os. nam et illi quoque coguntur illud aperire. SCALIG. *Signa autem sunt adapertum os humido spiritu, et crebro, corpore calido. Curatio autem haec; perfunditur aqua* etc. Ita videtur hic locus legendus. Caetera sunt adiecta. VRSIN. Quae post Aldum ab omnibus recepta sunt, prioribus impressis libris discrepantibus: *Qui sine labore febrem habent.* At ab his paululum recedunt Victoriani codices: *qui si e labore febrem habent.* Quae magis probarem; quoniam vnius tantum febris curatio traditur, cum aliam exigat, quae ex nimio aestu, aliam, quae ex immoderato labore. PONTED. Retinui lectionem Commelinianam. Caeterum *ὡς vt*, quae primum intuenti aliquid obscuritatis habere videri potest, indicat, sub exemplo docere velle Varronem, ad quae signa morborum in pecore attendendum sit. Cic. de diuinat. 2, 69 *Nonnullae etiam valitudinis significationes*, vt *hoc ipsum*, pleni enectiue simus, *ex quodam genere somniorum intelligi posse dicuntur.*

1, 23 CIBO SVSTINETVR) Forte leg. *abstinetur*. Nam in Colum. 6, 7 *primoque die cibo abstinendus*, p. p. leg. *ne frigus laedat.* VRSIN. Recipienda erat Ryckiani codicis lectio, *cibus sustinetur*. Fuit forte in quibusdam libris *cibos*, quod propter proximam *s* transiit in *cibo*. Consentit vulgatae lectioni Cresc. l. c.

1, 23 NE FRIGVS CAEDAT) In Ienson. Ald. et Gymn. editionibus non *caedat* sed *cedat* legitur. At Crescentius l. 9 c. 55 pro *frigus frigidus* et mox pro *tepida aqua frigida* habet. Quod porro ad *frigidus* pertinet, mendosum videtur. nam in Crescentii interpretationibus hac nostra vernacula consuetudine extat vera lectio: *E gli si pone alcuna cosa adosso, accio che non sia percosso dal freddo.* At de aqua frigida non ita planum videtur. Nam etiam Vegetium 1, 3 de arte Vet. c. 4 id docuisse inuenio: *Labra*, inquit, *quoque* (febrientis bouis) *deterges spongia, et aquam frigidam ter in die offeres ad bibendum.* Confirmatur idem ex Colum. l. 6 c. 9 *Et aquam frigidam ter in die praeberi potandam.* Item ex Didymo in Geop. l. 17 c. 20 *ποτιεῖν δ' αὐτὸν ὕδωρ ψυχρότατον.* At Varronianam receptam vocem *tepida* Absyrtus tuetur, qui l. 16 Geop. c. 4 de equo

tur, dimittitur [f] sanguis, maxime e [g] capite. Item ad alios morbos aliae caussae, etiam
24 alia signa in omni pecore, quae scripta habere oportet magistrum pecoris. Relinquitur nonum [h], quod dixi, de numero, vtriusque partis commune. Nam et qui parat pecus, necesse est constituat numerum, quot [i] greges, et quanto sit pasturus, ne aut saltus desint, aut supersint, et ideo fructus dispereant. Praeterea scire oportet in grege quot foeminas habeat, quae parere possunt [k], quot arietes, quot vtriusque generis soboles [l], quot reiiculae sint alienandae. In alimoniis si sunt [m] plures nati, vt quidam faciunt, sequendum, vt quosdam subducas. quae res facere solet [n], vt reli-
25 qui melius crescant. Vide, inquit ATTICVS, ne te fallat [o], et nouenae istae partes

f) *demittitur Cr. I. B. R.* g) *a I. B. R. ex Cr.* h) *nouum Io. Hern.* i) *quod gr. et quando P. 1.* k) *possint a. V.* l) *suboles, quod epulae P.* m) *sint a. V.* n) *solent I. B. R.* o) *numerus fallat et ne I. I-G.*

equo febriente haec praecepit: *καὶ τροφὴν ὀλιγίστην ὀρόβων ἢ πυρῶν ἀλεύρων δοτέον, καὶ ποτὸν ὕδωρ χλιαρὸν προσαγωγητέον.* PONTED. *Ni* pro *ne*, quod hic habent quaedam editiones, non damnandum esse, vel index noster docet.

1, 24 DE NVMERO) Haec verba sunt expositoris glossae. VRSIN. Respicit ad huius cap. §. 12 *vtraque pars* est *parandi* vna, altera *pascendi*.

1, 24 ET QVANTO) Videtur legendum *quantos*. sic infra c. 3. *In agro Gallico greges plures faciunt, quam magnos.* VRS. Veram puto tanto magis Vrsini coniecturam, quanto solennius fuit, literam geminandam in fine praecedentis vocis et sequentis initio, semel tantum ponere in medio maiusculam; vel quanto facilius, qui ex distantis ore scribit, hic labi potest.

1, 24 QVOT REIICVLAE) In cunctis Mss. *quot epulae* scriptum inueni; quod non parum miratus sum, quomodo idem mendum in tot bonis libris inoleuisset. VICT. Mirus hic omnium veterum librorum consensus, *Quot epulae*, quod, quid verbi sit, nescio. an, *quot petilae*. *Petilum* veteres dicebant *strigosum, macrum, tenue*, exile. Lucillius, *Insignis varis*, et cruribus, *atque petilis*. Plautus Ploсiona (ita enim lego apud Nonium. Est enim *στυππειώνης* stuparum emptor) *coloratam frontem habet. petilus, babrus.* Festus ex Naeuio *petilam suram* interpretatur *siccam et substrictam* cuiusmodi qui habent equos *κακοστομάχοις* vocat Xenophon. quamquam apud eundem Scaeuola dicit vngulam equi albam ita dici. erunt igitur *Petilae oues, κακόσιτοι καὶ ἐξίτηλοι.* An potius legendum, *Quot* taedulae? Eae sunt, quae fastidiosae, et quae cibum respuunt. *ἄτροφοι*, et vescae. Non quae sunt, inquam, fastidiosae ad tempus. nam eae saliuato reficiuntur. sed quae ex intestina tabe hoc patiuntur. Sed non dubium, quin *pulae* antiquitus pro *pullae* scriptum fuerit: quia literas non geminabant. Quibus lanitium est curae, illi pecudes pullas a grege spernunt, et, vt Virgilius ait, diligenter cauent, ne aries pullis maculis infuscet vellera. Atque haec est vera lectio. SCAL.

Vetus lectio, *Quod epulae*. vnde fortassis legi posset, *Quod depulsae*. Depulsae oues sunt quae depelluntur a matribus, vt perueniant ad lanium: de quibus Columella lib. VII [c. 3, 13] *Post foeturam deinde longinquae regionis pascua petiturus opilio, fere omnem sobolem pastioni reseruat suburbanae. Villicus enim teneros agnos, dum adhuc herbae sunt expertes, lanio tradit: quoniam et paruo sumtu deuehuntur, et iis summotis, fructus lactis ex matribus non minor percipitur.* Varro infra: *Cum depulsi sunt a matribus.* Virgil. Georg. III. 187. - *depulsus ab vbere matris.* POPMA. In cunctis manu scriptis libris *quot epulae* inuenit Victorius, quod mihi non vitium videtur, sed optimum verbum. *Quot epulae*, videlicet, quot agni et veruеces pingues ad epulas sint vendenda; nam inutilia tantum armenta gregesque, quae vili distrahuntur, alienare, non strenui est patrisfamiliae. Inuenio Laurentium scripsisse: *Poll. item epulae oues praepingues.* In Catone etiam *delicula armenta, deliculas oues*, vt Victorius de optimis monumentis prodit, in *reiicula* et *reiiculas* immutarunt librarii, cum, quid esset *deliculum*, non assequerentur. Verum *delicula armenta ouesque* selecta corpora sunt atque optima, a *delecto*, quo pro *deligo* vetustissimi vtebantur, deducta appellatione. Varro 2, 4 *delicum* adhibet: *cum porci depulsi sunt a mamma, a quibusdam delici appellantur, neque iam lactantes dicuntur.* PONTED. Nihil videtur facilius, quam cum I. H. Vrsino obss. philoll. c. 6. p. 65 *epulas oues* interpretari, quae epulis seruire possunt, ac *ad lanium* proinde *perueniunt*. Nimirum *epulae dapes, epulum prandium, epulae oues* eodem sensu dicebantur, priora autem substantiue vsurpata frequentius etc. Vide etiam ad 2, 2, 3.

1, 25 VIDE INQVIT ATTICVS) Videtur legendum *Vide inquit Vaccius, ne te fallant nouenae i. p. et non* etc. Est autem *Vaccius* nomen deductum a vaccis; et sic p. p. scribendum, vbi vulgo legitur *Vaccius*. VRSIN. Nescio, cur *Atticus* expunctum velit Vrsinus, qui 2, 2, 2 apertissime inter personas huius libri refertur.

1, 26 SI

tes non exeant extra pecoris minoris ac maioris nomen. Quo pacto enim erunt p
in mulis et pastoribus nouenae partes, vbi nec admissurae, nec foeturae obseruantur?
In canibus enim q video posse dici. Sed do etiam in hominibus posse nouenarium 26
retineri r numerum, quod in hibernis habent in villis mulieres, quidam s etiam in aesti-
vis, et id pertinere putant, quo facilius ad greges pastores retineant, et puerperio t
familiam faciant u maiorem, et rem pecuariam fructuosiorem. Si, *inquam*, numerus
non est, vt x sit ad amussim, vt non est, cum dicimus mille naues isse y ad Troiam,
centumuirale esse iudicium Romae: deme z (si vis) duas res de mulis, admissuram,
et parturam a. VACCIVS b, Parturam c, inquit? proinde d vt non aliquoties e di- 27
catur Romae peperisse mulam. Cui *ego* vt succinerem, subiicio, Magonem et Dio-
nysium scribere, mulam f, et equam, cum conceperint, duodecimo mense parere.
Quare non, si hic in Italia cum peperit mula sit portentum, adsentiri omnes terras.
Neque enim hirundines, et ciconiae quae in Italia pariunt, in omnibus terris pariunt.
Non scitis palmulas, caryotas g in Syria parere in h Iudaea, in Italia non posse? Sed 28
SCROFA, Si exigere mauis sine mularum i foetura k et nutricatu numerum octoginta
et vnum, est qui expleas duplicem istam lacunam: quod l extraordinariae fructuum m
species duae accedunt magnae. quarum vna est tonsura, quod oues ac capras deton-
dent n, aut vellunt: altera, quae latius patet est o de lacte, et caseo, quam scriptores
Graeci separatim τυροποιίαν p appellauerunt, ac scripserunt de ea re permulta.

II. SED quoniam nos a nostrum pensum absoluimus, ac limitata est pecuaria quaestio: nunc rursus vos reddite nobis, o b Epeirotae, de vna quaque re, vt videamus,

p) *ferunt P.* q) *enim* defic. *I. B. R.* r) *retinere I. B. R.* s) *et qu. a. V.* t) *puerperiis a. V.* u) *faciunt P.* x) *vt sit* absunt *I. I-G.* y) *isse P.* z) *Quare deme P. Qu. demes I. B. R.* a) *parituram I. B. R.* b) *Vaclius a Commel.* c) *Pariturum I. B. R.* d) *prouide I. B. R. perinde Hern.* e) *aliquotiens I. B. R.* f) *mula et equa P.* g) *cariotas Syriam I. B. R.* h) *inuectas in Italiam a. V.* i) *mulorum I. B. R.* k) *admissura et foetura num. I. I-G.* l) *quae I. B. R.* m) *fructum P.* n) *detondunt I. B. R. detundent Iunt.* o) *est* abest *I. B. R. I. I.* p) sic τυροποιίαν (TYPOTCIAN) *P.* deest plane *I. B. R.*
[C. II.] a) *eos B. R.* b) *o* deest *I. B. R.*

1, 26 SI INQVAM) Leg. *sic*; et pro *deme*, *quare demas*. VRSINVS.

1, 26 MILLE NAVES) Fuerunt enim ex calculo Dictyos Cretensis lib. 1. p. 11, 12 edit. Mercer. MCCXCIII; Daretis autem Phrygii p. 134 MCCII. SCHOETTG.

1, 26 CENTVMVIRALE) Nonnunquam enim CV. post Augusti vero aetatem vltra CLXXX fuisse centumuiros ostendit Siccama de centumvirali iudicio 1, 8. IDEM.

1, 27 ROMAE PEPERISSE) Hoc saepius legitur inter prodigia a Liuio et Obsequente adnotata, de quibus non necesse est, vt hic multi simus. Vid. Plin. 8, 44, ibique Harduinum. Caeterum mularum etiam aliquod genus foecundum esse ostendit exemplis auctorum prolatis Bochartus Hieroz. 1, 2, 20. IDEM.

1, 27 IN IVDAEA) Vetus lectio. *In iurea.* castigaui ex ingenio, rem ipsam secutus, *In Iudaea.* Plin. lib. XIII, capite III, *Iudaea inclyta est vel maxime palmis. Item sunt quidem in Europa, vulgoque Italia, sed steriles.* VICT. Ita Petrus Victorius ex veteri lectione, *in Iurea.* Sed non male etiam legeretur *Iturea.* — *Itureos taxi torquentur in arcus.* Virgil. vbi Probus, *Iturei, populi Scythiae.* manifesto errore. legendum enim *Syriae.* SCAL. V. C. *in Suria.* Donat. in Hecyram Terent. Act. 1, Scen. 2. *et assurius sermo*, pro *Assyrius.* VRS. Plin. 13, 4 f. 9; plura de Iudaicis *caryotis.* vbi καρυωτὰς φοίνικας *nucales palmas* vel *nuciferas* interpretatur Harduinus, quamquam ipse Plinius ab eo dictas putat, quod vinum earum caput tentet. De palmis Iudaicis suo more, id est supra omnes, Spanhemius Diss. 6 p. 350 seq.

1, 28 TYPOΠOIIAN) Περὶ τυροποιίας caput integrum Berytii extat Geopon. 18, 19. SCHOETTGEN. de extraordinariis fructibus agit c. 11.

2, 1 RVRSVS VOS REDDITE NOBIS) h. e. eodem ordine agite de vnoquoque pecore, qui ordo propositus est 2, 1, 13. Id quod etiam obseruatur.

mus, quid pastores a [c] Pergamide, Maledoue [d] potis [e] sint. ATTICVS, qui tunc [f]
2 T. Pomponius, nunc Q. Caecilius cognomine [g] eodem, Ego opinor, inquit, incipiam primus, quoniam in [h] me videre [i] coniecisse oculos: et dicam de [k] primigenia pecuaria [l]. E feris enim [m] pecudibus primum dicis oues comprehensas ab hominibus, ac mansuefactas. has primum oportet bonas emere. Quae [n] ita ab aetate, si neque vetulae sunt, neque merae agnae: quod alterae iam nondum, alterae iam non possunt
3 dare fructum. sed ea melior aetas, quam sequitur spes, quam ea quam mors. De forma, ouem esse oportet corpore amplo, quae lana multa sit et molli, villis altis, et densis toto corpore, maxime circum ceruicem et collum, ventrem quoque vt habeat pilosum. itaque quae [o] id non haberent [p], maiores nostri apicas appellabant, ac [q] reiiciebant.

c) *a pergamidae I. I. H. A. Gr. G. quibus verbis praepos. est stellae signum Ba-G. apergamidae* iunct. *I. B. R.* d) *Maledone I. B. R. in Aledone I. I-G.* e) *poti I. B. R.* f) *nunc Ba-G.* g) *cum nomine a. V.* h) *vos in I. I-G.* i) *video a. V.* k) *de* abest *I. I-G.* l) *pecuariae I. I-G. pecuariae feris P. I. B. R.* m) *cum I. B. R.* n) *quaesita aet. I. I-G.* o) *quo P.* p) *habent P.* q) *ac reiiciebant* desunt *I. B. R.*

2, 1 A PERGAMIDE MALEDOVE) Hic locus ante mendosissimus et erat et existimabatur, nota etiam adposita damnatus fuerat: ipse veterem lectionem reposui, quam integram esse arbitror; vt *Pergamis, Maledusque*, nomina locorum in Epiro sint. Respondet autem superiori illi, qui nostra item opera emendatus est. Dixerat enim Scrofa, *Sed haec a nobis ita accipietis, vt vos qui estis Epirotici pecuarii* etc. Idem igitur nunc ait, *nunc rursus vos reddite nobis, o Epirotae, de vna quaque re.* Iocatur autem, vt omnem occasionem nactus facit: maiora enim et eruditiora expectabantur ab Epiroticis pecuariis. *Saltus* igitur appellat, in quibus pascere soliti essent. VICTOR.

2, 2 COGNOMINE EODEM) Ita emendavi ex ingenio. multa autem mihi, vt hoc auderem, persuaserunt. Si ita locutus M. Varro esset, vt in excusis erat, *Cum nomine*, in κακέμφατον incidisset, ac rem obscoenam protulisset. iunctura enim deformiter sonat. Praeterea Atticus nomen non erat, sed cognomen. hoc etiam non paruum argumentum est contra eiectam lectionem. Initio etiam commentarii de Senectute Cicero Titum ipsum alloquens, inquit, *Teque non cognomen solum Athenis deportasse* etc. VICTOR. Videtur legendum *cognomine*. Cic. ad Att. 3, 20 *Cicero salutem dicit Q. Caecilio Q. F. Pomponiano Attico. Quod quidem ita esse, et auunculum tuum functum esse officio, vehementissime gaudeo.* VRSIN. Adoptatum esse Atticum ab Q. Caecilio auunculo suo, porro qui adoptati essent, eos in nomen non minus, quam familiam patrum adoptiuorum transiisse, Victorii et Vrsini aeuo notare nihil attinebat. Hodie. Sed stomachandi hic locus non est.

2, 2 VIDERE CONIECISSE OCVLOS) Ita erat in manu scriptis, et ita scribi volui. *Videre*, pro *Videris*, cepit: vt in illo etiam loco, qui est, vbi agit de suibus, *Ignorare*, inquit, *videre cur appeller Scrofa.* Sic enim illic etiam habent antiqui codices. VICTOR.

2, 2 DE PRIMIGENIA PECVARIA) Vetus haec est lectio, quam magis probo. Antea in excusis, *Et dicam primigenia pecuariae. Primigenia verba* appellare M. Varronem in VI. de lingua Latina libro, quae non sunt ab aliquo declinata, manifestum est: et *primigeniam consuetudinem victus*, in primo libro de vita Populi Rom. priscam et veterem. Locus autem apud Nonium de mutata declinatione legitur, quare eadem ratione nunc *Primigeniam pecuariam* dixisse puto. Sex. quoque Pompeius *Primigenium sulcum* vocari solitum tradit. VICTOR.

2, 2 PRIMVM DICIS OVES) Vid. 2, 1, 4.

2, 2 BONAS EMERE) V. C. *Bona emere aetate, quae ita erunt, si neque etc.* Varro 2, 4 *eligere oportet primum bona aetate* et 2, 6 de asinis dixit: *vt mares foeminasque bona aetate sumas. Bona aetas* dicitur adolescentia vel iuuentus, contra: *mala aetas* senectus ipsa. - Afranius Vopisco: *Mala aetas nulla delinimenta inuenit.* Pacuuius Periboca: *Parum est, quod te aetas mala habet, ni etiam hic ad malam aetatem adiungas cruciatum reticendi.* VRSIN. In hoc loco vel desiderari potest verbum *cognoscuntur*, vel subintelligi, sed opinor deficere. Nam Crescent. l. 9 c. 67 id posuit: *Oues bonae cognoscuntur ab aetate, si neque vetulae sint, neque merae agnae.* Ald. Iunta et Gymnicus ediderunt: *Quaesita aetate.* PONT. Ego intelligebam ἀπὸ τῦ κοινῦ, *quae ita ab aetate bonae sunt.* De vi vocis *merus* in *merae agnae* disputat Pet. Victor. V. L. 18, 5. verbo *merae agnae*, quae nihil aliud sunt, nondum ad vlteriorem gradum venerunt.

2, 3 APICAS APPELLABANT) Festus: *Apica dicitur ouis, quae ventrem glabrum habet.* Plin. 8, 48 *Quibus venter nudus esset, apicas vocabant.* Verba quae sequuntur, *ac reiiciebant*, non leguntur in VV. CC. VRSIN. Vid. Scal. ad f. 6

minam.

reiiciebant. esse oportet cruribus humilibus, caudis obseruare [r], vt sint in Italia prolixis, in Syria breuibus. In primis videndum, vt boni seminis pecus habeas. id fere [s] 4
ex duabus rebus potest animaduerti, ex forma, et [t] progenie. Ex forma, si arietes sint fronte lana vestiti bene, tortis [u] cornibus pronis [x] ad rostrum, rauis oculis lana opertis [y] auribus, amplis [z] pectore et scapulis, et clunibus latis, cauda lata et longa. animaduertendum quoque linguane [a] nigra, aut varia sit, quod fere qui ea [b] habent, nigros, aut varios procreant agnos. Ex progenie autem animaduertitur, si agnos procreant formosos. In emtionibus iure vtimur eo, quod lex praescripsit. in ea enim 5
alii plura, alii pauciora excipiunt. Quidam enim pretio facto in singulas oues, vt agni chordi [c] duo pro vna oue annumerentur, et si cui [d] vetustate [e] dentes absunt, item binae pro singulis vt procedant [f]. de reliquo antiqua fere formula vtuntur. cum emtor

r) *obseruate P.* s) *fere* omitt. *P.* t) *ex I.B.R. et ex I.I-G.* u) *intortis a.V.* x) *premis P. 1.* y) *opertis, auribus amplis, pect. et a Commel.* z) *ampli P.Kyck.* a) *lingua ne* diu. *a. V.* b) *eam I.B.R. talem I.I-G.* c) *cordi P.* d) *quae P. qui I.B.R.* e) *veteres absint P. 2.* f) *prodant I.I-G.*

minam. Pruriebant manus rescribere *apilas*, a *pilo*, vt *amens* et forte alia. Inuitabat me alter locus, quem huic parallelum putabam, nostri 2, 1, 24, vbi *epulae* oues, quid sibi vellent, cum non intelligerent homines *reiculas* substituerunt. Suspicabar igitur in vtroque Varronis loco *apilas* forte fuisse. Neque me Festus valde mouebat, quem eadem opera atque Varronem vitiatum saepe fuisse noueram. Blandiebatur huic sententiae praecedens *ἡ itaque*, qua vtitur Varro, quae indicare videretur etymologiam suo illum more afferre a *pilo* tractam, itemque illud, quod vox maioribus tantum Varronis vsitata, et obsoleta proinde, corrumpi facilius potuisset e. i. g. a. Sed cum etiam Plinius 8, 48 f. 75 *apicas*, quamquam ex Varrone, vt apparet, commemoret, et *epulae oues* plane aliud sint, non multum suspicioni meae ipse postea tribui, tantum abest, vt mutare aliquid sustinuerim: praesertim cum non absurde *apicam* a *πίλος* deriuauerit Scaliger, et qui post eum hunc locum attigere. Considerent etiam viri docti an sanus sit Plinii locus 8, 48 pr. *Lana laudatissima Apula, et* (secundo loco) *quae in Italia Graeci pecoris appellatur, alibi Italica* (nimirum vt philosophia Italica). *Tertium locum Milesiae oues obtinent.* (Quarto) APVLAE *breues villo, nec nisi paenulis celebres.* Nonne legendum *apilae* aut *apicae*?

2, 4 SI ARIETES SINT) In Geoponicis 18, 1 ita hic locus expressus est: *τοὺς δὲ κριοὺς εἶναι χρὴ εὐαυγεῖς, καλοὺς τῷ εἴδει, χαροποὺς τοῖς ὄμμασι, δασυμετώπους εὐκέρατας.* Sed Columella videtur legisse: *fronte lata*, vt ex 7, 3 colligitur. Praeterea in quodam Ms. codice apud Varronem legitur *intortis crinibus*, quomodo habet idem Colum. 7, 3. VRSIN.

2,4 LANA OPERTIS AVRIBVS, AMPLO PECTORE) Ita videtur legendum, interpungendumque. Nam in Geopon. est: *σκεπομένους τὰ ὦτα τῇ δασύτητι τῶν ἐρίων, πλατυνώτους.* IDEM.

2,4 LINGVANE NIGRA) Vid. Pall. Iul. 4, 2 et similia Pall. Mart. 14, 3.

2, 4 QVI EA HABENT) Legendumne cum antiquis editionibus *eam*? Sed potest etiam intelligi *signa*.

2, 5 QVOD LEX PRAESCRIPSIT) Lex accipitur non pro ciuili lege, sed pro mancipio, aut mancipii lege, quae dici in venditionibus consueuerat. Horatius lib. 2 Epistolarum in epistola ad Iulium Florum. *Prudens emisti vitiosum, dicta tibi est lex. Insequeris tamen hunc, et lite moraris iniqua.* Cicero lib. I. de oratore, *Cum enim Marius Graditanus aedes Auratae vendidisset, neque seruire quandam earum aedium partem in mancipii lege dixisset, defendebamus, quicquid fuisset incommodi, in mancipio, id si venditor scisset, etc.* Idem lib. 3 de officiis, de earundem aedium venditione, *Hae Sergio seruiebant, sed hoc in mancipio Marius non dixerat, etc.* Haec Magius Miscell. 4, 3.

2, 5 ET SI CVI) V.C. *et si qui*, et pro *prodant*, videtur legendum *procedant*, quod est verbum petitum a iurisconsultis, qui eo vtuntur pro *valeant*. VRSINVS.

2,5 ITEM BINAE PRO SINGVLIS VT PROCEDANT) *Prodant* antea corrupte legebatur. in manu scriptis omnibus *Procedant* inveni. *Procedant*, numerentur, significat: greges enim ouium magni non bene numerari possent, si eodem loco manerent. quare consuetudinem habent pastores, claudere gregem, et dum emittunt, numerare: aliter enim rursus confunderentur. nam *Procedere*, vlterius se ferre significare manifestum est: vel hoc exemplo Vergilii, *Parcite oues nimium procedere.* VICTOR. Vid. Cato c. 148. Gell. 5, 19 in oratione P. Scipionis. *In alia tribu patrem, in alia filium suffragium ferre. Filium adoptiuum tam procedere, quam si se natum habeat.* Haec loca laudauit iam Hier. Magius l. c.

emtor dixit, Tanti sunt mi [g] emtae? et ille respondit [h], Sunt, et expromisit [i] numos:
6 emtor stipulatur prisca formula sic, Illasce oues, qua de re agitur, sanas recte esse, vti pecus ouillum, quod recte sanum est extra luscam, surdam [k], minam, id est, ventre glabro, neque de pecore morboso esse [l], habereque recte licere, haec sic recte fieri spondesne [m]? Cum id factum est, tamen grex dominum non mutauit [n], nisi si [o] est adnumeratum. Nec non emtor pote [p] ex emto vendito [q] illum damnare, si non tradet [r], quamuis [s] non soluerit numos: vt ille emtorem simili iudicio [t], si non reddit [u]
7 pretium. De alteris quatuor rebus deinceps dicam, De pastione foetura, nutricatu [x], sanitate. Primum prouidendum, vt totum annum recte pascantur intus, et foris. stabula

g) *mii I. B. R. mihi I. I-G.* h) *respondet a. V.* i) *exprompsit a. V.* k) *surdem Iunt.* l) *etiam hab. I. B. R.* m) *spondes? Nec cum* omnes praeter Pol. qui *Ne cum.* n) *mutat I. I-G.* o) *sit aes* alii praeter *Ryck. I. B. R.* p) *potest a. V.* q) *venditorem damn. I. I-G.* r) *tradat a. V.* s) *quam P. cum is I. I-G.* t) *iudici Hern.* u) *reddidit I. I-G.* x) *et* ins. *I. B. R.*

2, 5 EXPROMISIT NVMOS) Vetus haec lectio: antea *exprompsit.* *Expromittere*, verbum iuri accommodatum est. VICTOR. De vi huius verbi agimus in Indice.

2, 6 QVA DE RE AGITVR) Cicero pro Murena: *Etenim quae de scripto aguntur, scripta sunt omnia: neque tamen quicquam tam accurate scriptum est, quo ego non possim* QVA DE RE AGITVR, ADDERE etc. ex quibus verbis adparet: *Qua de re agitur*, solere in formulis interponi. VRSINVS.

2, 6 VTI QVOD RECTE SANVM EST) Ita legendum. Nam verba, *pecus suillum*, addita sunt. Respexit autem ad vetustam formulam Q. R. F. E. V. apud Probum. Agellius 16, 4 *vti quod recte factum esse voles.* In lege Mamilia apud Frontinum: *Vti quod recte factum esse volet, facito*; et in fragmento vetustae legis: *Facito vti ei, quod recte factum esse volet.* IDEM.

2, 6 EXTRA LVSCAM) Festus: *Minam ait Aelius vocitatam mammam alteram lacte deficientem. Extra quam* antiqua formula est, qua vtebantur in exceptionibus: *Extra quam si quid ita factum sit, vti lege fieri licuit.* IDEM.

2, 6 MINAM, ID EST VENTRE GLABRO) Ergo *mina* eadem, quae *apica.* *Apica* Graecum est: ἄπικος, hoc est, glabra. Nam πέκος et πόκος in neutro, idem quod πόκος, masculino. Eas Aristoteles vocat κολοβάς. *Εἰσὶ δὲ* inquit, *δυσχειμερώτεραι αἱ πλατύουροι ὄϊες τῶν μακρούρων, καὶ αἱ κολοβαὶ τῶν λασίων.* Magis alsiosae, inquit, sunt oues minae, quam hirtae. Quin et Plautus ita vocat Truculento, sed locus corruptus est. - *ego perperaminas Ouis in crumena hac in vrbem detuli*: legendum enim, *ego perperas, minas oues, etc.* *Perperas* sunt ἄχρειοι. Est et Festo *Mina*, mamma lacte deficiens. Contra eleganter *munificam mammam* vocat Plinius eam, quae lac praebet, lib. XI. cap. XL. SCALIGER.

2, 6 SPONDES? NEC CVM) Leg. *Spondesne? cum id etc.* nam sic infra c. 3 *spondesne?* et c. 4 *neque de pecore morboso esse spondesne?* et c. 5 *noxisque praestare spondesne?* VRSINVS. Tanto magis ita legendum, quod *nec* illud post interrogationem positum sententiam turbat, ex legibus iam mox confirmandam: et quod *ne* habet etiam Pol. Itaque iam ita ante rescripseram, quam Vrsini notas vidissem.

2, 6 NISI SI EST ADNVMERATVM) Qui Iuntinis editionibus praefuere, illi primum videntur hunc locum emendando corrupisse. Mediceos codices cum primis editionibus conuenire, constat, quod nihil hic a Politiano adnotatum est. Conuenit vetus lectio et a nobis iam restituta cum legibus, quas iam laudauerat Magius: nempe l. 35 §. 5 de contrah. emt. (17, 1) *Si pro numero corporum pretium fuit statutum, Sabinus et Cassius tunc perfici emtionem existimant, cum adnumerata, admensa, appensaue sint: quia venditio quasi sub hac conditione videtur fieri, vt in singulas metretas, aut in singulos modios, quos quasue admensus eris, aut in singula corpora, quae adnumeraueris. Ergo et si grex venierit, si quidem vniuersaliter, vno pretio, perfecta videtur, post quam de pretio conuenerit. Si vero in singula corpora certo pretio, eadem erunt, quae proxime tractauimus.* Etiam haec lucem accipient ex iis, quae ad Cat. 148 disputata sunt.

2, 6 EX EMTO VENDITO ILLVM DAMNARE) Ita in manu scriptis omnibus scriptum inueni. Titulum iuris fuisse puto. nam in XIX libro Pandectarum, iisdem pene verbis nunc quoque appellatur, *De actionibus emti et venditi.* Item tertio etiam de Natura deorum Cicero, *Reliqua quae ex emto aut vendito, aut conducto aut locato, contra fidem fiunt.* VICTORIVS.

2, 7 DE ALTERIS QVATVOR REBVS) Respiciendum ad 2, 1, 16.

2, 7 PRIMVM PROVIDENDVM) Crescent. lib. 9 c. 68 praeponit de pastione. incipit enim; *De pastione primum prouidendum est.* Quod contemnendum non videtur; siquidem *de pastione, foetura, nutricatu, sanitate*, ordine se dicturum indicauit Varro, ad quas non prius aggreditur,

ſtabula idoneo loco vt ſint: ne ventoſa: quae ſpectent magis ad orientem, quam ad meridianum tempus. vbi ſtent, ſolum oportet eſſe eruderatum, et procliuum, vt euerri facile poſſit, ac fieri purum. non enim ſolum ea vligo lanam corrumpit ouium, ſed etiam vngulas, ac [y] ſcabras fieri cogit. Cum [z] aliquot dies ſteterunt [a], ſubiicere 8
oportet virgulta [b] alia [c], quo mollius requieſcant, purioreſque ſint. libentius enim ita paſcuntur. Faciendum [d] quoque ſepta ſecreta ab aliis, quo incientes [e] ſecludere poſſis, item quo corpore aegro. haec magis ad villaticos greges animaduertenda. Contra illae [f] in ſaltibus quae paſcuntur, et a tectis abſunt longe, portant ſecum cra- 9
tes [g],

y) *ac eas I. I-G.* z) *Cumque I. I-G.* a) *ita ſteterint I. I-G.* b) *vireulta P.* c) *et alia I.-I-G.* d) *Faciendumque ſe I. B. R.* e) *inicientes P. enitentes a. V.* f) *illa I. B. R. ille P. I. I-G.*

tur, quam aliquid praemittat, ceu *Quod ad foeturam quae dicam; in nutricatu cum parere coeperunt; De ſanitate ſunt multa; De forma ouem; De forma videndum vt ſint firmae; De numero in centum ſues decem; Quare de canibus quoniam genera; De foetura principium admittendi faciunt veris principio.* Quae in hoc ſecundo libro quoniam ſic propoſiti ordinis ratio exigit neceſſaria cenſenda ſunt. PONT. Verba, *tempus vbi ſtent,* videntur adiecta. Vid. Colum. 7, 3. VRSIN.

2, 7 AD MERIDIANVM TEMPVS) Poſterior vox redundat, et vt arbitror, ſuppoſita eſt ab eo, qui putauit aliquid deſiderari: cum ſint venuſtae ἐκλείψεις. *Ad orientem, ad meridianum,* pro ad orientem ſolem, ad meridianum aeſtum. Similiter lib. 1 *Quo ſuccedant homines in aeſtu tempore meridiano*; malim, *in aeſtu meridiano.* POPMA.

2, 7 ERVDERATVM, ET PROCLIVVM) Cum ouile non ſolum eruderatum eſſe debeat, et procliuum, ſed etiam virgultis, paleis ſtramentisve ſtratum, quo mollius quieſcat pecus, ac purius ſit; poſita a Varrone nonnulla huius modi opinor. Sunt enim neceſſaria. Creſcentius porro ſic tranſcripſit l. 9 c. 68 *Vbi ſtent, locum oportet eſſe virgultis aut paleis, aut aliis ſtraminibus ſtratum atque decliuum.* Haec, aut quid aliud in Varronianis libris poſitum, ex iis etiam, quae in proximis adnotationibus adiiciam, tam certum erit, quam quod certiſſimum. Cato id quoque confirmat c. 5 *Pecori,* inquit, *et bubus diligenter ſubſternatur.* Item. *Stramenta ſi deerunt, frondem iligneam legito, eam ſubſternito ouibus bubusque.* It. c. 37 *Ex ſegeti euellito ebulum, cicutam, et circum ſalicta herbam altam, vluamque, eam ſubſternito ouibus, bubusque.* Id etiam Colum. lib. 7 c. 3 de ouili verbo faciens: *Deturque opera, ne quis humor ſubſiſtat, vt ſemper quam aridiſſimis filicibus vel culmis ſtabula conſtrata ſint, quo purius et mollius incubent foetae.* PONTED.

2, 7 EA VLIGO LANAM CORRVMPIT) *Ea vligo* aliquid praecedere indicat, ad quod referatur: locus itaque fortaſſe non integer, qui ſic explanari poteſt ex Creſcentio, *Vt euerri facile poſſit, ac ab vrinae humiditate fieri purum. non enim ſolum ea vligo etc.* Verba Creſcentii haec ſunt: *Vt mundari ac fieri purum ab vrinae humiditate facile poſſit.* Varro item hac de re loquens adiecit: *Itaque faciunt lapide ſtrata ut vrina necubi in ſtabulo conſiſtat.* Ita Colum. l. 1 c. 6 *ſed omnia ſtabula ſic ordinentur, ne quis humor influere poſſit: et vt quisque, qui ibi conceptus fuerit, quam celerrime dilabatur, vt nec fundamenta parietum corrumpantur, nec vngulae pecudum.* It. 7, 4 *Stabula vero frequenter euerrenda, humorque omnis vrinae diuerrendus, qui commodiſſime ſiccatur perforatis tabulis* PONT.

2, 8 SVBIICERE OPORTET VIRGVLTA ALIA) Haec apertiſſime oſtendunt, quod indicaui: locum nimirum illum, *Vbi ſtent,* eſſe deprauatum; nam *alia virgulta* aliquid iam poſitum confirmant. Quod vitium cum animaduerteret quidam, emendare eſt conatus: *virgulta et alia* vt apud Aldum legitur Iuntas et Gymnicum. Sed Creſcentius propius ad Varronis verba acceſſit, haec ſeruans: *Cum aliquot dies ſteterint, ſubiicere oportet alia virgulta, vel paleas, quo mollius requieſcant purioreſque ſint; libentius enim ita paſcuntur.* Solent autem paſtores ter aut quater per ſingulos menſes ouibus paleas vel ſtramenta aut virgulta ſubiicere, ob eas non ſolum cauſas, quas Varro commemorat, ſed etiam quo maior ſtercoris copia fiat. Idque crebrius verno tempore faciunt, quoniam tunc ouile pecus tenera virgulta ac herbas paſcitur et purgatur. PONTED.

2, 8 QVO INCIENTES SECLVDERE POSSIS) Vetuſta lectio *Inicientes,* quae et ipſa mendum habebat, quod tamen ſine periculo tolli potuerit. *Incientes* igitur emendaui, vna tantum litera ex ea dictione ſublata. Sunt autem *incientes* propinquae partui, vt Sex. Pompeius docet. VICTOR. Leg. *incientes,* pro *enitentes:* quomodo emendandus etiam Colum. 7, 3 et 8, 11. Vid. Feſtus in *grauida inciens,* et Placidus in Gloſſis. Apud Arnobium quoque in hoc verbo, et apud alios ſcriptores ſaepe peccatum eſt a librariis. VRSIN.

2, 9 CONTRA ILLAE) Leg. vid. *c. illi i. ſ. qui paſcunt* et p. p. inducenda verba *et late,* legendumque: *Longe enim in diuerſis locis paſci ſolent etc.* IDEM. Locus perobſcurus. nam *illae* ſ. *ille* mendoſum opinor pro *illis* ſcriptum, aut *ad illas,* id eſt, animaduertendum, [cuius veſtigium video

tes [g], aut retia, quibus cohortes in solitudine faciant, caeteraque vtensilia. longe enim, et late in diuersis locis pasci solent, vt multa millia absint saepe hibernae pastiones ab aestiuis. Ego vero scio, *inquam.* nam mihi greges in Appulia hibernabant, qui in Reatinis montibus aestiuabant [h]. Cum inter haec bina loca, vt iugum continet sirpiculos [i], sic calles [k] publicae [l] distantes pastiones; easque † ibi, vbi pascuntur in eadem regione, tamen temporibus distingunt [m], vt aestate quod cum [n] prima luce exeunt [o] pastum, propterea quod tunc herba roscida [p] meridianam [q], quae est aridior, iucunditate praestat: sole exorto puto [r] propellunt, vt redintegrantes rursus

g) *grates P.* h) *aestuabant Iens.* i) *scirpiculus I. I-G.* k) *colles a. V.* l) *publice I. I.* et post has omnes. †) *easque* omn. m) ita *Pol. et V. al. distinguunt.* n) *tum* omn. praeter *I. B. R.* o) *in* ins. *I. I-G.* p) *resida P. a. le. I. I-G. ruscida Pol.* 1. q) *meridiana I. B. R. meridianae Iunt.* r) *puro a. V.*

video in Ienson. Edit. *illa*] Non enim *illae*, nempe oues *portant secum crates aut retia, sed custodes*, quod et necessario addendum. Totum autem hunc locum ita excerpsit Crescentius: *Nam in his* (lego *illis* namque sic in vernacula lingua versum video) *quae pascuntur in saltibus, custodes secum portant crates aut retia, quibus cohortes in solitudine faciant, ceteraque vtensilia.* Ad hanc pastorum consuetudinem respexisse videtur Virgilius, dum haec I, 3 Georg. versibus est complexus: - - *omnia secum Armentarius Afer agit tectumque laremque Armaque Amyclaeumque canem, Cressamque pharetram.* PONTED. *Contra illis in saltibus qui pascuntur*, legit Columbus in not. ad anon. de erroribus Vlyssis p. 80. ALMEL. Quidsi *contra illas etc.* absolute ponitur pro eo, *quod ad illas attinet* etc. Vel interpungendum post *longe*, et intelligendum: *curandae sunt* aut simile quid.

2, 9 LONGE ENIM ET LATE) In Crescentio haec quoque leguntur, sed insuper *et varie*, non inutile verbum: *longe enim et late, et varie in diuersis locis pasci solent.* Extant hac de re apud Virgilium III Georg. hi versus: *Quid tibi pastores Lybiae, quid pascua versu Prosequar et raris habitata mapalia tectis? Saepe diem noctemque et totum ex ordine mensem Pascitur, itque pecus longa in deserta sine vllis Hospitiis: tantum campi iacet.* PONTED.

2, 10 VT IVGVM CONTINET SIRPIC.) In iugo, hoc est, ἐν τῷ ζυγῷ, sunt distantes sirpiculi, in callibus publicis distantes pastiones. Sirpiculorum in iugis seu carris meminit Lucilius: *Tintinnabulum abest hinc sirpiculique olerorum.* De quo in coniectaneis p. 60. SCALIG. *Sirpiculos* igitur vehiculi genus intelligit vir magnus, et iugum, ad quod iumenta iunguntur. Quid si commodius sit, hic pariter et de LL. p. 34. 14 intelligere corbes duas, iugo, h. e. ligno transverso, aliquantum incuruo iunctas, cuius ope vnus vel homo vel asinus binas humeris vel tergo portare potest. Ita comparatio sic satis bene procedit, duae pastiones, praesertim, si conualles sint, duo sirpiculi sunt, qui interiecta calle publica tanquam iugo continentur et iunguntur. Et iam obseruauit Gronouius ad Plaut. Pseud. 1, 3, 98, male pro vehiculis haberi a Scaligero tum *sirpeas*, tum *tintinnabula*, quorum haec appendi forte, illae imponi plaustris possint: et probat merito eius sententiam Scheff. de re vehic. p. 360.

2, 10 CALLES PVBLICE) Scribe *publicae*, ἀρχαϊκῶς. SCALIG. Videtur legendum, *Sic calles publice distantes pastiones, atque vbi pascuntur etc.* infra c. 9. *Quod accidit iis, qui per calles silvestres longinquos solent comitari.* Cicero pro Sextio: *Italiae calles atque pastorum stabula.* Varro infra de pastionibus: *Vtrosque horum firmiores, qui in callibus versantur, quam eos, qui in fundo quotidie ad villam redeunt* etc. Erant autem viae publicae pecoribus destinatae ex hibernis in aestiua redeuntibus, vbi morari et pascere possent. VRSIN. Quidni reuocarem lectionem priscam, a qua reliquae non consilio, sed sphalmate quodam videntur deflexisse.

2, 10 EASQVE IBI, VBI PASC.) Literulam vnam *e* in *s* mutatam mihi condonabunt, spero, qui sentient, hac ratione sententiam planam factam; *eas* h. e. pastiones iis etiam locis, vbi toto anno manent, tamen *temporibus distinguunt*, V. C. *quod aestate cum prima luce exeunt pastum etc. sole autem exorto etc.*

2, 10 CVM PRIMA LVCE) Videtur legendum *cum.* Varro apud Nonium alibi dixit, *luci claro* et *primo luci.* p. p. haec verba ita sunt collocanda: *Sole exorto puro propellunt rursus ad pastum, vt redintegrantes alacriores fiant.* VRSIN. Paraphrasis huius loci elegantissima est Colum. 7, 3, 13 seq.

2, 10 MERIDIANAM -- PRAESTAT) In excusis antea *meridianae.* *Praestare* tamen *aliquam rem*, id est, vincere ac superare, veteres dixerunt. Initio etiam tertii libri sic locus ille in antiquis legitur, *Romani numero annorum vrbanos agricolae praestant.* VICTOR.

2, 10 SOLE EXORTO PVTO) Potius *sole exorto potum propellunt.* PONTED. Vid. Vict. ad 2, 2, 18 extr.

2, 10 REDINTEGRANTES) Verba, quae proxime sequuntur, *rursus ad pastum alacriores*, ἐπεξήγησις huius videntur: paullo post eodem sensu

rurſus ad paſtum alacriores [s] faciant. Circiter meridianos aeſtus, dum deferueſcant [t], 11
ſub vmbriferas rupes, et arbores patulas [u] ſubiiciunt, quoad refrigerato [x] aere veſper-
tino, rurſus paſcant [y] ad ſolis occaſum. ita paſcere pecus oportet, vt aduerſo [z] ſole
agat. caput enim maxime ouis molle eſt. Ab occaſu paruo interuallo interpoſito ad
bibendum appellunt, et rurſus paſcunt, quoad [a] contenebrauit. iterum enim tum iu-
cunditas in herba redintegrauit [b]. Haec ab vergiliarum exortu ad aequinoctium autu-
mnale maxime obſeruant. Quibus in locis meſſes ſunt factae, inigere eſt [c] vtile du- 12
plici de [d] cauſa, quod et caduca ſpica ſaturantur, et obtritis ſtramentis, et ſtercora-
tione faciunt in annum ſegetes meliores. Reliquae paſtiones hiberno ac verno tem-
pore hoc mutant, quod pruina iam exhalata, propellunt in pabulum, et paſcunt diem
totum, ac meridiano tempore ſemel agere potum ſatis habent. Quod ad paſtiones 13
attinet, haec fere ſunt: quod ad foeturam, quae dicam. Arietes, quibus ſis vſurus
ad foeturam, bimeſtri tempore ante ſecernendum, et largius pabulo explendum. Cum
redierunt [e] ad ſtabula e paſtu, ordeum ſi eſt datum, firmiores fiunt ad laborem ſuſti-
nendum. Tempus optimum ad admittendum, ab arcturi occaſu ad aquilae occaſum,
quod quae poſtea concipiunt, fiunt vegrandes, atque imbecillae [f]. Ouis praegnans [g] 14
eſt

s) *al griores P.* t) *deferueſcat B.R. deferueſcunt I.I-G.* u) *putulas ſubiciciunt: quaad P.* x) *refrigeratu P. 1. refrigerata P. 2.* y) *paſcunt P. 1.* z) *aduerſo* omitt. praet. *P. I. I-G.* a) *quaad P.* vt fere alibi. b) *redintegrabit P.* c) *intereſt* omnes. d) *de* deeſt *I. B. R.* e) *redierint a. V.* f) *imuecillae P. 1.* g) *praegnas P.*

ſenſu *redintegrauit*, intranſitiue et ipſum dicitur.

2, 11 CIRCITER MERIDIANOS AESTVS, DVM DEFERVESCVNT) In V.C. eſt *deferueſcat.* Forte legendum: *circiter meridiem aeſtus dum deferueſcat.* Infra c. 4 *Poſt meridiem rurſus lenito feruore paſcunt.* VRSINVS.

2, 11 VT ADVERSO SOLE) Videtur legendum *auerſa ſoli*, vel *auerſo ſole*, vel ſi magis placet, *auerſa a ſole.* Col. 7, 3 *vt paſcentium capita ſint obuerſa ſoli.* Plin. 18, 33 et in Geopon. 18, 2 *ὑπάτοντα δὲ τὸν ἥλιον κατ' οὐρὰν ἔχειν αὐτὰ προσήκει.* Vitruv. 1, 4 *Poma, quae non in ea coeli parte ponuntur, quae eſt auerſa a ſolis curſu, non diu ſeruantur.* p. p. legendum videtur *redintegrabit.* item: *inigere vtile.* IDEM. Plin. 8, 49 *Infirmiſſimum pecori caput, quamobrem auerſum a ſole paſci cogendum.* SCHOETTG. Mala, credo, fuiſſet religio, non ſcribere cum tot ſuffragatoribus *auerſo.* Caeterum vt laudatur hic ab Vrſino Columellae locus 7, 3, 24 et ipſi et auctori ſuo aduerſus eſt. Oſtendemus ſuo loco legendum *ne paſcentium capita ſint obuerſa ſoli.*

2, 12 (INTEREST) INIGERE EST VTILE) Inigere verbum ruſticorum, cum pecudes aliquo agunt, vel educunt e ſtabulis. infra; *Inigunt in ea ſtabula.* et lib. III. *Saliunt in aqua, iniguntur in flumen, aut piſcinam.* lib. IV. de ling. Lat. *Pecus in bucita, cum antiquum oppidum exigebant.* POPMA. *Intereſt* et *vtile* idem ſignificat; idcirco alterum eſſet expungendum, niſi eo ſublato, locus adhuc vitioſus relinqueretur. Haec vero eſt Varronis ſententia: *Quibus in locis meſſes ſunt factae, intereſt, vt oues teneantur in ſtipulis, id vtile duplici de cauſa quod etc.* Quicquid igitur inter *intereſt* et *vtile* interponebatur, aut vetuſtate corruptum periit, ideoque librarii, ne lacunam relinquerent, coniunxerunt, aut ab aliquo imperito in ſcribendo praetermiſſum, a quo omnes, quos habemus, libri tranſcripti ſunt. Creſcentii quidem aetate extabat, nam ſi hoc Varronis monitum ſignificauit: *Cum meſſes ſunt factae, teneantur in ſtipulis, quod eſt vtile duabus ex cauſis.* Cum haec ſcripſiſſem, incidi forte in Popmae emendationem, quae quoniam placet, auctoris diligentiam in eo tantum deſiderari poſſe video, quod quaſi in omnibus editis libris, et potiſſimum in eo, quem ipſe procurauerat, ea lectio extaret, ipſam non emendandam ſed explicandam arripuit. PONT.

2, 12 HOC MVTANT) i. e. differunt. Varro de LL. 4 *In denario numero hoc mutat, quod etc.* et lib. 8 *Hoc mutat, quod altera in ſingularibus, altera in coniunctis rebus.* et lib. 1 rerum diuin. *Quid mutat inter Antigonam et Tulliam, eſt animaduertere.* Vid. Agellius 13, 3 et 18, 12. VRSIN.

2, 13 AB ARCTVRI) Plin. 8, 47 *Coitus omnibus ab Arcturi occaſu ad Aquilae occaſum. Gerunt partum diebus CL, poſtea concepti inualidi: cordos vocabant antiqui poſt id tempus natos.* Ex quo loco videtur hic legendum: *Quod qui poſtea concipiuntur, fiunt vegrandes atque imbecilli.* Item Plinius ex Varrone emendandus. nam in V. C. ita hic locus habetur, vt nos edidimus. IDEM.

2, 13 QVAE POSTEA CONCIPIVNT) Plinius tradit hoc accidere foetui ouium. quod ſi eſt, debuit Varro ſcripſiſſe, *Qui poſtea concipiuntur, fiunt vegrandes, atque imbecilli.* Verba Plinii

est diebus CL. itaque fit partus exitu [h] autumnali, cum aer est modice temperatus, et primitus oritur herba imbribus primoribus euocata. Quamdiu admissura fit, eadem aqua vti oportet, quod commutatio et lanam facit variam, et corrumpit vterum. Cum omnes conceperunt, rursus arietes secernendi: ita factis praegnantibus quod sunt molesti, [obsunt] [i]. Neque pati oportet minores, quam bimas [k] saliri, quod neque natum ex his idoneum est, neque non ipsae fiunt etiam [l] deteriores: et [m] non meliores, quam trimae admissae. deterrent ab saliendo fiscellis [n] e iunco, aliaue qua
15 re, quod [o] alligant [p] ad naturam. Commodius seruantur, si secretas pascunt. In nutricatu cum parere coeperunt [q], inigunt in stabula ea [r], quae habent ad eam rem seclusa, ibique nata recentia ad ignem prope ponunt [s], quoad conualuerunt [t], biduum aut [u] triduum retinent; dum agnoscant [x] matrem agni, et pabulo se saturent. deinde dum [y] matres cum grege pastum [z] prodeunt, retinent agnos, ad [a] quos cum reductae ad [b] vesperum, aluntur lacte, et rursus discernuntur [c], ne noctu a matribus conculcentur. Hoc item [d] faciunt mane ante quam matres in pabulum exeant, vt agni
16 satulli [e] fiant lacte. Circiter decem dies cum praeterierunt, palos offigunt [f], et ad eos alligant libro, aut qua alia re leui distantes [g], ne toto die cursantes inter se teneri, delibent aliquid membrorum. Si ad matris mammam non accedet [h], admouere oportet,

h) *exitus P.* i) *absunt I. B. R.* k) *trimas Ba-G.* l) *etiam* deest P. m) *Minores quam trimae det.* praec. puncto *Ba-G.* n) *fiscellas I. B. R.* o) *quam I. I-G.* p) *alligent I. B. R.* q) *coeperint, iniiciunt a. V. et Cr.* r) *eaque hab. I. B. R.* s) *ponant P.* t) *conualuerint a. V.* u) *ad P.* x) *adcognoscant P.* y) *dum* abest *I. B. R. I. I.* z) *in past. Ba-G.* a) *qui cum a. V.* b) *sunt ad Ba-G.* c) *discernentur P.* d) *idem I. B. R.* e) *saturi a. V. et Cr.* f) *affigunt a. V. et Cr.* g) *destantes P.* h) *accedit I. I-G.*

nii sunt libro VIII: *Coitus omnibus ad Arcturi occasum, quod est a tertio Idus Maias ad aquilae occasum, id est XIII Cal. Augusti. Gerunt partum diebus CL. postea concepti inualidi.* FOEMA.

2, 14 Hanc lectionem retulit Cresc. 9, 69.

2, 14 EADEM AQVA) Locus hic expressus est in Geopon. 18, 3 Τοῖς αὐτοῖς δὲ χρὴ μὴ ξενίζειν ὕδασι χρηστέον. VRSIN.

2, 14 ITA FACTIS PRAEGNANTIBVS) Saepe numero opinatus sum *ita factis praegnantibus* esse glossema; sunt enim praegnantes cum conceperunt, meae tamen suspicioni quicquam indulgere nolui; Nunc et Crescentii auctoritas accedit, apud quem haec l. 9 c. 69 lego: *Vt ait Varro. Cum oues conceperint, arietes secernendi sunt, quia cum sunt molesti, obsunt.* Id Varro de suili pecore haec tantum: *Cum omnes conceperunt: rursus segregant verres.* Quare docti viri diligenter attendant. PONTED.

2, 14 QVOD SVNT MOLESTI, OBSVNT) Posterius verbum redundat. Neque dubium, quin sit suppositum ab eo, qui putauit in sententia aliquid desiderari: quae tamen absque eo pulchre se habet: *Cum omnes conceperunt, rursus arietes secernendi. ita factis praegnantibus quod sunt molesti. Neque* etc. Est enim traiectio familiaris Varroni, pro *Quod ita factis praegnantibus sunt molesti.* SCALIG. Traiectionis, quam notat hic Scaliger, memorabile exemplum est 2, 1, 4 de *cum.* Ita τὸ *quod* traiecit 2, 9, 5.

2, 14 NATVRAM) Genitalia. Sic noster infra 2, 7, 8. Vegetius Artis Veter. 2, 53 de iumentis podagricis: *Venae enim extabunt, natura submissa erit.* ita etiam Graeci. Apsyrtus Geopon. 16, 1 Τοῖς ἀπηγμένοις τοῖς τῆς φύσεως τῆς θηλείας περιχέοντες αὐτῶν τὰς ῥῖνας. Vid. Munckerus ad Hyginum Astron. 2, 23. SCHOETTG.

2, 15 Hinc ad 18 retulit Cresc. 9, 74.

2, 15 INIGVNT IN EA) Mendose antea: *iniiciunt*: vt enim hoc verbi valde accommodatum, ita illud alienum. VICTOR.

2, 15 MATREM AGNI) Vox *agni* videtur abundare, et p. p. pro *delibent* in V. C. est *debilitent*, vt fortasse *debilent* legendum sit. Nam id verbum reperitur apud Nonium, nisi mendosum est; et ab eo verbo dictus est *debilo*, siue vt docti viri malunt *debil homo* ab Ennio. *debilitent* autem glossema est verbi *debilent.* VRSINVS.

2, 15 VT AGNI SATVLLI FIANT LACTE) Vetus haec lectio, quam veram puto: ideoque communi expuncta, hanc in suam sedem reduxi. *Satullare* etiam verbum vsurpauit Varro apud Nonium 1289, περὶ ἐδεσμάτων *Neque in puluere initico coquam carnem, quibus satullem corpora ac famem ventris.* VICTOR.

2, 16 DELIBENT ALIQVID) Vid. nota Vrsini ad §. praeced. Crescentius addit glossam: *id est destruant.* Vid. Ind.

2, 16 AVT

tet, et labra agni vnguere [i] butyro aut adipe suilla [k], et olfacere labra lacte. Diebus post paucis obiicere his viciam molitam [l], aut herbam teneram, ante quam exeunt [m] pastum, et cum reuerterunt. Et sic nutricantur quoad [n] facti sunt quadriemestres. 17
interea matres eorum his temporibus non mulgent [o] quidam [p], qui vt [q] melius, omnino perpetuo, quod et lanae plus ferunt, et agnos plures. Cum depulsi sunt agni a matribus, diligentia adhibenda est, ne desiderio senescant. itaque deliniendum in nutricatu pabuli bonitate: et a frigore et aestu ne quid laborent, curandum. Cum 18
obliuione iam lactis non desiderant matrem, tum denique compellendum in gregem ouium. Castrare oportet agnum non minorem [r] quinque mensium, neque ante quam calores aut frigora se fregerunt [t]. Quos arietes submittere volunt potissimum eligunt ex matribus, quae geminos parere solent. Pleraque similiter faciendum in ouibus pellitis, quae propter lanae bonitatem, vt [u] sunt Tarentinae et Atticae [x], pellibus integun-

i) *vngi I. B. R.* k) *suillo I. I-G. et squilla Cr.* l) *molitiam P. mollitiam Iens. mollitam a. V.* m) *exeant I. B. R. I. I. exeant in Ba-G.* n) *quod ad P.* o) *mulgeant: I. B. R.* p) *quidem Hern.* q) *vt* deest *a. V.* r) *desiderat P.* s) *minore s. mensum P.* t) *eregerunt (c. se regerunt) P. exegerint a. V.* u) *non sunt. Tar. I. B. R.* x) *antiaticae I. B. R. altinates I. I-G.*

2, 16 AVT ADIPE SVILLA) Vetus lectio, quam Priscianus etiam agnoscit, qui tradit vetustissimos multa huiuscemodi nomina et virili et muliebri etiam genere protulisse: et de adipe vtitur auctoritate M. Varronis in II libro rerum rusticarum. VICTOR.

2, 16 VICIAM MOLITAM) Mendose antea *mollitam*. Lucillius L. XXIX apud Nonium 1342 *Ponere ex molito hordeo.* Iterum hoc ipso in libro idem error, et eodem pacto correctus auctoritate eorundem codicum. VICTOR. Quid si tamen *mollitam* intelligi voluit aqua vel coctam, vel certe maceratam?

2, 16 AVT HERBAM TENERAM) Contaminatus in extrema est dictione optimus liber. *Tenentiam* enim habet. Receptam lectionem retinui: emendari fortasse non incommode posset *tenellam*, sunt tamen manuscripti, qui *teneram* habent. VICTOR.

2, 17 QVI VT MELIVS) Videtur legendum *melius qui.* et p. p. *et agni pinguiores.* nam ita hic locus est in Geopon. *μέχρι δὲ μηνῶν δύο ἐκ ἀμελκτέον τοῦ γάλακτος, κάλλιον δὲ, εἰ μηδέποτε. εὐτραφέστατοι γὰρ ἔσονται οἱ ἄρνες.* VRSIN. Crediderim formulam quasi solemnem esse, *qui* faciunt *vt* est *melius.* Iam ad Fabri thesaurum ostensum est, legislatoriam vocem esse *melius.* vbi ex Liu. 3, 48 scribendum erat, *quiesse erit melius.* Forte etiam huc facit Horatianum illud 1, Od. 11, 3 *vt melius quidquid erit pati.*

2, 17 NE DESIDERIO SENESCANT) Simile illud Cic. pro Milone c. 8 vbi ironice de morte Clodii, *Luget senatus, moeret equester ordo, tota ciuitas confecta senio est.*

2, 17 ITAQVE DELINIENDVM) Crescentius etiam hic glossam adiicit, *h. e. blandiendum.*

2, 18 ANTEQVAM CALORES AVT FRIGORA SE EXEGERVNT) Vetus lectio *Eregerunt:* fortasse, *Fregerunt*, notum enim iam omnibus quemadmodum antiqui librarii propter similitudinem illarum literarum in Romana vetere scriptura saepe lapsi sint, et F pro E, contraque scripserint. In optimo exemplari sic locus hic legitur e secundo hoc libro, *optimae elutae sunt in Sicilia*, cum *Flutae* legi debeat. Nihil variaui, leuem tamen suspicionem meam ex diuersitate lectionum ortam significare volui. Cicero de aestu meridiano hac voce vsus est Orat. 1 ad extremum, *Scaeuola paulum requiescet, dum se calor frangat.* VICTOR. Recte, meo iudicio, suspicatur doctissimus Victorius hic legendum, *fregerunt.* Ego tamen puto *Regere*, compositum vt *degere*, hoc est imminuere. quo verbo vsus est supra lib. 1 de amurca: *Duas partes quoad regerunt. Regere*, eximere. SCALIG. Forte legendum: *fregerint.* Summitti autem dicuntur pecora, quae in locum demortuorum capitum sufficiuntur. Varro infra: *Bimestres cum sunt facti, tunc summittuntur, et in grege incipiunt esse.* In Geopon. 18, 9 sic habetur: *τῶν δὲ τράγων ἐκλεκτέον τοὺς μεγάλους, καὶ εὐπλεύρους, ἰσχία τε μείζονα ἔχοντας, δασυτρίχας, μακροτρίχας, λευκότριχας, αὐχένα καὶ τράχηλον βραχὺν ἔχοντας, βρόγχον δὲ μακρότερον.* VRSIN. *Frangere*, et *frangere se* est mitigare, quod exemplis probauit Burmannus ad Petronium c. 75. SCHOETTG. Nescio, an multum praesidii sit Scaligeranae obseruationi in loco, quem laudat V. 1, 64. 2. nam ibi *regerunt* praesens videtur esse a *regero*, nisi plane legendum *redegerunt.*

2, 18 IN OVIBVS PELLITIS) Cum in Megarensi agro pellibus intectas oues spectasset Diogenes, Megarensium autem liberos nudos ob mendicitatem passim videret, facete dixit, Praestare Megarensis arietem esse quam filium. Cui similem vocem postea fortunatissimus Romanorum imperator de immiti rege Iudaeorum edidit; Diogenis

integuntur, ne lana inquinetur, quo minus vel infici recte possit [y], vel lauari, ac parari [z].
19 Harum praesepia ac stabula vt sint pura, maiorem adhibeant diligentiam, quam hirtis [a]. itaque faciunt lapide strata, vt [b] vrina necubi in stabulo consistat. His quaecunque iubentur, vescuntur, vt folia ficulnea [c], et palea, et [d] vinaceae [e]. furfures obiiciuntur modice, ne parum, aut nimium saturentur. vtrumque enim ad corpus alendum inimicum. at [f] maxime amicum cytisum, et Medica. nam et pingues facit facil-
20 lime, et genit [g] lac [h]. De sanitate sunt multa, sed ea (vt dixi) in libro scripta magister pecoris habet: et quae opus ad medendum, portat secum. Relinquitur de numero,

y) *vellus* inf. *P.* z) *putari P.* a) *hircis I. B. R.* b) *et P.* c) *figulnea P.* d) *et* omitt. *P. I. B. R.* e) *vinacia I. B. R.* f) *Vt P.* g) *generat I. B. R. gignit I. I-G.* h) *lacte. San. P.*

Diogenis ἀπόφθεγμα ab Laertio in ipsius vita relatum est. Quas *pellitas* oues M. Varro, ille *πρόβατα δέρμασιν ἐσκεπασμένα* appellat. VICTOR. Col. 7, 4 *pellitas oues* appellat tectas, reliquas vero *hirtas.* VRSIN. Oues pellitae sunt, quae teguntur pellibus, ob praestantiam lanae. Horatius: *Dulce pellitis ouibus Galesi, Flumen.* Tales sunt Appulae, Milesiae, Tarentinae, quas celebrant Plinius et Columella, et Atticae, quas Varro hic memorat, et Laberius in Mimo inscripto Paupertas: *Nihil refert molem e lanitia Attica, An pecore ex hirto vestitum geras.* Strabo lib. IV appellat *ὑποδιφθέρας ποίμνας*, ex quarum lana ait Romanos conficere laenas. Laertius in vita Diogenis Cynici *πρόβατα δέρμασιν ἐσκεπασμένα* Contra quae sine pellibus pascuntur, et lanam habent crassam, dicuntur *Colonicae* et *Hirtae.* Lucillius: *Pascali pecore, ac montano, hirto, atque saloso.* POPMA.

2, 18 VT SVNT TARENTINAE ET ATTICAE) In antiquioribus cunctis *Atticae* inuenimus: in nullis, vt antea in excusis legebatur, *Altinates.* Lanam Atticam nobilem fuisse, testimonio etiam Latini Poetae scimus. Apud Nonium Laberius Paupertate: *Nihil refert mollem e lanitia Attica, an pecore ex hircorum vestitum geras.* Eandem in magno pretio habitam Plutarchus quoque ostendit in commentario περὶ τοῦ ἀκούειν, his verbis, *μηδὲ ἱμάτιον περιβάλλεσθαι εἰ μὴ προβάτων Ἀττικῶν εἴη τὸ ἔριον.* VICTOR. Colum. ibidem: *Graecum pecus plerumque Tarentinum vocant.* Cato apud Festum in *pascales oues*, Tarentinam appellauit pellitam ouem, quod in agro Tarentino pasceretur. VRSIN.

2, 18 VEL LAVARI AC PARARI) Communem lectionem retinui: quam vero in antiquioribus libris inueni, nunc ostendam. In illis enim *putari* pro *parari* legitur, in optimo tamen codice mendi nota ad hunc locum adposita est. Non multo ante [I. 10] vbi in excusis *Sole exorto puro* scriptum erat, in iisdem vetustis *puto. putum* antiquos pro *purum* dixisse, notum est. Sex. etiam Pompeius inquit *Imputatum, nondum purgatum.* quare arbitror veterum scripturam rectam esse. VICTOR. Melius vetus scriptura *lauari ac putari.* Sic supra dixit: *sole puto.* SCALIG. Vid. Popma ad Cat. 39, 1 *beneque picaueris.*

2, 19 HIS) Scil. praesepibus. Colum. 7, 4, 2 *pascuntur ad praesepia.* VRSIN.

2, 19 ET GENIT LAC. DE SANITATE) In optimo codice, *Genit Lacte, Sanitate.* Verbum *Genit*, saepe iam a Varrone vsurpatum, recepimus, formis autem excusi antea *Gignit* habebant: nec nos fefellit ante ipsum, *Lacte*, nominandi casu dixisse. veruntamen quia locus maculosus erat (*De*, enim quod hic necessarium videtur, non erat) existimauimus in hoc peccare librarium potuisse, et pro *De*, *Te*, scripsisse, atque incommode cum priore verbo coniunxisse. Potest etiam recte in antiquis *Lacte* scriptum esse, vt praepositio defecerit. Siquidem animaduertimus (nihil enim relinquere volumus quod possit studiosos adiuuare) in sequente capite, vbi in excusis, *De forma videndum*, legitur, in eodem vetustissimo libro, aliisque nonnullis, *Forma videndum*, sine praepositione scriptum esse. Quare cogitabunt studiosi an defendi lectio illa possit. Sunt tamen manu scripti, qui cum excusis vtroque loco faciant. VICTOR.

2, 20 RELINQVITVR DE NVMERO) Hunc locum non integrum opinor, quod haec nona de numero pars nihil aliud complectatur nisi pastorum numerum, silentio multa praetermittens, quae in capite primo nono loco seruanda proponuntur: *Relinquitur*, inquit, *nonum quod dixi de numero vtriusque partis commune. Nam et qui parat pecus, necesse est constituat numerum, quot greges et quanto sit pasturus, ne aut saltus desint, aut supersint, et ideo fructus dispereant. Praeterea scire oportet in grege quot foeminas habeat, quae parere possunt, quot arietes, quot vtriusque generis soboles, quot reiiculae sint alienandae etc.* Haec itaque summopere, vt ipse etiam fatetur, necessaria non apparent; quae ad pastores spectant, videmus, de quibus rursus c. 10. *de numero pastorum alii angustius alii laxius constituere solent; ego in octogenas hirtas oues singulos pastores constitui, Atticus in centenas.* Multa itaque desiderantur, quod et propositus ordo poscere videtur, et id quod de hac nona parte in reliquo pecore praecepit: Praeterea c. 3. de caprino grege verba faciens hoc apertissime ostendit: *Relinquitur de numero qui in gregibus est minor caprino, quam in ouillo quod caprae lasciuae, et quae disper-gant*

mero, quem faciunt alii maiorem, alii minorem. nulli enim huius moduli naturales. illud fere omnes in Epeiro facimus, ne minus habeamus in centenas oues hirtas [i] singulos homines: in pellitas binos [k].

III. CVI COSSINIVS, Quoniam satis [a] balasti, inquit, o Faustule noster,
accipe a me cum Homerico Melanthio chordo [b] de capellis, et quemadmodum opor-
teat [c] breuiter dicere [d], disce. Qui caprinum gregem constituere vult, in eligendo
animaduertat oportet, primum aetatem, vt eam paret, quae iam ferre possit fructum,
et de iis eam potius, quae diutius: nouella enim quam vetus vtilior [e]. De [f] forma 2
videndum, vt sint firmae, magnae, corpus lene vt habeant, crebro pilo, nisi si glabrae
sunt duo enim genera earum. sub rostra duas vt mammulas [g] pensiles habeant: quod
eae foecundiores sunt [h]. vbere sint [i] grandiore, vt et lac multum, et pingue habeant
pro [k] portione. Hircus molliori [l] et [m] potissimum pilo albo, ac ceruice et collo
breue

i) *bircas P.* k) *caprae binos I. B. R. P. 1. captae binos P. 2.* [C. III.] a) *satis* abest *I. B. R.* b) *cordo P. Ba-G.* c) *oportet I. B. R.* d) *dicere* deest *I. B. R.* e) *melior I. I-G.* f) *De* abest *I. B. R.* g) *mamillas a. V.* h) *sunt* deficit *P.* i) *sint* omitt. *I. B. R.* k) *proportione* iunct. *I. B. R.* l) *mulior P. melior is et I. B. R.* m) *pilo et pot. I. I-G.*

gent se. Contra oues quae se congregent, ac condensent in locum vnum. Nonnulla denique quae ap. Crescentium extant l. 9 c. 69 id confirmant: *centum ouibus vnus aries sufficere fertur, et quotqu[illegible] sunt centenaria tot arietes sufficere ait Varro.* PONT.

3, 1 BALASTI) De ouibus sermonem habuisti. Alias vero etiam de sermone hominum occurrit, qualia exempla notauit Bochartus Hieroz. 1, 2, 45. SCHOETTG. Etiam alias ea ratione vsum Varronem, et *dibalare* dixisse de L. L. 7, [est 6, 5 p. 81, 32 Dordr.] obseruat Victor. VV. LL. 9, 7.

3, 1 CVM HOMERICO MELANTHIO CORDO) Scribo, *condo. Condus, ὁ ταμίας.* Nisi adscribamus veteri consuetudini Romanorum, qui pro *condolio* dixerunt *Cordolium* (non enim a *corde*) et pro *contumione, Cortumionem.* non enim ne id quoque a corde, vt vult Varro. Est enim *contumio, ὑπερηφανία.* Vnde et *Contumax.* Plura et eiusmodi passim apud veteres annotabis. vt *Geminen, Germen.* SCALIG. *Cordus* a Graecis appellatur *ταμίας.* VRSIN. Melanthius fuit pastor caprarum Vlyssis in insula Ithaca. Homerus Odyss. P. 369. Y. 173 et alias saepe, Ouidius Heroid. 1, 95. SCHOETTG.

3, 1 ET EAM POTIVS) *Et eam potius, quae diutius: nouella enim melior.* Ita legendus hic locus. caetera videntur adiecta. VRSIN.

3, 2 DE FORMA VIDENDVM, VT SINT FIRMAE MAGNAE) Anceps sum, dicendumne sit pro *firmae magnae, formae magnae vel forma magna*; an contra. Crescentius quidem sic transcripsit c. 76. *In forma videndum, vt sint formae magnae.* Idem Varro de Suillo pecore: *Ergo qui suum gregem vult habere idoneum eligere oportet primum bona aetate, secundo bona forma. Ea est cum amplitudine membrorum etc.* It. lib. 3 c. 6 de Pauonibus: *Hi ad greges constituendos parantur bona aetate, et bona forma.* Columella sic etiam loqui solet l. 2 c. 9 *Quo minoris formae bubus administrari id possit.* Lib. 6 c. 21 *Vaccae quoque probantur altissimae formae.* Ib. c. 34 *Si minoris formae sunt,* (equae) *nam si maioris etiam congios.* Ib. c. 36 *Equam conuenit in annos decem, quousque amplissimae atque pulcherrimae formae sit.* Pallad. quoque vtrumque imitatus id vsurpauit lib. 4 tit. 11 *Vaccas etiam nunc magnas parabimus, sed eligemus forma altissima.* Lib. 4 tit. 13 *Equam magni corporis, solidis ossibus et forma egregia debet eligere.* It. *Iuueni tamen equo et viribus formaque constanti, non amplius quam duodecim vel quindecim debemus admittere.* PONT. Vid. Victorius ad 2, 2, 19. Hic abesse potest *ἡ de* nullo sententiae damno.

3, 2 CORPVS LENE) Videtur legendum *leue*; nam sic est in Geopon. *Τὸν μὲν χρῶτα λεῖον ἐχούσας.* VRSINVS.

3, 2 MAMMVLAS) Ita in antiquis inuenimus: in excusis antea *mamillas.* Sextus etiam Pompeius inquit, *A mamma, mammulam, et mamillam.* VICTOR. *Noneolae vocantur papillae, quae ex faucibus caprarum dependent,* Festus. Nisi *Naeuolae* legendum sit, quod sint vt *naeuuli,* quomodo et cum de mammillis sermonem haberet, loquitur Gellius. SCALIGER. Adde Reines. V. L. 2, 14 p. 244. SCHOETTG.

3, 2 VT LAC MVLTVM) *Vt lac multum et pingue habeant pro portione. Pro portione* siue (vt apud Ald. Iunt. Gymn.) *Proportione* mihi suspecta lectio; additamentum quippe opinor. Idcirco nec apud Crescentium lego, sed reliqua quidem: *Vbere grandiore sint et lac multum et pingue habeant.* FONTED.

breue [n], gurgulione [o] longiore. Melior fit grex, si non est ex collectis comparatus,
3 sed ex consuetis vna. De seminio [p] dico eadem, quae Atticus in ouibus. hoc aliter, ouium semen tardius esse, quo hae sint [q] placidiores; contra caprile mobilius esse, de quarum velocitate in Originum libro Cato scribit [r] haec: In Sauracti [s], Fiscello [t] caprae ferae sunt, quae saliunt e saxo pedes plus sexagenos. Oues enim, quas pascimus, ortae sunt ab ouibus feris, sic caprae [u], quas alimus, a capris feris sunt [x] ortae,
4 a queis propter Italiam Caprasia insula est nominata. De capris quod meliore semine eae [y], quae bis pariant, ex his potissimum mares solent submitti ad [z] admissuras. quidam etiam dant operam, vt ex insula Media capras habeant, quod ibi maximi ac
5 pulcherrimi existimantur fieri hoedi. De emtione aliter dico [a] atque fit [b], quod capras sanas sanus nemo promittit. nunquam enim sine febri sunt. Itaque stipulantur paucis exceptis verbis: ac Mamilius [c] scriptum reliquit sic, Illas capras hodie recte

n) *breui Heru.* o) *curculione I. B. R.* p) *fiminio P.* q) *sunt I. B. R.* r) *scripsit I. B. R.* s) *soracti a. V.* t) *Fiscelio I. I-G.* u) *caprae* et x) *sunt* desunt *I. B. R.* y) *eaeque bis I. B. R.* z) *admissuras* sine praep. *P.* 1. *admissuris I. B. R. ad admissuris P.* 2. a) *atque de ouibus dico, quod I. I-G. atque de omnibus etc.* marg. b) *fiet I. B. R.* c) *Manilius a. V. Manilibus P.*

3, 3 DE SEMINIO) Turnebus 21, 2 recte ex hoc loco etiam ostendit vanum esse, quod quidam finxere inter *seminium* atque *semen* discrimen, cum illud velint pro sobole et foetu dici: hoc pro materia genitali.

3, 3 HOC ALITER) Traxit hoc ex antiqua formula, qua in sententiis dicendis vtebantur, HOC ALITER. HOC AMPLIVS. cum alter alteri assentiebatur, et aliquid addebat, vel demebat, vel aliquo modo mutabat. VRSINVS.

3, 3 IN SAVRACTI FISCELLO) *Soractis*, inquit Seruius ad Aen. 11, 785 *mons est Hirpinorum in Flaminia collocatus.* Recte. Situs autem erat iuxta Tiberim, non procul Faleriis et Veiis. Scribitur etiam in primo casu *Soracte*, et Apollini fuit sacer, vnde Charmelus quidam a Silio Italico 7, 662 *Phoebei Soractis honos* dicitur. Idem 8, 493 *Haud procul, et sacrum Phoebo Soracte frequentant.* Mirum autem, cur noster Soracte cum Fiscello coniungat, quum, vt e Plinio H. N. 3, 12 constat, Nar fluuius e monte Fiscello originem sumat, Soracte vero ad Tiberim iaceat, eo loco, quo Nar iam in Tiberim se exonerauit. Videat lector tabulas Cellarii in Geographia Antiqua et Silio Italico occurrentes. Ponamus ergo copulam inter haec duo montium nomina, vt diuersa a se inuicem videantur. Meminit vero caprarum in monte Fiscello etiam supra 2, 1, 5. SCHOETTG. Separandum *in Sauracti*, *Fiscello*; nam duo sunt montes, quorum primus Soracte vel Soractis etiam appellatur. PONTED.

3, 4 QVAE BIS PARIANT) Vid. leg. *binos.* Graeci διδυμοτόκους dicunt. verba *ad admissuras* glossae sunt. VRSINVS.

3, 4 EX INSVLA MEDIA) *Mediam insulam*, ni fallor, vocat τὴν Μῆλον, vt supra dixit Chiam et Coam insulam pro Chia et Co insula, τὴν Χῖον, τὴν Κῶ. Pecuariae copia ei nomen dedisse videtur. *Mediam* autem, non *Meliam* dixit, propter familiarem veteribus commutationem τῦ *L.* in *D.* vt *Melicae* contra Gallinae dictae, quae *Medicae* dici debebant. SCALIGER.

3, 5 DE EMTIONE ALITER) Vetus lectio: *De emtione aliter dico adque fiet.* Scribi debere puto, *Aliter dico atque fit*: hoc intellectu, vt ostendat se contra consuetudinem hominum sentire, qui sanas capras stulte promittant, cum illae sanae ne puncto quidem temporis sint. Aliis ipsas vitiis carere promitti sine fraude potest, cum carent: de sanitate, falsum et improbum est. VICTOR.

3, 5 NVNQVAM ENIM) In Geopon. ita hic locus expressus est 18, 9 ἀμέλει τὸ ζῶον φασὶν ἀεὶ πυρέττειν, καὶ εἴποτε ἐκλείπει ὁ πυρετὸς, διαφθείρονται. Vid. Plinius 8, 50. Hoc tamen negat Aristoteles 3 de hist. anim. c. 21 de Alcmaeone. VRSIN. Non possum h. l. silentio praeterire, quod Grauerolius narrat in epistola de Sorberii et Cotelerii vita, Sorberianis praemissa, in qua de Cotelerio haec occurrunt: Is scil. Nemausi durante peste a. 1629 natus est, vbi nutrix quoque illius peste correpta obiit, quapropter capram ipsi nutricis loco substituerunt, quae tam se infanti adprobauit, vt nutricem postea oblatam renuerit, et capram potius amplexus sit. Inde vero postea euenit, vt is semper per totam vitam melancholicus esset et valetudinarius, et nunquam fere febre careret. SCHOETTG.

3, 5 AC MAMILIVS SCRIPTVM RELIQVIT) Ita emendauimus ex vetustis codicibus, cum antea Manilius scriptum esset, vt hoc ipso in libro iterum. *Qui Mamilii actiones sequuntur lanii.* sed etiam tertio capite de equis, *Vt in Mamilii actionibus sunt perscripta.* Quorum librorum auctoritate intelligitur, nos recte fecisse, qui quondam in primo libro de Oratore, vbi *Manilianas venalium*

recte esse, et bibere posse, habereque recte [d] licere [e], haec spondesne? De quibus
admirandum illud, quod etiam Archelaus scribit, non vt reliqua animalia naribus,
sed auribus spiritum [f] ducere solere, pastores curiosiores aliquot [g] dicunt [h]. De alte- 6
ris quatuor, quod est de [i] pastu hoc dico. stabulatur pecus melius ad hibernos ex-
ortus [k] si spectat, quod est alsiosum [l]. Id vt pleraque [m] lapide, aut testa substerni
oportet, caprile quo minus sit vliginosum, ac lutulentum. Foris cum est perno-
ctandum, item in eandem partem caeli quae spectent [n], septa oportet substerni vir-
gultis, ne oblinantur. nec [o] multo aliter tuendum hoc pecus in pastu, atque ouil-
lum, quod tamen habet [p] sua propria quaedam, quod potius siluestribus saltibus
delectantur, quam pratis. Studiose enim de agrestibus fruticibus [q] pascuntur, atque 7
in locis cultis, virgulta carpunt: itaque a carpendo caprae nominatae. ob [r] hoc in
lege locationis fundi excipi solet, ne colonus capra natum in fundo pascat. Harum
enim dentes inimici sationis, quas etiam astrologi ita receperunt in caelum, vt extra
limbum [s] XII signorum excluserint. [Sunt duo hoedi, et capra non longe a tauro.]
Quod ad foeturam pertinet, desistente autumno exigunt a grege in [t] campos, hircos 8
in caprilia,

d) *recte* abest *I. B. R.* e) *licet B. R.* f) *si tritum P.* g) *aliqui I. B. R.* h) *hoc dic. a. V.* i) *idem I. B. R.* k) *exortos P.* l) *alsionum P. 2.* m) *plerique I. B. R. Pol. 2.* n) *spectant septa substerniminus I. B. R.* o) *Non P.* p) *habens P.* q) *fructibus I. B. R. Herv.* r) *Ab P.* s) *lembum P.* t) *in campo Jenss. e campis Ba-G.*

venalium vendendorum leges, scriptum erat, *Manilianas* emendauimus. Quod etiam in primo libro de Finibus faciendum est, adhuc enim illic corruptum hoc nomen, *Differetur inter principes ciuitatis P. Scaeuolam M. que Manilium.* VICTOR. Cic. lib. 1. de Orat. *Manilianas venalium vendendorum leges.* VRSIN. Sed est in loco Ciceronis 1. Or. 58 non minus magna varietas, et non minus magnis praesidiis nititur litera in hoc nomine duodecima, quam tertia decima. Viderint ICti, an sequemur ICtum magnum et non minorem criticum, A. Augustinum, qui secundum Manilium pronunciat ex Pandecte Florentino?

3, 5 ILLAS CAPRAS HODIE) Scriberem: *illasce capras*, vt de ouibus; *illasce oues, qua de re agitur*: de suibus: *illasce sues sanas esse*: de bubus: *illosce boues sanos esse*; de indomitis: *illosce iuuencos sanos recte.* PONTED.

3, 5 HABEREQVE RECTE) *Recte* valet hic arbitrio boni viri. L. 73. D. de verborum significatione. VRSIN.

3, 5 QVOD ETIAM ARCHELAVS SCRIBIT) Plinius quoque libro VIII, capite L. *Auribus eas spirare, non naribus: nec vnquam febri carere, Archelaus auctor est.* Aristoteles tamen libro primo de Historia animalium, Alcmaeonem hoc scripsisse tradit, quem etiam mendacii insimulat: Ἀλκμαίων δὲ οὐκ ἀληθῆ λέγει, φάμενος ἀναπνεῖν τὰς αἶγας κατὰ τὰ ὦτα. VICT. Non adducam quae Aristoteles non ex Archelao, sed ex Alcmaeone in medium producit, quantum ad hunc locum facit. Hoc addam tamen, egregium poetam Oppianum de capris siluestribus non absimile dixisse, non auribus quidem, vt hic Varro ex Aristotele, sed fistula, quae a palato ad interstitium ipsorum cornuum pertinet, spiritum ducere. Quod nescio an alius vspiam veterum prodiderit. Eius versus sunt hi: Αἰγάγροις δέ τις ἐστὶ δι' αὐτῶν αὐλὸς ὀδόντων Λεπταλέης πνοιῆς, μεσάτου μέσον ἔνθεν ἔπειτα Αὐτὴν εἰς κραδίην καὶ πλεύμονας ἰθὺς ἱκάνει. SCALIG. Locus Oppiani est Cyneg. 2, 338 vbi vide Rittershusium. Cum nostro vero faciunt etiam Plin. 8, 50. Phile c. 47. SCHOETTG. Ego libentius distinctionem tollerem post *solere*. PONTED. Nimirum post *solere* interpungunt editiones aliae. Caeterum simile Archelai mendacium est Varr. 3, 11, 4 et aliud 3, 12, 4.

3, 6 QVOD EST ALSIOSVM) Ex Aristotele: εἰσὶ δὲ αἶγες δυσριγότεραι τῶν οἰῶν. SCALIG. In Geop. 18, 9 est: φύσει γὰρ δύσριγόν ἐστι τὸ ζῶον. apud Plin. quoque *alsiosa*. Glossarium *alsiosus* interpretatur δύσριγος. Fortasse legi posset: *Stabulum melius ad hibernos exortus spectat, pecus quod est alsiosum.* VRSIN.

3, 7 IN LOCIS CVLTIS VIRGVLTA) Melius: *atque in locis incultis.* PONTED.

3, 7 SVNT DVO HOEDI—TAVRO) Haec verba ex 1, 2 translata huc sunt; itaque videntur inducenda. Item abundant illa: *a grege e campis.* et locus ita interpungendus: *Quod ad foeturam pertinet; desistente autumno exigunt hircos in caprilia, item vt in arietibus dictum est, quae concepit post quintum mensem etc.* Ita legendum pro *quartum* ex Arist. hist. anim. 6, 19. Plin. 8, 50 et Geop. 18, 9. VRSINVS.

3, 8 DESISTENTE AVTVMNO EXIGVNT A GREGE IN CAMPOS HIRCOS IN CAPRILIA) Locus et interpunctionibus non recte

in caprilia, item vt in arietibus dictum. Quae concepit [u], post quartum [x] mensem reddit [y] tempore verno. In nutricatu hoedi, trimestres cum sint facti, tum submittuntur, et in grege incipiunt esse. Quid dicam de earum sanitate, quae [z] nunquam sunt sanae? nisi tamen illud vnum, quaedam [a] scripta habere magistros pecoris, quibus remediis [b] vtantur ad morbos quosdam earum, ac vulneratum [c] corpus, quod vsu venit iis [d] saepe, quod inter se cornibus pugnant, atque in spinosis locis pascuntur.
9 Relinquitur de numero, qui in gregibus est minor caprino, quam in ouillo, quod caprae lasciuae, et quae dispergant [e] se. contra oues, quae se congregent [f], ac condensent in locum vnum. Itaque in agro Gallico greges plures potius faciunt, quam magnos, quod in magnis cito existat [g] pestilentia, quae ad perniciem eum [h] perducat [i].
10 Satis magnum gregem putant esse circiter quinquagenas. quibus assentiri putant id, quod vsu venit Gaberio equiti R. Is enim, cum in suburbano mille [k] iugerum haberet, et a caprario quodam, qui adduxit capellas ad vrbem x [l], sibi in dies singulos denarios singulos [m] dare, audisset [n], coegit mille caprarum [o], sperans se capturum [p] de praedio in dies singulos denarium [q] mille. Tantum enim fefellerit [r], vt

u) *concipit* P. x) *quattuor menses I. B. R.* y) *redit Herv.* z) *quia a. V.* a) *quod quaedam remedia Scr. oportet hab. Ba-G.* b) *remediis* deest *Ba-G.* c) *vulnera. Tunc I. B. R.* d) *his, quod saepe inter I. B. R.* e) *dispergunt a. V.* f) *congregant et condensant I. B. R. Ba-G. et condesent P.* g) *existit I. B. R. existunt pestilentiae I. I-G.* h) *eos I. I-G.* i) *perducit I. B. R. perducunt I. I-G.* k) *haberet agrum iugerum* 1000. *Ba-G.* l) *decem P. I. I.* deest *Ba-G.* m) *singulos* deficit *I. B. R. Ba-G.* n) *audisse P.* o) *gregem* add. *Ba-G,* p) *capturam P,* q) *denarios Ba-G.* r) *fefellis a. V.*

recte distinctus, et mendo deprauatus. Sic enim est scribendus, vt apud Popmam extat, *Desistente autumno exigunt a grege in campos, hircos in caprilia*; deinde permutanda vox *a grege in gregem.* Hoc namque per Varronem significatur. desistente autumno vel sub brumam de saltibus et montosis regionibus in campos est caprilis grex reuocandus, et hirci, qui seorsim a capris pascebantur, ne foeminas inirent, easque hieme parere cogerent, in gregem ad admissuram reducuntur. Quod vero caprae in montibus pascantur, in hoc eodem libro c. 1 Varro expresserat: *In qua regione quamque potissimum pascas, et quando e queis vt capras in montosis potius locis et fruticibus quam in herbidis.* Idem Virgilius libr. 3 Georg. docet: *Pascuntur vero siluas, et summa Lycaei Horrentesque rubos, et amantes ardua dumos.* Id etiam Columella libr. 7 c. 6, 1 *Id autem genus* (caprinum) *dumeta potius quam campestrem situm desiderat: asperisque etiam locis ac siluestribus optime pascitur.* Id denique in Geop. libr. 18 c. 9 Florentino auctore praeceptum habemus: *αἱ αἶγες χαίρουσι νομαῖς ὀρειναῖς.* Marium quoque a foeminis segregationem in eodem loco sic praecepit Varro. *Praeterea habenda ratio quanto ante incipiat admissura fieri, mares a foeminis secretos habeant: quod fere in omnibus binis mensibus ante faciunt et armentarii et opiliones.* Caeterum apud Crescentium hunc locum foede inquinatum inuenio. nam haec tantum extant: *Post autumnum exigunt in gregem hircos.* PONT.

3, 8 ITEM VT IN ARIETIBVS DICTVM) Perperam haec disiuncta sunt. Nam hunc ordinem postulabant: *Desistente autumno exigunt a grege in campos, hircos in caprilia, item vt in arietibus dictum. Quae concepit* etc. Superius enim secernere arietes a praegnantibus praecipit. SCALIG. Nimirum ita distinxerant vel distraxerant potius: *in caprilia. Item vt in arietibus dictum, quae concepit post quartum mensem, reddit etc.* Ad quae restituenda Scaligero non fuisse nobis, aut cuiquam sano, opus, apparet.

3, 8 POST QVARTVM MENSEM) Videtur legendum, *post quintum mensem.* Nam quinos menses praegnantes capras esse tradit Aristoteles lib. VI. *περὶ φύσεως ζώων.* et Plinius lib. IX [VIII, 50] *Caprae pariunt et quaternos, sed raro admodum. ferunt quinque mensibus, vt oues.* POPMA.

3, 10 AD VRBEM) i. e. h. l. prope vrbem, hoc est in suburbano. VRSIN.

3, 10 DENARIOS SINGVLOS DARE) Tantum dabant vel reddebant capellae propter vsum, credo, lactis medicum, de quo Plin. 28, 9 f. 33.

3, 10 TANTVM ENIM FEFELLERIT) In excusis antea *Fefellit*, in cunctis manu scriptis, *Fefellerit*, scriptum inueni: quare tantum librorum consensum non spreui, atque ita scribi volui. Admonet Eustathius, Homeri copiosus interpres, Atticos saepe, quos modos appellant grammatici, variasse, et pro indicandi, modum optandi vsurpasse. Exempla ab eo adlata haec sunt: *Ἐπεὶ ἔλθοι ὁ δεῖνα. ὅτε ἔλθεν. καὶ, Ὡς δὲ λαλοίη, ἀντὶ τοῦ ἐλάλησεν. καὶ ἄλλα τοιαῦτα.* haec enim addit, *ὅτε καὶ ὧδε, τὸ ἦ γὰρ ἂν νῦν ὕστατα λωβήσαιο, ἀντὶ τοῦ νῦν ὕστατα*

vt breui omnes amiserit morbo. Contra in Sallentinis [s] et in Casinati ad centenas pascunt. De maribus et foeminis idem [t] fere discrimen, vt alii ad denas capras singulos parent hircos, vt ego: alii etiam [u] ad XV, vt Menas: nonnulli etiam, vt Murrius [x], ad viginti. II

IV. SED quis [a] e portu post Italico prodit, ac de suillo pecore expedit [b]? tametsi Scrofam potissimum de ea re dicere oportere, cognomen eius significat. Cui TREMELLIVS, Ignorare, inquit [c], videre, cur appeller Scrofa. Itaque vt etiam hi [d] propter te sciant, cognosce meam gentem suillum cognomen non habere, nec me esse ab Eumaeo [e] ortum. Auus meus primum appellatus est Scrofa, qui quaestor cum esset Licinio Neruae [f] Praetori in Macedonia prouincia relictus [g], qui praeesset exercitui, dum praetor rediret, hostes arbitrati occasionem se habere victoriae, impressionem facere coeperunt in castra. Auus [h], cum cohortaretur [i] milites, vt caperent arma, atque exirent contra, dixit, celeriter se illos (vt Scrofa porcos) disiecturum. id [k] quod fecit. nam [l] eo praelio hostes ita fudit, ac fugauit, vt eo Nerua [m] praetor Imperator sit appellatus, auus [n] cognomen inuenerit, vt diceretur Scrofa. 2

Itaque

s) *Salentinis a. V. H. St - D.* t) *id P.* u) *et I. B. R.* x) *Murius a. V.* [C. IV.] a) *qui se I. B. R. qui portu Pol. 2.* b) *expetit I. B. R.* c) *igitur inq. videris I. I - G.* d) *id I. B. R.* e) *eo auo I. B. R. atauis eius cognominis I. I - G.* f) *Nerua Praetore I. I - G.* g) *esset* add. *P.* h) *Auos P.* i) *hortaretur a. V.* k) *idque fecit a. V.* l) *nam si Hern.* m) *parte* inf. *I. B. R.* n) *et auus I. I - G.*

[illegible] huiuscemodi quodam sermone potuit M. Varro vti: et nisi plena omnia macularum essent, et hae omnes rariores locutiones ab imperitis Grammaticis e libris excusis sublatae essent, huius etiam sermonis plura exempla occurrerent. VICTOR. V. C. *fefellerit* et 1, 13 *Ibi tantum circumfluxerit mox cervorum*; vbi vulgo *circumfluxit*. VRSIN.

4, 1 SED QVIS E PORTV POST ITALICO PRODIT) Suspecta est mihi lectio haec. Subolet, nescio quid hic ὑποκείμενον. Credo enim scribendum: *Sed quis Epirota post ita ilico prodit. Epirotas* enim eos vocat in his libris, qui pecuariae sunt studiosi. SCALIG. E portu dicit Caprasiae insulae, quam a capris nominatam supra dixit, atque ex ea media quosdam dare operam, vt haberent hoedos, quod ibi pulcherrimi essent. infra l. 3 *si vultis, inquit, ancoras tollere.* VRSIN. Sed quid ad suum disciplinam Capraria? Quodsi audacibus nobis esse liceret, forte non incommode legeretur, *quis e porculatoribus Italicis prodit.*

4, 1 CVR APPELLER SCROFA) Aliam huius cognominis rationem adducit Macrobius cum facetissima narratiuncula. Inde petas licet. SCALIG. Vid. Macrob. Sat. 1, 3. Verba vero, *vt diceretur Scrofa*, addita sunt. VRSIN. Quidni quaerendi laborem compendifaciamus lectoribus? Verba sunt 1, 6 extr. *Tremellius cum familia atque liberis in villa erat. Serui eius cum de vicino Scrofa erraret, surreptam conficiunt. Vicinus, aduocatis custodibus, omnia circumuenit, ne qua haec efferri possit: atque [ad] dominum appellat, restitui sibi pecudem. Tremellius, qui ex villico rem comperisset, scrofae cadauer sub centonibus collocat, super quos vxor cubabat, quaestionem vicino permittit. Cum ventum est ad cubiculum, verba iurationis concipit, nullam esse in villa sua scrofam, nisi illam, inquit, quae in centonibus iacet: lectulum monstrat. Ea facetissima iuratio Tremellio Scrofae cognomen dedit.*

4, 1 NEC ME ESSE AB EVMAEO ORTVM) Haec vera, vt arbitror, lectio est, e vetustissimis optimisque libris eruta. Communis eruditos etiam viros fallere potuisset: erat enim ab iis, qui e veteribus vestigiis veram elicere non potuerant, satis concinne conformata. Prisca igitur huius loci scriptura, *Nec me esse ab eum aeuo ortum.* Vna igitur sublata litera, totum locum correximus. nam elegantia huius lectionis, cum sensu, quem prae se ferebat vulgaris, comparari non potest. Eumaeum subulcum Vlyssis fuisse mediocriter etiam literati sciunt: qui rem familiarem heri fideliter administrauit, et cum eo, quem tamen nondum agnouerat, longum sermonem in XIIII libro Odysseae habuit. Hanc etiam emendationem confirmat quod antea dixerat, *Accipe a me cum Homerico Melanthio etc.* Iocabatur enim optimus et eruditissimus senex. VICTOR.

4, 1 LICINIO NERVAE) Fuit is A. Licinius Nerua legatus ad exercitus in Macedonia visendos missus A. V. 585. Liuius 44, 18: et deinde praetor A. V. 587. Liuius 45, 44. Caeterum quae iste in Macedonia egerit, nescimus, quia Liuius ibi desinit, et huius historiae praeter nostrum nemo meminit. SCHOETTG.

Itaque proauus [o], ac superiores, de Tremelliis nemo appellatus Scrofa; nec minus septimus sum deinceps praetorius in gente nostra. Nec tamen defugio [p], quin di-
3 cam quae scio [q] de suillo [r] pecore. Agri enim culturae ab initio fui studiosus: nec de pecore suillo mihi [s] et vobis, magnis pecuariis, ea res non [t] est communis [u]. Quis enim fundum colit nostrum, quin sues habeat, et qui non audierit patres nostros dicere, ignauum, et sumptuosum esse, qui succidiam in carnario [x] suspenderit potius ab [y] laniario, quam ex domestico fundo? Ergo qui suum gregem vult habere idoneum, eligere oportet primum bona aetate, secundo bona forma. Ea est, cum [z] amplitudine membrorum, praeterquam pedibus, capite [a], vnicoloris [b] potius quam varias [c]. Cum haec eadem vt habeant [d] verres videndum, tum vtique sint cerui-
4 cibus amplis. Boni seminis sues [e] animaduertuntur [f] a facie, et progenie, et regione caeli. A facie, si formosi sint [g] verres, et scrofa. a [h] progenie, si porcos multos pariunt. a regione, si potius ex his locis, vbi nascuntur, amplas [i] quam exilis [k] para-
5 ris. Emi solent sic, Illasce [l] sues sanas esse, habereque recte licere, noxisque [m] praestare [n], neque de pecore morboso esse, spondesne? Quidam adiiciunt perfunctas esse a [o] febri, et a foria [p]. In pastu locus huic pecori aptus vliginosus, quod delectatur non solum aqua, sed etiam luto. itaque ob eam rem aiunt lupos cum sint nacti sues, trahere vsque ad aquam, quod dentes feruorem carnis ferre nequeant.

Hoc [q]

o) *proauos I. B. R. I. I. A. Gr. G. inter proauos Heruag.* p) *diffugio a. V.* q) *sciam a. V.* r) *sullo P.* s) *mihi minor cura est, quam vobis ma. pec. Cui enim ea res I. I-G.* t) *necnon I. B. R.* u) *communis?* x) *carnarios P.* y) *e I. B. R.* z) *cum excellit Ba-G.* a) *et cap. I. I-G.* b) *vnius coloris Ba-G.* c) *varii a. V.* d) *habens Ienss. habet P.* e) *Sues enim I. I-G.* f) *animaduertantur I. B. R.* g) *sunt verris P.* h) *A* deest *P.* i) *ampli a. V.* k) *exiles. Parari et emi a. V. exilis, parari emi P.* l) *Vt hasce P.* m) *noxiisque I. I-G.* n) *praestari I. B. R. I. I.* o) *a* omitt. *I. B. R.* p) *furia I. B. R.*

4, 2 NEC MINVS SEPTIMVS SVM) Hic nobilem se esse docet, quorum cum imaginibus nomina ad posteritatem diligentius, quam caeterorum prodebantur: et tamen cuiusquam imagini adscriptum *Scrofae* cognomen negat.

4, 3 VNICOLORIS) Videtur legendum *vnicolores potius, quam varias.* Nam in Geop. 19, 6 ita hic locus exprimitur; Τὰς μὲν θηλείας χοίρους δοκιμάζουσι μεγάλας τοῖς σώμασιν ἐκτὸς τῆς κεφαλῆς καὶ τῶν ποδῶν. αἱ γὰρ μικροκέφαλοι καὶ βαθυσκελεῖς [βραχυσκελεῖς Needh.] ἀμείνους εἰσί, καὶ ὁμοχροοῦσαι τῶν ποικίλων αἱρετώτεραι. VRSIN. Sed non fugere poterat, si aduertisset, Vrsinum, *vnicoloris* esse etiam accusandi casum posse.

4, 4 TVM VTIQVE) Videtur legendum *tum vti.* In Geopon. ibidem: Τούτῳ τῷ τρόπῳ καὶ τοὺς κάπρους ἐκλέγουσιν. ὅταν τὰ περὶ τὸν αὐχένα καὶ τὰς ἐπωμίδας ἔχωσι μεγάλα. VRSIN. Nihil mutandum. *vtique* habet eandem vim, quam *omnino* cum concedendi significatione, q. d. etiamsi caeterorum aliquid desit, at illud omnino spectandum, vt sint etc. Similiter fere infra c. 21. Colum. 4, 7, 3.

4, 4 BONI SEMINIS SVES ADVERTVNTVR A FACIE) Ita legendus hic locus, et p. p. ita: *Si formosae sint Scrofae.* Nam Varro agit hic de scrofis. VRSIN. Nimirum *boni seminis* ad superiorem periodum adiunxerant, interpuncto ante *sues* collocato.

4, 4 SI FORMOSI SVNT VERRES, ET SCROFA) In optimo exemplari, *Verris,* eodem casu, in eodem libro, *Verris octo mensium incipit salire.* Quaedam quae hic emendaui adeo plana sunt, vt confirmatione non egeant. VICTOR.

4, 4 AMPLAE QVAM EXILES, PARATAE) Ita videtur legendus hic locus et interpungendus. et p. p. quidam legunt; *noxisque s. praestare*; addita S littera, quae solutum significet. quae lectio si recipienda est, sic legendum etiam erit cap. 5. Sed Varro alibi dixit: *furtis noxisque solutum*; quod hic non omisisset. *Noxis* autem *solutus* dicitur is, qui nulli est obnoxius, sed solutus est omni obligatione: et *noxis solutum* praestari seruum, qui promittit, de priuatis noxis promisisse censetur. VRSIN.

4, 5 ET A FORIA) Reinesius ad Inscr. 20, 148 p. 932 *foriam* legi vult pro *furia.* Suriam autem suum feminarum adfectum dicit, quae cum id patiuntur, dicuntur θυᾷν et καπρᾷν. Certe *foria* pro morbo pecudis non minus quam illud *suria* vel *foria* ἅπαξ λεγόμενον. Nonius laudatus hic ab Vrsino, quid sint *foria* explicat, a quibus dicuntur *forioli.*

4, 5 FERVOREM CARNIS) Propter hunc igitur feruorem aquam appetunt sues.

4, 7 VT

Hoc [q] pecus alitur maxime glande, deinde faba, et ordeo, et caetero frumento. quae [r] res non modo pinguitudinem efficiunt [s], sed etiam carnis iucundum saporem. Pastum exigunt [t] aestate [u] mane, et antequam aestus incipiat, subigunt in vmbrosum locum, maxime vbi aqua sit. post meridiem rursus lenito feruore pascunt. hiberno tempore non prius exigunt pastum, quam pruina euanuit, ac colliquefacta est glacies. 6
Ad foeturam verres duobus mensibus ante secernendi. Optimum ad admissuram tempus a fauonio ad aequinoctium vernum: ita enim contingit, vt aestate pariat. quatuor enim menses [x] est praegnans [y]. et tunc parit, cum pabulo abundat terra. Neque minores admittendae quam anniculae. melius xx menses expectare, vt bimae pariant. Cum coeperunt [z], id facere dicuntur vsque ad septimum annum [a] recte. 7
Admissuras cum faciunt [b], prodigunt in lutosos [c] limites ac lustra, vt volutentur in luto, quae [d] est [e] illorum requies, vt lauatio hominis [f]. Cum omnes conceperunt [g], rursus segregant [h] verres. Verris [i] octo mensium [k] incipit salire: permanet [l], vt id recte facere possit, ad [m] primum. deinde it [n] retro, quoad [o] perueniat [p] ad lanium. hic 8

q) *Hoc autem a. V.* r) *Quodque P.* s) *faciunt I. B. R.* t) *exsigunt P.* u) *mane in aest. I. B. R.* x) *mensibus. I. B. R.* y) *praegnax P.* z) *coeperint. a. V.* a) *annum. Recte adm. I. B. R.* b) *et inf. P.* c) *lutuosos I. B. R. lutosas P.* d) *quod est illarum Ba-G.* e) *enim I. B. R.* f) *homini I. I-G.* g) *conceperint I. B. R.* h) *segregat P.* i) *Verres a. V.* k) *mensum P.* l) *permanetque, et vt I. B. R. permanet, et vt P. permanetque vt I. I-G.* m) *vsque ad quartum annum, deinde castratur, saginaturque, quoad peru. I. I-G. trimum* Pop. n) *id I. B. R.* o) *id inf. B. R.* p) *peruenit I. B. R.*

4, 7 VT AESTATE PARIAT) Dissentit omnino ab Aristotele, lib. 5 ζώων ἱστορίας, *τὰ δὲ ἔκγονα κατὰ μὲν ἡλικίαν βέλτιστα ἐν ἀκμῇ. κατὰ δὲ τὰς ὥρας, ὅσα τοῦ χειμῶνος ἀρχομένου γίνεται. χείριστα δὲ τὰ θερινά. καὶ γὰρ μικρὰ καὶ λεπτὰ καὶ ὑγρά.* Quod sane aliter habere docet quotidie tum ipsa experientia (cui nulla ratione contradici potest) tum etiam Varro ipse alibi, *Porci, qui nati hieme, fiunt exiles propter frigora.* Sane quomodo illum locum Aristotelis tueri possim, nescio. SCALIG. Nostra haec ad verbum vertit Florentinus Geop. 19, 6. SCHOETTG. Etiam apud nos, qui vere nascuntur porcelli optimi habentur, deteriores qui aestate, qui hieme vltimi.

4, 8 CVM OMNES CONCEPERVNT, RVRSVS SEGREGANT VERRES) Fronto, Graecus Varronis interpres, *ἡνίκα δὲ συλλάβωσι, χωρίζουσιν ἐξ αὐτῶν τοὺς κάπρους.* SCALIG.

4, 8 RVRSVS SEGREGANT VERRES) In Geop. 19, 6 est: *χωρίζουσιν ἐξ αὐτῶν τοὺς κάπρους, ὁρμῶντες γὰρ ἐπ' αὐτὰς, καὶ σκαρίζοντες, ἐκτρώσεις αὐτὰς ποιοῦσιν.* VRS.

4, 8 VSQVE AD PRIMVM: DEINDE IT RETRO, QVOAD PERVENIAT AD LANIVM) Hic locus in excusis codicibus valde variatus erat, culpa, vt puto, sinistrorum quorundam correctorum. in antiquis illum integrum inueni. *Id* tantum in illis pro *It* scriptum erat: quae scriptura in priscis exemplaribus frequens est. *It retro*, deterior fit: vt Virgilius etiam, *In peius ruere, et retro sublapsa referri.* Plinius de suibus inquit, *Mares non vltra trimatum generant.* Quamuis autem vsque ad trimatum generent, ad primum annum facere id recte possunt, vt credidit Varro, postea languidiores fiunt, nec tam bene munere illo funguntur. VICT. Lege, *ad trimum.* Plinius de eadem re loquens, dixit ad trimatum, *Mares*, inquit, *vltra trimatum non generant.* Aristoteles quoque, vnde accepit Varro, *κάπρος ἀγαθὸς ὀχεύειν μέχρι ἐπὶ τριετοῦς.* Modus loquendi imposuit imperitis correctoribus, *Ad trimum*, pro ad trimatum. Atque ita loquitur alibi, vt de iunice: *Quod a bima aut trima fructum ferre incipit.* hoc est a bimatu, a trimatu. Item alibi. *Sunt qui dicant post annum et sex menses equulum domari posse: sed melius post trimum.* Plinius (8, 42) de equis, *Itaque cum bimi in alio subiguntur imperio, non ante quinquennes ibi certamen accipi.* hoc est, ante quinquennium; Aristoteles, *μέχρι ἐπὶ τριετοῦς.* SCAL. Videtur legendum *vsque ad trimum* ex Plin. 8, 51. sed Col. 7, 9 *vsque ad quadrimatum* durare dicit. VRSIN. Crescentius, qui refert hunc locum 9, 77 *idque vsque ad quadriennium* recte *facere potest. Trimum* igitur et ego praetulerim. add. Morg. 1, 98.

4, 8 DEINDE IT RETRO) Et haec et superiora ad verbum ex Aristotele, *Κάπρος δὲ ἀγαθὸς μὲν ὀχεύειν μέχρι ἐπὶ τριετοῦς· τῶν δὲ πρεσβυτέρων χείρω γίνεται τὰ ἔκγονα. οὐ γὰρ ἔτι γίνεται αὐτοῦ ἐπίδοσις, οὐδὲ ῥώμη.* quae postrema eleganter reddidit Varro, *It retro.* Vide doctissimas Petri Victorii annotationes. SCAL.

9 hic enim conciliator suillae [q] carnis datus populo. Sus Graece dicitur ὗς [r], olim
thysus [s] dictus, ab illo verbo quod dicunt [t] θύειν [u], quod est immolare. Ab suillo
enim genere [x] pecoris immolandi initium primum sumptum videtur, cuius vestigia,
quod initiis Cereris [y] porci immolantur, et quod initiis pacis foedus cum feritur,
porcus occiditur, et quod nuptiarum initio antiqui reges, ac sublimes viri in Hetru-
ria in coniunctione nuptiali noua nupta, et nouus maritus primum porcum [z] immo-
10 lant. Prisci quoque Latini, et [a] etiam Graeci in Italia idem factitasse videntur. Nam
et nostrae mulieres maxime nutrices, naturam, qua [b] foeminae sunt, in virginibus
appellant porcum [c], et Graecae [d] χοῖρον [e], significantes esse dignum insigni [f] nuptia-
rum. Suillum pecus [g] donatum ab natura dicunt [h] ad epulandum. Itaque iis ani-
mam datam [i] esse proinde [k] ac salem, quae seruaret carnem. E queis succidias Galli
optimas

q) *suinae I. B. R. suinae (c. suillae) P. 1.* r) *datur a. V. uys Pol.* (c. ὗς olim θῦς Sus. nam τὸ *u* pro aspiratione poni apud antiquos solet). s) *θύτης a. V. θῦς is dictus Pol. 2.* t) *dicitur a. V.* u) *θύειν Iuntt. θυεῖν Iens.* x) *pecore et genere I. B. R. gen. pecore P.* y) *Ceris P.* z) *portum Heru.* a) *et* abest *I. B. R. I. I.* b) *quam P.* c) *porcam I. I-G.* d) *Graeci a. V.* e) *echoeron P.* f) *insigne I. B. R. in signum Ba-G.* g) *pecu P.* h) *iis* ins. *P.* i) *datam pro sale: qui a. V.* k) *pro in ac P.*

4, 9 SVS GRAECE) Prisca haec lectio: In excusis antea θύτης. De vetere nomine suum apud Graecos autores nihil legi, quare in re incerta fidem antiquorum codicum sequi malui. Clemens in II Stromate refert, quendam sapientiae studiosum virum affirmasse, Suem nominatum a Graecis esse ὗν, tanquam θῦν, quod viscerationibus tantum atque epulis aptus esset, verba ipsius haec sunt: *λέγεται γ' οὖν τινὰ τῶν φιλοσοφούντων, ἐτυμολογοῦντα τὴν ὗν θῦν εἶναι φάναι, ὡς εἰς θύσιν καὶ σφαγὴν μόνον ἐπιτήδειον.* VICTOR.

4, 9 THYSVS) *Thysus*, θυσὸς esset. Sed non reperitur in veterum Graecorum scriptis. Itaque spurium puto. Contra verum puto θῦς, ὗς. Latine Varro scripsit *Thysus*. Nam vt χλοῦν ὗν dicebant, sic puto θῦν ὗν. Quin ea, quae ex nescio quo philosopho adducit eruditissimus scriptor Clemens Alexandrinus, facile coniecturae nostrae fauent. Sic apud eundem Varronem de lingua Latina importune cohaeserant duo, *vsus*, pro ὗς, sus: vt ibi annotauimus. θῦς ὗς ergo est θύσιος, vel καταφερὴς εἰς ἀφροδισιασμόν. Inde verbum θυᾷν, quo aliquando vtitur Aristoteles de suibus loquens. θυᾷν est foeminarum, Latine *subare*: κακρᾷν autem, marium, Latine *surire*. Apuleius. Item Glossarium vetus: *Surit*, κακρᾷ. SCALIG. Coaluit *Thysus* ex duabus vocibus θὺς, ὗς· antiquitus θὺς a Graecis dictus, vt ex Clemente et Athenaeo habemus, cui ab imperitis interpretatio fuit apposita ὗς, et subinde de vtroque efformatum *Thysus*. PONTED. θῦς probat etiam Casaub. ad Athen. 9, 14.

4, 9 AB SVILLO ENIM GENERE PECORIS) Vox *pecoris* est glossema. Videndus Festus in *Thusci*. VRSIN.

4, 9 FOEDVS CVM FERITVR) Hinc Virgilius dixit: *Caesa iungebant foedera porca.* idque in veteribus monumentis incisum non semel reperitur. VRS. Adde de materia notissima Bochartum Hieroz. 1, 2, 33. et Io. Dan. Iacobi, amici nostri, diss. 2, de foederibus per dissect. animalium factis. SCHOETTG.

4, 9 ET QVOD NVPTIARVM) Athen. Deipn. 3 olim Graecos Veneri suem mactare solitos tradit, atque id testimonio veterum confirmat. Argiuos vero id etiam tunc seruare, qui ludos, quibus id facerent, inde quoque appellarent ὑστήρια. VICT.

4, 9 IN CONIVNCTIONE NVPTIALI) Haec verba videntur adiecta, et p. p. legendum: *significantes esse id insigne nuptiarum.* VRS.

4, 10 NATVRAM, QVA FOEMINAE SVNT) Plaut. Casi. 5, 2, 40 (34) *sepit veste id, qui estis.*

4, 10 APPELLANT PORCVM) Cato: *depetigini porcae brassicam opponito.* SCALIGER. Ergo pudendum muliebre a veteribus latinis *porcus*, vel *porca* nuncupatum est, nimirum quod illius alae rostri suilli instar retortae sint et replicatae. Haec Hadr. Valesius in Valesianis p. 189. SCHOETTG.

4, 10 ET GRAECAE χοῖρον) Ita emendaui e vetustis libris: in excusis antea *Graeci. Graecae*, scilicet mulieres. Supra enim, *nam et nostrae mulieres, maxime nutrices* etc. respondet igitur illi parti egregie: *Et Graecae χοῖρον.* VICT. De vsu Graeco vel Aristophanis Index Kusterianus satis superque testatur.

4, 10 ITAQVE IIS ANIMAM DATAM ESSE PROINDE AC SALEM) Vetus haec est lectio. Eadem sententia, aut parum immutata, apud Clementem legitur: nam quae paulo ante e II Stromate posui, haec verba consequuntur, *διὸ δὴ καὶ τούτῳ τῷ ζώῳ ψυχὴν πρὸς οὐδὲν ἕτερον ἢ ἕνεκα τοῦ τὰς σάρκας σφριγᾶν*, etc. Huius autem vocis Plutarchus in V libro Sympos. cap. X. Stoicos homines auctores fuisse tradit. quae etiam a Cicerone libro V περὶ τελῶν laudatur. Nam in III de

optimas et maximas facere consueuerunt †. Optimarum signum, quod etiam nunc ‡
quotannis e Gallia apportantur Romam pernae tomacinae [l], et taniacae [m], et petasio-
nes. De magnitudine Gallicarum [n] succidiarum Cato scribit his verbis: in Italia in 11
scrobes terna atque quaterna millia aulia succidia. Vere sus vsqueadeo pinguitudine
crescere

†) *consuerunt P.* ‡) *nam quod annis Gal. P.* l) *comatinae P.* m) *taniaciae I. B. R. cauarae P.* n) *Galliarum I. B. R.*

de Natura deorum, eam protulisse Chrysippum docet. VICT. Ad Chrysippum refert hanc sententiam Cic. N. D. 2, 64. quam etiam habet Fin. 5, 13 fi. itemque Plin. 8, 51 f. 77.

4, 10 PERNAE TOMACINAE ET TANIATAE) In optimo libro: *Comatinae et canatae.* Nihil tamen variaui. VICT. Egregie hic emendat Gulielmus Pelisserius *comacinae*, vel Plinio auctore, in quo, vt series literarum indicat, legendum est 3, 4 in descriptione Galliae Narbonensis, *Bormanni, Comacina.* Scribendum etiam ipse putaui diu, *et canatae*, ad formam scilicet et similitudinem *pernae caninae:* vtrarumque meminit Plautus apud Festum. *Muriaticam autem video in vasis stanneis, Naricam bonam et canatam, et comaquinas Fartas et conchas piscinarias.* Sed *canata* in Plauto potius sit *pulpa*, et caro canis marini eiusque Salsamentum. Nunc Strabonis auctoritate adductus, *sequanicae* legendum arbitror. Nam de *Sequanis* loquens ait Cosmogr. 4, *ὅταν* [*ἔθεν* legendum cum Casaub. p. 192.] *αἱ κάλλισται ταριχεῖαι, τῶν ὑείων κρεῶν εἰς τὴν Ῥώμην κατακομίζονται.* Nec dubitabo in Plauto *Sequanicam* et *Comacinas* legere, cum versus mensura eam lectionem videatur postulare: senarius enim iustus est: *Naricam bonam et Sequanicam et Comacinas.* Editiones tamen optimae et *canatam*, et *tagumaquinas* nobis obiiciunt: immo et *canutam.* Quare academicos sequuti sententiam sustinebimus, et aliis disceptanda haec potius relinquemus. TVRNEBVS 4, 6. Iculariter lapsus est doctissimus vir, dum opinionem episcopi Montispessuli sequitur, qui putauit *Comacinas* legendum: vt sit nomen loci. Quod (pace tanti viri dixerim) multum abest a Varronis sententia. Nulla enim molestia consuli huic loco potuit ita: *Optimarum signum, quod etiamnum quotannis e Gallia apportantur Romam pernae, tomacinae, et taeniacae; et petasones.* *Tomacinae* sunt, quae *tomacula* aliter vocantur, vt - *candiduli diuina tomacula porci.* Iuuenal. Graeci vocant *τεμάχη* et *τόμος*, vnde et nomen ipsis. *Taeniacae* sunt oblongae offae, a figura dictae, eo modo quo portulaca, pastinaca. Eas Graeci vocant, *σχελίδας καὶ πλευρίδας* quarum mentio apud Athenaeum, hoc est, *κρέα ἐκτμητά*, vt interpretantur grammatici. A qua re a Gallis dicuntur *Longes*, quia longae. Non male etiam pro *Tomacinae* legeretur *Tomaculae.* nam librarii illi saepe pro *i*, *l*, et contra, scribunt. Quam vero idem non satis laudatus vir falsus sit in versibus Plauti, qui citantur apud Festum, facile deprehendet, qui eos ex correctione nostra leget, ita vti olim adolescentes eos in Coniectaneis nostris posuimus. Deinde non de Narbonensibus pernis intelligit Varro, sed de Sequanicis. quod probatur ex Strabonis eo, quem ipse contra se producit, libro. Addit idem Strabo, *ἔτι δὲ ἔτι δαψιλῆ καὶ τὰ ποίμνια καὶ τὰ ὑοφόρβια, ὥς τι καὶ τῶν σάγων καὶ τῆς ταριχείας ἀφθονίαν μὴ τῇ Ῥώμῃ χορηγεῖσθαι μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς πλείστοις μέρεσι τῆς Ἰταλίας.* Haec a nobis dicta sunto, non vt studio carpendi hominem, cuius vt olim amicitia, ita et nunc memoria ipsa mihi cara est, dicta videantur: sed vt potius ne eius auctoritate moti iuuenes falsam illam lectionem amplecterentur. Nam et in Varronis loco cum ipso Pelisserio fallitur, et in versibus Plauti nihil vidit. SCALIGER. Vetus scriptura *Comatinae* et *Canatae*; quae transpositione literarum C. et T. corrupta est. legendum enim. *Tomacinae* et *Tanacae.* *Tomacinae* siue *tomacula*, sunt partes suillae, minutatim profectae. Iuuenalis, *candiduli diuina tomacula porci.* *Tanacae* sunt partes longiores, vt costae, ossa penita; vtrumqne autem nomen originem Graecam habet. alterum *ἀπὸ τῆς τομῆς*, id est, incisione: alterum a *ταναός*, quod longum et extensum significat. POPMA.

4, 11 IN ITALIA IN SCROBES) Haec, quae sic luxata sunt et emota, sic in suos tanquam artus redire videntur posse, *In Italia Insubres terna atque quaterna millia succidias habere. Sus vsque adeo* etc. TVRN. 4, 6. Conatus est idem vir eruditissimus haec luxata in suos articulos, vt ipse loquitur, restituere. Sed, quantum iudico, praestat ea ita luxata habere, vti hodie vulgo leguntur, quam quo modo ipse voluit restituere: quamquam conatus eius non caret laude. Sed et nos quoque experiemur, vt, si a veritate aberremus, tamen non deteriora illo proferamus. Suspicor igitur ita haec legenda esse: *In Italia Insobreis, terna atque quaterna millia a vila Succi Duumirei sus vsque adeo pinguitudine crescere solet*, etc. *In Italia Insobreis.* Id est, in Italia in agro Insubrensi. Nam *Insuber* et *Insubros* etiam dicebant. Est autem Graecanicum, *In Italia Insubris.* vt ἐν Ἀττικῇ Κρωβύλ. et similia. *Insobreis* autem pro *Insubris* scribere solitos illos veteres, nemo paulo harum literarum peritior ignorat. SCAL.

4, 11 TERNA ATQVE QVATERNA MILLIA) Iam monuimus legendum: *terna atque quaterna millia a villa Succi Duumuirei sus vsque adeo.*

crescere solet, vt se ipsa stans sustinere non possit, neque progredi vsquam. Itaque eas si quis quo traiicere vult [o], in plostrum [p] imponit. In Hispania vlteriore in Lusitania [q] sus cum esset occisus, Attilius Hispaniensis minime mendax, et multarum rerum peritus in doctrina, dicebat L. Volumnio Senatori missam esse [r] offulam cum duabus costis [s] quae [t] penderet III et XX pondo: eiusque suis a cute ad os pedem
12 et III digitos [u] fuisse. Cui *ego* non minus res admiranda, quum [x] mi [y] esset dicta, in

o) *velit a. V. volet P.* p) *plastrum P.* q) *vlteriore* repet. *I. B. R.* r) *esse* abest *I. I-G.* s) *costis P.* t) *quam I. B. R.* u) *digitos* deest *I. B. R.* x) *quam quae nunc est dicta I. I-G.* y) *mihi I. B. R.*

adeo pinguitudine crescere solet. Terna atque quaterna millia non est simpliciter, tribus aut quatuor millibus (nam id Latinum non esset) sed elegantissime, et Latinissime, quod vulgo Gallice dicimus, *De trois à quatre milles à l' entour.* Hoc est singulis tribus aut quatuor millibus a villa Succi Duumuiri. Nam *vila* pro *villa*, quia, vt monui, consonantes non geminabant. Succius Duumuir, puta Mediolani. nam ibi duumvirum Succium fuisse necesse est, cum de agro Insubrensi loquatur. Et illius, qui eo tempore, quo ea scribebat Cato, duumuir erat, villam, tanquam insignem locum notat. Sane non multum abfuisse videor a mente Catonis. *Succius* vero est nomen vetus. vt *Succius* Ille, qui scripsit Moretum, vetus poeta apud Macrobium. In agro non satis Romanis hominibus noto magistratus villam denotasse, nemini mirum videri debet. Nam quod hic mutare voluit doctissimus vir, cum scripsit, *terna atque quaterna millia succidiae habere:* hoc non pertinet ad magnitudinem Gallicarum pernarum, de quibus loqui instituerat Varro. Et sane (quod omnium doctorum, qui illi, vt debent, fauent, bona venia dictum volo) latinum non est, *Millia succidiae.* dixisset enim Cato *millia succidiarum.* Sic *millia passuum*, non huius passus. At *mille argenti* aliud est, quippe *nummos* aut simile. Item *mille vini:* cados scilicet. *mille frumenti:* modios. Sic *millia succidiae*, esset pondo succidiae, quod ineptum est. SCAL. Locus hic ita videtur legendus: *In Gallia verres terna atque quaterna millia habent succidia. Sus vero vsque adeo* etc. Cato autem de Gallia Transalpina hoc dicit, non de Cisalpina, vbi sunt Insubres. Quidam legunt: *In Italia in Scrofae pernas quaternas milliaria succidia*; eamque lectionem confirmant ex loco quodam 3, 1 vbi scriptum est: *quam hic apros milliarios emis.* Sed locus ille mendosus est; et legendum; *quam hic apros macellarios eius*, vt ibi dicetur. VRS. Totus hic locus corruptus est, quem puto ita restituendum: *Insalita in scrobes, terna atque quaterna millia, Gallia succidia habere: sus vsque adeo* etc. Quae Cato refert de Gallia Transalpina; in qua Sequani, a quibus pernae optimae, et succidiae immani magnitudine aduehebantur Romam. Strabo lib. IV. *Τροφὴ δὲ πλείστη μετὰ γάλακτος καὶ κρεῶν παντοίων, μάλιστα δὲ τῶν ὑείων καὶ νέων καὶ ἁλιστῶν. αἱ δ' ὕες καὶ ἀγραυλοῦσιν, ὕψει τε καὶ ἀλκῇ καὶ τάχει διαφέρουσαι.* et postea: *οὕτω δ' ἐστὶ δαψιλῆ καὶ τὰ ποίμνια καὶ τὰ ὑοφόρβια, ὥστε τῶν σάγων καὶ τῆς ταριχείας ἀφθονίαν μὴ τῇ Ῥώμῃ χορηγεῖσθαι μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς πλείστοις μέρεσι τῆς Ἰταλίας.* *Terna* atque *quaterna millia*, intelligitur *pondo*, vt alias, centena millia, quatuor millia, deest passuum. *Succidia* pro Gallica, more Graecorum, vt Sallustius lib. IV Histor. *Cuius interim lumine etiam tum incerto, duae Galliae mulieres conuentum vitantes, ad menstrua soluenda montem ascendunt.* Sic Varro supra *Arcadum asini*, et Virgilius. *Tempus et Arcadii memoranda referre magistri.* Idem *Troia gaza*, et *Dardana arma.* POPMA.

4, II VERE SVS VSQVE ADEO) Crescentius *vere* non habet, reliqua quidem: *Sus vsque adeo pinguedine crescere solet, vt se ipsa stans sustinere non possit, neque progredi vsquam.* Quod confirmat id quod in hoc loco emendauit Popma. Mendum autem hinc factum videtur, quod post *succidia* superioris periodi statim sequebatur annexum *habere*, cuius prima syllaba vetustate elisa, *bere* relictum fuit. quod ab imperitis librariis in *vere* mutatum appositum est ad alteram periodum (In Aldinis tamen libris et Vaticanis Codicibus suo loco retentum est) Non me latet, Ios. Scaligerum aliam afferre lectionem, quae illius Viri vt summum ingenium indicat, vtinam etiam omnem dubitandi ansam tolleret. Verum quoniam sues naturaliter ita pinguescere soleant, vt seipsas sustinere non possint, easque hibernis mensibus plaustris impositas per vicos et vrbes trahi videamus, id quod est omnibus commune solis illis, qui in Villa Succi Duumuirei nutrirentur, attribuisse Varronem, rei minus consentaneum haberi potest. PONTED.

4, II QVAE PENDERET III ET XX PONDO) Crescentius 9, 77 totius porci hoc pondus fuisse refert, interpretaturque 575 libras. Facit igitur *pondo* peculiare ponderis nomen, quod habeat 25 libras. Porci quidem 575 librarum commemorabilis magnitudo non videtur. Sed an *pondo* alias etiam 25 libras significet? quaestione forte non indignum.

4, II PEDEM ET TRES DIGITOS) In V. C. non legitur vox *digitos*, sed tantum *pedem et tres*, vt fortasse legendum sit pedem et ⁼ ; nam ea nota quadrantem antiqui significabant. VRS.

4, 12 SCIO

in Arcadia ſcio me [z] eſſe ſpectatum [a] ſuem, quae prae pinguitudine carnis non modo
ſurgere non poſſet, ſed etiam [b] vt in eius corpore ſorex exeſa [c] carne nidum feciſſet,
et peperiſſet mures. Hoc etiam in vineta [d] factum accepi. Sus ad foeturam quae [e] 13
ſit foecunda, animaduertunt fere ex primo partu, quod non multum in reliquis mutat. In nutricatu quam porculationem appellabant, binis menſibus porcos ſinunt cum matribus. ſed [f] eos, cum iam paſci poſſunt, ſecernunt. Porci qui nati [g] hieme, fiunt

z) *me* abeſt *I. I-G.* a) *ſpectatam I. I-G.* b) *etiam vt* omitt. *I. B. R. et in P.* c) *exeſo nidum I. B. R.* d) *iuuenca I. I-G. Pol. 2.* e) *quam I. I-G.* f) *Secundo ea cum P.* g) *nati ſunt I. I-G.*

4, 12 SCIO ESSE SPECTATVM) V. C. *ſcio iſſe ſpectatum.* Sed Plautus in Mil. Glor. vulgatam lectionem exemplo confirmat. p. p. legendum *quam porculationem appellant.* IDEM. Hoc loco vtitur aliquis ad aſſerendam huic verbo formam, quam vocant, deponentialem. Sed poteſt *ſpectatum* eſſe ſupinum. Quidni enim dicatur *ſum ſpectatum?*

4, 12 IN VINETA) Communem lectionem, nouam falſamque putaui, ideoque veterem ſcripturam reponere malui: et ſi illa maculoſa eſt. poterunt tamen nunc induſtria eruditorum maculae inde abſtergi. Vt autem quid ſuſpicer aperiam, arbitror inquinata hac voce locum ſignificari, in quo hoc etiam, quod ſupra de ſue narrauit, factum eſſe acceperit. nam in Arcadia ſe hoc non audiſſe, ſed vidiſſe inquit. Quod autem in ſue fieri potuit propter obeſitatem et ſtuporem illius animantis, veriſimile nullo modo in iuuenca eſt. nam nec humi iuuencae tantum iacent, vt facultatem muribus praebeant in corpore ſuo nidificandi. Plinius in ſue hoc factum quandoque eſſe tradit: de iuuenca non meminit. Pro *Vineta*, fortaſſe *Veneta*, aut *Venetia* ſcribendum eſt. in illis enim locis quondam magni pecuarii. Veneti etiam equi a Graecis poetis celebrantur, quod illis in locis egregii eſſent. In Graecis commentariis: Ἐνετίδες ἵπποι, πῶλοι στεφανηφόροι ἀπὸ τῆς περὶ Ἀδρίαν Ἐνετίδος. VICT. Lego *Venetia* quod et doctiſſimo Victorio placere video. At, quod alii reponebant, *in iuuenca*, ridiculum. Nam quod hic refert Varro, non in illis, quae ſeuum habent, ſed in iis, quae pinguitudinem, accidere poteſt. *Seuum* enim, ſeu στέαρ, inter carnem et oſſa. Contra *pinguedo*, ſeu πιμελή, inter cutem et carnem. Et nemini hoc mirum videri debet. Nam et in Aquitania apud Niteobriges, in eorum ciuitate Aginno, hoc accidiſſe ſuperſunt hodie qui teſtari poſſunt. SCAL. Docti viri reponunt: *in Venetia:* in qua regione quondam magni pecuarii. Ego puto haec non eſſe Varronis verba, ſed ſtudioſi lectoris, adnotantis ſe hoc etiam quod Varro de ſue narrauit, factum eſſe accepiſſe in Vineta: qui locus vbi ſit, otioſum arbitror quaerere. POPMA. Si Popmae ſuſpicio vera ſit, poſſis nouam adiicere, et pro *iuuenca*, quod habent quidam, legere *iuuenta*. De *Vineta* vrbe vel *Wineta* nobili quondam in Germanica Baltici maris ora emporio potuit cogitare peregrinator aliquis.

4, 13 SED EOS CVM IAM) Diuerſa eſt vetus lectio, quae tamen mendo non vacet: eam notam eſſe volui. nam receptam etiam non valde probo, quamuis loco non mouerim; *ſecundo ea cum iam.* VICTORIVS. Vetus lectio, *ſecundo ea, cum iam paſci poſſunt.* *Secundo ea*, eſt Secundum ea, vt *Dato iri*, pro datum iri Catoni, et Pandectis Florentinis. *Secundum ea*, hoc eſt, ἐπὶ τούτοις. Lectioni huic adſtipulatur vetus Varronis interpres Graecus Florentinus: ἐπειδὰν δὲ μετὰ τὴν σύλληψιν τέκωσιν, ἐάσαντες ταῦτα μετὰ τῶν μητρῶν δίμηνον, μετὰ ταῦτα χωρίζουσι. Vertit *ſecundo ea* μετὰ ταῦτα. Sic de equis: *Secundum partum*, ἐπὶ τῷ τοκετῷ, μετὰ τὸν τοκετόν. Poſſem hic referre quotieſcunque veteres ea quae in *m* deſinunt, ſequente vocali, ſine ipſo *m* referunt, ſed et, quoties, quae in *um* deſinunt, ſequente item vocali, per *o* efferunt, vt hic, *Secundum ea, Secundo ea.* Alii dicebant *Secundu ea*, et *Dato iri*, alii *Datu iri*, pro *Datum iri.* Sed ea in aliud tempus ſuo loco diſcutienda differimus. Hoc tantum audacter dicam, apud Terentium, auctorem triti̇ſſimum et vulgatiſſimum, idem erratum commiſſum videri, quamuis ne de eo quidem moneat vetus interpres. Sed mutili ſunt illi Commentarii: neque integri ad nos peruenerunt. Verba Terentii ſunt haec, *Atque, vbi pati non poteris, cum nemo expetet, Infecta pace vltro ad eam venies.* Sane illud *nemo expetet*, ſcio quomodo excuſari poſſit, quomodo ſcilicet puerum ſi interroges de eo loco, reſpondebit. Sed nihil ad mentem Terentii. Et poſſem oſtendere quam inepta ea eſt lectio, ſi eam regnum obtinere apud Terentium ſinamus. Quid igitur? Ego auſim aſſerere Terentium ſcripſiſſe, *cum nemo expetet.* hoc eſt, cum nondum locus aut res aut tempus poſtulabit. Hoc enim vult apud veteres comicos verbum *expetere.* de quo alias apud Plautum dicemus. *Nemo* vero pro *Nenum.* quod et *Nenu* dicebant, etiam non ſequente vocali. Lucillius, *Sed tamen hoc dicas, quid hoc eſt, ſi nenu moleſtum eſt.* Varro epiſtola ad Fufium: *Si hodie nenu venis, cras quidem veneris meridie, natali Fortis Fortunae.* Ignorata eſt notio verbi expetere: tum et huius ἀρχαϊσμοῦ μορίου *Nenu* vel *Nemo.* Et haec fuit erroris cauſa. SCAL. V. C. *ſecundo ea.* Fortaſſe

fiunt exiles propter frigora, et quod matres aspernantur, propter exiguitatem lactis, et [h] quod dentibus fauciantur [i] propterea mammae [k]: scrofa [l] in sua quaeque [m] hara [n] suos alat [o] oportet porcos, quo [p] alienos aspernantur [q]: et ideo si conturbati sunt
14 in foetura, fit deterius. Natura [r] diuisus earum [s] annus bifariam [t], quod bis parit in anno. quaternis mensibus fert ventrem, binis nutricat. Haram facere oportet circiter trium pedum altam, et latam amplius paulo, ea altitudine abs [u] terra [x], ne [y] dum exilire velit [z] praegnans, abortet [a]. Altitudinis modus sit vt subulcus facile circumspicere [b] possit, ne qui [c] porcellus a matre opprimatur, et vt facile purgare [d] possit cubile. In haris ostium esse oportet, et limen inferius [altum] palmipedale,
15 ne porci ex hara, cum mater prodit [e], transilire possint. Quotiescunque haras subulcus purgat, toties [f] arenam iniicere oportet, aut quid aliud [g] quod exugat [h] humorem, [in [i] singulas [k] iniicere debet:] et cum pepererit [l], largiore cibatu sustentare, quo

h) *et* abest *I.B.R. Iunt.* i) interpungunt *I.B.R.* k) *matrem scrofam sua I.B.R.* l) *scrofas P. scrofam I.I-G.* m) *quamque Ba-G.* n) *hora P.* o) *vt alat I.I-G.* p) *quae I.B.R. quoniam Ba-G.* q) *aspernatur a.V.* r) *Natura* om. *I.B.R.* s) *eorum I.B.R. eius H.St-D. est eius I.I-G.* t) *bifaria P.* u) *ab I.B.R.* x) *terram. P.* y) *nedum* iunct. *I.B.R. Heru.* z) *velis Heru.* a) *abortiat Heru. abbortiat Cr.* b) *despicere I.I-G.* c) *nequis a.V.* d) *purigare P.* 1. *purgari P.* 2. e) *prodiit I.B R.* f) *in singulas* ins. *Ba-G. singulas* solit. *Iunst.* g) *item I.B.R.I.I.* h) *exsiccato humore I.B.R.* i) *in singulas iniicere debet* deficiunt *I.I-G.* k) *haras* add. *I.B.R.* l) *peperit Basil.*

tasse legendum: *secundum ea* nisi illud idem sit. Nam pro his verbis in Geopon. est *μετὰ ταῦτα. θέσαντες ταῦτα μετὰ τῶν μητρῶν, μετὰ ταῦτα χωρίζουσι.* VRS.

4, 13 PORCI QVI NATI) In Geop. ita habetur: *τὰ δὲ τικτόμενα διὰ χειμῶνος λεπτὰ ὄντα [λεπτόθηλα Brass.] γίνεται διὰ τὴν δυσκρασίαν τοῦ ἀέρος, καὶ τὸ μὴ μεταλαμβάνειν γαλάκτος ἱκανῶς, τῶν μητρῶν αὐτὰ διωθουμένων, διὰ τὸ τὰς θηλὰς σπανιζούσας γάλακτος ὑπὸ τῶν ὀδόντων ἑλκοῦσθαι.* p. p. leg. *et quod matres non aspernantur.* nam ita habet Colum. 7, 9. VRS.

4, 13 ET QVOD MATRES ASPERNANTVR) Non suculae matres aspernantur, sed suculas matres, quod propter exiguitatem lactis dum nimium mammas pressant, ipsas dentibus sauciant. Ideo scribendum: *et quod matres eos aspernantur*, siue *eos spernantur.* Crescentius lib. IX sic transscripsit: *Porci nati hieme fiunt exiles propter frigora, et quia matres aspernantur eos.* PONTED.

4, 13 QVO ALIENOS ASPERNANTVR) Inepta et falsa lectio: Ineptam inconcinnus sermo, falsam Columella conuincet, qui scripsit *scrofam, cum decubuit, aeque alieno ac suo praebere vbera.* Ego autem confidenter lego: *quo alienos spernant*, id est, separent. *Spernere* enim apud veteres separare, secernere, spargere. Vult igitur singulas scrofas suis haris separari, vt ne alieni porculi immisceantur. Sed omnem dubitationem tollit Florentinus, Varronis interpres, *καὶ ἑκάστην δὲ χοῖρον τίκτουσαν ἐν ἰδιάζοντι συφεῷ ἐμβλητέον, ὥστε μὴ μίγνυσθαι τὰ παρὰ διαφόρων τικτόμενα.* quae pene ad verbum ex nostro Varrone interpretata sunt. Exemplum verbi *spernere* ex Ennio Hectoris Lustris, *Melius est virtute ius. nam saepe virtutem mali Nanciscuntur: ius atque aequom se a malis spernit procul.* Cui sententiae grauissimae simillima est illa tragici cuiusdam: *Οὐκ ἔστιν οὐδεὶς δειλὸς ὁ δεδοικὼς νόμον· Πρὸς τοὺς πολεμίους δ᾽ ἔστιν ἀνδρείας κρίσις.* Vt verear ne hanc ipsam sententiam verterit Ennius. Porro τοῦ *spernere* haec primigenia fuit notio. nam Graecanicum est, *σπαίρω, σπέρω*, vt *παίρω, πέρω* et similia. Quin et verbum *conturbare* quod sequitur, id facile declarat. Est enim directo τῷ *spernere* oppositum. SCAL. sed quaeras tamen haud immerito, quae causa sit, ita solicite suos porcos suae quemque matri contribuendi, si promiscue ad vber admittit scrofa quoscunque: et quomodo fiat deterius, quod ait Varro. Diuersitatem temperamenti forte aliquis caussetur: quod per me licet. Geop. l. c. *βέλτιον δὲ, εἰ ἑκάστη τρέφῃ τὰ ἴδια.*

4, 14 NATVRA DIVISVS) Non potest dici, quam eleganter, et rotunde haec reddiderit Fronto: *τὴν δὲ μητέρα βιβάζουσιν, ὥστε τοῦ παντὸς ἔτους τὴν μὲν ἑξάμηνον εἰς κύησιν αὐτῆς μερίζεσθαι, τὴν δὲ τετράμηνον εἰς ἐκτροφὴν γεννηθέντων.* SCAL. Quem Scaliger iam aliquoties Frontonem dixerat, ille in recentissima Geoponicorum editione est Florentinus. SCHOETTGEN.

4, 14 ALVVM) Haec vox abundat. Itemque verba: *in singulas.* deinde legendum ex V. C. *arenam, aut quid item, quod exugat humorem, iniicere debet.* VRSIN.

4, 14 PALMIPEDALE) Crescentius interpretatur: *id est vno pede et palmo.*

4, 15 IN SINGVLAS INIICERE DEBET) Locus

quo facilius lac suppeditare possit. in quibus hordei circiter binas libras aqua made-
factas dare solent, et [m] hoc quoque conduplicant, vt sit [n] mane et vesperi, si alia quae
obiiciant non habuerint. Cum porci depulsi sunt a mamma, a quibusdam delici [o] 16
appellantur [p], neque iam lactentes [q] dicuntur. qui a partu decimo die habentur puri,
ab [r] eo appellantur ab antiquis sacres, quod tum ad sacrificium [s] idonei dicuntur pri-
mum. Itaque apud Plautum in Menaechmis [t], cum [u] insanum quem [x] putat, vt
pietur in oppido Epidamno [y], interrogat, Quanti hic porci sunt sacres? Si fundus 17
ministrat, dari solent vinacea [z], ac scopi [a] ex vuis. Amisso nomine lactentis [b], di-
cuntur nefrendes, ab eo quod nondum fabam frendere possunt [c], id est, frangere.
Porcus [d] Graecum est nomen antiquum, sed obscuratum, quod nunc eum vocant
χοῖρον [e]. In eorum foetu [f] scrofae bis die vt bibant, curant lactis causa. Parere tot 6
oportet [h] porcos, quot mammas habeat. si minus pariat, fructuariam idoneam non
esse. si plures pariat, esse portentum. In quo illud antiquissimum fuisse scribitur, 18
quod sus Aeneae [i] Lauinii xxx porcos pepererit [k] albos. Itaque quod portenderit,
factum xxx [l] annis, vt Lauinienses [m] condiderint [n] oppidum Albam [o]. Huius suis,
ac porcorum etiam nunc vestigia apparent Lauinii [p]: quod et simulacra eorum ahe-
nea [q] etiam nunc in publico posita, et corpus matris ab sacerdotibus, quod in salsura
fuerit,

m) *quodque cond. I. B. R. quod cum depublicant P.* n) *sit Iantt.* o) *deliti P.* p) *appellant I. B. R.* q) *lactantes a. V.* r) *et ab I. B. R.* s) *sacrificia a. V.* t) *menaechimis P.* u) *eum I. B. R.* x) *qui I. B. R.* y) *Epidamdo P.* z) *vinacia a. V.* a) *scopei P. scropei Cr. scapi a. V.* b) *lactantis a. V.* c) *possint a. V.* d) *Porcus enim a. V.* e) *choeron P.* f) *petu P. potu a. V.* g) *nunc I. B. R.* h) *oportere P.* i) *lauini iteneae I. B. R. Aeneae lauini P. I. I-G.* k) *peperit Ba-G.* l) *trigesimum annum I. B. R.* m) *lauinenses I. B. R. labinienses R.* n) *conderent I. I-G.* o) *Alba I. B. R.* p) *in omne, quod simulacra I. B. R. apparent. Iamne sim. P. 2. I. I-G. Iam ne quod et sim. P. 1.* q) *ab Aenea I. B. R. aenea I. I-G.*

Locus dubius, et fortasse glossema, quod etiam Aldo visum, alio enim modo expressit: *Toties in singulas arenam iniicere debes, aut quid aliud quod exugat humorem.* Crescentius vero sic transscripsit: *Toties arenam mittere oportet aut quid aliud quod exugat humorem.* PONTED.

4, 16 DECIMO DIE) Plin. 8, 51 *Diem quintum* ponit, e quo emendandum Varronem statuit Harduinus, quod etiam, nimirum Plinium voluisse *quintum* dicere, nec euanuisse vltimam τῦ x partem ex crescentibus apud illum numeris fit verisimile, qui dicat, *suis foetum quinto die purum esse, pecoris octauo, bouis tricesimo.* SCHOETTG.

4, 16 APPELLANTVR – SACRES) vid. 2, 1, 20 et ibi Vrsinus.

4, 16 CVM INSANVM) Forte scripsit Varro; *cum parasitum, insanum* etc. Versus Plauti ex Menaechmis citatur a Festo in *Sacrem: Nummum vnum en a me accipe, iube te piari de mea pecunia.* VRSIN.

4, 17 PORCVS ENIM GRAECVM) Varro 4 de L. L. *Quod Athenis in libris sacrorum scriptum est κάπρῳ καὶ πόρκῳ.* IDEM. Vid. p. 25, 36 Dordr. et Scal. ad h. l.

4, 17 IN EORVM FOETV) Antea in excusis *potu:* in Mss. antiquioribus *petu:* in semiuetere *pecu.* Legi debere *foetu* arbitrati sumus: quam coniecturam nostram tunc amabimus, cum a doctis viris probari audiemus. VICTOR. Antiqua lectio varia: *in eorum potu, petu, pecu.* Legerem *fotu*, h. e. in porcorum nutrimento; nam *fouere* pro nutrire vsurpatum a veteribus scimus. PONTED.

4, 18 QVOD SVS AENEAE) Nonius: *Grundules Lares dicuntur Romae constituti ad honorem porcae; quae triginta pepererat.* VRS.

4, 18 VESTIGIA APPARENT LAVINII, QVOD ET SIMVLACRA EORVM etc.) Ex ingenio ita emendaui. nam peruulgata lectio parum mihi probabatur, et a vetere discrepabat: verum quia nolo optimum auctorem, dum purgare studeo, inquinare, quae me causae mouerint vt ita corrigerem, exponam: si inanes illae existimabuntur, coniecturam meam explodi aequo animo patiar: sed prius cum fide vetustam scripturam hic adponam, *Vestigia apparent iamne, quod et simulacra eorum.* Oppidum significari debere deprauata illa voce affirmarim. *Lauinium* scribi oportere suspicatus sum. nam si ex prima litera fiat L (in quo saepe peccasse librarium antea ostendi) non valde a *Lauini* notae illae remotae erunt. Lauinii portentum hoc Aeneae factum esse supra M. Varro ostendit, et in quinto libro de lingua Latina. oppidum enim illud primum conditum in Latio. quare verisimile est ibi aenea simulacra posita fuisse, et corpus matris etiam

19 fuerit, demonstratur [r]. Nutricare [s] octonos porcos paruulos primo possunt: incremento facto, a peritis dimidia pars remoueri solet, quod mater [t] neque potest sufferre lac, neque congenerati alescendo roborari. A partu decem diebus proximis non producunt ex haris matrem praeterquam potum. praeteritis decem diebus sinunt exire pastum in propinquum locum villae, vt crebro reditu [lacte] [u] alere
20 possit [x] porcos. Cum creuerunt [y], cupiunt [z] sequi matrem [a] pastum: domique secernunt a matribus, ac seorsum pascunt, vt desiderium ferre possint parentis [b], quod decem

r) ? add. *I. I-G.* s) *Nutricari P.* t) *neque mater sola pot. a. V.* u) *lacte* abest *I. B. R.* x) *possint I. B. R.* y) *creuerint I. B. R.* z) *capiuntur P.* a) *matrem, tum domi I. I-G.* b) *parentis. Nutrices: quod I. B. R.*

conseruatum. cur autem in aliam vrbem translatum fuerit? nec enim tam vetus aliud oppidum tunc erat. Alba certe iam pridem diruta, Lauinium adhuc stabat. quod testimoniis quoque Strabonis confirmatur: illius enim haec verba sunt e libro V τῶν γεωγραφουμένων, Τελευταῖον δ' αὐτῆς τὸ μὲν Λαουΐνιον πόλις Ῥωμαίων, ἐν δεξιᾷ τῆς Ἀππίας ὁδοῦ, ἀφ' ἧς ἐπιπλεὸς ἔτι θάλαττα καὶ τὸ Ἄντιον. Dionysius Halicarnasseus totam hanc historiam copiose narrat: nihil tamen quod ad loca, in quibus simulacra haec ahenea suis ac porcorum erecta essent, pertineat. VICT. Iensonius edidit: *apparent in amne:* Iunta: *apparent iamne* quod in optimo codice reperit Victorius, ex quo *Lauinii* efformauit. Veteris scripturae vestigiis inhaerens dicet aliquis potius esse inducendum *Interamnae* vetus Italiae oppidum, quam *Lauinii*. PONTED. Add. Morgagnus V. C. Epist. I, 99.

4, 19 MATER SOLA) Vox *sola* abundat, nec est in VV. CC. item p. p. *lacte*. VRSIN.

4, 19 SVFFERRE LAC) Accommodatius videtur *sufficere*.

5, 19 LACTE ALERE) Τὸ lacte est glossema. itaque dele. SCALIG. Antiquum tamen est glossema, cum agnoscat illud etiam Crescentius.

4, 20 CVM CREVERVNT, CVPIVNT) Antiqua exemplaria Victoriana: *cum creuerunt, capiuntur sequi matrem pastum.* Est autem *capiuntur* idem ac *impediuntur*. Nonius: *capere, implicare, impedire.* M. Tullius in Verrem de suppliciis: *non ceperunt, sed adduxerunt onere suo plane captam atque depressam.* Hinc *mente* vel *oculis captus* dicimus, qui mentis oculorumque officio impediuntur. Itaque cum creuerunt porci, impediuntur sequi matrem pastum, *domique secernunt a matribus, ac seorsum pascunt.* PONT.

4, 20 CVPIVNT SEQVI MATREM) Antiqua lectio diuersa: non tamen adhuc aliquid ex ipsius parte boni elicere potui. vt alii in hoc laborare possint, omnibus eam studiosis exponam: *Cum creuerunt capiuntur, sequi matrem pastum* etc. Nam peruulgata, *Cupiunt*, elegantem vllam sententiam, nisi fallor, non habet. VICTOR. Elegantissime vetus scriptura: *capiuntur sequi matrem.* hoc est, natura duce sequuntur. Sic apud Plautum Menaechmis: *suapte culpa genere capiunt.* Ego lego, *capiuntur*, hoc sensu: vt animantia natura prona, ipso cupidinis impetu feruntur ad gignendum culpa sua. Nam *gignere culpa sua, et vitio suo*, est, vt Lucretius loquitur, volgiuaga venere liberos suscipere. Ex *filii vitio*, sunt spurii, et *facere patrem vitio*, dicitur moechus. Ouidius, *Vt vitio factus sit pater ille meo.* H. e. vt vitio patrem illum fecerim, scil. falso patrem, qui vulgo dicitur putatitius. Mart. *Huic semper vitio pater fuisti.* Sic dicebatur *vitio litigare.* Vnde Cato dixit composita voce, *Vitilitigatores*, ex vitiis scilicet, et *litigatoribus*, vt ait Plinius. Ergo et hic *Capiuntur*, hoc est, naturali motu impelluntur. SCALIG. Etiam Turn. 8, 8 *capiuntur* malit, et interpretatur *cupiunt*, expetunt.

4, 20 AC SEORSVM) Forte legendum *ac fero.* Hinc fortasse *porci ferarii* dicuntur a Catone 150. *Porcos ferarios in oues denas pascat* etc. deinde vox *parentis* abundat, nam est expositio verbi *desiderium*. VRSIN. Credo mendum esse in nota Vrsini, *desiderium* scriptum pro *nutricis*, vel *nutrices*, quod est in primis editionibus.

4, 20 VT DESIDERIVM FERRE POSSINT PARENTIS) In cunctis manu scriptis post *Parentis*, inueni *nutrices*. Nec statuere potui, quid illa vox sibi velit. An *nutricis* pro *Parentis* aliqui legebant? *nutricemque matrem*, dum porcos aleret, appellauit Varro? In recepta lectione, si integra est, scrupulus nullus est: negotium tantum iure nobis facessit antiqua lectio diuersa. VICT. Optimus codex Victorii addit *nutrices. parentis nutrices.* Lege *nutricis.* vocat *suem nutricem*, quam alii *matricem*, vt Columella. SCAL. Hanc lectionem vulgo receptam video. Popma vero et Ios. Scaliger voci *parentis* apponunt *nutricis*, quam in vetustis codicibus legerat Petr. Victorius; non tamen *nutricis*, sed *nutrices*, vt etiam in Ienson. edit. positum est. Ego porro quid hac de re suspicer, paucis ex Crescentio ostendam. In codice, quo hic vsus fuerat, haec tantum extitisse existimo, quae transcripsit: *ac seorsum pascunt. Nutrices subulcus assuefacere debet* etc. quae vero inter *pascunt* et *nutrices* nunc leguntur: *vt desiderium ferre possint parentis*

decem diebus assequuntur. Subulcus debet consuefacere, omnia vt faciant ad bucinam [c]. Primo cum [d] incluserunt, cum bucinatum [e] est, aperiunt, vt exire possint in eum locum, vbi ordeum fusum in longitudine [f]. Sic enim minus disperit [g], quam [h] si in [i] aceruos positum [k], et plures facilius accedunt, ideo ad XII [l] conuenire dicuntur, vt siluestri loco dispersi, ne dispereant. Castrantur verres commodissime anni 21 culi, vtique ne minores, quam semestres [m]: quo facto nomen mutant, atque e verribus dicuntur maiales. De sanitate suum vnum modo exempli causa dicam. Porcis [n] lactentibus si scrofa [o] lac non potest suppeditare, triticum frictum dari [p] oportet, (crudum enim soluit aluum) vel ordeum obiici ex aqua, quoad fiant trimestres. De 22 numero, in centum sues decem verres satis esse putant. quidam etiam hinc demunt. Greges maiores [q] inaequabiles [r] habent. sed ego modicum puto centenarium. aliquot maiores faciunt, ita vt ter quinquagenos habeant [s]. porcorum gregem alii duplicant, alii etiam maiorem faciunt. minor grex, quam maior, minus sumptuosus, quod comites subulcus pauciores quaerit. Itaque gregis numerum pastor ab [t] sua [u] vtilitate constituit, non vt quot verres habeat: id enim a natura sumendum. Haec [x] hic.

V. AT Q. LVCIENVS Senator, homo quamuis humanus, ac iocosus, introiens, familiaris omnium nostrum [a], *συνηπειρῶται* [b], inquit, *χαίρετε* [c], et Varronem nostrum, inquit,

c) *buccinam a. V.* nobiscum Cr. d) *cum iam I. B. R.* e) *buccinatum a. V.* f) *fit* add. *I. B. R. Ba-G.* g) *deperit Ba-G.* h) *quamuis in I. B. R.* i) *id in Ba-G.* k) *est* add. *Ba-G.* l) *XXII. Heru. ad buccinam Po. duodecim Ryck. et P.* m) *Sexmestres P.* n) *Porcos P.* o) *Scrofae Heru.* p) *dare a. V.* q) *maiorum P.* r) *inaequales I. B. R. Heru.* s) *habeant porcos in grege, I. I-G.* t) *ad suam vtilitatem I. B. R.* u) *suam P.* x) Verba: *Haec hic* ordiuntur sequens caput *I. B. R.* [C. V.] a) *nostrorum B. R.* b) *sin συνηπ. Pol. Sic epirotae I. B. R. Sic epirotice I. I-G.* c) *charete P.*

parentis adiecta ex alio codice, et reliqua subinde ex alio deprompta, *quod decem diebus assequuntur*; et τῷ *nutrices* a τῷ *subulcus* diuiso, inter *nutrices* et *subulcus* collocata. Haec tamen, quae coniecturis tantum innituntur, vtut se habeant, *nutrices* τῷ *subulcus* esse annectendum arbitror, ad hunc modum: *Nutrices subulcus debet* etc. Nam matres primum ita oportet consuefieri, quae longius pastum progrediuntur, a quibus porci omnia facillime discunt. PONTED.

4, 20 IDEO AD XII CONVENIRE) In VV. CC. est: *ideo ad buccinam conuenire.* et ita videtur legendum. nam supra dixit: *Subulcus debet commonefacere, omnia vt faciant ad buccinam.* VRSIN. Vrsini lectio vera est, quae in Crescentio quoque reperitur, qui etiam pro *ideo*, *ideoque* habet. PONTED. Videtur omnino legendum *ad buccinam*, quae vox in *duodecim* suis scriptum literis, vt est in Pol. et Ryck. mutari ab imperito librario potuit. Porro pro *dicuntur* multo commodius, puto, legeretur *docentur*.

4, 22 GREGES MAIORES INAEQVABILES HABENT) Videndum quid potius, *maiores* an *maialium*; nam ex sue tres parantur greges; *suum* qua continentur *scrofae* et *verres*; *maialium*, qui sunt porci castrati; et *porcorum*, qui non castrati. Primus ita a Varrone commemoratur: *In centum sues decem verres satis esse putant: quidam etiam hinc demunt:* tertius: *Porcorum gregem alii duplicant, alii etiam maiorem faciunt:* secundus non existit, nisi si legamus: *greges maialium inaequabiles* (siue vt in antiquis, *inaequales*) *habent. Sed ego modicum puto centenarium. Aliquot maiores faciunt, ita vt ter quinquagenos habeant.* PONTED.

4, 22 NON VT QVOT VERRES) Videtur pro *vt*, *ita* vel *item* esse legendum: sed neque alterum damnare ausim.

5, 1 ΣΥΝΗΠΕΙΡΩΤΑΙ, INQVIT, ΧΑΙΡΕΤΕ) Mendose antea in formis excusis, *Sic epiroticae.* et aut nullo aut inepto sensu, Vetus lectio *Sin epirotae:* quae paruum vitium habuit: nec illud librarium fefellerat, quamuis tollere non potuisset: mendi enim notam adposuerat. Castigaui recte (vt opinor) *συνηπειρῶται.* Antea Scrofa dixerat, *Nunc rursus vos reddite nobis, o Epirotae.* Nam Q. Lucienus *συνηπειρώτας* illos appellat, vt qui pecuarias ipse quoque in Epiro haberet, et vnus *Epiroticorum* esset. VICTOR.

5, 1 ET VARRONEM NOSTRVM) Aposiopesis salutatoria breuior etiam illa Terentiana, *Iubeo Chremetem*, et Naeuiana, *iubeo Albanum Amulium.*

inquit, ποιμένα [d] λαῶν. Scrofam enim mane salutaui. Cum alius eum salutasset,
alius conuiciatus esset, qui tam sero venisset ad constitutum [e], Videbo iam vos, inquit,
balatrones [f], et huc [g] afferam meum corium, et flagra. Tu vero, Murri [h], veni mi [i]
aduocatus, dum asses soluo Palilibus [k], si postea a me repetant, vt testimonium per-
2 hibere possis. ATTICVS [l] Murrio [m], Narra [n] isti, inquit, eadem, qui sermones [o]
sint habiti, et quid reliqui sit, vt ad partes paratus veniat: nos interea secundum
actum de maioribus adtexamus. In quo quidem, inquit [p] VACCIVS [q], meae partes,
quoniam boues ibi. Quare dicam, de bubulo [r] pecore, quam acceperim scientiam:
vt si quis quid ignorat, discat [s]; si quis scit, nunc [t] vbi labar obseruet. Vide [u] quid
3 agas, *inquam* [x], Vacci [y]. Nam bos in pecuaria, maxima debet esse auctoritate: prae-
sertim

d) *ποιμένα Herv.* e) *constitutum I. B. R.* f) *balatbrones I. B. R. I. I. Ba.* g) *hoc Iens.* h) *Muri a. V.* i) *mihi a. V.* k) *Palibus I. B. R.* l) *Vaccius* aut *Vactius I. I-G.* m) *Murio a. V.* praeter Ba. quae *Murius.* n) *Narrasti* iunct. *I. B. R.* o) *sermonis P.* p) *inquit Vaccius* desunt *I. I-G.* q) *Vactius I. B. R.* r) *bubulco I. B. R.* s) *a me discat I. B. R.* t) *vbi nunc I. I-G.* u) *Menat. Vide I. I-G.* x) *inquit Basil.* y) *Vacti I. B. R. Ba-G.*

5, 1 BALATRONES) *Balatbrones* vel a *baratbro* nomen habent. nam *r* illud virile et strepe-rum in *l* balbum saepe effoeminatur et emollescit; vel a *blatbeis*, vt Verrio videtur. Nam sunt *balatbrones* et *blatbeae* bullae luti ex itineribus, aut quod de calceamentorum soleis deraditur. Nos integrum prope hoc vocabulum nostra retinemus vernacula lingua. *belitbrones* enim appellamus homines non bonae frugis et nihili nequamque. TVRNEBVS 11, 23. *Balatrones*, inquit Festus, *quod de calceamentorum coriis eraditur*, nimirum παρὰ τοῦ βάλλειν. Omnino sic puto quaecunque coriis resecantur, quae Nicandro dicuntur λάθαργοι, Οἷον ὅτε πλαδόωντα περὶ σκύλα καὶ δέρη ἵππων Γναμπτόμενοι μυδόωσιν ὑπ' ἀρβύλοισι λάθαργοι. Vnde despicati et nugatorii homines dicti *Balatrones*. Huic opinioni adstipulantur ea, quae sequuntur: *huc adferam meum corium et flagra*. In Italia hodieque retinentur, *Belitroni*, vt in Gallia *Belitre*. Tamen nihil dubium quin fuerit conuicium in eos, quos abominabantur: et *Baratrones* prius dictos, tanquam dignos qui in *baratrum* coniicerentur: ex consuetudine Atheniensium, qui maleficos in *baratrum*, vt Lacones in καιάδας, quae erant vt *Puticuli* Romae extra portam, coniiciebant. Lucretius, *Aufer abhinc lacrumas baratro: compesce querelas.* Romanis quoque in eundem sensum dicebantur *deturbati saxo:* quod e saxo Tarpeio nefarii plerumque praecipitarentur. Naeuius: *Deturbate saxo, homo non quisquiliae.* Vbi *homo non quisquiliae*, est vt homo non nauci. SCAL. Conuicii verbum esse cum Scaligero statuo, sed quorsum illud tendat, definire non possum. Videtur ista denominatio originem habere a quodam Balatrone, sicut *nepos* in *luxuriosi* significatu a quodam Nepote. Nomen eius extat apud Horatium Sat. 2, 8, 21 *si memini, Varius cum Seruilio Balatrone.* Adpellatiuum extat apud eundem 1, 2, 2 *Mendici, mimae, balatrones, hoc genus omne.* Vltimis temporibus eodem verbo vii scriptores, Io. Sarisberiensis, Policratico, 1, 8 alii. quos exhibet Io. Lydius in glossis latino barbaris Nic. Clemangio praefixis p. 42. SCHOETTG. Ostendere voluit, qui ea verba protulit, se aequum hominem esse, ac paratum omnem poenam perpeti, si peccasset. Verum tamen illa, de qua iocans locutus est, aliena erat ab ingenuo homine ac libero. *Corium* igitur vocat, quod Demosthenes, cum de supplicio serui loqueretur ad Timotheum, appellauit δέρμα. Haec enim ipsius verba sunt, καὶ ἥξιον αὐτὸν ἐν τῷ αὐτοῦ δέρματι τὸν ἔλεγχον δεδόναι. Et Terentius [Hec. 1, 2, 33] *tergum.* Ita enim et ipse induxit seruum loquentem, *Nunquam dices tam commode, vt tergum meum tuam in fidem committam.* Haec et plura Victor. Var. Lect. 35, 18. De Balatrone v. Bentl. ad Horat. Sat. 2, 3, 166. vide etiam de toto h. l. Brencmanni Epist. ad Schoettgenium in Miscell. Obs. 6, 3. p. 587. adde et Voss. ad Cat. p. 119.

5, 1 PALILIBVS) Haec vox videtur addita ab eo, qui indicare voluit, quis dies is esset, quo asses soluerentur. nam Palilibus, quae sunt feriae pastorum, hos de re pecuaria sermones habitos, vt sementiuis feriis illos de agricultura verisimile est. VRSINVS.

5, 2 NARRA ISTI, INQVIT) Hic et alibi vno *r* scribendum *naro*, vnde *gnarus*, *ignarus*, quod proprium Varroni Velius Longus attribuit, cum id vetustissimis omnibus sit commune, semivocales non geminantibus. PONTED.

5, 2 SECVNDVM ACTVM) Vid. ad 2, 1, 12.

5, 2 IN QVO QVIDEM, INQVIT VACCIVS) Postrema duo verba ex antiquis libris reposuimus. hic enim Vaccii persona requiritur, sine qua posse fieri hic nonnulli putarant: quia supra pro *Atticus*, *Vaccius* legebant. nos illic etiam *Atticus*, in nostris inuenimus: sed paulo post, *Menas*, in iisdem libris desideratur. VICT.

5, 2 NVNC VBI) Videtur legendum *nuncubi.* VRSIN. Est sane Varronianum *nuncubi* 3, 2, 4 pro *num vbi* i. e. *numquid alicubi.*

5, 3 VT

ſertim in Italia, quae a bubus nomen habere ſit [z] exiſtimata. Graecia enim antiqua
(vt ſcribit Timaeus) tauros vocabant [a] ἰταλὺς [b]. a quorum multitudine, et pulchri-
tudine, et [c] foetu vitulorum, Italiam dixerunt. Alii ſcripſerunt [d], quod e Sicilia Her-
cules perſecutus [e] ſit eo nobilem taurum, qui [f] diceretur Italus. Hic ſocius hominum
in ruſtico opere, et Cereris [g] miniſter. Ab hoc antiqui manus ita abſtineri [h] volue- 4
runt, vt capite ſanxerint, ſi quis occidiſſet. qua in re teſtis Attice [i], teſtis Pelopon-
neſos [k]. Nam ab hoc pecore Athenis Buzuges [l] nobilitatus, Argis [m] ὀνόγυρος [n].
Noui, *inquit ille* [o], maieſtatem boum, et [p] ab his dici pleraque magna, vt βούσυκον [q],
βούπαιδα [r], βούλιμον, βοῶπιν. vuam [s] quoque bumammam [t]. praeterea ſcio hunc eſſe, 5
in quem potiſſimum Iuppiter ſe conuertit cum exportauit [u] per mare e Phoenice [x]
amans Europam; hunc eſſe, qui filios Neptuni e [y] Menalippa ſeruarit, ne in ſtabulo
infantes grex boum obtereret. denique ex hoc putrefacto naſci dulciſſimas apes
mellis

z) *ſic P.* a) *vocabat a. V.* b) *itales I.B.R.* c) *a fetu I.B.R.* d) *ſcripſerunt* deeſt *I.B.R.* e) *proſecutus I.B.R.* f) *qui I.I-G.* g) *Caereris Ienſſ. Caeteris B.R.* h) *abſtinere I.B.R.* i) *Attica I.I-G.* k) *Peloponneſus I.I-G.* l) *Byzezer* ſiue *Buzezes Ienſſ. Byzeſer B.R.* m) *Agris I.B.R.P.* 1. n) *bomogiros I.B.R. bomogyros (c. bomorygos) P.* 1 *et* 2. it. *Ryck.* o) *dinae Ienſſ. inqui dinae Pol.* 1. *diuinae B.R. Menas I.I-G.* p) *et* om. *I.B.R.* q) *byſycon Pol.* 1. *buſicon I.B.R. Pol.* 2. βούσυκον *Herm.* r) *bupaeda P.* 1. abeſt *P.* 2. βούπαινα *I.B.R.* βούπαινα *I.I-G.* s) *Vnam I.B.R.* t) *Bummam B.R. bumammam Ie.* u) *Se proſtrauit I.B.R.* x) *foenice I.B.R.* y) *a I.I-G.*

5, 3 VT DICERETVR ITALVS) Quia librorum veterum auctoritatem ſecuti videntur I.I-G. malui cum iis legere: *qui diceretur*, quod et res requirit.

5, 3 HIC SOCIVS) Haec ex noſtro ſumſit Columella prooem. lib. 6; et ex eo Plin. 8, 45. SCHOETTG.

5, 4 AB HOC ANTIQVI) Athenienſes praecipue, apud quos quotannis Buphoniorum feſto ſecuris condemnata eſt, quia eadem bos eſt occiſus, quod legibus Athenienſium nefas erat. Pauſanias Atticis 24. Meurſius Graeciae feriatae 2 in Βουφόνια et Attic. Lect. 6, 22. Petr. Caſtellanus de feſtis Graecorum et de eſu carnium 2, 7. Harduinus ad Plinium 8, 45. De iis, et aliis gentibus Bochartus Hieroz. 1, 2, 32. Adde auctorem explicationis hiſtoricae fabulae de Cerere, tom. 6. biblioth. vniuerſ. p. 64, 107, 108. IDEM.

5, 4 BVZVGES) Videndus Suidas in Βουζύγης, Plut. praecept. connubial. et Appollod. l. 2. περὶ θεῶν. VRS. Fuit hic Athenienſis, quem bouem et aratrum inueniſſe tradit Plinius 7, 56. Heſychius: Βουζύγης, ἥρως Ἀττικὸς, ὁ πρῶτος βοῦς ὑπὸ ἄροτρον ζεύξας. ἐκαλεῖτο δὲ Ἐπιμενίδης. Adde Bochartum c. l. SCHOETTG.

5, 4 NOVI, INQVIT ILLE, MAIESTATEM) Antea in excuſis, inquit *Menas.* Ita emendaui ope vetuſtorum codicum: verum quia parua licentia vſus ſum, totam rem patefacere volui. In antiquis locus maculoſus: ita enim habent, *Inquidine,* inquid, pro *Inquit,* illic etiam in iisdem libris ſcriptum inueni, *inquid Atticus:* et pro duobus *ll*, *n* corrupte poſitum. quare ſine culpa me poſſe, *Inquit ille,* corrigere ratus ſum. VICT. Nihil emendatione Victoriana certius: Vaccium hic loqui, ad quem ſermonem Varro direxerat, apertum erit his, qui conferre volent ſ. 2 et 13 huius capitis, itemque 6, 1.

5, 4 VT ΒΟΥΣΥΚΟΝ, ΒΟΥΠΑΙΔΑ) Antea in excuſis βούπαινα. in optimis libris βούπαιδα legi, quam veriorem puto lectionem. Sex. Pompeius, qui a Varrone totum locum accepit, inquit, Bulimon *Graeci magnam famem dicunt, aſſueti magnis et amplis rebus praeponere* Bu. *Hinc eſt quod grandes pueros* Bupaedas *appellant, et mariſcam ficum,* Buſycon. VICT.

5, 4 ΒΟΩΠΙΝ) Libanius Elogio pauonis tom. 2. p. 713 edit. Morell. Ὅμηρος μὲν γάρ που κατὰ τὴν ποίησιν πολλάκις τὴν μὲν βασιλίδα τῶν θεῶν βοῶπιν προσονομάζει, ὀφθαλμῶν τὸ κάλλος οὕτω τιμῷν βουλευσάμενος. Vertit Fed. Morellus: *Enimuero Homerus paſſim in ſua poeſi Reginam Deorum Boopin vocat, cum oculorum bouinorum pulchritudinem hac voce honorare ſtatuiſſet.* SCHOETTG.

5, 4 BVMAMMAM) Hybrida vox placuit Varroni, Colum. 3, 2, 1 graece *bumaſton* uvam dixit.

5, 5 QVI FILIOS NEPTVNI) Enarratur ex maiori parte haec fabula, certe vt qualis ea ſit intelligi queat, ab Halicarnaſſenſi Dionyſio in Arte p. 47, 29 et 57, 15 Sylburg. cuius locum bene longum iam in Epiphyll. miſcell. 2, 10 retulit Nic. Loënſis: (Facis Gruter. To. V p. 312) itemque Ioſ. Barneſius in argumento *Melanippes* (Ita etiam, non *Menalippe*, apud Varronem ſcribendum videtur) fabulae deperditae Euripidis To. II. p. 479. Paullo diuerſa ſunt Hygi. fab. 186. vtrinque tamen illud manet, in ſtabulo inter boues, vel a boue adeo ſeruatos pueros Melanippes.

5, 5 APES MELLIS) Videtur legendum *apes dulciſſimi*

mellis matres, a quo eas Graeci βυγόνας [z] appellant, et hinc [a] Plautium [b] locutum esse Latine, cum [c] Hirrium [d] praetorem renunciatum Romam in Senatum scriptum habere [e]. Sed bono animo es, non minus satisfaciam tibi, quam qui Bugoniam [f]
6 scripsit [g]. Primum in bubulo genere aetatis gradus dicuntur quatuor. Prima vitulorum

z) *βύγονας Zwing.* a) *hunc P.* b) *Plancium Herueg.* c) *Quam P.* d) *Hirtium a. V.* e) *habemus P.* f) *bugonem P. 2.* g) *scribit I. I-G.*

dulcissimi mellis, vel vox *apes* abundat. VRS. Quomodo hoc fieri debeat, ostendit Virgilius Georg. 4, 281, Florentinus Geopon. 15, 2, Ouidius Fastor. 1, 376. Meminerunt etiam strictim Aeneas Gazaeus in Theophrasto, Georgius Pisides de opificio mundi p. 418, Philes περὶ ζώων ἰδιότητος c. 46. Pediasimus ad Theocriti Syringa v. 4, et Salmasius ad v. 6. SCHOETTG.

5, 5 A QVO EAS GRAECI BVGONAS) Aelianus περὶ ἰδιότητος τῶν ζώων, vltimo secundi libri capite, quo laudes boum explicat, et quae commoda ex ipsis homines capiant, docet: hoc etiam quod nunc tradit Varro, non relinquit, καὶ ἀποθανὼν δὲ βοῦς, γενναῖόν τι χρῆμα καὶ ἀξιέπαινον μέλιττας γὰρ ἐκ τῶν ἐκείνου λειψάνων ἀναφύοντας, ζῷον φιλεργότατον· καὶ καρπὸν τὸν ἄριστον καὶ γλυκύτατον ἐν ἀνθρώποις παρασκευάζει, τὸ μέλι. VICT. Non credo Graecis βυγόνας dictas, sed potius βουγενεῖς et ita Varronem scripsisse. Callimachus: ἄρμενα πὰρ Δαναοῦ γῆς ἐπὶ βουγενέων. Quod autem βυγόνας scripserint, in causa puto fuisse id quod sequitur, *bugoniam*. at ἡ βουγονία recte, nempe ἡ τῶν βοῶν γονή. SCALIGER. Mentem Scaligeri confirmat Hesychius: Βουγενέων, τῶν μελισσῶν. Καλλίμαχος. ἄρμενα πὰρ Δαναοῦ γῆς ἐπὶ βουγενέων. καὶ ἡ μέλισσα βουγενής, ὅτι ἐκ βοείων σωμάτων γεννᾶται. SCHOETTG.

5, 5 PLAVTIVM LOCVTVM etc.) Legendum censeo: *in senatu scriptum aueres*. Varro Hirrium senatorem in senatu scriptum optabat esse: quem ordinem assequebantur Aediles et Praetores, aliique magistratus. Cum eum audisset Praetorem renunciatum Plautius, Varroni dixit, mulsa tibi affero, affero tibi optabilem nuncium, tam tibi satisfaciam, quam qui *bugoniam*, id est *apiarium*, aut qui de apibus scripsit. Mel erat antiquis in deliciis, vnde *meum mel, mihi est mellinae*; et illud Plauti in Poenulo Sc. Negotii qui *mulsa loquitur*. Sed et apum, iucunda et dulcis ob mellificium eis memoria erat. Plaut. in Curcul. Sc. Quo de hoc. *Egon' apicularum opera congestum non feram?* Quoniam [f. quum] autem *bugonia* verbum Graecum sit: tamen id in latina oratione posuit Plautius, qui *bugoniam scribere* dixit, qua forma Iliadem Homerum scripsisse dicimus. Mel, inquit, qui tibi daret, gratior et iucundior non esset, nec tibi magis satisfaceret, quam in praesentia faciam. nuncio enim tibi Hirrium praetorem esse renunciatum. Vel etiam Varro renunciatum praetorem Hirrium in actis scribi primo quoque die optabat, idque cupiebat in acta referri, qua in re se eius desiderio satisfacturum, seque, quod ei iucundissimum sit, facturum pollicetur Plautius. Hanc posteriorem sententiam etiam non puto contemnendam. TVRNEB. 8, 2. Locus deprauatissimus; cui opem nullam adferre possum. Turnebus aliquid conatur: sed longe a mente Varronis, quantum ego iudico. Nam vt Socrates de Deo dixit: ὅτι μὲν ἔστιν, οὐκ οἶδα· ὅ, τι δὲ μὴ ἔστιν, οἶδα; sic quid voluerit Varro, nescio; quid noluerit, scio. SCALIG.

5, 5 CVM HIRRIVM PRAETOREM) Delenda, meo iudicio, vox *Romam*. M. autem Plautius Silanus Tribunus Pleb. Cn. Pompeio Strabone L. Porcio Catone Coss. anno vrbis DCLXIV, cum equester ordo in iudiciis dominaretur, legem tulit adiuuantibus nobilibus, vt tribus singulae e suo numero quinos denos suffragio crearent, qui eo anno iudicarent. ex quo Senatoribus et plebeiis iudicia communicata, iudicumque numerus fuit DXXV. Cicero pro C. Cornelio: *Memoria teneo, cum primum Senatores cum Equitibus Romanis lege Plotia iudicarunt, hominem diis ac nobilitati perinuisum Cn. Pompeium causam lege Varia de maiestate dixisse.* Hanc legem Plotiam si forte obstrigillauit, et incessit Hirrius Praetor. itaque cum renuntiatum esset, illum habere libellum criminosum in Senatum, Plautius prouocans, Confide, inquit, et scriptum tuum profer in medium. Non agam tecum maledictis, nec minus benigne tibi respondebo, quam qui bugoniam scripsit. Est autem prouerbium, *Bugoniam scribere*, pro tractare res suaues, et iucundas, et quasi mulsa loqui, vt Iliadem scribere, est contexere summam malorum. PUPMA.

5, 5 QVI BVGONIAM SCRIPSIT) Eumelus, vt ex Hieronymo adduxit Salmasius ad Solinum c. 40 p. 603. SCHOETTG. Sed mutauit sententiam Salmasius. In notis enim ad Hieronymi chronicon, quod cum notitia Bibl. Vinar. edidit H. L. Schurzfleischius n. 1250 ista habet: *Bugoniam Scaliger interpretatur* opus de apibus agens. *Sane βουγενεῖς apes sunt.* Varro - - - *Antigonus Carystius παραδόξων συναγωγῇ c. 33 p. 21* προσαγορεύει ὁ καὶ Φιλητᾶς τὰς μελίσσας βουγενεῖς, λέγων, Βουγενέας φάμενος προσβάλλεαι μακρὰ μελίσσας. *Haec etsi vera sint, vellem nihilominus Scaligerum satius probasse, quod* Bugoniam, *quae* Bugenogonia *hoc modo potius esset dicenda, Eumelus scripserit. Equidem repono, inuitis etiam omnibus libris,* Theogoniam. *Constat enim e*

Clementis

lorum, secunda iuuencorum, tertia boum [h] nouellorum, quarta vetulorum. Discernuntur in prima vitulus, et vitula; in secunda iuuencus et iuuenca; in tertia et quarta, taurus et vacca. Quae sterilis est vacca, taura appellata [i]; quae praegnans, horda. ab eo in fastis dies hordicalia nominantur, quod tunc [k] hordae boues immolantur. Qui gregem armentorum emere vult, obseruare debet primum, vt sint hae 7
pecudes aetate potius ad fructus [l] ferendos integrae, quam iam expartae [m]; vt sint bene compositae, vt integris membris [n], oblongae [o], amplae, nigrantibus cornibus, latis

h) *bouum P.* i) *appellatur a. V.* k) *tum P.* l) *fructos P.* m) *expertae* omnes praeter *Pol. imperfectae Cr.* n) *pilosis* add. *I. B. R.* o) *longae Hern.*

Clementis Alexandrini στρωμ. ς′ p. 629 *Eumelum Corinthium Hesiodi Theogoniam*, καταλογάδην *expressam pro sua venditasse.* Haec adscripsi. quod in paucorum manibus est liber Salmasii.

5,6 PRIMA VITVLORVM) Cresc. 9, 66 *primi vitulorum, secundi iumentorum* etc. corrupte sane.

5,6 QVAE STERILIS) Festus: *Tauras vaccas steriles appellabant, ait Verrius, quae non magis pariant, quam tauri. sed verosimilius fit ex Graeco dictas, quia Graeci vaccas* ταύρας *appellant.* VRSIN.

5, 6 QVAE PRAEGNANS, HORDA) In cunctis hic manu scriptis *Horda* et *Hordicalia* per *H*; in VI autem libro de lingua Latina *Forda*, et *Fordicidia*, per *F. Fordicidia*, inquit, *a fordis bubus. Bos forda, quae fert in ventre* etc. Id etiam apud Sex. Pompeium reperies, qui nunc *fordas*, nunc *Hordas boues* praegnantes esse dicit. Negligentia autem librarii id factum esse non potest. sequitur enim ordinem literarum. Adeo autem vicinam naturam hae habebant, vt saepe inter se commutarentur. VICT.

5, 6 HORDICALIA NOMINATVR) Ita est in V. C. non *nominantur*. Nam vnus tantum in Kalendario Romano dies habetur, qui *Fordicidia* dictus est XVII Cal. Mai. vnde hic *fordae boues*, et supra *forda* est legendum. Velius Longus de Orthographia: *Siquidem, vt testis est Varro, a Sabinis fasena dicitur. et sicut S familiariter in R transit, ita F in vicinam aspirationem mutatur. Similiter ergo et* hoedos *dicimus cum aspiratione, quoniam* foedi *dicebantur apud antiquos: item hircos, quoniam eosdem aeque fircos vocabant. Nam et e contrario, quam antiqui* habam *dicebant, nos* fabam *dicimus.* VRSIN. Add. Quintil. 1, 4, 14. Scaurus de Orthogr. p. 2282 ed. Putsch. Sic ex *fabulari* Romanorum ortum est Hispanum *hablar*, et *hijo* ex *filio*, *hazer* ex *facere*, *haz* ex *facies*, *hada* ex *fata*, vnde *fee* Gallorum, et *hado fatum*, et *falcone halcon*; *halda* Hispanorum est nostrum *falte*, ex *fame* fit *hambre*; ex *farina harina*, ex *faba haua*, ex *fastidio*, *hastio*, et id genus infinita.

5, 7 QVAM IAM EXPERTAE) Nihil variaui: veterem tamen scripturam notam facere quid nocet? in manu scriptis igitur *Ex partes* corrupte sane. quis autem scit, an aliter corrigendus locus sit? Nam si *expertae*, cepit eodem intellectu quo Virgilius, - - *altera virgo, Altera iam primos Lucinae experta labores.* cur repudiari debent vaccae, quae semel tantum pepererunt? Crebra vitia, quae in excusis codicibus inuenio, me fortasse sine causa quandoque faciunt de aliquo loco male existimare. VICTOR. Quam inepta sit huius loci lectio, non est quod pluribus confirmatum eamus: cum id abunde praestiterit doctiss. P. Victorius. Cui quas dignas grates referemus pro diligentia, et fidelitate, qua in veteri lectione proponenda vsus est? admonet enim nos, hic in veteri codice non *Expertae*, vt in vulgatis, sed *ex parte*, scriptum esse. Quod certe leuiusculum est mendum, quam vt diuinari non possit. legendum enim, *expartae*. *Experta* et *Effoeta*, idem ab eadem ratione. Veteres glossae, quas penes me habeo: *Experta, partu vacua.* Quin et *Parta*, ἡ τοκάς, Columella lib. VII, *Et parta nutrici consociata minus laboret in educatione foetus sui.* Praecipit igitur Varro, vt integras potius quam vetulas eligamus: sicuti de ouibus et capris, quae neque vetulae essent, neque mere agnae. SCALIG. V. C. *Quam iam exactae.* Exacta aetas opponitur integrae. Ter. Andr. *Egregia forma, atque aetate integra.* Supra Varro dixit: *Si neque vetulae sunt, neque mere agnae*, et 3, 17 *aetate bona* parandum, neque pullos, neque vetulas. VRSIN. Vetus lectio, *quam iam experte*, quod habeo *expartes*, quoniam simplicium vocales in compositis a veteribus non immutari diximus. Ideo *expars* pro *expers*, quod etiam ex glossis Philoxeni affertur: *expars*, ἄμοιρος. PONTED. Tanto minus dubitaui *expartae* recipere, quod totidem apicibus eam in Pol. reperi. Crescentii *imperfectae* inde ortum puto, quod non intellexit, quid rei esset *expartae*, posuit illud, quod oppositum esse *integrae* videretur.

5, 7 VT SINT BENE COMPOSITAE) Videtur legendum *bene compositis et integris membris, oblongae, amplae.* Nam in Geop. 17, 2 ita hic locus est expressus: εὐπαγεῖς σώματι, περιμήκεις, εὐμεγέθεις. Columella 6, 1 ex Magone, a quo fortasse sumsit et Varro. VRS.

5, 7 VT.

latis frontibus, oculis magnis et nigris, pilosis [p] auribus, compressis malis, subsimisve [q], gibberi spina leuiter remissa, apertis naribus, labris subnigris [r], ceruicibus crassis [s] ac longis [t], a collo palearibus [u] demissis, corpore amplo [x], bene [y] costatos [z], latis
8 humeris, bonis clunibus, caudam [a] profusam vsque ad calces vt habeant [b], inferiorem partem frequentibus pilis subcrispam [c], cruribus [d] potius minoribus [e], rectis genibus, eminulis [f], distantibus inter se [g], pedibus non latis, neque ingredientibus qui displodantur [h], nec cuius vngulae diuaricent [i], et cuius vngues sint leues [k] et pares, corium

p) *pilosis* abest *I. B. R.* q) *subsimi: ne gibberi: I. B. R. sublimisue Basil. subferrine Ryck.* r) *subnigris P.* s) *grassis P.* t) *palea P.* 2. u) *palearibus demissis* del. *P. I. B. R.* x) *amplo* abest *P.* y) *demisso bene I. B. R. P.* 1. *demissa bene P.* 2. z) *costato a, V.* a) *codam etc. P. codam perfusam I. B. R. coda profusa I. I-G. cauda* tamen *Bas.* b) *habeat I. I-G.* c) *subcrispis I. R. subscripsis Bon.* d) *compactis crur. I. I-G.* e) *breuioribus, quam longis, rectis I. I-G.* f) *et em. Ba-G.* g) *se* abest *P.* h) *displudantur P. displodentur I. B. R.* i) *diuarent P.* k) *lenes I. B. R.*

§, 7 VT OCVLIS MAGNIS ET NIGRIS) Ita Columella: *oculis nigris et patentibus.* Florentinus, qui omnia fere a Varrone accepit, habet: μελανοφθάλμους, pro quo in non nullis codicibus legitur: μεγαλοφθάλμους. Vtrumque esse retinendum, ex Varrone et Columella patet. PONTED.

§, 7 SVBSIMISVE, GIBBERI, SPINA LEVITER REMISSA) Videtur legendum *subsimae, ne gibberae, sed spina* etc. In Geop. ita: γνάθους συνεσταλμένας ἐχούσας, ὑποσίμους, μὴ κυρτὰς ἀνεπτυγμένας τὰς ῥῖνας ἐχούσας. et Colum. *Naribus resimis, patulisque, dorso recto, planoque et subsidente* etc. vt omnino videatur legendum *sed spina* etc. IDEM. Quid *subsimae malae*, quis *spinae* locus in vultu bouis, non intelligere me fateor. Cum Pol. habeat *subsimi ne*; in mentem venit suspicari, sitne totus hic locus ita constituendus, *subsimis, ne gibberis, pinna leuiter remissa apertis naribus.* Nimirum *gibberae nares* opponuntur *subsimis*; porro *apertas* vult easdem *pinna* (quanquam nec de *spina* acriter contenderim) *leuiter remissa* h. e. aliquantum retorta versus superiora. Porro *pinnam*, siue *spina* est, intelligo septum illud narium, quod Polluce autore 2, 79 κίων, διάφραγμα, τοῖχος item appellatur, cuius leui reflexione, s. remissione patulas magis fieri nares, et simulum totum nasum, apertum est. Fundum huius interpretationis habeo Florentinum Geop. 17, 2 qui Varronem interpretatus videtur, ita plane cum eo conuenit: Δαμάλεις ἐκλεκτέον εὐμεγέθεις, τοῖς σώμασι περιμήκεις, εὐμεγέθεις, εὐπλεύρους, πλατυμετώπους, μελανοφθάλμους. (NB. quidam Codd. μεγαλοφθάλμους. forte fuit vtrumque in Archetypo vt apud Varronem) γνάθους συνεσταλμένας ἐχούσας, ὑποσίμους, μὴ κυρτὰς, ἀνεπτυγμένας τὰς ῥῖνας ἐχούσας. Hic dubium non est, quin κυρταὶ ῥῖνες sint gibberae, et ἀνεπτυγμέναι apertae, quomodo apertae sint, pluribus verbis Varro declarat, quod Graeca felicitas vno satis explicat. Nihil fere dubitarem de lectione, quam proposui, modo illum vel *pinnae* vel *spinae* intellectum inuenire apud alium daretur.

§, 8 A COLLO PALEARIBVS DEMISSIS, CORPORE) Iensonius haec tantum: *A collo, corpore amplo, bene costato, latis humeris.* Verum *corpore* vitiosum pro *pectore*, quod de corpore iam indicatum est, *vt sint bene compositae, vt integris membris, oblongae*, amplae. Idem Varro 1, 20 de bubus dixit; *lato pectore*; Columella: *pectore magno*; Palladius: *pectore grandi.* Varronis interpres, Florentinus: εὐστέρνους. PONT.

§, 8 BENE COSTATOS) In Geop. βαθυπλεύρους, p. p. legendum: *Caudam profusam vsque ad calces vt habeant, inferiore parte frequentibus pilis, subcrispisque* etc. Ita enim est in V. C. et in Geop. οὐρὰν πολύτριχον etc. VRS. Aut seruanda videtur fuisse lectio ante Victoriana *costato*; aut legendum *costatae.* Sed nec insolens est ipsis etiam veteribus eiusmodi enallage.

§, 8 CRVRIBVS POTIVS) *Breuioribus, quam longis, rectis, genibus eminulis.* Ita videtur legendum interpungendumque ex Geop. in quibus est: βραχίονας βραχεῖς, σκέλη ὀρθὰ, γονατα πλατύτερα μᾶλλον ἢ μακρότερα, μὴ παρατετριμμένα πρὸς ἄλληλα. et Colum. *Cruribus compactis ac rectis, genibus eminulis, distantibus inter se.* VRS.

§, 8 RECTIS GENIBVS, EMINVLIS) Separanda sunt alio modo: *Cruribus potius minoribus, rectis, genibus eminulis.* PONTED.

§, 8 PEDIBVS NON LATIS) Eadem apud Florentinum: Πόδας ἐν τῷ βαδίζειν μὴ πλατυνομένους ἄγειν, μηδὲ χηλὰς διεσταλμένας, τοὺς ὄνυχας τελείους καὶ ἴσους. Hoc tantum discrimen intercedit, quod *leues vngues* expedit Varro; Florentinus perfectos: verum vitiosum *leues* pro *laeues* et ὄνυχας τελείους pro ὄνυχάς τε λείους. Ita in vtroque idem. PONTED.

§, 8 NEQVE INGREDIENTIBVS QVI) Hoc est, vt Florentinus vertit, μὴ πλατυνομένους ἄγειν. SCAL. In Geop. scriptum est de canibus: πόδας ἐν τῷ βαδίζειν μὴ πλατυνομένους ἄγειν, μὴ δὲ χηλὰς διεσταλμένας. VRSIN. Verba *de canibus* Vrsini sunt mendosa. De bubus enim foeminis ista Florentinus 17, 2: de canibus autem alia omnia 19, 2 πόδας μεγάλους, ἐν δὲ τῷ ἐπιβαίνειν πλατυνομένους.

§, 8 CO-

corium [l] attactu [m] non asperum ac durum, colore potissimum nigro, dein rubeo [n], tertio heluo [o], quarto albo. mollissimus enim hic, vt durissimus primus. De mediis 9
duobus prior quam posterior melior [p]; vtrique [q] pluris [r] quam nigri, et albi. Neque non praeterea, vt mares [s] feminis boni sint, quorum et forma est spectanda, et qui ex his orti sunt, vt [t] respondeant [u] ad parentum speciem: et praeterea quibus regionibus nati sunt, refert. boni enim generis in Italia plerique Gallici ad opus: contra nugatorii [x] Ligustici. Transmarini Epirotici non solum meliores totius Graeciae, sed etiam [y] 10
Italiae. tametsi quidam de Italicis, quos propter amplitudinem praestare dicunt, ad victimas farciunt [z], atque ad deorum seruant supplicia. qui sine dubio ad res diuinas propter

l) *torium P.* m) *attract- I. B. R. atactu P.* n) *rubro B. R. robeo P.* o) *thelus P. 1 et 2. gelue Cr.* p) *in eo prior P.* q) *vtque P. 2.* r) *plures P.* s) *maris P.* t) *vt* deest *Ryck. P. I. B. R.* u) *respondent P. Ryck.* x) *nugatorii ligusti I. B. R. nugatori etc. P.* iugat. rel. y) *quam* inser. *P.* z) *faciunt I. B. R. Ryck.*

§. 8 ET CVIVS VNGVES) Ex hoc Varronis loco videtur in Geopon. scribendum τὰς ὄνυχας τελείας τε καὶ ἴσας pro λείας etc. VRSIN. Etiam hic peruersa est sententia. Brassicani non minus quam Needhami editiones habent τελείας τε καὶ ἴσας, neque discrepant MSS. a Gudio collati. sed voluit legendum scilicet Vrsinus λείας τε καὶ ἴσας.

§. 8 CORIVM ATTACTV NON ASPERVM AC DVRVM) Vetustae editiones: *Corium attractu.* Florentinus: δέρμα εὐαφῆ καὶ μὴ κατεσκληρυμένον. Quae perperam interpretati sunt, *pelle ad tactum molli*; nam εὐαφὴς quod facile contrectatur, significat. Non me latet, Columellam scribere *tactu corporis mollissimo*, sed ibidem quoque legerem *tractu*, non *tactu*. PONTED.

§. 8 COLORE POTISSIMVM NIGRO, DEIN RVBEO) Caue *rubeum* pro *rubro* accipias id enim faciunt qui barbare, non Latine loquuntur. Nam *rubeus* hic prima producta. Et veteres potius *robeum* scribebant, quod et robum dicebant. In veteri inscriptione, VT PRAETOR, CVI HAEC REGIO SORTI OBVENERIT, LITATVRVM SE SCIAT, ALIVSVE QVIS MAGISTRATVS VOLCANALIBVS, X. CAL. SEPTEM. OMNIBVS ANNIS VITVLO ROBIO, ET VERRE. Seruius illis quae adhuc in publicum vulgata non sunt, *Nitela*, inquit, *mus agrestis robeus.* Dicebatur et *robus*, vt est apud Festum: et in eiusdem Seruii nondum publicatis fragmentis, in illud, *Sanguineis frontem moris. Multi*, inquit, *ob hoc dictum putant quod robus color deorum sit.* Hinc *robos boves* a rusticis vocatos auctor Festus, hoc est ξανθούς. SCAL. Videtur legendum *colore potissimum rubeo, dein nigro, tertio heluo* etc. C. 6, 1 et in Geop. τὰς τοῖς χρώμασι ξανθιζούσας, καὶ τὰ ἄλλα μέλανα ἐχούσας. VRS. Scaligero suffragatur, vt vidimus, Pol. qui *robeo* legit.

§. 9 PRIOR, QVAM POSTERIOR MELIOR) Vitiosi hac parte sunt antiquiores libri: sic enim habent, *prior quam posterior, in eo prior.* In optimo mendi nota apposita est. VICTOR. Repone veterem scripturam, *de mediis duobus prior, quam posterior in eo prior.* Ludit facetus senex. De mediis, inquit, duobus coloribus, robo, et heluo, prior, hoc est robus, est quoque prior non solum loco, sed et bonitate, πρότερος καὶ τῇ τάξει καὶ τῇ ἀρετῇ. SCAL.

§. 9 NIGRI ET ALBI) h. e. varii seu maculosi: alioqui sua ipse vineta caederet Varro.

§. 9 NEQVE NON PRAETEREA) Ita videtur hic locus legendus: *Neque non, vt mares boni feminis sint, filiorum est forma spectanda, quod qui ex his orti sunt, respondent ad parentum speciem* etc. particula *vt* ante verbum *respondeant*, non est in V. C. et *refert* videtur adiectum. Supra c. 4. dixit: *Boni seminis sues animaduertuntur a facie et progenie et regione coeli.* VRS.

§. 9 BONI ENIM GENERIS) Locus interpolatus. Ita restituendus est: *Boni enim generis in Italia plerique Gallici ad opus. contra nugatorii Ligusci.* Gallici in Italia, nempe Piceni, aut Circumpadani: quos optimos esse scio. SCAL.

§. 9 IVGATORII LIGVSTICI) Vetustissimus codex in ambabus vocibus diuersus, qui *Nugatori Ligusti* habet. De posteriore voce alibi disseruimus: de priore, si forte ita legi debet, *Nugatorias res*, abiectas ac viles, veteres scriptores frequenter appellarunt. Nam Varronis ille locus e VII libro de lingua Latina ita legi debet: *Schoeniculae ab Schoeno nugatorio vnguento.* in excusis enim libris deprauatus est. VICTOR. V. C. *Ligusci*, vt supra. et ita fere in MSS. omnibus. VRS. *nugatorios* confirmat 3, 8, 3 cum *Liguriam paruis iumentis insignem* ostendit. Probat *nugatorii* pro *iugatoriis* et 5, 18 extr. ex *centenarum viginti* effingit *centenarium* (quid ni *centuriam?*) *viginti* Pontedera.

§. 10 EPIROTICI) Plinius 8, 45 *In nostro orbe Epiroticis laus maxima, a Pyrrhi (vt ferunt) iam inde Regis cura.* SCHOETTG.

§. 10 FARCIVNT) Non omnino contemnenda lectio altera: *faciunt*, de quo verbo in sacrificandi significatione adhibito, notius est, quam vt

propter dignitatem amplitudinis et coloris praeponendi. quod eo magis fit, quod albi in Italia non tam [a] frequentes, quam [b] qui in Thracia [c] ad [d] μέλανα κόλπον, vbi
11 alio colore pauci. Eos cum emimus domitos, stipulamur, sic, Illosce boues sanos esse, noxisque praestari? cum emimus indomitos, sic, Illosce iuuencos sanos recte, deque pecore sano esse, noxisque praestari spondesne? Paulo verbosius haec [e], qui Mamilii [f] actiones sequuntur †. Lanii, qui ad cultrum bouem emunt, et [g] qui ad altaria, hostiae sanitatem non solent [h] stipulari. Pascuntur armenta commodissime in nemoribus, vbi virgulta, et frons multa: hieme [cum hibernant] secundum mare,
12 aestu abiguntur [i] in montes frondosos. Propter foeturam haec [k] seruare [l] soleo. ante admissuram mensem vnum, ne cibo et potione se impleant, quod existimantur [m] facilius macrae [n] concipere. contra, tauros duobus mensibus ante admissuram herba et palea ac foeno facio pleniores, et a foeminis secerno. Habeo tauros totidem, quot Atticus, ad matrices LXX duo [o], vnum anniculum, alterum bimum. Hoc [p], secundum astri exortum facio, quod Graeci vocant λύραν [q], fidem nostri. tum deni-
13 que tauros in gregem redigo. Mas an foemina sit concepta, significat descensu [r] taurus, cum iniit [s]. siquidem, si mas est, in dexteriorem partem abit: si foemina, in

a) *tam* abest *I. B. R.* b) *quamquam in P.* c) *thratia I. B. R.* d) *ad μέλανα κόλπον* def. *a. V.* e) *hoc I. B. R.* f) *Manilii a. V. Mamilii V.* †) *sequuntur lanii* omnes sine interp. g) *et* deest *I. B. R.* h) *solent P.* i) *abiguntur P. 2.* k) *hoc I. B. R.* l) *obseruare I. I-G.* m) *existimatur I. B. R.* n) *macram I. B. R.* o) *duos a. V.* p) *Haec P.* q) *lyram I. B. R.* r) *discensu P.* s) *init, si quod P.*

vt hic aliquid dici debeat. De bubus a Clitumno praesertim amne candidum colorem trahentibus et ideo ad sacrificia expetitis multa Cerda ad Georg. 2, 146.

5, 10 AD DEORVM) Vid. Festus in *Supplicia*, et quae ad eum locum notauimus. VRS.

5, 10 IN THRACIA AD ΜΕΛΑΝΑ ΚΟΛΠΟΝ) Vera haec lectio fideliter in antiquissimo codice conseruata. nam in aliis inanis sedes Graecarum vocum relicta: in aliis, ne relicta quidem. Strabo libro II, τὸ δὲ συνεχὲς τὸ Αἰγαῖόν ἐστιν ἤδη σὺν τῷ μέλανι κόλπῳ καὶ τῷ Ἑλλησπόντῳ. Herodotus quoque non semel huius loci mentionem fecit: nam in Polymnia haec ipsius verba sunt, Ἐντεῦθεν δὲ κάμψας τὸν κόλπον τὸν μέλανα καλεόμενον, καὶ μέλανα ποταμόν, ὡς ἐπισχόντα τότε τῷ στρατῷ τὸ ῥέεθρον, etc. VICT. Situs est eo loco, vbi Melas fluuius sese in mare Aegeum exonerat. Mela 2, 2, 93. Plin. 4, 11. SCHOETTG.

5, 11 NOXISQVE PRAESTARI) Vlpianus l. 71 de V. S. *Haec verba* HIS REBVS RECTE PRAESTARI *hoc significant, ne quod periculum vel damnum ex ea re stipulator sentiret.*

5, 11 PAVLO VERBOSIVS) Importune interpuncta sunt haec, quae ita distinguas licet: *Paulo verbosius haec, qui Manilii actiones sequuntur. Lanii, qui* etc. SCAL. Non opus erat ad ista videnda Scaligero: mirum, non diu mutatum esse.

5, 11 QVI MANILII ACTIONES) Manilii ... meminit Varro supra c. 3 et fortasse is est, cuius cum Scaeuola et Bruto facit Cicero mentionem. Actiones autem dicit formulas, quasi quosdam rerum agendarum modos. Cic. pro Muraena: *Gloria militaris vestris formulis atque actionibus anteponenda est, has composuerunt Manilius et Hostilius.* Vid. quae supra notauimus ad 2, 3, 5. VRSIN.

5, 11 AD ALTARIA) Miratur Magius Misc. 4, 4 et quidem merito, quam ob causam dicat Varro, hostiarum sanitatem lanios non solere stipulari, quum tamen constet, id quod Magius prolixe admodum probat, nullas hostias, nisi integerrimas, et omni labe carentes, immolari debuisse. Nec ego dicere possum, quid sibi haec Varronis nostri velint. SCHOETTG. Alia est integra hostia, alia sana. Integritas oculis patet, sanitas vitio etiam occulto opponitur.

5, 11 HIEME CVM HIBERNANT) Posteriora duo puto interpretamentum prioris vocis *Hieme, secundum mare* etc. SCAL. Verba: *cum hibernant*, videntur abundare: item vox *potione*, quae infra posita est. In Geop. *cibo* tantum habetur: ὡς ἱκανῶς πληρωθῶσι τροφῆς. VRS.

5, 12 Quae hinc sequuntur ad finem capitis, ea pleraque descripsit Cresc. 9, 61, 62 et 63.

5, 12 AD MATRICES SEPTVAGINTA) Varro infra. [§. 18] *nam apud eum duo tauri in LXX matribus sunt* etc. *matres* ibi, quas hic *matrices*, dixit. VRS.

5, 13 MAS AN FOEMINA) Vide African. Geopon. 17, 6. Col. 6, 24. SCHOETTG.

5, 13 VOS

in finisteriorem [t]. cur hoc fiat, vos videritis, inquit [u] mihi, qui Aristotelem legitis.
Non minores oportet inire bimas, vt trimae pariant, eo melius si quadrimae. Pleraeque pariunt in decem [x] annos, quaedam etiam in [y] plures. Maxime idoneum tempus ad concipiendum a delphini [z] exortu vsque ad dies XL., aut paulo plus. quae 14
enim ita conceperunt [a], temperatissimo anni tempore pariunt. vaccae enim mensibus decem sunt praegnantes. De quibus admirandum scriptum inueni, exemptis testiculis, si statim admiseris, concipere [b]. Eas pasci oportet in locis viridibus, et aquosis. Cauere oportet, ne aut angustius stent, aut feriantur, aut concurrant. Itaque quod [c] eas aestate tabani concitare solent, et bestiolae quaedam minutae sub cauda, ne [d] concitentur, aliqui [e] solent includere septis. iis substerni oportet frondem, aliudue quid in cubilia, quo mollius conquiescant. Aestate ad aquam appellen- 15
dum [f] bis, hieme semel. Cum parere coeperunt [g], secundum stabula pabulum seruari oportet integrum, quod egredientes [h] degustare possint: fastidiosae enim fiunt. Et prouidendum, quo recipiunt se, ne [i] frigidus locus sit. algor enim eas, et famis macrescere [k] cogit. In alimoniis armenticium pecus sic [l] contuendum, lactentes [m] 16
cum matribus ne cubent: obteruntur [n] enim. ad [o] eas mane adigi oportet, et cum redierunt [p] e pastu. Cum creuerunt [q] vituli, leuandae matres, pabulo viridi obiiciendo in praesepiis. Item his, vt fere in omnibus stabulis, lapides substernendi, aut quid item, ne vngulae putrescant. Ab aequinoctio autumnali vna [r] pascuntur
cum matribus. Castrare non oportet ante bimatum [s]. quod difficulter, si aliter 17
feceris, se recipiunt. qui autem postea castrantur, duri et inutiles fiunt. Item vt in [t] reliquis gregibus pecuariis, delectus [u] quotannis habendus, et reiiculae [x] reiiciundae,

quod

t) *partem* add. *I. B. R.* u) *inquit mihi* deest *I. I-G. inquit: mihi I. B. R.* x) *decimo anno I. B. R.* y) *in* abest *I. B. R.* z) *dulpini eam ortu P.* a) *conciperunt P. conceperint I. I-G.* b) *statim conc. I. B. R.* c) *quot Heruag.* d) *Alii ne I. B. R.* e) *aliqui* omitt. *I. B. R.* f) *appellandum P. Bon.* g) *coeperint a. V.* h) *regredientes P.* i) *frigidus locus ne a. V.* k) *macescere P.* l) *sit P.* m) *lactantes P. Herv.* n) *atteruntur I. B. R.* o) *et I. B. R.* p) *redierint a. V.* q) *creuerint a. V.* r) *enim vna I. B. R.* s) *bimum I. B. R.* t) *in* deest *I. I-G.* u) *dilectus P.* x) *reicolae reiciundae P.*

§. 13 VOS VIDERITIS, INQVIT, MIHI QVI ARISTOTELEM LEGITIS) Duo hic verba ex antiquis codicibus restituimus. VICT.

§. 13 A DELPHINI EXORTV) In Geop. 17, 10 ὥρα δὲ πρὸς ὀχείαν τετραπόδων ἡ ἀπὸ δελφῖνος ἐπιτολῆς, τουτέστι περὶ τὰς ἀρχὰς τοῦ Ἰουνίου μηνὸς ἕως ἡμερῶν τεσσαράκοντα. Plin. 8, 45 *Coitu a Delphini exortu ad prid. Non. Ianuarias, diebus XL.* sed legendum *Iunias*, ex Varrone, et Col. 6, 24. *Admissuram boum mense Iunio et Iulio fieri.* Delphinus autem exoritur ante diem IIII. Id. Iun. auctoribus Ptolemaeo, Columella et Plinio. VRS.

§. 14 EXEMPTIS TESTICVLIS) Hoc Aristoteles in extremo libro nono de natura animalium tradidit. Locus tamen in excusis codicibus, et in manu etiam scripto, quem habui longe emendatiorem, deprauatus. Theodorus sane hanc inde sententiam eruit, siue meliores codices habuit, siue ex ingenio ita legendum esse vidit. Nam Varro etiam sententiam illam (nisi fallor) confirmat. In primo autem libro de ortu animantium eandem rem Aristoteles narrauit: Vbi vitium verba non habent, καὶ γὰρ ταῦρός τις μετὰ τὴν ἐκτομὴν ὀχεύσας εὐθέως ἐγέννησεν. VICT. Mirum genus loquendi, *vaccas statim concipere, exemptis testiculis.* Debebat dicere, taurum exemptis testiculis statim vaccam implere. Aristotelis autem locus est: οἱ δὲ ἐνόρχεις βόες, ὅταν ἐκτμηθῶσι, φανερόν, ὅτι γεννῶσι. SCALIG. Aristoteles lib. IX de natura animalium οἱ δ᾽ ἐνόρχεις βόες ὅταν ἐκτμηθῶσι, φανερόν, ὅτι γεννῶσι. a quo sumsit Varro illud admirandum. Vaccas concipere, si bubus exemptis testiculis statim admittantur. Columella lib. VI: *Si patiaris eum a recenti curatione foeminam inire, constat ex eo posse generari, sed minime id permittendum, ne profluuio sanguinis intereat.* POPMA.

§. 14 SI STATIM ADMISERIS) In V. C. sequitur *taurum.* quae vox potest videri addita; itemque verba *in cubilia.* VRSIN.

§. 17 SI ALITER FECERIS) Cresc. 9, 63, *si ante feceris.* Recte. Nam vt *ante* praemittitur, ita *postea* sequitur; *qui autem postea castrantur* etc. PONTEDERA.

§. 17 ET REIICVLAE) In Geop. 17, 10 ita: τὰς δὲ τελείας ταύρους ἀνθούσας, καὶ τῇ ἡλικίᾳ προβεβηκυίας

quod locum occupant earum quae ferre possunt [y] fructus. Si quae [z] amisit vitulum, ei supponere oportet eos, quibus non satis [a] praebent matres. Semestribus vitulis obiiciunt furfures triticeos [b], et farinam ordeaceam, et teneram herbam: et vt bi-
18 bant mane et vesperi, curant. De sanitate sunt complura, quae exscripta [c] de Magonis libris, armentarium meum crebro vt aliquid legat [d], curo. Numerus de tauris et vaccis sic [e] habendus, vt in sexaginta, vnus sit anniculus, alter bimus. Quidam habent aut minorem, aut maiorem numerum [gregum]. Nam apud eum duo tauri in septuaginta matribus sunt. Numerum gregum alius facit alium. quidam centenarium modicum putant esse, vt ego. Atticus centumuiginti [f] habet, vt Lucienus. Haec ille.

VI. AT MVRRIVS, qui, dum loquitur Vaccius, cum Lucieno rediisset [a], Ego, inquit, de asinis potissimum dicam, quod sum Reatinus, vbi optimi et maximi fiunt,
2 e quo seminio ego hic procreaui [b] pullos, et ipsis Arcadibus vendidi aliquoties. Igitur asinorum gregem qui [c] facere vult bonum, primum videndum, vt mares foeminasque bona aetate sumat, vtique [d] vt quam diutissime fructum ferre possint [e]: firmos, omnibus partibus honestos, corpore amplo, seminio bono: ex his locis, vnde optimi exeunt, quod faciunt Peloponnesii [f], cum potissimum eos ex Arcadia emant [g]; in Italia ex agro Reatino. Non enim si muraenae optimae flutae [h] sunt in Sicilia, et

y) *possint Hernaq.* z) *Sigua I. I-G.* a) *satis lactis I. I-G.* b) *triticios P.* c) *ex scripta* diuis. *P. scripta* sol. *I. B. R. excripta Iunt.* d) *de eo legat I. B. R.* e) *sit P.* f) *centaurumuiginti P.* 1. [C. VI.] a) *reddidisset P.* 1. *redisset P.* 2. b) *procurani Ba-G.* c) *quin P.* d) *vtrique P.* e) *possit* al. praeter *P. I. B. R.* f) *Peloponnesi I. B. R. Pelopomnenses I. I-G.* g) *emant Bas. emebant al.* h) *clutae P. flutae Hern.*

βεβηκυίας ἐκβληθεῖσαν ἐκ τῶν βουκολίων. VRSIN. Diligenter notanda lectio Pol. *reicolae reiciundae*; colorem sane antiquitatis habet.

5, 18 CREBRO VT ALIQVID LEGAT) Vt *aliquid* redundare videtur. Certe constructio aliquantum insolens. praecessit enim *quae exscripta.*

5, 18 DE TAVRIS ET VACCIS) Haec abvndant. et p. p. pro *apud eum* forte leg. *apud Atticum.* Nam supra: *habeo tauros totidem, quot Atticus ad matrices septuaginta duo.* Postea item ex V. C. legendum: *centum vicenum.* VRSIN.

5, 18 MAIOREM NVMERVM [GREGVM] Extrema vox redundat, et omnino inducenda est. comparat enim hic numerum taurorum cum vaccarum numero; at mox constituit numerum gregum. Quod sequitur; *Nam apud eum*, forte melius, *apud Seium.* POPMA.

5, 18 NAM APVD EVM) An δεικτικῶς accipiendum *eum?* aut scribendum *hunc?* De Attico certe §. 12 hoc ipsum dixerat.

5, 18 CENTVM VIGINTI) Optimus Codex inquinatus: habet enim *Centaurum viginti.* VICTOR. Forte monstrosum illum *centaurum* Mediceum vox *centenum* peperit.

6 Caput hoc totum pene descripsit Cresc. 9, 59.

6, 2 VTIQVE VT QVAM) Videtur legendum *Vti quam* et p. p. scribendum: *vt potissimum eos ex Arcadia emant.* nam male iungitur τὸ *faciunt* cum τῷ emebant. VRSIN.

6, 2 FACIVNT PELOPONNESII) Antea *Pelopomnenses.* ex optimis exemplaribus ita emendaui. Recte dici *Peloponnesii*, manifestum est. Stephanus etiam, πελοποννήσιος ὁ οἰκήτωρ. VICT.

6, 2 MVRAENAE OPTIMAE FLVTAE) Macrobius Sat. 2, 11 *Accersebantur autem muraenae ad piscinas nostrae vrbis ab vsque freto Siculo, quod Rhegium a Messana respicit. illic enim optimae a prodigis esse creduntur: tam hercules quam anguillae: et vtraeque ex illo loco Graece πλῶται vocantur, Latine* flutae: *quod in summo supernantes sole torrefactae curuare se posse, et in aquam mergere desinunt, atque ita faciles captu fiunt. Et, si enumerare velim, quam multi magnique auctores muraenas e freto Siculo nobilitarint, longum fiat. Sed dicam, quid Varro in libro, qui inscribitur Gallus, de admirandis dixerit his verbis:* In Sicilia quoque, *inquit*, Papirius manu capi muraenas flutas, quod hae in summa aqua prae pinguedine flutentur. *Haec Varro.* Optimas autem in Siculo mari fuisse testatur etiam Plinius 9, 54, et Martialis 13, 80: *Quae natat in Siculo pinguis muraena profundo, Non valet exustam mergere sole cutem.* Graecis sequiorum temporum muraena fluta dicebatur ἐξερριμμένη, ἀπὸ τοῦ ἐξορμίζεσθαι, quod notat littus relinquere, et altum

et ellops [i] ad [k] Rhodon, continuo hi pisces in [l] omni mari similes nascuntur. Horum 3
genera duo. vnum ferum, quos vocant onagros, in Phrygia et Lycaonia sunt greges multi. alterum mansuetum, vt sunt in Italia omnes. Ad seminationem [m] onagrus idoneus, quod e [n] fero fit mansuetus facile, et e mansueto ferus nunquam. Quod similes parentum genuntur [o], eligendi et mas et foemina, cum dignitate vt sint [p]. In mercando item vt caeterae pecudes emtionibus, et traditionibus dominum [q] mutant, et de sanitate ac noxa solet caueri. Commode pascuntur farre, et furfuribus 4
ordeaceis. Admittuntur ante solstitium, vt eodem tempore alterius [r] anni pariant. duodecimo enim mense conceptum semen reddunt. Praegnantes [s] opere leuant. venter enim [t] labore nationem reddit deteriorem. Marem non diiungunt [u] ab opere, quod remissione laboris fit [x] deterior. In pastu eadem fere obseruant, quae in equis. Secundum partum pullos anno non remouent a matre. proximo anno noctibus patiuntur esse cum his, et leniter [y] capistris, aliaue qua re habent vinctos. tertio anno domare incipiunt ad eas res, ad quas quisque eos vult habere in vsu. Relinquitur de numero, quorum greges non sane fiunt, nisi [z] ii, qui onera portent. 5
Ideo quod plerique deducuntur [a] ad molas, aut ad agriculturam, vbi quid vehendum est; aut etiam ad arandum, vbi leuis [b] est terra, vt in Campania. Greges fiunt fere mercatorum, vt eorum qui e Brundisino [c], aut Appulia asellis dossuariis comportant ad mare oleum, aut vinum, itemque frumentum, aut quid aliud.

VII.

i) *Helops a. V.* k) *in Rhodo I. B. R. Ba-G.* l) *in* abest *a. V.* m) *seminationes I. B. R.* n) *et e P.* o) *gignantur I. B. R. Ba-G. gignuntur Iunct.* p) *sit I. B. R.* q) *dominium I. I-G.* r) *alternis annis a. V.* s) *Praegnates P.* t) *(c.) at labor actionem Pol. 2.* u) *deiungunt P. disiungunt a. V.* x) *sic P.* y) *leniter a. V.* z) *ni est ei P. 1. ni esto ei P. 2.* a) *deducantur I. B. R.* b) *levior I. B. R.* c) *Bryndisino P. Brundusio aut Apulia a. V.*

altum capessere. Vide quae in hanc rem notavit Salmasius ad Tertullianum de pallio c. 5 p. 444. SCHOETTG.

6, 2 ELLOPS AD RHODON) Macrob. 3, 15. Colum. 8, 16 *Non enim*, inquit, *omni mari potest omnis esse, vt helops, qui Pamphylio profundo, non alio pascitur.* VRSIN.

6, 3 VNVM FERVM, QVOS) Apud Suidam Caudo insula prope Cretam esse traditur, in qua maximi gignerentur onagri. VICT. Adde de his Vrsinum Anal. 2, 6, 9. SCHOETTG.

6, 3 IN PHRYGIA) Cresc. 9, 59 *in Phrygia et Lycaonia vbi sunt greges multi feri.* PONT.

6, 3 ET E MANSVETO FERVS) In Geop. 16, 21 ita: *Ὄνοι δὲ καλῶς ποιοῦντες, καὶ τοὺς ἀγρίους ἡμεροῦσι, καὶ ἔστιν αὐτῶν ἡ παιδοποιΐα καλλίστη, ὅτε μὴ κατακεκλεισμένων, ἀλλ' ἀφετῶν. ἐξημεροῦται δὲ σφόδρα τὸ ζῶον, καὶ οὐδέποτε καθάπερ τὰ ἄλλα ζῶα ἅπαξ ἡμερωθὲν ἀγριοῦται. τὰ δὲ τικτόμενα ἐξ αὐτῶν γίνεται ἐκείνων ἰσχυρότερα.* VRSIN.

6, 3 ET MAS ET FOEMINA) Haec videntur adiecta. Item p. p. *laboris*, quod in V. C. omittitur. Plin. 8, 44 *Mares in remissione operis deteriores.* IDEM.

6, 4 ADMITTVNTVR) Rationem reddit Plinius 8, 43 *Quia asini maxime sunt frigoris impatientes, vt tali tempore pariant, quo calor est paullo intensior, ne pulli periclitentur.* SCHOETTGEN.

6, 4 ALTERIVS ANNI PARIANT) Vetusta haec lectio, antea mendose, *Alternis annis.* Paulo post, vbi in excusis, *Quod remissione laboris fit deterior:* in antiquis, *sic deterior.* Arbitror legendum, *Hic deterior.* Ex priore voce S, vt opinor, consequenti huic adhaesit, et aspiratio, quemadmodum saepe, desideratur. Communis etiam lectio commoda. VICTOR. Scribe ex veteribus libris: *Sic* pro *fit.* Ita saepe loquitur. Leuis error, sed quem in politissimo scriptore negligere piaculum puto. SCALIG.

6, 4 TERTIO ANNO) Cresc. 9, 59 *Tertio anno domare* (an *domari?*) *incipiant et strui ad eas res.* PONTED.

6, 5 GREGES QVI) Qui iuncti et sociati mercatorum merces conferebant, quod ita vsitatum fuisse ostendit Schefferus de re vehic. 1, 2. SCHOETTG.

6, 5 QVI E BRVNDVSIO) In V. C. non leguntur voces: *Asellis dossuariis*, quae additae videntur; et fortasse ex *comportant* faciendum est: *onera portant.* VRSIN. In Ryckiano et aliis extant istae voces *asellis dossuariis*, qui sunt asini onus in *dorso* ferentes. Nam antiqui dicebant *dorsum* et *dossum.* Noster 2, 10 *iumenta dossuaria.* SCHOETTG.

1 VII. LVCIENVS [a], Ego quoque aduenions aperiam carceres, inquit, et equos emittere incipiam, nec solum mares, quos admissarios habeo, vt Atticus, singulos in foeminas denas, e queis foeminas Q. [b] Modius Equiculus vir fortissimus etiam patre militari iuxta ac mares habere solebat. Horum equorum, et equarum greges qui habere voluerint [c], vt habent aliqui in Peloponneso, et in Appulia, primum spectare oportet aetatem, quam praecipiunt. Videndum ne sint minores trimae, maiores de-
2 cem annorum. Aetas cognoscitur equorum, et [d] fere omnium qui vngulas indiuisas habent,

[C. VII.] a) *Lucinius P.* b) *quae medius I. B. R. quae Modius P. Commodius I. I-G.* c) *voluerunt I. B. R. I. I. V.* d) *et,* abest *P.*

7 Quae de equis habet, bonam partem hinc petiit Cresc. 9, 1 sq. Caeterum Virgilianas, itemque Cynegeticorum scriptorum et Vegetii descriptiones et praecepta de equis huc transferre non magni laboris esset. Sed praestat ea suis locis legere, vel si componere propius iuuat, apud Lacerdam atque Vitium.

7, 1 Q. MODIVS EQVICVLVS) Ita emendaui auxilio vetustorum Codicum, in quibus *Quemodius* legitur. Fere autem veteres librarii, cum Q. praenomen scribendum esset, *Quae* imperite scribebant. In optimo exemplari mendi nota hic adposita est. VICTOR. Videtur legendum ex V. C. *e queis Q. Modius Aequicolus, — etiam in re militari* etc. Nam Plinius 8, 42 scribit: *Scythas per bella foeminis vti malle, quod vrinam cursu non impedito* (siue vt est in V. C.) *non intermisso cursu reddant.* VRSIN. Vid. quae disputamus ad Colum. 3, 9, 5.

7, 1 PRIMVM OPORTET) Totus locus ita videtur restituendus: *Pr. op. sp. aet. ne sint m. trium, maiores decem annorum.* In Geop. est: τῷ δὲ χρόνῳ μήτε νεωτέρας ἐτῶν γ, μήτε πρεσβυτέρας ἐτῶν ι. VRSIN.

7, 2 AETAS COGNOSCITVR) Totus locus in Geop. habetur 16, 1. Sed dentes, quos Varro et Plinius *columellares* appellant, ibi dicuntur κυνόδοντες, vt fortasse in ea voce peccatum sit vel a librariis, vel ab eo, qui locum Varronis vertit. nam et apud Varronem *canini dentes* p. p. nominantur, vnde potuit error fluxisse, quos tamen auctor Geopon. ita vertit, tanquam *canes* legerit, non *caninos.* Sic enim habet: Τὰς δὲ φυομένας κοίλας ἔχει. ἐμβάντος δὲ εἰς τὸ ἕκτον ἔτος, ἀναπληροῦνται τῶν πρώτων τὰ ἀνακοιλώματα. At Colum. 6, 28 *Cum quartum agit annum, iis, qui canini appellantur deiectis, alios offert.* Plin. 11, 3 *Quinto anno incipiente binos amittit, qui sexto anno renascuntur.* IDEM. Sic in cunctis formis excusis libris. At Crescentius alio modo locum excerpsit 9, 10 *Aetas cognoscitur equorum et fere omnium, quae vngulas indiuisas habent, et etiam cornuta sunt.* Sed *cornuta sunt* deprauatum videtur; nam idem 11, 45 *Equorum,* inquit, *et ceterorum, indiuisas vngulas habentium ac cornutorum aetas dentibus plene cognoscitur.* Ex quo sic vulgata lectio Varroniana restitui potest: *Aetas cognoscitur equorum et fere omnium, quae vngulas indiuisas habent, et etiam cornutorum.* His non absimilia sunt, quae ex Varrone excerpta in Graecam consuetudinem vertit Apsyrtus, vt in Geop. 16, 1 legere licet: Τὸν δὲ χρόνον καὶ τὴν ἡλικίαν τῶν ἵππων, καὶ πάντων τῶν μονωνύχων τὰς ὁπλὰς ἐχόντων, σχεδὸν δὲ καὶ τῶν κεραφόρων γινώσκομεν ἀπὸ τῆς τῶν ὀδόντων ἐκβολῆς. Quid autem *cornutorum* nomine intelligat Varro, non ita perspicuum est, nam si de iis tantum animalibus, quae in fronte gerunt cornua, suspicio sit, vt de bubus, ceruis et similibus, haec quidem vngulas minime indiuisas habent, sed diuisas; praeterea oues, canes, sues, quorum aetas ex dentibus quoque cognoscitur, cur reiecit, quae neque cornua ferunt, neque vngues diuidunt? Quapropter vt hasce difficultates declinemus, procliue est credere *cornutorum* dici de vnguibus, nequaquam de cornubus proprie dictis, siquidem cornu etiam de vngue intelligitur. Equi vocantur *cornipedes* de vnguibus. Virgil. *Aeneid.* 7 *Vnde etiam templo triuiae lucisque sacratis Cornipedes arcentur equi.* Et Silius Italicus l. 7 *cornipedis* nomine equum indicat: - . - *iam nullis cursibus instat Prendere cornipedis.* Faunum quoque priscarum gentium numen quoniam pedes cornutos, caprinos nempe habere fabulantur, *Cornipedem* appellauit Ouid. Fast. l. 2 *Cornipedi Fauno caesa de more capella, Venit ad exiguas turba vocata dapes.* It. Virgilius III Georg. de equo loquens planius significauit: - - *cauatque Tellurem, et solido grauiter sonat vngula cornu.* Neque a Poetis solum modo id vsurpatum inuenio, sed etiam ab iis, qui prosa oratione scripserunt. Cato enim vetustissimus auctor libr. de R. R. c. 72 haec in posteritatem reliquit: *Boues ne pedes subterant, priusquam in viam quoquam ages, pice liquida cornua infima vnguito.* Quod repetit Plin. 29, 20 *Non subteri pedes boum, si prius cornua pice liquida perunguantur.* Columellam quoque idem docuisse lego 6, 15. nam de remediis, quibus claudicanti boui succurritur, praecipiens haec expresse scripsit: *Subtriti pedes eluuntur calefacta bubula vrina: deinde fasce sarmentorum incenso, cum iam ignis in fauillam recidit, feruentibus cineribus cogitur insistere, ac pice liquida cum oleo vel axungia cornua eius linuntur.* Quo minus autem de his dubitare possimus, facit Vegetius, qui lib. 3 de *Art. Veter.* c. 3 eadem transcripsit. Iam vero et Varro

habent, et etiam cornutarum, quod equus triginta mensium [e] primum dentes medios dicitur amittere, duo [f] superiores, totidem inferiores. incipientes quartum agere annum itidem eiiciunt, et totidem [g] proximos eorum quos amiserunt, et incipiunt nasci quos vocant columellares [h]. Quinto anno incipienti [i] item eodem modo 3
amittere [k] binos, quos caninos habent: tum renascentes eis, sexto anno impleri; septimo omnes habere solent [l] renatos, et completos. His [m] maiores qui sunt, intelligi negant posse. praeterquam cum dentes sint [n] facti brocchi, et supercilia cana, et sub ea lacunae [o], ex obseruatu dicunt eum equum habere annos sedecim [p]. For- 4
ma esse oportet magnitudine modica [q], quod nec vastos, nec minutos decet esse equas

e) *menses I. B. R. mensibus P.* f) *duos a. V.* praeter *Heruag.* quae *duas.* g) *eiiciunt* repet. *I. B. R.* h) *columellares quinto I. B. R.* i) *incipiente. Item I. B. R.* k) *admitteram binas cum canos habeat P.* l) *solet relatos P.* m) *Hoc P.* n) *sunt a. V. H. St-D.* o) *lacunis P.* p) *sexdecim I. I-G.* q) *media I. B. R.*

Varro c. 9 nescio quid non valde absimile protulit, de canum pedibus loquens: *Solo nec vt corneo, nec nimium duro, sed vt fermentato.* Quorum vestigiis secuta aetas insistens cornu in eadem significatione est vsa; ideo Pallad. 4, 13 de generosi equi signis *Pes, ait, siccus et solidus, et cornu concauo, altius calciatus.* Quem locum hisce verbis accepit Isidorus 12, 1 *Pes siccus et cornu concauo solidatus.* Hinc *cornutorum* voce fortasse intellexisse Varro videtur animalia, quibus vngues diuisi sunt, cuiusmodi ferunt boues, caprae, oues, cerui, quibus in cibis Hebraei vtuntur. Nam in sacris literis traditum habemus *omne quod habet diuisam vngulam, et ruminat in pecoribus comedetis. Quidquid autem ruminat quidem, et habet vngulam, sed non diuidit eam, sicut camelus et caetera, non comedetis illud, et inter immunda reputabitis.* Tales autem vngues cernuntur in equis, asinis, mulis, de quibus primo membro est locutus Varro: *Aetas cognoscitur equorum et fere omnium, quae vngulas indiuisas habent.* Sicut altero, *et etiam cornutorum* bubus, subus, ouibus, capris quae vngulas diuisas gerunt. PONT. *Cornu* pro vngula dici non est dubium. Videndum an *Cornuta* animalia, quae Apsyrtus κερασφόρα ex hoc ipso loco videtur transtulisse, pro his dicta alias etiam sint, quae vngulas habent solidiores.

7, 1 QVOD EQVVS XXX MENSIVM) Quemadmodum in primo libro multa Varro a Theophrasto sumsit, ita in secundo hoc plurima ab Aristotele mutuatus est, quae quia facile inveniri possunt, et aliis nunc rebus studeo, non curiose ostendam. Hic certe locus inde translatus est: in libro VI de natura animalium: βάλλει δὲ τοὺς μὲν πρώτους τέτταρας τριακοντάμηνος, τοὺς μὲν δύο ἄνωθεν, τοὺς δὲ δύο κάτωθεν. Appellat enim βάλλειν, quod Varro *eiicere aut amittere dentes,* vocat: quanquam primum verbum naturam Graeci verbi, quo vsus est Aristoteles, magis exprimit. Inde ἄβολοι equi appellabantur, qui nondum dentes eiecissent: nos etiam in hac re exponenda verbo, quod his respondet, familiari nostro sermone vtimur. VICTOR. βόλος est dentium in equis constitutio. Hierocles Facetiis n. 5: Σχολαστικὸς ἵππον ἐπίπρασκεν. Ἐλθόντος δέ τινος καὶ μανθάνοντος τὸν βόλον, εἶπε etc. Et πρωτοβόλοι dicti, qui vt statim ait Varro, *primum dentes medios amittunt.* Idem Hierocles n. 2 Σχολαστικὸς ἵππον πιπράσκοντος, ἠρώτησέ τις· εἰ πρωτοβόλος ἐστί; Vid. Plin. 11, 37. SCHOETTG.

7, 2 COLVMELLARES) Vide quae Rigaltius notat ad Artemidori Oneirocrit. 1, 33 p. 15. IDEM.

7, 3 CVM DENTES — BROCCHI) *Brocchi* per duo *cc* in optimis hic exemplaribus scriptum est: vt vbi de canibus post agit iterum, *directis prius quam brocchis.* VICTOR. *Brocchi* sunt dentes eminentiores, qui vltra ordinem debitum prorumpunt. Pallad. 4, 13, 8 *Sed prouectioribus tempora cauari incipiunt, supercilia canescere, dentes plerumque prominere.* SCHOETTG. Crescentius hic interpretatur *brocchi, i. e. plicati,* et 2, 9, 3 *i. e. torti.* Vid. quae mox Vrsinus.

7, 3 ET SVB EIS LACVNAE) Cresc. *lacus id est concauitas.*

7, 3 ANNOS SEDECIM) Videtur legendum, *Annos decem.* Colum. 6, 29 *Nec postea, quot annorum sit, manifeste comprehendi potest. Decimo autem anno tempora cauari incipiunt, et supercilia nonnunquam canescere, et dentes prominere etc.* dentes autem, quos hic *brocchos* Varro dicit, a Columella dicuntur *prominentes.* et infra idem Varro: *Duobus dentibus dextra et sinistra paullo eminulis directis potius, quam brocchis.* Nonius in *Broncus: Bronci sunt producto ore et dentibus prominentibus.* Lucilius: *Brochus Bouillanus dente aduerso eminulo: hic est rhinoceros.* Lexicon Latinograecum: *Brocchus ὁ τὸ ἄνω χεῖλος φέρων, qui superiore labro est tumidiore.* In argenteis denarius describitur L. quidam FVRIVS BROCCHVS, qui id cognominis videtur habuisse, quod dentibus esset eminulis. Vnde *brocchus* scriptura, non *Broncus* retinenda est. VRSINVS.

7, 4 QVOD NEC VASTOS NEC MINVTOS DECET ESSE EQVAS) Foede inquinata lectio apud omnes, quae ita restitui potest: *Quod nec vastas nec minutas decet esse equas, clunibus*

equas clunibus ac ventribus latis, equos ad admiſſuram quos velis habere, legere[r] oportet amplo corpore, formoſos, nulla parte corporis inter ſe non congruenti.
5 Qualis[s] futurus ſit equus, e[t] pullo coniectari poteſt, ſi caput habet non magnum, nec membris confuſis; ſi eſt oculis nigris, naribus non anguſtis, auribus applicatis, non[u] anguſta iuba, crebra, fuſca, ſubcriſpa[x], ſubtenuibus ſetis, implicata in dexteriorem partem ceruicis, pectus latum et plenum, humeris latis, ventre modico, lumbis deorſum verſum preſſis, ſcapulis latis, ſpina maxime duplici; ſin minus, non extanti[y], coda ampla ſubcriſpa, cruribus rectis[z] et aequalibus[a], genibus rotundis, ne[b] magnis, nec[c] introrſus ſpectantibus, vngulis duris: toto corpore vt habeat venas, quae

r) *lege P.* s) *Vnde qualis I. I-G.* t) *e pullo P.* 1. *opilio I. B. R.* u) *non* abeſt *P.* x) *ſubcripta P.* y) *extenta I. I-G.* z) *et* omitt. *I. B. R.* a) *introuerſis: potius figurata:* inſ. *I. B. R. introuerſus etc. P.* b) *nec a. V.* c) *nec introrſus ſpectantibus* deſunt *I. B. R.*

nibus ac ventribus latis. Non enim de admiſſariis hic eſſe poteſt locus de quibus ſtatim adiecit: *Equos ad admiſſuram quos velis habere, legere oportet amplo corpore.* Ita Apſyrtus in Geop. 16, 2 de equabus loquitur: τὰς θηλείας ἵππους, ἐξ ὧν πωλοτροφήσομεν, εἶναι χρὴ εὐπαγεῖς, καὶ μέγεθος ἐχούσας ἱκανὸν, καὶ ὡραίας ἰδεῖν, πλάτος τε ἔχειν ἐν τοῖς μέρεσι τὰς κοιλίας κατὰ τὰς λαγόνας. Hanc vero emendationem debemus Creſcentio, qui ex Varrone haec tranſcripſit: *Quia nec vaſtas nec exiles docet eſſe equas, clunibus ac ventribus latis.* PONTED. Ego putabam prius membrum pertinere ad totum genus equorum, deinde de equabus et de admiſſariis praecipi.

7, 5 NEC MEMBRIS CONFVSIS) Videtur legendum *Nec membra confuſa.* Ita poſcit ratio ſyntaxeos. p. p. videntur deeſſe duo verba, et legendum: *Auribus applicatis, ceruice molli, non anguſta, iuba crebra, ſubcriſpa, inclinata in dexteriorem partem ceruicis etc.* Nam Virgilius habet *illi ardua ceruix.* et Colum. 6, 29 *Ceruice molli lataque, nec longa.* et auctor Geop. ὦτα προσεσταλμένα, τράχηλον ἁπαλὸν, χαίτην βαθεῖαν, οὐλοτέραν, βραχὺ κεκλιμένην ἐπὶ δεξιὰ τοῦ αὐχένος. VRSIN. *Membra non confuſa* intelligo capitis, cum ſatis eminent v. g. quae eminere debent et fines oculorum, naſi, aurium ſatis ſunt diſtincti.

7, 5 NARIBVS NON ANGVSTIS) Apſyrtus Geop. 16, 1 μυκτῆρας ἀναπεπταμένους. Colum. 6, 29, 2 *nares apertas* dicit, quae alias *patulae* dicuntur. SCHOETTG.

7, 5 AVRIBVS APPLICATIS) Col. *breuibus auriculis et adrectis.* Palladius: *aures breues et argutae.* Apſyrtus: ὦτα προσεσταλμένα, quae ſunt arrectae. *Applicatae* ergo ſunt adeo, vt quaſi ad reliquam cutem adplicatae videantur. IDEM. Melius cum Needhamo legitur προσεσταλμένα, quod eſt ipſum *applicatae.* Quod ipſum etiam in feminarum pulchritudine cenſetur, ſi aures ſuo ingenio applicent ſe ad caput.

7, 5 NON ANGVSTA IVBA) *Denſa,* vt eſt apud Columellam. SCHOETTG.

7, 5 PLENVM) Muſculis plenum dicunt Apſyrtus et Columella. IDEM.

7, 5 LVMBIS DEORSVM VERSVM) Videtur legendum *lu. de. ve. preſſis ac latis.* Col. 6, 29 *Latis lumbis et ſubſidentibus.* VRSIN.

7, 5 NON EXTANTE) Vetus haec eſt lectio: antea in excuſis *extenta* mendoſe. In libro, vbi ſelectae ſententiae ſunt de re ruſtica auctorum ex Apſyrto: ῥάχιν, μάλιστα μὲν διπλῆν, εἰ δὲ μήγε, μὴ κυρτήν. VICTOR. Huc pertinet etiam Virgilianum illud G. 3, 86 *Denſa iuba et dextro iactata recumbit in armo, Atque duplex agitur per lumbos ſpina.* Ad quem locum ſuo more congeſſit, quae ad equorum formam pertinent ex antiquis omnia diligentiſſimus Lacerda, quo minus opus eſt, ea hic recoquere.

7, 5 CRVRIBVS RECTIS ET AEQVALIBVS) Aldus ita primum, vt exiſtimo, ex Columella, apud quem legitur: *tereti genu paruoque, neque introrſum ſpectanti,* locum confarcinauit, qui in antiquis excuſis libris alio modo ſtabat: *Cruribus rectis, aequalibus, introuerſis, potius figurata: genibus rotundis nec magnis.* Porro, qua via ſit emendandus, niſi fortaſſe hac ratione, non video: *cruribus rectis, aequalibus, non introuerſis, potius figura alta, genibus rotundis, nec magnis,* Etenim cum genu ad crus pertineat, ſi crus non introrſum vergit, neque illud. Eadem de cauſa, cum pes ſit alterum cruris extremum, de Vaccae forma cap. 5 ſcribit Varro: *pedibus non latis, neque ingredientibus, qui diſplodantur,* quod potius de genibus erat dicendum. Quod vero ad illud ſpectat, *potius figura alta,* quod deprauatum fuit in *potius figurata*; cum Columella equos commendet, *ſi ſint aequalibus atque altis rectis cruribus,* id ipſum non praetermiſſum a Varrone exiſtimaui, et, vt in bubus, in quibus crurum breuitas laudatur, exigit, vt ſint *cruribus potius minoribus,* ita in equis ſcripſiſſe *potius alta figura.* PONTED.

7, 5 GENIBVS ROTVNDIS, NE MAGNIS) Ita liber vetus Florentinus, *ne* pro *non* ἀρχαϊκῶς. Infra: *Solo ne vt corneo, ne nimium duro.*

quae animaduerti possint [d], quod qui [e] huiusecmodi sit [f], et cum est aeger, ad medendum est [g] appositus: corpore multo. De stirpe magni [h] interest qua sint, quod ge- 6
nera sunt multa. itaque ad hoc nobiles a regionibus dicuntur, in Graecia Thessalici equi, a terra Appuli, ab Rosea Roseani. Equi boni futuri signa sunt [i], si cum gregalibus in pabulo contendit in currendo, aliaue qua re, quo potior sit: si, cum flumen trauehundum [k] est, gregi in primis praegreditur, ac [l] non respectat alios. Emtio equina similis [m] fere ac boum, et asinorum, quod eisdem rebus in emtione dominum [n] mutant, vt in Mamilii [o] actionibus sunt perscripta. Equinum pecus 7
pascendum in pratis potissimum herba; in stabulis ac praesepibus, arido foeno. Cum pepererunt [p], ordeo adiecto bis die danda aqua. Horum foeturae initium admissionis facere oportet ab aequinoctio verno ad [q] solstitium, vt partus idoneo [r] tempore fiat. duodecimo enim mense, die decimo, aiunt nasci. quae post tempus nascuntur, fere vitiosa, atque inutilia existunt. Admittere oportet, cum tempus anni venerit, 8
bis in die, mane et vespere [s] perorigam. is ita appellatur, quiqui admittit. eo enim adiutante

d) *possunt P.* e) *qui* omitt. *I. B. R.* f) *sint I. B. R.* g) *est* abest *I. B. R.* h) *magis I. B. R.* i) *sunt* abest *P.* k) *traiiciendum a. V.* l) *nec I. I-G.* m) *simulis P.* n) *dominium mutatur a. V.* o) *Manilii a. V.* p) *pepererint I. I-G.* q) *ex P. 1. et solstitio Pol. 2.* r) *idoneus I. B. R. P. 1.* s) *vespere. Perorigo enim appellatur quisquis* editi omnes. *perorigam misit appell. quiqui Pol.*

duro. Plautus Trinummo: *Filiam meam Tibi desponsatam esse audio, nisi tu ne vis.* Terent. Eunucho: *Quid ne es alacris?* POPMA.

7,6 A TERRA APPVLI) *In Italia Appuli ac Roseani.* Ita videtur legendum ex loco simili infra: *Itaque a regionibus appellantur Lacones, Epirotici, Sallentini.* VRSIN. Pontedera coniicit *ab Appulia terra* seu *ab Appula terra.*

7,7 DVODECIMO ENIM MENSE) In Geop. ita: *φέρει γὰρ κατὰ γαστρὸς ἡ ἵππος ιά μῆνας, καὶ ἡμέρας ι.* P. p. videtur legendum, *quae post id tempus nascuntur.* Nam in Geop. est, *τὰ δὲ μετὰ τροπὰς τὰς χειμερινὰς κυϊσκόμενα, δυσγενῆ γίνεται καὶ ἄχρεια.* *Perorigo* autem docti viri mutant in *prurigo*, verbum, vt videtur, ductum a pruritu. VRSINVS.

7,8 PERORIGAM IS ITA) Optimus codex hic mendosus est: nonnulli item qui eum sequuntur. sic autem in illis est, *Perorigo misit appellatur qui qui admittit.* Vitium habere hanc scripturam cognouit librarius, ideoque mendi notam ad eam adposuit. Fortasse legendum, *Perorigam, sic appellatur etc. vt Perorigam* cum superiore parte haereat. E Plinio mendum tollatur, quod in libro VIII. cap. XLII est. *Perorigam* enim legi debet, vbi in excusis, *Pariter aurigam*, scriptum est. In antiquis certe Plinii exemplaribus, *Prorigam*, vnius literae diminutione, legimus. Sunt et alia etiam vitia ea parte, quae auxilio veterum librorum tuto corrigi possunt. Sic autem totus ille locus legendus, *Aequa ex causa in Reatino agro laceratum perorigam inuenimus.* Nam ita etiam conueniet Plinio cum M. Varrone, qui infra hanc rem narrat. Quem Varro *perorigam* siue *Peraurigam*, Aristoteles *ἱππαγωγὸν* appellauit: *ὁ ἱπποκόμος καλύψας τὴν μητέρα* etc. VICTOR. Inepta lectio, ac tanto scriptore indigna. Vetus habet: *Perorigo misit appellatur quiqui admittit.* Disiungenda sunt tantum, quae importune coaluerant: et locum in pristinam integritatem restituemus: *Admittere oportet, cum tempus anni venerit, bis die, mane et vespere perorigam. Is ita appellatur, quiqui admittit.* *Quiqui*, id est Qui *ἀρχαϊκῶς*, infinitis locis apud Plautum. Oportet igitur, inquit, perorigam admittere. Ita vocatur is, qui admittit. *Tempus anni* dixit Graecanice, *ὥρα ἔτους*, hoc est ver. Porro apud Plinium in veteribus exemplaribus non *Peraurigo*, sed *Prurigo* legitur. Quae rectior est lectio, a *prurigine* admissurae. *Praurigam* dicere mirum non est. nam eo modo quo et *cludus, claudus:* et similia. SCALIG. Scribendum *per prorigam*, vt infra: *idemque vt ineant equas, per prorigas curamus.* Est autem *proriga, qui admittit equas*, et admissarios ad veneris pruritum excitat: ita dictus a prurigine admissurae, vnde Plinius vocat prurigam, vt aurigam lib. 8, vbi hanc rem narrat: *Laceratum prurigam inuenimus.* POPMA. Vera lectio in Varrone *preoriga*, id est *praeoriga.* Ab *vro vrica* idem quod *vrigo* vel *ὄχεία.* Iuuen. *Tu tibi nunc vrica places.* Hinc *praeurica*, qui praeest vrigini equorum, *ὁ τῆς ὀχείας ἐπιμελητὴς, ἐπιβάτης.* Pro quo corrupte *praeoriga* et *proriga*, vt *prorogare* et *prorogator* dispensator, pro *praerogare.* Sic *origo* pro *vrigo* apud Arnobium lib. 5 *semeleiae subolis origo consorsit*, i. e. *vrigo.* Quod pro prurigine coitus posuit. Haec Salmasius ad Solinum c. 45 p. 627 sq. Adde quae notat Dalechampius ad Plin. 8, 42. SCHOETTG.

Vetusta

adiutante equae [t] alligatae celerius admittuntur [u], neque equi frustra cupiditate impulsi semen eiiciunt. Quoad satis sit admitti, ipsae significant, quod se defendunt. Si fastidium saliendi est, scillae medium [x] conterunt cum aqua ad mellis crassitudinem: tum ea re naturam equae, cum menses ferunt, tangunt; contra, ab locis equae nares equi [y] tangunt.
9 Tametsi [z] incredibile, quod vsu venit, memoriae mandandum. cum equus matrem vt saliret adduci non posset, et [a] eum [b] capite obuoluto perori-ga [c] adduxisset, et coegisset matrem inire, cum descendenti [d] demsisset ab oculis, ille impetum fecit in eum, ac mordicus interfecit.
10 Cum conceperunt [e] equae, videndum ne aut laborent plusculum, aut ne frigidis locis sint, quod algor maxime praegnantibus [f] obest. Itaque in stabulis ab [g] humore prohibere oportet humum, clausa habere ostia, ac fenestras, et inter singulas a praesepibus interiicere longurios [h], qui eas discernant, ne inter se pugnare possint.
11 Praegnantem neque implere cibo, neque esurire

t) *equa alligata P. I. I-G.* u) *admittitur I. I-G.* x) *modicum Ba-G.* y) *maris I. B. R.* z) *Tametinsi P.* a) *et* abest *P. I. B. R.* b) *cum I. B. R.* c) *auriga I. B. R.* d) *velum* ins. *I. I-G.* e) *conceperint a. V.* f) *praegnatibus P.* g) *et I. B. R.* h) *longorios I. B. R.*

Vetusta ex probatissimo Victorii exemplari. *Pero-riga misit adpellatur quiqui admittit.* Quae recte Scaliger restituit: *Perorigam, is ita adpellatur.* Sed nihilominus maximum vitium restat in *Perorigam*, de quo iterum: *et cum capite obuoluto per-origa adduxisset*, et cap. proximo: *iidem vt ineant equas perorigas curamus.* In quibus omnibus scribendum arbitror *origa* videlicet: *vespere per origam: is ita adpellatur quiqui admittit*; deinde: *et eum capite obuoluto origa adduxisset*; tum: *iidem vt ineant equas, per origas curamus.* Quae quo facilius admittantur, inter necessaria est adiicere, ex qua origine existat *origa*, atque ex qua *auriga*. Hic autem de *aurea* freno fit et de *iugo*: *aureas*, inquit Festus, *dicebant frenos, quibus equorum aures religantur*, vt ex alio Festi loco elucescit: *aurea dicebatur frenum, quod ad aures equorum religabatur.* At *origa* ex eodem *iugo* constat et *oria* siue *orea*. *Orea* autem erat apud veteres freni genus, quo, eodem Festo auctore, equorum ora coërcebantur. Cato orig. 3 *equos respondit: oreas mihi inde, tibi cape flagellum.* Coelius pro se apud populum: *equusque mihi sub feminibus occisus erat, oreas detrabo, inspectante Stetinio.* Qui igitur per frenum *auream* equum moderabatur, *aurigam* dicebant; qui per *oream*, *origam*. PONTED. Vide sis quae diximus ad 2, 8, 4.

7, 8 ADMITTVNTVR, NEQVE EQVI) Traiectione leui clarior potest reddi hic locus, si legas *admittuntur equi, neque etc.* Quanquam cum etiam *porcas admitti* videam nostro 2, 4, 7, mutatione plane nulla opus esse puto: facilius equas admitti patior, quam vni equae plures adhiberi equos.

7, 8 SCILLAE MEDIVM CONTERVNT) Et antiqui omnes, et quidam etiam formis excusi, recte *Scillae medium* habent, in aliis improbe illa vox commutata fuit. Quod hic Varro *medium* in scilla vocat, Plutarchus μέσον in lactuca vocavit. Extrema sane pars quarti libri συμποσιακῶν, vetustate aut importunitate quorundam, defecit. De quibus tamen rebus illic disputaretur, ex titulis ante librum ipsum constitutis, intelligitur; postremi autem capitis hic index est, διὰ τί τὸ μέσον τῆς θρίδακος αἱ γυναῖκες οὐ τρώγουσιν. Quintilii, qui et ipsi de rebus rusticis scripserunt, cum de eadem re agerent, quod M. Varro *medium*, Plutarchus vero μέσον, ipsi περικάρδιον vocarunt, id est medullam. quid autem ea voce intelligerent, planius exposuerunt. Nam quod tenerum, ac molle in scilla est se intelligere dixerunt, et quod etiam aliquis non incommode *adipem* appellaret. Verba eorum, quae in XVII γεωπονικῶν leguntur, haec sunt: εἰ δὲ μὴ προσδέχονται τὰς ταύρους αἱ βόες, σκίλλης τὸ περικάρδιον, μετὰ ὕδατος τρῖψον καὶ περίχρισον, τουτέστι τὰ ἁπαλώτατα τῆς σκίλλης. καὶ ὡς ἂν εἴπῃ τις, τὸ ἧπαρ διδόναι μετὰ τὴν κάθαρσιν τοῖς μορίοις τῶν βοῶν. VICTOR.

7, 9 CVM EQVVS MATREM) Factum est id in agro Reatino teste Plinio 8, 42. Similis historia extat apud Aristotelem Hist. Anim. 9, 47 quae in eo differt, quod equus non perorigam interemit, sed semetipsum praecipitauit, quod et l. c. narrat Plinius. De camelo idem narrat Georgius Pisides in opificio mundi, qui ait, eos cum matribus coire nolentes in pudorem coniicere Persas, apud quos talia pudori non sunt. SCHOETTG. v. Rittersh. ad Oppian. p. 27.

7, 10 VIDENDVM NE AVT) In Geop. ita habetur: ὅταν δὲ συλλάβωσι, περισκέπειν, ὅπως μὴ μοχθῶσι πλέον τοῦ δέοντος. Male autem vulgo legitur: μαχθῶσι. VRSIN. Recte emendauit vir doctissimus Geoponicorum locum: sed nondum ratio eius emendationis habita in editione Needhamiana.

7, 10 NEQVE IMPLERE) Videtur legendum *impleri*. VRSINVS.

7, 11 DIV-

esurire oportet. Alternis qui admittunt [i], diuturniores equos, et [k] meliores [l] pullos fieri dicunt, itaque vt restibiles segetes essent exuctiores [m], sic quotannis quae praegnantes [n] fiant. In decem diebus secundum partum cum matribus in pabulum [o] prodigendum. Ne vngulas comburat [p] stercus cauendum [q]. Quinquemestribus pullis factis, cum redacti sunt in stabulum, obiiciendum farinam ordeaceam molitam cum furfuribus, et si quid aliud terra natum libenter edent [r]. Anniculis iam factis 12
dandum ordeum et furfures, vsque quoad erunt lactentes [s]. neque prius biennio confecto a lacte remouendum. eosque cum stent cum matribus, interdum tractandum, ne cum sint diiuncti [t], exterreantur. eademque causa ibi frenos suspendendum, vt equuli [u] consuescant et videre eorum faciem, et e motu audire crepitus. Cum 13
iam ad manus accedere consuerint [x], interdum imponere iis puerum, bis aut ter pronum in [y] ventrem, postea iam sedentem. haec [z] facere cum sit trimus [a]. tum enim maxime crescere, ac lacertosum fieri. Sunt qui dicant post annum et sex menses equulum [b] domari posse, sed melius post trimum, a quo tempore farrago dari solet. haec enim purgatio maxime necessaria equino pecori. quod diebus decem facere

i) *admittant P.* k) *et* abest *P.* l) *molliores Com.* m) *exuctores P.* n) *praegnatis P. praegnans fiat I. I-G.* o) *pabulis I. I-G.* p) *commutat I. B. R.* q) *cauebis I. B. R. tenellas verebat P.* r) *edunt I. B. R.* s) *lactantes a. V.* t) *deiuncti P. disiuncti a. V. H. St-D.* u) *eculi P. oculi I. B. R. oculis I. I-G.* x) *consueuerint I. I-G.* y) *interdum in I. B. R. interdum pronum in P.* z) *hoc I. B. R.* a) *trimus P.* b) *eculum domare P.*

7, 11 DIVTVRNIORES EQVOS) Scribendum *equas*; ideo adiectum est: *Itaque vt restibiles segetes essent exsuctiores, sic quotannis quae praegnantes fiunt.* Columella etiam confirmat hoc monito: *Vulgaris feminae solenne est omnibus annis parere: generosam conuenit alternis continere, quo firmior pullus lacte materno laboribus certaminum praeparetur.* PONTED.

7, 11 ET MELIORES PVLLOS) Nescio vnde in Comelinianam venerint *molliores pulli*, contra fidem librorum omnium, qui scripti vel editi ad nos peruenere. Neque in laude esse puto *mollem pullum*, quamquam *mollem incessum* et *glomerationem mollem* non ignoro. Caeterum pro *equos* mallem *equas*; nisi vt Graeci, τὰς ἵππους.

7, 11 ITAQVE VT RESTIBILES) Ab Aristotele hanc sententiam accepit M. Varro, quam tamen elegantissime conuertit: Ἔνια δὲ ἐνιαυτὸν καὶ κάρπιμον ἀνάγκη διαλείπειν, καὶ ποιεῖν ὥσπερ νεόν. Ager restibilis, quis sit, et vnde vocatus, ostendit ipse in V libro de L. L. VICTOR. Pro *essent* concinnius videtur *sint*. Et potest prior syllaba improuide duplicata esse ex praecedente *segetes*.

7, 11 NE VNGVLAS COMBVRAT STERCVS CAVENDVM) Receptam hanc lectionem non damno: antiquam tamen, quamuis vitiosam inquinatamque notam esse volo: *Ne vngulas commurat stercus tenebat.* In optimo codice mendi nota adposita est. Columella communem bene restitutam confirmat libro VI cap. XXXVII, *Prouidendumque ne stercore vngulas adurat.* VICTOR. Pro *cauendum* vetus codex optimus *tenebat*. Aliquod mendum latet, quod tollere non possumus. SCALIG. Iensoniani libri: *ne vngulas commutet stercus, cauebis.* In optimo Victorii manu scripto: *ne vngulas commurat stercus tenebat.* Quaenam sequemur? Vetustissima profecto *tenebat* in *tenebis* mutato videlicet *probibebis*, vt in illo Virgilii: *Texendae sepes etiam, et pecus omne tenendum.* Vel *defendes*, vt in alio Virgiliano carmine: *Stabat pro templo et capitolia celsa tenebat.* Nam illud *commurat* isto simillimo exemplo de antiquis monumentis eruto possumus confirmare: *Pectus. malum. commurat. suum.* PONTED. Videtur legendum, *Ne vngulas comburat stercus tenellum.* Nam in V. C. pro *cauendum* legitur *tenebat*, quod verbum ex voce *tenellum* videtur factum. Sic enim habetur 1, 41. *Tenellum enim cito facit putare.* Ob id enim pullos e stabulis cum matribus prodigunt, ne ibi stercus vngulas tenellas earum adurat. VRSIN. Potius ex Medicea fide legerim *tenellas*, quidquid sit de reliqua varietate.

7, 13 EOSQVE CVM STENT) Videtur legendum *cum stabulantur*, nisi forte τὸ *stent* idem valet. p. p. delendae voces *e motu.* VRSIN. Forte legendum *cum stent.*

7, 12 VT EQVVLI CONSVESCANT) Antiqua haec et vera lectio: mendum in excusos fluxerat, quod in vetustis *eculi* scriptum imperitos fefellerat. Sed non multo etiam post *eculum posse domari* in iisdem scriptum est. VICTOR.

7, 13 HAEC ENIM PVRGATIO MAXIME) Locus obscurus. Farrago est vernum pabulum, quae cum tenera seges sit, iumentis exhibita, aluum per inferiora subducit. De qua idem

14 facere oportet, nec pati alium vllum cibum gustare. Ab vndecimo die vsque ad quartum decimum dandum ordeum, quotidie adiiciendo [c] minutatim. quod quarto die feceris, in eo decem diebus proximis manendum, ab eo tempore mediocriter
15 exercendum: et cum sudarit [d], perunguendum oleo. Si frigus erit, in equili [e] faciendus ignis. Equi [f] quod alii sunt ad rem militarem idonei, alii ad vecturam, alii ad [g] admissuram, alii ad cursuram [h], non [i] item sunt spectandi atque [k] habendi. Itaque peritus belli alios eligit, atque [l] alit, ac docet: aliter quadrigarius, ac desultor. neque

c) *adicientem P.* d) *sudauerit a. V.* e) *equali Ald. aquali Heruag.* f) *Equis I. B. R.* g) *ad* omitt. *P.* h) *alii ad praedam* add. *a. V.* i) *num I. I - G.* k) *adque P. ad quae I. I - G.* l) *adque P.*

idem Varro 1, 31 *ea* (nempe farragine) *equi et iumenta cetera verno tempore purgantur et saginantur.* Apud Crescentium alio modo locus hic exponitur: *Quae propter purgationem equino pecori maxime necessaria.* PONTED.

7, 14 QVOD QVARTO DIE FECERIS) Videtur deesse vox *decimo*, supra enim dixit: *ab vndecimo die ad quartum decimum dandum ordeum* etc. VRSIN. In Crescent. 9, 4 haec insuper leguntur, quae fortasse in editis Varronianis libris desiderari possunt: *Et decem diebus vltra*; nam Varro 24 diebus esse curandos tradidit, 10 farragine, 14 hordeo quotidie adiiciendo minutatim, vsque ad quartum diem, quantum autem quarto die dederis, tantum decem diebus proximis dandum, *quod quarto die dederis, in eo decem diebus proximis manendum.* Quae porro apud Crescentium extant, sic disposita occurrunt: *Ab vndecimo vero die vsque ad quartum decimum diem et decem diebus vltra dandum hordeum quotidie adiicientem* (pro *adiiciendo*) *minutatim.* Ex Crescentio itaque emendari posset locus, nisi expeditior castigationis ratio ex iis, quae sequuntur, desumeretur, *quod quarto die feceris*, legendo, *quod quarto decimo feceris*; *die* enim in *decimo* reposito omnia plana fiunt. *Ab vndecimo die vsque ad quartum decimum dandum hordeum, quotidie adiiciendo minutatim. Quod quarto decimo feceris, in eo decem diebus proximis manendum.* PONT.

7, 14 MEDIOCRITER EXERCENDVM) In cunctis Mss. vno excepto, *extriendum*; in illo autem, qui e melioribus non est *eximendum.* Nihil variaui. Fortasse etiam nihil melius quaerendum. VICTOR. Ex antiqua scriptura Salmasius ad Solinum c. 2 p. 40 reponit *strigandum*, quod est quiescendum. Nam *strigare* hoc notat in equis. Vid. Interpp. Phaedri 3, 6 et Scalig. ad Catalecta Virgilii p. 240 seq. et ad Propertium p. 281. Sed non opus erat hac emendatione, cum satis bona sit vulgata lectio. SCHOETTG. Veteres lectiones apud Victorium *extriendum*, (quod verbum in Codd. quoque Vatic. reperitur) et *eximendum.* Crescentius vtramque transtulit, sed pro *extriendum* posuit *extergendum*, pro *eximendum extrahendum.* Quod ostendit in Crescentii codice vtramque vocem ea tempestate extitisse. Sed quod ad *extergendum* spectat, id exprimitur, quod Claud. Salmasius ad hunc locum emendandum adduxit, *strigandum*; equum nimirum esse defricandum, quod id pecus exigit maxime, vt ait Colum. 6, 30 *Nec minus quotidie corpora pecudum quam hominum defricanda sunt: ac saepe plus prodest pressa manu subegisse terga, quam si largissime cibos praebeas.* Vegetius item de Art. Vet. 1, 22 ad hunc Varronis locum fortasse respiciens haec posteris reliquit: *Vino quoque et oleo in sole perungendi sunt diligenter et confricandi, vt corpora eorum calefacta aut repellant aut perferant perfricationis* (legendum vt emendauit Clariss. Morgagnus *perfrictionis* hoc est refrigerationis noxiae) *iniuriam.* Cum itaque equi necessario defricandi sint, hoc primo loco commemoratum a Varrone credendum est; deinde alterum *exercendum*, vt in vulgatis legimus, s. vt in vetustis *eximendum*, aut *extrahendum*, vt in Crescentio. id enim item necessarium; de quo Vegetius *Consequenter tepido die ducantur ad mare vel fluuium, diligenterque loti tergantur.* Quin etiam si quidquam coniecturis est indulgendum, asserere non dubitarim posuisse Varronem *exercendum*, quoniam c. 1 huius libri sic locutum invenio: *Fere morborum causae erunt, quod laborant propter aestus, aut propter frigora, nec non etiam, propter nimium laborem, aut contra propter nullam exercitationem, aut si cum exercueris, statim sine internallo cibum aut potionem dederis.* PONTED. Multa super hunc locum scripsimus: nunc tamen optimi et vetustissimi codicis auctoritate magis mouemur, in quo pro *exercendum* et *extriendum* cum *eximendum* extet, id ipsum caeteris anteferimus, et de dando hordeo interpretamur: *Ab vndecimo die*, ait Varro, *vsque ad quartum decimum dandum hordeum quotidie adiiciendo minutatim. Quod quarto decimo die feceris, in eo decem diebus proximis manendum. Ab eo tempore mediocriter* (hordeum) *eximendum.* IDEM. Mihi placet Victorianum illud *exercendum*, tanto magis, cum sudoris statim fiat mentio. Saepe tales curandi rationes apud Vegetium et Hippiatricos.

7, 15 EQVI) In Mss. *equis.* Fortasse *e quis.* nam sic saepe loquitur Varro, quae autem in excusis erant tria verba: *Alii ad praedam*, in nullis a nobis Mss. inuenta sunt. VICTOR.

7, 15 ATQVE ALIT AC DOCET) Forte legendum *Aliter docet.* Paulo post erat in omnibus

neque idem [m], qui vectarios [n] facere vult, ad [o] ephippium, aut [p] ad praedam: quod [q] vt [ad rem militarem, quod] ibi ad castra habere volunt acres [r], sic contra in viis habere malunt placidos. propter quod discrimen maxime institutum, vt castrentur equi. demptis enim testiculis fiunt quietiores, et ideo quod semine carent, ii canterii [s] appellati [t], vt in suibus [u] maiales; gallis [x] gallinaceis, capi. De medicina [y], vel plu- 16
rima sunt in equis et signa morborum, et genera curationum, quae pastorem scripta habere oportet. Itaque ob [z] hoc in Graecia potissimum medici pecorum ἱππιατροὶ [a] appellati.

VIII. CVM haec loqueremur [a], venit a Menate libertus, qui dicat [b] liba absoluta esse, et rem diuinam paratam; si vellent, venirent illuc, et ipsi pro se sacrificarentur [c]. Ego vero, *inquam*, vos ire [d] non patiar ante, quam mihi reddideritis tertium actum, de mulis, de canibus, de pastoribus. Breuis oratio de istis, inquit MVRRIVS. nam muli [e] et hinni bigeneri, atque insiticii, non suopte genere ab radicibus. ex equa enim et asino fit mulus. contra ex equo et asina hinnus [f]. Vterque eorum 2
ad

m) *idem* al. n) *vecterios I. B. R.* o) *neque eodem modo parantur ad ephippium I. I-G.* p) *vt I. I-G.* q) *quam I. B. R.* r) *acies I. B. R.* s) *cantherii P.* t) *appellantur I. B. R.* u) *subus P.* x) *in gal. I. B. R.* y) *medicinis a. V.* z) *ab I. B. R.* a) *κτηνολατροι I. B. R.* *κτηνιατροὶ Ba-G.* *ἱππιατροὶ Iunt.* *ἱππιατροὶ H. St-D.* *κτηνιατροι marg. D.* [C. VIII.] a) *loquerentur I. B. R.* b) *dicit I. B. R.* c) *sacrificarent a. V.* d) *ante ire P.* e) *multi et item bigeneris I. B. R.* f) *hinnulus I. B. R.* *hinnius P.*

bus *neque idem.* Sed respicit Varro ad ea, quae modo praecesserant, *non idem sunt spectandi.*

7, 15 VT AD PRAEDAM) Vox *praedam* videtur mendosa, et fortasse *rhedam* pro ea ponendum. Sequentia autem: *quod ibi ad castra* videntur adiecta; et *castrarentur* legendum. Item placeret ἱππιατροὶ pro κτηνιατροί. VRSIN. *Rhedam* legendum pro *praedam*, nullus dubito, et idem visum animaduerto Iano Vlitio ad Nemesian. Cyneg. 50. De reliquo quod est, potius putabam *ibi ad castra* esse Varronis, *ad rem militarem* esse glossam eius, qui Varronem ex ipso Varrone interpretari volebat. *Ad castra* dixit, vt responderet *viis.* Deinde importunam post *acres* interpunctionem sustuli.

7, 15 MEDICI PECORVM ἹΠΠΙΑΤΡΟΙ APPELLATI) Antea κτηνιατροι, contra sententiam ipsam et fidem vetustorum codicum scriptum erat. Quamuis medici pecorum non equos tantum curent, sed alias etiam veterinas: tamen quia plurima sunt in equis et signa morborum, et genera curationum, a Graecis ἱππιατροι, ab equis imposito nomine, appellantur, inquit Varro. Hoc autem verum esse intelligi potest ex commentario, in quem collati sunt multi Graeci auctores, de re veterinaria. ἱππιατροι enim illic etiam appellantur non κτηνιατροι. Qui Latinis imposuerunt nomina, hoc non spectarunt. nam *Veterinariam*, medicinam illam vocarunt, et *Veterinarios* medicos. Vnde hic nonnulli non animaduertentes Varronis sententiam, κτηνιατρους perperam scripserunt, κτήνη enim Graecis τὰ βοσκήματα. VICTOR. Desunt illa omnia quae ad nonam partem i. e. ad numerum pertinent; inter necessaria enim est scire quot foeminas vnum equum inire oporteat, quot custodes sint assignandi, et alia, quae diligenti admodum cura, vt fuerat pollicitus, in aliis pecorum generibus est persecutus. Neque enim in eam adduci possum sententiam, vt credam, consulto id a Varrone factum, cum proxima haec legantur: *cum haec loqueremur, venit a Menate libertus,* quibus sermo auocatur. Id enim absoluta iam de equo loquendi ratione, fieri potuerat. Praeterea non continuo, qui inuicem loquebantur digressi sunt; retinuit siquidem eos Varro dicens, *Ego vero vos ire non patiar, ante quam mihi reddideritis tertium actum, de mulis, de canibus, de pastoribus.* Cur etiam nonam partem de equis non exigit, si id iam peractum non erat? PONTED.

8, 1 VENIT A MENATE LIBERTVS) redi ad 2, 1, 1.

8, 1 ET IPSI PRO SE SACRIFICARENTVR) Ita emendaui e vetustis libris. Nonius de contrariis generibus verborum ostendit, veteres *sacrificantur,* pro *sacrificant,* dixisse: potissimumque Varronis exemplis hoc confirmat, e variis ipsius libris sumptis, in quibus etiam huius libri locus ille sic legitur: *Ibi enim solent sacrificari lacte pro vino.* Ex huiuscemodi locis cognosci potest integritas codicum M. Varronis, quos habui, et audacia imperitorum, qui quaecunque a communi consuetudine discedunt, in veteribus auctoribus deprauant. VICTOR.

8, 1 TERTIVM ACTVM) Vid. 2, 1, 12.

8, 1 EX EQVA ENIM) Plin. 8, 44 *Equo et asina*

ad vſum vtilis, partu [g] fructus neuter. Pullum aſininum a partu recentem ſubiiciunt equae, cuius lacte ampliores fiunt, quod id lacte [h] quam aſininum, ac [i] alia omnia dicunt eſſe melius. Praeterea educant eum paleis, foeno, ordeo. Matri ſuppoſiticiae quoque inſeruiunt [k], quo equa ad miniſterium lactis cibum pullo praebere poſſit. Hic ita eductus a trimo [l], poteſt admitti. neque enim [m] aſpernatur [n], propter con-
3 ſuetudinem equinam. Hunc minorem ſi admiſeris, et ipſe citius ſeneſcit, et quae ex eo concipiuntur fiunt deteriora. Qui non habent eum aſinum quem ſuppoſuerunt equae, et aſinum [o] admiſſarium habere volunt, de aſinis quem [p] ampliſſimum formoſiſſimumque [q] poſſunt, eligunt. quique ſeminio natus ſit bono, Arcadico, vt antiqui dicebant, vt nos experti ſumus, Reatino: vbi trecenis [r] ac quadrigenis [s] millibus [t] admiſſarii aliquot venierunt. quos emimus item vt equos, ſtipulamurque [u]
4 in emendo, ac facimus in accipiendo idem [x], quod dictum eſt in equis. Hos paſcimus praecipue foeno atque ordeo, et id ante admiſſuram largius [y] facimus, vt cibo [z] ſuffundamus vires ad foeturam [a]. Eodem tempore, quo equos adducentes, iidemque [b] vt ineant equas per origas [c] curamus. Cum peperit [d] equa mulum, aut mu-
lam,

g) *partus fr. venter I. B. R.* vltimum verbum forte ortum ex *neuter Pol. partu, fructu, ventre Ba-G.* h) *lac a. V.* i) *at P.* k) *inſtruunt I. B. R.* l) *a bimo I. B. R. ab initio I. I-G. a primo rel.* m) *enim eum I. I-G.* n) *aſpernatur* omnes praeter *I. B. R.* o) *aſinarium Ienſ.* p) *quemque I. B. R. Ba-G.* q) *et formoſiſſimum quem I. B. R. et form. quem habere poſſunt Ba-G.* r) *tricenis* omnes. s) *quadringentis I. B. R. quadragenis Gymn.* t) *H. S.* inſ. *I. I-G.* u) *ſtipulamur I. I-G.* x) *acc. vt dictum Ba-G.* y) *et larg. P.* z) *cibis I. B. R.* a) *foeturam eo I. B. R.* b) *idemque vt ineat I. B. R.* c) *per perorigas* margo *Durdr. per origas diuiſ. Com. et Po. perorigas* alii. d) *pepererit P.*

aſina genitos mares hinnos antiqui vocabant: contraque mulos, quos aſini et equae generarent. Vide Colum. 6, 37 et Guiſium ad Maſſechet Kilaim p. 146 ſq. SCHOETTG.

8, 2 PARTV FRVCTVS NEVTER) Pro *partu, fructu, ventre*, videtur legendum, *ad fructum neuter.* et p. p. *ac alia omnia* adiectum puto. VRSIN. Quid ſi legas *partus fructu?*

8, 2 PVLLVM ASININVM) Ariſtoteli ἱπποθήλας ὄνος. SCALIG.

8, 2 QVO EQVA AD MINIST.) Videbatur mihi *ad* et *cibum* redundare.

8, 2 HIC ITA EDVCTVS A TRIMO) Totus hic locus ita legendus videtur: *Nam ita eductus, a trimo po. ad. n. e. aſpernatur pr. co. equas. Nam minorem* etc. Colum. 6, 37 *ſed non oportet minorem quam trimum admitti.* VRSIN. Vitioſa vox *a primo*: lego *a trimo*, i. e. a triennio, vt ſupra ab Ioſ. Scalig. illud c. 4 *permanet vt id recte facere poſſit, ad trimum* (nam *primum* mendoſe legitur) reſtitutum accepimus. Ald. *ab initio* edidit, ita qui Aldum ſequuntur; quod longius a veritate recedit: Columella Varronis ſententiam amplexus haec 6, 37 de aſino admiſſario ſcripſit: *Sed non minorem quam trimum admitti.* Id probauit Pallad. 5, 14 *Minor trimo, maior decenni non debet admitti.* Id denique Apſyrtus Geopon. 16, 21 multa ex Varrone in Graecam linguam vertens retinuit: ὄνοι δὲ πρὸς ὀχείαν ἀπὸ τριῶν ἕως ι χρόνων. Sed etiam ex ipſo Varrone id non obſcure ex iis, quae adiecit, apparet: *Hunc minorem ſi admiſeris, et ipſe citius ſeneſcit, et quae ex eo concipiuntur, fiunt deteriora.* PONTED.

8, 2 NEQVE ENIM ASPERNATVR) Vitioſa lectio *aſpernantur*; deterior, *eum aſpernantur*; id enim ad Equas nequaquam refertur ſed ad aſinum, qui propterea Equae nutriendus ſubmittitur. *Nam ſic nutritus*, vt Columellae verbis vtar, *admiſſarius equas diligere condiſcit.* Id traditur in Geop. ab Apſyrto 16, 21 φιλοκαλότεροι δέ τινες ποιοῦντες ταῖς θηλείαις ἵπποις ὑποβάλλουσι τοὺς τῶν ὄνων πώλους. καὶ γὰρ κρείττους τρεφόμενοι γάλακτι, καὶ συντραφέντες φιλοστοργότερον ἕξουσι περὶ τὰς ἵππους ἐκ τῆς ἀνατροφῆς, ὅτε καὶ ἐφορμῶσι προθύμως. Legendum eſt autem *aſpernatur*, vt in Ienſonii editione. PONTED. Tanto facilius obtemperaui Clariſſimo Viro, quod primae editiones conſentiunt, nec diuerſitatem ex Mediceis adnotauit Politianus.

8, 3 DE ASINIS) Videtur legendum, *de aſinis, quam ampliſſimum et formoſiſſimum eligunt* etc. Nam verba, *quem habere poſſunt*, videntur abundare, item τὸ *natis.* legendum autem *trecenis*, vt ſupra diximus. VRSINVS.

8, 3 TRECENIS AC QVADRIGENIS) Ita conſtituendos eſſe numeros, patet conferenti notam Vrſini ad 2, 1, 14. Sed vide etiam ad 3, 2, 7.

8, 3 QVOD DICTVM EST IN EQVIS) Vid. 7, 6.

8, 4 PER ORIGAS CVRAMVS) Mirum genus

lum, nutricantes educamus. Hi, si in palustribus locis, atque vliginosis nati, habent 5
vngulas molles. iidem si exacti sunt aestiuo tempore in montes, quod fit in agro Reatino, durissimis vngulis fiunt. In grege mulorum parando, spectanda aetas, et forma. alterum, vt vecturis sufferre labores [e] possint; alterum vt oculos [f] aspectu delectare queant. hisce enim binis coniunctis omnia vehicula in viis ducuntur. Haec 6
me Reatino auctore probares, mihi [g] *inquit*, nisi tu ipse domi equarum greges haberes, ac mulorum greges vendidisses. Hinnus [h], qui appellatur, est [i] ex equo et asina, minor [k] quam mulus corpore, plerumque rubicundior, auribus vt equinis [l], iubam et caudam similem asini. Item in ventre est (vt equus) menses duodecim. Hosce item vt equulos [m] et educant [n], et alunt, et aetatem eorum ex dentibus cognoscunt.

IX. RELINQVITVR, inquit ATTICVS, de quadrupedibus, quod ad canes

e) *laborem possit I. B. R.* f) *oculis aspectum del. queat. His I. B. R.* g) *mi Attice, nisi I. I-G.* h) *Hinulus I. B. R.* i) *est* omitt. *a. V.* k) *est* inter. *I. I-G.* l) *aequis I. I. A. Gr. G. aequus Bas. equis Hernag.* m) *eculos P.* n) *educunt I. B. R.*

nus loquendi: *Hoc curamus, vt perorigae dent operam asinos ad equas admittendi.* Hellenismus est: *σπουδάζομεν τὰς ἱππαγωγὰς ὥς τι ἔχειν τὰς ἵππους τοὺς ὄνους.* Non esset durum genus loquendi, si verbum transitiuum esset, vt loquuntur grammatici. Tunc enim referretur ad perorigam, vt si dixisset, *Iidemque vt admittant asinos ad equas perorigas curamus.* qui modus loquendi Plauto familiaris est. SCALIGER. Non temere damnanda est lectio Commelini et Popmae, quam retinuimus. *Origa* s. *Auriga* is esse videtur, quem *perorigam* dici volunt viri docti ad 2, 7, 8; *prurigam* alii vel *prorigam* malunt. Certe Tertullianus *aurigam* ita dixit de monogamia pr. quem locum recte interpretatur Heraldus ad Arnob. p. 225. Sed non opportune, vt videtur, emendat, cum *aurigas* mutari vult in *praurigas* s. *prorigas.* Quin etiam pronum est, superiorem Varronis locum ita emendare, *mane et vespere origam vel per origam. Is ita apellatur.* Si cui tamen magis placet *peroriga*, ille putabit forte *per* semel excidisse; quod iam annotauit aliquis in margine Durdr. Scaligeranam quidem rationem non satis mihi facere fateor.

8, 5 SI EXACTI SVNT IN MONTES) Itaque miratur Gratius Cyneget. 509 *Parthis equis inter sua mollia rura manere honorem*, quem locum tuetur, nostro aduocato, Nic. Heinsius ad Graeuium epist. Syll. Burm. To. 4. p. 282.

8, 6 HAEC ME REATINO AVCTORE PROBARES MIHI? INQVIT) Sic in omnibus antiquis scriptum inueni: antea, *Mi Attice*, in excusis legebatur. Consensum igitur multorum ac bonorum librorum secuti sumus. Nobilitatem mulorum Reatinorum Strabo quoque multam esse tradit libro V, *καὶ δὴ καὶ τῶν ἡμιόνων γένος τῶν Ῥεατινῶν διωνόμασται θαυμαστῶς.* VICTOR. Distinguenda sunt hoc modo: *Haec me Reatino auctore probares, mihi, inquit, nisi tu.* nimirum: haec mea auctoritate quod sum Reatinus, vbi maximi et pulcherrimi gignuntur muli, adductus tu probares, nisi domi esses instructus, quoniam equarum greges habes, et mulorum iuga vendidisti. PONTED. Antea incisum erat post *mihi.* Sed hoc vult Varro: *Haec me* Murrio, hic enim loquitur, *Reatino* (supra 2, 6, 1) *auctore probares,* h. e. crederes, *mihi* Varroni (is enim historici hic personam gerit) *inquit* Murrius. Verbum *inquam* vel *inquit* continuandae etiam orationi eiusdem personae inseruire obseruauimus 1, 9, 1. Adde 3, 2, 3. Et quoties ita φησι et ἔφη apud Xenophontem?

8, 6 IVBAM ET CAVDAM SIMILEM ASINI) Nisi deest aliquid, legendum videtur *similis.* Sed solet in descriptionibus variari casus membrorum.

8, 6 ET EDVCANT ET ALVNT) in his vetusta magis probamus: *et educunt et alunt.* Nam *educo, is* id significat, quod natos alendos statuere: ideo primum educimus, deinde alimus. Eodem modo accipienda sunt, quae supra leguntur: *Hic ita eductus a trimo potest admitti.* Id etiam *tollere* dicitur, sed de homine, vt Terentianum illud: *Quidquid peperisset, decreuerunt tollere.* Quod recentes nati homines pedibus non vtuntur, ideo tollimus, vt nos vernacula consuetudine vsurpamus *alleuare.* At in brutis animantibus *educere* potius, quia non tolluntur, sed educuntur in locum, vbi ali et nutriri solent. Hinc et in homine, qui pedibus vti poterat, Terentius vsurpat: *Ego hunc maiorem adoptaui mihi, Eduxi a paruulo*, hoc est eduxi a patre ad me paruulum, cum mihi alendum decreuissem.

9 Totum de canibus argumentum persequi nostrum non est. Adeat, qui voluerit, Cynegeticos scriptores, quos diligenter inter se comparauit ad Gratium et Nemesianum Ian. Vlitius.

9, 1 Am

nes attinet, maxime ad nos, qui pecus pascimus lanare. Canis [a] enim ita custos pecoris [b], vt [c] eius, quod [d] eo [e] comite indiget ad se defendendum. in quo genere sunt maxime oues, deinde caprae. has enim lupus captare solet, cui opponimus canes defensores. In suillo pecore tamen sunt, quae se [f] vindicent [g], sues, verres, maiales, scrofae. prope enim haec apris, qui in siluis saepe dentibus canes occiderunt.
2 Quid dicam de pecore maiore? cum sciam mulorum gregem cum pasceretur, eoque [h] venisset lupus, vltro mulos circumfluxisse, et vngulis caedendo eum occidisse? et tauros solere diuersos assistere clunibus continuatos, et cornibus facile propulsare lupos? Quare de canibus, quoniam genera duo, vnum venaticum, et pertinet ad feras bestias [i], ac siluestres: alterum, quod custodiae causa paratur, et pertinet ad
3 pastorem: dicam de eo ad formam artis expositam [k] in nouem partes. Primum aetate idonea parandi, quod catuli et vetuli neque sibi, neque ouibus sunt praesidio, et feris bestiis nonnunquam praedae. Facie debent esse formosi, magnitudine ampla, oculis nigrantibus aut rauis [l], naribus [m] congruentibus, labris subnigris aut rubicundis, neque resimis superioribus, nec pendulis subtus, mento suppresso, et ex eo enatis duobus dentibus dextra et sinistra, paulo eminulis [n], superioribus directis potius,

[C. IX.] a) *Canes P.* b) *est pecoris I. B. R. Ba-G.* c) *et P. Ouis, quod eo comitetur I. B. R.* d) *qui P. Iunt.* e) *eo* deest *P.* f) *se* abest *B. R.* g) *vendicent I. B. R.* h) *eo P.* i) *bestias* abest *I. B. R. bestibus assiluestribus assiluestris ac siluestres P.* k) *dispositam I. B. R.* l) *rabis P.* m) *et nar. I. B. R.* n) *eminus I. B. R.*

9, 1 AD CANES) Videtur legendum *ad omnes*; vel si longius discedere liceat, potest ita legi: *Relinquitur*, inquit, *Atticus de canibus, quod attinet maxime ad nos* etc. VRSIN.

9, 1 VT EIVS QVOD) Leg. *vt enim quod.* Sic supra annotauimus, *Quod enim durities.* ὅτε δὲ τῆς σκληρότητος. Eleganter ergo, *Canis enim ita custos pecoris, vt enim, quod eo comite indiget*, ὅτε δὲ δέον αὐτῷ τῆς αὐτοῦ βοηθείας. SCAL.

9, 1 SVES, VERRES MAIALES, SCROFAE) Videtur *sues* insititium: non enim sues omnes nempe, qui minores natu sunt, se defendunt, sed maiores, vt verres, maiales, scrofae; quippe, si cunctos intelligeret Varro, exceptionem non faceret: *In suillo pecore tamen sunt quae se vindicent.* PONTED.

9, 2 CORNIBVS FACILE PROPVLSARE LVPOS) Quin vidi ego Driesdorfii in Praetorio Serenissimorum Brandenburgi Marggrauiorum, qui Onoldi habitant, bouem vnum, eumque castratum, nisi fallit memoria, obiectu cornuum, cum in angulo consisteret, defendere leonis, acerrimae bestiae, et boum caedibus assuetae, impetus: eamque rem noui saepe fuisse spectaculo.

9, 2 VNVM VENATICVM ET PERTINET) Deprauatus cum esset locus, in antiquis exemplaribus ita efformarunt. Vetus scriptura omnium vitiosissima: *vnum venaticum et pertinet ad feras bestibus assiluestribus assiluestres.* Ex quibus si quid conglutinem, insanire videbor. Tamen quid prohibet experiri et speciem ac formam aliquam de illis reliquiis adumbrare? Fortasse meo exemplo alii diligentius in hoc incumbent. Ita agam, nihil nisi meras nugas proferens: *et pertinet ad feras vestibulas silueis tericula et lustreis.* Vt enim canis domesticus pertinet ad domus vestibulum; opinor enim scriptum *vestibulas* sequioris generis, ideo quod a communi consuetudine abhorreret, repudiatum a librariis et corruptum locum. Reliqua etiam hoc modo: *silueis tributas et lustreis.* PONTED.

9, 2 PERTINET AD FERAS BESTIAS AC SILVESTRES) In maiore ac meliore librorum parte hic locus turpiter inquinatus est. *Ad feras bestibus assiluestribus assiluestres.* Nec tamen maculae ipsius librarium accuratissimum fefellerunt: ad eum enim mendi notam adposuit. In vno tantum manu scripto receptam lectionem inueni. VICTOR.

9, 2 ARTIS EXPOSITAM) Videtur legendum, *a te dispositam*, nam Atticus adhuc loquitur. VRSIN. *Exposita* est haec artis forma 2, 1, 12. Caeterum quae sequuntur §. 3—6, ea pleraque habet Crescentius 9, 78.

9, 3 FACIE DEBENT) Eadem habet Fronto Geop. 16, 2. SCHOETTG.

9, 3 OCVLIS NIGRANTIBVS) In Geop. est μελανοφθάλμους μυκτῆρα ὁμόχροον ἔχοντας. et p. p. legendum: *et sinistra paullo eminulis, directis* etc. VRSIN.

9, 3 NARIBVS CONGRVENTIBVS) Colori sc. oculorum. Fronto: μυκτῆρα ὁμόχροον ἔχοντας. SCHOETTG.

9, 3 EMINVLIS, SVPERIOR.) Ita incidi, ne *eminuli superiores* dicantur, qui sunt in mento.

Erat

tius, quam brocchis: acutos [o], quos habeant, labro tectos: capitibus, et auriculis magnis, ac flaccis: crassis ceruicibus, ac collo: internodiis articulorum longis: cruribus [p] rectis, et potius varis [q], quam vatiis: pedibus magnis, et [r] altis, qui ingredienti ei displodantur [s]: digitis discretis: vnguibus duris, ac curuis: solo [t] nec vt corneo, nec [u] nimium duro, sed vt fermentato, ac molli: ac [x] feminibus summis corpore suppresso: spina neque eminula, neque curua: cauda crassa: latratu [y] graui: hiatu magno: 4

o) *et acutis, quos habens I. I-G.* p) *ac collo internodis* inser. *P.* q) *variis, quam vaciis a. V.* r) *et* abest *I. B. R.* s) *displordantur P.* t) *talo a. V. selone vt P.* u) *ne P.* x) *a foem. a. V.* y) *latrato P.*

Erat nimirum antea, *paulo eminulis superioribus, directis etc.*

9, 3 BROCCHIS) Vide ad 2, 7, 3. Crescentius interpretatur, *id est, tortis*, quemadmodum ad *flaccis* p. p. adiicit, *id est, plicatis.*

9, 4 ET POTIVS VARIS, QVAM VATIIS) Prisca haec scriptura, quae recta est. antea *Vaciis*, corrupte. Sic etiam in Pandectis Florentinis, hoc nomen scriptum est, in libro XXI de Aedilitio edicto I. Idem Ofilius. *Quaesitum est an, valbus, et blesus, et atypus, isque qui tardius loquitur, et varus et vatius sanus sit. et opinor eos sanos esse.* Huius capitis fere omnes sententias ad verbum a Frontone expressas in XIX libro γεωπονικῶν legimus. Verum cum haec pars in excusis nuper manca sit, non male facturos nos arbitror, si e vetusto codice illam restituerimus, qui est in Medicea bibliotheca: σκέλη ὀρθὰ, εἰ δὲ μὴ, σκαμβότερα μᾶλλον, ἢ βλαισὰ πόδας etc. VICT. *Vatia* est βλαισός. vt etiam testatur Fronto, qui vertit βλαισοῖς; hoc est extrorsum flexis. Aristoteles enim ait curuaturam brachii humani εἰς πλάγιον ἐβλαισῶσθαι. Brachia autem cancrorum βλαισά. SCAL. Festus: *Valgos Aurelius intelligi voluit, qui diuersas suras habent: sicut e contrario vari dicuntur, incurua crura habentes.* In Geop. est: πόδας μεγάλους, ἐν δὲ τῷ ἐπιβαίνειν πλατυνομένους. VRSIN. Euolue Salmasium ad Solin. c. 46 p. 662 sq. qui copiosus est hac de re. SCHOETTG. Addatur Harduinus ad Plinium 11, 43 f. 105 vbi *vari* et *vaciae*, item *vatinii* vel *vacini*, quod malim, coniunguntur.

9, 4 SOLO NEC VT CORNEO, NEC etc.) Antea, *Talo nec vt corneo etc.* Quae lectio facile damnari potuit; est enim multis modis falsa. quis enim talum vnquam inuenit, qui non magis quam corneus esset? nedum mollis inueniri possit: est enim osseus. Proprio certe nomine talum in cane vocare non potuit Varro, si Aristotelem audire volumus, qui in II. de natura animantium inquit, πολυσχιδὲς δὲ οὐδὲν ἄπλουν ἔχει ἀστράγαλον, ὥσπερ οὐδ' ἄνθρωπος. *Solo* legi debere arbitratus sum, quod hoc aut illo modo factum magnas vtilitatas praebere potest, aut impedimenta cani ad currendum et ingrediendum. *Solum* autem infimam partem pedis pellemque illam appellari manifestum est, vel testimonio Ciceronis, qui ita conuertit ex epistola Anacharsidis. ὑπόδημα, δέρμα ποδῶν, *Calceamentum, solorum callum.* Cum enim accurate singulas partes pedis exponeret M. Varro, non debuit hanc tacere. nam quod nec corneum, nec nimium durum, sed fermentatum ac molle esse vult, has omnes naturas solum habet: et quae probat Varro, valde his canibus accommodata sunt. nam corneum, alienum, et quod nimis durum etiam esset: neque enim firmiter terrae haeret aut in cursu explicatur, contra fermentatum ac molle, egregias commoditates habet. Sed haec facile ab his, qui naturam canum cognitam habent, aut venationi aliquando operam dederunt, intelligentur. Veterem scripturam, ex qua ita legendum esse suspicatus sum, nunc proponam; nam illa aliquid mendi omnino habet, et maculosa a librario etiam existimata est, qui notam quam consueuit adposuit, *Selone vt corneo, ne nimium duro.* Vnius igitur literae commutatione ex *Selo*, *solo* feci. nam extrema syllaba *Ne*, ab solo seiungi debet: importune enim illi haeserat. Nec tam illa quoque vitio vacabat. *nec* enim esse debuit, vt paulo post iterum, *Ne nimium:* pro nec nimium. Animaduerti in vetustissimo exemplari eodem pacto aliis etiam locis *Ne*, pro *Nec*, scriptum: vt de equis, *Genibus rutundis, ne magnis.* In XIX libro γεωπονικῶν multa de canibus, Frontonis nomine leguntur, quae, nisi fallor, Fronto ipse e Varrone expressit. nam eundem ordinem in singularum partium natura exponenda tenet: et quae aut probauit aut reprehendit in canibus Varro, eadem ille aut laudat, aut damnat. nam quod ad hunc locum attinet, inquit, πόδας μεγάλους ἐν τῷ ἐπιβαίνειν πλατυνομένους, δακτύλους διηρθρωμένους, ὄνυχας κεκυρτωμένους, statimque ad spinam transit. Quare cum nihil de solo dixerit, sed omnem hanc partem, quae in cunctis exemplaribus mendosa est, reliquerit, quandoque coniecimus, inde id factum esse potuisse, quod multis antea saeculis haec macula hunc locum foedasset. De hoc tamen vnusquisque vt volet existimabit. Hanc animaduersionem vt magis amem facit Borghinus meus, iuuenis acutissimi ingenii, et cunctis bonis artibus eruditus, qui ea magnopere delectatur, ad eamque me primo excitauit, et non parum adminiculatus est, cum in sermone de hoc deprauato loco cum eo disputarem. VICTOR. Sed quid? si id ipsum *talum* dixit Varro, quod *so-*

lum

5 magno: colore potissimum albo, quod in tenebris specie leonina. Praeterea foeminas volunt esse mammosas aequalibus papillis. Item videndum, vt boni seminii [z] sint. Itaque a [a] regionibus appellantur Lacones, Epirotici, Sallentini [b]. Videndum ne a venatoribus, aut laniis canes emas. alteri, quod ad pecus sequendum inertes. alteri, si viderint leporem, aut ceruum, quod [c] eum potius, quam oues sequentur. Quare aut a pastoribus emta melior, quae oues sequi consueuit: aut sine vlla consuetudine quae fuerit. canis enim facilius quid assuescit, eaque consuetudo firmior, quae sit ad
6 pastores, quam quae ad pecudes. P. Aufidius Pontianus Amiterninus, cum greges ouium emisset in Vmbria vltima, quibus gregibus sine pastoribus canes accessissent; pastores

z) *seminiis P. seminis I. B. R.* a) *et a P.* b) *salamantini I. B. R. Sallentini I. I. G.* c) *quod* abest *I. B. R.*

lum appellatur alias. Certe Hard. ad Plin. 11, 46 s. 106. „Aristoteli Plinioque talus s. *ἀστράγαλος* „non is est, quem in imo pede vel vsus vulgi, „vel aliorum auctoritas, vt agnosceremus, ex„torsit non in homine solum, sed et in aliis quo„que, et calcem s. calcaneum plerumque appel„lamus, quam Graeci *πτέρναν* dixerunt. Itaque aut *talum* etiam a Varrone dictum putauerim, aut certe substitutum ab iis, quibus haec ratio familiaris esset. Quod autem de Frontone obseruavit Victorius, illud de Crescentio verissimum est. Ille enim a *solo* ad *summis* omisit omnia. Illud *fermentatum* interpretatur Turn. 10, 3 extr. ex Plin. 17, 2 *tellus niue fermentescit*, et Colum. 2, 2, 4. Plura dabit noster Index. Galenum et Theophrastum eodem modo locutos, ab eodem Turnebo obseruatum.

9, 4 QVOD IN TENEBRIS) Videtur legendum, *Quo in t. sp. leonina perterreat. foeminas etc.* At in Geop. illud *praeterea* habetur: *προσέτι δὲ μεγαλομμάτους, τὰς τ' ἀπ' αὐτῶν ὄψεις λεοντώδεις ἔχοντας.* Sed totus hic locus ita fortasse legendus: *Quo in tenebris eos a lupis pastor discernat, radiantibus oculis etiam in tenebris specie leonina.* Col. 7, 12. *Pastor album probat etc. ne si non sit albo colore conspicuus, pro lupo canem feriat etc.* Non enim, quod color sit albus, species in tenebris leonina apparet, sed propterea color albus probatur vt in tenebris a lupo discerni queat. VRSIN. add. Morg. I, 100.

9, 5 LACONES) Canes Laconicos in venatione fuisse optimos testantur praeter eos, quos ad Themist. epist. 9 citauimus, Aristot. hist. anim. 6, 20; Eustathius de Ismeniae et Ismenes amoribus lib. 9 p. 334; Barthius et Vlitius ad Gratium v. 212; Burmannus ad Petron. c. 40. SCHOETTG.

9, 5 SALLENTINI) Italiae populus in Calabria habitans. Plin. 4, 11. Alii Sallentini etiam in Vmbria, vt idem testatur 4, 14. Horum canes erant celebrati Vmbrorum nomine, rarius Sallentinorum. Gratius Cyneget. v. 171. *At fugit adversos idem quos repperit hostes Vmber, quanta fides vtinam, et solertia naris, Tanta foret virtus, et tantum velles in armis.* Silius Italicus 3, 294. *Ceu pernix, cum densa vagis latratibus implet Venator dumeta Lacon, aut exigit Vmber Nare sagax e calle feras.* SCHOETTG.

9, 5 AVT CERVVM, QVOD EVM) Traiectionis eiusmodi exempla apud Varronem plura. Vid. ad 2, 8, 14.

9, 5 CANIS ENIM) Videtur legendum *cani* (forte *cane*) vel *canibus*, apposita interrogationis nota post verbum *assuescit*. VRSIN.

9, 6 AVFIDIVS PONTIANVS) Haec interpretum industria conta et ficta existimo, atque a Varronis mente aliena. Haec enim videtur esse auctoris sententia: P. Aufidius Pontianus cum ouium greges in Vmbria vltima emeret, stipulatus est, vt gregibus sine pastoribus accederent canes: praeterea vt pastores ad Metapontinos saltus greges deducerent, et clam se subducerent, ne canes pastoribus addicti eos sequerentur. Quo facto et domum pastoribus reuersis, paucis post diebus canes sua sponte in Vmbriam ad pastores rediuerunt. Quare illud *Heracleae emporium* ex ingenio desluxit, quod aliud est pecus in saltus ad pascendum deducere, aliud ad mercatum vt veneat. Nunc ex vetustis exemplaribus, in quibus scriptum est: *Pastores vt dedurent in Metapontinos saltus et tracle pere*, aut vera, aut quae ad verum propius accedant, eruere, conabimur: *Quibus gregibus sine pastoribus canes accessissent, pastores vt dedurent in metapontinos saltus, et clam cleperent.* siue melius id ipsum: *et tracleperent*; *clepere* enim non solum clam rapere, sed etiam furtim se subducere indicat, vt Varro de L. L. ex Lucilio: *ibi ab rebus clepsere foro:* id apud Graecos *κλέπτω*, vnde in Latium *clepso* emanauit, vt Synes. Epist. *κλέψας ἑαυτὸν ἀπὸ τῶν ὁμιλιῶν.* Quare *tracleperent* a *traclepo*, vt *trado*, *traduco*, *traluceo* pro *transclepo*, *transdo*, *transduco*, *transluceo*, nimirum: *illinc clam aufugerent.* Verbum quoque *dedurent*, vt in vetustis existit, retinui, nam plurimum elegantiae ostendit, quod *durare perseuerare*, *permanere* significat, vt Terentius: *Non hic durare quisquam potest.* Et alibi: *Sancte adiurat Non posse apud vos, Pamphilo se absente, perdurare.* Ideoque cautum in emtione fuit, vt pastores dedurent in Metapontinos saltus, videlicet: vt esse perseuerent

paſtores vt deducerent [d] in Metapontinos ſaltus, et Heracleae [e] emporium: inde cum domum rediſſent, qui ad locum deduxerant, e deſiderio hominum diebus paucis poſtea canes ſua ſponte, cum dierum multorum via intereſſet, ſibi ex agris cibaria praebuerunt [f], atque in Vmbriam ad paſtores redierunt. neque eorum quiſquam fecerat

d) *deduxerunt a. V. dedurent in metam pinos P.* e) *troicle pore Pol.* f) *quaeſiuerunt I. I. G.*

rent cum grege vſque in Metapontinos ſaltus. PONTED.

9,6 PASTORES VT DEDVCERENT IN METAPONTINOS SALTVS, ET HERACLEAE EMPORIVM) Hunc locum in cunctis manu ſcriptis mancum decurtatumque inueni, nec tamen communem lectionem variaui. Vetuſtam hic proponam, ſi forte aliquis maiore ingenio praeditus illius auxilio locum reſtituere poſſit: *Paſtores vt dedurent in metampinos ſaltus, et traclepore, inde cum* etc. In optimo codice mendi nota adpoſita eſt. *Metapontum* et *Heracleam* oppida fuiſſe in ea parte Italiae, quae olim magna Graecia vocata eſt, omnibus notum. *Metapinum* oſtium Rhodani fuiſſe, vnde *Metapini ſaltus* appellari potuerunt (ſi forte ita legendum eſt) Plinius libro III capite IV oſtendit, non longeque ab eo oppido *Heracleam* vocatum, aliquos tradere auctores, idem affirmat. Sed omnia in tam corruptis veſtigiis incerta et tenebrarum plena ſunt. VICTOR. Inquinatiſſimus locus ſi quis alius, cuius labe inſignis ſpecies obliterata eſt. Sed ſicubi in emendatione horum librorum egregiam operam nauauimus, ſane quod de hoc loco aſſerere poſſumus eum deprauatiſſimum eſſe, ita integritati ſuae reſtitutum certo praeſtamus. Apponam primum veterem lectionem, vt ex ea quam minimo labore haec tam inſignia menda tollantur, *Paſtores vt dedurent. in metampinos ſaltus et traclepore. inde* etc. ſcribo *Paſtores vt deduxent, in metampinos ſaltus ſe traclepere,* Quia ſine paſtoribus gregi canes acceſſiſſent, noluiſſent illi ſequi gregem ad nouum dominum ſine paſtoribus notis. Ergo hoc cauit emtor, vt ad fines ſuos vſque canes deducerent paſtores ipſi. Quos vt deduxiſſent, poſtea celeriter in ſaltus Metampinos ſe ſubduxiſſent: ne forte canes odorati paſtorum veſtigia iterum ad eos reuerterentur, ſi ipſos animaduerterent. *Metampini* ſaltus qui ſunt, tam otioſum puto quaerere, quam ſupra qui ſunt *Gurgures* montes. *Traclepere* pro transclepſere, praeteritum a praeſenti, vt ſaepe ſolet. vt apud Ciceronem de Legibus veteres libri habent, *Sacrum ſacroue commendatum qui cleperit, rapſitue.* Sic Lucillius a ſcabeo, ſcaberat, *Scaberat vt porcus contritis arbore coſtis.* et ſimilia, quae ſuperius notauimus. *Deduxent*, deduxiſſent Horatio, Plauto, aliis veteribus. A paſtoribus ipſis, vt iam admonuimus, deductos eſſe canes apparet: deinde paſtores ſe clepſiſſe, et fugiſſe in Metampinos ſaltus, ne illos ſequerentur canes, quae gregi vendito acceſſerant. SCALIG. Videtur legendum vt *deducerent*, i. e. in ſaltus tantum vt greges perducerent, non vt perpetuo manerent. VRSIN. Locus corruptus in omnibus libris antiquis et vulgatis. *Vt deduxent* pro vbi deduxiſſent, vt alibi, *deduxe*, *Induxe*, et ſimilia. Heraclea et Metapontum oppida vicina, in fine tertiae regionis Italiae; at Vmbria in ſexta regione. ex quo apparet multorum dierum viam interfuiſſe. Vetus codex Victorii, *Paſtores vt deduxent, in Metampinos ſaltus ſe traclepore:* vnde Scaliger feliciter reſtituit, *Paſtores vt deduxent, in Metampinos ſaltus ſe traclepere.* idem mox vbi vulgo eſt, *inde cum domum rediiſſent qui ad domum deduxerant*, haec poſtrema verba, vt gloſſema expunxit: cui lubenter adſentior. POPMA.

9,6 INDE CVM DOMVM REDIISSENT, QVI AD LOCVM DEDVXERANT) Illa verba, *Qui ad locum deduxerant*, ſunt gloſſema. Itaque illa tollere nulla religio eſt: imo cauendum, ne illorum contagio verba Varroniana aliquam labem et vitium contrahant. Quod aſſequemur, ſi ita legamus, *paſtores vt deduxent in Metampinos ſaltus ſe traclepere. Inde cum domum rediſſent, e deſiderio hominum diebus paucis poſtea canes ſua ſponte* etc. Tacere non poſſum egregiam huius loci reſtitutionem: non vt induſtriam noſtram commendemus, ſed vt ingenioſorum hominum ſtudia ad ſimiles exercitationes diligentia noſtra prouocemus. SCALIG.

9,6 AD PASTORES REDIERVNT) Acutam vocem Diogenis, qua Platonem acerbe momordit, ab illo laceſſitus, commemorare libet: vt animum ex his minutis moleſtiisque animaduerſionibus paulum reficiamus: eſt autem valde ad hunc locum accommodata. Differebat de grauioribus aliquibus rebus Plato, praeſente Diogene, parum tamen attendente. Moleſte id tulit Ariſtonis filius, aitque, Audi verba mea canis. Minime perturbatus Diogenes, reſpondit, Atqui ego in illa loca non redii, in quibus venditus ſum, quod canes facere conſueuerunt. Obſcure tangens ipſius in Siciliam reditum. Aelianus hoc refert in libro περὶ ποικίλης ἱστορίας. Molonis etiam magni illius rhetoris vox circumfertur, qui hoſtili animo praeditus aduerſus Platonem, dicere ſolitus erat. Nemini mirum videri debere, ſi Dionyſius Corinthi, ſed potius, ſi Plato Syracuſis. Erat autem prouerbium, nunc etiam ſatis peruulgatum, Διονύσιος ἐν Κορίνθῳ. A multis denique profectio illa Platonis in Siciliam damnabatur. quare verius potuit eum Diogenes inſimulare. quod cum prauum inſidumque animum

 regis

fecerat quod in agricultura Saserna praecepit, Qui vellet se a cane sectari, vti ranam obiiciat coctam. Magni interest ex semine esse canes eodem, quod cognati maxime
7 inter se sunt praesidio. Sequitur [g] quartum de emtione: fit [h] alterius, cum a priore domino secundo traditum est. De sanitate et noxa stipulationes fiunt eaedem, quae in pecore [i], nisi quod hic [k] vtiliter exceptum est. Alii pretium faciunt in singula capita canum. alii vt catuli sequantur matrem. alii vt bini catuli vnius canis numerum obtineant, vt solent bini agni ouis [l]. plerique vt accedant canes, qui consue-
8 runt [m] esse vna. Cibatus canis propior hominis, quam ouis. pascitur enim e culina [n] et ossibus, non herbis aut frondibus [o]. Diligenter vt habeant [p] cibaria prouidendum.

g) *Sed quod quarum I. B. R. sed quod, quarum Po.* h) *id fit I. I-G.* i) *pecore P.* k) *hoc I. B. R.* l) *oues P.* m) *consueuerunt a. V.* n) *curia P. 1. enim carne P. 2.* o) *fronde I. B. R.* p) *habeat I. B. R.*

regis expertus esset, potestati eius se iterum commisisset. Hoc autem Diogenis *ἀπόφθεγμα* alter quoque Diogenes, in vita ipsius quam diligenter scripsit, retulit: concisius tamen id, et in aliqua etiam re ab eo, quod supra posuimus, diuersum. VICTOR.

9,6 QVI VELLET SE A CANE SECTARI) *Sectari διώκεσθαι, ἀκολουθεῖσθαι*, quomodo veteres saepe locuti sunt, quod Priscianus testimoniis antiquorum scriptorum citatis ostendit. VICTOR.

9,7 SEQVITVR QVARTVM DE EMTIONE) Antiqui codices maculosi. nihil variaui. veterem tamen hic scripturam adponam. *Sed quod quarum, de emtione fit alterius, cum a priore* etc. VICTOR. Plures sunt in veterum scriptis loci, de quorum vitio suspicari ne in mentem quidem venisset, nisi veterum codicum iudicio de ea re commoneremur. Eiusmodi est locus iste, quem in manibus habemus. Nam prae se quidem ita vti vulgo editus est, nullum vitium praefert: veteris tamen scripturae ope vitiosum esse deprehendimus. Ex cuius auctoritate ita eum emendamus, *Magni interest ex semine esse canes eodem: quod cognati maxime inter se sunt praesidio: sed quod, quarum* etc. Sed, inquit, interest, quod semen sit, et quarum canum. Elegantissime, meo iudicio, haec lectio habet, et a nobis, vt legitima, in veteres sedes asserenda. Sequitur *de emtione: fit alterius.* Ita enim distinguendum. SCALIG. Vulgati libri: *Sequitur quartum de emtione.* Fortasse legendum: *et id quod quarum.* Concisa locutio: Magni interest, inquit, quod sit id semen, et quarum canum. POPMA. Ex antiqua scriptura erit: *Sed (quod quartum de emtione) fit alterius.* PONTED.

9,7 VTILITER EXCEPTVM EST) Id est, vtilitatis caussa, deficiente formula stipulationis, vt lib. 1. *Vtiliter ad sex libros redegit.* Modestinus lib. X Pandectarum: *Si rem quam tibi pignoraui, subripuero, eamque distraxero, de vsucapione dubitatum est, et verius est vtiliter cedere tempora vsucapionis.* Sic *vtilis actio* a Iuris consultis appellatur, quae deficientibus legum et edictorum verbis ex sententia legis ad speciem propositam accommodata, propter vtilitatem recipitur. POPMA. De *excipiendi* notione dictum ad 2, 2, 5. Videtur legendum *aliter*, vel *vti.* VRS.

9,8 PASCITVR ENIM E CVLINA ET OSSIBVS) In veteribus hic etiam locus inquinatus, *e curia* enim, non *e culina* habent. quid dicam, nescio. Communis lectio non omnino mihi firma videtur: e vetere autem nihil boni educere adhuc queo. *Culina rustica* in his et in aliis etiam libris a M. Varrone appellata est. VICTOR. Male, vt iudico, habet vetus scriptura, *Pascitur e curia.* Nam *e culina* recta est lectio. Sic loquitur Aristoteles: vt cum de vespa scribit, *Λύχνον δὲ ἔν, καὶ πρὸς τὰ μαγειρεῖα καὶ τοὺς ἰχθύας, καὶ τῶν τοιούτων ἀπόλαυσιν, κατωμένας προσπέτεσθαι.* Pascitur igitur, inquit, e culina, et ossibus, os enim cibus caninus. vnde elegantissime Plato in epigrammate, *Θυμέ, τί μαινόεις κυνὸς ὀστέον;* At Terentius *parasiti cibum ossum* dixit eodem modo: quia parasiti, vt canes, asseclae sunt mensarum. Nam ignauum genus canum, quod non venationi, sed domesticae custodiae institutum est, vocantur *τραπεζῆες* Homero, vt ipsi quoque parasiti sunt *τραπεζῆες* Martialis, *Et magis rapuit canem culina.* Ergo dixit elegantissime Terentius de parasito, *Viden, ossum et cibus quid faciat alienus.* Quod explicatur illo Martialis poetae, *Antiquae venies ad ossa coenae.* SCAL. Vid. leg. *pascitur enim iure et ossibus, non herba et frondibus. iure* est in V. C. supra c. 1. *Dent etiam ius ex ossibus, et ea ipsa ossa contusa.* VRSIN. Antiqua scriptura *e curia.* ex qua non incommode legi posset *ligurria.* Canes enim ligurriunt catillos, et alia vasa escaria; ad hoc serum, liquorem coctae fabae, aut si quid iusulentum in culina illis apponitur. vnde apte dicuntur pasci ossibus, et ligurria. eam Aristoteles vocat, *ἀπόλαυσιν* et *ἀπολαύσεις*, canum more ligurrientes, dixit Aristophanes. POPMA. Probatissimum Victorii exemplar pro *e culina, e curia*, a quo non valde recedit Caesenas: *e viria*, neque Venetum: *ecuria.* Verum *e curia* optimum est, qua voce *cornaculum* adpellarunt Romani, vt refert Dionysius Halicarn. Antiq. Rom. lib. 2 *Καὶ συνεστιῶντα κατὰ τὰς ἑορτὰς ἐπὶ τῆς φρατριακῆς ἑστίας, ἑστιατόριον*

τὸ

dendum. fames enim hos ad quaerendum cibum ducet, si non praebebitur [q], et a [r] pecore abducet. Nisi [s] si (vt quidam putant) etiam illuc peruenerint, prouerbium 9
vt [t] tollant antiquum [u]: vel etiam vt [x] μῦθον [y] aperiant de Actaeone, atque in dominum afferant dentes. Nec non ita panem ordeaceum dandum, vt non potius 10
eum in lacte des intritum, quod eo [z] consueti cibo vti, a pecore non cito descifcunt [a]. Morticinae ouis non patiuntur vesci carne, ne ducti sapore minus se abstineant. Dant etiam ius [b] ex ossibus, et ea ipsa ossa contusa. dentes enim facit firmiores, et os magis patulum: propterea quod vehementius diducuntur [c] malae, acrioresque fiunt propter medullarum saporem. Cibum capere consuescunt interdiu, vbi pascuntur: vesperi, vbi stabulantur. De [d] foetura, principium admittendi faciunt veris 11
principio: tunc enim dicuntur catulire, id est, ostendere velle se maritari. Quae cum admissae, pariunt circiter solstitio. praegnantes [e] enim solent esse ternos menses. In

q) *dabitur I. B. R.* r) *ab pecor P.* s) *Si non praebebitur nisi vt I. B. R.* t) *attollant I. B. R. vt tollant P. vt tollant* reliqui omnes. u) *anticum P. antiquum φιλιμοῦ κύων aperiant I. I. G.* omitt. rel. x) *vti ap. P.* y) *μῦθον etiam* abest *I. B. R.* z) *ei I. B. R.* a) *desiscunt I. B. R. descunt P.* b) *iis P. his I. B. R.* c) *deducuntur I. B. R.* d) *Foeturae I. B. R.* e) *praegnates P.*

γὰρ ἦν κατεσκευασμένον ἑκάστῃ φράτρᾳ, καὶ σὺν αὐτῷ καθωσιωτό τις, ὥσπερ ἐν τοῖς ἑλληνικοῖς πρυτανείοις, ἑστία κοινὴ τῶν φρατριῶν· ὄνομα δὲ ταῖς ἑστιατορίαις ἦν ὅπερ ταῖς φράτραις, κουρίαι, καὶ μέχρις ἡμῶν οὕτω καλοῦνται. PONTED. Belle!

9, 9 PROVERBIVM VT TOLLANT ANTIQVVM) Ita scriptum in vetustissimo et fidelissimo codice inueni. quare communi lectione sublata, hanc restitui. Potuit id prouerbium, quod antea in excusis erat, intelligere Varro, nec tamen hic adponere, quemadmodum de huiuscemodi vocibus peruagatis veteres scriptores saepe faciunt. VICT. Prouerbium, quod habebat in mente Varro, frustra alii quaerunt: adeo vt hic alieno loco inseruerint. Atqui Varro non posuit, sed indicat tantum, vtpote vulgo tunc notissimum. Extat autem apud Theocritum, *Θρέψαι τὼς λυκιδεῖς, θρέψαι κύνας, ὥς τυ φάγωντι.* *Tollere prouerbium*, est, vt, *Tollere risum*, *Tollere gaudium alicui*. Catullus, *Impia derisi gentilis gaudia tollens*. SCAL. Ex vestigiis veteris scripturae ita hic locus restituendus videtur: *Nisi etiam illuc peruenerint, μῦθον vt tollant antiquum, vel etiam vt aperiant, et in dominum afferant dentes* etc. *Aperire fabulam* est ostendere, quae sit significatio. Significat autem, nisi cibus canibus praebeatur, eo peruenturos, vt in pecus ipsum faciant impetum, (hoc enim est *afferre dentes in dominum*,) et aut antiquam fabulam Actaeonis aut eius allegoriam aperiant. Nonius in *occupatus* citat Varronis locum ex Ephebo: *Crede mihi, plures dominos serui, quam canes comedere. quod si Actaeon occupasset, vt ipse prius suos canes comedisset* etc. Potest etiam legi: *vt prouerbium illud antiquum aperiant.* Nam *φιλιμοῦ κύων* et caetera videntur adiecta. VRS. Prouerbium vetus celebre fuit, et in ore vulgi, *Quot serui tot hostes.* hoc tollunt canes, vbi laborant inedia, et mutant vt dicatur, *Quot canes tot hostes.* Alludit Synephebo; *Crede mihi plures dominos serui comedere quam canes. Quod si Actaeon occupasset, et ipse prius suos canes comedisset, non nugas saltatorias in Theatro fieret. Tollere prouerbium, vt παροιμίαν διαφθείρειν.* Plato in Symposio: *ἵνα καὶ τὴν παροιμίαν διαφθείρωμεν μεταβαλόντες.* POP.

9, 10 NEC NON ITA) Videtur *non* semel abundare. Vult enim in lacte intritum dari.

9, 10 PANEM ORDEACEVM) Hunc cibum tantum parientibus dandum vult idem Varro, vt habetur Geop. 19, 1. SCHOETTG.

9, 10 MINVS SE ABSTINEANT) Fronto Geop. 19, 2 *ἵνα μὴ συνεθισθῶσι, καὶ τοῖς ζώοις ἐπιτίθεσθαι. δυσμετάκλητοι γὰρ ἐκφαίνονται, ὅταν ἅπαξ ἀπογευσάμενοι.* IDEM.

9, 10 DANT ETIAM IVS) Eadem Graece sub Varronis nomine extant Geop. 19, 1. IDEM.

9, 11 VERIS PRINCIPIO) Placeret *initio*, ne bis eadem vox repetatur. VRS.

9, 11 TVNC ENIM DICVNTVR CATVLIRE) Σκυζᾷν hoc Graeci appellant. Aristoteles libro VI, περὶ ζώων ἱστορίας, *σκυζᾷ δὲ τὸν ἴσον χρόνον κύων*, et paulo post, *τὰς γὰρ πάσας ἑπτὰ σκυζῶσιν ἡμέρας τέτταρας καὶ δέκα.* Theodorus, nunc *Canire*, nunc *Libidine teneri*, interpretatus est, quandoque etiam *Prurire* vertit. VICT. Verba, quae sequuntur, *id est, ostendere se velle maritari*, nemo non videt glossema esse, et quidem satis inepti Grammatici. Plin. 16, 25. *Catulitionem rustici vocant, gestiente natura semina accipere* etc. Laberius Lacu Auerno: *scinde vnam exoleto impatienti catulientem lupam.* Plautus: *Meam vxorem vidi catulientem.* Sed de canibus proprie dicitur. VRSIN.

9, 11 QVAE CVM ADMISSAE) Vid. leg. *Quae tunc admissae* etc. hoc est *veris initio*. VRS.

In foetura dandum potius ordeaceos [f] quam triticeos panes. magis enim eo aluntur, et lactis praebent maiorem facultatem. In nutricatu secundum partum si plures
12 sunt, statim eligere oportet quos habere velis, reliquos abiicere. quam paucissimos reliqueris [g], tam optimi in alendo fiunt propter copiam lactis. Substernitur eis acus, aut quid item [h] aliud, quod molliore [i] cubili [k] facilius educantur [l]. catuli diebus x x, videre incipiunt. Duobus mensibus primis a partu non diiunguntur a matre, sed minutatim desuefiunt. Educunt eos plures in vnum locum et irritant ad pugnan-
13 dum, quo fiant [m] acriores, neque defatigari patiuntur, quo fiant segniores. Consue [n] quoque faciunt vt alligari possint [o], primum leuibus vinclis [p]; quae si abrodere conantur, ne id consuescant facere, verberibus [q] eos [r] deterrere solent. Pluuiis [s] diebus cubilia substernenda [t] fronde aut pabulo, duabus de causis, vt ne oblinantur, aut
14 perfrigescant. Quidam eos castrant, quod eo minus putant relinquere gregem, quidam non faciunt, quod eos credunt minus acres fieri. Quidam nucibus Graecis in aqua tritis perungunt aures, et inter digitos: quod muscae, et ricini, et [u] pulices [x]
15 soleant (si hoc vnguine non sis vsus) ea exulcerare. Ne [y] vulnerentur a bestiis, imponuntur his [z] collaria, quae vocantur maelium [a], id est, cingulum circum collum ex corio firmo cum clauulis [b] capitatis, quae [c] intra capita insuitur pellis mollis, ne

f) *ordeacios quam triticios* P. g) *relinques* I. B. R. h) *item* deest a. V. i) *meliore* a. V. k) *cubiculo* I. B. R. l) *educuntur* I. B. R. m) *fiunt* P. n) *Consuefaciunt quoque* a. V. o) *primum possint* I. B. R. p) *numellis, quas* a. V. q) *verucribus* P. r) *eos* abest I. I-G. s) *Pluribus* I. B. R. t) *sternenda* solit. I. B. R. u) *et* om. P. I. B. R. x) *publice* I. B. R. y) *et ne* I. I-G. z) *bis colloria* P. a) *melium* I. B. R. *mellum* I. I-G. *millum* marg. *Dordr*, b) *clauibus* I. B. R. c) *cui marg. Dordr.*

9, 11 SECVNDVM PARTVM) post partum. Non ergo opus est, vt inseramus vocem *ad*, quod facit Vlitius ad Gratium v. 289. SCHOETTGEN. Rationem tamen satis probabilem allegat Vlitius ad Nemes. Cyneg. 134 vbi de toto hoc argumento plura habentur. Lectioni receptae fauet illud Frontonis Geop. 19, 2. ἅμα δὲ τῷ τεκεῖν,

9, 12 QVAM PAVCISSIMOS) Sic Cato locutus est 64. *Quam citissime conficies, tam maxime expediet*. VRSIN. Satis magnam talium copiam suppeditat Index noster v. *quam*.

9, 12 DIEBVS XX) Sic etiam Fronto: Ἀναβλέπειν δὲ λοιπὸν οἱ σκύλακες ἐν ἡμέραις κ'. Varronem scilicet nostrum, vt in reliquis, sequitur. Vbi nescio cur Cl. Needham Interpretem Latinum Cornarium secutus malit legere η', quod est *octauo* die. SCHOETTG. Scilicet Cornarius et Needhamus experientiam sequuti, noluerunt ei a Varrone contradici. Conciliatorem aduocemus Plin. 8, 40 s. 62 *Gignunt caecos, et quo largiore aluntur lacte, eo tardiorem visum accipiunt, non tamen vnquam vltra vicesimum primum diem, nec ante septimum*. Notam κ' habent etiam Mss. a Gudio collati.

9, 12 QVO FIANT) Legendum: *Quo fiant*, vel *ne fiant*. In Geop. ita: καταβαρεῖσθαι δὲ οὐκ ἐῶσι, χάριν τοῦ μὴ δειλιᾶν, μήτε καταπλήσσειν. VRSIN. Fauet Vrsino liber Mediceus. *Fiant* tamen potest accipi modo, quem potentialem vocant Grammatici.

9, 13 PRIMVM LEVIBVS VINCLIS, QVAE SI etc.) Antiqua haec est lectio: in excusis antea, *Leuibus numellis, quas* etc. quae lectio probari potuit, nisi veteres omnes libros contra se habuisset. Sex. enim Pompeius inquit: *Numella genus vinculi, quo quadrupedes deligantur*. VICT.

9, 14 PERVNGVNT AVRES) In Geop. ita: περιχρίουσι δὲ τὰς σκύλακας ἀμυγδάλοις πικραῖς μετὰ ὕδατος τετριμμένοις παρά τε τὰ ὦτα καὶ μεταξὺ τῶν δακτύλων. VRSIN. C. 8, 13, 1 habet etiam *nuces Graecas*, quae, vt constat, sunt amygdala. SCHOETTGEN.

9, 15 QVAE VOCANTVR MELIVM) Apud Festum tamen legitur *Millus*, non *Melium*, ex oratione Scipionis Aemiliani ad populum: *Vobis reique publicae praesidio erit is, tanquam millus cani*. Sed puto verius esse *Melinum*. Nam μηλωτή, pellis ouilla. ab illa omne scorteum vocabant *melinum*. Vnde apud Plautum *melina* est *scortea mantica*. Nam Turnebus aliter voluit interpretari. Cui sane viro, alioqui maximo, assentiendum hac in parte non est. SCAL. Vid. quae tum de hoc loco, tum in vniuersum de *millis* canum, et *maeli* vel *meli* animali, disputantur a viris doctis ad Gratii Cyneg. 401 sq.

9, 15 QVAE INTRA) Videtur legendum *quibus intra insuitur*: et p. p. *id est* pro *et id*. Item vox *Atticus* omittenda. VRSIN. Bene habet lectio recepta, *intra capita* clauulorum, h. e. propius collum canis, ita vt impediat pellis, ne capite

ne noceat collo duritia ferri. Quod si lupus, aliusue quis his [d] vulneratus est, reliquas [e] quoque canes facit, quae [f] id non habent, vt sint in tuto. Numerus canum 16
pro pecoris multitudine [g] solet parari. fere modicum esse putant, vt singuli sequantur singulos opiliones: de quo numero alius alium modum constituit. Quod si sunt regiones vbi bestiae [h] sint multae, debent esse plures. quod accidit iis, qui per calles siluestres longinquos solent comitari in aestiua, et hiberna. Villatico vero gregi [i] in fundum satis esse duo [k], et id marem, et foeminam. Ita enim sunt assiduiores, quod cum altero idem fit acrior, et si alter indesinenter [l] aeger est, ne sine cane grex sit *. Cum circumspiceret Atticus [m] ne quid praeterisset, Hoc silentium, *inquam*, vocat [n] alium ad partes.

X. RELIQVVM enim [a] in hoc actu, quot, et quod genus sint habendi pastores. COSSINIVS, ad maiores pecudes aetate superiores, ad minores etiam pueros, et

d) *his* omitt. *Hern.* e) *reliquos a. V.* f) *qui a. V.* g) *multitudinem P.* h) *vestiae P.* i) *grege P.* k) *duos a. V.* l) *indesinenter* deest *P.* m) *Atticus* omitt. *I. B. R.* n) *vocabulum ad I. B. R.* [C. X.] a) *enim est I. I-G.*

pita clauulorum attingere vel atterere adeo collum possint. De formula *reliquas canes facis vt sint in tuto*, vid. Ind. *Facio.*

9, 16 ET ID MAREM) Pro *eosque.* Neutrum genus referri ad diuersum ostendimus ad 1, 1, 11.

9, 16 INDESINENTER AEGER) Et vocem *indesinenter*, et sententiam, quae ex ea conficitur, parum probaui: et, quod magnum apud me semper pondus habet, veteres libros diuersos inueni. Sunt illi quidem hac parte inquinati, possunt tamen nobis communis lectionis vitia (si non aliud) indicare. Haec vetus est lectio, quae ne aliquem falleret, in optimo exemplari notam adpositam habebat, *Et si alter videm siter aeger est.* Vt quid de hoc loco sentiam, libere loquar, suspicor, aut *identidem*, pro *indesinenter*, legendum esse: aut verba illa deformata vacare: quod negligenter librarius aliquis superiores voces, hic etiam non suo loco scripsisset, et eas etiam mendose et corrupte scripsisset. Intelligo illas, *Altero idem fit acrior.* Ego ingenue quid coniicerem exposui; alii fortasse melius ingeniosiusque locum restituent. VICT. Itane, quaeso, Varronem vnquam locutum crediderim? Ne, quaeso, tantam iniuriam tanto viro faciamus, vt hoc illi adscribamus. Nam vetus scriptura habet *Et si alter videm siter:* mendosa quidem illa, sed quae minimo momento restitui possit, *Et si alter itidem vter.* Nam illud *itidem* significat rationem secundam, quam praeter primam adfert. Est autem tmesis, pro, Et si alteruter itidem aeger est, Qua figura non raro vtitur Varro, vt supra, *Excunde me fecerunt:* et, *are hos facies.* Et familiarem Lucillio fuisse, Ausonius doctissimus poeta denotat his versiculis, *Lucani villa mox potieris aco. Resciſſo verbo dices componere versum. Lucilli vatis sic imitator eris.* Nam Lucillius tmesibus aliquando vsus est. vt, *Illuuies, scabies oculos huic, deque petigo Conscendere.* -- Nam *depetigo* dicebatur. Cato, *Depetigini porcae brassicam imponito: sanum faciet.* Ita enim ex vestigiis priscae lectionis legendum in Catone. At in eo versu producendo *Petigo* tantum agnoscit Nonius, non *depetigo.* In quo sane errat, vt in aliis multis non semel. SCAL. Liber vetus, *alter videm siter aeger est.* vnde fortassis legendum: *alter quidem fetura aeger est*: in quibus verbis latet ratio secunda; quia, inquit, tempore partus alter inualidus est, nec potest gregem sequi, atque ita sine cane grex esset, si tantum vnus canis villatico gregi adesset. *Fetura aeger*, vt pedibus, corpore aeger. Mox infra: *Cum circumspiceret Atticus*, posterior vox a quibusdam libris abest, et meo iudicio tolli debet. POPMA. Sic Commel. et Steph. formis excuderunt, eo asterisco aliquid deesse suspicantes. Quid autem desideretur, coniectura ex Crescentio assequi possumus, apud quem legitur: *et si alter aeger est, ne sine cane grex sit, quas consuefaciant nocte vigilare et in die* (an *interdiu*) *clausos dormire.* Haec num adiecerit hoc loco Varro, incertum habeo, aliquid tamen non absimile posuisse facile suspicor; est enim hoc monitum summopere necessarium. Sed idem extat et 1, 21: *Canes potius cum dignitate, et acres paucos habendum quam multos, quos consuefacias potius noctu vigilare, et interdiu clausos dormire.* Vtro vero ex loco sumserit Crescentius, coniectore opus est, vt sciatur. Id tamen praeceptum etiam a Catone lego c. 124 *Canes interdiu clausos esse oportet, vt noctu acriores et vigilantiores sint.* Illud autem praetereundum non est, in Crescentio vocem *indesinenter*, quam omnes improbant, non occurrere. Hanc tamen vt recte explanauit Ios. Scaliger, ita perperam Popma. quot enim sunt morbi, quibus conflictantur canes praeter foeturam? PONTED.

10, 1 ET

et vtroque horum firmiores, qui in callibus [b] verſentur [c], quam eos, qui in [d] fundo [e]
quotidie ad villam redeant [f]. Itaque in ſaltibus licet videre iuuentutem, et eam fere
2 armatam, cum in fundis non modo pueri, ſed etiam puellae paſcant. Qui paſcunt [g],
eos cogere [h] oportet, in paſtione diem totum eſſe [i], paſcere communiter. contra,
pernoctare ad ſuum quemque gregem. eſſe omnes ſub vno magiſtro pecoris: eum,
eſſe maiorem natu potius quam alios, et [k] peritiorem quam reliquos: quod iis [l], qui
3 aetate et ſcientia praeſtant [m], animo aequiore reliqui parent. Ita tamen oportet
aetate praeſtare, vt ne propter ſenectutem minus ſuſtinere poſſit labores. neque
enim ſenes, neque pueri callium [n] difficultatem, ac [o] montium arduitatem, atque
aſperitatem [p] facile ferunt: quod patiendum illis, qui greges ſequuntur, praeſertim
armenticios, ac caprinos, quibus rupes ac ſiluae ad pabulandum cordi. Formae
hominum legendae, vt ſint firmae, ac veloces, mobiles, expeditis membris: qui non
ſolum pecus ſequi poſſint, ſed etiam a beſtiis ac praedonibus defendere: qui onera
4 extollere in iumenta poſſint, qui excurrere, qui iaculari. Non omnis apta natio ad [q]
pecuariam, quod neque Baſculus [r], neque Turdulus idonei: Galli appoſitiſſimi [s],
maxime ad iumenta. In emtionibus dominum legitimum ſex fere res perficiunt: ſi
haereditatem iuſtam adiit [t]: ſi, vt debuit, mancipio ab eo accepit, a quo iure ciuili
potuit: aut ſi in iure ceſſit [u], cui potuit [x] cedere [y], et id vbi oportuit: aut [z] ſi vſu
cepit: aut ſi e praeda ſub corona emit: tumue [a] cum in bonis ſectioneue [b] cuius
5 publice venit [c]. In horum [d] emtione ſolet accedere peculium, aut ſi [e] excipiet [f],
ſtipulatio

b) *collibus a. V.* c) *verſantur I. I-G.* d) *quotidie in villam quotidie in fundo redeant I. B. R.* e) *et* inſ. *I. I-G.* f) *redeunt I. I-G.* g) incidunt poſt *eos* reliqui. h) *in ſaltibus, greges cogere I. I-G.* i) *eſſe* om. *I. B. R.* k) *ſed P.* l) *hiis P. 2. is I. B. R. P. 1.* m) *praeſtat I. B. R. P. 1.* n) *collium a. V.* o) *aut a. V.* p) *aſpertatem P.* q) *ad pecuariam* omitt. *I. B. R. ad pecuniariam P.* r) *baſculus neque turdulus* ad vnum omnes. s) *appoſiti ſed a. V. appoſitis ſi P. 1. appoſiti ſimi Pol. 2.* t) *adit P.* u) *cui ceſſit I. B. R.* x) *potius P.* y) *credere I. B. R.* z) *ibi aut vſucepit* iunct. *I. B. R. vbi aut ſi P.* a) *Tum ne I. B. R.* b) *Sectione ve P. ſectione ne I. B. R. ſectioneue* iunct. *I. I-G. H. St-D. ſectio, neue Vict.* c) *veniit P.* d) *autem* inſ. *I. B. R.* e) *ſi* om. *P.* f) *excipi et* diuiſ. *Iunct.*

10, 1 ET VTROQVE) Ne quis ſuſpicetur *vtroſque*. Reſpicit enim illa *ad maiores*, *ad minores*.

10, 1 QVAM EOS, QVI QVOTIDIE AD VILLAM REDEVNT) Ita videtur legendum, caeteris omiſſis. Item paullo poſt *magiſtro*, deleto gloſſemate, *pecoris*. Verba item *potius, quam alios*, videntur adiecta. VRSIN. Quin otioſa minime ſunt verba *in fundo*, ſed opponuntur *callibus*.

10, 1 ET EAM FERE ARMATAM) Talis fuit ille paſtor, qui praetore Domitio in Sicilia aprum ingentem venabulo percuſſit, de quo Cic. Verr. 5, 3.

10, 3 QVOD PATIENDVM ILLIS) Forte melius *quae*. Conſtructio certe pluralem poſtulat. Sed enallagas amat Varro.

10, 4 GALLI APPOSITISSIMI, MAXIME AD IVMENTA) Ita caſtigaui. antea, *appoſiti, ſed maxime*, etc. cujus lectionis languorem facile, vt arbitror, intelliget, qui attente perſpiciet. Antiqua lectio, manca, quae tamen tuto poſſet corrigi, *Galli appogitiſſi maxime* etc. In optimo codice nota, quae locum mendoſum eſſe indicaret, adpoſita erat. VICTOR. Vox *ſed* non eſt in V. C. Vrſini et Pol. vterque apertiſſime fauet Victorio.

10, 4 CVI POTVIT CEDERE) Vetuſta lectio diuerſa, et, vt arbitror, corrupta, *Cui potius cedere*. VRSIN. Ego crediderim legendum, *qui potis cedere*; eodem ſenſu quidem, ſed longe concinniore et ſignificantiore. SCALIG. Fateor me non intelligere, qui vel idem ſenſus ſit, vel qui concinnior et ſignificantior. Illud mihi videor intelligere, hic agi de iure poſſeſſionis, et ea quam vocant ICti auctoritate. Haec eſt non ab eo, *cui* ceſſit aliquis, ſed ab eo, *qui* ceſſit. Verbo, legendum puto, *Si in iure ceſſit, qui potuit cedere*, quod videlicet ipſe eſſet dominus, quod bona non obligata alii, e. i. g. a.

10, 4 SECTIONEVE CVIVS) De ſectione non indiligenter egiſſe nobis videmur in Chreſtom. Plin. p. 1058. Laudauimus ibi Ciceronis locum, in quo ſimiliter tituli poſſeſſionis aliquot enumerantur, de Inu. 1, 45 ext. Sed de mancipio, de ceſſione in iure, de vſucapione, adeundi ICti.

10, 5

stipulatio intercedere, sanum [g] eum esse, furtis noxisque [h] solutum: aut si mancipio
non datur [i], dupla promitti: aut si ita pacti [k], simpla [l]. Cibus eorum debet esse
interdiu [m] separatim vniuscuiusque gregis [n]. vespertinus in coena, qui sunt [o] sub
vno magistro, communis [p]. Magistrum prouidere oportet, vt omnia sequantur in-
strumenta, quae pecori et pastoribus opus sunt, maxime ad victum hominum, et ad
medicinam pecudum: ad quam rem habent iumenta dossuaria domini, alii equas,
alii pro his quid aliud, quod onus dorso [q] ferre possit [r]. Quod ad foeturam huma- 6
nam pertinet pastorum, qui in fundo perpetuo manent, facile est, quod habeant
conseruam in villa. nec hac venus pastoralis longius quid quaerit [s]. Qui autem sunt
in saltibus, et siluestribus locis pascunt, et non villa, sed casis repentinis [t] imbres vi-
tant: his mulieres adiungere, quae sequantur greges, ac cibaria pastoribus expediant,
eosque assiduiores faciant, vtile arbitrati multi. Sed eas mulieres esse oportet fir- 7
mas, non turpes, quae in opere, vt [u] in multis regionibus, non cedant viris, vt in
Illyrico passim videre licet, quod [x] vel pascere pecus, vel ad focum afferre ligna,
ac cibum coquere [y], vel ad casas instrumentum seruare possunt [z]. De nutricatu 8
hoc dico, easdem fere et nutrices, et matres. TREMELLIVS [a], simul aspicit ad
me, et, Vt te audii [b] dicere, inquit, cum in Liburniam venisses, te vidisse matres fa-
milias

g) *sane P.* h) *noxiisque I. B. R.* i) *detur I. B. R.* k) *pati Pol. 2.* l) *simplam I. B. R.* m) *interdius P.* n) *gisues gregis P.* o) *sit I. B. R.* p) *commune P.* q) *dosso I. B. R.* r) *possint P.* s) *quaeris P.* t) *repentinos a. V.* u) *vt in* omitt. *I. B. R.* x) *quae a. V.* y) *conquaerere I. B. R. concoquere I. I-G.* z) *possint a. V.* a) *Tremellius* om. *I. B. R. semel simul P.* b) *audio I. B. R. audiui I. I-G.*

10, 5 AVT SI EXCIPIET) Incisum demum erat post *stipulatio.* *Si excipiet* significat, si nominatim postulet. Vid. Ind. Sed verissime d' Arnaud Var. Coni. p. 320. corrigit, *aut excipi et stip.* etc.

10, 5 FVRTIS NOXISQVE SOLVTVM) Vlpianus in L. *Aliud* D. de V. S. *Aliud est promittere furem non esse, aliud furto noxaque solutum. Qui enim dicit furem non esse, de hominis proposito loquitur; qui furtis noxaque solutum, nemini furti obligatum promittit.* VRSIN.

10, 5 DVPLA PROMITTI) Vid. Lexicon Iuris. *Simpla promitti* dicebant, cum ob euictionem simplum rei pretium promittebatur; *dupla* vero, cum duplum. VRSIN.

10, 5 INTERDIV) Videtur legendum *interdius.* Sic 1, 9 et Cato 83. *Marti Siluano in silua interdius in capita singula bouerum votum facito.* VRSIN.

10, 5 VNIVSCVIVSQVE GREGIS) Locus valde mendosus.* *Vnius cuiusque gisues gregis.* Haec enim satis est indicare, propter auctoritatem librorum: neque enim aliud adferre possum ad restituendos locos idoneum: qui tamen fortasse nulla indigent correctione. VICT. vox *gregis* videtur abundare. VRSIN. Corrupta lectio vetusti libri, *vniuscuiusque gisues gregis:* cuius mendi origo forte manauit ex affinitate et commutatione literarum C et G. itaque legendum *vniuscuiusque cisue gregis.* Pastores, inquit, debent cibum capere interdiu separatim vnusquisque, et iuxta greges in pascuis: at vesperi cum greges sunt in stabulis, domi coenare communiter. POPMA. Vetusta exemplaria, *vniuscuiusque gisue gregis,* quod interpretor: *vniuscuiusque cis vlsque gregis.* PONTED. Male damnat vocem *gregis* Vrsinus. Non enim simpliciter vniuscuiusque pastoris cibus interdiu separatus esse debet, sed vniuscuiusque gregis, siue vnum ille pastorem habeat, siue plures.

10, 7 NON CEDANT) Videtur legendum *Quae in opere multis regionibus non cedunt viris.* *vt in* non legitur in V. C. p. p. legendum ex V. C. *et nutrices et matres esse. simul aspicit ad me* etc. Item *ciuncidas,* non *mucidas,* ex eodem V. C. licet varient inter se vetusta exemplaria in hac voce. VRSIN.

10, 8 TREMELLIVS SIMVL ASPICIT AD ME) In optimis exemplaribus nusquam hic *Tremellius:* sed pro illo, *Semel: Semel simul aspicit ad me.* Fortasse recte locus restitutus est, et concise olim *Tremel.* legebatur: ex quo negligenter ab imperitis librariis *Semel* factum sit. VICT. Concisa et manca sententia: ad quam supplendam non leuiter ope veteris scripturae adiuti sumus, quae pro *Tremellium* habet tantum *semel.* Itaque sic legendum est, *De nutricatu. hoc dico, easdem fere et nutrices et matres esse melius. Simul adspicit ad me.* Nam illud *simul* non est initium alterius personae, sed eiusdem est cum παρεγγραφῇ. Vt enim confirmaret sententiam suam, adiuuat exemplo. Cuius testis, et conscius erat cum Varrone. SCAL.

milias eorum, afferre ligna, et simul pueros, quos alerent, alias singulos, alias binos, quae ostenderent [c] foetas nostras, quae in conopeis [d] iacent dies aliquot, esse * leuuncidas [e], ac contemnendas.
9 Cui *ego*, Certe *inquam*, nam in Illyrico hoc amplius, praegnantem [f] saepe, cum venit pariendi tempus, non longe ab opere discedere, ibique enixam puerum referre, quem non peperisse, sed inuenisse putes. nec non etiam hoc, quas virgines ibi appellant, nonnunquam annorum xx, quibus mos eorum non denegauit, ante nuptias vt succumberent quibus vellent, et incomitatis [g] vt vagari liceret, et filios habere [h].
10 Quae ad valetudinem pertinent hominum, ad [i] pecoris, vt [k] sine medico curari possint, magistrum scripta habere oportet. Is enim sine literis idoneus non est, quod rationes dominicas pecuarias conficere nequidquam [l] recte potest. De numero pastorum alii angustius, alii laxius constituere solent. Ego
11 in octogenas hirtas oues singulos pastores constitui, Atticus in centenas. In [m] gregibus ouium, sed magnis [n], quos milliarios [o] faciunt quidam, facilius de summa hominum

c) *ostendunt I. B. R.* d) *conopiis P.* e) *leuuncidas P. leni mucidas et I. B. R. luridas, mucidas et cont. I. I-G.* f) *praegnax P.* g) *incomitatas I. I-G.* h) *haberent P. haberent, e quibus vellent. Quae a. V.* i) *ac a. V.* k) *et I. B. R.* l) *necquicquam I. B. R. nec quicquam* diuis. *I. I-G.* m) *Greges I. B. R.* n) *magnos I. B. R. magnum P.* o) *miliarios a. V.*

10, 8 LEVVNCIDAS AC CONTEMNENDAS) Locus turpibus maculis foedatus, de quo ante etiam locuti sumus, cum de alio, qui item (vt opinor) in eodem verbo inquinatus erat, ageremus. Prima fortasse litera, nota illa est, quam saepe in antiquissimis libris diximus inueniri. quod si reciperetur, non valde discreparet vox, quae relinquitur, ab ea, quam antea in primo libro inuenimus. nam supra, *Eiuncidum enim sarmentum* etc. VICT. Non est quod dubitemus legere *eiuncidas*, vt alibi, hoc est, ἐξιτήλας, et vescas. SCAL. Quod in antiquis est *L. eiuncidas*, ideo abiecto *L* insititio remanet *eiuncidas* siue *iuncidas*. PONTED. *Eiuncidas* etiam Turnebus probat 4, 6. Alter locus Varronis est 1, 31, 3.

10, 9 NAM IN ILLYRICO) Multa de incredibili fortitudine barbararum mulierum Clemens narrat in IIII libro στρωμάτων. nam foeminas prope Iberiam esse tradit, quae praegnantes, idem quod hic de Illyricis Varro retulit, faciant. verba ipsius adponemus: αὐτίκα καὶ πλείους τῆς Ἰβηρίας γυναῖκας, ἔργῳ καὶ πόνῳ χρωμένας ἀνδρείῳ, κἂν πρὸς τὸ ἀποκύειν γένωνται, οὐδὲν ἀνιέναι τῶν πρακτέων· ἀλλ' ἐν αὐτῷ πολλάκις τῇ ἁμίλλῃ τοῦ πόνου ἡ γυνὴ ἀποκυήσασα τὸ βρέφος, ἀνελομένη οἴκαδε φέρει. VICT. (qui plura talis fortitudinis exempla habet Var. L. 34, 2.) Clemens Alexandrinus hoc Hispanis mulieribus attribuit: Strabo Ligusticis lib. 3. ex Posidonio. SCAL. Vid. an leg. *Nam in Ligustico*, siue vt Varro solet, *Ligusco*. Nam supra de Liburnia, quae est pars Illyriae locutus est. De Liguribus autem haec scribit Aristoteles, siue quis alius, in libro περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων: ἴδιον δέ φασι καὶ τοῦτο παρ' αὐτοῖς εἶναι· αἱ γυναῖκες ἅμα ἐργαζόμεναι τίκτουσι, καὶ τὸ παιδίον ὕδατι περικλύσασαι, παραχρῆμα σκάπτουσι, καὶ συνάγουσι, καὶ τὰ ἄλλα οἰκονομοῦσι, ἃ καὶ μὴ τεκούσαις αὐταῖς ἦν πρακτέον. Idem de Massiliensibus tradit Strabo, qui sunt Liguribus finitimi. VRSIN. Vid. Wagenseil. ad Sotam p. 249. ALMEL.

10, 9 ANNORVM VIGINTI) Videtur legendum *quadraginta*. nam aetas annorum viginti non est tam grandis, vt *nonnunquam* de ea dicendum fuerit. VRSIN.

10, 9 ANTE NVPTIAS VT SVCCVMBERENT) Simile quid de montium in Salisburgensi episcopatu incolis narratur, vbi *pascuos infantes*, ita enim appellant, (*Weidkinder*) habere, puellis non haberi aiunt dedecori.

10, 10 QVAE AD VALETVD.) Videtur ante haec verba persona excidisse Cossinii, qui hunc de seruis actum susceperit §. 1.

10, 10 AD PECORIS) Alii *ac*: malo *ea*. Nam de valetudine pecorum iam supra suis capitibus egit. Iam tantum de hominibus agit. Sensus ergo et ordo est: *ea pecoris magistrum scripta habere oportet, vt* etc. SCHOETTG. Iensoniana potiora: *ac pecoris*; nisi si *ad* pro *ac* vetustissimi vsi sint. PONTED.

10, 10 VT SINE MEDICO) In V. C. est *et sine* etc. p. p. legendum *ne quaquam* pro *nec quicquam*. VRSINVS.

10, 11 IN GREGIBVS OVIVM) Antiqua lectio diuersa, sed quae corrupta adeo sit, vt eam explicare nequeam: ipsam hic adponam, *Greges ouium sed magnum*. Nec multo post, vbi in excusis *possent*, in iisdem antiquis *posse*. VICTOR. Suspectum hunc locum mihi facit vetus scriptura, *Greges ouium, sed magnum*. Ego libenter legerim, *Greges ouium, sed in agnum*. In

minum detrahere possunt [p], quam de minoribus, vt sunt et [q] Attici [r] et mei. Septingenarii enim mei [s]: tu [t] opinor, octingenarios [u] habuisti. nec tamen non vt nos arietum decimam partem. Ad equarum gregem quinquagenarium bini homines. vtique vterque horum vt secum habeat equas domitas singulas in iis regionibus, in quibus stabulari [x] solent equas abigere, vt in Appulia, et in Lucanis accidit saepe.

XI. QVONIAM promissa absoluimus, *inquit* [a], eamus. Siquidem [b], *inquam*, adieceritis de extraordinario pecudum fructu, vt [c] praedictum est de [d] lacte in eo, et tonsura

p) *possit P.* q) *et* om. *I. B. R.* r) *ait tici et mel P.* 1. *tritici* P. 2. *Attici. Tremellius. Sept. a. V.* s) *me P.* t) *vt op. tu oct. a. V.* u) *octingenarius P.* x) *stabularii I. I-G.* [C. XI.] a) *eamus, inquit a. V.* b) *Sed, inquam, quid adiec. I. B. R. Sed, inq. si quid I. I-G.* c) *vt* omitt. *I. B. R. vt praedictum est* desunt *I. I-G.* d) *et de I. I-G.*

In greges, inquam, non solum ouium, sed et agnorum quoque. Et hanc correctionem veram esse confido. *Agnum* pro agnorum apud Plautum, et in Epigrammate, *Custodes ouium teneraeque propaginis agnum.* SCALIG. V. C. *greges ouium, sed magni, quos milliarios faciunt quidam.* Et p. p. videtur legendum *quam minores, vt sunt Attici et mei. Septingenarii.* VRSIN. Quae a vetustis libris vitii arguuntur: *Greges ouium, sed magnum quos.* In quibus *magnum* habeo pro *magnorum*, vt Varro, Nonio auctore, vti solet, scribens: *Gallum: inuidum: cadum: medimnum* pro *Gallorum, inuidorum, cadorum, medimnorum.* PONTED.

10, 11 VT SVNT ATTICI, ET MEI: SEPTINGENARII ENIM MEI, TV OPINOR, etc.) Auxilio antiquorum codicum adhibita paruula industria, locum (nisi fallor) purgaui. antea enim maculosus erat, et in excusis omnibus ita legebatur, *vt sunt Attici. Tremellius, septingenarii enim mei, vt opinor, tu,* etc. Vt tamen studiosi recte de hoc iudicare possint, veterem lectionem cum fide apponam: *Vt sunt et ait tici, et mel. septingenari enim me tu opinor* etc. VICT.

10, 11 NEC TAMEN NON VT NOS) Videtur legendum *nec tamen vt non ariet.* Nam in Geoponicis ita habetur: *ἱκανὸς δὲ εἷς κριὸς ν' ποιάδας ἐγκύους ποιεῖν.* nisi forte ibi ν' pro ι errore librarii scriptum sit. VRSIN. Possit aliquis suspicari in Geop. 18, 1 quem locum hic laudat Vrsinus, permutatas inter se esse literas numerales vel certe corruptas. Vt enim peccare videtur recepta etiam Needhamo lectio (a qua nihil hic abeunt Mss. collati a Gudio) in numero ouium nimis magno arietibus adsignando, ita contra *viginti ouibus* dari volunt *vnum virum, qui habeat adiutorem puerum, ἀρκεῖσθαι εἷς ἀνὴρ κ' προβάτοις εἰς ἐπιμέλειαν, ἔχων παιδίον εἰς ἐπικουρίαν.* Caras vero oues, si in vicenas homines bini alendi sint.

10, 11 VTIQVE VTERQVE) Ita hic locus videtur legendus. *Vel vt bo. - singulas, et in - solent, et in iis, quo aestiuatum aut hibernatum solent abigere, vt* etc. Error fluxit ex verbo *solent*, quod bis positum est. Varro supra: *Itaque greges ouium longe abiguntur ex Appulia in Samnium aestiuatum: muli e Rosea campestri aestate exiguntur in Gurgures altos montes*, siue vt nos legimus; *in querqueros montes.* Item Varro supra: *Nam mihi greges in Apulia hibernabant, qui in Reatinis montibus aestiuabant.* et infra 3, 17: *Vt Apuli solent pecuarii facere, qui propter calores in montes Samnios pecus ducunt.* VRSINVS.

10, 11 IN QVIBVS STABVLARI) pro *in quas stabulatum* per Graecismum, quem non cogitasse videntur, qui mutarunt in *stabularii.* Illa enallage casus cum praepositione *in* satis frequens nostris, quod index docet, ne necessaria quidem omnino hic est.

11, 1 INQVIT) Quis? Cossinius puto. Vid. quae modo diximus ad 10, 10. Verbo *inquit* continuari etiam sermonem eiusdem personae, saepius obseruatum.

11, 1 SIQVIDEM, INQVAM) Ex vestigiis veteris scripturae ita hic locus videtur restituendus: *Si quidem adieceris, inquam, de ex. pe. fr. - - lacte, inquam et tonsura lanae. Lacte est o. r. qu. cibali ca. ca. Cibali causa* dixit eodem modo, quo Terentius in Adelphis: *ego illam liberali assero causa manu. Alibile* vero *τροφιμώτατον* dixit Dioscor. 2, 78 de lacte muliebri. VRSIN.

11, 1 VT PRAEDICTVM EST) supra 2, 1, 28.

11, 1 IN EO) Lego *caseo*; de lacte enim, caseo et tonsura ordine loquitur Varro in hoc capite: de lacte sic: *Est enim lac* (*lac* tamen apud Ienson. Ald. Iunt. Gymn. legitur, apud Commel. Gryph. Popm. et Steph. nequaquam.) de caseo: *Ex hoc lacte casei qui fiunt.* de tonsura: *De tonsura ouium primum animaduerto.* Sed haec tria explicanda c. 1 sibi proposuerat dicens: *Si exigere manis fine mularum foetura et nutricatu numerum octoginta et vnum, est qui expleas duplicem istam lacunam*; quod extraordinariae fructuum species duae accedunt magnae, *quarum vna est tonsura; quod oues aut capras detondent aut vellunt; altera quae latius patet, est de lacte et caseo;*

 Quid

tonsura lanae. Est [e] omnium rerum, quas cibi [f] causa capimus [g], liquentium maxime
alibile, et id ouillum, inde [h] caprinum. Quod autem maxime perpurget, est equinum,
2 tum asininum, dein [i] bubulum, tum caprinum. Sed horum sunt discrimina quaedam,
et a pastionibus, et a pecudum natura, et a [k] mulctu. A pastionibus, quod fit ab ordeo, et stipula [l], et omnino arido, et firmo cibo pecude pasta, id [m] alibile [n]. ad perpurgandum id [o], quod ab viridi pascuo, et [p] eo magis fluxe [q] ex herba, quae ipsa [r] sumta

e) *Est enim lac omn. a. V.* f) *cibili P. cibali I. B. R.* g) *cupimus I. B. R.* h) *in P.* i) *deinde a. V.* k) *a* om. *I. B. R. a motu P.* l) *stupula P.* m) *id alibile* om. *I. B. R.* n) distinct. signum abest *H. A. Gr. G.* o) *ea quae vir I. B. R. ea qua auuri dispas eo mag. P. 1. ea quae a vir. pastu eo Pol. 2.* p) *et eo* omitt. *I. B. R.* q) *flusse I. B. R. fuisse P.* r) *eadem ipsa I. I-G. ipso sumpto P.*

Quid vero censeam de voce *lacte*, quae in altero membro apud Commel. et Gryph. et alios non apparet, sine qua multa intelligi non possunt, paucis exponam. Cum post *et tonsura* adiecta sit in altera periodo vox *lanae*, quae inutilis videtur, neque Varro *tonsuram* repetens, *lanae* in aliis locis apponat vt cap. 1 *quarum vna est tonsura*; et c. 11 *de tonsura ouium*, item *tonsurae tempus, de lacte lanae* librariorum imperitia factum opinor et alteri periodo subnexum. Totus itaque locus sic restitui potest: *vt praedictum est, de lacte, caseo et tonsurá. Lacte est omnium rerum* etc. PONTED.

11, 1 EST [ENIM LAC] OMNIVM) Mediae duae voces in antiquis non leguntur, et fortasse sine illis integer sermo est: vt initium sit orationis eius, qui de lacte differit, *Est, de quo tu scire vis, lac inquam, omnium* etc. Apud Nonium elegantissima Varronis verba leguntur de natura lactis, De liberis educandis: *Eam nutricem oportet esse adolescentem. annis enim vt sanguis deterior, sic lac. lac enim, vt quidam dicunt physici, sanguinis spuma est.* VICTOR. Hic personam excidisse puto. Certe f. 5 Varro, quasi ipse interloqueretur, suum *inquam* interponit.

11, 1 QVAS CIBI CAVSA CAPIMVS) In lexicis quibusdam hic Varronis locus adducitur, et *Cibali* legitur, vetus autem illud ac inusitatum verbum esse traditur. In vetustissimo libro *cibili* scriptum est: et in aliis item nonnullis. VICT.

11, 2 ID ALIBILE) In nullis Mss. haec verba inueni. VICT. Haec in nullo veterum inueniri, testis P. Victorius: et, vt videtur, glossema est: vtpote cum sine illo constare possit vetus lectio. Sed Varro tripliciter lac considerandum proponit: θρεπτικὸν, vel alibile: καθαρτικὸν, vel quod est ad purgandum: vtrumque, ab vna re, scilicet a pastionibus, postremo, bonitatem ipsius lactis, eamque a duabus rebus: a pecudum natura, et a mulctu. A pastionibus igitur primum, θρεπτικὸν, cum ait, *A pastionibus: quod fit ab ordeo et stipula, et omnino arido et firmo cibo pecude pasta.* Iam supplendum id quod irrepserat in textum, *est alibile.* Deinde καθαρτικὸν: *ad pe[illegible]rgandum: ea quae ab viridi pascuo. eo magis, si ex herba, quae ipsa sumpta perpurgare solet corpora nostra.* Salse intelligit hibiscum: quae in cibum sumpta perpurgare solet corpora nostra. Nam et in eam ouium et caprarum, agnorum et haedorum gregem compellebant. Virgilius, *Haedorumque gregem viridi compellere hibisco.* Porro ita correximus, sequuti veterem lectionem, quam Petrus Victorius apposuit ex vetere codice. Tantum hoc concessimus nobis, quod ex *pasco* fecimus, vt est in vulgatis, *pascuo, eo* etc. Item *vssae*, quod ex priori et sequenti vocibus coaluerat, merito expunximus. Igitur totum locum ita legimus, *A pastionibus: quod fit ab ordeo, et stipula, et omnino arido et firmo cibo pecude pasta. Ad perpurgandum: ea quae ab viridi pascuo eo magis, si ex herba, quae ipsa sumpta perpurgare solet corpora nostra.* Quae quia per se satis clara sunt, in eis explicandis non immorabor. SCALIG.

11, 2 AD PERPVRGANDVM ID QVOD VIRIDI) Corruptissimus hic locus est in omnibus antiquis codicibus. Receptam igitur lectionem retinui. nunc veterem scripturam, cum maiorem nullam opem studiosis adferre queam, notam faciam, et eam totius perioches: ne iterum eadem repetendo frustra laborem, aut eos, qui haec legent, magis perturbem: *Ad perpurgandum ea, quae auuridipas eo magis si vssae ex herba, quae ipso sumptae perpurgare solent corpora nostra.* Mendi nota hic adposita in vetustissimo exemplari. quod si vllus locus merito, hic optimo iure damnatns erat. VICTOR. Ienson. et Brusch. *ad perpurgandum ea, quae viridi pascuo magis fluxe ex herba.* Veteri lectioni non valde absimilis, quae in Vaticanis codicibus seruatur: *ad perpurgandum ea quae auridipas eo magis fugisse et herba quae ipso sumte perpurgare corpora nostra solent.* Quem locum ita restituit Ios. Scaliger, *Ad perpurgandum ea quae ab viridi pascuo, eo magis si ex herba quae ipsa sumpta perpurgare corpora nostra solet.* Sed cur τὸ *vssae* expunxerit, siue τὸ *fugisse* Vaticanorum codicum, non video. Ego fortasse id legerem *si vsa* et vel *si vsa est* (nempe pecus, vt patet ex his quae praemittuntur, et sequuntur: *et a pecudum natura. A pecudum natura*) *herba.* Porro quod adiecit Scaliger: *Salse intelligit hibiscum* etc. A tanto viro prolatum, quis crederet? Poeta de virga pastorali,

sumta perpurgare corpora nostra solet [s]. A pecudum natura, quod lac melius est a valentibus, et ab iis [t] quae nondum [u] veteres sunt, quam si est contra. A mulgendo, atque ortu optimum est id quod neque emunctum [x] longe abest a mulso, neque a partu continuo est sumtum. Ex hoc lacte casei qui fiunt, maximi cibi sunt 3
bubuli, et qui difficillime transeant sumti. secundo ouilli. minimi cibi, et qui facillime deiiciantur, caprini. Est [y] etiam discrimen, vtrum casei molles ac recentes sint, an aridi, et veteres. Cum molles sunt [z], magis alibiles, in corpore non resides: veteres et aridi contra. Caseum facere incipiunt a vergiliis vernis exortis ad aestiuas vergi- 4
lias. mulgent vere ad caseum faciundum mane, aliis temporibus, meridianis horis, tametsi [a] propter loca, et pabulum disparile, non vsque quaque idem fit. in [b] lactis duos [c] congios addunt coagulum magnitudine oleae, vt coeat. quod melius leporinum, et hoedinum [d] quam agninum. alii pro coagulo addunt de fici ramo lac, et acetum [e]. aspergunt item aliis aliquot rebus, quod [f] Graeci appellant alii [g] *ὀπὸν* [h], alii

s) *solent P. Ienss.* t) *aliis I. B. R.* u) *non dudum P.* x) *enim I. B. R. enim cum P.* y) *Et etiam est I. B. R.* z) *sint, alibiles magis I. B. R.* a) *tamensi P.* b) *In* deest *a. V.* c) *duobus congiis I. I - G.* d) *baedinum Ienss. aedinum B. R.* e) *acetum aspergunt. I. B. R. et* inf. *I. I-G.* f) *quodquod P.* g) *ali P.* h) *open. P. I. B. R.*

rali, qua grex compellitur, loquitur. haec autem saepe ex hibisco fit, quia lenta; propter quod idem Virgilius de hibisco hac Ecloga 10 cecinit: *Haec sat erit, diuae, vestrum cecinisse poetam, Dum sedet, et gracili fiscellam texit hibisco.* Hic ad pascuum transfert. PONTED. Seruius tamen ad Virg. Ecl. 2, 30 VIRIDI HIBISCO, *ad hibiscum compellere, scilicet a lacte depulsos. Hibiscus autem genus est herbae, vt*, it clamor caelo, *id est, ad coelum.* Alterius sententiae, quae Cl. Pontederae magis arrisit, auctores Turnebus et Caro Stephanus in seminario praedii rustici, quos sequitur etiam la Cerda.

11, 2 ID QVOD A VIRIDI PASCVO) V. C. *pastu.* Deinde legendum: *et eo magis, si vsae eis herbis, quae eaedem ipsae sumptae pe. - - solent.* et ita fere V. C. Dioscor. 2, 75 *γάλα τὸ ἀπὸ χλωρᾶς νομῆς μᾶλλόν ἐστι μαλακτικὸν κοιλίας.* et p. p. *πᾶν δὲ γάλα κοιλίας καὶ στόμαχον ἀνατρεπτικόν, ὅταν ἐπὶ νομῇ σκαμμωνίας, ἢ ἐλλεβόρου, ἢ ἀποζύνου, ἢ κληματίδος.* VRSIN.

11, 2 EO MAGIS FLVXE EX HERBA) Antiquus liber, *eo magis fluxae ex herba.* vnde emendarim, *hibisci ex herba.* Nam hibiscum cibus gratissimus capris et ouibus. Virgilius Ecloga 2 *Haedorumque gregem viridi compellere hibisco.* Eius folia in aqua pota purgant corpus hominis, vt tradunt Varro et Plinius. Herba hibisci, vt robur saxi, vis equi, et similia, apud Lucretium, et alios. *Herba lapathi*, Horat. POPMA.

11, 3 A MVLGENDO) Videtur legendum *A mulgendo quod optimum est id, quod neque longe abest, neque a partu continuo est mulctum* etc. Nam Aristoteles, ex quo Varro corrigitur 3, 20 de hist. anim. tradit, omne lac vtile esse, sed primum nouissimumque inutile. Error autem inde fluxisse videtur, quod expositores ad verba *longe abest* addiderunt *a mulso*, dum volunt significare, melius esse lac recens, quodque a mulso non longe abest, quam sit id, quod non est ita recens. VRSIN. Quid si integra sit lectio, quam dedimus, ita interpretanda, *optimum est id lac, quod neque emunctum*, h. e. vi expressum ex flaccidis, qualia sunt earum, quae diu non pepererunt, vberibus, *longe abest a mulso*, h. e. ne dici quidem potest *mulsum*, quae vox blandum quid, et ab illa vi remotum significat, quam *emungendi* verbum indicare videtur: rursum *quod neque a partu continuo est sumtum*, vbi tanto sunt turgidiora vbera, quanto in his, quae diu non enixae sunt, flaccidiora.

11, 3 EX HOC LACTE) Non male meriti videmur de lectoribus interpunctione huius loci, qui ita legebatur, *Ex h. l. c. q. f. maximi cibi, sunt bubuli, et qui - - sumti. Secundo ouilli minimi cibi: et qui fac. deiiciantur, caprini.*

11, 4 IDEM FIT) Interpungendum videtur post *idem*, et delendum *τὸ fit.* Deinde quasi ab alio principio legendum: *In lactis duobus congiis.* VRSIN.

11, 4 IN LACTIS DVOS CONGIOS) Excusi antea habebant *lactis duobus congiis*: Mss. omnes, quos vidi, *lactis duos congios.* vestigia veteris lectionis secutus ex ingenio emendaui: *In lactis etc.* VICTOR.

11, 4 DE FICI RAMO LAC) Plin. 16, 38 *Ficis lacteus* (humor est) *huic ad caseos figurandos coaguli vis.* SCHOETTG.

11, 4 ET ACETVM) Haec vox suspecta est, et fortasse pro ea reponendum, *cnecum*, de quo Dioscor. 4, 190 [168] *πήξει δὲ τὸ γάλα ὁ χυλὸς τοῦ σπέρματος* etc. et Colum. 7, 8 *Id plerumque cogitur agni aut hoedi coagulo, quamuis possit et agrestis cardui flore conduci, et seminibus cneci.* (sic enim est

5 alii [i] *δάκρυον* [k]. Non negarim, *inquam*, ideo apud diuae Rumiae [l] facellum a pastoribus satam ficum. ibi enim solent sacrificari [m] lacte pro vino, et pro lactentibus. mammae enim rumis [n], siue rumae [o], vt ante dicebant, a rumi; et inde dicuntur subrumi

i) *ali P.* k) *draconon I. B. R. dracuon non P. δρακόντιον I. I.-G.* l) *Rumnia facellum P.* m) *sacrificare a. V.* n) *rumis P.* o) *ruminare I. B. R.*

est in V. C.) *nec minus ficulneo lacte, quod emisit arbor, si eius virentem faucies corticem.* Κνήκων appellatur a Theophr. Sed vulgatam Varronis scripturam tuetur Dioscorides alio loco. Nam 2, 72 docet aceti mulsi singulos cyathos in singulas cotylas lactis addi, vt coëat. VRSIN.

11, 4 QVOD GRAECI APPELLANT, ALII ΟΠΟΝ, ALII ΔΑΚΡΥΟΝ) Hunc locum adiutus ab optimo exemplari, commode (nisi fallor) emendaui. erat autem ille in excusis codicibus mendosissimus. quis enim vnquam audivit dracontion ad coagulandum lac adhiberi? quanquam alium esse M. Varronis verborum sensum puto: *Quod Graeci appellant* etc. quod, scilicet lac de fici ramo, alii ὀπὸν, alii δάκρυον appellant. omnes enim qui in Graecis auctoribus diligenter versati sunt, humorem stirpium aliquarum (quem in fico *Lac* appellat Varro, et nos etiam ita familiari nostro sermone vocare consueuimus) ab illis ὀπὸν et δάκρυον dici noluerunt. [f. norunt] Etsi hoc satis manifestum est, tamen posterioris vocis, quae hic deprauata erat, exempla e nobilissimis auctoribus afferam. Aristoteles libro nono de Historia animalium, φέρεται τῶν τ' ἄλλων ἀνθέων καὶ ἀπὸ τῶν δένδρων τὰ δάκρυα. Theophrastus libro primo φυτῶν αἰτιῶν, τῷ γὰρ ἔρος πολλὴ λίαν ὑγρότης πρὸς τὸ διατηρεῖν ἕως ὅτι μόνοι τὸ δάκρυον. Idem politissimus scriptor in eodem libro ambas voces coniunxit, ὅτι δὲ ἡ πάντων αἱ ὀποὶ καὶ τὰ δάκρυα γεννητικὰ, πρὸς τὰς ἐκτάσεις καὶ περιφορὰς αὐτὰς ἀναπαύειν. In VI autem consuetudinem sermonis exposuit, et quid ipse de hac re sentiret, timide tamen indicauit, καλοῦσι δὲ τὰ μὲν, ὀπὸς, τὰ δὲ, δάκρυα. κοινότερον δὲ ὁ ὀπός. διαφέρει δὲ ἴσως οὐδέν. Qui autem prima haec Theophrasti verba diceret Varronem expressisse, fortasse non peccaret. VICTOR. In Geopon. ita: οἱ πολλοὶ πήσσουσι τοὺς τυροὺς ᾧ [Needh. ὃ] πρῶτον τινὲς ὀῤῥὸν, (siue ὀπὸν) καλοῦσι, οἱ δὲ πλεῖστοι τῶν γεωργῶν πιτύαν αὐτὸ ὀνομάζουσι. κάλλιον δέ ἐστιν ὁ ἀπὸ τῶν ἐρίφων, καὶ ἅλας δὲ Φρύγιοι πήσσουσι γάλα, καὶ συκῆς ὀπός. VRSIN. Hesychius: ὀπὸς, πιτύα βοτάνη τις, δι' ἧς πήγνυται τὸ γάλα, καὶ τὸ τῶν δένδρων δάκρυον, καὶ τὸ γαλακτῶδες ἐκ τῆς συκῆς λειβόμενον. SCHOETTG. Itali et nunc vtuntur illo succo.

11, 4 ALII ΟΠΟΝ) Ab hac voce ὀπίας caseum appellauit Cyclops apud Euripidem, acrem, et ad quem cogendum succus e fici ramo adhibitus esset: καὶ τυρὸς ὀπίας ἐστὶ καὶ βοὸς γάλα quem versiculum ipsius intellexit Athenaeus lib. 14. δειπνοσοφ. Εὐριπίδης ἐν Κύκλωπι ὀπίαν καλεῖ τυρὸν τὸν δριμὺν, τὸν πηγνύμενον τῷ τῆς συκῆς ὀπῷ. VICT.

11, 5 DIVAE RVMIAE) Quae et Rumina dicebatur. Erat autem vna ex Semonibus, et liberis recens natis mammam siue lac immulgebat, vnde et nomen accepit, vt vel ex nostro Varrone constat. Pius annot. prior. c. 3. Lipsius Antiqu. Lect. 2, 18. De facello alibi nihil lego, oportet autem fuisse regione octaua, vbi teste P. Victore ficus Ruminalis fuit. SCHOETTG.

11, 5 FICVM) Ruminalem, de qua multa Salmasius ad Solinum c. 53 p. 800 quam ego nomen accepisse puto a ruma seu mamma, quam ibi lupa vel etiam pastoris vxor Romulo et Remo exhibuit, id quod etiam testatur Florus 1, 1, 3. Non autem eadem semper ficus fuit, sed sinebatur arescere, et manibus sacerdotum alia plantata est, vt docet Plin. 15, 18 vbi conf. Hard. et Dalecamp. Caeterum a *Ruma* ego quoque *Romuli* nomen deriuo, quod incidisse video Stadio ad l. c. Flori, et Romuli quoque templum non procul ab illa ficu dissitum fuit. Nardinus Rom. Ant. 5, 3. IDEM.

11, 5 ET PRO LACTENTIBVS) Vid. deesse vox *bidentibus*, vt sit *pro bidentibus, lactentibus*. Nam aliis Diis hostiis bidentibus et vino litabant, Rumiae vero lacte et hostiis lactentibus. Varro, Cato, vel de liberis educandis apud Nonium: *Hisce manibus lacte fit, non vino, Cuninae propter cunas, Ruminae propter rumam, id est prisco vocabulo mammam, a quo etiamnum subrumi dicuntur agni.* Plut. probl. 57 VRSIN. Ego putabam τὸν et redundare. *Pro lactentibus* pueris Diuae Rumiae *sacrificant lacte*, quod *pro vino* adhibent.

11, 5 MAMMAE ENIM RVMIS, SIVE RVMAE) Nihil variaui, antiqua tamen lectio diuersa: vt accurate ponderari a studiosis possit, eam hic adponam: *Mammae enim rumus siue ruminare vt*, etc. Locum alium Varronis a Nonio citatum, vbi de eadem re agitur, ad hunc adiungam. *Cato, vel De liberis educandis, Ruminae propter rumam: id est, prisco vocabulo: mammam: a quo subrumi etiam nunc dicuntur agni.* VICT. Sequar vestigia priscae lectionis. *Mamma enim Rumis, siue Rumin. ea re, vt ante, dicebant, a rumi.* Ait antiquitus mammam *rumim*, siue *rumin* vocari solitam. Nam indifferenter *Rumin* et *Rumen* dicebant, vt *germen, germin.* A qua mente, inquit, pastores antea dicebant, *a rumi vt agnos depulsos a rumi.* quod postea dictum, *a mamma.* Varro, Cato, de liberis educandis. *Hisce manibus lacte fit, non vino: cuninae, propter cunas; Rumiae, propter rumam. Id est prisco vocabulo mamma. A quo subrumi etiamnum dicuntur agni.* Haec ille. SCALIG. Videtur legendum: *Mamma*

subrumi agni: lactentes [p], a lacte. Quin [q] aspergi solent sales: melior [r] fossilis quam 6
marinus. De tonsura ouium, primum animaduerto [s] ante quam incipiam facere,
num scabiem [t] aut [u] vlcera habeant [x], vt, si opus est, ante curentur, quam tondeantur.
Tonsurae tempus inter aequinoctium vernum, et solstitium, cum sudare inceperunt [y]
oues. a quo sudore recens lana tonsa sucida [z] appellata est. Tonsas recentes eodem 7
die perungunt vino, et oleo: non nemo admixta [a] cera alba, et adipe suillo. et si ea
tecta solet esse, quam habuit pellem iniectam [b], eam intrinsecus eadem re perinungunt [c], et tegunt rursus. Si qua in tonsura plagam accepit, eum locum oblinunt [d]
pice liquida. Oues hirtas tondent circiter ordeaceam messem: in aliis locis ante [e]
foenisicia [f]. Quidam has in anno bis tondent, vt in Hispania citeriore, ac semestres [g] 8
faciunt tonsuras. duplicem impendunt operam, quod sic plus putant fieri lanae. quo nomine quidam bis secant prata. Diligentiores tegeticulis subiectis oues tondere solent, nequi [h] flocci [i] intereant. Dies ad eam rem sumuntur sereni, et iis id faciunt fere a quarta ad decimam horam [k]: quoniam [l] sole calidiore tonsa ex [m] sudore eius lana fit mollior, et ponderosior, et colore meliore. quam demptam, ac conglobatam, alii vellera, alii velumina [n] appellant. ex quorum vocabulo animaduerti licet, prius lanae [o] vulsuram quam tonsuram inuentam. Qui etiam nunc vellunt, ante triduo
habent ieiunas, quod languidae minus [p] radices lanae retinent. Omnino tonsores 10
in

p) *lactentes P.* q) *qua spargi Pol.* r) *est* inf. *I. B. R. meliorem P.* s) *animaduertito Hervag.* t) *scauiem P.* u) *et I. B. R.* x) *habeat I. B. R.* y) *inceperint I. B. R. coeperint I. I-G.* z) *succida a. V.* a) *adiuncta I. B. R.* b) *intectam I. B. R.* c) *perunguns a. V.* d) *adlinunt I. B. R. obliniunt I. I-G.* e) *ante* omitt. *I. B. R.* f) *foenisecia P.* g) *semenstres P.* h) *qui* deest *I. I-G.* i) *floci I. B. R.* k) *horam* abest *P.* l) *cum sole callidiore I. B. R.* m) *et I. B. R.* n) *velumia I. B. R. Iunt. vellimna P. vellumia marg. vellimina Po.* quod et Facciolatus probat. o) *lanam I. B. R.* p) *minus aegre I. B. R.*

Mamma enim rumis siue rumina, vt ante dicebant: a rumi inde dicuntur subrumi agni lactentes. voces *a lacte* abundant. Festus in fragmento: *Mamma autem rumis dicebatur.* Sed Festi fragmentum hinc suppleri potest hoc modo: *Agnos lactentes subrumos vocant* etc. nam Varro supra sic ait: *Vt qui appellantur subrumi id est sub mamma. antiquo enim vocabulo mamma rumis.* Vid. Festus in *subrumari.* VRSIN.

11, 5 A RVMI) „Commation istud *a rumi* „haud scio an expungendum sit, velut exegema „sequentis aduerbii *inde.*" Haec nota fortasse a Sylburgio profecta, extabat in vltimo folio editionis Commelinianae inter corrigenda.

11, 5 LACTENTES A LACTE) Illud *a lacte* subdititium est, glossema τοῦ *lactentes.* SCALIGER.

11, 6 QVIN ASPERGI) Videtur legendum *Qui inspergi.* p. p. est in V. C. *adiuncta cera alba.* verbum *iniectam* videtur abundare. Item V. C. habet *adlinunt*, non *obliniunt.* VRSIN. Cossinium hic redire ad sermonem puto, quem interpellarat Varro antiquitatis commemoratione.

11, 7 TONSAS RECENTES) Conf. Didymum Geopon. 18, 8.

11, 9 EX SVDORE EIVS LANA) Quid si pro *eius* legas *ouis?*

11, 9 ALII VELLERA, ALII VELVMINA) In antiquioribus *Vellimna.* non multo post vbi in excusis, *Quod languidae minus radices lanae retinent*, in iisdem vetustis libris, vna plus dictio legitur, *Quod languidae minus aegrae radices* etc. corrupte, vt arbitror. Et vt vnde mendum ortum putem dicam, declarationem fuisse, vocem quae addita est, suspicor, prioris illius *languidae:* quae temere postea a librario in contextum sermonis Varronis coniecta sit. VICTOR. Malo *vellimina.* SCALIG.

11, 9 QVI ETIAM NVNC VELLVNT) Quin Plin. 8, 48 f. 73 pr. *Durat quibusdam in locis vellendi mos.*

11, 9 RADICES LANAE) Vox *lanae* vid. abundare. VRSIN.

11, 10 TONSORES) Antea ergo intonsi fuerunt Romani, vt eosdem saepe vocarunt Poetae. Conf. Plin. 7, 59 et Schoockius Exerc. 24 cap. 2 p. 337. SCHOETTG. Hoc ex antiquitate quasi emblema ex sua persona intexuisse arbitror Varronem, ad argumentum ipsum paullo post redeunte Cossinio. Caeterum ad hunc locum laudauerat Almeloueenius in margine Braunium de vest. sacr. 1, 9 §. 138. Tu mihi vide elegantissimum Brouckhusium ad illud Tib. 2, 1, 34 *Et magna intonsis gloria, victor, auis.*

11, 10 P.

in Italia primum venisse ex Sicilia [q] dicuntur [r] post R. [s] C. A. CCCCLIIII [t]; vt scriptum in publico Ardeae in literis extat, eosque adduxisse P. Ticinium Menam [u]. Olim tonsores non fuisse adsignificant antiquorum statuae, quod pleraeque habent
11 capillum, et barbam magnam. Suscipit COSSINIVS, Vt fructum ouis e lana ad vestimentum, sic capra [x] pilos ministrat [y] ad vsum nautioum, et ad bellica tormenta, et fabrilia vasa. Neque non quaedam [z] nationes harum [a] pellibus sunt vestitae vt in Getulia [b], et in [c] Sardinia. cuius vsum apud antiquos quoque Graecos fuisse apparet, quod in tragoediis senes ab hac pelle vocantur διφθερίαι [d], et in comoediis; qui in rustico opere morantur, vt apud Caecilium in Hypobolimaeo habet adolescens,
12 apud Terentium in Heautontimorumeno [e] senex. Tondentur [f], quod magnis villis sunt, in magna parte Phrygiae; vnde Cilicia, et caetera eius generis ferri [g] solent. Sed quod primum ea tonsura in Cilicia sit instituta, nomen id Cilicas adiecisse dicunt, Illi hoc. neque ab hoc, quod mutaret Cossinius. et simul Vituli libertus in vrbem veniens

q) *Cilicia P.* r) *dicunt P. R. conf. I. B. R.* s) *Romam conditam I. I-G.* t) *CCCCLIII. P.* u) *Maenas P. Menas Ienss.* x) *caprae pilus P.* y) *administrat I. B. R.* z) *quasdam I. B. R.* a) *horum P.* b) *gaetulia I. B. R.* c) *in* abest *a. V.* d) *diphtheriae I. B. R.* e) *eautontimorumenon senes tondentur. Quod I. B. R.* f) *Tondetur P.* g) *solent fieri I. B. R.*

11, 10 P. TICINIVM MENAM) Sylburgius in Indice *Licinium* legi debere coniicit. Sed Plin. 7, 59. *Ticinium* et ipse nominat, vbi *Titinium* coniicit Hard.

11, 11 SIC CAPRA PILOS) Haec ad verbum mutuatus est Virgilius: *Nec minus interea barbas incanaque menta Cinyphii tondent hirci, setasque comantes Vsum in Castrorum, et miseris velamina nautis.* SCALIGER. Flor. Geop. 18, 9 ἡ δὲ θρὶξ ἀναγκαία πρός τε σχοίνους καὶ σάκκους, καὶ τὰ τοιούτοις παραπλήσια, καὶ πρὸς ναυτικὰς ὑπηρεσίας. SCHOETTG.

11, 11 ET IN COMOEDIIS, QVI IN RVSTICO OPERE) Loquitur nunc de comoediis, quas nouas appellabant: priscarum tamen etiam poetae ostendunt, hoc vestitu pastores vsos fuisse: vt Aristophanes in Νεφέλαις. inducit enim Strepsiadem cum filio ita loquentem, Ὅταν μὲν οὖν τὰς αἶγας ἐκ τοῦ φελλέως, Ὥσπερ ὁ πατήρ σου, διφθέραν ἐνημμένος. Nam διφθέρας etiam veteres appellasse membranas, in quibus (vt nos quoque facimus) scriberent, ostendit Cicero in epistola ad Atticum, cum de parte suorum librorum, quos de Academicis quaestionibus conficeret, vt ad Varronem mitteret, loqueretur. inquit enim, *Quatuor διφθέραι sunt in tua potestate.* Idem etiam significabatur prouerbio illo, quod dicebatur in eos, qui nimis vetusta referrent, ἀρχαιότερα τῆς διφθέρας λέγειν. Adagium apud Suidam explicatum. VICTOR. Similia his disputat vir doctissimus Var. Lect. 26, 23.

11, 12 CILICIA) Sidon. Apoll. 2, 9 et ibi Savaro. ALMEL. Solinus c. 33. de Arabibus Scenitis: *Ipsa autem,* inquit, *tentoria cilicina sunt: ita nuncupant velamenta caprarum pilis texta.* Vide ibi Salm. p. 347 qui satisfaciet plura desideranti. SCHOETTG.

11, 12 NOMEN ID CILICAS) Videtur legendum *Nomen id Ciliciis adiecisse. Cum ille hoc, neque quisquam abnutaret, simul Vituli* etc. nam verbum *dicunt* est adiectum. Item vox *Cossinius*, cum ipse adhuc loquatur, glossema est. Deinde legendum: *Itaque discedimus ego, et Scrofa in hortos ad Vitulum Niger Turrani noster, alii partim domum, partim ad Maenatem.* Nam liber hic II ad Turranium Nigrum missus est; III ad Q. Pinnium; I ad Fundaniam vxorem. Vide supra 1, 2. *Maenatem* autem scripsi ex c. 1 et 8 huius libri. VRSIN. Quid si, *Ille* (nempe *Cossinius*) hoc, *neque ab hoc* QVI *mutaret et simul* etc. Voluit aliquis in margine indicare quis esset *ille?* Nomen inde irrepsit loco alieno.

11, 12 NEQVE AB HOC QVOD MVTARET COSSINIVS) Animaduertendus loquendi modus: est enim elegans et optimis auctoribus vsurpatus. *Nihil mutauit ab hoc.* id est, quod illi dixerant, probauit, nec in tam longo sermone vidit quod reprehenderet, aut aliter melius dici posse putaret. Cogitandum, an eodem intellectu ceperit M. Tullius, cum in XIII libro epistolarum ad Atticum de Caesare Dictatore loquens, inquit, *Tum audiuit, de Mamurra non mutauit.* Id est, Quod factum erat laudauit, et ratum esse voluit. In III Philippica de sorte prouinciarum loquens, *O felicem vtramque; nihil enim mutauerunt.* Id est, Sorte contenti fuerunt, et res melius cadere non potuit. nam Pro domo sua plenius loquitur: *Cui quidem cum Ciliciam dedisses mutasti pactionem. Commutare verba*, altercari significare, planum omnibus est, vel ex Terentio, qui non semel ita locutus est. quare accuratae animaduertendum, an mendum sit in versiculo Silii poetae, qui est in primo libro: sic enim legitur, *Stantem pro muro et mutantem membra*

veniens ex hortis diuertitur [h] ad nos, Et [i] ego ad te missus, inquit, ibam domum rogatum, ne diem festum faceres breuiorem, et mature venires. Itaque discedimus [k] ego et Scrofa in hortos ad Vitulum [l]. Niger in Turranii [m] nostri. illi partim domum, partim ad Lenatem.

h) *deuertitur P.* i) *et ait: Ego I. B. R.* k) *discessimus I. B. R.* l) *Vitulum Nigrum Turranium. Mox illi a. V.* m) *Turanniis. Inoste P.*

membra Caicum, cum pro *membra* legendum sit *verba*, vt opinor. *Mutantem verba*, id est, altercantem, conuicia facientem, et maledicta dicentem. VICTOR. [Mihi placebat apud Silium 8, 306 legere *nutantem membra*. Cl. Drakenborchius edidit *minitantem vana* ex Ms.] Terentius *Nec commutaturos tria verba hodie.* Quadrigarius, *Putabant eos qui foris, atque qui in arce erant, inter se commutationes et consilia facere.* Imitatum ex Graecis, qui συναλλάσσειν dicunt. Fortasse apud Terentium in Hecyra, idem est: *Mutatio fit: ea nos perturbat, Lache.* Tamen non ignoro, quomodo vulgus grammaticorum interpretetur. quod non displicet, et fortasse verius est. SCALIG. Eleganter Bentleius mutatis personis hunc locum explicat. Est autem 4, 4, 11.

11, 12 AD VITVLVM. NIGER IN TVRRANII NOSTRI: ILLI PARTIM) In vetustissimis etiam codicibus locus deprauatus: secutus veteris lectionis vestigia, ita emendaui, nec tamen firmam emendationem hanc puto. *Niger* enim *Turranii* cognomen erat, non ab illo diuersus: nisi aliquis eodem cognomine, ac diuersae familiae fuerit: aut eiusdem cognominis ac gentis, qui praenomine distingueretur. Antiquam hic scripturam ponam, quam studiosi accurate perpendent: *Ad Vitulum. Niger in Turrani in oste illi,* etc. VICTOR. *Niger in Turrani nostri.* Ita conatus est emendare P. Victorius. Vetus scriptura: *Niger in Turrani in oste, illi,* etc. Fortasse, *Niger in Turranianos. Et illi.* Vt *Turraniani horti* fuerint Turraniorum familiae. quales fuerunt *Salustiani*, *Maecenatiani*. Aliud certe nihil adferre possum. SCALIG. Fortasse melius legeretur: *Niger Turrani nostro.* [f. noster] Nam hunc librum misit Nigro Turranio, vt ex principio constat. Itaque eundem in vltima libri parte compellat, vt in extremo lib. 3. Pinnium. POPMA. Codex Victorianus: *Niger in Turrani in ostes illi.* Plane adsentior Popmae, qui legit: *Niger Turrani nostro*, immutato tamen *nostro* in *noster*, vt ad illum sermonem Varro conuertat, ad quem librum mittebat. PONTED. Omnino verissimam puto doctissimi Vrsini emendationem *Niger Turrani noster.* Eodem modo sub initium eum allocutus fuerat, pr. 6 *tibi, Niger Turrani noster.*

11, 12 AD LENATEM) Vix dubito legendum esse *ad Menatem*, de quo supra 2, 8, 1 dictum. *Lenas* vel *Laenas*, familiarius cognomen, inuasit locum alienum.

M. TE-

M. TERENTII VARRONIS
RERVM RVSTICARVM
DE VILLATICIS PASTIONIBVS

LIBER III.

CAPVT I.

CVM duae vitae traditae ſint hominum, ruſtica, et vrbana Q. [a] Pinni, dubium non eſt, quin hae non ſolum locum [b] diſcretae [c] ſint, ſed etiam tempore diuerſam originem habeant. antiquior enim [d] multo ruſtica. quod fuit tempus, cum rura
2 colerent homines, neque vrbem haberent. Etenim vetuſtiſſimum oppidum cum ſit traditum Graecum, Boeotiae [e] Thebae, quod rex Ogyges [f] aedificarit [g]; in agro Romano Roma, quam Romulus rex: (Nam in hoc nunc denique eſt, vt dici poſſit, non cum [h] Ennius ſcripſit, *Septingenti ſunt paulo plus aut minus anni, Auguſto augurio poſtquam*

VARIETAS LECTIONIS.

[CAP. I.] a) *Quid ni Prani P.* b) *locum Vict. loco* caet. etiam *P.* et *Ryck.* c) *diſtinctae I. B. R. diſcretae P.* d) *eſt enim I. B. R.* e) *boetiae I. B. R.* f) *Ogyges P.* g) *aedificauit I. B. R.* h) *tum I. B. R.*

Cap. 1, 1 LOCVM DISCRETAE SINT) Cum bonos libros ſecutum putem Victorium, et Graeciſmi non infrequentes ſint Varroni, nolui quidquam mutare.

1, 2 GRAECVM) Videtur legendum *in Graecia.* nam p. p. dicit *in agro Romano.* VRSIN.

1, 2 OGYGES) Antiquiſſimus eorum, qui fere in hiſtoriis traduntur, vnde etiam *ὠγύγιον* pro quauis re antiqua adhibetur. Euſtathius ad Dionyſii periegeſin v. 417 *Ὠγύγιος ἤτοι παλαιός.* Scholiaſtes Sophoclis ad Philoctеten v. 141. *κράτος Ὠγύγιον, τὸ ἐξ ἀρχῆς τεθειμένον κράτος. Δρυὸς Ὠγυγίης παλαιᾶς, antiqua quercus exeſa* eſt apud Phocyliden v. 161. *Ὠγύγιος ἄνθρωπος, homo priſcae ſtaturae,* apud Heliodorum Aethiop. 10, 25. Plura dabunt Tzezes ad Lycophronem v. 1220, Etymologicum magnum, Barthius ad Statium Theb. 5, 510 et Spanhemius ad Callimachum hymno Iouis v. 14. SCHOETTG.

1, 2 THEBAE) Quae inde Ogygiae dicuntur. *Ὠγυγίη Θήβη* Chriſtodorus Thebanus epigr. 49. IDEM.

1, 2 NAM IN HOC NVNC DENIQVE) *Vt nunc* videtur adiecta. nam idem eſt, quod ſequitur [vir doctiſſ. voluit ſcribere *praecedit*] *in hoc:* infra dixit, *in hoc ad te mitto,* id eſt, *nunc.* VRSIN. Legendum: *iam in hoc.* Ennius poeta ſcripſit Annales circa quingenteſimum fere et ſexageſimum vrbis annum, et mortuus eſt Q. Martio Philippo iterum, Q. Seruilio Cepione Coſſ. anno quingenteſimo octogeſimo quarto. Itaque quod in Annalibus ſcripſit, eſſe a primordio vrbis annos plus minus ſeptingentos; in eo immane quantum illum fugit temporum ratio. et quamuis a poeta non exigatur ad amuſſim annorum numerus, tamen vix ferenda tanta licentia, aut incuria. Fuerunt autem ab V. C. anni DCCXVII. L. Gellio Poplicola, M. Cocceio Nerua Coſſ. quo tempore Varro hos libros confecit, annum agens octogeſimum. vnde recte dixit; *iam in hoc nunc denique, non cum Ennius ſcripſit.* POPMA. *In hoc* Pleonaſmum puto Varronianum. Illud autem, quod ſ. 9 habetur, aperte *τελικὸν* eſt pro *ad hoc.* Germani ſimiliter: *Nun iſt es allererſt an dem, daſz man ſagen kan etc.*

1, 2 SEPTINGENTI) Verum id fuit Varronis aetate, non Ennii, qui mortuus eſt A. V. C. 585 Q. Marcio Philippo, Q. Seruilio Caepione Coſſ. Varro autem 726, vt ſcribit Euſebius. e quo numero ſi demas nouem, (nam vixit annos fere nonaginta, ſcripſit autem hos libros natus annos 80, ſiue vt Plinius ait 81) anni vrbis erunt paullo minus 717. VRSIN.

1, 2 AVGVSTO AVGVRIO) Citatur hic verſus praeter noſtrum etiam a Suetonio Aug. c. 7, vbi in etymologiam vocis Auguſti inquirit, eamque ab augurio deriuat. Conf. Schurzfleiſchii Diſſ. de titulo Auguſti. SCHOETTG.

1, 3 ANTE

postquam inclita condita Roma est.) Thebae, quae ante cataclysmon Ogygi conditae 3
dicuntur, eae tamen circiter duo millia annorum et centum sunt. quod tempus si referas ad illud principium, quo agri [i] coli sunt [k] coepti, atque in casis et tuguriis habitabant, nec murus, nec [l] porta quid esset sciebant: immani numero annorum vrbanos [m] agricolae praestant. nec mirum, quod diuina natura dedit agros, ars hu- 4
mana aedificauit vrbes. cum artes omnes dicantur in Graecia intra [n] mille annorum [o] repertae, agri nunquam non fuerint [p] in terris, qui coli possint. Neque solum antiquior cultura agri, sed etiam melior. Itaque non sine causa maiores nostri ex vrbe in agris [q] redigebant suos ciues, quod et in pace a rusticis Romanis alebantur, et in bello ab his tuebantur [r]. Nec sine causa Terram eandem appellabant matrem, et 5
Cererem,

i) *agricolae P. I. B. R.* k) *sint P.* l) *et I. B. R.* m) *vrbanis a. V.* n) *inter I. B. R.* o) *tempora* add. *Ba-G.* p) *fuerunt a. V.* q) *agros a. V.* r) *alebantur P. tueb. et alebantur I. B. R.*

1, 3 ANTE CATACLYSMON) Diluuium illud Ogygis tempore fuit, anno ante Romam conditam 1040 teste Paullo Orosio 1, 7 qui tamen falsus est, quod Eleusinae conditorem dicit Ogygen, debebat enim Thebarum dicere. SCHOETTG.

1, 3 OGYGI) Veteres primum casum obliquum abiecta *s* litera extulerunt in id genus peregrinis nominibus, vt *Ogygas*, *Themistocles*, in quo secuti sunt magis consuetudinem, quam rationem. Sallust. hist. 1 *Ad bellum Persi Macedonicum.* Cic. ad Att. lib. 9 *Ariarathes Ariobarzani filius:* et 13 *Non vides ipsum illum Aristoteli discipulum,* Virgilius *immitis Achilli* et *Vlyssi.* POEMA.

1, 3 EAE TAMEN CIRCITER) Videtur legendum *ea tamen*. Arnob. 5. *Varro ille Romanus — docet ab diluuii tempore, vsque ad Hirtii consulatum, annorum esse millia nondum duo.* Fuerunt autem Hirtius et Pansa consules a V. C. 710. VRSIN. Varie computatus annus Cataclysmi Ogygii. Eusebius et Orosius ponunt eum a. ante V. C. 1040. Ponimus Varronem haec scripsisse A. V. C. 710. fiunt anni 1750, qui numerus paullo minor est. Sed quis in tanta rerum obscuritate et diuersitate certi quid pronunciabit. SCHOETTG.

1, 3 QVOD DIVINA) Voces *diuina* et *humana* videntur adiectae. p. p. *possint* videtur positum pro *possent*, vt de L. L. 4 *Aut id genus vbi pasci possit pecus.* VRSIN.

1, 4 IN AGRIS) V. C. *in agros.* Cic. 2 de leg. ait, *Thesеum Atticos demigrare ex agris, et in astu, quod tunc appellabant, omnes se conferre iussisse.* At Columella tradit maiorum aetate proceres etiam ciuitatis in agris morari solitos. IDEM. Si coniecturis agendum, mallem legere, *in vrbem ex agris,* vt eo flectatur sensus; Romanos, quotiescunque ciues vel Senatores suos collectos vellent, eos ex agris et villis conuocare necesse habuisse. Res notissima est exemplo Cincinnati, qui ab aratro Dictator est vocatus: et viatores Romae noti erant, qui Senatores ex rure conuocarunt. Conf. Greenium de rusticatione et villis veter. SCHOETTG. Nihil mutandum. *In vrbem* primo per asyli causam confluxit hominum multitudo, quae praeter nouum larem vrbanum nihil haberet. Auctis subinde rebus, et agro hostium capto, quanto quis enixiorem reip. operam praestitisset, tanto plus agri accepit.

1, 4 QVOD ET IN PACE A RVSTICIS R. ALEBANTVR, ET IN BELLO AB IIS TVEBANTVR) Hunc locum in cunctis manu scriptis mendosum inueni. cum autem nihil in excusis variauerim, veterem scripturam nunc indicare volo: in qua idem verbum secundi membri finis est, quod primi: id est, *Ab iis alebantur*, in vetustis codicibus, vt supra, *A rusticis hominibus alebantur*, legitur. Non tantum autem hoc admonui, offensus rariore significatu eius verbi quod in omnibus nunc excusis est, quam propter antiquorum librorum fidelitatem. Quis enim scit an ita locus ex ingenio ab aliquo emendatore restitutus fuerit? non tamen visum est receptam lectionem loco mouere: commodam praesertim, et quae ferri possit. nam vetustissimos scriptores *καθυπαῖς* etiam *tueor* dixisse, vel hac eleganti inscriptione (quam Augustinus Nerruccius, eruditus ac diligens vir, cum Hispanias peragraret, inde attulit) manifestum fieri potuit. PALLADI VICTRICI SACRVM. HIC HOSTIVM RELLIQVIAS PROFLIGAVIT CATO. VBI SACELLVM MIRO ARTIFICIO CONDITVM ET AEREAM PALLADIS EFFIGIEM RELIQVIT. PAREANT ERGO ET NOSCANT OMNES SENATVS ET POPVLI ROMANI IMPERIVM DEORVM NVMINE ET MILITVM FORTITVDINE ET TVERI ET REGI. Eam autem eo libentius adposui, quod salua maiestate imperii, pietatis in Deos plena est. VICTOR. Hoc verbo vsus est Vitruuius in praefat. lib. 8 sub eadem significatione, cum ait: *Res omnes non aliter sine elementorum potestate, neque crescere, nec tueri.* VRSIN. Adde Barth. Adu. 11, 14. SCHOETTGEN.

Cererem, et qui eam colerent, piam et vtilem agere vitam credebant, atque eos solos reliquos [s] esse ex stirpe Saturni regis. Cui consentaneum est, quod Initia vocantur
6 potissimum ea, quae Cereri fiunt sacra. Nec minus oppidi quoque nomen Thebae [t] indicant antiquiorem [u] esse agrum, quod ab agri [x] genere, non a conditore nomen ei est impositum. Nam lingua prisca et in Graecia Aeoleis [y] Boeotii sine afflatu vocant collis [z] Tebas [a]: et in Sabinis, quo [b] e Graecia venerunt Pelasgi, etiam [c] nunc ita dicunt. cuius vestigium in agro Sabino via Salaria non longe a Reate milliarius
7 cliuus appellatur [d] Thebae. Cum agriculturam primo propter paupertatem maxime indiscretam haberent [e], quod a pastoribus qui erant orti, in eodem agro et serebant, et pascebant: qui [f] postea creuerunt, peculia [g] diuiserunt [h], ac factum, vt dice-
8 rentur alii agricolae, alii pastores. Quae ipsa pars duplex est, tametsi ab nullo satis discreta, quod altera est villatica pastio, altera agrestis. Haec nota et [i] nobilis [k], quod et pecuaria appellatur [l], et multum homines locupletat [m], et ob eam rem aut conductos, aut emtos habent saltus. Altera villatica, quod humilis videtur, a quibusdam adiecta ad agriculturam cum esset pastio, neque explicata tota separatim,
9 quod sciam, ab vllo. Itaque cum putarem esse rerum rusticarum, quae constituta sunt fructus causa, tria genera, vnum de agricultura, alterum de re pecuaria, tertium de villaticis pastionibus: tres libros institui [n], e queis duo [o] scripsi; primum ad Fundaniam

s) *reliquias a. V.* t) *indicat I. B. R.* u) *antiquum lenss. antiquissimum B. R.* x) *argin graece I. B. R.* y) *Aeoles boetii I. B. R.* z) *aeolis a. V.* a) *Thebas P. I. I - G.* b) *quae Vict.* c) *et I. B. R.* d) *appellatur. Thebae cum I. B. R.* e) *habebant P.* f) *quae I. B. R.* g) *pecunia I. B. R. P.* h) *dimiserunt Pol. 1.* i) *haec notabilis Pol. 2.* k) *quae I. B. R. Pol. 2.* l) *nominatur I. B. R.* m) *locupletes ob I. B. R.* n) *constitui I. B. R.* o) *duos a. V.*

1,6 NEC MINVS OPPIDI) Videtur legendum, *nec minus Thebae.* caetera sunt adiecta. VRSIN.

1,6 VOCANT COLLIS TEBAS) Ita emendaui e vetustis Codd. antea in excusis *Aeolis* corrupte: quae tamen lectio in semiuetere codice a me inuenta est. Quod addit M. Varro, *non longe a Reate Cliuum appellari Tebas*, declarat hic etiam *collis* legendum esse. VICTOR. Si verum est quod dicit Varro, vt *Tebas* colles vocarint Aeoles Boeotii: mirum apud nullum veterem Graecum scriptorem ne eius quidem rei vestigia extare. Quod si, vt ille ait, sine afflatu *Tebas* vocarunt colles, non ergo *Thebae* cum afflatu significabunt colles. Et, sane reliqua merae nugae. Sed res ita se habet. Cadmus Thebarum conditor nomen ei oppido imposuit, a nauicula, qua traiecerat. quemadmodum et prisci Latini nummum rate signarunt, quod ea vectus Saturnus in Latium peruenit. *Theba* enim Phoenicibus, nauicula. Huic rei fidem faciunt et alia vetera Boeotiae nomina. nam Cadmus ipse ad verbum est ἀνατολικός. quod ex oriente venisset; hoc est, ex Syria. Labdacus est παιδευτός. Ino, εὐτυχής, vel potius τύχη. Ismenus λιμναῖος. Cithaeron, θυώδης, πεύκινος, propter pineta. Et alia praeterea multa, quae, ne molestus sim, sciens praetereo. Vt appareat, Thebas a Syris conditas, et Syrum nomen eis impositum fuisse, aut frustra omnes vetustissimae historiae prodidissent Cadmum in Graeciam venisse. Quod cum ita sit, *Thebae* non dicuntur colles, vt vult Varro. neque apud vllum auctorem vnquam reperies Neque, si Sabini quosdam colles apud se *Tebas* vocarunt, propterea omnes colles lingua Sabina *Tebae* dicti, non magis sane, quam si Romani collem Auentinum haberent, propterea alios omnes Auentinos vocarent. Sed non mirum hoc in Varrone, cuius libri istiusmodi commentis referti sunt, quae posteritas ita mirata est, vt Brabantini et Flandri hodie origines Becceseleni sui adorant, τῷ μόνον εἰς ἐνθουσιάζειν. SCALIG. [Goropium Becanum, credo, tangit. Et non comparent haec vltima in editione 1573, quam viuo adhuc vel paullo ante mortuo Goropio parauerit scilicet.] Pro *quo* legendum videtur *qui e Graecia*. VRSIN. Vox Phoenicium quam Scaliger indigitat est תיבה arca, nauicula. Hesych. Θῆβαι, πόλις Βοιωτίας καὶ κιβώτιον. SCHOETTG. Nec iniucundum fuerit orientalis literaturae expertibus cognoscere, idem nomen esse, quo arca Noae in sacris insignitur. Facile esset etiam reliqua a Scaligero indicata ita persequi. Sed petent, qui volent, ex Bocharto.

1,8 ALTERA VILLATICA) Totus locus ita videtur legendus: *Altera, quod hac videretur — agriculturam, neque explicata sep. etc.* VRSIN. Certe *videretur* et ego legendum putem.

1, 10

daniam vxorem de agricultura, fecundum de pecuaria ad Turranium [p] Nigrum. qui reliquus est tertius de villaticis fructibus, in [q] hoc ad te mitto, quod visus [r] sum debere pro nostra vicinitate et amore scribere potissimum ad te. Cum enim villam haberes, opere tectorio et intestino, ac pauimentis nobilibus lithostrotis spectandam, parum putasses esse, ni tuis quoque literis exornati parietes essent. Ego quoque, quo ornatior ea esse posset fructu quam [s] factu, quo [t] ad facere possem, haec ad te misi, recordatus de ea re sermones, quos de villa perfecta habuissemus. de [u] quibus exponendis initium capiam hinc.

II. COMITIIS aediliciis, cum sole caldo ego et [a] Q. Axius senator tribulis suffragium tulissemus, et candidato [b], cui studebamus, vellemus esse praesto, cum domum rediret: AXIVS; Mihi [c] dum dirimentur [d], inquit, suffragia, vis potius villae publicae vtamur vmbra, quam priuati candidati tabella dimidiata [e] aedificemus nobis? Opinor, *inquam*,

p) *Turannium a. V.* q) *hunc ad Heru.* r) *visum Sou.* s) *quam quod P.* t) *quod fac. P.* u) *de quibus - - hinc desunt Ba-G.* [C. II.] a) *atque Ax. a. V.* b) *candidatos I. B. R. Pol.* 1. c) *inibi P. I. B. R.* d) *dirimerentur I. B. R. dirimuntur Ba-G. diribentur P. II. et Vict.* e) *dum ita aed.* al. praec. *I. B. R. vmbella domificemus* Lipf. ad Senec. ep. 118. pr.

1, 10 PARVM PVTASSES) Videtur legendum *Parumque, et fructu quam sumtu.* nam infra dixit: *deliciis sumtuosior.* sed verba *de ea re* abundant. In fine capitis in VV. CC. adduntur haec, quae in vulgatis libris desiderantur: *De quibus hinc.* et fortasse legendum *incipiam hinc.* Nam sic alibi locutus est, supra libro 2. *Incipiam hinc.* et lib. 6 de L. L. *Si quid excidit, incipiam hinc.* et lib. 7 *Prima parte exposita de secunda incipiam hinc.* et lib. 8 *Haec nunc strictim dicta, apertiora fient infra, incipiam hinc.* VRSIN.

1, 10 NI TVIS QVOQVE LITERIS) Quid si legas *tui?* et intelligas bibliothecam, quae villarum ornamentum iam tum solebat esse.

1, 10 ORNATIOR FRVCTV, QVAM FACTV) Forte legendum *ornatior tam fructu quam factu.* Caeterum *fructu ornatiorem* intelligo villam, e qua plus redit Domino, *factu*, quae aedificata melius.

2, 1 DVM DIRIMVNTVR, INQVIT, SVFFRAGIA) Ita legendum, quamuis in VV. CC. sit, *diribentur.* et infra cap. 5 legendum item *dirimerent.* nam ibi V. C. habet *diriperent.* Lucan. 5 *Et non admissae dirimit suffragia plebis.* Cic. ad Q. Fr. 3, 4 *Cato diremtis tabellis.* VRS. Puto me repraesentandis Varronis verbis quam proxime ad veritatem accessisse. Ex *dirimentur* ortum est illud *diribentur*, bonum sane verbum, sed cui locus esse videtur proprie, cum euntibus ad suffragia ferenda tabellae ministrantur: *dirimuntur* autem, vel *diripiuntur* forte, ac *distribuuntur*, cum confusa in vnam sitellam vel loculum discernuntur. vt appareat, quis candidatus suffragia plura tulerit. De hac *diremtione* sermonem esse, indicant verba, *cum suffragium tulissemus*, et ea, quae dicentur deinde ad 3, 5, 18. De *dirimendis* suffragiis hic sermonem esse etiam volunt Manutius ad Cic. ad Q. Fratr. 3, 4. itemque Sigonius emend. 1, 14, et qui has epistolas Hagae Comitum 1725 ad Graeuianam rationem edidit.

2, 1 TABELLA DIMIDIATA) Locus, nisi fallor, aliquam obscuritatem habet: quare eo libentius veterem lectionem, non parum diuersam, indicabo. In antiquissimo et fidelissimo Codice habetur: *Tabella dimidiata aedificemus.* Eum autem plures secuti sunt. In alio semiuetere: *dimidia aedificemus.* VICTOR. Restituenda prisca scriptura *tabula dimidiata.* Qui aderant candidato, recipiebantur in idem tentorium ab ipso. Tentoria enim aut tabernulae erigebantur in campo propter solem, aut pluuiam a candidatis, vt ad eas se et fautores suos reciperent. Ludit ergo, qui male fultam aut male tectam tabernam vocat tabulam dimidiatam. SCALIG. Hoc significari sentio: vis ingrediamur potius villam publicam, quam in angusto tabernaculo candidati nostri constipemur? Nam *dimidiatam tabellam* dixit exiguam tabernaculi partem multis hominibus referti: *aedificat* autem sibi, qui tanquam aedificium parat aut locum. TVRN. 8, 7. [eadem fere dixerat 4, 6] Videtur legendum *Quam priuata candidati tabella* (siue potius *vmbella*) *vmbrificemus nobis?* Tabellam enim siue vmbellam candidati tabernaculum siue vmbraculum intelligit, quod in campo Martio tendebant, vbi conuenirent, et se a sole et pluuia defenderent. Festus: *Vmbrae vocantur Neptunalibus casae frondeae pro tabernaculis.* VRSIN. Cum in campo Martio populus conueniret ad suffragia ferenda, succedebant in villam publicam: candidati vero erigebant tabernacula, in quae se et fautores suos recipiebant. Eo alludens Varro ait, malle vti vmbra publicae villae, quam candidati vmbraculo

inquam, non ſolum quod dicitur, Malum conſilium, conſultori eſt [f] peſſimum: ſed
etiam bonum conſilium, qui conſulit, et qui conſulitur, bonum habendum. itaque
2 imus, venimus in villam [g]. Ibi Appium [h] Claudium augurem ſedentem inuenimus
in ſubſelliis, vt conſuli, ſi quid vſus popoſciſſet, eſſet praeſto. Sedebat ad ſiniſtram
ei [i] Cornelius Merula conſulari familia ortus, et Fircellius [k] Pauo Reatinus. ad dex-
tram Minutius Pica, et M. Petronius Paſſer. Ad quem cum acceſſimus [l], AXIVS [m]
APPIO [n] ſubridens, Recipis nos, inquit, in tuum ornithona, vbi ſedes inter aues?
3 *Ille*, Ego vero [o], inquit, te praeſertim, cuius aues hoſpitales etiam nunc ructor, quas
mihi appoſuiſti paucis ante diebus in villa Reatina ad lacum Velini [p], eunti de con-
trouerſiis Interamnatium et Reatinorum [q]. Sed non haec, inquit, villa [r] quanquam
aedificarunt [s] maiores noſtri, frugalior, ac melior eſt, quam tua illa perpolita in Rea-
4 tino. Nuncubi hic vides citrum, aut aurum? num minium, aut Armenium [t]? num
quod [u] emblema aut lithoſtrotum [x]? quae illic [y] omnia contra [z]. Et cum haec ſit
communis vniuerſi populi, illa ſolius tua [a]. haec quo ſuccedant e campo ciues, et
reliqui

f) *eſſe a. V.* g) *villa I. B. R.* h) *Apium I. B. R.* i) *eius a. V.* deeſt *P.* k) *Tircelius Ienſſ. Fircellius B. R.* l) *acceſſiſſemus a. V.* m) *Auxius P.* n) *Apio I. B. R. Appio P. I. I-G. Appius Vict.* o) *vero* abeſt *I. B. R. Ba-G.* p) *Vellini I. B. R.* q) *cognituro* add. *I. I-G.* r) *vilia P.* s) *aedificarint I. I-G.* t) *harmonum P. hamonum Ienſſ. armonium Iunt.* u) *quidem I. B. R. aliquod I. I-G.* x) *lithoſtrathum I. B. R.* y) *hic B. R.* z) *contra aurum I. B. R.* a) *tui Ba-G.*

braculo arto, et male tecto. Quin id genus tabernacula ex lignis, frondibus, aut veſtibus, praeterquam in campo Martio diebus comitiorum, etiam aliis celebritatibus, ſiue publicis, ſiue priuatis ſtatuebantur. Tibullus lib. II *Aut e veſte ſua tendens vmbracula ſertis.* Ouidius lib. II de feſto Annae Perennae: *Plebs venit ac virides paſſim disiecta per herbas, Potat, et accumbit cum pare quisque ſua. Sub Ioue pars durat: pauci tentoria ponunt; Sunt quibus e ramis frondea facta caſa eſt. Pars ſibi pro rigidis calamos ſtatuere columnis, Deſuper extentas impoſuere togas.* POPMA. *Tabella* diminutum eſſe videtur ex *taberna.* Eiusdem originis vtramque eſſe vocem, nemo, credo, negat: a *taba* obſoleta voce, *tabulam* pariter atque tabernam deriuant. Vt igitur a *ciſta, ciſtula* eſt, *ciſterna* item ac *ciſtella*, ita ab antiquato *taba*, *tabula*, *taberna* ac *tabella.* Vtramque literam *r* pariter ac *n* in *l* tranſire ſolere, conſtat, fierique, ex *catena, catellam, villum* ex *vino*, itemque *cancellum, capellam, libellum, nigellum* ex *cancer, capra, liber, niger* et id genus plurima; tria autem *l* quis continuari poſtulet? alioquin etiam a *vanno, vannulo, vallus* fieret. *Dimidiata* igitur eiusmodi, h. e. anguſta et inter plures diuiſa *tabella vmbram ſibi aedificare* nolunt collocutores. Nolo tamen diſſimulare, aliquando in mentem mihi veniſſe, *vmbram* non *latè tū navē* repetendam, ſed pro *dum ita* vel *dimidiata* ſubſtituendam.

2, 1 CONSVLIT ET QVI) Videtur legendum *et cui.* Varro ſcripſit *quoi*, vnde factum *qui.* VRSIN.

2, 2 M. PETRONIVS PASSER) *Paſſer* cognomen eſt Caetroniae familiae in hac vetuſta inſcriptione; Q. CAETRONIVS. Q. F. PVB. PASSER. Itaque h. l. *Caetronius* ſcribendum putamus, dein legendum: *Appius Axſio.* VRS. Petroniae gentis plebeiae vnum tantum Sabini cognomen in libris hiſtoricorum et antiquis inſcriptionibus reperitur. At Caetroniae gentis cognomen *Paſſer* extat in veteri lapide, in quo nominatur Q. CAETRONIVS Q. F. PASSER. itaque hic forte leg. *Caetronius*, vt apud Tac. 10 *Legatum legionis primae C. Cetronium.* POPMA.

2, 3 AD LACVM VELINI) Haec verba videntur adiecta ex loco inferiori, vbi eſt *ad angulum Velini.* et deinde legendum *quam aedificarunt.* item *nuncubi* vna dictione. VRSIN.

2, 3 EVNTI DE CONTROVERSIIS INTERAMNATIVM ET REATINORVM) Vetus haec eſt lectio, quam ſinceram puto. In excuſis poſt *Reatinorum*, *cognituro* erat: quae declaratio (vt opinor) fuit addita ab aliquo, qui ſine illa ſermonem mancum imperfectumque putaret: a quo diſſentio, qui nihil deſiderari, et elegantiorem eſſe hunc modum loquendi, credo. VICT.

2, 3 SED NON HAEC, INQVIT) i. e. pergit dicere. Vide ad 2, 8, 6.

2, 4 CITRVM) Menſas ex citro confectas, quae apud Romanos in maximo fuere pretio. Martialis 14, 89 cuius epigraphe eſt *menſa citrea: Accipe felices Atlantica munera, ſiluas, Aurea qui dederis dona, minora dabit.* Ex quo concludere licet, primum ex Africa Romam adlatum eſſe lignum citreum, deinde auro pretioſius illud fuiſſe. Plura Cuiacius Obſ. 2, 5. Ciacconius de triclinio p. 20. ſ. Interpp. Petronii c. 119. SCHOETTG.

2, 4 VBI

reliqui omnes, illa quo equae et asini: praeterea cum ad rempublicam administrandam [b] haec sit vtilis, vbi cohortes ad delectum [c] consuli adductae consident, vbi arma ostendant, vbi censores censu admittant populum. 5 Tua, *inquit* [d], haec in campo Martio extremo vtilis, et non deliciis sumptuosior, quam omnes [e] omnium Reatinae [f]? cum [g] et [h] oblita [i] tabulis est [k] pictis, nec minus signis ornata [l]. At [m] mea, vestigium vbi sit nullum [n] Lysippi, aut Antiphili [o], sed crebra [p] satoris [q], et pastoris. Et cum [r] villa non sit sine fundo magno, et eo polito [s] cultura, tua ista neque agrum habet [t] vllum, nec bouem, nec equam. 6 Denique quid tua habet [u] simile villae illius, quam tuus auus [x] et proauus habebat? nec [y] enim, vt illa, foenisicia videt [z] arida in tabulato [a], nec vindemiam in cella, neque in granario messim. Nam quod extra vrbem est aedificium, nihilo magis ideo [b] est villa, quam eorum aedificia, qui habitant extra portam flumentanam, aut in Aemilianis. 7 APPIVS subridens, quoniam ego ignoro

b) *administrandum Heru.* c) *dilectum P.* d) *scilicet Auxius* inters. *Pol. 1. Axius I. B. R. Axius sol. I. I-G.* e) *omnes I. B. R.* f) *vniuersae Rea: I. B. R.* g) *tamen Po. 2. tum.* al. omnes. h) *enim I. B. R.* i) *oblitae P.* k) *est* abest *I. B. R.* l) *ornata* omitt. *I. B. R.* m) *ad mea Vict. At in ea I. B. R. At meam I. I-G.* n) *nullum* omitt. *I. B. R.* o) *Antephili I. B. R. videbis* add. *I. I-G. et marg. Durdr.* p) *crebrum I. I-G.* q) *sartoris P.* r) *cum in I. B. R. cum in illa P. 1.* s) *palito P. 2.* t) *habeat I. B. R.* u) *habet* omitt. *I. B. R. quid habes sim. Heru. quid tu habes Ba. A. Gr. G.* x) *auus ac proauos P.* y) *Haec I. B. R. Nec en. haec I. I-G.* z) *vidit P.* a) *tabula I. B. R.* b) *ideo* omitt. *I. B. R.*

2, 4 VBI CENSORES CENSV) Videtur legendum *censum*; h. e. vt censeatur. Liu. 4 *Villam publicam in campo Martio aedificauerunt, vbi primum census populi est actus.* VRSINVS. Vel Fulvio, vel Ciacconio videtur legendum *censum*, h. e. inquit, vt censeatur. At ego illud oppido elegantius, itaque positum puto, vt significet, quando census agitur, perinde vt *comitiis*, *ludis*, *gladiatoribus*, vel *munere*, *Circensibus* dicebant: dum comitia haberentur, quum ludi fierent, quum gladiatores aut Circenses darentur. Haec Gronouius de Pecun. Vet. 4, 1. p. 264. Possit etiam videri *censu* datiuus antiquus, pro *ad censum*.

2, 5 TVA, INQVIT, HAEC IN CAMPO MARTIO) In excusis antea, *Tua, inquit Axius.* id nomen sustulimus: non enim a M. Varrone hic positum fuisse credimus, sed ab aliquo additum, qui omnia nimis declarare studeret. Scholion quondam illud fuisse, ex optimo exemplari cognosci apertius potest. Sic enim in illo, *Tua inquit, scilicet Auxius, haec* etc. In quo hoc etiam animaduertendum, nunc *Axius* in vetustissimis libris, quandoque *Auxius* legi. nam et hic et supra *Auxius: Auxius Appio subridens*, quod etiam obseruaui in epistolis Ciceronis ad Atticum: cum enim in illis etiam huius Axii mentio fit, in optimo exemplari id nomen eodem pacto variatum est. VICTOR. Nimirum non negat Victorius, Axium hic respondere Appio: adscribendum Axii nomen negat. GESNER. Paullo diligentius interpungendum est, pauculis immutatis: *Tua, inquit, haec — Reatinae, tam et oblita — ornata; an mea — pastoris?* PONTED.

2, 5 OMNES OMNIVM REATINAE) Aliquae hac parte maculae in optimo exemplari. nam, *Omnes omnium vniuersae. Reatinae*, perperam in illo ac nonnullis aliis legitur: et paulo post *ornata*, in iisdem non est; in quo culpam fuisse librarii puto. VICTOR.

2, 5 CVM ET OBLITA) Non vereor, ne audaciae nimiae postuletur facinus in vna literula admissum, quae perpetuo solet cum altera confundi. Eadem sententia cum Pol. 2 legas *tamen*.

2, 5 LYSIPPI AVT ANTIPHILI, ET CREBRA) Antea in excusis, *Aut Antiphili videbis.* id verbum in nullo antiquo a me repertum est. supra etiam in iisdem *Mea*, non *Meam*: quod huic scripturae respondet. In optimo exemplari nota ad hunc locum adposita erat, ea de causa puto, quia deprauatum illic nomen posterioris artificis. *Ante philu* enim scriptum erat. VICTOR. Parua dictu labes, sed quae praetermittenda obiter non sit. Nam legendum *Antiphilu* ex veteri scriptura *Ante philu.* ἔργον Ἀντιφίλου, Antiphilus faciebat. SCALIG. In V. C. est *Antiphilu*, quod pro *Antiphili* positum est, vt *Menandru*, *Apollodoru*, in veteribus numismatibus *Assoru*. VRSIN.

2, 5 CVM VILLA) Videtur legendum *cum illa.* Abundant voces *cultura* et *habet*. VRSIN. Nimis hic etiam vrit et secat Vrsinus. omnia sana sunt.

2, 6 FLVMENTANAM) *Flumentariam* legit Nardinus 1, 9 vbi locum nostrum citat, sed ista lectio ab omnium editionum consensione destituta est. SCHOETTG.

2, 6 AVT IN AEMILIANIS) Ad hunc locum maxime faciunt, quae supra notauimus 1, 2, vbi de Aemilianis. VRSIN. [ad sect. 23 *neque artuariae.*]

2, 7 QVA-

gnoro, inquit, quid sit villa, velim me doceas, ne labar imprudentia[c], quod volo
emere a M. Seio in Ostiensi[d] villam. Quod si ea aedificia villae non sunt, quae asi-
7 num tuum, quem mihi quadraginta millibus emtum ostendebas apud te, non habent,
8 metuo ne pro villa emam Ostiae[e] in litore Seianas aedes. Quod aedificium hic[f] me
L. Merula impulit vt cuperem habere, cum diceret nullam se accepisse villam, qua
magis delectatus esset, cum apud eum dies aliquot fuisset. nec tamen ibi se vidisse
tabulam pictam, neque signum aheneum[g], aut marmoreum vllum: nihilo magis tor-
9 cula vasa vindemiatoria, aut[h] ferias olearias, aut[i] trapetas[k]. AXIVS aspicit[l] *Me-
rulam*, et quid igitur[m], inquit, est ista villa, si nec vrbana habet ornamenta, neque
rustica membra? cui[n] *Ille*, non minus villa tua erit[o] ad angulum Velini, quam neque
pictor, neque tector vidit vnquam, quam in[p] Rosea, quae est polita opere tectorio
10 eleganter, quam dominus habes communem cum asino. Cum significasset nutu,
nihilo minus esse villam eam[q], quae esset simplex rustica, quam eam in qua[r] esset
vtrumque, [et ea, et vrbana] et rogasset quid[s] ex his rebus colligeret, Quid? *in-
quit*, si[t] propter pastiones tuus fundus in Rosea probandus sit; et quod ibi pascitur
pecus,

c) *in imprudentiam a. V.* d) *Hostiensi I. I. Ba. Gr. G.* e) *ostia P.* f) *hinc I. B. R.* g) *aeneum a. V. ahenum P.* h) *aut* abest *Bas.* i) *ac I. B. R.* k) *trapeta I. I-G.* l) *respicit a. V.* m) *igitur* abest *I. B. R.* spatium tamen erat relictum *gus P. 1. giic Pol. 2.* n) *Quod ille, Nummius P.* o) *villa* repet. *I. I-G.* p) *illa in I. I-G.* q) *eaquae* praeced., *I. B. R.* r) *quo I. B. R.* s) *quis Bon.* t) *si* omitt. *I. B. R.*

2, 7 QVADRAGINTA MILLIBVS) Supra [ad 2, 8, 3] notauimus esse legendum *quadringentis millibus* ex Plin. 8, 43 verba vero, *ostiae, in litore*, vereor ne adiecta sint. Item videtur legendum *accessisse*, non *accepisse*, vel vt est in V. C. *accedisse*; quod tamen pro *accessisse* positum est, vt lib. 2 *discedimus* habetur pro *discessimus*. VRSIN. Plin. 8 hunc locum ita adducit: *Asinum quadringentis millibus emtum Q. Axio Senatori autor est M. Varro, haud scio, an omnium pretio animalium victo.* Sed illud immane pretium videtur ad summam, quam ipse Varro hic nominat, reducendum, legendumque apud Plinium *Quadragenis millibus*. POPMA. Hard. ad Plin. 8, 43 s. 68 obseruat, codices omnes habere CCCC *nummum*, neglecta, vt fere semper *M* millenarii nota: quam tamen intelligendam vel illud euincit, quod adiicit Plinius, *haud scio an omnium pretio animalium victo.* De pretio asinorum conf. Varro 2, 1, 14.

2, 8 SE ACCEPISSE) Lege *accedisse* pro *accessisse*, vt supra *discedimus*, pro *discessimus*. Sic apud Iurisconsultum *relinquere* pro *reliquere*. de hoc superius. SCALIG. Ita libri omnes, quibus cum consentit Nonius [4, 15] *Accipere, videre*, vt Virg. L. 8, *vt te fortissime Teucrum Accipio agnoscoque lubens.* POPMA. Laudat Nonius hunc ipsum Varronis locum. Vide ibi Mercerum p. 153. SCHOETTG. Possis etiam interpretari, nulla se villa acceptum esse: quidni enim dixerit Merula, *nulla me accepit villa.* Caeterum *praeterita* tertiae coniugationis a praesenti formata pluscula dabit index.

2, 8 TORCVLA, VASA) Videtur legendum *torcula vasa.* τὸ *vindemiatoria*, glossema est. VRSIN.

2, 9 ET QVID IGITVR) Antiqua lectio deprauata; sic enim habent meliores codices: *Et quid gus inquit etc.* VICTOR. Forte ex Victorii codicibus legi possit, *et quod genus inquit*, pro cuius generis, qualis. Locutio familiaris veteribus. Sic infra: *Aues sunt omne genus. et Aliis id genus rebus.* Lucillius lib. 6 *Crebrae vt scintillae in stricturis, quod genus olim.* POPMA.

2, 10 QVAE ESSET SIMPLEX, QVAM EAM, QVAE ESSET POLITA, ET ROGASSET etc.) Ita videtur hic locus legendus. caetera sunt adiecta. deinde legendum: *Quid? inquit - - Roseo probandus, et quod - - appellatur, haec quoque etc.* VRSIN. Τῷ δ' ἕτερον μὲν ἔδωκ', ἕτερον δ' ἀνένευσε. Distinxi orationem, vt non tam Vrsinus, quam res ipsa postulabat; inclusi, quae glossematis speciem habere videbantur: ab audacioribus consiliis abstinui volens merito.

2, 10 ET EA, ET VRBANA) In excusis antea, *Et rustica scilicet et vrbana.* Germanam huius loci lectionem esse arbitror, quam restitui: in optimis enim exemplaribus eam inueni. Vitium (vt puto) inde factum est, quod cum nonnulli nimis obscure hic locutum Varronem putarent, addiderant ad verbum *ea, scilicet vrbana.* Imperiti postea librarii declarationem receperunt, et verbum quod declaratum fuerat, reliquerunt. Sunt tamen hae lectiones coniecturae, et quae nihil firmitatis habent. VICTOR.

2, 10 QVID? INQVIT) Merulam intelligi apparet §. 12 extr.

2, 11 AD

pecus, ac ſtabulatur, recte villa appellatur: haec quoque ſimili de cauſa debet vocari villa, in qua propter paſtiones fructus capiuntur [u] magni. Quid enim refert, vtrum 11
propter oues, an [x] propter aues fructus capias? anne dulcior eſt [y] fructus apud te ex bubulo pecore, vnde apes [z] naſcuntur [a], quam ex apibus, quae ad villam, in [b] alueariis [c] opus faciunt? et num [d] pluris [e] nunc tu e villa illic natos verres lanio vendis, quam hic [f] apros macellario [g] Seius? Qui minus ego, inquit AXIVS, iſtas 12
habere poſſum in Reatina villa? niſi ſi apud Seium [h] Siculum fit mel, Corſicum in Reatino: et hic aprum glans cum paſcit emticia, facit pinguem; illic gratuita exilem. APPIVS, poſſe ad [i] te fieri, inquit, Seianas paſtiones non negauit Merula: ego, non eſſe, ipſe vidi. Duo enim [k] genera cum ſint paſtionum: vnum agreſte, in 13
quo pecuariae ſunt, alterum villaticum, in quo ſunt gallinae, ac columbae, et apes, et caetera, quae in villa ſolent paſci; de quibus et Poenus Mago, et Caſſius Dionyſius, et alii quid [l] ſeparatim ac diſperſim in libris reliquerunt, quos [m] Seius legiſſe videtur, et ideo ex his paſtionibus ex vna villa maiores fructus capere, quam alii faciunt ex toto fundo. Certe, inquit MERVLA. nam ibi vidi greges magnos anſe- 14
rum, gallinarum, columbarum, gruum, pauonum, nec non glirium, piſcium, aprorum, et [n] caetera venationis. ex quibus rebus ſcriba librarius libertus eius, qui apparuit

u) *capiantur P. I. B. R.* x) *aut P. fructus aut propter aues I. B. R.* y) *eſt* abeſt *I. B. R.* z) *aues P.* a) *naſcantur I. B. R.* b) *Sin I. B. R. P.* 1. *ſi in P.* 2. c) *aluariis P.* d) *nunc P.* e) *pluris tua villa I. B. R.* f) *hinc P.* g) *macellarios eius P. milliarios emis a. V.* h) *Semen P.* i) *apud I. B. R. Ba-G.* k) *enim* omitt. *I. B. R.* l) *quod I. B. R.* m) *quas P.* n) *caeteras venationes I. B. R. et caeterae venationis* marg. *Durdr.*

2, 11 AD VILLAM) Adde *Seii* ex V. C. Infra: *Niſi ſi apud Seium Siculum ſit mel, Corſicum in Reatino.* VRSIN.

2, 11 E VILLA) Haec verba non ſunt in V. C. adeoque expungenda. Apros macellarius vendebat, ſues vero lanius. Supra lib. 2 *Deinde is vetere, quo ad perueniat ad lanium. hic enim conciliator ſuillae carnis datus populo.* VRSIN.

2, 11 QVAM HINC APROS MACELLARIO SEIVS) Totus locus variatus, in quo ego auctoritatem veterum librorum ſecutus ſum. Modicam libertatem, quam mihi permiſi, nunc patefaciam: eaque me non intemperanter vſum declarabo. In cunctis antiquis, *eius* extrema vox erat, ex qua, vna addita litera, *Seius* feci. prior dictio in eandem literam deſinebat: quare minore licentia inde illa ſumi potuit. De Seio multis locis in his libris, et non multo poſt hic etiam mentio eſt. *Miliarios* antea in excuſis erat. VICTOR. Etiam Turnebus 8, 7 legi voluit *macellario Seius.*

2, 12 MEL CORSICVM) Dioſcor. 2, 102 τὸ δὲ ἐν Σαρδονίᾳ γεννώμενον μέλι πικρὸν διὰ τὴν τῆς ἀψινθίου νομήν De Siculo melle infra ſic: *Propter hoc Siculum mel fert palmam, quod ibi thymum bonum et frequens eſt.* Virgil. *Hyblaeis apibus florem depaſta ſalicti.* VRSIN.

2, 12 POSSE AD TE) Ita V. C. quod poſitum eſt pro *apud te.* Verba *Seianas paſtiones* videntur abundare. IDEM.

2, 13 DVO ENIM GENERA) Vox *enim* otioſa, vid. p. p. leg. *hos Seius.* Item verba *e villa* videntur addita ab expoſitoribus. IDEM.

2, 13 QVOS SEIVS) Ἀνανταπόδοτον credo metuebat Vrſinus, cum legi iuſſit *hos.* Sed neſcio, an ſatis bene reſpondeant iſta, *Duo cum ſint genera - - hos Seius legiſſe videtur.* Vt nunc interpunctum eſt, protaſis continetur ſolis verbis, *Duo enim genera cum ſint paſtionum*; reliqua omnia pertinent ad apodoſin. Fateor breuiorem iuſto protaſin videri. Aliter Cicero, vt hoc vtamur, Top. 2 pr. *Cum omnis ratio diligens diſſerendi duas habeat partes, vnam inueniendi, alteram iudicandi: vtriuſque princeps Ariſtoteles fuit.* Off. 1, 13 extr. *Cum autem duobus modis, id eſt, aut vi aut fraude, fiat iniuria: fraus quaſi vulpeculae, vis leonis videtur.* Et 1, 36 pr. *Cum autem pulchritudinis duo genera ſint, quorum in altero venuſtas ſit, in altero dignitas: venuſtatem muliebrem dicere debemus, dignitatem virilem.* Item 2, 14 pr. *Sed cum duplex ratio ſit orationis, quarum in altera ſermo ſit, in altera contentio: non eſt id quidem dubium, quin contentio orationis maiorem vim habeat ad gloriam.* In his omnibus videmus, non proponi tantum in tali protaſi numerum membrorum, ſed ea etiam nominatim indicari. His Ciceronianis periodis ſimilis ſi fieri debeat Varroniana, incipienda fuerit apodoſis, *de his et Poenus Mago* etc. Verum nec prior ratio abſurdi aliquid habere videtur. Ciceronianis iſtis diuiſionibus ſimilis eſt illa Varronis, quam habes 3, 5, 7 item altera 3, 16, 18 ac tertia

ruit [o] Varroni, et me absente patrono hospitio accipiebat, in annos singulos plus quinquagena [p] millia [q] [e villa] capere [r] dicebat. Axio admiranti, Certe nosti, *inquam*, materterae meae fundum in Sabinis, qui est ad quartum et vicesimum lapidem
15 via salaria a Roma. Quidni, *inquit*? vbi aestate diem meridie diuidere soleam, cum eo Reate ex vrbe, aut cum inde venio hieme, noctu ponere castra. Atque in hac villa qui [s] est ornithon, ex eo vno quinque millia scio venisse turdorum denariis ternis, vt [t] sexaginta millia ea pars reddiderit eo anno villae, bis tantum quam tuus fundus ducentum [u] iugerum Reate reddit. Quid sexaginta [x], inquit AXIVS? LX,
16 LX derides [y]? Sexaginta [z] *inquam*. Sed vt [a] ad hunc bolum peruenias, opus erit tibi aut [b] epulum, aut triumphus alicuius, vt tunc fuit Scipionis Metelli, aut collegiorum coenae, quae tunc innumerabiles excandefaciebant [c] annonam macelli. reliquis annis omnibus et hanc expectabis summam. spero non tibi decoquet [non] ornithon. neque hoc accidit [d] his moribus, nisi raro, vt [e] decipiaris. Quotus quisque enim [f] est annus, quo non videas epulum, aut triumphum, aut collegia [non] epulari, quae nunc [g] innumerabiles incendunt [h] annonam? Sed propter luxuriam,
17 *inquit*, quodammodo epulum quotidianum est intra ianuas Romae. Nonne item L. Albutius

o) *aperuit Iens.* p) *L. I. B. R.* q) *HS.* add. *Ba-G.* r) *carpere* sphalma credo *Vict.* s) *quae I. B. R.* t) *vt HS. Ba-G.* u) *ducentorum I. I-G.* x) *millia* add. *I. I-G.* y) *deride B. R.* z) *millia* add. *Ba-G.* a) *vt* omitt. *I. B. R.* b) *vt I. B. R.* c) *excandefaciunt I. B. R.* d) *accedit a. V.* e) *ne I. I-G.* f) *enim* omitt. *I. B. R. Quotus enim quisque I. I-G.* g) *tunc P.* h) *intendunt I. B. R.*

tia 3, 17, 2. Sed similem admodum formae huic, in qua nunc sumus, verborum complexionem posuit idem 3, 16, 2.

2, 14 MATERTERAE MEAE) Fircellia fuisse videtur. v. 3. 4. 2.

2, 14 QVI EST AD QVARTVM) Ita Caesar locutus est l. 1 bell. ciu. *Pontem fluminis interrumpebant, qui erat ab oppido millia passuum circiter III* pro aberat. VRSIN. *Quae est ad etc.* legit etiam Io. Rhodius ad Scribon. 146, p. 219. Nimirum si ita scripsit Varro, accepit, vt illud Virgilianum, *proximus ardet Vcalegon*, et vt *apud me* fuisse dicitur, qui etiam absente me domi meae fuit.

2, 15 CASTRA ATQVE) Inter haec duo verba intelligenda est persona Varronis, et legendum forte *Atqui*. Sed hoc etiam ab Vrsino video obseruatum.

2, 15 ATQVE IN HAC) Videtur legendum *Atqui*. De hac re ita Col. 8, 10, 6 *M. Terentius ternis saepe denariis singulos turdos emtitatos esse significat auorum temporibus, quibus qui triumphabant, populo dabant epulum. At nunc aetatis nostrae luxuries quotidiana fecit haec pretia.* VRSIN.

2, 15 SEXAGINTA MILLIA) Hoc loco vtitur Gron. de P. V. 4, 2 p. 266 vt ostendat, non insolens esse in computando denarios sestertiis interponi.

3, 16 COLLEGIORVM COENAE) Varia fuerunt Romae collegia tum artificum, tum opificum, de quibus peculiari diatribe agit Pancirollus tomo III thesauri Graeuiani insertus. Coenas autem membra eorum post mortem integris Collegiis instituebant, vt ex pluribus locis inscriptionum Gruterianarum constat. SCHOETTG.

2, 16 ANNONAM MACELLI) Vltima vox est glossema. deinde legendum: *Reliquis an. o. si hanc spectabis s. sp. tibi non de. ornithon, neque hoc accidat - - raro ne dec.* VRSIN.

2, 16 RELIQVIS ANNIS) Intelligenda est ante haec verba ἢ *quin* aut similis particula ὑπακουομένη.

2, 16 NON TIBI DECOQVET NON) Est ἀναδίπλωσις. Non tibi non, inquam, decoquet ornithon. SCALIG. Sed illud *spero* videtur notare, non nimis asseuerate loqui Varronem: et p. p. ipsum hoc *non* intempestiue inculcatum videtur. Vtrumque vncinis inclusi.

2, 16 INNVMERABILES) Videtur legendum *innumerabilia*. *intendunt* autem licet sit in vetusto codice, et eodem verbo vsus sit Varro ἐν ταφῇ μενίππου, cum dixit, *Edones Romani vt turba intendant annonam:* retinemus tamen vulgatam lectionem, quod simili translatione supra dixerit, *excandefaciebant annonam*. VRSIN. *Quae nunc innumerabiles* per ἔμφασιν dixit, cum respectu ad *epulas*. Ita Thucydides in pestilentiae Atticae descriptionis initio 2, 47 ἡ νόσος πρῶτον ἤρξατο γενέσθαι τοῖς Ἀθηναίοις, λεγόμενον μὲν κ. τ. λ. vbi obseruat Schol. ὡς πρὸς τὸ νόσημα ὑπήντησεν. Ita Xenophon Mem. Socr. 1 p. 363, cum praecessisset τὸ θεῖον retulit ἐπιμελεῖσθαι αὐτούς, h. e. θεούς.

2, 16 INCENDVNT ANNONAM) Hanc rationem loquendi illustrat Turn. 22, 33.

2, 16 SED PROPTER) Videtur legendum *sed et*, cum in vulgatis desit particula *et*. deinde inducenda vox *pastionibus*. Item expungenda verba, quae paulo post habentur, *e villa*. nam sunt adiecta. VRSIN.

2, 17 NON-

Albutius [i] homo (vt scitis) apprime doctus, cuius Luciliano charactere sunt libelli, dicebat in Albano fundum suum pastionibus semper vinci a villa? agrum enim minus dena [k] millia [l] reddere, villam [m] plus vicena. Idem secundum mare quo loco vellet, si parasset villam, se supra centum millia [e [n] villa] recepturum. Age non M. Cato nuper cum Luculli accepit tutelam, e piscinis eius quadraginta millibus sextertiis vendidit pisces? AXIVS, *Merula* mi [o], inquit, recipe me quaeso discipu- 18
lum villaticae pastionis. *Ille*, Quin [p] simulac promiseris [q] minerual, incipiam, *inquit* [r], id est coenam. Ego vero non recuso, vel hodie ex ista pastione crebro. APPIVS, credo simulac primum ex isto villatico pecore mortui erunt anseres, aut pauones. Cui *ille*, quid enim interest vtrum morticinas editis volucres, an pisces, quos nisi mortuos estis nunquam? Sed oro te, inquit, induce me in viam disciplinae villaticae pastionis, ac vim formamque eius expone [s], *Merula*, non grauate.

III.

i) *Abuccius P.* k) *decem I. B. R.* l) *HS.* add. *Ba-G.* m) *villa I. B. R.* n) *e* abest *I. B. R.* o) *mi* omitt. *I. I-G.* p) *Qui I. B. R.* q) *promisseris I. B. R.* r) *inquit. Axius. Ego I. I-G.* s) *exponere Me. non grauare I. I-G. expone. Merula: Non graua te I. B. R.*

2, 17 NONNE ITEM L. ALBVTIVS) Nihil immutaui: in optimis tamen exemplaribus hic *Abuccius*. Iterum idem nomen hoc ipso in libro, vbi de pauonibus agit, et in excusis *Albutius* est. *Vt quidem Abuccius habebat.* T. Albutius, vir doctus, ac optimis studiis deditus, Athenis vixit, vt Cicero in quinta quaestione Tusculana ostendit; fuitque Albutius ille, de quo Lucilius in Satyra venuste scripsit, cuius carmen in primo libro de Finibus Cicero adduxit. Hic, de quo M. Varro agit, videtur Lucilium imitatus, et ipse satyras scripsisse. VICTOR. Vid. Franciscus Douza ad Lucil. p. 99. ALMEL.

2, 17 [E VILLA] Inclusi de sententia Vrsini. Quid si scripsit Varro *ex illa*?

2, 17 CVM LVCVLLI ACCEPIT TVTELAM) De qua Cic. de Fin. 3, 2.

2, 17 QVADRAGINTA MILLIBVS) Videtur legendum XXXX *sestertium*, i. e. *quadragies sest.* Nam Plinius in emendatis codicibus 9, 54 de Lucullo sic ait: *XXXX HS e piscina defuncto illo veniere pisces* etc. id est nostrorum aureorum centum millium. et ita corrigendus Columella, qui sic habet 8, 16, 5. *Attamen iisdem temporibus hanc memorabat Varro luxuriam, vt tunc fuit Scipionis Metelli. Maxime laudabatur sinceritas Catonis, qui nihilominus et ipse tutor Luculli, grandi aere XXXX HS. piscinas pupilli sui venditabat* etc. Columella id grande aes appellavit. Macrobius item corrigendus 3, 15 cum inquit: *M. Varro in libris de agricultura refert M. Catonem, qui postea Vticae periit, cum haeres testamento Luculli esset relictus, pisces de piscina eius XXXX HS. vendidisse.* Atqui quadringenta millia sestertium illa aetate grande aes non dicebatur, nedum quadraginta millia, vt hic legitur. VRSIN. Idem referunt Plinius et Columella; sed diuersa apud illos summa. Plinius lib. IX. *Quadraginta sestertium piscinae defuncto illo veniere pisces.* Columella lib. VIII. *Maxime laudabatur seueritas Catonis, qui nihilominus et ipse tutor Luculli, grandi aere sestertium millium quadringentorum piscinas pupilli sui vendidit*: vbi haud dubie ex Varrone emendandum, *millium quadragenorum.* Meminit etiam Macrobius lib. III Saturnal. Sed fallitur in eo, quod scribit, M. Catonem haeredem testamento Luculli fuisse relictum; quem vt auunculum, tutorem relictum, non haeredem, testantur Varro et Plutarchus. POPMA. Gronouio corrupta videtur, vt alias obseruamus, haec numerandi ratio, legendumque *sestertium.* de P. V. 1. 4 p. 22. Vid. quae dicimus ad Col. 8, 16, 5.

2, 18 MINERVAL) S. Hieronymus ad c. 6 ep. ad Ephesios: *Et quod pauper obtulerat, hoc in Kalendariam strenam, et saturnalitiam sportulam et Mineruale munus Grammaticus et Orator conuertit.* Tertull. in libro de Idololatria: *Quis ludimagister, si non tabularia idolorum, Quinquatria tamen frequentabit: ipsam primam noui discipuli stipem Mineruae et honori et nomini consecrat, et statim tam Mineruale Mineruae, quam Saturnalia Saturni etc.* Ouid. 3. Fast. *Vos quoque Phoebea morbos qui pellitis arte Munera de vestris pauca referte Deae.* Sigillatim enim omnes artifices munera Mineruae ferebant: munus autem dicebant *Mineruale*, quod et discipuli et studiosi liberalium artium praeceptoribus soluebant. VRSIN.

2, 18 VEL HODIE EX ISTA) Legendum puto: *vel hodie: et ex ista pastione crebro. Vel hodie* coenam tibi dabo: *et ex ista pastione*, si eam me docueris, *crebro* te accipiam, vt *aues rustes*, quod supra iocatus erat Varro.

2, 18 NON GRAVATE) Elegantior est antiqua lectio, quam restitui, duobus verbis immutatis. Sic etiam Cicero locutus est in primo de Oratore; *Cum vobis non meo iudicio, sed vestro studio inductus, non grauate respondero.* VICT.

III. PRIMVM, *inquit*, dominum ſcientem eſſe oportet earum [a] rerum quae in
villa, circumue eam ali [b] ac paſci poſſint [c], ita vt domino ſint fructui, ac delectationi.
Eius diſciplinae genera ſunt tria, ornithones, leporaria, piſcinae. Nunc ornithonas
2 dico [d] omnium alitum, quae intra parietes villae ſolent paſci. Leporaria te accipere
volo, non ea quae tritaui noſtri dicebant, vbi ſoliti lepores ſint, ſed omnia ſepta,
afficta [e] villae quae ſunt, et habent incluſa animalia, quae paſcantur [f]. Similiter piſci-
3 nas dico eas, quae in aqua dulci aut ſalſa incluſos habent piſces ad villam. Harum
ſingula genera minimum in binas ſpecies diuidi poſſunt; in prima parte vt ſint [g],
quae terra modo ſunt [h] contenta [i], vt ſunt pauones, turtures, turdi. altera ſpecies
[k] ſunt, quae non ſunt contenta [l] terra ſolum, ſed etiam aquam requirunt, vt ſunt
anſeres, querquedulae, anates. Sic alterum genus illud venaticum duas habet diuer-
4 ſas ſpecies: vnam, in qua eſt aper, caprea [m], lepus. Altera item extra villam quae [n]
ſunt, vt apes, cocleae [o], glires [p]. Tertii generis aquatilis item ſpecies duae, partim
quod [q] habent piſces in aqua dulci, partim quod [q] in marina. De his ſex partibus:
ad [r] iſta tria genera artificum paranda, aucupes, venatores, piſcatores, aut [s] ab his
emenda,

[C. III.] a) *Eorum animalium I. I-G.* b) *animalia ali P.* c) *poſſunt I. I-G.* d) *dicam a. V.* e) *affixa a. V. ei affixa Pol. 2.* f) *paſcuntur I. B. R.* g) *ſunt I. B. R.* h) *ſint P.* i) *contentae I. B. R.* k) *ſpecie I. B. R. eorum* add. *I. I-G.* l) *contentae I. B. R.* m) *capra Commel.* ſphalma. n) *qui P.* o) *cochleae Iunt.* p) *grues I. B. R.* q) *quot Herweg.* r) *adhuc* aliae praeter *I. B.* s) *vt* omnes.

3, 1 EIVS DISCIPLINAE) *Villaticae paſtionis genera ſunt tria* legit Agellius, qui 2, 20 citat hunc locum et p. p. habet, *vbi ſoli lepores*, non *ſoliti*. VRSIN.

3, 1 NVNC ORNITHONES) Adiicit hoc aduerbium, quia alias *lucrifecerunt hoc nomen turdi*, vt ipſe ait 3, 4, 1.

3, 2 VBI SOLITI LEPORES SINT) An, *vbi ſoli lepores ſint*: ſic enim inuenio c. 12 locutum Varronem: *Nam neque ſolum lepores eo* (leporario) *includuntur, ſilua*, niſi forte verbum *paſci*, aut quid aliud idem ſubintelligatur, vt ſaepenumero apud veteres: Plaut. *Ciſtell. Viris cum ſuis praedicant nos ſolere: Suas pellices eſſe aiunt. Solere* nempe *concumbere*. Ita Catull. *Epigr.* de Acme, *Non eſt ſana puella, nec rogate, Qualis ſit: ſolet haec imaginoſum, pati* nimirum. Ita Terent. Andr. *Quod vulgus ſeruorum ſolet, facere* videlicet. PONTED. Etiam apud Gellium, vt modo obſeruatum Vrſino vidimus, *ſoli* lepores legitur. quo loco vſum etiam video ipſum Victorium Var. Lect. 32, 11 vt doceret, legendum hic eſſe *ſoli*, quod ſuadere etiam ait verbum, quod ſtatim ſequitur, *omnia*. Poſſit etiam aliquis ſuſpicari *ſolidi* h. e. meri et ſoli lepores, vel *ſolite*, quod eſſe volunt etiam apud Plautum Amph. 1, 1, 31. Neque tamen improbanda lectio recepta. Ita Graecis, quos aemulatur noſter, τὰ ἤθη ſunt *ſedes*, ac *conſueta loca* hominum pariter ac beſtiarum.

3, 2 SEPTA AFFICTA VILLAE) *Afficta* ſcripſi e vetuſtis libris: antea enim in excuſis *Affixa*. Vbi de columbis agit, in MSſ. et pariter forma excuſis, *ſub ordines ſingulos tabulae fictae*. non multo poſt in antiquis tantum, *Duabus virgis viſcatis deſictis*. De gallinis, *aut exſculpta aut afficta firmiter*: etiam in impreſſis. VICT. Lectionem Victorii confirmat tribus aliis exemplis, vbi *fictus* cum compoſitis idem eſt, quod *fixus*, Gronouius ad Auſonii Moſellam v. 317. SCHOETTG.

3, 3 HARVM SINGVLA) Videtur legendum *Horum ſingula*. deinde legendum, *altera ſpeciei ſint*. item, *alteram extra villam*. vox autem *aquatilis* gloſſema videtur. VRSIN.

3, 4 DE HIS SEX PARTIBVS) Paullo inconcinnior locus, qui tamen videtur ſuſpicione caruiſſe, ideoque ab eruditiſſ. P. Victorio praeteritus: cum ita legendus ſit: *De his ſex partibus: ad haec iſta tria genera artificum paranda, aucupes, venatores, piſcatores, aut ab his emenda, quae tuorum ſeruorum diligentia tuearis in foetura ad partus, et nata nutricere, ſaginesque.* Nam illud, *ſaginesque* ex veteri ſcriptura reponimus. Habet enim, *nutricare, ſaginiſque*. SCAL. Videtur legendum *Ad has ſex partes iſta tria genera artificum comparanda, aucupes, venatores, piſcatores, aut ab his ſumenda, quae tuorum ſeruorum diligentia tuearis in foetura ac partu et nutricatu, saginiſque in macellum vt perueniat.* VRSIN. *Tria genera artificum* reſpondent tribus generibus ſ. 1. propoſitis, quae ſunt *ornithones, leporaria, piſcinae*. Lectio, quam damus, tota veterum librorum auctoritate nititur: duas modo literulas non tam nobis, quam magno Scaligero condonari petimus: quod pro *vt aut* legimus, et *nutricere* pro *nutricare*. Origo mendi haec videtur, quod *nutricere* pro infinito habuit librarius, idque
primum

emenda, quae tuorum seruorum diligentia tuearis in foetura ad partus, et nata nutricere [t] saginesque [u], in macellum vt perueniant [x]. Neque non etiam quaedam assumenda in villam sine retibus aucupis, venatoris, piscatoris, vt glires, cocleae [y] et gallinae. Earum rerum cultura instituta prima, ea quae in villa habentur [z]. non 5
enim [a] solum augures Romani ad auspicia primum pararunt pullos, sed etiam patres familiae rure. Secunda, quae macerio [b] ad villam venationis causa cluduntur, et propter aluearia [c]. apes [d] enim subter [e] subgrundas [f] ab initio villatico [g] vsae tecto. Tertia [h] piscinae dulces fieri coeptae, et e fluminibus captos recepere [i] ad se pisces.
Omnibus tribus his generibus sunt bini gradus: superiores, quos frugalitas antiqua; 6
inferiores, quos luxuria posterior adiecit. Primus enim ille gradus antiquus maiorum nostrum [k] erat, in quo essent auiaria, duo duntaxat: in plano cohors, in qua pascebantur gallinae, et earum fructus erant [l] oua, et pulli. alter sublimis, in quo
erant columbae in turribus, aut summa villa. Contra, nunc auiaria sunt nomine 7
mutato, quod vocantur ornithones, quae palatum suaue domini [m] parauit, vt tecta maiora habeant, quam tum habebant totas [n] villas, in quibus stabulentur [o] turdi ac
pauones. Sic in secunda parti [p] ac leporario pater tuus *Axi*, praeterquam lepuscu- 8
lum e venatione vidit nunquam. Neque enim erat magnum id [q] septum, quod nunc, vt habeant multos apros ac capreas [r], complura iugera maceriis concludunt.

Non

t) *nutricare* omnes. u) *saginareque Iunt.* et secutae, sed *saginesque I. B. R. saginisque P.* x) *peruiant P.* y) *cocleas et gallinas I. B. R. cochlias gallinas P.* z) *habetur P.* a) *enim* omitt. *I. I-G.* b) *materiae Iens. maceriae P.* c) *aluaria P.* d) *aues I. B. R.* e) *subtus I. B. R.* f) *sugrundas P.* g) *villaticae P.* h) *Tertiae P.* i) *recipere I. B. R.* k) *nostrorum a. V.* l) *erat P.* m) *donum Pol. 1. et 2.* n) *tutas P. totae villae I. I-G.* o) *stabulantur I. B. R.* p) *parte a. V. H. Si-D.* q) *ad P.* r) *capras a. V.*

primum ipsum immutauit, eique conformauit deinde *saginare*.

3,4 ET NATA NVTRICERE) Dissentit a communi antiqua lectio: quam si non recepi, tamen notam esse volo, *nutricari saginisque* VICT. Forte fuit primo *nutriceris saginesque*, vltimam verbi prioris hausit posterioris prima. Cum deinde *nutriceri* nihili vox esset, per gradus iam indicatos descendit corruptio.

3, 4 ASSVMENDA) Videtur legendum *assumendum*: nam ita solet Varro loqui. exempla peti possunt ex locis superioribus. VRSIN.

3, 5 PRIMA EA) Videtur legendum *prime, quae in villa*, deinde scribendum: *secundo, quae ad villam venationis causa cluduntur*. nam vox *maceria* glossema videtur. VRSIN.

3, 5 SVBTER SVBGRVNDAS) *Subgrundae* et *subgrundia* sunt partes tecti prominentiores, quibus arceri potest pluuia a fundamentis et parietibus aedium. Vitruuius 2, 9 *Certe tabulae in subgrundiis circum insulas si essent ex ea* (larice) *collocatae, ab traiectionibus incendiorum aedificia periculo liberarentur.* Quem locum dum exscribit Palladius 12, 15, 1 bonum interpretem agit: *Larix vtilissima, ex qua si tabulas suffigas tegulis in fronte, atque extremitate tectorum praesidium contra incendia contulisti.* Epitomator Vitruuii c. 12 *quod ex ea affixae tabulae a suggrunda violentiam ignis prohibeant*; vbi MS. ita, vt apud Varronem nostrum legitur, habet *subgrunda*. Deriuatur autem, vt vult Hecmannus Orig. p. 206, 207 a *suggerendo*, quia suggeruntur quaedam ligna. Vide Budaeum annot. prior. ad Pandectas p. 434, 435. De alia huius vocis notione consulendi Meursius de funere c. 38, 42. Kirchmannus de funeribus Rom. 1, 3. SCHOETTG.

3, 5 TERTIA) Videtur legendum *Tertio*; et post vocem *antiqua* videtur desiderari verbum *construxit*, aut aliquid tale. VRSIN. Refertur *tertia* ad *cultura*. Mediceum illud *tertiae* ad piscinas eleganter quadrat, et forte verissimum est.

3, 6 ALTER SVBLIMIS) Legendum *alterum sublime*. Causa corruptionis, quod librarius putauit referri ad *gradum*. sed intelligitur e proximo *auiarium*.

3, 7 TOTAS VILLAS) Vetus lectio, *tutas villas*, tutas autem pro *totas*; vt in iisdem libris *rutundum* saepe pro *rotundum*. VICTOR.

3, 7 IN QVIBVS STABVLENTVR TVRDI, ET PAVONES) Eandem rem conquerebatur senex quidam apud eundem Varronem in Satyra Menippea, γεροντοδιδάσκαλος. *In quibus Libyssa citrus fasciis cingit fores: Vbi graues pascantur atque alantur pauonum greges. Vel decem menses vbi vna sepiant granaria. Vineis vbi ampla cella, torculare Poenicum.* Detestatur enim luxuriam hominum temporis sui, qui villarum modum excederent. SCALIG.

3, 8 FVE-

Non tum [s], *inquit* mihi, cum emisti fundum Tusculanum [t] a M. Pisone, in leporario
9 apri fuerunt multi [u]? In tertia parti [x] quis habebat [y] piscinam, nisi dulcem, et in
ea duntaxat squalos [z], ac mugiles pisces? Quis contra nunc Rhinton [a] non dicit
sua nihil interesse, vtrum iis piscibus stagnum habeat plenum, an ranis? Non Phi-
lippus cum ad Immidium [b] hospitem Casini diuertisset, et ei e tuo [c] flumine lupum
piscem formosum apposuisset, atque ille gustasset, et expuisset, dixit, Peream, ni
10 piscem putaui esse? Sic nostra aetas, *inquam*, luxuria [d] propagauit leporaria, ac pi-
scinas protulit ad mare, et in eas pelagios greges piscium reuocauit. Non propter
hos [e] appellati Sergius Orata, et Licinius [f] Murena? Quis enim propter nobilita-
tem [g] ignorat piscinas Philippi, Hortensii [h], Lucullorum? Quare vnde velis me [i]
incipere, *Axi*, dic.

IV. ILLE [a], Ego vero, *inquit*, (vt [b] aiunt) post principia in castris, id est, ab his [c] potius [d] temporibus, quam superioribus: quod ex pauonibus fructus capiuntur maiores,

s) *tu P.* t) *Thusculanum I. I-G. praeter Hern.* item: *Vict.* u) post *multi* interp. omnes praeter marg. *Durdr.* x) *parte a. V. H. St-D.* y) *habet a. V.* z) *scaros I. B. R. Iunt.* a) *rhynton a. V.* b) *Minidium a. V.* c) *suo I. B. R. vicino I. I-G.* d) *luxuriam I. B. R. I. I.* e) *has P.* f) *Licinius P. Lucinius I. B. R. Lucius I. I-G. L. Vict.* g) *nobilitates P.* h) *et* inf. *a. V.* i) *me* om. *I. B. R.* [C. IV.] a) *Ille.* claudit praecedens caput in *I. B. R.* b) *(vt castris) I. I-G.* c) *iis Vict.* d) *potius* abest *I. B. R. incipiendum* inf. *I. I-G.*

3, 8 FVERINT MVLTI) *Leg. multi?* deinde *quis habebat* vel potius *habuit.* VRS. Merito vtraque in re obsecundatum viro doctissimo.

3, 9 RHINTON) Vid. Col. 8, 16, 4. Rhintonem Latinum hominem, (diuersum proinde ab illo nobili Graecorum hilarotragoedo) actorem fabularum siue histrionem fuisse, et certo earum generi nomen dedisse, Donatus auctor est, vel quisquis auctor est disputationis de Tragoedia et Comoedia illius in Terentium commentariis praemissae. Ab hoc credo ego Varronem hoc nomen hic imposuisse Aesopo histrioni vel filio vel patri. Vtrumque sane heluonem fuisse diuitem, vtrumque Varroni notum, constat. Nequitiae et profusionis nomine vtrumque coniungunt Plin. 10, 51 f. 72 et Tertull. de Pall. c, 5 p. 32 ed. Salmas. qui patinam illam nobilem patri tribuunt, margaritas deuoratas filio: cum Val. Maximus 9, 1, 2 filium tantum accuset.

3, 9 AD IMMIDIVM HOSPITEM) Columella [8, 16, 3] loquens de eadem re, *Numidium hospitem.* Scio tamen *Vmmidium* esse nomen Romanum: vt apparet ex antiqua inscriptione: L. LVCEIO L. F. PAL. VMMIDIO. SCALIG. V. C. *Vmmidium*, cuius familiae mentio est in hac vetusta inscriptione apud me: VMMIDIAE. MANES. TVMVLVS. TEGIT. ISTE. SIMVLQVE. PRIMIGENI. VERNAE. QVOS. TVLIT. VNA. DIES. NAM. CAPITOLINAE. COMPRESSI. EXAMINE. TVRBAE. SVPREMVM. FATI. COMPETIERE. DIEM. VMMIDIA. C. F. ET. P. VMMIDIO. PRIMIGENIO. VIX. AN. XIII. P. VMMIDIVS. ANOPTES. FECIT. VRSIN. Nescio, vbi Numidium apud Columellam viderit vir doctus. In his, qui mihi patuere, libris nihil inueni equidem. Caeterum *Numidium* hic coniicit Turn. 19, 28. De Vmmidia vero gente Spanhem. diss. 10 §. 7 et viri docti ad Horat. 1 S. 1, 95. vbi Bentleius hunc eundem hominem notari suspicatur, vt Philippum 1 Ep. 7, 46. de C. Vmmidio Durmio Quadrato, Syriae praeside, v. et Noris. Epoch. Syro-Mac. p. 183. et inde Havercamp. ad numos huius gentis.

3, 9 E TVO FLVMINE) Sic legimus in optimo codice aliisque nonnullis. in excusis antea, *E Vicino.* Vetus lectio hunc sensum habere potest, vt Merula ad M. Varronem aspiciat, qui sub Casino villam habuit, vt e consequente etiam capite intelligitur. Infra de eodem fluuio, *Cum habeam sub oppido Casino flumen, quod per villam fluit,* etc. In eodem etiam codice *Immidium*, non *Menidium*, scriptum inuenimus. VICTOR.

3, 10 SIC NOSTRA AETAS) Videtur legendum *nostra, inquam luxuria propagauit* deinde: *Licinius Murena* ex Col. 8, 16, Macrobio, Festo, et aliis. VRSIN. *Licinium* tantis nixum patrociniis, quin reciperem, nihil causae erat. Deinde ante *quare* interponendam *Merulae* personam, attendentibus apertum est.

4, 1 ILLE, EGO VERO, INQVIT, VT AIVNT POST PRINCIPIA IN CASTRIS:) Inepte sane, cum legendum sit: *Ille: Ego vero inquit, a postprincipiis, vt in castris.* Castrense enim prouerbium est, *a postprincipiis incipere, in postprincipiis stare, in postprincipiis esse.* Varro loquens de disciplinis Mathematicis apud Gellium: *Sed haec,* inquit, *aut omnino non discimus, aut prius desistimus,*

maiores, quam e gallinis. Atque adeo non diſſimulabo, quod volo [e], de ornithone primum, quod lucri fecerunt hoc nomen turdi, ſexaginta [f] enim millia Fircellina [g] excande [h] me fecerunt cupiditate. MERVLA, Duo [i] ſunt, inquit, ornithonis genera. 2
vnum delectationis cauſa, vt Varro hic fecit noſter ſub Caſino, quod amatores inuenit [k] multos. alterum fructus cauſa, quo genere macellarii, et in vrbe quidam habent loca clauſa, et rure maxime conducta in Sabinis, quod ibi propter agri naturam frequentes [l] apparent turdi. Ex his tertii generis voluit eſſe Lucullus coniunctum 3
auiarium, quod fecit in Tuſculano [m], vt in eodem tecto ornithonis incluſum triclinium haberet, vbi delicate coenitaret, et alios videret in mazonomo poſitos coctos, alios volitare circum [n] feneſtras captos. Quod inutile inuenerunt. Nam non tantum in eo oculos delectant intra feneſtras aues [o] volitantes, quantum offendit, quod alienus odor opplet nares [p].

V. SED quod te malle [a] arbitror, Axi, dicam de [b] hoc ornithone, quod fructus cauſa faciunt, vnde, non [c] vbi, ſumuntur pingues [d] turdi. Igitur teſtudo (vt [e] periſtylum

e) *nolo I. B. R.* f) *HS enim ſexaginta Ba-G.* g) *fircilina I. B. R.* h) *excandere a. V.* i) *inquit, Duo ſunt I. B. R. Duo genera ſunt inquit ornithonis P.* k) *habet multos ac inuenit I. B. R.* l) *frequens Heruag.* m) *Thuſculano I. I-G. H. St-D.* n) *circa a. V.* o) *videre* inſer. *I. B. R.* p) *narres P. Ienſſ.* [C. V.] a) *male B. R. H. A. Gr. G.* b) *primo de orn. I. B. R. primo de hoc P.* c) *nonnulli I. I-G.* d) *pinguis I. B. R.* e) *aut P. 2.*

mus, quam intelligamus cur diſcenda ſint. Voluptas autem vel vtilitas talium diſciplinarum in poſtprincipiis exiſtit, cum perfectae abſolutaeque ſunt. in principiis vero ipſis ineptae et inſuaues videntur. Hactenus Varro: in quibus non ſolum vſus huius prouerbii patet, ſed etiam explicatur prouerbium ipſum. Et ipſe Varro hic quoque exponit prouerbium, cum ſubiungit: *id eſt, ab his potius temporibus quam ſuperioribus.* Sed et Plautus in Perſa idem vſurpauit. [4, 1, 4] *Atque edepol firme vt quisque rem accurat ſuam, Sic ei procedunt poſtprincipia denique. Si malus aut nequam eſt, male res vortunt, quas agit.* Nam male hodie apud Plautum: *Sic ei procedit poſtprincipia.* Pluribus igitur monendi non ſumus, doctiſſimum virum, cum hunc locum adduceret, perperam exiſtimaſſe haec diſiuncta eſſe *poſt principia*, non autem vno verbo *poſtprincipia.* Vt taceam, quod locum corruptum eſſe non animaduertit. SCAL. Voces *in caſtris* videntur adiectae; et fortaſſe legendum *a poſtprincipiis, id eſt, ab his incipiendum temporibus.* nam illud potius abeſt a VV. CC. VRSIN. *Ego, inquit,* volo te eſſe *poſt principia in caſtris, id eſt ab his potius temporibus quam prioribus* incipere. *Principia* erant locus in caſtris, in quo legati, tribuni militum, et ordinum ductores tendebant: tum aquilae legionum et ſigna cohortium ſeruabantur. hinc iſtae locutiones: *Eſſe apud principia, In principiis, Poſt principia.* C. Grachus in oratione ad populum: *In conuiuio liberi veſtri modeſtius erant, quam apud principia.* Terentius Eunucho: *Tu hoſce inſtrue, hic ego ero poſt principia.* Salluſt. Iugurtha *Marium poſt principia habere.* Liuius lib. VII *Milites non in circulis modo fremere, ſed iam in principiis ac praetorio in vnum ſermones confundi.* Sed dicitur etiam *Poſtprincipia*, iuncta voce, in qua nec forma prouerbii, nec tralatio a caſtris. Varro Siſenna vel de hiſtoria, *Quod ſi non omnino ſimilia eſſent principia ac poſtprincipia.* idem in libris Diſciplinarum, *Voluptas autem vel vtilitas talium diſciplinarum in poſtprincipiis exiſtit, cum perfectae abſolutaeque ſunt: in principiis vero ipſis ineptae et inſuaues videntur.* POPMA.

4, 1 SEXAGINTA ENIM MILLIA) de quibus 3, 2, 15.

4, 2 SVB CASINO) De quo mox 3, 5, 9.

4, 3 LVCVLLVS) Huc pertinet Pompeii Apophthegma, cui aegrotanti auctores fuerant medici, vt turdum ſumeret; negantibus autem familiaribus, poſſe per aeſtatem, quae tum erat, copiam eius auis fieri, niſi ex Luculli auiario, dixit Pompeius: οὐκοῦν εἰ μὴ Λεύκολλος ἐτρύφα, Πομπήϊος οὐκ ἂν ἔζησεν; et aliam parari iuſſit. Plut. Lucullo p. 947 edit. H. Steph.

4, 3 CONIVNCTVM) Hoc verbum videtur abundare. p. p. legendum ex V. C. *aues videre volitantes, quantum offendit alienus odor, qui oppleat nares.* VRSIN.

5, 1 DE HOC ORNITHONE) V. C. *de ornithone.* et p. p. ex eodem codice legendum, *Quidam cum eo coniciunt alias quoque. Miliarias* autem dixit, quod milio paſcantur. Didymus in Geop. 14, 15. VRSIN.

5, 1 QVOD FRVCTVS CAVSA) Vix opus eſt hic etiam monere, in *quod* eſſe σύνεσιν Varroni vſitatiſſimam. Habuit in animo *auiarium.* vid. Index noſter in *Syneſis.*

5, 1 VNDE, NON VBI SVMVNTVR PINGVES TVRDI.) Hunc etiam locum reſtitui. antea

stylum [f] tectum tegulis, aut rete) fit magna, in qua millia aliquot turdorum ac me-
2 rularum includere possint. Quidam cum eo adiiciunt [g] praeterea [h] aues alias quoque,
quae pingues veneunt [i] care, vt miliariae [k], ac coturnices. In hoc tectum aquam
venire oportet per fistulam, et eam potius per canales angustas [l] serpere, quae facile
extergeri [m] possint; si enim late ibi diffusa aqua, et inquinatur facilius, et bibitur
inutilius; et ex eis caduca [quae abundat [n],] per [o] fistulam exire, ne luto aues labo-
3 rent. Ostium habere humile, et angustum, et potissimum eius generis, quod coch-
leam [p] appellant, vt solet esse in cauea, in qua tauri pugnare solent. Fenestras raras,
per quas non videantur extrinsecus arbores, aut aues; quod earum aspectus ac [q]
desiderium macrescere [r] facit volucres inclusas. Tantum luminis [s] habere oportet,
vt aues videre possint vbi assidant, vbi cibus, vbi aqua sit. Tectorio tacta [t] esse leui
4 circum ostia, ac fenestras, ne aqua [u] intrare, mus, aliaue quae bestia possit. Circum
huius

f) *peristylium P. peristilium Bon. peristillum Reg.* g) *adiiciant I. B. R.* h) *praeter ea* (diuis.) *alias I. B. R. praeter eas aues I. I-G.* i) *vaeneunt Herv.* k) *milliariae I. I-G.* l) *angustos P. 2.* m) *extergi I. B. R.* n) *abundans Pol. 2.* o) *et exis per fi. facit vt luto I. I-G.* p) *cochliam I. B. R.* q) *ad I. B. R.* r) *marcescere P.* s) *locum lum. P.* t) *tecta a. V.* u) *qua a. V.*

antea in omnibus excusis, *Vnde nonnulli* etc. insulso ac frigido sensu, non enim dici potest quanto elegantior ac suauior sit verus lectio. Iocatur in verbo *Sumuntur*, quod simplicem intellectum non habet, nam *Sumere*, et manu capere et ore significat, id est, comedere ac deuorare. Ostendit igitur se loqui velle de ornithone, e quo promuntur turdi: non in quo, apparato conuiuio, eduntur, supra enim dixerat esse auiarii genus oblectationis causa constructum, in quo delicate coenitarent: sed politi ingenii homo facete et iocose haec exponit. Ostendam non multo post iterum hoc verbo eodem intellectu M. Varronem vsum. Adducitur a Nonio Varronis hic locus Prometheo libro secundo, *Cum sumere coepisset, voluptas retineret, cum sat haberet, satias, manum de mensa tollere.* In quo affirmarim *Sumere* hoc intellectu vsurpatum ab eo fuisse. VICTOR. Ex hoc etiam loco apparet, quod obseruaui saepius, doctissimo Victorio, cum istas explicationes scriberet, non semper certe, ad manus fuisse editionem vllam earum, quae ante saeculi XV finem prodierunt. *Non vbi* hic legunt, quod etiam ex silentio nostro intelligi poterat, I. B. R. quod ille de omnibus excusis negarat.

5, 2 MILIARIAE) Varro de L. L. 4, p. 21, 16 *Ficedulae et miliariae dictae a cibo: quod alterae fico, alterae milio fiant pingues.*

5, 2 QVAE ABVNDAT) Haec verba glossae sunt vocis *caduca.* Frontinus: *Aquam quae ex lacu abundat, nos caducam vocamus.* et forte abundant voces *per fistulam.* VRSIN. Eadem monet Andr. Schottus Obs. 3, 8. Itaque vncis includendum id, quod pro glossemate habent viri docti, curauimus. De aqua caduca eruditissimus Polenus ad Frontin. p. 166. Nostri similiter, *der Abfall.* Caeterum constructio ab *oportet* pendens postulat *caducam.* Nisi *caduca* neutro genere capias, quod duriusculum videtur.

5, 3 QVOD COCHLEAM APPELLANT) Quid sit, docet Columella: *sed vtcunque,* inquit *fabricatum est, si semper influente gurgite viget, habere debet specus iuxta solum: eorumque alios simplices et rectos, quo secedant squamosi greges, alios in cochleam retortos, nec nimis spatiosos, in quibus muraenae delitescant.* SCAL. Sed locus Col. 8, 17, 2 de re plane alia agit. Hic ostii genus intelligitur in rotunditatem, dimidio saltem orbe caesam, elaboratum, quod comparare licet, cum epistomiis quarundam fistularum, quorum leui circumactu vel transitus conceditur aquae vel intercluditur. est item genus laternarum ita fabrefactum ad abscondendam vel ostendendam summa celeritate lucem. Quo quidem genere ostii ad velocitatem auium vel ferocium in theatro animalium nullum potest esse accommodatius. Quod si operosior videatur illa machinatio, quod non puto equidem, possis etiam intelligere generatim ostium, quod ope cochleae tolli facile ac demitti potest. Laudat quidem hunc locum de Amphitheatro Lipsius c. 9, sed non explicat. Idem legi malit *e qua* pro *in qua.* *Caueam* enim hic de specu vel antro capit, in quo ad pugnae ipsum articulum conclusae seruantur bestiae. Sed bene est, quod ipse addit, *nisi si caueam capit pro amphitheatro*; quod puto verius.

5, 3 HABERE OPORTET) *Oportet* videtur abundare: nam oratio pendet ab eo, quod dixit, *aquam venire oportet per fistulam.* deinde legendum *praeterea perticas* sine *et.* VRSIN.

5, 3 TECTORIO TACTA) Vetus haec est lectio, quam probaui. antea in excusis *tecta.* Hoc in libro iterum, vbi de laboribus, *vt tectoria tacta sint, et sint alta.* Idem error erat illic in excusis. VICTOR. Add. 3, 12, 3.

5, 3 NE AQVA INTRARE) Magis placet lectio primarum editionum *ne qua intrare.* Ad aquam enim arcendam quid valeat leuitas tectorii,

huius aedificii parietes intrinſecus multos eſſe palos, vbi aues aſſidere poſſint; praeterea e [x] perticis inclinatis ex humo ad parietem, et in eis tranſuerſis [y] gradatim modicis interuallis perticis annexis, [ad] ſpeciem cancellorum ſcenicorum ac theatri. deorſum in terram eſſe aquam, quam bibere poſſint; cibatui offas poſitas. eae maxime glomerantur ex ficis, et farre mixto. Diebus viginti antequam quis [z] tollere vult [a] turdos, largius [b] dat cibum, quod [c] plus ponit, et farre ſubtiliore incipit alere. In hoc tecto caueaque [d] tabulata habeant [e] aliquot ad perticae [f] ſupplementum. Contra

x) *et perticas inclinatas I. I-G.* y) *tranſuerſas alias gra. mo. in. annexas I. I-G. it. Pop. trauerſis P.* z) *quis* omitt. *I. B. R.* it. poſt *Vict.* except. *Durdr. et Pop.* habent etiam *I. I-G.* a) *velis I. B. R. velit I. I-G.* b) *dat: cibumque plus I. B. R.* c) *et aquae plus I. I-G.* d) *cauus quae I. B. R. cauat quae cauat tab. P.* e) *habeat aliquod I. B. R.* f) *portae P. perticae I. B. R.*

rii, et cur adeo excludenda ſit ſolicite aqua, non apparet.

5, 4 ANNEXIS [AD] SPECIEM) Furcillis eiiciendam puto, quam concluſi interim, ne quid facile turbet, τὴν *ad*; quae ſi abſit, nihil habebit Varroniana lectio incommodi, niſi ſi quis ita delicatus ſit, vt frequens caſus in *is* illum offendat. Hanc ipſam *ad* cauſam arbitror fuiſſe, cur ſibi tantum alii in Varronem licere voluerint. Peperit autem hoc emblema opinio librarii, qui non cogitabat, verbum *ſpeciem* pendere ex *oportet eſſe*.

5, 4 ANNEXIS) Vid. leg. *annexas*. et expungendae voces: *ac theatri*. VESIN.

5, 4 CANCELLORVM) Hos cancellos interpretatur Burmannus ad illud Ouidii Am. 3, 2, 64 *Cancellis primos inſeruiſſe pedes*; parallelos gradibus, et impoſitos illis, aſſeres inferiores, (ſed nihil prohibet, quo minus fuerint *cancelli perforati*, quod arguit *inſeruiſſe* illud Ouidianum, et ipſa *cancellorum* appellatio) qui prohiberent ſcilicet, ne quis nimis latum ſedilis ſpatium occupare, et poſt ſe ſedentis premere pedes poſſent; quamquam non ita alti erant, vt iniurias poſt ſedentis in eum, qui tergum illi obverteret, plane arcerent. His rurſus cancellis ad perpendiculum imminebant lineae, quae humeros ſedentium coercebant, ne reclinare ſe in poſt ſedentes poſſent, neque aliquis de ſuperiore gradu in inferiores detrudi, ac ſtragem ſic et ruinam facere; ita tamen, vt ſpatium, inter vtrumque aſſerem patens, poſteriorum genua transmitteret. vid. Burmann. ad l. c. 19. Hic Varronis locus mirifice facit ad ſententiam viri doctiſſimi confirmandam. Quamquam Varro videtur *cancellorum* nomine hic *lineam* etiam ipſam complexus.

5, 4 ANTEQVAM QVIS TOLLERE) Recte et ordine repoſitam τὸ *quis* arbitror. Abſorpſerat eam praecedens *quam*, in ſcriptura praeſertim compendiis vocum impedita. Hac omiſſa, aliquis, ne ſenſus hieret, poſuit *velis*, ſed reliqua oblitus vel non auſus eſt inflectere ſimiliter.

5, 4 LARGIVS DAT CIBVM, QVOD PLVS PONIT) *Largius dat cibum*, et *quod plus ponit* idem cum ſit, alterutrum ſuperuacaneum haberi poteſt. Neque vero ab Aldo, Iunta ac Gymn. tradita lectio *largius dat cibum, et aquae plus ponit*, meliora profert; aqua enim ſemper largius exhibetur: *in hoc*, inquit, *tectum aquam venire oportet per fiſtulam, et eam potius per canales anguſtas ſerpere, quae facile extergeri poſſint.* Idcirco non praebetur quotidie. Iam vero et Ienſonianam proferamus, *diebus viginti antequam tollere velis turdos: largius dat: cibumque plus ponit: et farre ſubtiliori incipit alere.* Omnium optime Creſcent. l. 9 c. 93 *Diebus viginti antequam tollere vult turdos, largius det cibum, et farre ſubtiliore incipiat alere.* In Creſcentio porro his, quae commemoraui, praepoſita leguntur, *Et farre mixto, caeteris tribuantur grana, quibus vti conſueuerunt, et ea praecipue auide ſumunt, diebus viginti* etc. quorum veſtigium in Varrone non apparet: non inutilia tamen videntur, vt ex Colum. 8. 10, 3 ſq. manifeſtum habemus: His apparet, ſolis offis ex ficis et farre conglomeratis tantum turdorum numerum, quantum recenſet Varro, alere non expedire; praeterea alia eſſe praebenda, quibus vti conſueſcunt, hac non ſolum de cauſa, ſed etiam ad ciborum faſtidia detergenda. Id ab aliis, qui hac de re aliquid commentati ſunt, praecipitur. Pallad. 1, 26 *Caricae tunſae miſtis pollinibus largiſſime praebeantur. Myrti etiam ſi facultas eſt, lentiſci, oleaſtri, ederae, arbuti ſemina, interdum ad excludenda faſtidia, et maxime aqua munda praebentur.* Didym. in Geop. 14, 24 ἐν δὲ τῷ καθαρῷ τοῦ ὀρνιθῶνος ἡ τροφὴ τιθέσθω, σῦκα ξηρὰ διαβεβρεγμένα ὕδατι καὶ πατηθέντα (κοπέντα τε καὶ προσμιχθέντα ἀλεύρῳ ἢ τῇ ὠμῇ λύσει) καὶ μύρτα, καὶ ἡ σχῖνος, καὶ κισσοῦ καρπὸς καὶ δάφνης, καὶ ἐλαίας καὶ ὅσα τοιαῦτα. Quare in eam facile adducor ſententiam, vt arbitrer, vel ea quae leguntur in Creſcentio, vel iis quae conſentanea, Varronem tradidiſſe. PONTED.

5, 4 IN HOC TECTO) Nihil immutaui. Antiquam tamen ſcripturam notam eſſe volo: ſi quid opis afferre poſſit ad locum reſtituendum: qui cum tantopere a veteribus veſtigiis diſcrepet, merito ſuſpectus eſſe debet. *In hoc tecto cauiis, quae*

Xx *cauiis*

5 Contra hoc [g] auiarium est [h] aliud minus, in quo quae mortuae ibi sunt [i] aues, vt domino numerum reddat [k], curator seruare solet. Cum opus sunt, ex hoc auiario vt sumantur idoneae, excluduntur [l] in minusculum auiarium, quod est coniunctum cum

g) *hic P.* h) verba: *est aliud minus, in quo* desunt *I. B. R.* i) *sint I. B. R.* k) *reddat*: *solet ibidem seruari cum etc. I. B. R.* l) *excludantur I. B. R.*

cauiis tabulata habeant aliquod adportat subplementum. VICTOR. Lego, *in hoc tecto caulis, quae caulis habeat tabulata, aliquod adportat supplementum.* Vt enim e Graeco αὐλὴ facta est *caula*: sic a Graeco αὐλις, facta est *caulis*, quod *constum* [forte voluit *conseptum*] quoddam paruum est. mouet coniecturam, ita legendum vetus scriptura *caniis*, et creber error scribarum *i* in vicem *l* commutantium, quod haud raro notat Victorius. *Caulis* autem tanquam per diminutionem *caulae* elatum erit. TVRN. 19, 28. Vetus lectio: *In hoc tecto caniis, quae cauiis tabulata habeant aliquod adportat supplementum.* Ex qua lectione, corrupta quidem illa, sed omnia integritatis suae vestigia retinente, monstrum hoc lectionis vulgatae conflatum est. Primum igitur membrum ita legimus ex illa antiqua scriptura: *In hoc tecto cauiisque auis tabulata habeant aliquot.* quae sane, nisi multum me fallit augurium meum, legitima est et Varroniana lectio. *Cauiis*, hoc est Caveis. sic infra hoc tectum vocat etiam caueas. *Auis* ἀρχαϊκῶς, hoc est aues. *Tabulatum* autem intellige, id quod Homerus vocat πέτευρον; vbi insident aues vel exeuntes ex cauo suo, vel antequam cauum ipsum subeant. hoc enim solet in limine caui affigi, siue sit tabella, vt columbis solemus facere, siue pertica, vt gallinis. Hoc enim Homerus vocat πέτευρον. Veniamus ad alterum membrum, in quo prodigiosa correctorum licentia apparet: *adportat suplementum.* Legendum enim: *ad portae sublimentum.* Sed totam periodum iam apponemus, vt facilius emendationum nostrarum rationem edere possimus. *In hoc tecto cauiisque auis tabulata habeant aliquot. Ad portae sublimentum. Contra hoc auiarium est aliud minus.* Veteres quaecunque per MEN declinabant, eadem et omnia per MENTVM quoque: vt *documen, documentum, monimen, monimentum*: et similia. Sic *carmen, carmentum.* vnde *carmentae, ai aoidoi*, vel parcae. Sic *limen, limentum*: vnde Deum liminum vocarunt *Limentinum. Sublimentum* etiam eodem modo. quod Propertius vocat *Sublimen*: *At nullo dominae teritur sublimine amor, qui Restat* - - Nam ita potius quam diuisim, *sub limine* legendum esse, facile tibi persuadebit, quisquis attente locum Propertii pensitauerit. Cum igitur sit limen superius et inferius, hoc superius *sublimen* vocarunt. Vnde coelum sublimen vocat Ennius Thyeste: *Aspice hoc sublimen candens, quem inuocant omnes Iouem.* Ita enim habent veteres libri Apulei. Quamquam si aliquis refragari velit, leuiuscula immutatione possumus in Varrone legere: *Ad portam sub limentum.* Hoc tantum certo asserere possumus, *limentum* a Varrone pro limine positum esse: et ita, vt ostendimus, interpungendam esse hanc lectionem. *Lemen* autem saepe scribebant illi, vt Menerua, et caetera. Ergo ex *sublimentum* fecerunt supplementum. Qua animaduersione quantum lucis accesserit tam deplorato Varronis loco, nemo non videt. Nec sum nescius, quomodo doctissimus Turnebus conatus sit hunc locum emendare. Sed hoc ingenue pronuntiare possumus: nunquam illum tam dissimilem sui esse, quam si quando in his de R. R. libris aliquid emendare conatur. In omnibus enim immane quantum eum fugerit ratio. SCAL. Ex antiqua lectione fortasse non incommode legeretur *ad portae supplementum.* Turdi non euolant foras, sicut columbae et gallinae, sed caueis clausi continentur. Itaque in turdario nulla est porta, cuius defectum, quae suppleant, tabulata faciundum, ad quae subuolent aues, quasi in porta solent, exeuntes, aut intrantes tectum. FORMA. Quid si lectio Scaligerana recipiatur praeter vocem *portae*; quam hic fateor concoquere me non posse, quid enim sibi vult *Sublimentum portae* vel πέτευρον, quale describit Scaliger, cum extra portam prodire turdis nunquam liceat? *tabulata* vero habere possunt in *sublimentum*, vel *supplementum perticae*, h. e. praeter perticas et illam cancellorum speciem, loco altiore, (qui *sublimentum* dici potest, et alio respectu *supplementum perticae*) etiam possunt esse tabulata aliquot, in quibus inambulare licet turdis etc. Obiter etiam illud obseruandum, parum iuuari videri summum virum ab Ennio, quippe cuius verba ita referuntur a Cic. de N. D. 2, 25 ex fide optimarum editionum: *Aspice hoc sublime candens*: Et quid ni ita potius conuertisset Euripidis illud ὁρᾷς τὸν ὑψοῦ κ. τ. λ. Quid tradat Varro, percipere quodammodo video, nimirum fiat velut cella in cauea ad portam, in qua auiarius mortuas aues seruet, vt infra: *in qua media sunt caueae, qua introitus in aream est.* At verba rimari non valeo. Hac tamen ratione quid doceat Varro, adumbrare conabimur: *In hoc tecto caueisque caueas tabulata habeant aliquot ad portai sublementum contra hoc: auiarius quae mortuae ibi sunt aues, vt domino numerum reddat, solet ibidem seruare.* PONTED.

5, 5 CVRATOR SERVARE SOLET) V. C. *solet ibidem seruare.* deinde legendum *cum maiore, maiore ostio.* nam *maiore* omissum est a librario, quasi repetitum otiosum foret. VRSIN.

5, 6 ALIE-

cum maiore ostio, lumine [m] illustriore, quod seclusorium appellant. Ibi cum eum [n]
numerum habet exclusum, quem sumere vult, omnes occidit. Hoc ideo in secluso [o] 6
clam, ne reliqui, si videant, despondeant animum, atque alieno tempore venditoris [p]
moriantur. [Non vt [q] aduenae volucres pullos faciunt, in [r] agro ciconiae, in tecto
hirundines, sic aut [s] hic aut illic turdi, qui cum sunt nomine mares, re [t] vera foeminae quoque sunt: neque id non secutum vt esset [u] in merulis, quae nomine foeminino [x] mares quoque sint [y]. Praeterea [z] volucres cum partim aduenae sint, vt 7
hirundines et grues; partim vernaculae, vt gallinae, ac columbae: de illo genere sunt turdi aduenticio, ac quotannis in [a] Italiam trans mare aduolant circiter aequinoctium autumnale, et eodem reuolant ad aequinoctium vernum. Et alio tempore turtures, ac coturnices immani numero. hoc ita fieri apparet in insulis propinquis Pontiis [b], Palmariae, Pandatariae [c]. Ibi enim in prima volatura cum veniunt, morantur dies paucos requiescendi causa. Idemque [d] faciunt cum ex Italia trans mare
remeant.] APPIVS *Axio*, Si quinque millia huc [e] conieceris, inquit, et erit epulum 8
ac triumphus, sexaginta millia quae vis, statim in foenus des licebit [f]. Tum *mihi*, Tu dic illud alterum genus ornithonis, qui animi causa constitutus a te sub Casino [g] fertur, in quo diceris longe vicisse non modo archetypon inuentoris nostri ὀρνιθοτροφεῖον

m) *et lum. I. I-G.* n) *cum* deest *I. I-G.* o) *seclusorio I. I-G.* p) *venditori a. V.* q) *enim vt a. V.* r) *vt in I. I-G.* s) *aut et I. B. R. aut hic* omitt. *P. 2.* t) *reuera* iunct. *I. B. R.* u) *esse I. B. R.* x) *foeminio Hero.* y) *sunt I. I-G.* z) *quoque* add. *I. B. R.* a) *transmare* (iunct.) *ad Italiam I. B. R.* b) *Pontia, Palmaria, Pandataria I. I-G. Pontis P. Pontiae I. B. R.* c) *pandathariae I. B. R.* d) *Itemque P.* e) *hoc P. hic a. V.* f) *licebis multum. Dic etc. I. B. R.* g) *Cassino I. I-G.*

§. 6 ALIENO TEMPORE) Sic etiam Lucretius inquit, *aliena salutis eorum.* Et Cic. Quaest. Acad. 1 ad Varronem, *Et vno nomine omnia, quae essent aliena firmae et constantis assensionis.* Antea in excusis, alio casu *venditori.* VICTOR.

§. 6 [NON VT ALIAE VOLVCRES] Quae vncinis inclusi, ea Varronis esse quidem, sed non suo loco posita arbitror. Quin ea ipsa, quae §. 7. habentur, praecedere debent illa, quae sunt in §. 6. Et forte sanaueris hunc locum, certe integriorem, quam nunc est, sanioremque reddideris, si sectionem, quae nobis septima est, integram ponas ante verba, ad quae ista adnotamus. Scimus morem librariorum reuocandi, quae sero animaduertunt omissa, loco etiam importuno.

§. 7 ADVENTICIO) Haec vox abundat. VRSIN.

§. 7 CIRCITER AEQVINOCTIVM) Charisius lib. 1. obseruauit, Varronem dixisse *aequinoctium autumnale* Vnde suspicatus aliquando sum, hunc locum in mente illum habuisse: sed vt dixi, suspicatus tantum sum, neque certi quidquam adfirmare audeo. POPMA.

§. 7 PONTIIS) Tres hae Insulae adiacent Italiae, Palmaria non procul ab Antio, Pontiae iuxta Formias, et Pandataria s. Pandateria in sinu Puteolano, Meminerunt earum coniunctim quoque Plinius 3, 6 et Mela 2, 7, 170. SCHOETTG.

§. 8 SI QVINQVE MILLIA HVC) Hic aperte reditur ad Ornithonem, qualis vsque ad verba, *Non vt aliae volucres,* descriptus fuit.

§. 8 SEXAGINTA MILLIA) Videtur legendum *sexaginta illa.* Nam respexit ad locum superiorem, in quo est: *HS enim sexaginta millia Fircellina excandere me fecerunt* etc. VRSIN. Diuisi, *quae vis,* quae in quibusdam coaluerant. Vid. 3, 2, 15.

§. 8 TVM MIHI, TV DIC) Antiqui libri vitiosi. sic enim habent, *Multum dic illut.* etc. Ne hoc quidem occulere volui. VICTOR. Non mihi videbantur haec satis cohaerere, cum suspicio mea annotatione P. Victorii aucta est. Nam admonet eruditus vir in illo peroptimo codice scriptum fuisse *multum dic illud alterum.* Facile est haec suae integritati reddere ita: *Sexaginta quaeuis millia statim in foenus des licebit multum. Dic illud alterum genus,* etc. hoc est, In foenus multum des licebit. Et vetere codice tantum legimus, *Dic illud alterum.* Ex inde a verbo *Dic* incipit pars altera huius capitis, in qua ornithon describitur. nam quia superioris ornithonis describendi partes traditae sunt Varroni, et huius quoque describendi munus eidem, non expresso nomine, attribuitur. SCAL. Ex V. C. legendum *Mihi tunc dic illud* etc. deinde verba *inuentoris nostri* expungenda. VRSIN. Ex vetusta scriptura legerem, *mihi tum:* dice illud alterum. PONT.

§. 8 SVB CASINO) *Casinatem fundum* Varronis ab Antonio ereptum queritur multis verbis Cicero Phil. 2, 40.

Φείων[h] M. Laenii[i] Strabonis, qui Brundusii[k] hospes noster primus in peristylo habuit exedra[l] conclusas aues, quas pasceret obiecto rete, sed etiam[m] in Tusculano magno aedificio Luculli. Cui[n] *ego*, Cum habeam sub oppido Casino[o] flumen,
9 quod per villam fluat liquidum et altum[p], marginibus lapideis, latum pedes L V I I, et e villa in villam pontibus transeatur, longum P. Ɖ C C C C L[q], directum[r] ab insula [ad Museum[s],] quae est ab[t] imo fluuio, vbi[u] confluit[x] altera[y] amnis ad summum flumen, vbi est Museum[z]. Circum huius ripas ambulatio[a] sub dio[b], pedes
10 lata[c] denos. Ab hac ambulatione[d] in agrum versus, ornithonis locus ex duabus partibus

h) *ὀρνιθοτροφεῖον I. I. G.* i) *Lenii a. V.* k) *Brundusii a. V.* l) *edra P. 2. bedra Herv. exbedra* coniunct. *I. I-G. Vict. ex bedera* rel. m) *etiam Thusculanum magnum aedificium I. I-G.* n) *Qui I. B. R. Wrat.* o) *Cassino I. I-G.* p) *alium I. B. R. W.* q) *CCCCL* tantum *I. B. R. W.* r) *derectum P.* s) *Museum I. B. R. musaeum. P.* t) *animio* iunct. *W. animo P. 1. anmo Pol. 2. a Vinio* editi. u) *vrbi W.* x) *confluet P.* y) *alter P. 2. I. I-G. alt' amnis W. alter* Morg. I, 101. z) *museum I. B. R. musaeum P.* a) *est* inser. *a. V.* verba: *ambulatio - - hac* desunt *W.* b) *diuo a. V.* c) *latas H. A. Gr. G.* d) *ambulatio est P. W.*

5, 8 LAENII STRABONIS) Forte leg. *Laelii* Plin. 10, 50 *Auiaria primus instituit, inclusis omnium generum auibus, M. Laelius Strabo, equestris ordinis Brundisii.* VRSIN.

5, 9 CVM HABEAM) Effecisse me puto diligenter legendo, adde etiam designando Varronis ornithone, vt operam non inutilem iis dare possim, qui operae pretium putauerint illum cognoscere. Itaque etiam deformaui illum, tum vestigiis quasi persequendis, hoc est ea, quam ichnographiam Graeci vocant totius ornithonis, (Tab. I.) tum tholo ipso erecto dimidiatoque illa ratione, vt prospectus intro pateat, (Tab. II.) Has qui tabulas conferre cum Varronis sermone, ac nostris obseruationibus volet, ille haud paullo melius intelliget, spero, quid Varro dicat, quam contemplanda satis eleganti pictura, quam, a Pyrrho Ligorio acceptam primo, vrbis antiquae splendori inseruit Iac. Laurus Tab. CXXVII, edit. Rom. A. 1612, deinde reuocauit in lucem Montfauconius Tom. III. antiquitatis illustr. P. I. p. 132. pl. 67. Numeros pedum sequi difficile nobis erat, in primis cum nulla parte libri sint vulgo, quam in numeris, corruptiores; et ad summam rei parum refert. Caeterum peruenit, cum ista scripsissem, in manus meas Ro. Castelli liber splendidus et diuitiis gentis Britannicae dignus, *villae antiquorum illustratae*, Londini 1728 Anglice chartae augustae impressus. Hic ostendit Architectum se esse, et pleraque haud paullo accuratius, quam a Ligorio factum erat, declarat; sed est tamen, vbi desiderari aliquid circa verborum Varronis intellectum queat, de quibus adiicere non nihil haud abs re fuerit, ne splendore illo externo abrepti quidam, hunc etiam Varronis optimum hac ex parte interpretem arbitrentur. Plura etiam ad Ornithonem Varronis contulit Turnebus, quae qualia dedit vir summus, vno deinde tenore proponere malumus, quam in particulas discerpta reliquis admiscere, et turba quasi elidere. Et sane consultum fuerit, lectorem etiam Scaligeri notas, ac denique nostras vno tenore cum Varronis verbis conferre si quis iudicare de tota re voluerit.

5, 9 E VILLA IN VILLAM) Videtur legendum *in insulam.* nam sequitur *directum ab insula, quae est ab imo fluuio.* ita enim legendum deletis vocibus: *ad museum.* Col. 8, 16 *Vmmidius Hospes Casini Philippo formosum piscem e vicino fluuio dicitur posuisse.* VRSIN. [Suspicor Vrsinum legi voluisse, *a vicino fluuio:* quorsum enim alias locus Columellae?] Villa erat in summa parte fluminis, vbi illud influebat: insula oriebatur ab ima parte, qua exibat: itaque *e villa in insulam* pontibus flumen transibatur directum ab insula, quae erat ab imo fluuio, vbi confluebat altera amnis. Sic enim Varro loquitur, vt Periplo lib. 1 *Propter hos fluit amnis, quam olim Albulam dicunt vocitatam.* POEMA.

5, 9 P. Ɖ C C C L) Quid si recta est primarum editionum lectio? supra obseruauimus ad V. 1, 10, 3 Ɖ, siue D transuersa linea iugulatam, notam videri numeri quadringenarii. hanc cum explicare vellet aliquis, factum forsasse vt et ipsa et illius interpretatio maneret.

5, 9 QVAE EST A VINIO FLVVIO) Fluvii nomen in antiquis perturbatum, non tamen receptam lectionem temere variaui: veterem tantum indicare volo: *Quae est animo fluuio.* De vero fluuii nomine nihil compertum habeo; *amnis* paullo post muliebri genere appellatur in fidelissimis libris, quemadmodum saepe a vetustis auctoribus appellatam Nonius docet, qui etiam Varronis ipsius hoc exemplum adducit, περὶ πλῶν libro 1. *In hac ciuitate agros colunt arenosos: propter hos fluit amnis, quam olim Albulam dicunt vocitatam.* VICTOR. Lege: *ab imo fluuio.* Nam *animo* pro *ab imo* scriptum fuit, praua scilicet librariorum consuetudine, *u* in *b* et contra mutandi. Vt supra scripserat librarius, *auuiridi*, pro *ab viridi.* Flumen, inquit, hoc [illegible] directum ab

partibus dextra et [e] finistra maceriis altis conclusus [f]. Inter quas [g] locus, qui est ornithonis [h], patet in latitudinem P. XLVIII, deformatus ad tabulae literariae speciem cum capitulo. Forma qua est quadrata, patet [i] in longitudinem P. LXXII; qua [k] ad capitulum rotundus [l] est, P. XXVII [m]. Ad haec, ita vt in margine quasi 11
infimo tabulae descripta sit ambulatio, ab ornithone [n] plumula, in qua media sunt caueae

e) *et e I. B. R.* f) *conclusit inter W.* g) *quos P. W.* h) *ornitonis W.* i) *in latitudinem pedes XLVIII.* ins. *I. B. R. in latitudinem XLIII. W.* k) *Quo W.* l) *rotundum I. B. R. rhotundum W.* m) *f. XXXII.* n) *ornitone W.*

ab insula, quae est *ab imo* fluuio, vbi est confluuium alterius amnis, ad summum fluuium, vbi est Musaeum, patet pedes CCCCL. SCAL. Fluvii nomen si ponere voluisset Varro, ad primam potius eius mentionem posuisset. Recepi itaque tanto magis emendationem, cui et libri et res ipsa fauent. Verum reddenda etiam ratio, cur voces *ad Museum* inclusserim, h. e. excludendas indicauerim. Voluit Varro vtrumque terminum longitudinis, quam assignauerat fluuio, (in quantum is villae ipsius pars erat,) indicare. Hoc breuiter dicere poterat, *directum ab insula, ad museum.* Sed inseruit deinde tum insulae positionem, tum musei, hoc modo: *directum ab insula (quae est ab imo fluuio, vbi confluit altera amnis) ad (summum flumen, vbi est) museum.* Festinans aliquis breviter scripserat, vt Varronem ipsum primo cogitasse credibile est, *ab insula ad Museum*, tum demum adiecit reliqua, vnde factum, vt voces *ad museum* bis ponerentur. Ceterum hanc lectionem etiam probat Pontedera. Sed paullo post, pro *altera amnis, alter* legi vult Morgagn. I, 101.

5, 10 PATET IN LATITVDINEM P. XLVIII) Haec verba alieno loco posita ita restituenda videntur: *Inter quas locus, qui est ornithonis, deformatus ad tabulae literariae speciem cum capitulo, qua est quadratus, patet in longitudinem P. LXXIII. in latitudinem P. XLVII. qua rotundus est P. XXVIII.* VRSIN.

5, 10 AD TABVLAE LITERARIAE SPECIEM) Locus ornithonis erat deformatus in figuram quadratam oblongam, in superiore parte rotundus, columnatus: sicut tabella literaria, in qua pueri scribunt, et litteras discunt, et forma quadrata, et in summa parte habebat appendiculam rotundam, (eam vocat capitulum) et perforatam, vt e paxillo possit suspendi. In hoc autem loco extremo, quasi in margine infimo tabulae, descripta erat ambulatio ab ornithone primula, in qua media introitus in aream ornithonis, per caueas tectaque. POPMA. Vide quae de tabula literaria notat Burmannus ad Petron. c. 46. SCHOETTG. Hic interpungere contra omnium editionum consensum nihil dubitaui. Primo generatim formam descripsit, cumque ea partim quadrata sit, partim rotunda, singulatim de vtraque praecipit. Deinde lego: *forma qua est quadrata.* Plene, *qua* parte locus ornithonis *est forma quadrata*; vt respondeant, quae sequuntur, *qua ad capitulum* rotundus est. Ita vertit etiam Castellus. Et video ita placuisse etiam Pithoeo.

5, 10 CVM CAPITVLO) Vocat *capitulum* appendiculam ligneam rotundam tabulae quadratae literariae impactam eamque perforatam, vt esset qui suspenderetur tabella e paxillo. SCAL.

5, 10 FORMA, QVAE) P. Pithoeus subcis. 1, 12 ita distinguit: post *capitulo* facit punctum. deinde legit: *forma, qua est quadrata, patet.* verba: *rotundus est*, omittit. Porro: *ad capitulum P. XXVII ad haec.* (i. e. 99, vel potius 100, si modo XXVIII legatur) *Ad haec* idem, quod praeterea. SCHOETTG.

5, 11 AB ORNITHONE PLVMVLA) Scribo indubitanter, *Ab ornithone, p. l. v. iii. via, in qua media sunt caueae.* Nam ex his notis melius *plumella* suppletur, quam ex *p. viii. la.* quia nunquam veteres per compendium scripserunt LA, cum latum vellent denotare. Sed neque haec mendo carent: nam transposita sunt. legendum enim: *Ab ornithone p. LVIII via, qua iter in aream est, in qua media sunt caueae.* Quam facile fuit ex III, literam, *m*: item ex *i. l* facere, cum id toties in veteribus libris contigerit? SCALIG. Quid si legamus? *Ita vt in margine quasi infimo tabulae descripta sit ambulatio ab ornithone P. L. 48 L. A* significat in extremo loci, qui est ornithonis, (quem ad tabulae literariae speciem deformatum dixit) ab ipso ornithone, id est, post ornithonem, quasi in ipsius tabulae literariae margine infimo, ambulationem fuisse eadem omnino longitudine, qua se loci ipsius latitudo exerebat, id est pedum 48, latitudine pedum 5. Quae si cui angustior paullo videatur, per me licet reponat pedes decem, vt in superiore ambulatione. Haec P. Pithoeus loc. cit. SCHOETTG. *Ab ornithone* ita capio, vt paullo ante, *Ab hac ambulatione in agrum versus ornithonis locus.* Nimirum eadem ambulatio est, de qua ante dixit. Itaque in voce *plumula*, quam corruptam omnes agnoscunt, latere puto eundem numerum, quem ante dedit longitudini ipsius fluminis, et posse in scriptura veteri Langobardica impeditiore p. IↃCCCCuia h. e. pedum nongentorum via in *plumula* mutari apparet; adeo nulla vel abundat vel deficit linea. Caeterum *plumula* haec seruata tamen est a Castello, qui aduocat ad illam explicandam, quae de

Xx 3

caueae [o], qua introrsus [p] iter in aream est. In limine [q], in lateribus dextra et sinistra
porticus sunt primoribus columnis lapideis, intermediis [r] arbusculis [s] humilibus,
ordinatae, cum a summa macerie ad epistylium [t] tecta porticus sit rete cannabina [u];
et [x] ab epistylió [y] ad stylobaten. hae sunt auibus omne [z] genus oppletae [a], quibus
12 cibus ministratur [b] per retem [c], et aqua riuulo tenui affluit. Secundum [d] stylobatis
interiorem partem, dextra et sinistra, ad summam aream quadratam, e medio diuer-
sae duae non latae, sed [e] oblongae sunt piscinae ad porticus [f] versus. Inter eas pisci-
nas

o) *cauiat P. cauia W.* p) *introitus in I. B. R. iter in* rel. editt. *introitus itur in P.° introitus it in W. introrsus iter Ryck.* q) *lumine W.* r) *pro mediis I. B. R. W. Pol. 1. praes mediis P. 2.* s) *artibusculis W. P. 1. atribusculis P. 2.* t) *epistilum I. B. R. epistilium W.* u) *canabina a. V.* x) Verba: *et ab epistylio ad stilobatem* desunt *I. B. R.* y) *epistylo ad stilobate P. W.* z) *omnigenus* coniunct. *P. 1. omnis generis Pol. 2.* a) *completae W.* b) *administratur P. I. B. R. I. I-G.* c) *rete W. I. B. R. I. I-G.* d) *Sed W.* e) *sed* abest *P.* f) *porticulas I. B. R. porticuas P. W.*

de *plumandi* arte, *plumariis* artificibus, *plumatilisque* seu *plumatilibus* vestibus disputat Salmasius ad Vopisci Carinum p. 850 sq. Hack. putatque nomen illud translatum a vestimentorum distinctione, ad ornatum hortorum, et descriptionem pulvillorum, quae *parterre* a Gallis vocatur. Ferri hoc fortasse poterat, si faueret ordo verborum et qui vulgo vocatur contextus. Sed incipit Varro describere ornithonem suum ab *infimo tabulae*, quod profecto non est capitulum, de quo vltimo loco agit Varro. Possunt Castelli rationem videre, qui libro carere coguntur, in Actis Erudit. Lipf. A. 1731 p. 111 sequ. non negligenter a nobis expositam.

5,11 IN QVA MEDIA SVNT CAVEAE) Has oportuit esse suspensas, vt certe fuisse verisimile est, aut longitudinis ipsius mensura comprehendi, si quidem vt superioris loci latitudini, ita quoque huius ambulationis longitudini pedes 48 tribuamus. Idem Pithoeus. SCHOETTG. *Caueae*, id est, introitus pergulati, similes caueis theatrorum; plures, credo spectaculi iucundioris causa, vt totus margo infimus huius tabulae eiusmodi caueis oppletus esset. Castellus pingit nobis inter areolas pergulam loculatam, *Alcoues.*

5,11 QVA ITER IN AREAM EST) Antiqua hic etiam lectio perturbata, et sane totum caput crebrioribus maculis inquinatum: *Qua introitus itur in aream est.* Quomodo corrigi locus debeat, si vitium etiam in communi est, non video. VICTOR. Tollo in antiqua lectione illud *itur:* nam conflatum est ex cauda illius, *introitus.* Et lego: *qua introitus in aream est.* SCAL. V. C. *qua introitus in aream est.* deinde legendum: *arbusculis h. ordinatis - - tectae porticus sint* etc. Item *secundum stylobatas interiore parte dextra, ac sinistra - - e media* etc. id est area. Nam stylobata, siue vt Vitruuius appellat, stylobatae, in area introeuntibus dextra et sinistra erant, ac earum interiores partes ad aream spectabant, posteriores ad porticus. VRSIN. Vnius literae facili mutatione sic repono, *qua introitus, iter in aream est,* vt significet Varro, qua introitus in ambulationem erat, iter quoque in aream fuisse. Haec Pithoeus. Codex Ryckianus expresse legit: *qua introrsus iter in aream est.* Iudicent eruditi, annon haec sit vera lectio SCHOETTG. Certissimam equidem puto. pruriebant manus ita rescribere ante paullo, quam de hac auctoritate mihi constaret.

5,11 IN LATERIBVS) Quibus pedes LXXII tribuerat, vbi altis maceriis clausus erat locus ornithonis. itaque hae porticus extra maceriem habebant, vt intro in ornithonem videri non posset, intus columnas: a summa macerie ad epistylia, situ horizontali, quem vulgo vocant, id est, ad finitorem extensa erat retis cannabina, quemadmodum etiam inter columnas, situ perpendiculari ab epistylio ad stylobatem Castellus duas ad imam tabulam non porticus, quas oblongas esse putauerim, sed columnationes fere quadratas collocat, macerie nusquam conclusas, quod tamen satis aperte indicat Varro. Maceries autem illas ad dextram sinistramque longas, nudas relinquit, contra verba nostri, quae eo minus intellexisse videtur Castellus, quod prauam distinctionem secutus est.

5,11 INTERMEDIIS ARBVSCVLIS) Fortasse *promediis*, vt *promiscuus.* PONTED.

5,11 PER RETEM) Et hic et aliis etiam locis virili genere in antiquis libris Retis a Varrone vsurpatur. Sed Plautus etiam Rudente ita illum appellauit: alii vetusti scriptores, vt grammatici testantur. VICTOR. Difficilis de genere retis disputatio. Hic certe foemininum agnoscunt omnes libri. Plauti locus Rud. 4, 3, 45 ambiguus. Grammatici certant.

5,12 SECVND. STYL. INTER. PARTEM) Quae nimirum aream interiorem respicit, non quae maceriam exteriorem.

5,12 E MEDIO DIVERSAE) h. e. vt postea explicat, per semitam inter vtramque procurrentem diuisae.

5,12 SE-

nas tantummodo recessus semita in tholum [g], qui est vltra [h] rotundus [i] columnatus, vt est in aede Catuli, si pro parietibus feceris [k] columnas. Extra eas columnas est silua manu sata, grandibus arboribus tecta, vt infima perluceat, tota septa maceriis altis. Intra tholi [l] columnas exteriores lapideas, et totidem interiores ex abiete 13 tenues, locus est P. V latus. Inter columnas exteriores pro pariete reticuli [m] e neruis [n] sunt, vt perspici [o] in silua possit, et quae [p] ibi sunt, neque auis [q] eas [r] transire. Intra interiores columnas pro pariete rete auiarium [s] est obiectum. Inter has, et [t] exteriores gradatim substructum [u] vt θεατρίδιον auium [x]. mutuli crebri omnibus [y] columnis impositi [z], sedilia auium. Intra retem [a] aues [b] sunt omne † genus, maxime 14 cantrices [c], vt lusciniolae [d], ac [e] merulae, quibus aqua ministratur per canaliculam [f], cibus obiicitur sub retem [g]. Subter [h] columnarum [i] stylobatem † est lapis a falere pedem

g) *colum W.* h) *intra W.* i) *rotundus P. rbotundus W.* k) *ferreis colundas W.* l) *tholis W.* m) *reticule, neru.* (sic) *W.* n) *veruis P.* o) *prospici I. B. R. W.* p) *quam W. qui P.* q) *animus W.* r) *ea I. B. R. W.* s) *auiarum W.* t) *et* abest *I. B. R. W.* u) *sunt structa I. I-G.* x) *auium mutulis crebris I. I-G.* y) *in omn. a. V.* z) *impositi* deest *W. impositis I. I-G.* a) *rete a. V.* b) *sunt auium I. B. R.* †) *omnigenus P.* c) *chantatrices W.* d) *luscinolae P. W. Ienss. lusiniolae B. R.* e) *ac* omitt. *I. B. R.* f) *canaliculum a. V.* g) *rete a. V.* h) *Subtus P.* i) *columnarium W.* †) *stilobatus W. stillobatem Heruag.*

5, 13 SEMITA IN THOLVM) Tholus erat appendicula ornithonis velut capitulum rotundum, distinctum duplici ordine columnarum, quarum exteriores, quae spectabant siluam, erant lapideae, interiores abiegnae. Sub hoc intrinsecus erat hemisphaerium, cuius in summa parte stellarum ortus obitusque descriptus, ita vt horas indicarent: in medio designati erant octo venti in circulo, qui centrum semiglobi ambibat, vt Athenis in horologio fec erat Andronicus Cyrrhestes: de quo meminit Vitruuius libro 1. POPMA.

5, 8 QVI EST VLTRA) Intell. aream quadratam et extra eam, tanquam appendicula.

5, 12 IN AEDE CATVLI) Cimbros cum C. Mario fudit, quem laudat etiam Plin. 17, 1 s 1. Fuit in palatio Reg. X, et contigua Ciceroni, qua eum etiam iungitur a Victore.

5, 13 PRO PARIETE) Hoc loco vtitur P. Victorius Var. lect. 32, 18 ad emendandum Caes. B. G. 4, 17 in descriptione pontis, vbi *sublicae* dicuntur *pro pariete subiectae*. Legebatur ante *pro ariete*, quod intelligere se negant viri summi. Cum vero Metaphrastes Graecus *ariétem* κριὸν agnoscat, et *aries* possit esse; qui alias est *capreolus*, obliquum tigillum, nempe cantherium, e contrario inclinatum sustinens, ad modum breuioris cruris in Graeca minuscula litera λ; cum denique *paries* difficilius etiam locum hic tueri videatur: malim ego apud Caesarem legere, vt semper lectum *pro ariete*, et vel retinere figuram Dauisii, cui probari *parietem* potuisse minor; vel ponere *obnitentem* tignis obliquis suum cuique *arietem*. Quid si Cicero ad hanc significationem respexit Top. 17 *Ex quo aries ille subiicitur in vestris actionibus: si telum manu fugit magis, quam iecit.* Obseruare licet, de defensione sermonem esse illius, qui quem noluerit feriisse dicatur. Hic non *ariete* opus est eo, quo quatiuntur muri, neque etiam is *subiicitur aries*: sed eo *ariete*, quo inclinata et lapsura alioquin fulciuntur. Nescio quid alii. Sed mihi videtur pluris esse vna corona ob ciuem seruatum data, pluribus hastis ei datis, qui hostem percussit. Melius vel modestissimo in summa doctrina Victorio teste, de literis meretur, qui locum obscurum ab emendatione intempestiua vindicat, quam qui decem alios ingeniose emendat.

5, 13 VT ΘΕΑΤΡΙΔΙΟΝ) Videtur legendum *vti* θεατρίδιον. VRSIN.

5, 14 SVBTER COLVMNARVM STYLOBATEM EST LAPIS) Lapis ἀρχαϊκῶς in foeminino Ennius, *Tanto sublatae tunc agmine sunt lapides. Lapidem* vocat, qui pro stereobate substruitur stylobatae. *Falere* vocat id, quod magis proprie esset pila, χηλὴν vocat Thucydides, Virgilius *saxeam pilam*. Et verbum apud Lucretium oppilare -- *oppilare ostia contra*. Sustinet autem falere totum peristylii onus, et stagno oppositum et oppilatum est. Itaque pilae litoribus immolitae a veteribus propterea *Faleria* dicuntur, quia antea *Haleria* dicerentur, παρὰ τὴν ἅλα. Argumento, quod *Falerii* populi ita dicti sint, quia apud eos sal fieret, prius *Halerii* dicti, auctor Festus. Nisi sit, quod omnia alta φάλαρα vocabant Graeci. *Culcitas* vocat torosas stylobatae proiecturas, extra solidum procidentes, vt est videre in peristyliis monachorum, in quibus puluinatae coronae stylobaterum extra perpendiculum praebent opportunas sedes fessis deambulando: quae, quia pedibus calcari possunt, *culcitae* dictae: seu, quod verius puto, quia similes sunt culcitarum toris in lecto conuolutis. Doctissimus vir quaedam dixit de Falere: in quibus quod a candore dictum putat, mihi non persuadet. Sed quod *Felesas*

pedem et dodrantem alta ‡ ipsum falere ad duo pedes altum a ſtagno, latum ad quinque, vt in culcitas [k] et columellas [l] conuiuae pedibus circumire poſſint. Infimo intra falere eſt ſtagnum cum margine pedali, et inſula in medio parua. Circum falere et [m] naualia [n] ſunt excauata anatium [o] ſtabula. In inſula eſt columella, in qua intus axis

‡) *altus I. I-G.* k) *culcitris I. B. R.* l) *collumellas W. columnellas a. V.* m) forte leg. *vt* n) *natatilia I. I-G.* o) *anatum I. B. R. adnatandum W.*

leſas lingua Normanorum a *Faleribus* dictas conatur probare, id homini vlli Septentrionali non perſuadebit. Interroga enim de hoc vocabulo Saxonem hominem, aut Germanum, et quemuis ex illis partibus, vnde originem trahunt Nortmanni, ſtatim reſpondebit, *Fales* aut *Fels* eſſe rupem, neque aliud eſſe niſi id, quod Nortmanni vocant *Faleſe*. SCALIG. Stylobatae ſiue baſi columnarum ſubſternebatur lapis validus pro fundamento. Eum ſuſtinebat falere, in quod coronae ſtylobatarum proiiciebantur, in modum culcitarum, vt in eas conuiuae circumire, et requieſcere poſſent. Circum falere erat, latiſſimus margo ipſius ſtagni, ſimilis nauali, paullatim cliuo ſubſidente, vt tanquam e litore deſcenderetur in aquam. Ex ſuggeſto ſiue eminentia faleris, vbi alioquin erant *περιπτάσματα*, prodibant anates in ſtagnum. Erat autem falere moles lapidea in orbem ducta, et oppoſita ſtagno: cuius vſum in piſcinis oſtendit Columella lib. VIII [17. 10] his verbis: *Proiiciuntur in gyrum moles, ita vt complectantur ſinu ſuo, nec tamen excedant ſtagni modum. Sic enim et maris atrocitas obiectu crepidinis frangitur, et in tranquillo conſiſtens piſcis ſedibus ſuis non exturbatur.* Origo nominis a Graeco *φάλα* quod caput etiam ſignificat, vt ab eodem *φάλαρα*, phalerae. nam prominent in altum proiectae iſtae moles, et quaſi caput efferunt aquis. a quo Belgae eas vocant *Hoeffden*, id eſt, capita. POPMA.

5, 14 EST LAPIS A FALERE) Primum erat ſtagnum in ipſo tholo cum margine pedali: circum ſtagnum falere duos pedes altum ab ipſo ſtagno, quinque latum verſus columnas: ab eo ſurgebat alius lapis, qui ſubter ſtylobaten columnarum erat, altus pedem et dodrantem: in medio ſtagno erat inſula parua. deinde legendum ex V. C. *infimo in falere*. Item, *circum falere vti naualia* etc. nam ita eſt in V. C. et ſupra dixit, *vti θαλάμια*. Ea enim cubilia erant inſtar naualium. VRSIN.

5, 14 IPSVM FALERE) Hoc igitur falere pro lecto et ſtrato eſſe debebat accumbentibus circa menſam, quam inſula ſuſtinebat, conuiuis, ita tamen latum, vt et poſt eos circumiri poſſet, et in culcita aſſideri. Falere igitur hoc ſtibadii vſum praebet, ſed non ponitur pro ipſo ſtibadio, quod vult Caſtellus. Caeterum ſtibadium Plinii 5 ep. 6 ſ. 36 ſimilitudinem aliquam habet tholi Varronis.

5, 14 VT IN CVLCITAS) Recte interpretatus eſt culcitas Scaliger, et putarim ipſum lapidem pedem et dodrantem altum, de quo modo dixit Varro, in culcitas formatum, ſedilium vſum praebuiſſe. Eſſe enim hanc ipſam altitudinem aſſidere volentibus commodam, apertum eſt. Etiam hic notandus eſt Caſtellus, qui, quid rei eſſet culcita, cum docere vult, ipſe non intelligere ſeſe declarat. Verba eius ſunt *Culcita was the Mat behind on which the waiters ſtood:* locum miniſtrantibus relictum, vel ipſis conuiuis ſurgentibus, venientibusque: illum tegetibus tapetibusque ſtratum fuiſſe, (*Mat or Carpet*) vel quacunque alia re, quae calcaretur, itaque *culcitram* ab *inculcando* dictam. Huius rei auctorem laudat Varronem ipſum lib. 4 de L. L. cui tamen nihil eiuſmodi in mentem veniſſe, liquido apparere puto conſiderantibus. De lectorum generibus loquitur Varro, et in his etiam ait eſſe culcitas p. 40. *quod in eo ſagum, aut tomentum, aliudue quid calcabant, ab inculcando* culcita *dicta*. Quoties noſtri *calcare* et *inculcare* ponant pro *farcire*, Index noſter docet. Hic ad tholum ornithonis vnus puer miniſtrat, cui nihil negotii eſt in culcita; ſed hoc tantum opus habet, vt rotam, prout vſus eſt, circumagat.

5, 14 INFIMO) h. e. *in infimo*; forte quoque ita legendum.

5, 14 STAGNVM) i. e. fons reſtagnans, quem non latum fuiſſe inde apparet, quod menſa illum ſeu rota, cuius orbile pro menſa eſſet, obtexit. Caeterum, vt poſt dicetur, ex hoc ſtagno per riuum, credo tectum, aqua in piſcinam vtramque influxit. Ad hoc genus ſtagna reſpexit Seneca nat. quaeſt. 3, 17 *In cubili natant piſces, et ſub ipſa menſa capitur, qui ſtatim transferatur in menſam.*

5, 14 INSVLA PARVA) Vix pedalis fuiſſe poteſt, ſi cum menſuris Varronis reliquis compares. Noſtrum diagramma ad numeros exigere tanto minus viſum eſt, quod ob incredibilem librariorum hac in re oſcitantiam multo minus quam in aliis rebus quidquam certi conſtitui poſſe credebamus.

5, 14 CIRCVM FALERE ET NAVALIA) In excuſis antea *Natatilia*. In cunctis MſſT. *naualia*. cur tantum conſenſum veterum codicum damnarem, non fuit. VICTOR. *Circum falere*, i. e. in circuitu, vbi, quod poſtea dicit ſ. 16, ſolent eſſe *περιπετάσματα*. Nimirum de lectis accubitoriis, quorum vicem hic ſubit falere, *peripetaſmata* dependebant, qua voce etiam alias vtitur

axis [p], qui pro mensa sustinet rotam radiatam, ita vt ad extremum, vbi orbile [q] solet esse acutum [r], tabula [s] cauata sit, vt tympanum in latitudinem duo pedes et semipedem, in altitudinem palmum. Haec [t] ab vno puero, qui ministrat, ita [u] vertitur, vt omnia vna ponantur et ad bibendum, et ad edendum [x], et admoueantur [y] ad omnes

p) *affis I. B. R.* q) *oribile W.* r) *acuitum P.* s) *vna* inf. *I. B. R.* t) *Hoc W.* u) *inuertitur W.* x) *comedendum W.* y) *admoueantur W.*

vtitur Varro, vbi de apparatu lecti conuiualis sermo est de L. L. 4 p. 40, 15. Haec anatium stabula non incommoda sunt (ab *odore* si discesseris *alieno*, qui opplet nares V, 3, 4, 3) conuiuis, quod non dependent Romano more pedes, vt nobis assidentibus, sed in ipso falere protenduntur post conuiuam in sinu recubantem.

5, 15 IN INSVLA EST COLVMELLA) Columella erat cauata, quae inferne continebat aquam. In ea intus axis sustinebat rotam, habentem radios item cauos, qui mechanicis expressionibus superne excipiebant aquam, et immittebant in conuiuas. Ad extremum axis, vbi orbile solet esse acutum, cum pertransiuit foramen rotae, erat impacta tabula caua, quae radios velut tympanum contegeret; in qua apponebantur cibi. Orbile est capitulum axis, in quo modiolus rotae voluitur: qua forma dicitur librile, et molile apud Catonem. Tympanum est testudo supra radios rotarum, cui Varro comparat tabulam cauatam, quae pro mensa erat. Virgil. lib. IV Georg. *Hinc radios triuere rotis hinc tympana plaustris.* vbi Iunius Philargyrius: *Rotas ex solidis tabulis factas tympana apellauit.* Probus ad illud Virgilii: *Eleusinae matri voluentia plaustra.* Imperiti ea plaustra appellant, sunt enim vehicula, quorum rotae non sunt radiatae, sed tympana cohaerent axi, et iuncta cantho ferreo. axis autem cum rota voluitur. nam rota circa eiusdem cardinem adhibetur. POPMA.

5, 15 VBI ORBILE SOLET ESSE ACVTVM) Nihil minus *orbile* est, quam id quod vult doctiss. Turnebus. Nam procul dubio *orbile* vocat, quam Graeci *σύριγγα*, et poetae *χνόην*. Id erat axis capitulum seu cardo, quod in modioli foramen conueniebat. Pro eo tabula caua ad modum tympani erat in summo impacta, quae exciperet medium rotae, ita vt modius ipse in eius cauum iniret, vt in acetabulum. Quo nomine versatilem intelligamus. Atque ita, quantum possumus, receptam lectionem tuemur. Sed si propius inspiciamus, eam non carere vitio, haud dubie animaduertemus. Nam quid est, obsecro vos, *vbi orbile solet esse acutum:* nam orbile non ita desinit in mucronem, vt acutum dici possit. Deinde quid erit illa *tabula?* an ita vlla eius crassitudinis esse potest, vt tantum excauetur quantum ad modium rotae excipiendum sufficiat? Sed quid cauillamur? legendum enim omnino: *ita vt ad extremum, vbi orbile solet esse, acetabula cauata sit, vt tympanum in latitudinem duo pedes*, etc. Nam Columella, inquit, loco cardinis, qui conuenit in cauum modii, habet acetabulum, in quod potius ipse rotae modius conuenit. *Acetabulam* dixit, vt mandibulam, non autem acetabulum, *ἀρχαϊκῶς*. Ita fit vt quoties corruptas lectiones interpretari conamur, nihil aliud quam nos traducamus. Quod sane pene contigisset nobis, nisi mendum odorati essemus; quamquam nihil absurdum in recepta lectione exposuimus; cum tamen Turnebus non solum non falsam tueatur lectionem, sed et longe alienam sententiam exponat. SCAL. Res ipsa loquitur, et ostendit praeclare contra Scaligerum Schefferus, cuius verba post Turnebi cogitata dabimus deinde, *orbile* intelligendum esse externam partem rotae s. peripherian. Illud *orbile* solet esse aliquantum extenuatum et *acutum*, quod vsus hodiernus declarat. Schefferus tamen emendationem proponit minime improbabilem. Quid si *arcuatum* legamus? hoc est, ex pluribus arcubus compositum, quas absides Graeca voce vocamus, quibus canthi imponuntur ferrei.

5, 15 VT TYMPANVM) Acetabulum illud, vel, vt ipse loquitur, acetabulam comparat tympano matris Idaeae, tergore bubulo detracto. nam cauum omnino est. Nollem accidisse doctissimo viro, vt de tabula, quod habet vulgata lectio, ea referret, quae ne ipse quidem, si diligentius rem examinasset, intelligere possit. sed, vt diximus, ex illo *acetabula*, factum ab imperitis librariis, *acutum*, *tabula*. Quorum errorem fouit *ἀρχαϊσμῶν* ignoratio, qui non animaduerterint talia nomina veteribus etiam foeminino genere enunciari. Vt *Mandibulum*, *mandibula*: *Vertibulum*, *vertibula*; *Manibulum*, *manibula*; *Decipulum*, *Decipula*: et infinita talia. SCALIG. Qui vel ex Indice nostro, quid tympanum sit, cognouerit, iam porro notet, cauum illud loculatum fuisse ad aquam calidam vel frigidam continendam. Frigida ex ipso fonte quidem suppeditari potuit, praesertim si is per axem, qui mensam sustinebat, cauum saliit, aqua inter radios rotae ad implendum stagnum recidente. Quin radii etiam nonnulli cauati in axim hiantes, per ipsum illud orbile, tympani instar cauum, transire, et epistomiis in exitu praedita esse potuere.

5, 15 HOC AB VNO PVERO) Nimirum in reliquis tricliniis alterum fere mensae latus vacans accessum facilem ministrantibus praebebat; quod vetustae imagines aperte demonstrant. Hic rotundum falere conuiuis quidem surgendi facultatem

16 omnes conuiuas. Ex ſuggeſto faleris, vbi ſolent eſſe περιπετάσματα [z], prodeunt [a] anates [b] in ſtagnum, ac nant, e quo riuus peruenit [c] in [d] duas, quas dixi, piſcinas, ac piſciculi vltro ac citro [e] commeant [f]: cum, et aqua calida et frigida ex orbi [g] ligneo menſaque, quam dixi in primis radiis eſſe, epitoniis [h] verſis ad vnumquemque [i], factum

z) *periſtetaſmata Ienſ. peripataſmata W.* a) *proderint W.* b) *anatas W. aves I.B.R.* c) *provenit I.B.R.* d) *ad W.* e) *cito W.* f) *cometans W. commetans. P.* g) *orbe I.B.R.I.I-G.* h) *epiconiis W. epiſtoniis P. epiſtomiis I.B.R.* i) *vnumquodque P. 2.*

cultatem et circumeundi praebebat, miniſtratores non capiebat, non propter anguſtias tantum, ſed propter altitudinem menſae prope aequalem. In ipſo itaque tholi ingreſſu, quantum patebat ianua, lacuna in faleri relicta acceſſum dabat ad rotam ſeruulo miniſtranti: qui nutibus conuiuarum intentus, vnicuique, de quo vellet ferculo, ſignificanti, rota circumacta illud admouebat. Quale quid noſtra etiam aetas machinata eſt circa *menſas*, quas appellant *confidentiae*, vbi machinae verſatilis ope vnus homo aliquot conuiuis, qui ſine ſtrepitu et aurito miniſterio eſſe volunt, ſufficit. Sed credibile eſt in ipſo etiam faleri columellas eminuiſſe quaſdam, quibus menſae ſingulorum conuiuarum, ſiue orbes fuerint, ſiue quadrae, imponi, manusque ipſae requieſcere potuerint. In menſa quidem magna, ſiue rota niti vix conſultum.

5, 16 ΠΕΡΙΠΕΤΑΣΜΑΤΑ) Vid. ad §. 14. vbi interpretati ſumus.

5, 16 EX ORBI LIGNEO MENSAQVE) *Orbem* intelligit eam rotam, de qua iam ſuperius dixit, fuiſſe pro menſa columellae impoſitam. Et ne quis dubitaret, quaſi ἀσυζυγεῖται, cum eundem orbem vocat *menſam*. Ad aliud refert doctiſſimus vir: vt ſane mirer, quid in mentem tanto viro venerit, cum ea, quae melius taceri poterant, chartis ſuis illeuerit. SCALIG.

5, 16 IN PRIMIS RADIIS) Omnino legendum, *in priuis radiis.* Nam epitoniis (eae ſunt machinae, puta rotae, ad aquam exprimendam) verſis, ad vnumquemque actum aqua frigida et calida ex ipſis radiis orbis, ſeu rotae, quam menſam vocat, exprimebatur conuiuis, columellam enim, quae ſuſtinebat orbem, ſeu rotam, cauam fuiſſe oportet. quae aquam inferne conceptam, quotiescunque epitonia verſarentur, ſuperne per radios rotae, qui et ipſi caui erant, emitteret in conuiuas, et quaſi efflaret. fiebat enim mechanicis expreſſionibus. Certe hac deſcriptione nihil planius, nihil lucidius: vt ne minimum quidem in ea aſſequenda laborauerimus. *Priuum* veteres dixiſſe pro ſingulo, et pueri ſciunt. SCAL. Nihil opus eſt emendatione Scaligerana, ſi orbile intelligamus, vt intelligendum eſſe cum Scheffero oſtendimus, et hic ipſe locus declarat. De *epiſtomiis*, (quibus tamen et Pol. fauet, cum legat *epiſtoniis*) vel *epitoniis* non contendam, modo eadem hoc quidem in loco ſignificatio admittatur, quam in Indice Budaei verbis explicamus. Scaligerum plane hic fugiſſe videtur ratio.

5, 16 EPITONIIS VERSIS) Antea in excuſis, *Epiſtomiis*: veriorem eſſe *Epitoniis* lectionem putaui. nam ita in cunctis manu ſcriptis inueni: et huic rei vocabulum hoc valde accommodatum eſt, quo etiam Vlpianus iuris conſultus vſus eſt, de Actionibus emti et venditi. L. fundi *Caſtella plumbea, putea, opercula puteorum, epitonia, fiſtula applumbata, aut quae terra continentur, quamuis non ſint affixa, aedium eſſe conſtat.* Vidi etiam vetuſtiſſimum Vitruuii codicem, in quo ita hic locus e decimo libro ſcriptus eſſet: *motione vero veſtium vehementiore ſpiritus frequens compreſſus epitoniorum aperturis influit.* Cum excuſi formis habeant *Epiſtomiorum*. *Epitonia* (vt nomen oſtendit) inſtrumenta ſunt, quibus chordae funeſque intenduntur. VICTOR. Illud *eſſe* inſultum eſt huic loco, quia male legebant *factum*, pro *actum*. Legendum eſt enim, *in priuis radiis, epitoniis verſis, ad vnum quemque actum*, etc. *Epitonia* autem, vt diximus, ſunt rotae mechanicae, quae funibus intenduntur, aut aliud quid ad exprimendam aquam. Nam non ſemper rotas ſignificat, vt in Vitruuio, lib. X. *ſingulis autem canalibus ſingula epitonia ſunt cluſa manubriis ferreis.* Quicquid eſt, non ad emittendam ſed ad exprimendam aquam fuiſſe, indicat etymon, quod non ſine intentione hoc fieret. Vlpian. de Actionibus emt. vend. L. Fundi: *Caſtella plumbea, putealia, epitonia fiſtulis applumbata* etc. Igitur *epitonia* non ſemper rotas ſignificare, vel ex loco iam Vitruuii prolato, item ex ipſo Vlpiano patet, qui dixerit *epitonia fiſtulis applumbata.* SCAL. Legendum *epitoniis*, de quibus vid. Vitruuius. VRSIN. v. Bynkerſh. Obſ. 5, 9. p. 47. ſ. qui noſtram ſententiam, de qua in Ind. firmat.

5, 16 FACTVM SIT, VT FLVAT) Scriptum prius fuiſſe puto: *Sic adfluat in conuiuam.* Nam *at* pro *ad*, et *illut* pro *illud* ſcripſiſſe librarios illos, vulgo notum eſt. Ergo non dubium eſt, quin totus locus ita legendus ſit: *Cum et aqua calida, et frigida, epitoniis verſis, ad vnumquemque actum, ſic adfluat in conuiuam. Ad vnumquemque actum*, εἰς ἑκάστην περιαγωγήν. nam verſabat rotam, quae pro menſa erat, puer, quoties cunque noua fercula adferebat. quod ſane ex iis, quae ſupra dicta ſunt, confirmatur: *Haec ab vno puero, qui miniſtrat, ita vertitur, vt omnia vna ponantur*

ctum fit[k], vt fluat in conuiuam. Intrinsecus sub tholo stella lucifer interdiu, noctu hesperus, ita circumeunt ad infimum hemisphaerium[l], ac mouentur, vt indicent quot sint horae. In eodem hemisphaerio[m] medio circum cardinem est orbis ventorum octo, vt Athenis in horologio, quod fecit Cyrrhestes[n]. ibique eminens radius 17

k) *fit vt flat conuiua W. sic vt fluat* omnes al. l) *emisperium W. hemispaerium Ienss. hemisperium B. R.* m) *emisperio W. hemisperio B. R. hemispaerio Ienss.* n) *Cypreßtes* ante Commel. omnes.

ponantur et ad bibendum, et ad edendum, et admoueantur ad omnes conuiuas. Quomodo autem haec legenda censeat maximus vir, et olim amicus noster Adrian. Turnebus, omnibus, qui eius Aduersaria terunt, notum esse puto. De quibus nihil aliud dicam, quam nihil tam alienum esse a mente Varronis, quam quomodo ipse hunc locum reconcinnauit. Tamen nihil a tanto viro scriptum est, quod non libenter, propter existimationem hominis, et amicitiam nostram, amplectamur. SCAL. Sensus ad rationes nostras appositus ille est, *cum factum sit, vt epistomiis in vtramquemque versis, aqua calida vel frigida,* prout opus videbitur, *fluat in conuiuam,* qui illam vel manibus lauandis adhibere, vel excipere scypho, vel vino admiscere, prout visum fuerit, potest.

5, 17 STELLA LVCIFER INTERDIV, NOCTV HESPERVS) Magnifice hic ornithon, vel delicate potius, constructus erat, si in eo siderum etiam cursus conspiciebatur, et stellarum erat ortus obitusque descriptus. Prisci illi, caelestis rationis ignari, diuersas stellas Phosphorum et Hesperum existimabant. Parmenides primus vnam eandemque esse inuestigauit: alii Pythagoram dixerunt. Φωσφόρον Latino nomine Varro *Luciferum* appellauit. Catullus, quae ἕσπερον Latine exprimeret, *Noctifer* finxit, nam *vesper* a Graeco vocabulo declinata, Graeca vox videtur. in Epithalamio autem hoc fecit, versiculo illo, *Nimirum Oeteos ostendit Noctifer ignes,* Ita enim corrigendus est: excusi, alii *Eoos,* alii *Aetherios* habent: manu scripti *Oeteos.* Ita autem legendum esse, testimonio etiam optimi poetae confirmatur: qui in pastorali carmine inquit, *Sparge marite nuces, tibi deserit Hesperus Oetam.* id est, nox fit, et vesper iam surgit, ex eo enim monte, nocte aduentante, stellae surgere videbantur. Illud autem signum expectabatur, statimque virgo domum mariti deducebatur. Eo igitur viso, iuuenes quid dicturi essent secum cogitare coeperunt: contra puellae, studio iuuenum animaduerso, cognouerunt vesperum exortum. ante enim ortum illius non erat necesse festinare. Est autem epithalamium illud e genere eorum, quae Graeci (quod ab ortu vesperi ad mediam vsque noctem canerentur, donec somnum caperent) κατακοιμητικὰ appellabant. VICTOR. Plin. 2, 8 *infra solem ambit ingens sidus appellatum, Veneris alterno meatu vagum, ipsisque cognominibus aemulum Solis ac Lunae. Praeueniens quippe et ante matutinum exoriens, Luciferi nomen accipit, vt sol alter diem maturans: contra ab occasu refulgens, nuncupatur vesper, vt prorogans lucem, vicemque lunae reddens.* etc. Lucifer igitur Sol: Hesperus, luna. Nam ita directae lineae in hemisphaerio infimo, vt interdiu sol, noctu vero luna horas indicaret. VRSIN.

5, 17 AD INFIMVM HEMISPHAERIVM) h. e. in margine concaua tecti hemisphaerii parte conuiuis obuersa. Caeterum non arbitror illud horologium fuisse automaton. Quid enim pueri horarum nuncii, et operosa solaria vmbris tempus metientia sibi voluere, si ita iam tum vulgata fuit ars automatorum? Et, (quam prope demonstrationem puto) qui potuit praetermittere Plinius, qui lib. 7 extr. clepsydram publicam celebrat. Itaque et hic falli puto Castellum, qui automaton intelligit. Quae de Archytae et Archimedis operibus dicantur, scio. Sed idem non puto, vulgata esse illa artificia, si qua tamen fuere.

5, 17 ORBIS VENTORVM) *Orbem ventorum* vocat circulum, vel polum, in quo octo ventorum nomina, eo ordine ac situ descripta fuerunt, vt in octagono Andronici supra habuimus. Haec Salmasius ad Solinum c. 56, p. 881, qui p. 880 illud octagonon exhibet, vbi et alia occurrunt ad illustrationem huius loci facientia. SCHOETTG. Etiam post inuenta duodecim ventorum nomina octonam dinumerationem magis placuisse, Plinius docet 2, 47 f. 46.

5, 17 CYRRHESTES) Vitruuius lib. 1 vocat *Andronicum Cyrrhesten,* loquens de eadem re. Cuius verba haec sunt: *Sed qui diligentius perquisierunt, tradiderunt eos esse octo: maxime quidem Andronicus Cyrrhestes, qui etiam exemplum collocauit Athenis, turrim marmoream, octogonon, et in singulis lateribus octogoni singulorum ventorum imagines exsculptas contra suos cuiusque flatus designauit,* et quae sequuntur. *Cyrrhestes* ergo dictus e *Cyrrho* vrbe Syriae, nam Κυῤῥηστὴς est πολίτης Κύῤῥου Stephan. Sic apud Frontinum στρατηγημάτων primo mentio fit cuiusdam *Phamei natione Cyrrhestae.* Forte leg. *In octogono, quod fecit Andronicus Cyrrhestes.* Est enim Κύῤῥος πόλις Συρίας, cuius ὁ πολίτης Κυῤῥηστὴς dicitur, vt docet Stephanus in libro περὶ πόλεων. Haec autem lectio ex Vitruuii verbis 1, 5. VRSIN. Salmasius l. c. opinatur, fortasse Varronem scripsisse *aurologio,* quia ille orbis ventorum reuera fuit aurologium, vnde librarii rem non satis intelligentes

radius a cardine ad orbem ita mouetur, vt eum [o] tangat ventum, qui flet [p], vt intus
18 scire possis [q]. Cum haec loqueremur clamor fit in campo. Nos athletae [r] comitiorum

o) *cum stagnat W.* p) *flat W. I. B. R.* q) *possit W.* r) *a thlete I. B. R. anethe P. 2. athlaetae I. I-G.*

gentes scripserunt *horologium*. SCHOETTG. Tale aurologium in tholo palatii Vinariensium Principum machinatus est architectus. Caeterum huc referemus Turnebi Aduers. lib. XXI cap. 23 et Schefferi, quae promisimus.

Adriani Turnebi aduersariorum lib. XXI cap. XXIII

Auiarium Varronis: tabula literaria: phalerum.

Descriptum est lib. 3 de re rust. cap. 5 a M. Varrone elegantissime *auiarium* verbis non affectatis, nec ambitiosis, sed propriis et suis, significanter rem exprimentibus. non dubito tamen, quin ea tota descriptio plerisque illustrationis indigere videatur, in nonnullis locis haerentibus, nec sententiam assequentibus. quo faciendum putauimus, vt pro nostra virili operam sumeremus, vt lucis aliquid afferemus: si modo id consequi poterimus. *directum* dicit *esse fluuium ab insula ad museum*, in quo *museum* appellat, locum musis et studiis consecratum: proinde de Casinate fundo Varronis ita scribit 2 in Antonium Cic. *studiorum enim suorum M. Varro voluit esse illud, non libidinum diuersorium.* museum autem illud erat in summa insula: insula nascebatur ab imo fluuio, vbi confluebat altera amnis, vt Varro loquitur: pergebatque recta ad summum flumen, vbi erat museum. legendum igitur est: *ab imo fluuio*, non *a vinio*, vt receptum in exemplaribus video, quod facilis est coniecturae, cum paullo post subiiciat: *summum flumen. imum fluuium* appellat imam partem fluminis villam alluentis, et e villa exire parantis: *summum flumen* superiorem vocat partem fluminis in villam influentis. circum ripas fluuii ambulatio erat pedes lata denos, ab ambulatione in agrum versus, *ornithonis*, id est, *auiarii*, locus. in agrum versus autem dicit, a flumine versus agrum progrediendo, et ab ambulatione recedendo, vt in sepulchris dici solebat, quemadmodum ostendit Horatius lib. 1 sat. 8: *Mille pedes in fronte, trecentos cippus in agrum Hic dabat.* ait, locum ornithonis deformatum ad tabulae literariae speciem cum capitulo, id est, deformatum esse in figuram quadratam oblongam: nam talis erat tabula literaria. tamen praeterea tabulae accedebat extra quadratum, quod capitulum rotundum in auiario tholus erat. *Tabula literaria* est, in qua pueri literas faciunt, id est, scribunt, et literas discunt. Plautus in Bacch. Sc. *Nunc experior. Extemplo puer paedagogo tabula dirumpit caput.* subiicit, *forma quae quadrata est, patet in longitudinem* p. LXXII, ita fit, vt cum pateat in latitudinem p. XLVIII sit longior quam latior. addit, *ad haec ita vt in margine quasi tabulae descripta sit ambulatio ab ornithone plumula.* haec verba multos male vrunt: animaduerto nonnullos existimare hic significari *pterygium*. sed probabilius, quod sagaciter excogitauit vir doctissimus et clarissimus Aemarus Ranconetus, numeros pedum hic desiderari, qui in istud vocabulum confusi librariorum incuria sunt. ille igitur, cuius sententiae subscribo, legendum putat *p. VIII. lat.* ex his enim notis *plumula* suppletis elementis facta est. hic longitudo non scribitur, quae e latitudine formae quadratae satis intelligitur: summam tamen latitudinis huius ambulationis ad liquidum vix affirmare audeo, desiderari tamen intelligo. Ait Varro lib. 3. cap. 5. *qua iter in aream est:* vbi bonis in libris, *quia introitus in aream est*, legitur. aream autem ornithonis intelligo, quam paullo post nominabit. *Porticus*, inquit Varro, *sunt primoribus columnis lapideis, intermediis arbusculis humilibus ordinatae.* primae, inquit, columnae sunt lapideae, quibus interpositae sunt mediae arbusculae, speciem columnarum et vicem intus exhibentes. locus macerie totus erat dextra et sinistra conclusus, et a summa macerie reti cannabino tectae porticus ad epistylium columnarum et ab epistylio ad stylobatem, id est, ad illarum basim et sedem, ad illarum crepidinem. inde enim non est maceries vlla, vt reti sit opus, ne effugiant aues. nam locum macerie clausum dixit dextra tantum et sinistra. hae autem porticus sunt auibus oppletae. *Secundum stylobatis interiorem*, inquit, *partem:* exterior enim ad ambulationem spectat, interior ad aream. duae sunt in area piscinae, quae e medio eius oriuntur, inter quas angusta est semita in tholum: *tholum* autem vocat locum rotundum columnatum, id est, vt dixit, capitulum ipsum literariae tabulae. extra tholi columnas est silua, quae e tholo cerni poterat, cum tholus pro maceria columnas haberet, et reticulatus esset. tholi columnae exteriores, id est, ad siluam pertinentes, lapideae erant: interiores abiegnae. Caeterum, quemadmodum Varro scripsit, *Inter columnas exteriores:* sic scribendum censeam, *inter interiores columnas.* et paullo post, *intra has et exteriores*, et supra, *vt perspici in siluam posset.* tholus autem cum speciem semicirculi habeat: proinde extructi in eius ambitu mutili, qui sedes auibus praebebant, spectacula et foros theatri referebant. itaque θεατρίδιον vocauit Varro. Addit subter *stylobatem*, id est subter basim columnarum illarum, quae sunt vltra piscinas, propinquanteque tholo, lapidem esse altum pedem et dodrantem a phalere: *phalere* vocans crepidinem lapideam stagnum ambientem, nomine a candore lapidis imposito. nam φάλαρον Graeci candidum

rum vna [s], cum id fieri non miraremur [t] propter ſtudia ſuffragatorum [u], et tamen ſcire vellemus, quid eſſet, venit ad nos Pantulaeius [x] Parra. Narrat ad [y] tabulam, cum

s) *ima P.* t) *mirarer W.* u) *ſuffragaturum W.* x) *pantula° eius* diu. *W. Pantuleius I.B.R.* y) *ac W. at P.*

candidum appellant. Normani populares mei hodieque maris editiores margines et rupes mare claudentes *pholeſas* vocant. puto tamen cum in hac deſcriptione noualia nominet, imiteturque portus vrbium vocum vſurpatione, *Phalerum* eſſe ſcribendum. ſic autem Athenis quidam portus vocabatur. *Phalerum* Varroni a ſtagno ad duos pedes altum eſt, latum ad quinque, *vt in culcitas* inquit, *et columnellas conuiuae pedibus circumire poſſint.* hic ego obſeruo legendum videri, *et columellam,* ſingulari numero. nam infra dicit, in *inſula eſt columella:* aut certe columellas cum dixit, numero abuſus eſt, quod non perinde rarum: *Culcitas* autem propter lectulorum diſcubitoriorum ſimilitudinem dicit. *Naualia* vocat ad ſimilitudinem eorum locorum, in quibus ſecundum flumina aut mare naues aedificantur, aut in hibernis menſibus quo ſubducebantur, marginis partem ipſius ſtagni. In inſula ſtat columella, quae intra ſe continet axem, is rotam radiatam ſuſtinet, id eſt, radios habentem quibus manu pueri prehenſis rota verſabatur. ad extremum, vbi orbile ſolet eſſe acutum, eſt tabula cauata, vt tympanum, id eſt extremi radii ſuſtinent tabulam cauatam, in qua ponuntur cibi, vt verſatione rotae ad conuiuas fercula omnia admoueantur. *orbile* autem ea forma dicitur, qua apud Catonem cap. 10 et 11. molile, id quo mola mouetur, vel id quod molam molitur: et librile ſcapus librae. eſt autem orbile rotunditas ipſius orbis. qui acutior eſt in fine: hic contra tabulam tympano ſimilem habet. ex ſuggeſto phaleris, vel, vt potius legendum eſt phaleri, id eſt ex eminentia, prodeunt anates in ſtagnum: ſuggeſtum autem phaleris, cum illic conuiuabantur, peripetaſmatis, vt triclinium aliquod ornabant. ſequitur, *ex orbi ligneo menſaque*, vbi nonnulli, *ex orbili*, emendant: ſed *orbem* retineo, et defendo. *orbes* enim *habebant* in triclinio, quibus imponebant ahena et vaſa. Cato cap. 11. *orbem, ahena duo.* Iterum cap. 14. *orbem, aheneos duos, menſas duas.* Igitur legendum cenſeo, *ex orbi ligneo, menſaque quam dixi in primis radiis eſſe; epitoniis verſis ad vnumquemque factum ſit vt fluat in conuiuam.* Intra tholum hemiſphaerium erat, cuius in ſumma parte horologium erat, veſpero ita circumeunte, vt horas diſtingueret. in medio hemiſphaerii deſignati erant octo venti ſuis locis et regionibus diuiſi. in hemiſphaerio medio erat ventorum orbis, id eſt circulus, qui cardinem, id eſt centrum ſemiglobi ambibat, vt Athenis fecerat in horologio Andronicus Cyrrheſtes, vt ſcribit Vitruuius lib. 1. cap. 6. cuius e libris et Stephano Byzantio hic *Cyrrheſtes* legendum cenſeo, non *Cypreſtes.* nam *Cyrrheſtes* vocabatur, quod eſſet e *Cyrrho* vrbe Syriae. Haec ego vtcunque adumbraui, quae qui et ingenio meliore ſunt, et doctrina ſuperiore, et otio maiore abundant, perpolient atque illuſtrabunt.

Schefferus de Re Vehiculari, lib. 1 cap. VI. p. 49.

Sicut autem radii ab vna parte infixi erant modiolo, ſic ab altera circulo modiolum exterius ambiente. Illum Varro videtur appellaſſe *orbile.* Verba eius extant lib. III. de R. R. cap. 5. *In inſula eſt columella, in qua intus axis, qui pro menſa ſuſtinet rotam radiatam, ita, vt ad extremum, vbi orbile ſolet eſſe acutum, tabula cauata ſit, vt tympanum, in latitudinem duos pedes et ſemipedem, in altitudinem palmum.* Turnebus ad hunc locum lib. XXI, cap. 23. *Eſt orbile rotunditas ipſius orbis, qui acutior eſt in fine, hic contra tabulam tympano ſimilem habet:* At vero longe aliter exponit Scaliger. Dicit, orbile partem illam eſſe axis, quae modiolo immittitur. Sed non ſatisfacit. Nam poſtulare aliud verba, *vbi orbile ſolet eſſe*, videntur. Nempe oſtendunt, alias quidem, et in rotis ceteris ibi eſſe conſueuiſſe, at in hac illius loco aliud fuiſſe quidpiam. Iam ſi hic non fuit orbile, quomodo poteſt ſtare, quod praecedit apud Varronem: *Intus axis, qui ſuſtinet rotam radiatam*: Si orbile, quod vult Scaliger, pars axis fuit, quae modiolo immittebatur? Axis abſque orbili Scaligeriano ſuſtinere rotam non poteſt. Neque tamen probo, quod Turnebus habet de acumine in fine. Nam reuera verba illa ſunt corrupta. Puto autem ita corrigenda eſſe: *Ad extremum, vbi orbile ſolet eſſe, arcus cum tabula cauata ſit.* Hoc enim Varro dicit, non fuiſſe in rota illa orbile, ſicut in rotis caeteris, verum arcum, parti radiorum affixum habuiſſe, cum tabula ſubpacta, ſuperne aperto foramine, vt imponi turdis cibus potuſque poſſet. Itaque mox ſequitur apud dictum Varronem: *Aqua calida et frigida ex orbi ligneo menſaque, quam dixi in primis radiis eſſe, epitoniis verſis ad vnumquemque factum. ſic, vt fluat in conuiuam.* Orbem ligneum menſamque hic appellat, quam paullo ante tabulam cauatam, vt tympanum. Hanc verbis expreſſiſſimis fuiſſe ait *in primis radiis*, non in rotae modiolo, quod Scaliger putabat. Mutat quidem in his verbis plurima Scaliger, vt opinionem ſuam tueatur. Verum fruſtra, quod liquebit omnia diligentius expendenti. Ait aquam fluxiſſe ex radiis. Nihil tale Varro, menſam in primis radiis ponit. Vbi primos radios intelligit ſummos, id eſt, extremitates eorum, extrema eius capita, quae alias orbili ſolent immitti. Omnino enim per orbile circulum

cum diriberent [z], quendam deprehensum [a] tesserulas coniicientem in loculum, eum ad

z) *diriperent W. I. B. R. decumberet I. I-G. diriberent Vict.* a) *depressum W. deprensum P.*

circulum eum intelligit, de quo Turnebus, et nos ab initio locuti sumus. Curtio est *orbis rotarum.* etc.

5, 18 AD TABVLAM CVM DIRIBERENT) Pro verbis, *narrat ad tabulam cum decumberet* videtur legendum, *Narrat tabulas cum dirimeret* etc. quod positum est pro numeraret. V. C. habet corrupte, *diriperet.* VRSIN. Nihil opus esse puto emendatione in tanto consensu omnium Librorum. *Tabulam* intelligo eam, in qua, post lata et coniecta in *fitellam* singulorum suffragia, punctis notabantur, quot eorum quisque candidatus tulisset. Haec est *tabula*, de qua Cic. in Pis. c. 5 extr. *cui primam comitiis tuis dederas* (*custodiendam* nimirum, ne qua in numerando aut scribendo fraus fieret) *tabulam praerogatiuae.* Sed et alterum illud, *cum diriperent*, non damnaverim, cum videam idem etiam verbum esse in veteribus libris Cic. in Pis. c. 40 pr. *An ego expectem, dum de te quinque et septuaginta tabellae diripiantur*, vbi nunc legitur *diribeantur*; *dirimantur* suspicatus est Vrsinus. Et pro Plancio c. 40 pr. *direptio* est in quibusdam codd. quam in *diremtionem*, vel *diribitionem* mutant Critici. Nec minus controuersus est locus ad Q. Fratr. 3, 4 pr. vbi tabellis *diruptis* legendum sit *diremptis* ne, an *diribitis*, disputatur; *direptis* ego proxime ab illo vulgato abesse putem. In Pison. c. 15 quidem *diribitores* medii collocari dicuntur inter *rogatores* et *custodes*: sed magno consensu libri antiqui agnoscunt *distributores*: quos sequitur etiam Graeuius, et agnoscit, geminum huic esse locum post red. in sen. c. 11, vbi tamen *diribitores* sine animaduersione sua reliquit. Denique supra V, 3, 2, 1 obseruauimus, *diribendi* verbum non vsque eo certam habere sedem, vt non *dirimere* maior pars praeferat. Cum porro certum sit *diriberi* proprie tabellas, cum euntibus ad suffragia ministrantur, coniiciendae in *fitellam*, cui rogatores praefecti sunt; quod apertum est ex fragmento orationis pro C. Cornelio circa medium, vbi totus ordo comitiorum exponitur: poterat aliquis tanto magis suspicari, de tabellis post lata suffragia secernendis, et in suas quasi classes distribuendis, aliud verbum, vitandae ambiguitatis causa, adhibitum esse. De *dirimo* vix dubium est, quo vtitur etiam Lucanus 5, 393 in imagine comitiorum consularium, *Et non admissae dirimit suffragia plebis*: qui locus frustra, credo, sollicitatur a nupero editore. Quo modo enim *non admissae plebi poterat diribere suffragia?* sed poterat *dirimere non admissae plebis suffragia*, h. e. pronunciare, pluribus hoc visum, de quo nemo cogitauerat a. v. a. Et, quod caput rei est, obseruatumque olim Malaspinae, laudatur hic locus a Prisciano ad verbum *dirimo*. Sed quidquid sit de verbo; siue *direpta* dicamus suffragia, siue *diremta*, siue *distributa*, siue *diribita* denique, siue omnia: modo rem teneamus ipsam, et hic sermonem esse meminerimus de eo, quod post lata singulorum suffragia fit, cum iis dinumeratis, videndum est, quis plura tulerit: quam ad rem *custodibus*, grauissimis viris, opus fuisse apparet, qui non paterentur candidato suo fraudem fieri, vel iniuriam. Hi nimirum custodes se custodiebant inuicem, interdum etiam deprehendebant, vt hic apud Varronem. Qualis ea fraus fuerit, quomodo deprehensa, non facilius patebit, quam collata narratione Plutarchi in Catone Vtic. p. 1433 H. Steph. ὁ Κάτων ὑποπτεύσας τὰς δέλτους μιᾷ χειρὶ γεγραμμένας, καὶ τὴν κακουργίαν ἐξελέγξας, ἐπικαλέσας δημάρχους ἔλυσε τὴν ἀνάδειξιν. Animaduertit Cato in comitiis aediliciis, tabellas plures competitoris nescio cuius nomine inscriptas eadem manu, quarum cum tanta multitudo esset, vt vinci oporteret Fauonium, cui ipse operam dabat, fraude aperta, vt irrita esset ea renunciatio, effecit. Vnde illud primum apparet, quidquid contra dicant viri eruditissimi, domo afferri solitas in his comitiis tabellas, vel certe puras dari singulas his, qui iam suffragia laturi erant, quibus ipsi nomina eorum inscriberent, quos vellent eligi. Et sane neque multitudo candidatorum patiebatur, vt, quemadmodum in tabellis iudiciariis, et legum ferendarum, vbi binis tantum trinisue opus erat, totidem darentur tabellae, quot erant candidatorum recepta nomina. Et scripsisse suffragia laturos Athenienses ipsos, a quibus tabellariam legem, vt alias multas, acceptam non est dubium, ex Aristidis damnatione apud Plutarchum et Nepotem est apertissimum. Deinde tota Varronis narratio inde lucem accipit. Custos nimirum, vt omnia nunc comprehendamus, illius candidati, cui fauebat Pauo, ad tabulam, vbi dirimebantur, vel dinumerabantur suffragia, tesserulas, h. e. tabellas complures ad eam rem domo allatas coniecit in loculum, de quo statim dicemus, augendo suffragiorum candidati sui numero, eaque fraus deprehensa, et ipse ad Coss. tractus est.

5, 18 IN LOCVLVM) *Loculum* dicit cistellam, in quam suffragia coniiciebantur. Auctor ad Her. *Pontes disturbat, cistas deiicit, in quas tabellae suffragiorum coniiciebantur: et in cistellam, vt ibidem Saturninus ferre coepit.* Vid. Festus et Cic. 1. de N. D. VRSIN. Nescio quid miscuit, qui ista Vrsini, vel Ciceronis potius, edidit. Locus est ad Her. 1, 12 *Saturninus ferre coepit legem frumentariam inuito Senatu - - cistellam detulit. Caepio - - pontes disturbat, cistas deiicit.* Seu ipsam *fitellam* intelligit, quo omnes omnium tabellae coniiciebantur; seu, quod magis placet, in dirimendis suffragiis loculi adhibebantur, aut loculata

ad consulem tractum a fautoribus competitorum [b]. Pauo surgit, quod eius candidati custos dicebatur deprehensus.

VI. AXIVS, De pauone, inquit, libere licet dicas, quoniam discessit Fircellius, qui secus si quid diceres [a] de iis, gentilitatis causa, fortasse an [b] tecum [c] duceret serram. Cui

b) *compeditorum* W. [C. VI.] a) *diceret* Vict. b) *fortasse ante* omnes. c) *conduceret* iunct. P. *conduceret* I. B. R *cum duc.* alii.

loculata cista, vt vnicuique candidato loculamentum vnum tribueretur: Custodes obseruabant, vt suffragia e sitella depromta in sui quodque candidati loculamentum s. loculum coniicerentur, sed iidem etiam se custodiebant inuicem, ne, quod hic factum est, et quod facile fuit homini non tardo, subiiceret aliquis in suum loculum domo allata, et intra cauum manus vel togae plicam abscondita, pilulariorum more, suffragia. Haec enim tesserulas hic vocari, nescio an aliquis dubitet.

5, 18 PAVO SVRGIT) Rediturus infra 3, 17, 1.

6, 1 DE PAVONE) Videtur legendum *de pauonibus*, et *diceres*, pro *diceret*. VRSIN.

6, 1 FORTASSE ANTE EVM) Nihil hic immutaui, suspectum tamen locum habeo. Nam, *ante se*, nisi fallor, recta sermonis ratio, vt scriberetur, poscere videbatur (quamquam Cicero eodem modo videtur illud protulisse initio lib. 1. Acad. quaest. ad Varronem: *Nuntiatum est nobis a M. Varrone, venisse eum Roma pridie vesperi.*) Praeterea antiquos libros diuersos offendi. In optimo codice aliisque, *Ante eum duceret.* Hunc igitur locum aliis discutiendum relinquo. VICT. Cum satis notum sit hunc locum deprauatum esse, de eo nihil aliud dicam, quam duplicem eius castigationem a nobis afferri posse: quorum quam priore loco afferam, veram non puto: de altera quin vera sit, non dubito. Sed id in primis admonendum, ansam huic loco corrumpendo dedisse aduerbium *fortasse an*, quo vtebantur veteres, vt est saepe apud Apuleium, Tertullianum, alios. Vt et eiusdem quoque aduerbii ignoratio Gellium corrupit libro XI. *Critolaus*, inquit, *scripsit, legatos Mileto publicae rei caussa venisse Athenas, fortasse an dixerit auxilii petendi gratia.* Vbi illud *dixerit* expungendum est. *Nam fortasse an*, vt forsan. Alibi idem Gellius vsurpat, non semel. Item ipse Varro infra: *De fructu*, inquit, *hoc dico, quod fortasse an tibi satis sit, dixi.* Primum igitur, quod pollicitus sum, potest ita legi: *fortasse an tecum duceret serram.* Nam *ducere serram* cum aliquo, est altercari cum aliquo. Tertullianus de corona. *Quamdiu per hanc lineam serram reciprocabimus?* Sic *serraculum ducere* apud iurisconsultum ad legem Aquiliam, L. Quemadmodum; eadem mente interpretatur iurisconsultorum phoenix Iacobus Cuiacius, doctor meus, multis nominibus de me optime meritus. Tamen et altera lectio defendi potest apud eundem iurisconsultum, *seruaculum ducere.* Nam *seruaculum* est clauus nauis. In veteri Glossario, quem nuper edidit Henricus Stephanus noster, inueni, πηδάλιον, *Seruaculum.* Altera coniectura, quam veriorem puto, haec est, *fortasse an tecum duceret sertam*, hoc est, tecum particeps laboris esset. *Serta* enim τὸ σχοινίον, restis, funiculus. Palladius Martio: *Suspendendi grossi ex caprifico lineo serta pertusi.* male hodie in Palladii codicibus legitur, *lino velut serta*, pro *linea certa.* Idem alibi, *Cum serta, qua appensa sunt, auferantur. Sertam ducere*, vt Terentio, *Restim ductitare.* Saltantes enim, alias ἐπὶ καρπῷ χειρὸς (vt apud poetas Graecos) se tenebant, alias restem tenentes haerebant. Horatius: *Tortum digno sequi potius quam ducere funem.* Erat etiam similis ludus puerorum, qui ducebant sparteam restem, et tamdiu trahebant, donec aut rumperent, aut alteruter omissa funis prehensione, in nates caderet. Cuius ludi meminit Aristides sophista. sed, quia librum non habeo, locum non quaesiui: quem tamen aliquando in schedis meis aduersariis annotaueram. Alludit et Plautus Poenolo: *Iam tenetis. si tenetis, ducite. Caue dirumpatis:* ad quod genus lusus potius spectat hic locus Varronis: Quod sine vlla controuersia confirmatur ex Tertulliano, libro de pudicitia. *Sed non decet*, inquit, *vltra de auctoritate scripturarum eiusmodi funem contentiosum alterno ductu in diuersa distendere.* Quare *sertam ducere* cum aliquo, est, vt dixi, prouerbiale: quotiescunque contentionem intercedere cum aliquo denotamus. Neque dubito, quin ita potius, quam *serram ducere*, legendum sit. SCALIG. Videtur legendum, *Fortasse an tecum duceret serram*, id est, tibi aduersaretur. Aduersi enim sunt inter se, qui simul serram ducunt et reducunt. Haec autem loquendi formula, *fortasse an*, frequens est apud veteres scriptores. Nam vsi ea sunt Varro infra c. 16. *Hoc dico, quod fortasse an tibi satis sit.* Apul. apol. 1. *Et fortasse an peracute vobis reperisse videbamini.* et apol. 2. *Fortasse an vidua antequam domi desedisset.* Sisenna lib. 3 apud Non. *Quod fortasse an ex voluntate sua summa cum claritudine celeriter confecisset.* et Accius in Antenoridis apud eundem Nonium: *Fortasse an sint, vt quos hic non mereat metus.* Agell. 11, 9 *legatos venisse Athenas fortasse an de quadrigis veterum auctoritati concessero.* Tertull. 5 aduersus Marcionem, *Fortasse an et mystice factum sit:* et in libro

Cui [d] MERVLA, De pauonibus nostra memoria, inquit, greges haberi [e] coepti, et venire [f] magno. Ex iis M. Aufidius Lurco [g] supra [h] sexagena millia numum in anno dicitur capere. Ii [i] aliquanto pauciores esse debent mares, quam foeminae, si ad
2 fructum spectes; si ad delectationem, contra: formosior enim mas. Pauonum [k] greges agrestes transmarini esse dicuntur in insulis, Sami in luco Iunonis, item in Planasia insula [l] M. Pisonis. Hi ad greges constituendos parantur bona aetate, et bona forma. huic enim natura formae e volucribus dedit palmam. Ad admissuram
3 hae [m] minores bimae non idoneae, nec iam maiores natu. Pascuntur omne genus obiecto frumento, maxime ordeo. itaque Seius [n] iis dat in menses singulos ordei singulos modios, ita vt in [o] foetura det [p] vberius, et [q] ante quam salire incipiant. Is [r] a pro-

d) *Qui I. B. R.* e) *habere coepit I. B. R. Ba-G.* f) *veniere I. I.-G.* g) *Lyrcho P. Lurcho I. B. R.* h) *HS. Ba-G.* i) *Ex his Ba-G.* k) *Pascendi I. B. R.* l) *in ins. Pis. I. B. R.* m) *hae P.* n) *senis his dant I. B. R.* o) *in* omitt. *I. B. R.* p) *detur Ba-G.* q) *et* omitt. *I. B. R. I. I.* r) *Hos I. B. R. Has P.*

libro de pallio, *Quingenariam promulsidem superscriptis fortasse an mensis necessariam*, et alibi. VRSIN. Sincerior fortasse erit lectio hoc sensu et ordine, *qui secus si quis diceret de his, gentilitatis causa fortasse ante eum duceret serram*, i. e. hanc rem tractare vellet, cum sit e gente Pauonum Fircellius, vt liquet cap. praeced. *Pauo surgis, quod eius candidati custos* etc. vel ei se strenue opponeret, qui de pauonibus diceret. Serra enim Vegetio auctore est, *quae a fortissimis directa ante frontem opponitur hostibus, vt turbata acies reparetur.* Gellio quoque est *in militia ordinis nomen.* Haec in edit. ASCENSIANA post praefat. *Fortasse ante cum duceret serram*, in Veneto quoque legi. Quare legere possumus: *Fortassean tecum duceret serram.* Salerna apud Nonium: *Quod fortassean ex voluntate sua summa cum claritudine celeriter confecisset.* L. Attius Antenoridis: *Fortassean sint, quot hic non meret metus.* PONTED. Recepi Scaligeranam emendationem, in quantum ea totidem literis auctoritate librorum veterum confirmatur. *Serram* reliqui: non quo non ingeniosum videatur illud de *serta*, sed quod non ita certum; *serram* etiam praeferente I. F. Gron. Obs. 4, 5 p. 74 qui videndus. Add. de *serta* Pall. Mart. 10, 28 de lusu autem Pollux 9, 116 vnde lux Hesychio v. σκαπέρδης.

6, 1 M. AVFIDIVS LVRCO) In cognomine discrepant antiqui codices; *Lyrcho* enim in illis est. nec tamen aliquid variaui. M. Lurconis mentionem fecit Cicero pro L. Flacco (an idem sit, diiudicari non potest, tempora certe, quin idem esse potuerit, non impediunt). *Itaque, eodem etiam M. Lurco vir optimus meus familiaris, conuertit aculeum testimonii sui.* Apud Plinium quoque, qui eandem rem, quam Varro narrat, Aufidii cognomen *Lurco* est. VICTOR. Plin. 10, 20 *Saginare primus instituit circa nouissimum Piraticum bellum M. Aufidius Lurco, ex eoque quaestu reditus sestertium sexagena millia habuit.* Voces, *in anno*, videntur abundare. VRS.

6, 2 PAVONVM GREGES) Haec duo verba videntur abundare, vel legendum: *Agrestium greges transmarini.* deinde legendum *in Planasia, in silua M. Pisonis.* Nam cum scripsisset Varro, *pauones agrestes transmarinos esse in insulis, vt Sami in luco Iunonis; item in Planasia, in silua M. Pisonis*, librarius vel potius expolitor aliquis ineptus, quod Planasia esset insulae nomen, ex verbis *in silua* fecit vocem *insula.* In insula autem pauones facillime contineri, scribit Col. 8, 11 et Auctor Geop. 14, 24 in quo est: ἐν νησιδίοις μάλιστα χειροήθεις οἱ ταῶνες τρέφονται. VRSIN.

6, 2 SAMI IN LVCO IVNONIS) Hoc etiam apud Athen. δειπνοσ. 14 legimus: Μηνόδοτος δὲ ὁ Σάμιος ἐν τῷ περὶ τῶν κατὰ τὸ ἱερὸν τῆς Σαμίας Ἥρας, φησίν, οἱ ταῲ ἱεροί εἰσι τῆς Ἥρας. καὶ μήποτε πρῶτοι καὶ ἐγένοντο καὶ ἐτράφησαν ἐν Σάμῳ, καὶ ἐντεῦθεν εἰς τοὺς ἔξω τόπους διεδόθησαν. Cuius etiam rei Athenaeus testimonia adducit veterum Poetarum. Nam inde quoque natum, inquit, vt in nomismate Samio pauo exsculptus esset. VICTOR.

6, 2 PLANASIA INSVLA) Putarim legendum, *in silua M. Pisonis.* Planasia memoratur a Plin. 3 inter paruas insulas, quae sunt in propinquo Italiae. Tacitus 1. *Et comite vno Fabio Maximo, Planasiam petunt.* Eandem intelligit Col. 8 de pauonibus cum ait: *Itaque genus alitum nemorosis et paruulis insulis, quales obiacent Italiae, facillimae continetur.* M. Pupii Pisonis meminit infra Varro. POPMA.

6, 2 NATVRA FORMAE) *Formae* vox forte inducenda est. deinde pro *bimae* legendum *trimae.* Col. 8, 11 *Hoc genus auium cum trimatum expleuit, optime progenerat.* et Auct. Geop. Τριετεῖς δὲ αἱ θήλειαι γενόμεναι τίκτουσι, αἱ δὲ νεώτεραι ἢ ἐκβάλλουσι, ἢ οὐκ ἐκτρέφουσι τὰ νεόττια. VRSIN.

6, 3 ITAQVE SEIVS) De quo supra 3, 2, 7 sqq.

6, 3 EX

a procuratore ternos pullos exigit, eosque cum creuerint [s], quinquagenis denariis vendit, vt nulla ouis hunc assequatur fructum. Praeterea oua emit, ac supponit 4
gallinis, ex quibus [ex iis] excusos [t] pullos refert [u] in testudinem [x] eam, in qua pauones habet. quod tectum [y] pro multitudine pauonum fieri debet, et habere cubilia discreta, tectorio leuata †, quo neque serpens, neque bestia accedere vlla possit. Praeterea habere locum ante se, quo pastum exeant diebus apricis. Vtrumque lo- 5
cum purum esse volunt hae volucres. itaque pastorem earum [z] cum batillo [a] circumire oportet, ac stercus tollere, ac conseruare; quod et [b] ad agriculturam idoneum est, et ad substramen pullorum [c]. Primus hos [d] Q. Hortensius augurali adiiciali [e] 6
coena

s) *creuerint a. V.* t) *excussos a. V.* u) *refert. In I. B. R.* x) *tectum id, in quo I. B. R. in id tectum quo* rel. *a. V. testudinem eam etc. Pol. 2. in testabilem Pol. 1. et Vict.* y) *magnum I. I-G.* †) *a terra eleuata Cresc. 9, 81.* z) *eorum I. B. R.* a) *bacillo I. B. R. vatillo P. 1 et 2. Vacillo, id est vadili Cresc. l. c.* b) *et* omitt. *I. B. R.* c) punct. om. Heruag. d) *hoc H. A.* vtrumque posuere *Gr. G.* e) *adiiciali* abest *Ba-G. adiciali Pol.*

6, 3 EX QVIBVS [EX IIS] EXC.) Verba, *ex his*, abundant. deinde pro *intectum* VV. CC. partim habent *intestabilem*, partim *in testudinem eam, in qua* etc. Priorem lectionem tuentur docti viri, qui legunt *in stabilem*, et *stabilem* interpretantur stabulum, quod infra dicat Varro *pauonum stabula*; et Col. 8, 11. Posteriorem defendit tum auctoritas vetusti codicis, tum locus Varronis de turdis, qui est supra cap. 5. *Igitur testudo, vt peristylium tectum* etc. VRSIN. Vncinis inclusi ea, quae abundare videntur. Forte fuit *e quibus* h. e. gallinis, *ex iis ouis excusos*.

6, 4 REFERT IN TESTVDINEM) Veterem lectionem (*In testabilem*) reposui; sed quia non omnino de fidelitate ipsius securus sum, ideo ad eam notam adposui. Confido tamen, si maculam aliquam habeat, non magnam illam esse, et multo meliorem hanc, quam communem ac peruulgatam iudico, quam puto ab emendatore aliquo ita concinnatam fuisse. In excusis autem haec erat, *In id tectum, quo pauones habet, quod magnum* etc. VICTOR. Lego: *Refert intus stabililem eam.* Nam *stabilile*, vt *molile*, *ovile*. Mutatio autem generis hic facta est: et regimen, vt loquuntur Grammatici praepositionis *intus*: vt apud Plautum, *intus domum*. Sic mutato genere Plautus dixit *bubilem*, in Persa: *vt possim in bubilem reiicere*. *Stabilile* aut stabulum pauonis dicit eodem modo, quo supra pauones stabulari. SCALIG. Scribendum: *in stabilem eam* i. e. stabulum: vel quod sane malim, *in testudinem eam*; sicut antea de turdis: *igitur testudo, vt peristylium, tectum tegulis aut rete, fit magna*. POPMA. *In stabilem* probat etiam Turnebus 8, 7 extr. Sed credo, neminem aliud quaesiturum fuisse, si incidissent in lectionem a nobis ex Pol. a propositam, quamque ex coniectura adscripseramus aliquanto ante, quam de ea vel hic, vel apud Vrsinum [cuius verba sunt sub 6, 3] quidquam obseruassem. conf. 3, 7, 3.

6, 4 CVBILIA DISCRETA) Cresc. 9, 81 sic transcripsit: *Cubilia debent eis fieri sub tecto discreta, et a terra leuata, vt neque serpens neque bestia accedere ad ea possit, vt ait Varro.* PONTEDERA.

6, 5 HABERE LOCVM) Vox *habere* non est in V. C. et certe abundat. VRSIN.

6, 6 PRIMVS HOS Q. HORTENSIVS) Multa de pauonibus, libro quo antea ostendimus, exposuit Athenaeus: non pauciora item etiam IX libro. Aelianus quoque περὶ ζώων ἰδιότητος, capite XXI quinti libri, plurima et ipse tradidit, nam hoc etiam quod nunc a M. Varrone de Hortensio narratur, recitauit. Romanus enim homo, quamuis Graeco sermone multa scripsisset, Romanas res egregie callebat. Non sine poena tamen hoc ab Hortensio tentatum esse dicit, cum Varro apud probos solum et seueros homines illum offendisse narret. nam ab delicatis hominibus, et qui gutturis voluptates sequuntur, potius Hortensium gratiam eo facto iniisse ostendit. Verba Aeliani haec sunt, Ὁρτήσιος δὲ ὁ Ῥωμαῖος καταθύσας ἐπὶ δεῖπνον ταὼν πρῶτος ἐκρίθη. Ἐκρίθη, in iudicium vocatus est, causam dixit. Nisi aliquis putet pro κατεκρίθη positum esse, id est, condemnatus est. Addit etiam Alexandrum Macedonem, aspectu harum auium apud Indos obstupuisse, eique, qui pauonem interfecisset, grauius minatum esse. VICTOR.

6, 6 ADIICIALI) In excusis quibusdam haec vox non est, quae in antiquis omnibus inuenitur. Plin. 10, 20 cum hanc rem referret, id quoque addidit: *Pauonem cibi gratia Romae primus occidit Orator Hortensius adiiciali coena sacerdotii.* Cogitandum etiam diligenter, an pro *augurali augur* legi debeat. VICTOR. Ita legitur in V. C. et ita Macrobius, qui hunc locum adducit 2, 9 *Primus*, inquit, *hos Q. Hortensius adiiciali coena dicitur posuisse.* Cic. 7, ep. 26 *In eas cum incidissem coena augurali apud Lentulum.* De adiicialibus coenis videndus Festus, et Tacitus 2. *Foederi conuiuium adiicit, tractatque in multam noctem laetitiam per epulas ac vinolentiam.* Seneca 15, ep. 96 *Et toties tamen sestertio adiiciales*

coena posuisse dicitur. quod potius [f] factum tum [g] luxuriosi [h], quam seueri boni viri laudabant. quem cito secuti multi extulerunt eorum pretia, ita vt oua eorum denariis veneant quinis, ipsi facile quinquagenis, grex centenarius facile quadragena millia sextertia vt reddat, vt quidem [i] Albutius [k] aiebat, si in singulos ternos exigeret [l] pullos, perfici sexagena posse.

VII. INTEREA venit apparitor Appii a consule, et augures ait citari. Ille foras exit e villa. At in villam intro [a] inuolant columbae. de quibus MERVLA [b] Axio [c], si vnquam περιστεροτροφεῖον constituisses, has [d] tuas esse putares, quamuis ferae essent. Duo enim genera earum in περιστεροτροφείῳ [e] esse solent. Vnum agreste, vt alii dicunt, saxatile, quod habetur in turribus, ac columinibus villae, a quo appellatae

f) *potius I. B. R. I. I.* reliqui *protinus.* g) *tam* alii praeter *Pol.* h) *luxuriosi Bu. Herv.* i) *quidam I. I. G.* k) *Abuccius P.* l) *exigens I. B. R.* [C. VII.] a) *in vitro P. 2.* b) *me de columbis aula Axios inquam experisterotrophio constit. Pol.* c) *Axi a. V.* d) *has* abest *I. B. R.* e) *peristerotrophio I. B.*

tiales coenae frugalissimis viris constiterunt. deinde legendum apud Varronem, *potius*, non *protinus.* Nam ita legit Macrob. et ita est in V. C. VRSIN. Vocem *adiiciali* omittit Macrobius ex edit. Pontani et Meursii: dubium quam inspexerit Vrsinus. Vox vero *augurali* abest apud Plinium 10, 20 vbi Mss. plurimi, Harduino teste, legunt *aditiali.* Ita vero dicebatur conuiuium, quod Pontifices, Augures, et alii Sacerdotes, in aditu honorum suorum populo dabant: vnde et *aditiales* dicere mauult Graeuius praefat. tomi XII Ant. Rom. Describit eiusmodi coenam Macrobius l. c. praeter quem consulendi Baccius de Conuiuiis 1, 2 F. Vrsinus ad Ciacconium de triclinio p. 175 *Adiicialis coena* ait Scaliger in Scaligeranis primis p. 4 *Varroni, id est, opipara. Iustus Lipsius id mihi ex Conierstaneis suffuratus est tacito nomine.* Locus Lipsii est Admir. 4, 9 Scaligeri ad Varronem p. 118. Sed qui vtrumque comparabit, insignem Lipsio iniuriam fieri deprehendet. SCHOETTG. Vocem *adiiciali* agnoscit etiam ed. Gryphiana 1550. Lectioni *aditiali* fauere Pol. nisi in his compositis omittere alterum *i* soleret more librorum vetustissimorum. Sed apud Plin. 10, 20, f. 23 it. 29, 4 f. 14. *aditialis* habent libri scripti pariter atque excusi. Et hoc verius puto. certe ἐτυμολογικώτερον est.

6, 6 QVOD PROTINVS FACTVM TAM LVXVRIOSI) Emendarim: *quod potius factum luxuriosi*; quomodo etiam legitur apud Macrobium Sat. 3 vbi vulgo est, *quod potius factum tam luxuriose, quam seuere b. v. l.* Hortentii factum, inquit, potius luxuriosi et ganeones, quam seueri boni viri laudabant. Aelianus lib. 5 de natura animalium hoc amplius, ob id factum etiam accusatum Hortensium tradit. POPMA. Scripsisse Varro videtur ex lectione Macrobii: *Quod potius factum luxuriosei quam seuerei b. v. l* τὸ *tam* repetitum est per errorem librarii ab vltima Syllaba verbi *factum.* SCHOETTG. Tanto minus dubitaui *potius* et *tam* rescribere, quod vtrumque est in Pol. Nam illud in varietate lectionis obseruandum praecepimus, vt, nisi dissensus indicaretur ab I. B. R. cum iis facere censeatur optimus ille et fortasse Victorio quoque vsurpatus codex.

6, 6 GREX CENTENARIVS) Ita videtur legendum: *Grex centenarius facile XX millia sestertium vt reddat, vt quidem Albutius aiebat: ac si vt Seius ternos exigeret pullos, perfici sexagena possent.* nam pauones centum quinquagenis denariis, id est, nummis ducenis venditi, nummum XX millia efficiunt. Supra vero dixit Varro: *Seius a procuratore ternos pullos exigit, eosque cum creuerint, quinquagenis denariis vendit* etc. Grex ergo centenarius trecentos pullos reddit, qui ducenis nummis venditi, sexaginta millia sestertium conficiunt, quot Fircellius Pauo dixerat turdos reddidisse. item supra sic ait Varro: *Nonne item Albutius dicebat in Albano fundum suum semper vinci a villa? agrum enim minus dena millia reddere, villam plus vicena.* VRSIN. Recte Vrsinus, si ipse grex vendatur. Sed eum seruari vult Varro, et *reddere*, i. e. foetu suo efficere quadragena millia. Intellexit igitur, vnumquemque binos quotannis minimum reddere pullos, qui singuli quinquagenis denariis venditi tantum efficiunt. Ideo sequitur, *si in singulos terni exigantur pulli, perfici sexagena posse.* Ergo e binis quadragena. Haec Gronou. de P. V. 4, 2 p. 266, qui tamen totam Vrsini notam non videtur attente legisse. Optime enim ea cum Varronis verbis conuenit.

6, 6 MILLIA SEXTERTIA) Legendum *sextertium* etiam hic docet Gronou. 1, 4 p. 22.

6, 6 ALBVTIVS AIEBAT) Supra 3, 2, 17.

7, 1 ILLE FORAS EXIT) Rediturus 3, 12, 1. Caeterum de Columbis conferendus Plin. 10, 34 f. 52 vbi reliquos laudat Harduinus.

7, 1 AGRESTE) De his Magius miscell. 1, 3. SCHOETTG.

7, 1 CO-

tae columbae, quae propter timorem naturalem summa loca in tectis captant. quo fit, vt agrestes maxime sequantur turres, in quas ex agro euolant suapte sponte, ac remeant. Alterum genus illud [f] columbarum est clementius [g], quod cibo domestico 2
contentum intra limina ianuae solet pasci. hoc genus maxime est colore albo. illud alterum agreste sine albo, vario. Ex his duabus stirpibus fit miscellum tertium genus fructus causa, atque incedunt in [h] locum vnum, quod alii vocant περιστερῶνα [i], alii περιστεροτροφεῖον. in quo vno saepe, vel quinque millia sunt inclusae. Περιστερὼν [k] 3
fit, vt testudo magna, camera [l] tectus, vno ostio angusto, fenestris Punicanis [m], aut latioribus, reticulatis vtrinque, vt locus omnis sit illustris, neue quae [n] serpens, aliudve quid [o] animal maleficum introire queat. Intrinsecus quam leuissimo [p] marmorato toti parietes ac camerae [q] oblinuntur, et extrinsecus, circum fenestras, ne mus, aut lacerta qua adrepere ad columbaria possit: nihil enim timidius columba. Sin- 4
gulis paribus columbaria fiunt rotunda in ordinem [r] crebra. ordines quam plurimi esse possunt a terra vsque ad cameram [s]. Columbaria singula esse oportet, vt os habeant [t], quo [u] introire et exire possit [x]; intus ternorum [y] palmorum ex omnibus partibus. Sub ordines singulos tabulae fictae vt sint bipalmes, quo vtantur vestibulo

f) *illud* omitt. *I. I-G.* g) *dementius Iens.* h) *in* omitt. *I. B. R.* i) *peristerona I. B. R.* k) *peristeron I. B. R.* l) *camara I. B. R.* m) *punicatis B. R. punicatis Iens.* n) *quae* abest *a. V.* o) *quod a. V.* p) *quasi leuiss. Iens. quasi laeu. B. R.* q) *camarae oblinuntur I. B. R.* r) *ordi[illegible]a. V.* s) *camaram I. B. R.* vt fere alibi. t) *habeat Vict.* sphalma puto. u) *quomodo P.* x) *possint a. V.* y) *ternarum palmarum I. B. R.*

7, 1 COLVMBAE) Aliam plane originem suppeditat idem Varro de L. L. 4 p. 21 dum a vocis sono deriuat. Aliam item Isidorus, qui a mutato, quoties vertitur colore colli deriuat. IDEM. Feliciusne Scaliger, Indice etymologiarum a Varrone omissarum vel perperam positarum, *ἀπὸ τοῦ κολυμβᾶν?*

7, 2 ILLVD ALTERVM VARIO) Ita videtur legendum: Nam Col. 8, 8 ait: *Albus color, qui vbique vulgo conspicitur, a quibusdam non nimium laudatur, nec tamen euitari debet in iis, quae clausae continentur, nam in vagis maxime est improbandus, quod eum facillime speculatur accipiter etc.* Itaque verba, *agreste, sine albo*, videntur adiecta. VRSIN. Passim tamen videas columbas agrestes sine albo, colore vario. Nimis libenter vrit et secat vir doctissimus. Varro docet, quales inueniantur columbae; Columella, quas alere expediat.

6, 2 INCEDVNT IN LOCVN VNVM) VV. CC. partim habent, *incolunt locum vnum*, partim *includunt in etc.* deinde legendum *fenestris Punicanis.* Nam Cicero *Punicanos lectos* dixit pro angustos. et Cato: *coagmenta Punicana*, In V. C. est *punicatis.* VRSIN.

7, 3 FENESTRIS PVNICANIS) Poeni lignario opere claruerunt, vnde multa fabricae ligneae opera ab illis nominata. vt *lecti Punici* Plinio lib. XXXIII, cap. XI. Et hic, *fenestrae Punicanae.* Et apud eundem, *vinariis vbi ampla cella, torcularе Poenicum:* apud Catonem *coagmenta Punicana:* quae fideliter haerebant, nec hiascebant. Itaque ab ea mente Plautus Mercatore, vbi vult ostendere aedium postes hiare, ait non esse factos a Poeno fabro. non enim hiascerent commissurae, si Poenus faber eas coniunxisset. Ita enim ait, *Non enim haec pultifagus opifex opera fecit barbarus.* Per *pultifagum* enim lasciuia comica intelligit Poenum. vt idem prologo Poenoli, *Carchedonius vocatur haec comoedia. Latine Plautus*, PATRVVS PVLTIPAGONIDES. Latine enim Plautus inscripsit Poenolum. Ergo *pultifagus*, Carchedonius, seu Poenus. *Poenos pultifagos*, vt Plautino vocabulo vtar, fuisse, argumento est *puls*, quae a Poenis *Punica* vocata est, cuius faciendae rationem docet Cato. Non ergo *pultifagus* pro Romano intelligendus est apud Plautum (quod vult doctissimus Turnebus) sed Poenus, vt dixi. SCAL.

7, 4 SINGVLIS PARIBVS) Eadem habent Quintilii Geop. 14, 6 qui hic conferendi. SCHOETTG.

7, 4 POSSIT; INTVS—PARTIBVS. SVB) Ita interpunxi. Ante ita fuerat, *possit. Intus . . partibus sub etc.*

7, 4 TERNORVM PALMORVM) In antiquis alio genere, *ternarum palmarum.* Nibil immutaui: non enim legi aut hunc ipsum alibi, aut alios bonos auctores, cum mensuram intelligerent, muliebri genere *palmam* appellasse. VICT.

7, 4 TABVLAE FICTAE) Vid. ind. *affixa.*

5 bulo [z], ac prodeant. Aquam esse [a] oportet, quo [b] influat, vnde et bibere, et vbi
lauari [c] possint. permundae enim sunt hae volucres. Itaque pastorem columbarium [d]
quotquot mensibus crebro oportet euerrere. est enim quod eum inquinat locum
appositum [e] ad agriculturam, ita vt hoc optimum esse scripserint [f] aliquot [g]. siue
quae [h] columba quid offenderit, vt medeatur. si qua perierit, vt efferatur. si qui
6 pulli idonei sunt [i] ad vendendum, promat. Item quae foetae sunt, in [k] certum lo-
cum vt [l] disclusum ab aliis rete [m] habeant, quo transferantur [n], e [o] quo foras [p] euo-
care possint matres [q]. Quod [r] faciunt duabus de causis. vna, si fastidiunt aut inclu-
sae consenescunt, quo libero aëre cum exierint in agros, redintegrentur. altera de
causa propter illicium [s]. ipsae enim propter pullos, quos habent, vtique redeunt, nisi
a coruo

z) *vestibulo* P. a) *puram esse* I. I-G. b) *quae* I. I-G. c) *se lauare* I. I-G. d) *columbarum* P. *columbaria* I. I-G. e) *oppositum* P. f) *scripserunt* P. g) *aliqui* I. B. R. h) *si columbam* a. V. *si columba* marg. i) *sint* I. B. R. k) *vt* I. I-G. l) *vt* deest I. I-G. m) *recte habeat* I. B. R. *habeat* etiam *Pol.* n) *transferatur* P. o) *et* I. B. R. p) *e peristerone* inser. I. B. R. q) *matresque Vict.* itemque *Durd.* r) *Quod quidem* a. V. s) *publicum* I. B. R. *illitium Herv.* *in licium* P.

7, 5 QVOD EVM INQVINAT) Ita honeste circumloquitur stercus columbinum, quod agro stercorando aptissimum iudicant Col. 2, 15, 1. et Florent. Geop. 14, 1. SCHOETTG.

7, 5 SIVE SI COLVMBAM) Videtur legendum *Si quid offenderit, vt medeatur; si qua perierit, vt efferatur* etc. caetera sunt adiecta. Auctor Geop. κἂν τι πεπονηκὸς ἦ τῶν ἔνδον ἐπισκευάζειν. *offenderit* autem hoc loco valet, laesum fuerit, quod, qui de columbis dictum putauit, addidit *columbam*. Sed dixit Varro de columbari, si quid in eo fuerit laesum. VRSIN. *Columba offendit*, h. e. laborat morbo, vulnere e. i. g. a.

7, 6 ITEM QVAE FOETAE) Videtur legendum: *Item quae fetae sunt, vt locum disclusum ab aliis rete habeant, quo transferantur, e quo foras euolare*. Caetera sunt adiecta. Verbum *habent* refertur ad auiarium, seu curatorem. Col. 8, 8. *Nec minus in agros emittant matrices, quae ouis vel pullis incubant, ne quasi graui perpetuae custodiae seruitio contristatae senescant.* IDEM. In voce *habent* bis peccatum, legendumque ex Vrsini mente videtur *habeat*: quod nec mihi displicet, licet etiam alterum tolerabile putem. GESN. Legerem: *item quae ferre*; nam cur foetae separandae sunt ab aliis, quae per singulos fere menses, demto interuallo a bruma ad vernum aequinoctium foetant? Quare *ferae* potius quam *foetae*, quae cum aliis sint molestae, obsunt. Sane Crescentius mihi praecipit, qui hunc locum ita exscripsit: *Item qui sunt nimis feri et bellicosi, vt alios laedant, exinde remoueat, et in alium locum secretum ab aliis seponat.* Sed deinde in Veneto exemplari apud Varronem inueni: *Item quae sunt fere.* Praeterea ex vetustis editionibus edoctus *habeant* in *habeat*. et coniectura in sequentibus quae proxima sunt: *quo transferantur, et quo foras euocare possint matres*, *possint* in *possit*, quae ad columbarum custodem referuntur. Quo vitio etiam foedatur Columella 8, 8 *Nec minus in agros emittant matrices*; nam scribendum: *emittat*. Pastor enim contristatas aues et diuturna custodia quasi senescentes ad apricationem foras euocat atque emittit. FONTED. Vid. quae dicimus ad notam proximam.

7, 6 E QVO FORAS) Puto: *et quo foetas euocare possint*. Supra autem, *in certum locum* vacat *in*, dele. SCALIG. Melius fortasse legeretur *euolare*. Loquitur enim de columbis matricibus, de quibus idem tradit Col. 8 *Nec minus in agros emittant matrices, quae ouis vel pullis incubant, ne quasi graui perpetuae custodiae seruitio contristatae senescant. Nam cum paullum circa aedificia volitauerint, exhilaratae recreantur, et ad foetus suos vegetiores redeunt.* Paullo infra legendum: *Tu Merula, perge deinceps.* POPMA. Τὸ *que* adhaesisse puto voci *matres* ex *quod* et *quidem*, quae sequuntur: Incommodum sententiae esse, nemo non videt. Quin totam vocem suspectam mihi esse non dissimulo, et glossam vocis *foetae*, pro *euocare* autem scriptum puto a Columella *euolare*.

7, 6 PROPTER ILLICIVM) Sic de apibus: *apiastro perfricando: quod illicium hoc illis.* Aliud in comitiis *illicium*, vt notum ex libris de L. L. [5, 9 p. 64, 1.] aliud in aucupio, in quo *illices* aues sunt, quae a Graecis παλεύτριαι vocantur, de quibus apud Aristophanem. Plautus: *Lectus illex, esca est meretrix.* Apud Plinium de perdicibus: *capiuntur quoque pugnacitate eiusdem libidinis contra aucupis indicem.* Lege *contra aucupis inlicem.* SCALIG. Voces *de causa* videntur adiectae. Illicium autem dixit id, quod Graeci φίλτρον; et intelligit pullos ipsos, qui columbas longius euagari non sinunt. Sed cum in V. C. sit *pullicium*, forte legendum *pulliciem*, qua voce vsus est Col. 8, 10 et ea significantur pulli ipsi. Sic enim scribit: *Itaque circa messem, cum iam confirmata est pullicies, eligitur etc.* VRSIN.
Quod

a coruo occisae, aut ab accipitre interceptae. Quos columbarii interficere solent, 7
duabus virgis viscatis defixis [t] in terram, inter se curuatis, cum inter eas posuerint obligatum animal, quod item [u] petere soleant accipitres, qui [x] ita decipiuntur, cum se obleuerunt [y] visco. Columbas redire solere ad locum licet animaduertere, quod multi in theatro e sinu missas faciunt, [atque [z] ad locum redeunt] quae nisi reuerterentur, non emitterentur. Cibus [a] apponitur circum parietes in canalibus, quas 8
extrinsecus per fistulas supplent. Delectantur milio, tritico, ordeo, piso, faseolis, eruo. Item feras [b] has in turribus, ac summis villis, qui habent, agrestes columbas, quoad possunt immittendum [c] in *περιστερεῶνας* [d] aetate bona. paraudum [e] neque pullos, neque vetulas, totidem mares quot foeminas [f]. Nihil columbis foecundius. 9
itaque diebus quadragenis concipit, et [g] parit, et incubat, et educat. Et hoc fere totum annum faciunt: tantummodo interuallum faciunt a bruma ad aequinoctium vernum. Pulli nascuntur bini, qui simulac creuerunt, et habent robur, cum matribus

t) *defixis in terra P.* u) *intercipere Ryck. I. I-G.* x) *qui quidem I. B. R.* y) *oppleuerint I. B. R. obleuerint I. I-G.* z) *atque* omitt. *I. B. R.* a) *Et cibus I. I-G.* b) *fere haec I. B. R.* c) *imitandum. In per ae. bona par. I. B. R. immittunt I. I-G.* d) *περιστερῶνας H. St-D.* e) *parantque (praec. puncto) vt nec I. I-G.* f) *habeant* add. *I. I-G.* g) *et* omitt. *I. B. R.*

Quod extremum de faece hausit Aldus, cum priores editiones *publicum* haberent; duabus enim de caussis columbas emittunt, altero quod libero aëre cum exierint, redintegrantur et vegetiores factae ad nidum redeunt; altera, vt credunt, propter *illicium*, nimirum emittuntur, quoniam propter pullos redire solent. At si non redeunt, vt saepe fit, cum a rapacibus auibus impetuntur, nonne prudentis custodis erat eas retinuisse potius quam emisisse, vt amitteret? Itaque altera emittendi columbas caussa nulla est, cum praestet retinere quam emittere. Propterea reiecto *illicium, publicum* in *pulliciem* efformarem; quod in agrum auolantes cibum colligunt, et ad pullos deferunt: propter pullos igitur emittere expedit. Hoc tradit etiam Columella 8, 8. Et Florentinus Varronis interpres: Ἐὰν δὲ πότε σπανίζωνται τροφῆς, μόνας τὰς νεοττοτροφούσας ἐξελατέον· αὗται γὰρ κορεσθεῖσαι ἐντρέψουσι θᾶττον, τοῖς νεοττοῖς τροφὴν κομίζουσαι. Sed male σπανίζωνται τροφῆς, quod semper alimenti indigeant, non aliquando: legerem pro τροφῆς, τροπῆς, scilicet mutationis; propterea, vt volando exhilarentur, emittuntur. Vbi paulo supra aliud vitium: ἀλλὰ περὶ τὸ κοινὸν ἀσχολῶνται. Etenim fame in columbario vexandae non sunt. Potius esset πτέραι. Quod veterem interpretem, qui latine expressit: *sed circa columbarii locum versentur*, non latuit. PONTED. Locus Florentini est Geop. 14, 1 extr. Equidem τροφῆς retineam. σπανίζεσθαι non est simpliciter indigere, sed raritate et penuria alicuius rei laborare, potest autem fieri, vt aliquando magis laboretur, alias minus. Sed quod est de altero περὶ τὸ κοινὸν ἀσχολῶνται, locum illum, in quo se torsisse fatetur frustra Needhamus, ita emendandum puto, vt γονῶν legatur, quod sententiae accommodatissimum esse, negari non potest. Quam pronum autem fuerit haec duo verba confundi in scriptura maiuscula et antiqua, tam facillime intelligit aliquis, quam plurimos libros manu exaratos inspexit. Caeterum haec eo valent etiam, vt intercedamus, quo minus *foetae in feras* mutentur, quod proxime superiore nota aequum censet vir clarissimus. Scaliger ita intellexisse videtur Varronem, vt nos intelligimus. Emissae columbae redeunt, et illectas ducunt secum plures.

7, 7 QVOD ITEM PETERE) Mihi optime arridet emendatio Salmasii ad Solinum c. 40 p. 614, qui legit, *quod impetere*. SCHOETTG.

7, 7 ATQVE AD LOCVM REDEVNT) Videntur haec verba abundare. VRSIN.

7, 8 QVI HABENT) Legendum arbitror, *quae habent*, h. e. habitant.

7, 8 IMMITTENDVM etc.) Ita legendum: *immittendum in περιστερῶνας. Aetate bona parandum.* PONTED.

7, 9 ITAQVE DIEBVS QVADR.) Hic locus ita expressus est in Geop. 14, 1 Φύσει δὲ καὶ πολύγονον τὸ ζῶον. ἐν πάσαις γὰρ τεσσαράκοντα ἡμέραις κύεσί τε καὶ τίκτει, καὶ θάλπει, καὶ ἐκτρέφει. καὶ τοῦτο σχεδὸν δι' ὅλου ἔτους ποιεῖ, μόνον δὲ ἀπὸ τροπῶν χειμερινῶν μέχρις ἐαρινῆς ἰσημερίας διαλείπει, τὸ δὲ λοιπὸν τοῦ ἐνιαυτοῦ τίκτει. Ex quibus verbis videtur hic legendum, *Et hoc fere totum annum facit, tantummodo intermittit a bruma ad aequinoctium vernum.* Nam voces *interuallum faciunt* glossae sunt verbi *intermittit*. VRSIN. Forte succenturiari censendus est Vrsino Crescentius, qui 9, 91 legit *interuallant*, quod propius abest ab *intermittunt*. Nisi tamen ipsum *interuallant* probum quis verbum et Varronianum putauerit, et cum *interuallatis* apud Gellium febribus contulerit.

7, 9 SIMVL AC CREVERVNT) Post sextum mensem habet Aristoteles Histor. Anim. 6, 4. SCHOETTG.

bus pariunt. Qui solent saginare pullos columbinos, quo pluris vendant [h], secludunt eos, cum iam pluma sunt tecti. deinde manducato candido farciunt pane: hieme
10 hoc bis, aestate ter, mane, meridie, vesperi. hieme demunt cibum medium. Qui iam pinnas incipiunt habere, relinquunt in nido illisis cruribus, et matribus, vberius vt cibo vti possint, obiiciunt. eo enim totum diem se, et pullos pascunt. qui ita educantur, celerius pinguiores fiunt quam alii, et candidiores [i]. Parentes eorum Romae, si sunt formosi, bono colore, integri, boni seminis, paria singula vulgo veneunt ducenis numis, nec non eximia singulis millibus numum, quas nuper cum mercator tanti emere vellet a L. Axio equite Rom. minoris quadringentis denariis daturum
11 negauit. AXIVS, Si possem emere, inquit, περιστερῶνα [k] factum, quemadmodum in aedibus cum [l] habere vellem, emi [m] fictilia columbaria, iam iissem emtum, et [n] misissem ad villam. Quasi vero, inquit PICA, non in vrbe quoque sint multi [o]. An tibi columbaria qui in tegulis habent non [p] videntur habere περιστερῶνας [q], cum aliquot supra centum millium sextertium habeant instrumentum? e queis alicuius totum emas censeo, et ante quam aedificas [r] rure [s], magnum condiscas hic in vrbe quotidie lucrum, assem [t] semissem condere in loculos [u].

VIII. TVM [a] MERVLA, Perge deinceps. *Ille*, Turturibus item [b], inquit, locum constituendum proinde [c] magnum, ac multitudinem alere velis; eumque [d] item,

h) *vendantur I. B. R.* i) *candidae fiunt P.* pu. post *eorum* pos. *I. B. R.* k) *περιστερῶνα H. St - D.* l) *eum I. I - G.* m) *emi* deest *I. I - G.* n) *emissem I. B. R.* o) *multi an tibe Col. I. B. R. an tibe columbari P. multi, columbaria etc. I. I - G.* p) *An tibi non I. I - G.* q) *περιστερῶνας H. St - D.* r) *aedifices a. V. H. St - D.* s) *recte P. z.* t) *ex asse I. I - G.* u) *lucos I. B. R.* [C. VIII.] a) Verba: *Tum Merula sic* claud. praec. cap. *I. B. R. Axius tu I. I - G,* b) *item* deest *a. V.* c) *perinde I. B. R.* d) *Cumque I. B. R,*

7, 9 CVM MATRIBVS PARIVNT) In Geop. hoc ita habetur: *Καὶ αἱ ἐκγοναὶ αὐτῶν τρεφόμεναι εὐθέως μετὰ τῶν τεκόντων αὐτὰς ἄρχονται τίκτειν.* VRSIN.

7, 9 MANDVCATO) Cresc. l. c. *mollificato*, quod forma quidem deteriori non est, quam *magnifico*, *amplifico* e. i. g. a. Sed auctoritate cum destituatur, nolim illud cuiquam obtrudere. Interim apparet, facilius esse *mollificati* panis copiam habere, quam *manducati*.

7, 10 ILLISIS CRVRIBVS) Vid. Col. 8, 8, 11. Cresc. *illisis, id est fractis.*

7, 10 QVAM ALII) Hae voces videntur abundare; item vox *nummum* infra. Plin. 10, 37 *Lucius Axius eques Romanus ante bellum ciuile Pompeianum, denariis quadringentis singula paria venditauit, vti tradidit M. Varro.* Et Col. 8, 8 *Eximius auctor M. Varro nobis affirmat, etiam illis seueríoribus suis temporibus paria singula millibus singulis sestertium solita venire.* VRSIN.

7, 11 INSTRVMENTVM) Vlpianus in L. 12. De instrumento: *Sed si fundus non sit cum instrumento legatus, sed ita vt instructus sit: quaesitum, an plus contineatur, quam si cum instrumento legatus esset: et Sabinus scribit fatendum esse plus esse, cum instructus fundus legatur, quam si cum instrumento etc.* ex quibus verbis colligitur, quid sit instrumentum, et quo differat ab instructo. VRSIN.

7, 11 ET ANTEQVAM AEDIFICES) Ita videtur hic locus legendus et interpungendus: *Et ante quam aedifices rure magnum, condiscas hic in vrbe quotidie asses condere in loculos.* Nam *assem semissem*, vt est in VV. CC, fecit librarius ex perturbatis notis, vt apud Cat. 21. Varro 1, 18 dixit: *Vendas quot assibus possis,* et 2, 5 *Dum asses soluo.* IDEM.

7, 11 ASSEM SEMISSEM) Antiquorum librorum lectio. In excusis, *ex asse semissem* antea legebatur. VICTOR. Forte ἀσύνδετον est, in talibus non insuetum, vt *ruta caesa etc.* hac sententia: *magnum est lucrum, quotidie assem,* vel *semissem* adeo, *condere in loculos.* Alteram autem lectionem, *ex asse semissem*, ita interpretabar. Ponamus, impendisse aliquem 365 denarios in columbarium; quotidie autem illi nummos redire binos sestertios, h. e. asses (qui hic denarii sunt) dimidios s. semisses. Nonne ille dici posset quotidie *lucrum condere in loculos*, et quidem *ex asse* foenoris, dimidium s. *semissem* annuae vsurae?

8, 1 TVM MERVLA, PERGE) Forte fuit *Tu Merula.* Certe *Merula* vocandi casu intelligendum est.

8, 2 SED

item, vt de columbis dictum est, vt habeat ostium ac fenestras, et aquam puram, ac parietes, ac camaras munitas tectorio. Sed pro columbariis in pariete mutulos [e], 2
aut palos in ordinem [f], supra quos tegeticulae cannabinae [g] sint [h] impositae. Infimum ordinem oportet abesse a terra non minus tres pedes, inter reliquos dodrantes, a summo ad camaram ad semipedem, aeque latum [i] ac mutulus a pariete extare potest [k], in quibus dies noctesque pascuntur. Cibatui quod sit [l], obiiciunt triticum 3
siccum in centenos vicenos turtures fere semodium, quotidie euerrentes eorum stabula, a stercore ne offendantur, quod item seruatur ad agrum colendum. Ad saginandum appositissimum [m] tempus circiter [n] messem. Etenim [o] matres eorum tunc optimae [p] sunt, cum pulli plurimi gignuntur, qui ad farturam meliores. Itaque eorum fructus id temporis maxime consistit.

IX. AXIVS, Ego [a] quae requiro sarsurae [b] assurae membra de palumbis, de [c] galli-

e) *multos P.* f) *ordine a. V.* g) *canabinae I. B. R. Ba-G.* h) *sunt Iens.* i) *late mutili I. I-G.* k) *possint I. I-G.* l) *sic I. B. R. sit H. A. Gr. G.* m) *potissimum I. B. R. ad potissimum P.* n) *circa I. B. R.* o) *Et enim* diu. *I. B. R. Ba-G.* p) quid si *opimae?* [C. IX.] a) *Ebo Iunt. Egoque req. I. B. R.* b) *farturae a fura I. B. R. Ba-G. a farctura assanda, Iunt.* c) *de* abest *P. et Iunt.*

8, 2 SED PRO COLVMBARIIS) Vid. Col. 8, 9, 3.

8, 2 INTER RELIQVOS) Videtur legendum *Inter reliquos ab imo ad cameram ad semipedem aeque latum ac mutulus a pariete extat, in quibus etc.* id est, tantum erit latus ordo tegeticularum, quantum mutulus a pariete extat. Deinde legendum (*cibatui quod sit*) nisi potius verba, *quod sit* abundent. VRSIN. Hunc locum ineleganter tractauit vel Fuluius vel Ciacconius, scribendo: *inter reliquos ab imo ad camaram ad semipedem aeque latum ac mutulus a pariete exstat, in quibus.* Id est, inquit, tantum erit latus ordo tegeticularum, quibus mutulus a pariete exstat. Longe plenius Varro: *inter reliquos* mutulorum ordines, qui ab infimo ad summum continuantur et ascendunt, vult interesse *dodrantes*, hoc est, inter singulos spatium nouem pollicum vacuum; inter summum gradum et testudinis fornicem, quasi semipedem siue octo digitos. Hic ponenda τελεία στιγμή, vt absoluto eo versu. Quod sequitur, offendit iam olim: nam in pristinis cdd. inuenio: *aeque late mutili a pariete exstare possunt.* Cuius auctores sane sententiam deprehenderant acutius quam illi: sed non debuerunt mutare verba veterum codicum, eandem sententiam rectius habentia. *Aeque latum*, inquit Varro, *ac mutulus a pariete exstare potest*, hoc est, tantundem spatii nempe ad semipedem, et mutulum exstantem a pariete habere vel prominere ante parietem sufficit. *Ac* ponit ἀντὶ τοῦ *et*, vbi significat *etiam*. *Mutulus, in quibus*, syllepsis numeri: refertur enim illud, *in quibus* ad sensum, non ad vocem: nam quum dicit *mutulus*, intelligit mutulum quemque, vel omnes mutulos, non vnum modo. Illi videntur ad tegeticulas retulisse, cur enim aiunt *ordo tegeticularum?* At Varro non tegeticularum, sed mutulorum dicit ordinem instratas habentium tegeticulas. Haec Gron. de pecun. Vet. 3, 11 p. 429.

8, 2 AEQVE LATVM AC) Quid si ita interpretemur? *Aeque latum* oportet esse vnumquemque ordinem tegeticularum *ac mutulus e pariete extare potest*: ita vt nullum certum modum praescribat, sed proportione mutili nota aliunde tegeticularum latitudinem definiat. Ita τὸ *ac* retineret significationem suam, qua ad *aeque* refertur.

8, 3 APPOSITISSIMVM) Videtur legendum *aptissimum* et *circa*. Nam ita est in veterum librorum vestigiis, et Varro ipse infra c. 10 ita locutus est, cum dixit: *Anseribus admittendis tempus est aptissimum a bruma* etc. Col. 8, 9 *Huius auis aetas ad saginam non tam vetus idonea est, quam nouella. itaque circa messem, cum iam confirmata est pullicies, eligitur.* VRSIN.

9 Ad totum hoc caput conf. Col. 8, 2-7 et Plin. 10, 21 § 24.

9, 1 EGO QVAE REQVIRO) Excusi libri inter se diuersi, ne dum solum ab antiquis discrepent. In vetustissimo et optimo exemplari mendosus etiam locus est: eius scripturam hic adponam: *Ego quae requiro sarsurae assurae* etc. In semiuetere pro *sarsurae, salsurae.* caetera eadem. Quomodo tam inquinatus locus purgari possit, plane non perspicio. VICTOR. Verborum hunc sensum esse iudico: *Dic sodes Merula de palumbis et gallinis membra illa et partes, quas requiro sarsurae assurae.* Haec verborum forma veteribus Latinis vsitatissima est. vt *vsura* pro *vsu*, *cursura* apud Plautum pro *cursu*, *curatura* pro *curatione* apud Ter. quo sane modo hic *sarsura* a *sarciendo* dicitur. Nam veteres *sarsum* et *sartum* dicebant. Peto igitur, inquit, vt sarcias et expleas membra omnia, quae ad hanc nutricationem pertinent. *Assura* autem assiduitas est et diligentia in nutricando, curando, habendo. nam

gallinis dic fodes *Merula:* tum de reliquis, fi quid idoneum fuerit, racemari [d] licebit. Igitur [e] funt gallinae quae vocantur, generum trium, villaticae, et [f] rufticae, et Afri-
2 canae. Gallinae villaticae funt, quas deinceps rure habent in villis. De his qui ὀρνιθοβοσκεῖον [g] inftituere volunt [h], iidem adhibita fcientia, ac cura, vt [i] capiant magnos fructus (vt maxime factitauerunt Deliaci) haec quinque maxime [k] animaduertant

d) *raciocinari P. ratiocinari a. V.* e) *Ille, ig. I. I-G.* f) *et* abeft *I. B. R.* g) *ornithobostion P. ornithonoftion Ienff. ornithonofcion B. R.* h) *vult, id eft adh. P. 1. vult vt adh. P. 2.* i) *vt* deeft *I. B. R.* k) *maxime om. I. I-G.*

nam *affae* nutrices dicuntur: quod fere femper affunt iis, quos nutriunt. Sic *affa* vox humana eft, non organica, quod ea femper nobis affit, non vt organica, quae non eft nobis femper praefto. Quibufdam in libris pro *farfura farfura* legitur a *farciendo*. nam veteres *farfum* et *fartum* dicebant. Septimius Florens contra Valentinianos: *fuiffe autem et in Chrifto fpiritalis feminis condimentum, ne marceffeeret fcilicet reliqua farfura.* Non eft autem ignotum gallinas farciri folitas: cum *fartores* apud Terentium reperiamus, qui ab antiquo critico exponuntur εἰλωταί. TVRN. 24, 22 Ludit. videtur in actionibus conducti locati fuiffe, *uti farfurae tecturae praeftaretur:* aut non multum diffimile: id eft, vt aliter in iifdem legibus dicitur, vt farta tecta infula aut aedes praeftarentur. Nam olim *farfum* pro *fartum*, vt *farfum* pro *fartum*. Ergo ludit κατ' ὑπόνοιαν, nam quod diceretur in lege conductionis *farturae tecturae*, ludens in auium lege dixit, *farfurae affurae*, vtpote cum aues ipfae ad affandum natae fint. Nam *affura*, quod prius diceretur *arfura*. Et quod dicimus nunc *affum*, prius erat *arfum*. Cum igitur tractatus de palumbis et gallinis hic defideraretur, vult hoc fartum fibi et integrum praeftari Axius. Sed veram lectionem, ni fallor, conficiemus, fi non *farfurae*, fed *farfurae*, legamus. Ita nihil dubii relinqueretur, nam *farfura*, quia de farciendis gallinis et palumbis fermo inftituitur. Quod autem *affuram* doctiffimus vir interpretatur affiduitatem, longe fallitur, cum eum fugiat analogiae ratio. Talia enim nomina a verbis, non a nominibus *vfura, curfura, pofitura. Farfuram* etiam inuenies apud eruditiffimum fcriptorem veterem Tertullianum, libro contra Valentinianos. SCALIG. Videtur legendum *Axius. Ego quae requiro farfurae membra. de palumbis ac gallinis. dic fodes Merula* etc. nam cum in VV. CC. fit *farturae*, vel *farfurae*, ex pofteriori voce fluxit mendum, *a fura.* VRSIN. Legendum videtur: *Axius: Ego quae requiro affaturae affae membra de palumbis, de gallinis dice fodes Merula.* Hunc locum vt fic interpretarer ab omnibus derelictum veteris fcripturae veftigiis inhaerendo, lucem mihi praebuit Apicius de re Culinaria 7, 5, vbi in titulo *Affaturae* legitur: *Affaturam affam a furno fimplicem fale plurimo confperfam cum melle inferes,* In quibus tamen abiicerem *fimplicem*; nam *affa* et *fimplex* idem: Nonius in voce *affa: Affum autem exiftimandum eft, vt in obfoniis fine pigmento faporis alieni quemadmodum merum folum dicitur: Et affa voce canere* videlicet fimplici modulamine veteres dicebant. Quapropter Axii fententia eft: Ego quae de palumbis membra fimpliciter affata requiro, dic de gallinis, Merula. PONTED. Sola, fateor, Victorii reuerentia me impediit, quo minus reuocata primarum editionum fide ponerem *farturae affurae*, quae ἀσυνδέτως vt multa alia pofuiffe puto Varronem. vid. ad Caton. 14, 4.

9, 1 RACEMARI) Ita emendaui: recte, vt opinor: modefte certe, et temperanter. Vetus enim lectio *Racimari:* antea *Ratiocinari*, incommode, nifi fallor, et infulfe legebatur. Verbum hoc quod reftitui, aliunde huc translatum eft, et a vindemia fumtum. nam *Racemationes* etiam ftudia eorum dicebantur, qui poft vindemiam factam relictos negligentia minutiores racemos colligerent: a Graecis ἐπιφυλλίδες racemi illi, quod foliis tecti fallerent facile, appellabantur. Id autem verbum etiam aptiffime lepidiffimus poeta ad aliam rem tranftulit in fabula, quam Βατράχους appellauit; ἐπιφυλλίδες ταῦτ' ἐστὶ καὶ στωμύλματα. VICTOR.

9, 1 QVAS DEINCEPS) Videtur legendum *quas omnes fere habent in villis*, vel potius, *quas fere omnes habent villae.* Nam ita Col. *Cohortalis* (fic appellat villaticam gallinam) *eft auis, quae vulgo per omnes fere confpicitur villas.* VRSIN.

9, 2 VT MAXIME FACTITAVERVNT DELIACI) Plin. libro 10 *Gallinas faginare Deliaci coepere.* Cic. Acad. 2 *Videfne vt in prouerbio fit ouorum inter fe fimilitudo? tamen hoc accepimus, Deli fuiffe complures faluis rebus illis, qui gallinas alere permultas quaeftus caufa folerent, hi, cum ouum infpexerant, quae id gallina peperiffet, dicere folebant.* Columella de gallinis: *Huius igitur villatici generis non fpernendus eft reditus, fi adhibeatur educandi fcientia, quam plerique Graecorum, et praecipue coluerunt Deliaci.* Apud Arbitrum, *Molles, veteres, Deliaci manu recifi. Recifos manu Deliaci*, vocat fpadones. Nam capones Deliaci manu caftrantur. *Deliacus* enim, vt aperte videmus, pro curatore gallinarum, vel potius *Deliacus* eft venaliciarius. Nam in Delo mancipia venum ibant. Strabo. SCAL.

9, 3 MA-

tant oportet: de emtione, cuiusmodi, et [l] quam multas parent. de foetura, quemadmodum admittant [m], et pariant. de ouis, quemadmodum incubent, et excudant [n]. de pullis, quemadmodum, et a quibus educentur. Hisce appendix adiicitur, pars [o] quinta, quemadmodum saginentur. E queis tribus generibus proprio nomine 3
vocantur foeminae, quae sunt villaticae, gallinae; mares galli; capi semimares, quod [p] sunt castrati. Gallos castrant, vt sint capi, candenti ferro inurentes ad [q] infima crura, vsque dum rumpatur [r]. at [s] quod extat vlcus, oblinunt [t] figlina creta. Qui 4
spectat vt ὀρνιθοβοσκεῖον perfectum habeat, sint [u] licet genera ei [x] tria paranda, maxime villaticas gallinas [y]. e queis in parando eligat [z] oportet [a] foecundas, plerumque rubicunda pluma, nigris pinnis, imparibus digitis, magnis capitibus, crista erecta, ampla [b]. hae enim ad partiones sunt aptiores. Gallos salaces; qui animaduertunt 5
si sunt lacertosi, rubenti crista, rostro breui, pleno [c], acuto, oculis rauis, aut nigris, palea rubra subalbicanti, collo vario, aut aureolo, feminibus pilosis, cruribus breuibus, vnguibus longis, caudis magnis, frequentibus pinnis. Item qui elati sunt, ac vociferant saepe, in certamine pertinaces, et qui animalia, quae nocent gallinis, non modo non pertimescant, sed etiam pro gallinis propugnent. Nec tamen sequen- 6
dum in seminio legendo Tanagricos [d], ac Medicos [e], et Chalcidicos, qui sine dubio sunt

l) *aut I. B. R.* m) *adnutriant I. B. R.* n) *excludant Heru.* o) *scilicet quae. Sa. pars V. I. B. R.* p) *qui sint I. B. R.* q) *calcaria ad I. I-G.* r) *rumpantur a. V.* s) *atque extet vlcus, quod Ba-G.* t) *illiniunt I. B. R. obliniunt I. I-G.* u) *sic P.* x) *ei* deest *I. B. R.* y) *oportet* add. *I. I-G.* z) *eligit Heru.* a) *oportet* deest *I. I-G.* b) *amplas P.* c) *pleno* deest *I. I-G.* d) *tam agricos Reg.* e) *melicos P. I. B. R.*

9, 3 MARES GALLI, SEMIMARES CAPI) Ita V. C. et ita Col. 8, 2 deinde legendum *Candenti ferro inurentes infima crura, vsque dum rumpantur; ac quod extat vlcus obliniunt figlina cera* ceteris omissis. Col. ibidem: *Ferro candente calcaribus inustis, quae cum ignea vi consumta sunt, facta vlcera dum consanescant, figulari cera linuntur.* Plin. 10, 24 *castrantur lumbis adustis candente ferro, aut imis cruribus.* Ex quibus locis potest etiam aliquo modo defendi recepta scriptura, licet ea, quam reposuimus, magis accedat ad VV. CC. in quibus non est *calcaria*, sed legunt, *ac quod extat vlcus, oblinunt figulina cera.* VRSIN. Nescio quam *ceram* figulinam dicat Vrsinus, pro *creta*. Vid. Colum. 8, 2, 3.

9, 4 SINT LICET GENERA) Locus inquinatus. Ita legendus est: *qui spectat, vt ὀρνιθοβοσκεῖον perfectum habeat, scilicet ei genera tria parandum, maxime villaticas gallinas, E quis* etc. Iam luce clarior hic locus. SCAL. Ex vestigiis veteris scripturae videtur legendum: *sint licet genera tria, parandum tamen villaticas gallinas, e queis eligat oportet fecundas.* Sic infra, *Nec tamen sequendum in seminio legendo Tanagraeos ac Chalcidicos,* VRSIN. Scaligeranae emendationi fauet Pol. *sic licet.* itaque puto verissimam.

9, 4 ERECTA) vid. leg. *recta.* Col. 8, 2 *rectis rutilisque cristis.* Sed in Geop. est: τόν τε λόφον ἐπηρμένον καὶ πρὸς ὀχείας κρείττους εἰσί. quod Varro dixit, *ad partiones sunt aptiores.* deinde in V. C. est: *gallos salaces, quod animaduertunt.* VRSIN.

9, 5 GALLOS SALACES) *Gallos salaces,* intelligendum, eligat oportet, et legendum *animaduertuntur.*

9, 6 RVBRA, SVBALB.) Eleganter hoc Graecus interpres, γένειον ῥοδίζον. SCALIG.

9, 6 TANAGRICOS, ET MEDICOS) In antiquis libris *Medicos*, corrupte: quem errorem in suae etiam aetatis imperitis hominibus refellit Columella. cum enim et ipse de diuersis generibus gallinarum ageret, inquit, *Et Medicum, quod ab imperito vulgo, litera mutata, Melicum appellatur.* Hoc etiam ante illum fecerat Varro. nam infra et ipse falso gallinas ita appellatas ostendit. Sex. tamen Pompeius multitudinis consuetudinem non contempsit, et verbum id suo loco agnouit. *Melicae*, inquit, *gallinae quod in Media id genus auium corporis amplissimi fiat, L litera, pro D substituta. Quemadmodum etiam in Gallia nunc cisalpina Melica pro Medica appellatur, qua ad boues saginandos vtuntur: vnde etiam apud nos id genus frugis Sagina appellatum est.* Aliam tamen ab hac Medicam veterum fuisse, manifestum est. nomen tantum ipsius in Italia conseruatum, ipsa periit: et id etiam aliae frugi attributum, quae et noua in hac terra est, et defectum illius supplet. non tamen omni pecori, cui antiqua, vtilis est. nam equi etiam illa alebantur, vt Aristophanes Equitibus (ita enim

fabulam

funt pulchri, et ad praeliandum inter fe maxime idonei, fed ad partus funt fteriliores. Si ducentas [f] alere velis, locus feptus attribuendus, in quo duae caueae coniunctae magnae conftituendae, quae fpectent ad exorientem verfus, vtraeque in longitudinem circiter decem pedes [g], latitudine dimidio minores, [quam [h] in] altitudine paullo humiliores. vtraque [i] feneftra lata tripedali, et eo pede altiores e viminibus factae raris, ita vt lumen praebeant multum, neque per eas quidquam ire
7 intro poffit, quae [k] nocere folent gallinis. Inter duas oftium fit, qua gallinarius, curator earum, ire poffit. In caueis crebrae perticae traiectae fint, vt omnes fuftinere poffint gallinas. Contra fingulas perticas in pariete exfculpta [l] fint cubilia earum. ante [m] fit (vt dixi) veftibulum feptum, in quo diurno tempore effe poffint, atque in puluere volutari. Praeterea fit cella grandis, in qua curator habitet, ita vt in parietibus circum omnia plena [n] fint cubilia gallinarum, aut exfculpta, aut affixa
8 firmiter. motus enim cum incubant [o] nocet. In cubilibus, cum parturient, acus fubfternendum [p]. cum pepererunt [q], tollere fubftramen, et recens aliud fubiicere, quod pulices et caetera nafci folent, quae gallinam conquiefcere non patiuntur; ob

quam

f) *ducentos I. B. R.* g) *pedum P.* h) *quam in* omitt. *I. I-G.* i) *Vtrisque feneftrae latitudine I. I-G* k) *quod noc. folet a. V.* l) *exclufa P.* m) *aut I. B. R.* n) *pofita I. I-G.* o) *incubat I. B. R.* p) *fubfternenda P.* q) *pepererint a. V.*

fabulam appellauit) oftendit: cum enim equos ipforum laudaret, inquit, alio genere cibi illos vti ac caeteri equi faciant ἴδιον δὲ παγέως ἀντὶ πόας Μηδικῆς. VICTOR. Add. quae dicimus ad f. 19 Tanagra vrbs erat Boeotiae. Stephanus: Τανάγρα πόλις Βοιωτίας, ἣν Ὅμηρος Γραῖαν καλεῖ, διὰ τὸ πλησίον εἶναι. Meminit quoque Plinius 10, 21 vbi vide Harduinum. De Medicis euolue, quae habet Salmafius ad Solinum c. 40 p. 612. SCHOETTG.

9, 6 IN QVO DVAE CAVEAE) Crefcentius, qui 9, 86 hunc locum defcripfit, *caueae*, inquit, h. e. *manfiones*. Idem etiam p. p. quaedam mutat, ita, *latitudine paullo minores, in altitudine paullo humiliores.* Et fane cum τὴν *quam* et *in* aliae etiam omittant, credo non male abeffe vtramque vocem.

9, 6 IN ALTITVDINE) Scribe *altitudinem*. SCALIG.

9, 6 LATA TRIPEDALI) Multo concinnior eft lectio altera, quam propofuimus. Si enim concoquas etiam prius incifum; quomodo refpondet deinde *altiores factae*. Sed veremur fcilicet deferere Victorium.

9, 7 GALLINARIVS CVRATOR EARVM) Sine dubio duae poftremae voces funt interpretamentum prioris. Nam *Gallinarius* eft gallinarum curator, vt *mellarius* apum, infra. fed huc irrepferunt ex margine, vbi erat appofitum ftudiofi annotamentum: qui videbat alibi curatorem vocari. SCAL. *Gallinarius* gloffema eft. Col. vocat *auiarium* eum, qui Varroni eft *curator*. In VV. CC. eft tantum, *qua gallinarius earum ire* etc. VRSIN. Si gloffema eft alterutrum, vt videtur duumuiris, quorum verba legifti, lector, antiquum fane eft, et lectum etiam Crefcentio. neque etiam abhorrere videtur a Varronis verbofitate.

9, 7 IN PARIETE EXSCVLPTA) Duo leguntur in Mff Codd. quae non recepi. *Exclufa* enim hic, non *exfculpta* habent: nec multo poft, vbi excufi, *pofita fint cubilia*, in iisdem, *plena fint*. VICTOR. Cato: *Foramina longa* P. III. S. *exculpta digitos* VI. Reclamant tamen veteres libri, in quibus non *exculpta*, fed *exclufa* legitur. Sed perperam, vt puto. Sane Graecus interpres, cum haec verteret, neutro vfus eft: ἐν δὲ τοῖς τοίχοις τὰς νοσσιὰς κατασκευάσομεν εἰς τὸ αὐτὰς ἐν αὐταῖς τίκτειν. SCALIG. Col 8, 3 habet *excifa*. *Nam ita craffos*, ait, *parietes aedificare conuenit, vt excifa per ordinem gallinarum cubilia recipiant.* Atque huius lectionis in V. V. C. C. Varronis extat aliquod veftigium. Cato tamen legit *exculpta*. Deinde apud Varronem permutatis cafibus fic legenda quae fequuntur: *Ita vt in parietibus circum omnia plena fint, cubilibus gallinarum aut excifis aut affixis.* VRSIN.

9, 8 CVM PARTVRIENT) h. e. incipient parere oua poft excludenda. ita ftatim, *cum pepererunt*, intelligitur, fatis ouorum, vt iam incubare incipiant.

9, 8 ACVS SVBSTERNENDVM) Feftus Pompeius hunc locum ita recitat, *Acus fubfternendum parturientibus*. Similiter Prifcianus 5 *Acus fubfternendum gallinis parturientibus:* fed pofteriora duo verba neque in antiquis Varronis libris extant, neque habere locum vllum poffunt. Vterque ex hoc eodem libro aliud teftimonium adfert, *Acus in area excutitur*, quod tamen hic nufquam apparet. POPMA.

9, 8 AVT

quam rem oua aut inaequabiliter [r] maturescunt, aut consenescunt. Quae velis incubet, negant plus x x v oportere oua incubare, quamuis propter foecunditatem pepererit plura. Optimum esse partum aequinoctio verno, ad [s] autumnale. Itaque 9
quae ante [t] aut post [u] nata sunt, et etiam prima eo tempore, non supponenda: et ea quae subiiciat [x], potius vetulis [y], quam pullastris [z], et quae [a] rostra aut vngues non habeant acutos, quae debent potius in concipiendo occupatae esse, quam incubando. Appositissimae [b] ad partum sunt anniculae, aut bimae. Si oua gallinis pauonina [c] 10
subiicies [d], cum iam decem dies pauonina [e] fouere coepit, tum [f] denique gallinacea subiicere, vt vna excudant [g]. Gallinaceis enim pullis bis deni dies opus sunt, pauoninis ter noueni. Eas includere oportet, vt diem et noctem incubent, praeter quam a mane [h] et vespere, dum cibus ac potio [i] his [k] detur. Curator oportet circumeat 11
diebus

r) *inaequaliter I. B. R.* s) *Ab austunnali it. I. B. R. aut autumnali Ba-G.* t) *antea I. B. R.* u) *postea I. I-G.* x) *subiicias* ante Commel. omnes. y) *e vet. quam e I. I-G.* z) *pullistris P. 1. pullitris P. 2.* a) *quibus subiicias ro. I. I-G.* b) *Aptissimae I. B. R.* c) *pauonia H. A. Gr. G.* d) *subiicias P.* e) *pauonia H. A. Gr. G.* f) *gallinacea tum denique I. B. R.* g) *excudat P.* h) *mane I. I-G.* i) *potus I. B. R.* k) *is P.*

9, 8 AVT CONSENESCVNT) Interpretatur Cresc. *corrumpuntur*: recurrit mox §. 14.

9, 8 PLVS XXV) Eadem Plin. 10, 53. SCHOETTG.

9, 9 AEQVINOCTIO) Videtur legendum *ab aequ. v. ad autumnale.* Videtur autem hic aliquid deesse, nam duo tempora designantur, vnum ad partum a Fauonio ad aequinoctium: alterum ad incubationem ipso aequinoctio verno, vt colligitur ex Geoponicis, in quibus ita hic Varronis locus expressus est: *Δεῖ δὲ ὑποτίθεσθαι τὰ ᾠὰ, μάλιστα ἀπὸ ζεφύρου πνοῆς τικτόμενα μέχρι μετοπωρινῆς ἰσημερίας. τὰ δὲ πρὸ τούτου τοῦ καιροῦ ἢ μετὰ ταῦτα τικτόμενα, καὶ τὰ πρωτότοκα πάντα, οὐχ ὑποθετέον. ἄγονα γὰρ καὶ ἀτελέστερα γίνονται. ὥρα δὲ ἀρίστη πρὸς τὸ ὑποτεθῆναι τὰ ᾠὰ ἡ τοῦ ἔαρος ἰσημερία.* VRSIN. Cresc. 9, 86 *Optimum esse partum ab aequinoctio verno ad autumnale.* PONTED.

9, 9 POTIVS VETVLIS, QVAM PVLLASTRIS, ET QVAE ROSTRA AVT VNGVES) In excusis ante aliter legebatur, ipse ope vetustorum codicum ita emendaui. in priore lectione duo praecipiebantur, vt oua vetulis gallinis, non pullastris, edita legerentur: et vt vetulis item gallinis supponerentur. in posteriore hac alterum tantum, vt vetulis subiiciantur: et quae rostra et vngues non habent acutos. Vnum tamen est in vetere scriptura, quod maculosum deprauatumque olim iudicatum est: notam enim adpositam habet. *Pullitris* autem id est, quod pro *pullastris* in antiquo scriptum est. VICTOR. E veteris scripturae, quae *pullitris* habet, reliquiis mendosis et naeuosis coniicio legendum *pullinis.* Nam a *pullo pullinus* deducitur; nosque hoc nomen in vernacula retinemus lingua; quippe pullos equinos *pullinos* appellamus: vt a pullicie *pullicinos* apud historicos reperimus: quod et nomen nostra retinet lingua expressum. nam pullos gallinaceos *pullicinos* vocamus. TVRN. 19, 28. Vetus lectio, *pullitris.* quod verum est. Nam *pullastrae* non ad aetatem refertur, sed ad magnitudinem. *Pullastri* enim in genere gallinaceo, qui pumiliones in hominibus. *Pullitra* autem, vel *pulletra* (nam vtroque modo scribebant) est quae adhuc effoeta non est. Sic a *porca porcetra*, quae non multum peperit: et opponitur scrofae, quae multum peperit, vt est apud Gellium. Quin mecum facit Graecus Varronis interpres, *δεῖ δὲ ὑποτίθεσθαι ταῖς πρεσβυτέραις, οὐ ταῖς ἀκμαζούσαις, καὶ τίκτειν δυναμέναις.* Itaque parum hactenus intellectus fuerat hic locus, qui tamen non parui momenti erat. Nam quod doctissimus vir *pullinos* legendum censet, nulla neque linguae Latinae analogia, neque sententiae congruentia, mihi non persuadet. An, si lingua Gallica vernacula hoc habet, propterea crediderim et in Latinam recipiendum? Minime gentium. SCALIG. Vetus Codex habet *pullicis.* In Geopon. ita: *Δεῖ δὲ ὑποτίθεσθαι ταῖς πρεσβυτέραις οὐ ταῖς ἀκμαζούσαις, καὶ τίκτειν δυναμέναις. ἐπιτηδειόταται γὰρ πρὸς νεοττείαν εἰσὶν αἱ ἐνιαύσιαι, μάλιστα δὲ αἱ διετεῖς.* VRSIN. Nemo Latinum et Varronianum *pullastris* mihi persuadebit, cum in antiquissimis et fidelissimis libris sit *pullitris.* PONT.

9, 9 QVAE DEBENT POTIVS) Quae, illae scilicet, quae rostra aut vngues habent acutos. His enim non supponenda sunt oua, quia ea perforant, vt docet Florent. Geop. 14, 7. SCHOETTG. Post verba *in concipiendo ἐγκύμονα* addit Cresc. *et ouando.*

9, 10 FOVERE COEPIT) Syntaxis postulat *coeperunt.* sed per syllepsin potest excusari.

9, 10 TER NOVENI) Ita scribendum esse monet TVRN. 8, 8 pr. sed non noui, qui aliter.

9, 10 PRAETERQVAM A MANE) In Geop. *πρωῒ δὲ καὶ δείλης ἀναστατέον* videtur legendum *datur.* Item: *ac vertat oua.* Nam in Geop. est: *μεταστρεφέτω τὰ ᾠά.* VRSIN.

 9, 11 AC

diebus interpositis aliquot, ac vertere oua, vti aequabiliter concalefiant. Oua plena sint, atque vtilia, necne? animaduerti aiunt posse, si demiseris in aquam. quod inane, natat [l]; plenum, desidit [m]. Qui (vt hoc intelligant) concutiant [n], errare, quod in [o] eis vitales [p] venas confundant [q]. In iis [r] idem aiunt, cum ad lumen sustuleris,
12 quod perluceat [s], id esse ob inane. Qui haec volunt diutius seruare [t], perfricant sale minuto, aut muria, tres [u] aut quatuor horas; eaque abluta condunt [x] in furfures, aut acus. In supponendo oua obseruant, vt sint numero imparia. Oua, quae incubantur, habeantne [y] semen pulli, curator quatriduo, postquam incubari [z] coepit [a], intelligere potest, si contra lumen tenuit, et purum vniusmodi esse animaduertit [b],
13 putant eiiciendum, et aliud subiiciendum. Excusos [c] pullos subducendum ex singulis nidis, et subiiciendum ei, quae habeat paucos. ab eaque, si reliqua sint oua pauciora, tollenda, et subiicienda aliis, quae nondum excuderunt [d], et minus habent xxx pullos. hoc enim gregem maiorem non faciendum. Obiiciendum pullis diebus xv primis mane subiecto puluere (ne rostris noceat terra dura) polentam mixtam

l) *natet P.* m) *desedit I. B. R.* n) *concutiunt a. V.* o) *inanes* iunct. *I. B. R.* p) *venales H.* q) *confundunt a. V.* r) *iisdem I. B. R.* s) *perlucet a. V.* t) *seruari P.* u) *atque ita siunt tres etc. I. I-G.* x) *condiunt I. B. R. condiant P.* y) *si habeant in se semen a. V.* z) *incubare I. B. R.* a) *coeperit I. I-G.* b) *animaduerterit I. I-G.* c) *Excusos* ante Commel. omnes. d) *excuderint I. I-G.*

9, 11 AC VERTERE OVA) Commodius Cresc. *vertat.* si *vertere* retinendum, intelligamus *oportet eum ἀπὸ τοῦ κοινοῦ.*

9, 11 QVOD IN EIS VITALES VENAS etc.) Omne etiam paruum mendum tollere cupimus, nec aliquam tam pusillam labem esse credimus, quae in tam polito scriptore molesta non sit. Antiqua igitur lectio, *Quod inanes vitales* etc. corrupta illa quidem manifesto: animaduertant tamen studiosi, an verba, quae excusi habent, (*in eis,* inquam) vacent, et ab aliquo correctore reposita sint, qui depravatam vocem *Inanes* restituere concupiuerit. Potuit enim imprudentia librarius labi: et cum superior perioche ab eodem verbo incipiat, ac post id, *Inane* habeat, dum se credidit hanc exscribere, primam illius partem exscripsisse: postea errore cognito id delere non curasse. VICTOR. Veteres libri: *Quod inanes vitales venas.* Scribo, *Quod inas vitales confundant.* Nam τὸ *venas* est glossema, quo quid sit *ina*, exponebat studiosus lector. Inae apud Latinos sunt ἶνες, hoc est, subtilissimae intercursantes venae: quales in chartis veterum, et aliquando in nostris. Festus: *Ilia dicta ab ina, quae pars chartae est tenuissima.* Marcellus Empiricus capite XXXI, *Ad vlcera in vno facta chartae combustae, seu inarum eius drachm* 1. Quippe inae sunt minuta filamenta fibrarum, quae in illis videntur. Neque dubium quin ita legendum sit. *Inas* autem *vitales* in ouis elegantissime, vt alia, Graecus interpres vertit τὸ ἰνῶδες καὶ γόνιμον. SCALIG. Videtur legendum ex vestigiis antiquae lectionis: *quod animales vitales venas* etc. Plin. 10, 54 *Concussi vero experimento vetant, quoniam non gignant confusis vitalibus venis.* et in Geop. ἵνα μὴ διαφθαρῇ τὸ ἐν αὐτοῖς ζωτικόν, qui tamen locus videtur vulgatam lectionem tueri. VRSIN. Cum Scaligero facit Salmasius ad Solinum c. 30 p. 278 quem vide. SCHOETTG. Lectio antiqua, et, si quid in hac re video, Varroniana, a plerisque in dubium reuocatur. Quis tamen ignorat vasa in suis primordiis esse animantibus inania, quod ipsa prius explicantur, deinde humor per ea impellitur; et quae inania, infirmiora esse, ac facilius confundi quam succi plena. PONTED. Vocem *ina* etiam Plinio restituit 13, 12 s. 25 Salmasius ad Vopisci Firmum c. 3. vbi Harduinus *taeniam* habet.

9, 11 IDEM AIVNT) Videtur legendum *iidem.* Hic autem locus in Geop. ita expressus est: ἐὰν μὲν γάρ τι φαίνηται διατρέχειν ἰνῶδες καὶ ὕφαιμον, ἴσθι γόνιμον τὸ ᾠόν· ἐὰν δὲ διαφανὲς εἴη, ὡς ἄγονον ἐκβλητέον, ἀντὶ δὲ αὐτοῦ ἕτερα ὑποθετέον. VRSIN. TVRN. 8, 8 legit *iidem.* Possis etiam legere *item.* Sed optimum forte fuerit sequi primas editiones *in iisdem* h. e. de iisdem.

9, 11 ESSE OB INANE) Coniunge *obinane,* ὑπόκενον. SCALIG. Ego interpretabar Varronem dicere, quod perluceat, *id esse* vel fieri *ob inane,* h. e. propterea quod ouum sit inane.

9, 12 DIVTIVS SERVARE) Vide Leontium Geop. 14, 11. C. 8, 6. SCHOETTG.

9, 13 PAVCIORA) Haec vox videtur abundare, nec est in Geop. VRSIN.

9, 13 ET MINVS HABENT) in Geop. est: τῇ δὲ ὀλίγα ἐχούσῃ τριάκοντα μόνα ἐκβλητέον νεοττούς. IDEM.

9, 13, ET

tam cum nasturtii semine, et aqua aliquanto ante facta intrita, ne[e] tum[f] denique[g] in eorum corpore turgescat. aqua prohibendum. Quando[h] de clunibus coeperint 14
habere pinnas, e capite, et[i] e[k] collo eorum crebro eligendi pedes. saepe enim propter eos consenescunt. Circum caueas eorum incendendum cornum[l] ceruinum, ne quae[m] serpens accedat: quarum bestiarum ex odore solent interire. Prodigendi[n] in solem et in[o] sterquilinium, vt [se][p] volutare[q] possint, quod ita alibiliores[r] fiunt. neque pullos tantum[s], sed omne ὀρνιθοβοσκεῖον[t], cum aestate, tum vtique 15
cum tempestas sit[u] mollis, atque[x] apricum[y]; intento supra rete, quod prohibeat eas extra septa euolare[z], et in eas inuolare extrinsecus accipitrem, aut quid aliud; euitantem[a] caldorem et frigus[b], quod vtrumque his aduersum. Cum iam pinnas habebunt, consuefaciendum, vt vnam aut duas sectentur gallinas, ceterae vt potius ad pariendum sint expeditae, quam in nutricatu occupatae. Incubare oportet inci- 16
pere secundum nouam lunam, quod fere quae ante, pleraque non succedunt. Diebus

e) *et ne I. I-G.* f) *tunc. I. B. R.* g) *deinde H. A. Gr. G.* h) *Qua P.* i) *et* om. *P.* k) *e* om. *I. B. R.* l) *cornu a. V. cornum P.* m) *qua P.* n) *Prodigendae in sole P. Prodigere deinde solens in I. B. R.* o) *in* om. *I. I-G.* p) *se* deest *I. B. R.* q) *volitare P.* r) *alibiliora I. B. R.* s) *tantum* deest *I. B. R.* t) *ornitoneostion I. B. R.* u) *est, molle I. I-G.* x) *atque in I. B. R.* y) *eligi debet* inf. *I. I-G.* z) *volare a. V.* a) *Euitare item a. V.* b) *oportet* add. *I. I-G.*

9, 13 ET AQVA ALIQVANTO) In Geop. locus hic non ita emendatus circumfertur, vt ex eo Varronis verba corrigi possint, quae certe, vt habentur in exemplaribus, non videntur vacare mendo. Ita enim legitur in Geop. 14, 9 *τροφὴν δὲ πρῶτον λαμβάνουσιν ἡμέρας δ΄ ἄλφιτα μετὰ καρδάμου σπέρματος σὺν οἴνῳ βραχέντα μεθ᾽ ὕδατος ἢ - - - - καὶ ἑψηθέντας.* Consulendi igitur emendatiores codices Mss. in quibus ita hic locus habetur: *σὺν οἴνῳ βραχέντα ὕδατι. ὑποθυμιάσθω δὲ καὶ ὄνυξ ἐκ τῶν ἀποδιωκόντων τὰ ἑρπετὰ μέχρι μ΄ ἡμερῶν* et cetera, quae habentur infra, ex hoc loco, vt videtur, translata. Nam ad ea respexit Varro, cum subdit: *Circum caueas eorum incendendum cornu ceruinum, ne qua serpens accedat, quarum bestiarum ex odore solent interire.* VRSIN. Ita nunc edidit h. l. Needhamus: et ita in libris antiquis inuenit M. Gudius. Caeterum legendum videbatur *et aqua ante factam intritam* vel *ex aqua antea facta intrita.* GESN. An: *et aqua aliquanto ante farre intrita.* Ita Col. 8. 5 de pullis gallinaceis nutriendis praecepit: *Post haec cauea cum matre claudendi sunt, et farre hordeaceo cum aqua incocto, vel adoreo farre vino resperso modice alendi.* PONTED.

9, 14 QVANDO DE CLVNIBVS) Videtur legendum *quom coeperint habere pinnas, eae de clunibus euellendae.* Col. 8, 5 *Plumulaeque sub cauda clunibus detrahendae, ne stercore coinquinatae durescant.* VRSIN.

9, 14 CORNVM CERVINVM) De virtutibus cornu ceruini conf. Th. Bartholinum de vnicornu c. 33 qui h. l. legendum censet: *ne qua serpens accedat.* suffragatur, vt vidimus, illi codex Mediceus. de *cornum* v. Ind.

9, 14 PRODIGENDI) Legendum ex vestigiis antiquae scripturae: *prodigere solens in sterquilinium, vt se volutare possint,* vel *vbi se.* Nam supra dixit: *Atque in puluere volutari.* VRSIN.

9, 14 VT SE VOLVTARE POSSINT, etc.) Antiqua lectio diuersa receptam tamen retinui, quae commoda est, et omni vitio caret. neque tamen ob id etiam vetus repudiari potest. *Vt volutare possint.* Communem adiuuat Columella, qui puluerem et cinerem, vbi gallinae degunt, reponi debere docet, idque sententia Heracliti Ephesii confirmat: Veterem Varro ipse, qui sine puluere, aerem ipsum apertum columbas reficere posse tradit: *Libero aere, cum exierint in agros, redintegrentur.* Quod enim columbis prodest, gallinas etiam adiuuare verisimile est. VICTOR. Vetus scriptura, *vt volitare possint.* Quae lectio nihil aliud quam prae se fert legendum esse, *Vt volutare possint.* hoc est [illegible] vt, *mare mutat*, non *mutatur. mare turbat*, non *turbatur.* Sed totus locus ita legendus: *Prodigendum in solem, et in sterquilinium, vt volutare possint, quod ita alibiliores fiunt: neque pullos tantum,* etc. hoc est, Neque pullos tantum prodigendum nam perperam legebatur *Prodigendi.* In qua cosuetudine loquendi semper in his libris caecutiunt librarii. nam et id sequens accusatiuus probat, *Euitantem caldorem.* Prodigendum euitantem caldorem: qui est Graecismus notissimus, *προσυπακουομένου εὐλαβούμενον τὸ καῦμα* vel *τὸν καύσωνα.* SCALIG. Graeca ista non legebantur in primis editionibus: ne quis ea nos de nostro adiecisse putet, sunt in Durdrechtana.

9, 15 EVITANTEM CALDOREM) Videtur legendum ex V. C. *Euitandum caldorem* etc. Col. *Nec calorem nec frigus sustinent.* VRSIN.

 9, 16 VIL-

bus fere x x excudunt. De quibus [c] villaticis (quoniam vel nimium dictum) bre-
vitate reliqua compensabo, Gallinae rusticae sunt in vrbe rarae, nec fere [d] mansue-
tae sine cauea videntur Romae, similes facie non his villaticis gallinis nostris, sed
17 Africanis, aspectu ac facie incontaminata [e]. In ornatibus publicis solent poni cum
psittacis [f], ac merulis albis, item aliis id genus rebus inusitatis. Neque fere [g] in
villis oua, ac pullos faciunt, sed in siluis. Ab his gallinis dicitur insula Gallinaria
appella-

c) quid si leg. *auibus?* d) *ferae. Men. I. B. R.* e) *incontaminatae P.* f) *psitacis a. V.* g) *ferae I. B. R.*

9, 16 VILLATICIS) Haec vox, item *appellata* p. p. abundant. VRSIN.

9, 16 GALLINAE RVSTICAE) vid. Col. 8, 2, 2 *Attagenas* vult esse Salmas. ad Solin. p. 105. Buchnerus adscripserat, *Phasianam* videri. Recte, credo: Schoettgenius eam, quae nostris dicitur *Haselhuhn*.

9, 16 SIMILES FACIE NON HIS VILLATICIS GALLINIS NOSTRIS) Atqui contra Columella ait similes villaticis, cum tamen sermonem de gallinis per omnia a Varrone mutuatus sit. *Rustica*, inquit, *quae non dissimilis villaticae, per aucupem decipitur.* Sed ἔλλειψις ἀρχαϊκή. *Similes facie non his villaticis.* hoc est, non solum his villaticis. Nam ita locutos esse veteres, iam doctissimi nostri temporis annotarunt. Et nos scimus illam non solum simimilem Numidicae, seu Africanae, quam Franci vocant *Gallinam Guineae*, sed etiam et nostratibus villaticis. Hoc vnum excipio, quod Numidicae gibberosae sint. SCAL.

9, 16 NON HIS VILLATICIS) Id est, vt diximus, non solum his villaticis, Vlpian. l. inuitum D. de seruit. vrb. praed. *Inuitum autem in seruitutibus accipere debemus, non eum qui contra dicit, sed eum qui non consentit.* Et aliis locis in Pandectis, vt annotatur a doctissimo Antonio Augustino. IDEM. Gallinae rusticae similes sunt villaticis, vt Columella etiam tradit. itaque hic est ellipsis, *non his*, pro *non solum his:* cuius exempla apud optimos autores multa reperiuntur: vel negatio redundat, qua inducta sensus omnino melior efficitur; Rusticae gallinae, inquit, similes facie villaticis, sed Africanis aspectu. Facies hic est amplitudo, et statura corporis, vt Pacuuius Niptris: *Feroci ingenio, facie procera virum*, Plautus Poenulo: *Sed earum nutrix qua sit facie mihi expedi: Statura non magna, corpore aquilo ipsa est.* POPMA.

9, 16 SED AFRICANIS, ASPECTV AC FACIE INCONTAMINATA) Non solum deprauata haec sunt, sed et multa ab importunis correctoribus addita. nam cum iam dixerit, *similes facie*, quid hic sibi vult, *aspectu ac facie incontaminata?* quae pulcherrima sunt, quare eas vocat, *contaminata facie*, vt habent veteres editiones? aut quid sibi vult *incontaminata*, vt habet Victoriana editio? Sed nolumus his dubitationibus frustra tempus conterere. Scimus enim ita Varronem scripsisse: *Gallinae rusticae sunt in vrbe rarae: nec fere mansuetae sine cauea videntur Romae: similes facie non his villaticis gallinis nostris sed Africanis.* Vltima duo, *aspectu ac facie*, adtitia sunt: vt postea videbimus. SCAL.

9, 16 INCONTAMINATA) Ex hac voce *incontaminata*, quae plane est totius sententiae contaminatio, nihil, puto, sani elicere possis. Nam illa, *aspectu ac facie*, procul dubio irreptitia sunt. Quid enim eis opus, cum iam dixerit, *similes facie?* Atqui tota sententia ita concepta fuit a Varrone: *Gallinae rusticae sunt in vrbe rarae: nec fere mansuetae sine cauea videntur Romae: similes facie, non his villaticis gallinis nostris, sed Africanis. In conto miniato in ornatibus publicis solent poni cum psittacis.* Nam quaecunque a magistratu populo exhibebantur, ea miniari solita esse, ex veterum monimentis cognoscimus. Non solum enim conti, aut perticae, quibus imponebantur aues rarae et peregrinae, miniabantur, sed et aues ipsae. In vita Gordianorum ita legimus: *Struthiocameli Mauri miniati exhibiti munere Circensi.* Sic plerique apparatus aedilitii miniabantur: sic triumphantes minio illinebantur: sic triumphans Camillus vrbem ingressus est. Inter raras igitur aues et gallinae rusticae ponebantur, in apperatu spectaculorum ab Aedilibus. Vt pessimo flagitio correctores *in conto miniato*, mutarint in illam prodigiosam sententiam, *incontaminata.* Neque hoc contenti, illa duo de suo addiderint, quae praecedunt, *aspectu ac facie:* scilicet quo commentum suum commendarent. Fortasse melius feceris, si tres illas voces sustuleris, *aspectu ac facie* incontaminata. SCALIG. Haec est omnium antiquorum codicum lectio. deprauata illa quidem, sed aliqua tamen retinens verae lectionis vestigia. Sic enim fortean legendum: *aspectu ac falce in cono amentata.* Africanae gallinae capite gerunt galeam, Numidicae quidem rutilam, Meleagrides autem caeruleam, autore Columella. In summitate galeae prominet conus, super quem cristae ponuntur: sed Africanae in eo cono habent quasi falcem, quam incuruatam demittunt, et rursus attrahunt, atque erigunt velut hastam, aut iaculum amentatum, vt videre est in his peregrinis gallinis, quas vulgus Chalcidices

appellata [h], quae est in mari Thusco [i] secundum Italiam contra montes Liguſticos [k], Intemelium [l], Albium Ingaunum. alii [m] ab his villaticis inuectis a nautis, ibi feris factis procreatis. Gallinae Africanae ſunt grandes, variae, gibberae [n], quas μελεαγρί- 18
δας [o] appellant Graeci. Hae [p] nouiſſimae in triclinium ganearium [q] introierunt e culina,

h) *appellata* deest *I. B. R.* i) *tuſco P.* k) *liguſcos P.* l) *intiminium ablumingaunum P. vintimilium albumingaunium I. B. R. vintimillium albingaunium I. I-G.* m) *aliis I. B. R.* n) *gilberiae I. B. R.* o) *meleagridas P. meleagrides I. B. R.* p) *Haec P.* q) *genanium P. genanium I. B. R.*

cas vocat. Duabus ergo rebus ruſticae ſimiles Africanis, et aſpectu ſcilicet, et falce in cono amentata. POPMA.

9, 17 IN MARI TVSCO) Scribendum eſt *in mare*, vt docet Chariſius Varronem vti ſolere. PONTED.

9, 17 MONTES LIGVSTICOS) Hic quoque V. V. C. C. habent *Liguſcos.* deinde legendum *Vintimilium Albingaunium a villaticis inuectis* etc. Tac. 18 habet *Albintimilium.* Ptolem. Ἄλβιον Ἰντεμέλιον Strabo et Plin. *Albium intemelium.* VESIN.

9, 17 INTEMELIVM ALBVM) Vetus lectio eſt: *Intiminium, Album, Ingaunum.* Nam *Vintimilium*, quod antea in excuſis erat, manifeſto corruptum. Quamuis enim nunc vulgo oppidum ea in regione ita adpelletur, deprauatum id vocabulum eſt, ac veſtigia tantum retinet priſci nominis. *Intemelium* Strabo vocat, ac *Intemelios* populos, quos etiam Caelius in epiſtola ad Ciceronem appellat. Pro *Album Ingaunum:* fortaſſe *Albingaunum*, legendum. VICTOR. *Album Ingaunum* ſcribitur ſine interpoſito commate etiam apud Plinium 3, 5, ſed contrahitur etiam *Albingaunum* et *Albigaunum* apud Melam 2, 4, 99. SCHOETTG.

9, 18 GIBBERAE, QVAS MELEAGRIDAS APPELLANT) Falſum. aliae ſunt *gibberae Numidicae*, aliae, *Meleagrides. Gibberae Numidicae* ſunt, quas nos Galli *Pullas Guineas* dicimus. *Meleagrides* notum eſt eſſe noſtras *gallinas Indicas*, vt vulgo loquimur. Quin et Columella ipſe diſtinguit his verbis: *Africana eſt quam plerique Numidicam dicunt, Meleagridi ſimilis, niſi quod rutilam galeam et criſtam capite gerit, quae vtraque ſunt in Meleagride caerulea.* Nuſquam factum igitur vt eadem eſſet Africana cum Meleagride. et ſane verum eſt. nam mendum tantum hic in interpunctione: cum ita ſcripſerit Varro: *Gallinae Africanae ſunt grandes, variae, gibberae. Quas Meleagridas appellant Graeci, hae nouiſſimae in triclinium* etc. SCALIG. Meleagrides ſunt gallinae Africanae, variae et gibberae, vt autor eſt Varro, et Plin. 10, 26 *Simili modo*, inquit, *pugnant Meleagrides in Boeotia. Africae hoc eſt gallinarum genus gibberum, variis ſparſum plumis: quae nouiſſimae ſunt peregrinarum auium in menſas receptae, propter ingratum virus.* Col. 8 aliam ab his facit Africanam, quam Numidicam appellat, ſed colore tantum diuerſam. POPMA.

Salmaſius ad Sol. c. 40 p. 611 conſentit quidem cum Scaligero, falſum eſſe Varronem, quod Africanas gallinas cum Meleagridibus confundat, ſed eius tamen emendationem et interpunctionem non adprobat. Nam ipſe Varro verbis p. p. ſequentibus de tribus generibus loquitur, non de quatuor. Relinquendus ergo eſt Varroni ſuus error. Adde quae notat Beroaldus ad Col. 8, 2. 2. SCHOETTGEN. Iuſtus Fontaninus Praeſul Reverendiſſimus in explicatione Achatis Iſiaci anularis, refutata Ioſephi Scaligeri ſententia, reprehenſoque Plinio et eius interprete Harduino, decernit Africanas atque Numidicas gallinas eſſe ſpeciem Meleagridum. Quam viri doctiſſimi ſententiam refutat aliquis in Actis Lipſ. 1730 p. 182 et Varronem Pliniumque ita in concordiam reuocat cum Columella, vt apud illum noſtrum ita legi velit, *Gallinae Africanae ſunt grandes, variae, gibberae. Quas Meleagridas appellant Graeci, hae nouiſſimae in triclinium geniaum introierunt* rel. in Plinio autem 10, 26 vno verſu in ordinem reſtituto, ſic: *Simili modo pugnant Meleagrides in Boeotia, quae nouiſſimae ſunt peregrinarum auium* cetera. Illa autem verba *Africae hoc eſt gallinarum genus*, ſuperioribus *quae Cremutius tradit* adnectit. Ingenioſe ſane vtrumque: ſed ita tamen, vt nihilo magis, quae ſint Meleagrides, iam ſciamus. Nondum ſatis conſtare, quae ſint Meleagrides gallinae, et Indicum illud genus ex America aduectum plane incognitum veteribus, contendit Harduinus ad Plin. 10, 26 ſ. 38 not. mai. 34. Et ſane deſcriptio Meleagridis apud Athenaeum (quidquid videatur Caſaubono 14, 20) quo diligentius eam compares, tanto minus conueniet gallinis, quas nunc Indicas vocamus. Primo inſtar illi tribuitur gallinae vulgaris. Apud nos quidem nunquam vidi vulgarem gallinam ita magnam, quae cum minima Indica poſſet comparari. Deinde, quod ſolum rem conficit, παραπλήσιον, inquit, εἶναι τὰς θηλείας τοῖς ἄρρεσι, διὸ καὶ δυσδιάκριτόν ἐστι τὸ τῶν μελεαγρίδων γένος. Quid vero facilius, quam gallos Indicos noſtros a gallinis ſui generis diſcernere. Plane arbitror, non tacituros fuiſſe veteres de rotatione illa caudae, ob quam Gallopauones dictos puto, et de pennarum illo rigore et crepitu huic generi proprio, ſi illis innotuiſſet. *Calecuticos gallos* a patria vocari credo a quibusdam, vt generali ab aliis *Indicorum* nomine. Quae vero *Meleagrides* ſint gallinae, quae *Africanae*,

et

19 e culina, propter fastidium hominum. Veneunt [r] propter penuriam magno. De tribus generibus, gallinae saginantur maxime villaticae. eas includunt in locum tepidum, et angustum, et tenebricosum [s], (quod motus earum et lux pinguitudini † inimica) ad hanc rem electis maximis gallinis, nec continuo his, quas Melicas appellant falso, quod antiqui vt Thetin Thelim [t] dicebant, sic Medicam Melicam vocabant.

r) *Veniebant Herm.* s) *tenebrosum I. I - G.* †) *pinguitudinis vindicta Pol. Ryck.* t) *thelim* deest *I. B. R.*

et num diuersae ab his *Numidicae*, quae *rusticae*? nescio an satis queat constitui. Ego certe, nihil explico, etiam postquam inspexi ornithologos, et Non. de re cib. 1, 25.

9, 18 GANEARIVM) Prisca lectio diuersa est *genanium*. Nec tamen ab omni macula illam mundam esse affirmauerim. In Lexico, quod magnifico nomine thesaurum latinae linguae appellarunt, *ginauium* scriptum (ita enim habebant libri Varronis, primis huius noui reperti excudendi libros temporibus impressi) nec tamen aliquid addiderunt, quod eam lectionem adiuuaret. VICTOR. Pro *hae nouissimae in triclinium genanium introierunt*, coniicio scribendum, *in triclinium coenae auium*: quod et salua boni scriptoris sententia audere possumus, pudenti medius fidius mutatione et lubrico scriptorum lapsu *c* et *g* alternis plerumque commutantium. Nam *genanium* et *ginauium*, quod in antiquis libris reperit Victorius, nugatoriae sunt et nihili voces, sine vlla, vt *scindapsus* et *blytiri* significatione: neque vnquam fando auditae. Quod autem introductum eorum loco *genearium* est; in ganeum procul a cantore [f. candore] Varronis ablegandum est, et lautitiis tricliniorum. Caeterum *coenam auium* explico, auium missus et fercula. TVRN. 19, 28. Vetus lectio *genanium* vera est, praeterquam quod transpositio facta est literarum, nam *genianum* scripserat Varro. *Genianum* a *genio* elegantissime. sic Heluius Cinna: *At me nunc geniana per salicta. Bigis reda rapit citata nanis.* Hodie inepte apud Gellium, *At me nunc geminana per salicta.* Non repetam, quae hic comminiscitur doctissimus Turnebus: cum multum et a mente Varronis et a veteri scriptura aliena sint. SCAL. Vox *ganearium* glossema est verbi *triclinium*. et p. p. pro *inimica* V. C. habet *vindicta*, vt fortasse legendum sit: *Et lux pinguitudini interdicta.* VRSIN. Iensoni lectionem *genauium* de duabus dictionibus conglutinatam opinor, quarum altera seruatur integra auium, alterius pars tantum *gen*, quod credere licet fuisse *alienigenarum*. Quod a Plinio comprobatur: *quae nouissimae sunt peregrinarum auium in mensas receptae propter ingratum virus.* PONTED. Versus Heluii Cinnae sunt apud Gell. 19, 13. Lectio incertissima, Gronouius malit *Cenumana*; *geniana* tamen post Stephanum edidit.

9, 18 INTROIERVNT) Inlatae sunt. Petronius c. 41. *quare aper pileatus intrasset.* SCHOETTG.

9, 19 GALLINAE SAGINANTVR) De hac re Colum. 8, 7 int.

9, 19 TENEBRICOSVM) Sic omnes Mss. Codd. Antea in excusis *tenebrosum*. Veterem lectionem commendat sermo doctissimi et elegantissimi Poetae: *Qui nunc it per iter tenebricosum.* Libro etiam quarto rerum humanarum M. Varro (vt apud Nonium legitur) *Specum tenebricosum* appellauit. VICTOR. Bene ex veteri scriptura emendauit vir elegantissimi ingenii Petrus Victorius. Et frequentius veteres auctores vtuntur, vt Pacuuius Duloreste: *Nam te tenebricosa saepe lacerabo fame Clausum, et fatigans artus torto distraham.* Vbi *tenebricosa fames* acceptum ex Aeschylo in Agamemnone, ex qua et Choephoris suam Dulorestem fecerat Pacuuius: ἀλλ' ὁ δυσφιλὴς σκότῳ λιμὸς σύνοικος μαλθακόν σφ' ἐνέθετο. Nam in vulgatis Aeschyli exemplaribus perperam κότῳ pro σκότῳ. SCAL.

9, 19 ET LVX PINGVITVDINIS) Antiqui omnes libri: *Pinguitudinis vindicta.* Quam veterem scripturam nec omnino contemnere debeo, nec explicare adhuc possum. VICTOR. Lego *pinguitudinis vindicta*; quod est, ea res pinguitudine officit, eamque laedit. nam *vindicta, vltio poenaque* est, et noxa atque detrimentum. sic M. Actius in Trinum. sc. contra illico. *vt tu honori maiorum vindex esses*: quod est eorum honorem contaminares et violares et tolleres. Quod sumptum ab his, qui quid vindicant suumque asserunt, et manum iniiciunt, proindeque alteri auferunt, nisi quis *vindictam pinguitudinis* pro liberatione accipiendum censeat, a vindicta qua serui manumittuntur: et apud Plautum, *honori vindex fieres*, exponat, honorem manumitteres et liberares, ne tuis tanquam addictus seruiret, et in familia esset. Qui sensus in Plauto nec insulsus est: nec a significatione alienus, et fortasse verior. TVRN. 19, 28 [Sed vide tu mihi ad locum Plauti 3, 2, 18 Gronou. obs. 4, 3] Repone ex omnibus scriptis, *Vindicta*. *Vindicta* apud veteres erat ἀφαίρεσις et ἐξαίρεσις, vt vindicare ἀφελεῖν, ἐξελεῖν. Nam quod in XII Tabulis est *vindicare*, id Solon dixerat semper ἐξαιρεῖν: vt ostendemus alibi. SCAL. *Pinguitudinis vindicta* probatur etiam Pontederae.

9, 19 VT THETIN THELIN) Sic herba ἵππουρις, *Equiselis* pro *Equisetis*. sed si *t* in *l* vertitur, non propterea tamen sequitur, vt *d* in *l*: tametsi *d* et *t* cognata. Sed dicendum erat: quem-

bant. Hae primo dicebantur, quia ex Media [u] propter magnitudinem erant allatae, quaeque ex iis generatae postea propter similitudinem. Amplas omnes ex iis, euulsis 20
ex [x] alis pinnis et e [y] cauda farciunt turundis ordeaceis, partim admixtis ex farina loliacea [z], aut semine lini ex aqua dulci. Bis die cibum dant, obseruantes ex quibusdam signis, vt prior sit concoctus, quam secundum dent. Dato cibo, quum [a] perpurgarunt [b] caput, ne quos habeant [c] pedes, rursus eas concludunt. Hoc faciunt vsque ad dies XXV. tunc [d] denique pingues fiunt. Quidam ex [e] triticeo pane 21
intrito in aquam, mixto vino bono et [f] odorato, farciunt, ita vt diebus XX pingues reddant, ac teneras. Si in farciendo nimio cibo fastidiunt, remittendum in datione, pro portione, ac [g] decem primis processit [h], in posterioribus, vt diminuat [i] eadem ratione, vt vigesimus dies et primus sit par [k]. Eodem modo palumbes farciunt [l], ac reddunt pingues.

X. TRANSI, inquit AXIVS, nunc in illud genus, quod [a] vos philograeci vocatis ἀμφίβιον, quod non est vlla villa ac terra contentum, sed requirit piscinas, in [b] quibus vbi anseres aluntur, nomine χηνοβοσκεῖον appellatis. Horum greges Scipio Metellus, et M. Seius habent magnos aliquot. MERVLA, Seius, inquit, ita greges compa-

u) *medica I. B. R.* x) *ex* omitt. *P.* y) *e* desic. *I. B. R.* z) *lolleacea P.* a) *quem P. tum I. I-G.* b) *perpurgant a. V.* c) *habeat I. B. R.* d) *Tum a. V.* e) *et P.* f) *et* deest *I. B. R.* g) *sicut I. B. R. sic vt* diu. *I. I-G.* h) *praecessit I. B. R.* i) *diminuant I. B. R. deminuat P.* k) *pari P.* l) *faciunt I. B. R.* [C. X.] a) Verba: *quod vos - - amphibium* pos. post *piscinas I. B. R.* b) *quas quia ibi I. I-G.*

quemadmodum *Dacrumae, Lacrumae*; ἄλακρις, *alacris*; *Dautia, Lautia*; *Cassida, Cassila.* Festus. Ὀδυσσεὺς *Vlysses*: *Impedimenta, impelimenta.* SCALIG. Adde *olere* esse cognatum *odoris* ab ὄζειν, *ancile, incile*, ab *ancidendo* et *incidendo*, et plura apud Vossium tr. de literarum permut. *Melici* sunt etiam apud Plin. 10, 21 s. 24. add. Col. 8, 2, 4.

9, 19 QVAEQVE EX IIS) Videtur legendum *q. e. i. generatae*: *p. p. similitudinem, amplae omnes. eas euulsis* etc. h. e. primum Medicas eas tantum: quae ex Media aduectae erant, et quae in Italia ex iis procreabantur, postea vero amplae omnes e villaticis propter eorum similitudinem Medicas quoque appellabant. Erant enim Medicae amplissimae. *Partim* autem pro *alii* positum est, vt ex Geop. 14, 7 intelligi potest, in quibus est: προσφερομένης δὲ τῆς τροφῆς ἀλευρον κριθίνων ὕδατι φυραθέντων. ἄλλοι δὲ κριθῶν καὶ αἴρας ἀλεύρῳ χρῶνται, ἢ κριθῶν καὶ λινοσπέρμου μετὰ ὕδατος λύσαντες. VRSIN.

9, 20 TVRVNDIS ORDEACEIS) Etiam *turundarum* meminit Cato. Sunt autem offae aliquando oblongae, teretes: aliquando pastillorum modo conformatae, vnde et *turundi* quoque a Marcello Empirico vocantur, qui Graece βάλανοι, qui supponuntur sedi, quibus aluus cruda, ad deiicienda stercora duriora. Haec huic chartae commendaui, ne fides habeatur hac in re doctissimo viro, qui putat, imo censet, vbi legitur *turunda*, legendum esse *rutunda*. Atqui *turundam* censeo a *terenda* dictam, et subaudiri offam. sic *praebenda*, sic *calcanda*, item *merenda*, quae iis, qui merebant aere, hoc est mercenariis, dabatur. Calpurnius, - - *ferae cum venerit hora merendae.* Nam hoc antequam labore mitterentur, dabatur, vt puta a domino seu conductore. Sic ergo *turunda*, quasi *terunda.* nam terere est μάττειν. Vnde Graece μάζαι sunt, quae Latinis *Turundae.* SCAL. Turnebum refutat, cuius verba dedimus ad Cat. 157, 14.

9, 21 DATIONE) Eodem verbo vtitur Coelius Aurelianus Acut. 2, 55 *vini dationibus intemporalibus.* SCHOETTG.

9, 21 AC DECEM PRIMIS PROCESSIT) *processit*, vt imperasset ἀρχαϊκῶς. Ita infra de leporibus, *Quatuor modo intromisit in leporarium: breui repleuit*, h. e. intromiserit. *Dationem* vero vt medici δόσιν. SCAL. Ita locutus est Varro 1, 18, et ita habet V. C. vt non necesse sit mutare. Col. 8, 7 *Si fastidit cibum, totidem diebus minuere oportebit, quot iam farturae processerint.* VRSIN.

10 Quae hic tractat Varro, explicat copiosius Colum. 8. 13 et 14 add. Plin. 10, 22 s. 26, 27.

10, 1 VLLA VILLA) Pro *vlla* videtur legendum *sola.* et deinde inducenda verba: *Hi sunt — de sagina*; glossae expositorum. VRSIN. Immo *una.*

10, 1 SCIPIO METELLVS) De quo 3, 2, 16.

comparauit anserum, vt hos quinque gradus obseruaret, quos in gallinis dixi. Hi
2 sunt de genere, de foetura, de ouis, de pullis, de sagina. Primum iubebat seruum in legendo obseruare, vt essent ampli et albi: quod plerumque pullos similes sui faciunt. Est enim alterum genus varium, quod ferum vocatur, nec cum iis libenter
3 congregatur [c], nec [d] aeque fit mansuetum [e]. Anseribus admittendis [f] tempus est aptissimum [g] a bruma: ad pariendum et incubandum a [h] Kal. Martii vsque ad solstitium. Saliunt fere in aqua, inungentur [i] in flumen [k], aut piscinam. Singulae non plus quater in anno pariunt. Singulis vbi pariant [l], faciundum haras quadratas circum binos pedes, et semipedem. eas [m] substernendum palea. Notandum earum oua aliquo signo, quod aliena non excudunt. Ad incubandum supponunt plerumque [n] IX aut XI. qui hoc minus, VII [o]: qui hoc plus, XV [p]. Incubat tempestati-
4 bus dies XXX, tepidioribus XXV. Cum excudit, quinque diebus primis patiuntur esse

c) *congregantur P.* d) *nec non I. B. R.* e) *inconsuetus I. B. R. mansuetus P. I. I-G.* f) *admittendum bis P. I. B. R. ad admittendum I. I-G.* g) *idoneum I. I-G.* h) *a Cal. Martii* desunt *I. B. R.* i) *inunerguentur P. merguntur I. B. R. dum se mergunt I. I-G.* cum Commel. facit Buchnerus in Epist. *inigentur* Anonymus in marg. Iuntinae. k) *flumine aut piscina Pol. 2.* l) *pariunt a. V.* m) *Eis a. V.* n) *plerique I. B. R.* o) *quinque I. B. R.* p) *vigintiquinque I. B. R.*

10, 1 QVOS IN GALLINIS DIXI) 3, 2, 9.

10, 2 AMPLI ET ALBI) *Μεγίστους καὶ λευκοτάτους* explicant Quintilii Geop. 14, 22. SCHOETTG.

10, 2 NEC AEQVE FIT MANSVETVM) Vetera magis Varroniana: *Nec non aeque fit inconsuetum.* Quod item Venetum exemplar ostendit. PONTED.

10, 3 ANSERIBVS ADMITTENDIS) Ita castigaui e vetustis codicibus, parua correctione adhibita. vetus lectio: *Anseribus admittendum iis tempus.* Antea in excusis: *Ad amittendum tempus.* Columella iudicium meum confirmat, qui inquit, *Anseribus admittendis tempus aptissimum*, et quae sequuntur. VICTOR. In V. C. legitur: *Anseribus ad admittendum iis*, vt prima vox videatur addita τῷ *iis.* Voces autem *a Kal. Mart.* non leguntur in VV. CC. sunt tamen apud Col 8, 14, ex quo forte Varro suppletus est. VRSIN.

10, 3 SALIVNT FERE IN AQVA) Vetus lectio a communi diuersa, *In aqua inungentur in flumen* communi ac peruulgata non valde delector; otiosa enim et inanis posterior sententia mihi videtur. Satis enim id aperuerat, cum dixerat Anseres in aqua coire. Antiquam omni mendo vacare, affirmare non ausim: nec tamen illam negligendam puto, quae in tot vetustissimis libris inuenitur. Plinius breuius hunc locum persecutus est, *Anseres in aqua coëunt, pariunt vere.* VICTOR. Legendum suspicor: *Saliunt in aqua; inigentur in flumen etc.* TVRN. 19, 28. Lege: *Iniguntur in flumen etc.* SCALIG. Columella habet: *Ineunt non vt priores aues, de quibus diximus, insistentes humi, nam fere in flumine aut piscinis id faciunt.* Plinius: *Coëunt in aqua* Ex his locis poterit aliquis diuinare, quomodo apud Varronem sit legendum. Deinde legendum *quam ter* pro *quater*. Col. 8, 14. *Singulaeque ter in anno pariunt.* Et Auctor Geop. 14, 13 *τίκτουσι δὲ καὶ τρίτον τοῦ ἔτους ἕως ιβ.* mendum est manifestum. VRSIN.

10, 3 INVNGENTVR IN FLVMEN) Num: *exin vnguntur in flumen aut piscinam.* locatur Varro, vt solet, quod anseres a coitu solent se in aquam immergere, et veluti lustrare. Quod etiam Aristoteles refert lib. VI. de Anim. a quo accepit vt multa alia, Varro. PONTED. Buchnerus Epist. P. II. 116 p. 592 coniicit, *Saliunt fere in aqua. Inigentur igitur in flumen etc.* coniunctionem igitur a praecedenti verbo absorptam.

10, 3 QVATER) Legendum *quam ter* Col. 8 et Geop. POPMA. Praecepit, vt vidimus, hanc obseruationem Vrsinus. Nolui tamen aliquid mutare in re, quae facile variare potest.

10, 3 CIRCVM BINOS PEDES) Forte legendum *circiter*, qua voce hoc ipso capite in fine bis vtitur.

10, 3 NOTANDVM EARVM OVA) Recentiores Graeci de R. R. auctores multa a Varrone acceperunt. Eorum autem plures sententiae in commentariis ad Constantinum missis collectae sunt. Nam haec etiam praecepta Varronis a Quintiliis in Graecum sermonem translata sunt libro 14. *Δεῖ δὲ σημειοῦσθαι ἑκάστης χηνὸς τὰ ᾠὰ διὰ χαρακτῆρος τινός, καὶ ταῦτα ὑποτίθεσθαι τῇ μητρί. τὰ γὰρ ἀλλότρια τοῦτο τὸ γένος οὐ θάλπει. δεῖ δὲ ὑποτίθεσθαι ᾠὰ ἕως τῶν θ.* VICTOR.

10, 3 QVOD ALIENA NON EXCVDVNT) Hoc nostrarum muliercularum experientia reuincit, quae norunt, non aliarum modo sui generis matricum, sed Indicarum etiam gallinarum oua excudi ab anseribus.

10, 3 TEMPESTATIBVS) Geop. *ψύχους ὄντος.*

10, 4 QVIN-

esse cum matre. deinde quotidie serenum cum est, producunt in prata, item [q] piscinas, aut paludes: iisque faciunt haras supra terram aut subtus, in queis [r] non includant [s] plus vicenos pullos. easque cellas prouident, ne habeant in solo humorem, et [t] vt [u] molle habeant substramen e palea [x], aliaue qua re, neue qua [y] eo accedere possint [z] mustelae [a], aliaeue bestiae [b], quae noceant. Anseres pascunt in humidis lo- 5
cis, vbi [c] pabulum serunt, quod aliquem fructum ferat [d], seruntque [e] his herbam, quae vocatur seris [f], quod ea aqua tacta etiam cum est arida, fit viridis. Folia eius decerpentes dant, ne si eo [g] inegerint vbi nascitur, aut obterendo perdant, aut ipsi cruditate pereant. voraces enim sunt natura. quo temperandum iis, qui propter cupiditatem saepe in pascendo, si radicem prenderunt [h], quam educere velint e terra, abrumpunt [i] collum. perimbecillum [k] enim id, vt caput molle. Si haec herba non est, dandum ordeum, aut frumentum aliud. Cum est tempus farraginis, dandum 6
vt in seri [l] dixi. Cum incubant, ordeum iis intritum in aqua apponendum. Pullis primum biduo polenta, aut ordeum apponitur, tribus proximis nasturtium viride confectum [m] minutatim ex aqua in vas aliquod. Cum autem sunt inclusi in haras, aut speluncas, vt dixi, victui [n] obiiciunt his polentam ordeaceam, aut farraginem, herbamue teneram aliquam concisam. Ad saginandum eligunt pullos circiter sex- 7
quimense [o] qui sunt [p] natu [q]: eos includunt in saginario ibique polentam, et pollinem aqua

q) *in I. B. R. I. I. iuxta Ba-G.* r) *quae P. I. B. R.* s) *inducant P.* t) *sed I. I-G.* u) *vt* omitt. *a. V.* x) *palia H. A.* y) *qua* deest *I. I-G.* z) *possit I. B. R.* a) *mustela I. B. R.* b) *quae bestiae I. B. R.* c) *et I. B. R.* d) *ferant P.* e) *feruntque I. B. R.* f) *beris I. B. R.* g) *eo iniecerint I. B. R. comederint, vbi I. I-G.* h) *prenderint a. V.* i) *obrumpunt I. I-G.* k) *Per imbecillum* diuis. *H. A.* l) *Suprascriptis I. B. R. seni P. 1. fetu anseri P. 2. satu seris I. I-G.* m) *confectum Hern.* n) *vicini P. ad cibum I. B. R.* o) *sexquimenses I. B. R.* p) *sint I. I-G.* q) *nati a. V.*

10, 4 QVINQVE DIEBVS) Videtur legendum *decem.* Col. 8. 4 *Atque is dum exiguus est, decem primis diebus pascitur in hara, clausus cum matre.* et in Geop. Τὰ δὲ νεόττια ταῖς πρώταις ι. ἡμέραις ἔσω μένειν χρή. VRSIN.

10, 4 IN QVIS NON INCLVDANT) Antiqui libri, *In quae non inducant.* Infra tamen, *cum autem sunt inclusi in haras, aut speluncas, vt dixi.* Significare enim videtur non solum se eandem sententiam antea, sed iisdem etiam verbis protulisse. Nam sensum vetus lectio non variaret. VICTOR. V. C. *in quae.* Sed legendum *in quas*, vt ad *haras* referatur, vt infra: *cum autem sunt inclusi in haras.* Licet *in queis* defendi posset: nam infra dixit: *inclusi in saginario.* Col. 8, 14 *Pullos autem non expedit plures in singulas haras, quam vicenos adiici, nec rursus minores cum maioribus includi.* VRSIN. Cresc. 9, 84. *in qua non inducant*, qui et p. p. pro *cellis* habet *aras* s. *haras*, it. *bestiolae* diminuto.

10, 5 VBI PABVLVM SERVNT) Cum anseres sata omnia et morsu laedant, et stercore, quos fructus a satis, *vbi* pascunt anseres, percepturi simus, non video. Quod non latuit Varronem, qui de serendo intubo scribit: *folia eius decerpentes dant, ne si eo iniecerint vbi nascitur, aut obterendo perdant; aut ipsi cruditate pereant.* Quare non *vbi* est legendum, sed *et*, vt in antiquis excusis libris. PONTED.

10, 5 SERVNTQVE HIS HERBAM) Videtur legendum ex Columella *sed praecipue herbam.* Nam ex *sed* videtur factum *serunt*, Columella: *Atque alia pabula conseruntur, vt vicia, trifolium, foenum graecum, sed praecipue genus intubi, quod σέριν Graeci appellant.* VRSIN.

10, 5 NE SI EO INEGERINT) Elegantior haec est lectio, quam restitui, e veteribus sane libris accepta. Ostendi antea, saepe Varronem hoc verbum vsurpasse. *Inigere anseres*, vt *inigere pecus* dictum est. Parua labes in antiqua scriptura erat, (si labes illa dici debet) *Ne si eo inecerint.* Vnius igitur literae correctio, quicquid erat maculae sustulit. VICTOR.

10, 5 ABRVMPVNT) Fere est, vt malim *obrumpunt*: nimium enim videtur illud alterum: hoc est paullo mitius. Idem restituerim et Palladio 1, 19, 1. v. Ind.

10, 7 SESQVIMENSE) Videtur legendum *sesquimenses.* Sic 1, 27 *Solis cursus circiter ternis mensibus est diuisus in quatuor partes, et idem subtilius sesquimensibus.* Colum. *Mox vbi quatuor mensium sunt, farturae maximus quisque destinatur, quoniam tenera aetas praecipue habetur ad hanc rem aptissima.* et ita Palladius: *Quatuor*, inquit, *mensibus bene saginantur.* VRSIN.

aqua madefacta [r] dant cibum, ita vt per [s] dies saturent. secundum cibum large vt bibant faciunt potestatem. sic curati circiter duobus mensibus fiunt pingues [t]. Quotiescunque sumserunt, locus solet purgari: quod ipsi [u] ament [x] locum purum, neque ipsi vllum, vbi fuerint [y], relinquunt purum.

XI. QVI autem volunt greges [a] anatium [b] habere, ac constituere νησσοτροφεῖον [c], primum locum, cui [d] est facultas, eligere oportet palustrem, quod eo maxime delectantur. si id non, potissimum ibi, vbi sit naturalis aut lacus, aut stagnum, aut manu-
2 facta piscina, quo gradatim descendere possint. Septum altum esse oportet vbi versentur, ad pedes XV, vt vidistis ad villam [e] Sei, quod vno ostio claudatur. circum totum parietem intrinsecus crepido lata, in qua secundum parietem sint [f] tecta cubilia: ante eas [g] vestibulum earum [h] exaequatum tectorio opere testaceo [i]. In eo perpetua canalis, in quam et cibus ponitur iis [k], et immittitur aqua. sic enim cibum
3 capiunt. Omnes parietes tectorio leuigantur, ne faeles [l], aliaue quae bestia introire ad nocendum possit, idque [m] septum totum [n] rete [o] grandibus maculis integitur, ne eo inuolare aquila possit, neue ex [p] ea euolare anas. Pabulum iis datur triticum, ordeum, vinacei, vuae. nonnunquam etiam ex aqua cammari [q], et quaedam eiusmodi [r] aquatilia. Quae in eo [s] septo erunt piscinae, in eas aquam large influere oportet, vt semper

r) *madefactam I. B. R.* s) *per de Ryck. perinde se sat. I. I-G.* t) *pingues quotcunque I. I-G.* u) *ipsae I. B. R.* x) *amant a. V.* y) *fuerunt I. B. R.* [C. XI.] a) *gregem I. B. R.* b) *anatum a. V.* c) *nessotrophion I. B. R.* νησσοτροφεῖον rel. d) *quis* vel *queis a. V. qui P.* e) *villam. Sis etc. I. B. R.* f) *sunt I. B. R.* g) *ea I. I-G.* h) *earum* abest *I. I-G.* i) *testato P.* k) *iis* deest *I. I-G.* *in his P. I. B. R.* l) *feles a. V.* m) *Atque I. B. R.* *id I. I-G.* *idque - - - - aquila possit* omitt. Zuing. n) *totum* Commel. Sphalma. o) *rete* omitt. *I. B. R.* p) *ex* omitt. *P.* q) *grammari P.* *gramari Iens.* *gamari B. R.* r) *huiusmodi a. V.* s) *eodem I. B. R.*

10,7 DANT CIBVM) V. C. omittit *cibum*. deinde legendum: *ita vt ter die se saturent.* Col. *Nam praeter polentam et pollinem ter die, nihil sane aliud dari necesse est.* Auctor Geop. ἐσθίουσι δὲ τρίτον τῆς ἡμέρας, πίνουσι δὲ ἀδιαλείπτως. Palladius 1, 3 *Polenta dabitur in die ter.* VRSIN.

10, 7 VT PER DIES SATVRENT) Veteres libri nonnulli: *vt perinde sat.* melius omnino, *vt ter in die s.* Col. 8. Pall. 1. POPMA. Nihil certius emendatione Vrsini, *ter die*, quam et ego, diu est, cum margini adscripsi.

10,7 QVOTIESCVNQVE SVMPSERVNT, LOCVS etc.) Qui *sumere*, apud bonos auctores cibum capere significare non animaduerterant, omnia hic perturbarant: verba audacter commutarant: interpunctiones non suo loco posuerant: superiorem sententiam contaminarant. quae omnia vitia ab antiquis libris longe absunt. Intellectus autem nunc tam apertus, vt declaratione non egeat, nos etiam in sermone nostro patrio, verbo quod huic respondet, eodem sensu saepe vtimur, et pro comedere vsurpamus. VICTOR.

10,7 QVOD IPSI AMANT) Et hic et paulo post iterum, muliebri genere in antiquis libris anseres appellantur. nihil tamen variaui. nam supra, cum de illis agere coepit, in iisdem etiam antiquis libris virili genere vocantur. VICTOR.

11,1 NHΣΣOTPOΦEION) V. C. νησσοτροφεῖον, vel vt in aliis Codd. *nessotrophium*, quae lectio vera est. nam in insulis in lacunis factis nutriuntur. VRSIN. Ilocalariter labitur vir doctissimus, geminauitque errorem ad Colum. 8, 15, 1. Solenni librariorum consuetudine geminanda litera semel posita est. Τὰ νησσία τινὲς καλοῦσι νήσσας, Didymus Geop. 14, 23. Νησσοτροφεῖον igitur anatum est vt χηνοβοσκεῖον anserum. Νησσοτροφεῖον etiam probat Turn. 1, 8. Neque dubito, quin similis ignoratio vocis νῆσσα etiam νησοτροφεῖον pepererit.

11,3 HORDEVM, VINACEI, VVAE) *Vuae* expungendum opinor; quis enim tam amcus anatibus vuas exhibuerit? Est autem glossema quasi *vinacei vuae.* Sed sine *vuae* satis quid *vinacea* sint intelligitur: Id. auctor 1, 54. *Et in dolia plena vinaceorum contrudatur*; it. 2, 2 *His quaecunque iubentur vescuntur, vt folia ficulnea, et palea et vinacea.* Cato c. 7 *Haec in ollis, ollae in vinaceis conduntur*; idem c. 25 *Vinaceos quotidie recentes succernito*, (qui *vinaceos* masculino nomine protulit vt in hoc loco Varro *vinacei*) Columella de Anatibus quoque verba faciens 8, 15 *Gratissima est et esca terrestris leguminis panicum, et milium, nec non et hordeum: sed vbi copia est, etiam glans ac vinacea praebeantur.* It. 6, 3 et 4; 11, 2 de arboribus 2. it. 4 et 5. Ita Plinius,

femper recens fit. Sunt idem non diffimilia alia genera, vt querquedulae, phalarides [t]. fic perdices, quae, vt Archelaus fcribit, voce maris audita, concipiunt. quae, vt fuperiores, neque propter foecunditatem, neque propter fuauitatem faginantur, fed [u] fic pafcendo fiunt pingues. Quod ad villaticarum paftionum [x] primum actum pertinere fum ratus, dixi. 4

XII. INTEREA redit Appius, et percunctati [a] nos ab illo, et ille a nobis, quid effet dictum ac factum, APPIVS, Sequitur inquit, actus fecundi generis, affictitius ad villam qui folet effe, ac nomine antiquo a parte quadam, leporarium appellatum. Nam neque folum lepores eo [b] includuntur filua, vt olim in iugero agelli, aut duobus, fed etiam cerui, aut capreae in iugeribus multis. Q. Fuluius Lippinus [c] dicitur habere in Tarquinienfi fepta [d] iugera XL, in quo funt inclufa [e] non folum ea, quae dixi, fed etiam oues ferae, etiam hoc maius hic in Statonenfi [f], et quidam in
locis aliis. In Gallia vero tranfalpina T. [g] Pompeius tantum feptum venationis, vt 2
circiter ∞ [h] ∞ ∞ ∞ paffuum locum inclufum habeat. Praeterea in eodem confepto fere [i] habere folent [k] [de animalibus] coclearia, atque aluearia, atque etiam dolia, vbi habeant [l] conclufos glires. Sed horum omnium cuftodia, incrementum,
et paftio aperta, praeterquam de apibus. Quis enim ignorat fepta e maceriis, ita 3
effe oportere in leporario, vt tectorio tacta [m] fint, et fint alta? alterum ne faelis [n], aut

t) *phalerides I. B. R.* u) *et I. B. R.* x) *paftionem H. A. Gr. G.* [C. XII.] a) *percunctanti Iunt.* b) *in ea Hern. in eo I. I-G.* c) *Lupinus I. B. R. leporarium I. I-G.* d) *feptum, iugerum I. I-G.* e) *inclufae I. B. R.* f) *ftatonienfi I. B. R.* g) *Cn. I. B. R.* h) *XL millia I. B. R. triginta millia I. I-G.* i) *ferae I. B. R.* deeft *I. I-G.* k) *folet a. V.* l) *habeat I. I-G.* m) *tecta a. V. tacta V.* n) *feles aut meles a. V.*

Plinius, ita Palladius, ita inter Graecos Didymus Columellae interpres Geop. 14, 22 Τρέφειν δὲ εἰς ἀγρὸν ὕδατος ἐμβάψαντα σῖτον, ἢ κέγχρον, ἢ κριθὰς, ἢ γίγαρτα πεφυραμένα. PONTED.

11, 4 VOCE MARIS AVDITA) Plin. 10, 33 *Neque in alio animali par opus libidinis. Si contra mares fteterint foeminae, aura ab his flante praegnantes fiunt. Hiantes autem exferta lingua per id tempus aeftuant, concipiuntque fuperuolantium afflatu, faepe voce tantum audita mafculi.* SCHOETTG. Daemonium hominis Archelaus ifte, qui etiam 2, 3, 5 capras nobis dedit *fpiritum auribus ducentes:* et 3, 12, 4 *foramina naturae* in leporibus ita folicite perfcrutatus eft. Caeterum plura non minus mira, fi quidem vera, habes apud Plin. l. c. f. 51, vbi caeteros copiofe laudat Harduinus.

11, 4 SED SIC PASCENDO) V. C. *et fic pafcendo.* VRSIN.

12, 1 REDIT APPIVS) Qui difcefferat 3, 7, 1.

12, 1 SECVNDI GENERIS) Videtur legendum *Secundus eius generis, affictitium ad villam, quod etc.* Nam infra dixit: *Secundus transactus eft actus.* et c. 16. *Relinquitur de paftione villatica tertius actus.* et fupra c. 3 *Eius funt genera tria, ornithones, leporaria, pifcinae. leporaria te accipere volo omnia affixa ad villam, quae funt.* VRSIN. Nimirum his ipfis verbis 3, 3, 1 diuifio eorum omnium propofita fuit, quae toto libro executus eft Varro.

12, 1 INCLVDVNTVR SILVA) Vox *filua* videtur abundare et deinde legendum, vt in V. C. *Q. Fuluius Lippinus dicitur habere.* Nam ita habet Plin. 8, 52 licet 9, 56 habeat *Hirpinus*, vt eft in quibusdam Codd. apud Varronem. VRSIN.

12, 1 LIPPINVS) Plinius habet *Hirpinus.* SCALIG. Hard. in Plin. 8, 52 qui a noftro fumfit, reponit, *Lupinus*, quod in plerisque codd. inuenerat. Alii ibi legunt *Hirpinus*, quae tamen duo nomina voce potius, quam ipfa re differre ftatuit auctoritate Fefti: *Irpini adpellati nomine lupi, quem irpum dicunt Samnites: eum enim ducem fecuti agros occupauere.* SCHOETTG.

12, 2 CIRCITER ∞ ∞ ∞ ∞ PASSVVM) id eft *quadraginta millia*, quod prae fe ferre oftendimus primas editiones. Eft inter numerales notas ab Eifenfchmidio etiam editas, myriadis quoque ifta, quam hic reponendam cenfeo CXↃ fiue denarii nota collocata inter obuerfa fibi bina C eadem nempe ratione vt CIↃ h. e vnitatis nota inter duo C pofita millenarium vnum fignificat.

12, 2 DE ANIMALIBVS) Voces *de animalibus* videntur adiectae ἐξηγητικῶς ad verbum *confaepto.* et paullo fupra abundat item vox *faeptum.* VRSIN.

12, 3 TECTORIO TACTA) Vid. Victorium ad 3, 5, 3.

12, 3 MAE-

aut maelis, aliaue quae bestia introire [o] possit [p], alterum ne lupus transilire: ibique esse latebras, vbi lepores interdiu delitescant in virgultis, atque herbis: et arbores
4 patulis ramis, quae aquilae impediant conatus. Quis item nescit paucos si lepores, mares vt [q] foeminas intromiserit, breui tempore fore vt impleatur [r]? tanta foecunditas huius quadrupedis. Quatuor modo enim intromisit [s] in leporarium, breui solet repleri. Fit [t] enim saepe cum habent catulos recentes, alios vt [u] in ventre habere reperiantur [x]. Itaque de his Archelaus scribit, annorum quot sint [y] si [z] quis velit scire, inspicere oportet [a] foramina naturae, quae [b] sine dubio alius alio habet
5 plura. Hos quoque nuper institutum vt saginarent [c] pleraque, cum exceptos [d] e leporario concludant [e] in caueis, et loco clauso faciant pingues. Eorum [f] ergo tria genera fere sunt. Vnum Italicum hoc nostrum pedibus primis humilibus, posterioribus altis, superiore parte pulla, ventre albo, auribus longis. qui lepus dicitur, cum praegnans

o) *intrare I. I-G.* p) *possint I. B. R.* q) *aut I. B. R. in I. I-G.* r) *repleatur I. B. R.* s) *intromissis I. B. R. si intromiseris I. I-G.* t) *Vt I. B. R.* u) *vt* deest *I. B. R. I. I.* x) *reperiuntur I. B. R.* y) *sit P.* z) *si* deest *I. B. R.* a) *oportere I. B. R. I. I. Ba.* b) *quot a. V.* c) *saginarentur I. B. R.* d) *exceptis Hern.* e) *condant I. B. R.* f) *Quorum P.*

12, 3 MAELIS) Vulgo Germanice vertitur *ein Dachs*, sed hoc animal adeo non valet pedibus, vt vix in plano commode possit currere, nedum parietes adscendere. Ergo Salmasius ad Sol. c. 52 p. 710 statuit maeles esse ex genere felium, qui alias *martes* dicuntur. SCHOETTG. Sed vide quae contra Salmasium pro communi sententia disputantur a viris doctis ad Grat. Cyneget. 402.

12, 4 MARES, VT FOEMINAS) In excusis antea, *Mares in foeminas*, corrupte. vetus lectio et vera et elegans est. Neque enim, inquit, diligentiam adhibere oportet vt tot mares quot foeminae intromittantur. nam etsi omnes mares aut omnes foeminas intromiseris, cito tamen leporarium impleueris. Vtramque enim naturam lepores habere existimati sunt. quod a Democrito etiam in Geoponicis accuratae traditur: et ab Aeliano libro XIII. capite XII. περὶ ἰδιότητος τῶν ζώων. Cuius verba adponam. nondum enim scriptor ille formis excusus ac peruulgatus est, θαυμαστῶ δὲ ἀνδρὸς καὶ τὰ ἕτερα ἀγαθῶ, οὐ μὴ ἂν ψεύσασθαι, λόγον ἤκουσα, καὶ αὐτῷ πεπίστευκα. καὶ δὴ καὶ διὰ ταῦτα εἰρήσεται. τίκτειν γὰρ δὴ καὶ ἄρρενας λαγὼς ἔλεγε, καὶ ἔχειν, παιδοποιεῖσθαί τε ἅμα καὶ ὠδίνειν· ὡς τῆς φύσεως μετὰ ἀμφοῖν ἑκατέρας. καὶ ὡς ἐντρέφει τεκὼν ἔλεγε, καὶ ὡς ἀποτίκτει καὶ δύο πω, καὶ τρία, καὶ τοῦτο ἐμμαρτυρεῖ. et ea quae sequuntur. addit enim alia non minus admirabilia. Plinius etiam ab Archelao id affirmari narrat. VICTOR. V.C. *Mares aut foeminas:* et p. p. *quatuor enim modo intromissis.* Sic V.C. qui deinde pro *fit enim* habet *vt enim*, et forte legendum *etenim.* item in V. C. est *alios in ventre* habere reperiuntur. VRSIN. Lego *et foeminas.* Nam ea, quae de immuratione sexus ex Democrito et Aeliano adfert Victorius, cum veritate non consentiunt, et Aristot. hist. anim. 5, 2 disertim maris et foeminae in leporibus meminit. Puto autem exinde natum esse hunc errorem, quia, vt l. c. ait Aristoteles, τῶν δασυπόδων πολλάκις ἡ θήλεια προτέρα ἀναβαίνει ἐπὶ τὸν ἄρρενα. Quod si obseruarunt, putarunt foemellam maris officio fungi. SCHOETTG.

12, 4 INTROMISIT) Varietatem lectionis si inspiciamus, orta ea videri potest inde, quod scripsit Varro *intromisis* pro *intromiseris*, omissa *si*, vt in illo Terentiano: *dare denegaris etc.* Rariuscula constructio, et archaismus coniugationis offendendi occasionem praebuit librariis.

12, 4 ALIOS VT IN VENTRE) *Superfoetare* vocat Plin. 7, 11 h. e. alium super alium foetum concipere et parere. SCHOETTG.

12, 4 FORAMINA NATVRAE) Plin. 8, 55 *Archelaus auctor est, quot sint corporis cauernae ad excrementa lepori, totidem annos esse aetatis.* IDEM.

12, 4 QVAE SINE DVBIO) V.C. *quod s. d.* deinde legendum: *institutum, vt saginarentur.* Nam sic legit Macrobius, qui 3, 13 [al. 2, 9] ita adducit hunc locum: *Varro de agricultura lib. 3 cum de leporibus loquitur, sic ait: Hoc quoque nuper institutum, vt lepores saginarentur, cum exceptos e leporario quidam in caueis, et loco clauso faciunt pingues.* Sed VV.CC. pro *quidam* apud Macrobium habent *condunt*, et item hic *condant*, non *concludant*. VRSIN. Posteriorem locum praeter Macrobium citat Io. Sarisberiensis 8, 7 h. qui sic legit: *Hoc quoque nuper institutum est saginari et lepores.* Vnde constat vocem lepores perperam textu excidisse. SCHOETTG.

12, 5 PLERAQVE) Nescio, quid sibi hic velit haec vox, nisi forte ita legendum: *Hoc quoque nuper institutum, vt pleraque* id genus ad luxum pertinentia noua sunt, et maiorum seueritati ignota, *vt saginarent* lepores.

12, 6 AD

praegnans [g] sit, tamen concipere. In Gallia transalpina, et Macedonia fiunt per-
magni: in Hispania, et in Italia mediocres. Alterius generis est, quod in Gallia 6
nascitur ad [h] Alpes, qui hoc [i] fere mutant, quod toti candidi sunt. hi raro perfe-
runtur Romam. Tertii generis est, quod in Hispania nascitur, similis nostro lepori
ex quadam parte, sed humile, quem cuniculum appellant. L. [k] Aelius putabat ab
eo dictum leporem, [a celeritudine,] quod leuipes esset. Ego arbitror a Graeco
vocabulo antiquo, quod eum [l] Aeoles [m] Boeotii [n] *λέποριν* [o] appellabant. Cuniculi
dicti ab eo, quod sub terra cuniculos ipsi facere soleant [p], vbi lateant [q] in agris. Ho- 7
rum omnium [r] tria genera, si possis, in leporario habere oportet. duo quidem [s] vti-
que te habere puto, et quod in Hispania annis ita [t] fuisti multis, vt inde te cunicu-
los persecutos credam.

XIII. APROS quidem posse habere in leporario, nec magno negotio ibi [a] et capti-

g) *praegnas P.* h) *adadpis P. adadepis I. B. R.* i) *haec I. B. R.* k) *Laelius* iunct. *P. Lelius I. B. R. Lucius Aelius I. I-G.* l) *eo I. I-G.* m) *Aeoles a. V. Aeolis Vict.* n) *et bene P.* o) *leporum P. leporem a. V.* p) *solent I. B. R.* q) *latent I. B. R.* r) *omnium* deest *I. B. R.* s) *quidem* deest *I. B. R. enim I. I-G.* t) *tu I. B. R.* [C. XIII.] a) *tibi est capt. I. I-G.*

12, 6 AD ALPES) V. C. *dasypus.* Sed Plin. 8, 59 *Et leporum plura sunt genera, in Alpibus candidi.* Aelian. 13, 12. VRSIN. Testes eius rei recentes, eosque locupletes, laudat Harduin. ad 8, 55 f. 81.

12, 6 QVOD IN HISPANIA NASCITVR) Vide mihi grammaticam *εἰς ἄλλο γένος μετάβασιν*, quam syllepsin dicunt. Non enim mutandum quidquam censuerim; alioquin pronum esset legere *simile*, vt *humile*. Et *simile* legit Vossius in etymol. v. *Cuniculus.*

12, 6 L. AELIVS PVTABAT AB EO DICTVM LEPOREM, QVOD LEVIPES ESSET) Ita videtur legendum. Voces, *a celeritate* adiectae sunt. deinde forte legendum, *quod eum e Sicoleis Graeci λέποριν appellabant.* Varro de L. L. 5 *Lepus, quod e Sicoleis quidam Graeci dicunt λέποριν, a Roma, quod orti Sicoli, vt annales nostri veteres dicunt, fortasse hinc illuc tulerunt, et hic reliquerunt id nomen.* VRSIN.

12, 6 CVNICVLVM) Flauius Caper de verbis dubiis hoc tradit, *Cuniculum hoc vt Varro, alii hunc.* PONTED.

12, 6 QVOD EVM AEOLIS BOEOTII AEПOPIN) Nescio, an in his verbis mendum sit: antiqua certe lectio diuersa, quae tamen valde perturbata est: *Aeolis et bonum leporum.* Suspicor ex ingenio ab aliquo correctore, vt nunc in excusis legitur, conformatum fuisse; meliusne corrigi locus queat, eruditi et ingeniosi viri videbunt. In quinto libro de lingua Latina aliter de huius vocis etymo Varro sentit, *Lepus, quod e Siculis quidam Graeci dicunt λέποριν. A Roma quod orti Siculi, vt annales veteres nostri dicunt, fortasse hinc illuc tulerunt, et hic reliquerunt id nomen.* VICTOR. *λεπόρις* epitheton leporis esse mihi videtur, vel *λεπόρρις*: nam vtroque modo dici potest, quia simus est, quod *λεπόρρις* significat. Et puto ab aliquo poeta hausisse Varronem qui dixerit *λεπόριν λαγωόν.* Sic *θῦς ὗς*, quod superius posuit Varro, ex quodam poeta sumptum videtur: cum *θῦς* et *θύνης* videatur epitheton suis. SCALIG. Antiquissimus Codex: *Aeoles, et bonum leporem.* Vnde fortasse legendum, *Aeoles, vt bonum λεπορόν.* Aeolica lingua, inquit, dicitur *λεπορὸς*, quasi *λεπαρὸς*, id est, bonus. Sed paullo aliter est de L. L. 5 *τὸ a celeritudine* videtur glossema, et sententiam perturbat. POPMA. Antiqui libri: *Aeolis et bonum leporum* appellabant. Ex quibus fortasse vera lectio: *Quod cum Aeolii Sicanum leporum* siue *σικανὸν λέποριν* appellabant, vt idem Varro in Lib. de L. L. *Lepus* inquit, *quod e Siculis quidam Graeci dicunt λέποριν. A Roma quod orti Siculi, vt annales veteres nostri dicunt, fortasse hinc illuc tulerunt et hic reliquerunt hoc nomen.* Quare cum Siculi λέποριν appellarent, Aeolii *σικανὸν λέποριν* dixerunt. PONTED.

12, 6 QVOD SVB TERRA) In VV. CC. legitur *latent in agris. Horum tria genera.* VRSIN. Nisi tamen magis placet inuertere, et ab animali dictos esse specus illos et meatus putare, quod iam Martiali et Vegetio vsitum. Vossius docet. Vid. quae disputantur de nominis ratione ab Hard. ad Plin. 8, 55 f. 81, qui totus locus cum hoc comparandus est.

12, 7 ITA FVISTI) V. C. habet *tu*, pro *ita.* deinde videtur legendum *persecutos*, non, *prosecutos.* VRSIN. Forte erratum est, et *prosecutos* voluit Vrsinus. Nam *persecutos* est, credo, in omnibus editis.

13, 1 APROS QVIDEM) Videtur legendum e vestigiis antiquae scripturae: *Apros quidem haberi posse in leporario, nec magno negotio, et ibi captiuos et cicures; qui ibi nati sunt, — inquit Agrius,*

captiuos, et cicures, qui ibi nati ſint [b], pingues ſolere fieri, ſcis *inquam* AXI [c]. Nam
quem fundum in Tuſculano emit hic Varro a M. Pupio [d] Piſone, vidiſti ad bucinam
inflatam certo tempore apros [e] et capreas conuenire ad pabulum, cum e ſuperiore
2 loco e palaeſtra apris effunderetur [f] glans, capreis [g] vicia, aut quid aliud. Ego vero,
inquit ille, apud Q. Hortenſium cum in agro Laurenti eſſem, ibi iſtuc [h] magis τραγι-
κῶς [i] fieri vidi. Nam ſilua erat (vt dicebat) ſupra quinquaginta iugerum maceria
ſepta, quod non leporarium, ſed θηριοτροφεῖον appellabat [k]. Ibi erat locus excelſus,
3 vbi triclinio [l] poſito coenabamus. Quintus [m] Orphea vocari iuſſit. qui cum eo ve-
niſſet cum [n] ſtola, et cithara, et [o] cantare eſſet iuſſus, buccinam inflauit, vbi [p] tanta [q]
circumfluxit nos [r] ceruorum, aprorum, et caeterarum quadrupedum multitudo, vt
non minus formoſum mihi viſum ſit ſpectaculum, quam in circo maximo aedilium,
ſine [s] Africanis beſtiis cum fiunt venationes.

XIV.

b) *ſunt I. B. R. et* inſ. *I. I-G.* c) *Agri Axi I. B. R.* d) *Pupio* deeſt *I. I-G.* e) *capros I. B. R.* f) *effuderetur P.* g) *capris I. B. R.* h) *iſtuc* deeſt *I. B. R.* i) *tragicos I. B. R.* k) *appellabant I. B. R.* l) *triclinio P.* m) *apud quod I. B. R.* n) *cum* deeſt *I. B. R.* o) *et* deficit *I. B. R.* p) *vt P.* q) *tantum I. B. R.* r) *mox I. B. R.* s) *non ſine I. I-G.*

Agrius, *Axi*. Nam *inquam* hic non habet locum, cum loquatur Varro, vt ex iis, quae ſequuntur, apparet: Vel *Agrius* ſcribendum, non *Appius*, qui hic loquitur. deinde in V. C. eſt, *a M. Pupio Piſone.* VRSIN. Sed *habere* agnoſcit etiam Creſc. 9, 80. *Habere* pro *habitare* poni notum eſt; neque inſolens Varroni, transferre a nobilioribus orationem ad humiliora.

13, 1 SCIS, INQVAM, AXI) Quae dubia habeo: non enim Varro loquitur, vt ex inſequentibus apparet: *Nam quem fundum in Tuſculano emit hic Varro a M. Pupio Piſone*, Veteres libri excuſi diſſimiles etiam: *Scis*, *inquam*, *Agri Axi.* Puto legendum: *Scis*, *inquit Appius*, *Axi*, quod Appius de Leporario cap. proximo dicere inſtituit, et de apris etiam dixiſſe indicium facit cap. 14 principium: *Axius: tuas partes*, *inquit*, *ſubleuauit Appius*, *o Merula noſter.* PONTED. Probo vehementer emendationem ab Vrſino propoſitam: illud quidem apertum eſt, Varronem hic non loqui.

13, 1 CERTO TEMPORE) Videtur legendum *vno tempore*, i. e. ſimul. Sic enim infra. deinde voces, *e palaeſtra*, videntur abundare, vel legendum *e feneſtra.* VRSIN.

13, 1 E PALAESTRA APRIS EFFVNDERETVR GLANS) Hinc Martialis aprum palaeſtritam dixit: *Partitur apri glandulas palaeſtritae.* nam palaeſtritas in villis habebant. Supra: *nec putant ſe habere villam*, *ſi non multis vocabulis retineant Graecis*, *quum vocent particulatim loca*, *προκοιτῶνα*, *παλαίστραν*, *ἀποδυτήριον*. Cicero II de Legibus: *Et tantum complectitur*, *quod ſatis ſit modicae palaeſtrae*, *loci.* Ad Q. Fratrem: *Imagines enim iſtae*, *et palaeſtra*, *et piſcinae*, *et Nilus*, *multorum Philotimorum eſt*, *non Diphilorum.* SCALIGER.

13, 3 QVINTVS ORPHEA VOCARI IVSSIT) Ab Aldo haec; nam Ienſonius melius: *Apud quod Orphea vocari iuſſit.* Scilicet *Apud* pro *in* vel *ad* triclinium. PONTED.

13, 3 VBI TANTVM CIRCVMFLVXIT) Vetus lectio diuerſa eſt, *Vt tantum circumfluxerit nos.* Quam tamen non recepi, nec probari poſſe puto, niſi vitium ſit in his, quae ſequuntur, Varronis verbis, eruditiores tamen de hoc etiam ſtatuent. VICTOR. Vetus lectio: *vt tantum circumfluxerit nos.* quae legitima eſt, modo illud, *multitudo*, quod peſſimo iure huc irrepſit, expungatur: *vt tantum circumfluxerit nos ceruorum*, *aprorum*, *et caeterarum quadrupedum*, *vt non minus formoſum mihi etc.* *Tantum ceruorum:* vt Catullus: *Cum tantum ſciet eſſe baſiorum*, SCALIG. In V. C. rectius: *Vbi tantum circumfluxerit nos ceruorum etc.* omiſſo *multitudo*, quod gloſſema eſt. Cic. 3 de offic. *Tantumne piſcium*, *tantumne cymbarum.* VRSIN.

13, 3 QVAM IN CIRCO MAXIMO AEDILIVM) Aedilium ἀντὶ τοῦ ſpectaculum: ſed nimis coactum puto. Vix aliter poſſum credere, quam Varronem ſcripſiſſe *aedilitium:* ſubintelligitur enim munus. Ita idem Varro ſatyra, Longe fugit qui ſuos fugit, *Solus rex*, *ſolus rhetor*, *ſolus formoſus*, *ſecurus vel ad aedilitium: mundus*, *purus*, *putus*, *etc.* Nam duo manuſcripti Nonii codices, quos videre mihi contigit, habebant, *ad aedilitium*, *mundus etc.* Nihil tamen auſim mutare. SCALIG. Iuuat hic attexere narrationem eandem a Creſcentio ad genium ſui ſeculi interpolatam 9, 80. *Recitat autem Varro*, *quod cum eſſet in quodam loco*, *qui vocatur ager Laurentii*, *in quo triclinium erat in eminenti loco*, *vbi coenabatur*, *magiſtraliter fieri vidit. nam ſilua erat ſupra L. iugerum maceria ſepta. Vocatus fuit quidam*, *qui cum ſtola et cithara venit*, *et cum cantare iuſſus eſſet*, *bucina inflauit*, *et ſubito circumfulſit* [ex

circum-

XIV. AXIVS, Tuas partes (inquit) fubleuauit Appius, o MERVLA nofter.
Quod ad venationem pertinet, breuiter fecundus tranfactus eft actus. Nec de cocleis,
ac gliribus quaero, quod reliquum eft. neque enim magnum emolumentum effe
poteft. Non iftuc tam fimplex eft, inquit APPIVS, quam tu putas, o Axi nofter.
nam et idoneus fub dio fumendus [a] locus coeleariis, quem circum [b] totum aqua
claudas, ne quas ibi pofueris ad partum, non liberos earum, fed ipfas [c] quaeras.
Aqua [d], *inquam*, finiendae [e], ne fugitiuarius fit parandus [f]. Locus is melior [g], quem 2
et [h] non coquit fol, et tangit ros. Qui fi naturalis non eft (vt fere non funt in aprico
co loco) neque habeas in opaco, vt [i] facias, vt funt fub rupibus ac montibus, quorum
rum alluant [k] radices lacus ac fluuii, manu facere oportet rofcidum. qui fit, fi eduxeris
xeris [l] fiftulam †, et in eam mammillas [m] impofueris tenues, quae eructent aquam,
ita vt in aliquem lapidem incidat, ac late diffipetur. Paruus iis cibus opus eft, et is
fine miniftratore [n]. Et hunc, dum ferpit, non folum in area reperit, fed etiam fi 3
riuus

[C. XIV.] a) *eft* add. *a. V. et P.* b) *totum circum a. V. H. St-D.* c) *ipfa Heru.* d) *Aquam I. B. R.* e) *fundendae I. B. R. cludendae I. I-G.* f) *parandus locus. Is a. V.* g) *mollior I. B. R.* h) *et* deeft *I. B. R.* i) *vbi a. V.* k) *abluant I. B. R.* l) *adduxeris a. V.* †) *fiftula P.* m) *papillas a. V.* n) *adminiftratores a. V.*

circumflufit pro *circumfluxit* orta vox] *eum et ceteros tanta multitudo ceruorum, aprorum, et aliorum quadrupedum, quod valde formofum fibi apparuit fpectaculum.* Haec ille, fed pulchrius haud dubie illud fpectaculum fuit, quod fpectatum eft in praetorio heri mei, dum vita fuit, WILHELMI ERNESTI *Probi*, Principis e Saxonum domo Vinarienfis, laude omni digniffimi, cuius mors, me cum multis aliis, cum in medio curfu hic nofter labor effet, perdiderat atque afflixerat. In hoc enim praetorio, *villam Wilhelminam*, aut *Ettersburgum* vulgo dicunt, ad fonum buccinae cibi capiendi caufa in ipfam aulam veniebat magna ceruorum multitudo, magnorum, paruorum; non illa confepto aliquo conclufa, fed libera plane, et fola confuetudine adducta. Quod autem maius eft, ipfa Veneris orgia, quae in fecreto peragunt alioquin, in ea ipfa aula et confpectu multitudinis celebrabant. adeo in filua et libertate feritatem prope omnem depofuerant cerui, facri non minus ac poetarum vocibus celebrandi, quam Formiani pifces, aut ipfa cerua Sertorii.

14, 1 EMOLVMENTVM) Mellerus Palmerius in Spicil. p. 847 legit *molimentum*, i. e. opera, negotium, labor, qua fignificatione etiam adhibere ait Sifennam, Liuium et Caefarem B. G. 1, 34, 3. vbi vid. Cell. Notum eft illud Terentii: *Dum moliuntur, dum comuntur, annus eft.* Quae emendatio fane ex fequenti contextu confirmatur. SCHOETTG. Petrus Victorius Var. Lect. 21, 10 et hic et in Caefaris loco *emolumentum* fignificare vult, quod operofum eft, ac magnum ftudium requirit, probante illius fententiam Cl. Dauiefio ad Iulii Caefaris l. c. et laudante If. Voffium ad Catull. p. 312, vbi is inter ἐπαμφοτερίζοντα vocabula etiam *emolumentum* refert. At *emolimentum* puto melius. v. Thef. L. L.

14, 1 SIMPLEX EST) Videtur legendum *fimplex, inquam, vt tu putes*, nam infra eft: *aqua, inquam, finiendae.* fic enim eft in V. C. VRSIN. Poteft tamen fieri, vt illud *inquam* modo fit declaratiuum, et ad Appii tamen perfonam pertineat.

14, 1 NON LIBEROS EORVM) Ludit facetus fenex in formula *liberos quaerere.* Plautus Pfeud. 1, 1, 21 de manu perplexa, *Vt opinor quaerunt literae hae fibi liberos, Alia aliam fcandit.*

14, 1 FINIENDAE) Antea, *cludendae.* Elegans hoc verbum, et valde hic accommodatum, e veteribus libris fumfi, nec multo poft interpunctiones fuo loco collocans. Antea enim male diftincta oratio, omnem fenfum confundebat. VICTOR.

14, 1 FVGITIVARIVS) Vlpianus: *Non enim ambo pecuniam, ego et fugitiuarius depofuimus.* Erat is, qui mercede fugitiuos e fuga retrahebat. SCALIG. Florus 3, 19, 7 *Itaque qui per fugitiuarios retrahi debuiffent, praetorios duces, profugos praelio, ipfi fequebantur.* Adde Cuiacium Obferu. 5, 9 et 21, 11 Freinshemium ad l. c. Flori. SCHOETTG. Add. Barth. Adu. 5, 8 p. 229.

14, 2 ET NON COQVIT SOL, ET TANGIT ROS) Itaque Plautus Capt. 1, 1, 13 *Quafi cum caletur cochleae in occulto latent.* Laudat etiam Petr. Victorius Var. Lect. 33, 23 Athenaei locum, apud quem Ariftias Comicus de quodam, qui caperet cochleas, καὶ κοχλίας, inquit, γενομένης ψακάδος, ἀνηγείρετ' ἄν, καὶ λάχανα τῶν αὐτοχθόνων. Prodeunt ergo cochleae poft tenuem pluviam, aeftu latent atque imbribus.

14, 3 ET HVNC, DVM) Videtur legendum *etenim dum*, p. p. vid. leg. *in pariete*, vt refpondeat verbis, *in area.* VRSIN.

riuus non prohibet, in parietes [o] stantes inuenit. Denique ipsae exgruminantes ad propalam [p] vitam diu producunt [q], cum ad eam rem pauca laurea [r] folia interiiciant, et aspergant [s] furfures non multos. Itaque coquus has viuas an mortuas coquat, plerumque nescit.
4 Genera coclearum sunt plura [t], vt minutae albulae, quae afferuntur e [u] Reatino, et maxime [x], quae de Illyrico apportantur, et mediocres, quae ex Africa afferuntur. Non quo non [y] in his regionibus quibusdam locis, eae [z] magnitudinibus [non] [a] sint dispariles: nam et valde amplae sunt [b], quamquam ex Africa, quae vocantur solitannae [c], ita vt in eas LXXX quadrantes coniici possint, et sic in

o) *pariete Ryck. I. B. R. in parietes* caet. omnes. p) *propolam* Commel. q) *perducunt P.* r) *laureae P.* s) *aspergunt I. B. R.* t) *multa vel plura I. B. R.* u) *a I. B. R.* x) *maxime I. I-G.* y) *quod in* omisso *non a. V.* z) *ac I. B. R.* a) *non* om. *I. B. R.* b) *sunt, quaedam I. I-G.* c) *solitanae, ita vt earum calices quadrantes octoginta capere possint etc. a. V.*

14, 3 IN PARIETES STANTES) Pro *in parietibus stantibus*, quam rationem non esse inauditam nostris, Index noster docet.

14, 3 EXGRVMINANTES AD PROPALAM) *Propola* est, qui merces propalam, velut ante palum, aut de palo pendentes habet, et vendit, quam vocem in *propolam* deprauarunt: cum apud Graecos, quorum vocabulum videri volunt, haec vox *proxenetam* significet, venditionisque conciliatorem, vt scribit Pollux 7, 2. Non dubitem in h. l. *exruminantes* emendare refragantibus libris omnibus, in quibus *exgruminantes* legitur. Cochleas enim dicit Varro *ad* i. e. apud *propolam* ruminando suo sibi succo, et exiguo cibo vitam diu producere. Apud Nonium denique in *Primiter* Lucillius ipso syllabae modulo satis indicat vocabulum latinum esse, cuius verba sunt: *Vt cum primitiis ficos propola recentes Protulit, et pretio ingenti dat primitu paucos.* TVRN. 1, 1. Lege, *exruminantes*. Ab eodem verbo, sed non composito, dixit Plinius libro XVII cap. LXXII, *Si faucias recenti medicina mordeat quaedam hiemis ruminatio.* *Propalam* vero, inepta scriptura, pro *propolam*. quam tamen frustra doctissimus vir conatur defendere: vt non solum mediocriter doctos, sed et maximi quoque in literis nominis viros, falli saepe contingat. Sed de hoc alibi diximus. SCALIGER. Fortasse rectius esset *exruminantes*, nam *propolam* dicit, qui eas vendit. VRSIN. *Exgruminantes* est aptum et proprium huic rei verbum. Nam *exgruminant* cochleae e limo et succo suo, quo sibi viuunt, vt ait Plautus. *Gruminare* siue *cruminare* est minutatim et frustulatim delibare, decerpere, auferre: quod verbum paene integrum in nostra vernacula lingua remansit pro comedere micas panis, aut aliarum rerum minutias. POPMA. Primum de *propola*, an *propola?* Turnebus annotauerat ea, quae adtulimus, ad Cic. in Pison. c. 27, vbi Mss. pariter ac editos optimos legere *vinum a propola atque de cupa*, obseruatum a Grutero, neque negat Graeuius, quamuis, Scaligero, Manutioque autoribus, ipse *propolam* restituerit. Sed Lucillii versus paullo aliter legit doctissimus Nonii editor Mercerus p. 154, 27 *Sicuti, quum primus ficus propola recentis etc.* Quid igitur? Reliquimus Varroni *propalam*, si non alio iure, certe possessionis; lectori autem arbitrium. De *exgruminantes* putabam forte blandissimum esse, si legamus, *ex se ruminantes*, dicamusque, *s* et *e* in vnam *g* coaluisse.

14, 4 GENERA COCHLEARVM) Haec ad verbum fere ex nostro hausit Plin. 9, 56. SCHOETTG.

14, 4 CONIICI) Emendarem *coiici*, quod in optimo exemplari reperit Victorius, pro *cogi*, ex vetere orthographia. PONTED.

14, 4 AFFERVNTVR) Hoc verbum itemque ea: *quibusdam locis* videntur adiecta. VRS.

14, 4 MAGNITVDINIBVS NON SINT) Abesse debet hoc *non*; et puto oblitum modo esse delere Victorium.

14, 4 QVANQVAM EX AFRICA) Puto fuisse *quemadmodum*: certe τῷ *quanquam*, qui locus esse possit? non video.

14, 4 SOLITANNAE) Cum vno *n* scribitur apud Plinium, vbi haec notauit Harduinus: „Ita Mss. Regii Colb. ceterique, non *Iolitanae*, vt quidam fingunt, ab Iol, siue Caesarea, Africae oppido.„ De his rursum 30, 15. A promontorio solis, quod in Africa esse vidimus 5, 1 nomen sortitae videntur. Haec Harduinus. SCHOETTG.

14, 4 ITA VT IN EAS LXXX etc.) Ita locum restitui ope vetustorum Codd. ex ingenio tamen, quod desiderari videbatur, addidi. Quo autem studiosi, rectene hac libertate vsus sim, iudicare possint, veterem lectionem adponam: *Ita vt eas LXXX quadrantes coici possint.* Alii nimis omnia explanare voluerant. VICT. Plin. 9, 56 *Cuius artis gloria in eam magnitudinem perducta* (sic enim legendum) *vt LXXX quadrantes caperent singularum calices, auctor est M. Varro.* VRSINVS.

14, 4 IN-

in aliis regionibus eaedem [d] inter se collatae [e] et minores sunt [f], ac maiores. Has in foetura pariunt innumerabilia. Earum semen minutum, ac testa molli, diuturnitate obdurescit. Magnis insulis in areis factis, magnum bolum deferunt aeris [g]. Has quoque saginare solent ita, vt ollam cum [h] foraminibus incrustent sapa, et farre, vbi pascantur, quae foramina habeat, vt intrare aer possit. Viuax enim haec natura.

XV. GLIRARIVM autem [a] dissimili ratione habetur, quod non aqua, sed maceria locus sepitur. Tota leui [b] lapide, aut tectorio intrinsecus incrustatur, ne ex ea erepere possit. In eo arbusculas esse oportet, quae ferunt [c] glandem. quae, cum fructum non ferunt, intra maceriam iacere oportet glandem et castaneam, vnde saturi fiant. Facere his cauos [d] oportet laxiores, vbi pullos parere possint. aquam esse [e] tenuem, quod ea non vtuntur multum, et aridum locum quaerunt. Hi saginantur in doliis, quae etiam in villis habent multi, quae figuli faciunt, multo [f] aliter atque alia; quod in lateribus eorum semitas faciunt, et cauum, vbi cibum constituant. In hoc dolium addunt glandem, aut nuces iuglandes, aut castaneam. Quibus in tenebris, cum [g] cumulatim positum est in doliis, fiunt pingues [h].

XVI.

d) *eisdem I. B. R.* e) *collata I. B. R.* f) *sunt* omitt. *I. B. R.* g) *aeris* omitt. *I. B. R.* h) *eam I. B. R.*
[C. XV.] a) *autem* deest *I. B. R.* b) *laeui Com.* c) *ferant I. I-G.* d) *caueas I. I-G.* e) *oportet esse a. V.* f) *Multa I. B. R.* g) *cumularim Pol.* h) *pinguiores I. B. R.*

14, 4 INTER SE COLLATAE MINORES SVNT) Ita videtur legendum. Vox *aeris* abundat, nec est in V. C. Abundant item verba, *cum foraminibus.* Nam p. p. dicit, *quae foramina habeat.* VRSIN.

14, 5 EARVM SEMEN) Deponunt oua, margaritarum exaluminato splendori nihil cedentia, eaque fornice ex gleba facto obtegunt, relicto in summo foramine, qua caulis circiter pennae anserinae adigi queat. Huic deinde foramini incubantes oua excudunt. Operae pretium videtur, tum nidi illius structuram, et quomodo ab animali ita imperfecto elaboretur, tum ipsam partuorum quasi infantiam, diligenter obseruare. Quod dixi, ipse vidi in horto Chr. Fritschii, Medici Vinariensis. Verum respondeat hodierna experientia obseruationi Varronis de induratis hisce cochlearum ouulis, mihi non constat.

15, 1 GLIRARIVM) Glirium apud Romanos coquendorum et condiendorum rationem docet Apicius Art. Coqu. 8, 9. Et fuerunt censoriae leges, quae glires et huius generis alia, ad luxum quippe spectantia, vetarent. Plin. 36, 1. SCHOETTG.

15, 1 NE EX EA) Praepositio *ex* videtur abundare. Nam ex voce *ea*, quae sequitur, facta est. VRSIN. Forte legendum *possint.*

15, 2 IN HOC DOLIVM) Videtur legendum *in eo addunt glandem — quibus in tenebris fiunt pingues.* Sed cum in V. C. sit, *cum vlar impositum est, in doliis fiunt pingues*; videndum, an coniectura doctissimi viri recipienda sit, qui non *vlar* sed *εἶλαρ* legit, et interpretatur operculum. VRSIN.

15, 2 CVM CVMVLATIM) Antiqua lectio deprauata, quam corrigere nequiui. vt alii in hoc laborent, eam omnibus proponam, et vitia peruulgatae ostendam. Optimus ac vetustissimus codex: *Quibus in tenebris cumularim positum est in doleis.* Mediae vetustatis liber (qui semper mendosior esse consueuit) *Quibus in tenebris cliuulatim positum etc.* Quanquam *hylarim* posse pro *cliuulatim* legi, supra ille adnotatum habet. Male habitum esse olim hunc locum, omnes nunc videre possunt. In communi, *cum cumulatim* et sono vocis, et sententia etiam non valde mihi satisfacit. VICTOR. Lego: *cum hilar impositum est.* Εἶλαρ vocabulum est graecum, quod, vt mihi videtur, hic operculum doliorum significat eorum, in quibus glires saginantur. Vetus lectio est, *cum vlar impositum est:* quae quam proxime ad eam, quam centuriamus, accedit: vt vel sine iniuria, vel certe cum venia in hunc velut militarem manipulum adscribi possit. Non deest, qui *cum molare* legat, quod ne praetereundum quidem existimaui: Sed nec qui *ollare*, vt operculum ollae. TVRN. 19, 28. Mendosa prorsus et inquinata lectio. Vetus habebat, *Quibus in tenebris cumulatim positum.* vnius tantum literulae additione egregie locus restituitur, *Quibus in tenebris, cum aular impositum est, in doliis fiunt pingues.* *Aular*, vel *ollar*, est aulae seu ollae operculum: vt *puteal* τὸ φρέατος πῶμα, ad exemplum τῶ *Specular, Torcular, Lucar*, et aliorum. Ergo *aular* secunda significatione pro operculo cadi, aut dolii. De qua castigatione, humanioris doctrinae viros mihi assensuros spero. Neque sum nescius, doctissimum Turnebum εἶλαρ legisse. Ego vero constanter affirmare audeo, neque

XVI. APPIVS [a] igitur, Relinquitur, inquit, de pastione villatica tertius actus de piscinis. Quid tertius? inquit AXIVS. An quia tu solitus es in adolescentia tua domi mulsum non bibere propter parsimoniam, nos mel negligemus [b]? APPIVS,
2 Nobis verum dicit [c], inquit. Nam cum pauper cum duobus fratribus, et duabus sororibus essem relictus; [quarum] alteram sine dote dedi Lucullo, a quo haereditate me [d] cessa primum, et primus mulsum domi meae bibere coepi ipse, cum interea ni-
3 hilo minus pene quotidie in conuiuio omnibus darem mulsum. Praeterea meum erat non tuum, eas nouisse volucres, quibus plurimum natura ingenii atque artis tribuit: itaque eas melius me nosse quam te, vt scias, de incredibili earum auium natura audi. MERVLA, vt [e] caetera fecit, ἰσοφαμῶς [f], quae sequi melitturgi [g] so-
4 leant [h], demonstrabit. Primum apes nascuntur partim ex apibus, partim ex bubulo corpore putrefacto. Itaque Archelaus in epigrammate ait eas esse - - - βοὸς φθιμένης

[C. XVI.] a) *Axius I. B. R.* b) *negligimus? I. B. R.* c) *dic* marg. d) *mi Ba-G.* e) *quae I. B. R.* f) *hylifcus I. B. R.* ὁμαλῶς *V. C. Vrs.* g) *meliturgi a. V. H. St-D.* h) *id est, quae exercent* (*exercet Ienss.*) *mellaria* inser. *I. B. R.*

que Varronem hic bilinguem esse voluisse: neque, si voluisset, cum haberet κάλαμμα aut πῶμα, notissima et vsitatissima vocabula, quibus animi sui sensum explicare posset, iis quae remotissima sunt et vetustissimis tantum poetis cognita, vti ausum fuisse. Nos vero nulla licentia priscam lectionem eruimus, cum nonnulli codices habuerint *Hylarim.* SCALIG. Vetera quae sunt: *quibus in tenebris cummularim positum est in doleis,* praestant paullulum immutata: *quibus in tenebris cum affatim positum est in doleis, fiunt pingues.* PONTED.

16, 1 DE PISCINIS) Hae voces non habentur in V. C. Multa autem deesse in hoc libro, intelligere possumus vel ex iis, quae habentur apud auctorem Geop. qui 15, 2 tradit Varronem Romana lingua scripsisse, apes ex bubulo corpore putrefacto in cella oportere fieri, quod Iuba rex in lignea arca: quae apud Varronem hic non leguntur. Ἰόβας δὲ ὁ βασιλεὺς Λιβύων inquit ille, ἐν λάρνακι ξυλίνῃ φησὶ δεῖν ποιεῖσθαι μελίσσας. Καὶ Δημόκριτος καὶ Βάῤῥων ἐν Ῥωμαΐδι γλώσσῃ, ἐν οἴκῳ φασὶ δεῖν ποιεῖσθαι, ὅπερ ἐστὶ καὶ ἄμεινον. VRSIN. Capita diuisionis proposita 3, 3, 1.

16, 2 APPIVS NOBIS) Videtur legendum *Axius nob. ve. dicit, inquit* scilicet Appius. Nam c. 2. *Axius Appio subridens* et c. 3 et 17 *Axius mihi respectantibus nobis etc.* VRSIN. Si distinguatur oratio, vt hic factum est, mutatione nihil erit opus. Appius enim fatetur, verum esse, quod dicat Axius.

16, 1 QVARVM ALTERAM) Prima vox aut vacat, aut *earum* legendum est. SCALIG. Videtur legendum *earum*, et p. p. *daretur.* nam *mulsum* abundat. VRSIN. Simillima est haec verborum structura illi, de qua disputamus ad Varr. 3, 2, 13. De tribus sororibus Appii v. Manut. ad Cic. fam. 1, 9 p. 152.

16, 2 ME CESSA) h. e. mihi. *Me* pro *mihi* dixisse antiquos, Festus auctor est, et in vniuersum datiui et ablatiui eandem fuisse formam ostendit Perizon. ad Sanct. 1, 6 p. 36. Sed hoc exemplo rectius vsus esset, quam iis, quae adduxit Festus, etiam commentatoribus Festi, ipsique Perizonio, non animaduerso.

16, 3 PRAETEREA MEVM ERAT) Hoc dicit quasi Appius ab apibus, vt Vaccius a vaccis dictus sit. VRSIN.

16, 3 VT CAETERA) V. C. *quae cetera.* forasse: *quemadmodum caetera etc.* Pro ἰσοφαμῶς autem in V. C. est ὁμαλῶς. IDEM. Si ἰσοφαμῶς verum est, mallem ad Appii negotium referri. ipse enim ἰσοφαμῶς tractat de apibus, Merula ἀναμφισβητῶς.

16, 4 BVBVLO CORPORE) *Bubulo pecore* forte legendum. Nam supra dixit: *Anne dulcior est fructus apud te ex bubulo pecore etc.* In Archelai autem epigrammate legendum βοὸς φθιμένης, et pro *Idem* videtur legendum *Nicander.* Nam ex eius Theriacis sunt versus, qui proferuntur. VRSIN. Conf. Col. 9, quem librum prope totum apibus tribuit, qui proinde commentarii hic instar esse potest c. 14 6. Varronem hic mutilum esse, apparet ex Geopon. 15, 2 vbi tota ratio procreandarum ex corpore bubulo apum, quasi ex Varrone et Democrito petita, proponitur, comparanda cum Virgiliano carmine in fine Georgicon 4, 541 seq. vbi more suo congessit, quidquid a veteribus ea de re dictum est, de la Cerda. Locum illum Virgilii etiam prope descripsit Cresc. 9, 96. Meminit etiam huius βουγονίας Sextus Empir. Hyp. 1, 14, 41, qui eodem loco similes generationes, quas aequiuocas adpellant, commemorat.

16, 4 ΒΟΟΣ ΦΘΙΜΕΝΗΣ) Cum aliis omnibus in locis literis Graecis Graecae voces in optimo exemplari scriptae sint, hic tantum Latinis; quare magis laboraui. In φθιμένης mendum latere puto. Non enim conuenit illi cum vetustis vestigiis;

μένης [i] πεπλανημένα τέκνα. Idem: Ἵππων μὲν σφῆκες γενεά, μόσχων [k] δὲ μέλισσαι [l]. Hae apes non sunt solitaria natura, vt aquilae, sed vt homines. Quod si hoc [m] faciunt etiam graculi, at non idem: quod hic, societas operis et aedificiorum, quod illic non est. Hic ratio atque ars, ab his opus facere discunt, ab his aedificare, ab his cibaria condere. Tria enim harum, cibus, domus, opus: neque idem quod cibus cera, nec quod ea mel, nec quod mel [n] domus: non [o] in fauo sex angulis [p] cella; totidem, quot habet ipsa [q] pedes? (quod geometrae ἑξάγωνον [r] fieri in orbe rotundo

i) φθινομένης ante Commel. omnes. k) μόσχων δὲ μέλισσαι I. B. R. l) ἵππων μὲν σφηκῶν γένεσις. μόσχοι δὲ μελισσῶν add. I. I-G. m) in hoc I. B. R. n) mel deest I. B. R. o) Nam I. I-G. p) Sex angulis cellam tot I. B. R. cella ex angulis totidem I. I-G. et margo Durdr. sexangulis Vict. q) ipsa deest I. B. R. r) hexagon B. R.

vestigiis; nec sensum praeterea vllum idoneum habet. Notas, quas pro illa inueni, accurate exprimam: *Pepianem mina.* Ex iis, quamuis conatus fuerim, nihil, quod firmum esset, elicere potui. Nam quod φθιμένης quam φθινομένης scribere malui, dedi id antiquorum librorum auctoritati. VICTOR. Πεποτημένα τέκνα legendum censet, et versum, qui sequitur, Nicandri in Theriacis monet redundare, TVRN. 8, 8. Doctissimus vir emendauit, πεποτημένα. Et sane melius ab illo aut alio excogitari non potuit. sed reclamat vetus scriptura, *Pepianam mina.* profecto legendum πεπλανημένα. Tantum ex *i*, *l* fecimus, qui est veterum librariorum error vsitatissimus. Sic igitur, - - βοὸς φθιμένης πεπλανημένα τέκνα. - - *exanimi bouis errabunda propago.* Sequens versus Nicandri est, et hic locum non habet. Porro recte dixit, *In epigrammate.* Archelaus enim ille scripsit epigrammatia de natura mira animalium, ad Ptolemaeum regem. Hoc patet ex Antigoni Paradoxon libro, cuius haec verba sunt Καὶ τις Ἀρχέλαος Αἰγύπτιος τῶν ἐν ἐπιγράμμασιν ἐξηγουμένων τὰ παράδοξα τῷ Πτολεμαίῳ, περὶ μὲν σκορπίων οὕτως εἴρηκεν, Εἰς ὑμᾶς κροκόδειλον ἀποφθίμενον διαλύει, Σκορπίοι, ἡ πάντα ζωοθετοῦσα φύσις. Περὶ δὲ τῶν σφηκῶν, Ἐκ νέκυος ταύτην ἵππου γράψασθε γενέθλην Σφῆκας. ἴδ', ἐξ οἵων οἷα τίθησι φύσις. Item alibi, Καί τινι καὶ ἐπιγραμματίῳ περιπεπτώκαμεν Ἀρχελάου, ὃ καὶ πρότερον ἐμνήσθημεν· ὃς περὶ τῶν θαυμασίων καὶ τοῦτο κατακρίνει, καί φησιν, Πάντα δι' ἀλλήλων ὁ πολὺς σφραγίζεται αἰών, Ἀνδρὸς γὰρ κοίλης ἐν μυελῷ ῥάχιος Δεινὸς γίνετ' ὄφις, νέκυος δειλοῖο σαπέντος· Ὃς νῦν ἐκ τούτου πνεῦμα λαβὼν τέρπος Τεθνεῶτος, ζωὴν ἕλκων φύσιν. εἰ δὲ τὸ δ' ἐστιν, Οὐ θαῦμα βλαστεῖν τὸν διφυῆ Κέκροπα. SCAL. [Quae de Archelai epigrammatis refert ab his verbis *Porro recte dixit,* ea addidit demum post editionem 1573.]

16, 4 ΙΠΠΩΝ ΜΕΝ ΣΦΗΚΕΣ) Duo hic antea hexametri versus erant, qui parum immutatis vocibus eandem penitus sententiam habebant: posteriorem illorum abundare existimaui: eius enim in manu scriptis codicibus vestigium nullum inueni: priorem retinui. Quem deleui: Simplicius in primum Aristotelis φυσικῆς ἀκροάσεως adducit 52, Οἷον εἰ κύων ἐξ ἵππου, ἢ μᾶλλον, σφῆκες ἐξ ἵππου, ἢ μέλισσαι ἐκ ταύρου. Ἵπποι γὰρ σφηκῶν γένεσις, ταῦροι δὲ μελισσῶν. Etsi apud eum quoque aliquantulum variatus est. Vt autem libere quod sentio proferam: arbitror olim in diuersis M. Varronis exemplaribus diuerse illum legi solitum, aut ab aliis etiam scriptoribus aliter pronunciatum: vnde nonnulli insulse existimauerint, vtrumque in hoc loco necessarium esse. VICTOR. Ex equis vespas generari testatur etiam Horapollo Hieroglyph. 2, 44 Σφῆκας βουλόμενοι σημῆναι (Aegyptii) νεκρὸν ἵππον ζωγραφοῦσιν. ἐκ γὰρ τούτου ἀποθανόντος πολλοὶ γίνονται σφῆκες. Georgius Pisides in Opificio mundi p. 418. ἐκ μὲν ἵππου σήψεως σφηκῶν κύησιν, ἐξ ὄνου δὲ κανθάρων. Plura Hard. ad Plin. 11, 20. SCHOETTG.

16, 4 SED VT HOMINES) Haec verba videntur abundare. item *apes* glossa τοῦ *hae.* De eo autem, quod Varro dicit, apes non esse solitaria natura, vid. Arist. 1, 1 de histor. animal. VRSIN.

16, 4 QVOD HIC SOCIETAS OPERIS) Hoc vult dicere, graculos esse ἀγελαίους quidem, non autem πολιτικούς, vt sunt apes. Eiusmodi enim animalia πολιτικὰ vocat Aristoteles, vt apes, vespas, crabrones, formicas. Cic. 2 de finibus: *Quid si etiam bestiae multa faciunt duce sua quaeque natura, partim indulgenter, vel cum labore, vt in gignendo, in educando: vt perfacile appareat, aliud quiddam iis propositum, non voluptatem? partim cursu et peragratione laetantur: congregatione aliae coetum quodammodo ciuitatis imitantur.* Nam postrema verba nihil aliud sonant, quam πολιτικὰ ζῷα quaedam esse. SCALIGER.

16, 5 QVOD MEL DOMVS) Videtur legendum ex V. C. *quod id domus.* Videndum autem, an illud *nam* abundet. VRSIN.

16, 5 SEX ANGVLIS) Diuisi hanc vocem, cum coniecturae meae suffragatorem deprehenderim Turnebum 8, 8.

16, 5 QVOD GEOMETRAE) In Geop. 15, 3 ita: τὸ δὲ φιλότεχνον αὐτῆς καὶ ἐγγὺς λογικῆς διανοίας μάλιστα θεωρεῖται ἐξ ὧν τὰς θήκας ἑξαγώνους ποιεῖ. Quod autem dicit, *fieri in orbe rotundo,* Euclides id

rotundo ostendunt, vt plurimum loci includatur [s].) Foris pascuntur, intus opus [t] faciunt: quod, dulcissimum quod [u] est, et diis et hominibus est [x] acceptum. quod fauus venit in altaria, et mel ad principia conuiuii, et in secundam mensam admini-
6 stratur. Hae [y] vt hominum ciuitates, quod hic est et rex, et imperium, et societas, quod sequuntur omnia pura. itaque nulla harum assidit in loco inquinato, aut eo, qui male oleat, neque etiam in eo, qui bona olet vnguenta. itaque his vnctus qui accessit [z], pungunt, non vt muscae † liguriunt. quod nemo has videt (vt illas) in
7 carne, aut sanguine, aut adipe. ideo modo [a] considunt in quo est sapor dulcis. Minime malefica, quod nullius opus vellicans facit deterius: neque ignaua, vt non, qui [b] eius [c] opus conetur disturbare, resistat. Neque tamen nescia suae imbecillitatis

s) *includant I. I-G.* t) *fauos melle farciunt I. I-G.* u) *quidem a. V.* x) *est* omitt. *I. I-G.* y) *Haec I. B. R.* z) *accesserit a. V.* †) *ligurriunt Pol.* a) *modo eo I. B. R.* b) *ei, qui a. V.* c) *eius opus* desunt *I. B. R.*

id tradit lib. 4. prop. 15. *εἰς τὸν δοθέντα κύκλον ἑξάγωνον, ἰσόπλευρόν τε, καὶ ἰσογώνιον, ἐγγράψαι.* VRSIN. Pisides dicit apes *οἴκους ὀργῶσι ἑξαγώνων πλισμάτων.* Auctor de laudibus vitae monasticae a Sirmondo editis ad Goffridum Vindocinensem ep. 4, 1 *Hexagonis cellis, quae mella liquentia condunt Vtile, mirificum quae fabricantur opus.* SCHOETTG.

16, 5 VT PLVRIMVM LOCI INCLVDATVR) Non absolute capiendus hic superlatiuus. Notum enim his, qui non sunt *ἀγεωμέτρητοι*, quo plurium angulorum sit polygonum regulare, tanto reliquis in eodem circulo descriptis esse capacius, cum ipse circulus nihil aliud sit, quam infinitis numero angulis constans polygonum. Itaque heptagonum plus loci includit, quam hexagonum, et sic deinceps.

16, 5 INTVS OPVS FACIVNT) Vetusta haec lectio; quam veriorem puto. Antea in excusis: *intus fauos melle faciunt.* Nam quod p. p. inquit M. Varro, *fauus venit in altaria*, ad rem diuinam veteres fauos adhibere solitos manifestum est. Euripides Iphigenia in Tauris: *Καὶ τῆς ὀρείας ἀνθεμορρύτου γάνος ξουθῆς μελίσσης ἐς πυρὰν ἐμβαλῶ τιθεῖν.* VICTOR.

16, 5 AD PRINCIPIA CONVIVII) Romani sub initio conuiuii primam sitim ex melle facto sedabant, inde antecoenium *promulsis* dictum. Tradit id hoc ipso Varronis nostri loco adducto Lipsius Antiqu. Lect. 3 p. 101. Exemplum habemus apud Petronium, vbi cum c. 31 in promulside, quae est gustatio ante conuiuium, jam mulsum habuerint, Trimalchio c. 34 conuiuis suis permittit, vt, si vellent, iterum mulsum sumerent. Vide Interpp. eius cap. 35. SCHOETTG.

16, 6 ITAQVE NVLLA HARVM) Totum hunc locum Didymus a Varrone accepit, in Geop. *Ἔστι δὲ καθαρὸν ὑπερβολῇ τὸ ζῶον, οὐδενὶ τῶν δυσωδῶν καὶ ἀκαθάρτων προσιζάνον, ὥστε λέγειν. οὔτε γὰρ σαρξὶν*, etc. VICTOR. Locus est Geop. 15, 3.

16, 6 QVI ACCESSERIT) V. C. *accessit*, quod tamen pro *accesserit*, vt alibi, positum est. Aristot. 9, 40 de hist. tradit hoc de apibus, non solum foedos odores eas odere, sed etiam vnguentorum delicias, vnde fieri, vt homines his delibutos percutiant. VRSIN. V. ad c. 9, 14, 3.

16, 6 LIGVRRIVNT) Duo *rr* hoc verbum habere in optimis exemplaribus, et hic et apud Terentium obseruaui in Eunucho: *quae cum amatore suo cum coenant, ligurriunt. Ligurriunt* enim, flosculos epularum capiunt, et delicatiores dapes studiose sectantur. Quem sensum in Adelphis aliis verbis expressit. *Atque vnum, quod quidem erit bellissimum, carpam.* VICTOR.

16, 6 NEMO HAS VIDET) Ex Aristotele: *πρὸς σάρκα δὲ οὐδενὸς καθίζει, οὐδὲ ὀψοφαγεῖ.* Quae sequuntur, ex eodem fere ad verbum: *φέρει δὲ ἀπὸ πάντων ἡ μέλιττα, ὅσα ἔχει ἐν κάλυκι ἄνθη, καὶ ἀπὸ τῶν ἄλλων δὲ, ὅσα ἂν γλυκύτητα ἔχῃ, οὐδένα βλάπτουσα καρπόν.* SCAL.

16, 6 IDEO) malo, *in eo*, quemadmodum paullo ante dixerat. SCHOETTG.

16, 7 VELLICANS) Didymus: *οὔτε λυμαίνεται τοὺς ἄλλων πόνους.* IDEM.

16, 7 IMBECILLITATIS) Locus hic in VV. CC. mutilatus est, et non vno modo corruptus, quem nos ita putamus ex Geop. 15, 3 supplendum ac corrigendum: *Neque - - imbecillitatis, angustos tortuososque aditus in domum construunt, vrbium munitarum in modum. si quae tamen animalia illas angustias penetrauerint, vt fortes milites solent, conglobatae plures vnum occidere. Canere praeterea eas suauem cantionem, qua de causa musarum - - - volucres, et quod si quando - - vnum. Et quod vt diis etc.* In Geop. ita: *Εἰδυῖα δὲ τὴν αὐτῆς ἀσθένειαν, στενὰ ποιεῖ καὶ οὐκ εὐθὺ τετραμμένας τὰς εἰς τὸν αὐτῆς οἶκον εἰσόδους. τὰς δ' εἰσπορευομένας ἐπὶ βλάβῃ, πλείους περιστᾶσαι, ῥᾳδίως καθαιροῦσι. θέλγει δὲ τοῦτο τὸ ζῶον καὶ κάλλιστον μέλος. ὅθεν οἱ μελισσουργοὶ, διασκεδαζομένας αὐτὰς κυμβαλίζοντες ἢ τὰς χεῖρας εὐρύθμως κροτοῦντες*

tis *; quae cum causa musarum esse dicantur volucres, quod et siquando displicatae sunt, cymbalis, et plausibus, numero reducunt [d] in locum vnum. Et vt his diis Helicona atque Olympon attribuerunt homines, sic his floridos et incultos natura attribuit montes. Regem suum sequuntur quocunque it, et fessum subleuant; et, 8
si nequit volare, succollant [e], quod eum seruare volunt. Neque ipsae sunt inficientes [f], nec non oderunt inertes. itaque insectantes [g] a se eiiciunt fucos, quod hi neque adiuuant, et mel consumunt: quos vocificantes [h] plures persequuntur etiam paucae. Extra ostium aluei obturant omnia, qua venit inter fauos spiritus, quam ἐριθάκην [i] appellant Graeci. Omnes vt in exercitu viuunt, atque alternis dormiunt, 9
et opus faciunt pariter, et vt colonias mittunt. Hique duces conficiunt quaedam ad vocem vt imitatione tubae. tum id faciunt, cum inter se signa pacis ac belli habeant.

d) *reddücunt Pol.* e) *subuolant Ba-G.* f) *inficiantes Ba-G.* g) *impetentes a. V. impectantes Pol.* h) *vociferantes* marg. *Durdr. et Gymn.* i) *rhithacem I.B.R.*

[illegible] VRSIN. Eandem coniecturam in chartam conieceram, antequam oculis vsurparem Vrsinum. Quia tamen tam audax non sum, vt verba deperdita me inuenire posse dicam, locum hunc asterisco notandum existimabam. SCHOETTG.

16, 7 DISPLICATAE) Suspicabar *dispalatae*. sed nihil ausim in vocem non mali commatis.

16,6 NVMERO REDVCVNT) In antiquis duo *dd* hoc verbum habet, et sane saepe veteres ita scribere solebant, vt Grammatici etiam ostendunt et testimonio optimorum auctorum confirmant, sententia autem ab Aristotele accepta est, *δοκοῦσι δὲ χαίρειν αἱ μέλιτται καὶ τῷ κρότῳ. διὸ καὶ κροτοῦντες φασὶν ἀθροίζειν αὐτὰς εἰς τὸ σμῆνος ὀστράκοις τε καὶ ψήφοις.* VICTOR.

16, 8 ET FESSVM) In Geop. *κάμνοντά τε αὐτὸν συναναλαμβάνειν, καὶ μὴ δυνάμενον πέτεσθαι φέρειν καὶ διασώζειν.* VRSIN.

16, 8 ITAQVE INSECTANTES A SE EICIVNT FVCOS) Ita ex antiquis codicibus emendaui. vetus lectio paruam maculam habebat, quam deleui, *Itaque impectantes*, etc. Vnius igitur literae correctio totam rem confecit. VICTOR. Ex veteri scriptura legendum videtur: *impectentes*. Nam *pectere* pro *impectere* et verberare, a Comicis saepenumero teritur: vel potius *impectantes*, pro pectere et verberare cupientes desiderandi forma, vel frequentandi pro saepe pectentes atque pungentes. Nam vt *fictum* pro *fixo* a Varrone dicitur, et a veteribus Grammaticis obseruatur: quidni eodem modo *pectum* pro *pexum* ab eodem dicetur, a quo *pecto pectas*: cum praesertim pro pexus pectitus a Col. dicatur l. 10. *Inde vbi se puro discrimine pectita tellus.* Sic a *lego*, *lecto* dixit Horatius a *scribo scripto*. *Insectantes* tamen non ineptum est, sed quam Victorius lectionem veterem refert, eam interpretabamur. TVRN. 8, 8 Poterat legi *impectentes*, quod inhaerent fuci atque immorantur fauis, et quasi se impectunt, neque alimenta congerunt, sed ab apibus infecta consumunt. Sed omnino leg. *inspectantes*: quasi spectatores operis. POPMA. Neque forte illud *impectantes* est reiiciendum; quod frequentatiuum est verbi *impingo*, et sequioribus saeculis iterum in vsu fuit. Goldastus ad Regulam Columbani c. 9. Inde quoque nata est vox *impechiare* Gall. *empecher*. Car. du Fresne Gloss. tom. 2. col. 28. SCHOETTG.

16, 8 QVOS VOCIFICANTES PLVRES PERSEQVVNTVR ETIAM PAVCAE) Ita videtur hic locus interpungendus. Plinius tamen videtur *paucos* legisse. Nam 11, 11 sic habet: *Cum mella coepere maturescere, abigunt fucos, multaeque singulos aggressae trucidant.* VRSIN. Caeterum *vocificantes* vel ad apes referri potest, classico quodam euocantes suos ad praelium, vel ad fucos perstrepentes.

16, 8 ΕΡΙΘΑΚΗΝ) Videtur legendum *propolim*. Nam de erithace ita infra: *Erithacen vocant, quo fauos extremos inter se conglutinant; quod est aliud melle et propoli.* de propoli vero idem infra: *Propolim vocant, e quo faciunt ad foramen introitus protectum in aluum maxime aestate.* Conf. Plin. 11, 7, VRSIN. Forte legendum, intelligendum certe *ex* auferendi casu, *quam leg.* Ita sibi ipse Varro conueniet. Alia quaestio est, vtrum conciliari queat Plinio 11, 7 extr. cui *erithace* est, *quam Sandaracam aliqui, alii cerinthum vocant, apium, dum operantur, cibus.* Scilicet ne periti quidem talium rerum eadem semper nomenclatura vtuntur.

16, 9 HIQVE DVCES) Cresc. *Horumque duces* (an *harumque*) *faciunt quaedam ad vocem.* PONTED. Suspicor legendum *Haeque ducis* etc. Apes negotia quaedam conficiunt ad vocem ducis sui. Quid si *apes* etiam masculino genere dixit Varro, vti Crescentius etiam 9, 100?

16, 9 PHY-

beant. Sed o Merula, Axius noster ne, dum haec [k] audit, physicam addiscat, quod
10 de fructu nihil dixi, nunc cursu lampada tibi [l] trado. MERVLA, De fructu, in-
quit, hoc dico, quod fortasse an tibi satis sit *Axi*, in [m] quo auctorem habeo non
solum, qui aluearia sua locata habet quotannis quinis millibus pondo mellis, sed
etiam hunc Varronem nostrum, quem audiui dicentem, duo milites se habuisse in
Hispania fratres Veianios ex agro Falisco locupletes, quibus cum a patre relicta
esset parua villa, et agellus non sane maior iugero vno, hos circum villam totam
aluearium fecisse, et hortum habuisse, ac reliquum thymo et cytiso obseuisse [n], et
apiastro, quod alii μελίφυλλον [o], alii μελισσόφυλλον, quidam μέλινον appellant.
11 Hos nunquam minus, vt peraeque ducerent, dena millia sextertia ex melle recipere
esse solitos. tum eos et velle expectare, vt suo potius tempore mercatorem admit-
terent, quam celerius alieno. Dic igitur, *inquit* [p], vbi et cuiusmodi me facere opor-
12 teat aluearium, vt magnos capiam fructus. *Ille*, μελιττῶνας ita facere oportet,
quos alii μελιτροφεῖα [q] appellant, eandem rem quidam mellaria. Primum secun-
dum villam, potissimum vbi non resonent imagines. hic enim sonus harum fugae
[causa]

k) *hoc I. B. R. dum haec audit: physicam ac biscat Pol.* l) *tibe I. B. R.* m) *in quo omitt. I. I-G.* n) *oppleuisse I. B. R. opseuisse Pol.* o) *meliphilon, al. melisophilon, qu. mellinom I. B. R. mellinem Pol.* p) *inq. Merula I. I-G.* q) *melitrophia I. B. R.* μελιτροφεῖα *Vict.* μελιττοτροφεῖα *I. I-G.*

19, 9 PHYSICAM) Nihil hic variaui. vetustam tamen scripturam proponam, quae si quid in se boni habet, valde hic perturbatum ac obscuratum habet, *phisicam acbiscat.* VICTOR. Quid est, quo magis damnetur haec lectio, quam veteri scriptura? Apponam igitur eam, ita vti eam nobis indicauit P. Victorius. Ea ita concepta est, *Physicam acbiscat.* Minimum mihi permittam in vera lectione eruenda. *Ne dum haec audit, physica maciscat.* Quae sententia et lepidissima, et faceto sene dignissima est. Vereor, inquit, ne dum haec physica et historica de apibus audit, macescat: quia eius quod esui est, mentionem non fecimus, scilicet mellis. Quod pascat aures, tantum recitauimus: nunc quod et palato sit, recitemus. Nam mel ad edendum: at ἱστορικὰ καὶ φυσικὰ illa de apibus, ad audiendum tantum. Quis non tam lepidam tanti scriptoris sententiam libens amplectatur? *Maciscat*, autem et *macescat* veteres dixisse testantur Grammatici, qui etiam e 4to de finibus illud producunt: *Animam sui datam pro sale, ne putisceret.* SCAL. Ex V. C. videtur legendum *Physicam arcessat* vel *accuset.* Nam physica esset accusanda, si de apum natura physice dissseratur, et de fructu nihil dicatur, cuius causa instituitur dissertatio. VRSIN. Legendum: *physica, magis biscat*, ex antiqua scribendi consuetudine, *maci* pro *magis.* Vereor, inquit, ne dum audit hic tam multa de natura apum, potius taedio et fastidio hiscat, quod de fructu nihil dixi. Nam physica tantum aures implent; fructus autem afficiunt palatum. POPMA.

16, 9 CVRSV LAMPADA) Ductum esse hunc sermonem a ludis, quos Athenis faciebant, et λαμπαδοῦχον ἀγῶνα appellabant, manifestum est. E Latinis autoribus Lucretius etiam elegantissime inde translatis nominibus inquit, *Et quasi cursores vitai lampada tradunt.* Plato περὶ νόμων l. 6. de eadem, qua Latinus Poeta re agens, eodem pacto locutus est, γεννῶντας καὶ ἐκτρέφοντας παῖδας, καθάπερ λαμπάδα τὸν βίον παραδιδόντας ἄλλοις ἐξ ἄλλων VICTOR. Respexit ad Graecum prouerbium, cuius meminit Aristophanes Ranis: λαμπάδα δ' οὐδεὶς οἷός τε φέρειν ὑπ' ἀγυμνασίας. et Persius, *Qui prior es, cur me in decursu lampada poscis?* VRSIN.

16, 10 ΜΕΛΙΝΟΝ) Optimum exemplar *Mellinen* habet, nihil tamen immutaui. Μελιττωνας, quam eandem μελισσόφυλλον et μελίφυλλον vocabant, appellasse Dioscoridem et Nicandrum Colophonium, manifestum est. De tertio hoc nomine Varronis plane mihi non constat. VICTOR. Scribe ex veteribus libris *Melline.* SCAL.

16, 11 MILLIA SESTERTIA) Legendum *sestertium.* deinde: *praeterea locum esse oportet.* Nam infra sic habet: *quod ad locum pertinet* etc. VRSIN. Vid. ad V. 2, 1, 14.

16, 12 VBI NON RESONENT IMAGINES) Cresc, 9, 94 *resident imagines i. e. voces eco*, add. Col. 9, 5, 6.

16, 12 HIC ENIM SONVS HARVM FVGAE) Haec ego non intelligo: neque ab vllo, qui meliore sit ingenio, intelligi posse sperem. Nam et imperfecta est sententia, et quae sequuntur, nullum bonum sensum efficiunt. Sed vt puto, duo sunt quae hunc locum luxarunt. primum importuna distinctio: deinde vox corrupta *procerum:* quam ego in *protelum* transformo, vel potius restituo, vt ita haec periodus legenda sit: *Hic enim sonus harum fugae existimatur esse*
prote-

[causa][r] existimatur esse. Procerum[s] esse oportet aere temperato, neque aestate feruido, neque hieme non aprico, vt spectet potissimum ad hibernos ortus, quae[t] prope se loca habeat ea, vbi pabulum sit frequens, et aqua pura. Si pabulum natu- 13
rale non est, ea oportet dominum serere, quae maxime sequuntur apes. ea sunt, rosa, serpyllum, apiastrum, papauer, faba, lens, pisum, ocimum[u], cyperum, Medica, et maxime cytisum, quod valentibus vtilissimum est. Etenim ab aequinoctio verno florere incipit, et permanet ad alterum aequinoctium autumni. Sed vt hoc aptissi- 14
mum ad sanitatem apium, sic ad mellificium thymum. Propter hoc Siculum mel fert palmam, quod ibi thymum bonum, et frequens est. Itaque quidam thymum contundunt in pila, et diluunt in aqua tepida: eo[x] conspergunt omnia seminaria consita apium causa. Quod ad locum pertinet, hoc genus potissimum eligendum 15
iuxta villam; non quo[y] non in villae porticu quoque[z] quidam (quo tutius essent) aluearia collocarint. Vbi[a] sint, alii faciunt ex viminibus rotundas, alii e ligno ac corticibus, alii ex arbore caua, alii fictiles, alii etiam ex ferulis quadratas longas circiter pedes ternos[b], latas pedem, sed ita vti cum[c] parum sit[d] qua compleant, eas

r) *caussam I. I-G.* plane om. *I. B. R.* s) *Praeterea proc. a. V.* t) forte *qui.* u) *oc. medicae max. I. B. R.* *ocimum* om. *I. I-G.* x) *ea I. I-G.* y) *quod I. I-G.* z) *quoque* deest *I. B. R.* a) *Aluos vbi a. V.* b) *tres I. B. R.* c) *cum* deficit *I. B. R.* d) *sint quae I. B. R.*

protelum. Esse oportet aere temperato, etc. Et quamuis temerarium est de eiusmodi rebus ferre sententiam: tamen non puto aliter Varronem scripsisse. Nam nullum verbum ei rei accommodatius potuit excogitare. Est autem *Protelum* continuatio ictus, vt alibi explicauimus, et Lucretianum versiculum adduximus: *Vndique protelo telorum continuato.* Itaque *protelum fugae* est, cum prorsus aliquid longe truditur, vt telum, quod ex ballista emittitur. *Sonus earum fugae protelum est*, hoc est, eiusmodi imaginibus et sonis longe protelantur in fugam. Sed quid plura colligo, quasi aequiorum hominum iudiciis diffidam? Ipse Varro alibi ita locutus est: in dialogo, quem inscripserat Catum de liberis educandis: *Remotissimum ad discendum formido, nimius timor, et omnis perturbatio animi: contra, delectatio protelum ad discendum. Protelum* hic, incitamentum, vel potius impulsio: vt nulla prorsus de hac emendatione dubitatio relinquatur. SCAL. Magnum praesidium Scaligeranae emendationis in eo est, quod vox *causa*, vt vidimus, abest in. I. B. R. quorum *praeterea* non minus quam *procerum* ex *protelum* non intellecto ortum esse potest.

16, 12 PROCERVM ESSE OPORTET) Primae editiones, vt vidimus, *Praeterea procerum*: vnde Is. Vossius ad Catull. p. 123 legi vult *Praetoria procerum — spectent.* Sed non cogitauit, credo, de totis aluearlis sermonem esse, non de cellis regum. Bene est, quod ipse subiicit, posse etiam vulgatam lectionem retineri.

16, 13 CIPERVM, MEDICA) A nemine, quod sciam, *Ciperum* ad mellificium commendatur, quoniam huic flos nullus praeter filamenta apibus inutilia. Quare recte apud Iensonium non inuenitur, neque apud Crescentium, qui reliqua exscripsit. Si quis tamen retinendum statuat, legat *Cipiron*, quod est *Gladiolus*, vt commentatus est Plinius; quin etiam Georgius Alexandrinus apud Varronem reperisse videtur, quod non *ciperum* sed *cypiron* commemorauit. Porro Gladiolus ob flores ad mel non inutilis inter stirpes apibus accommodatas a Columella et Palladio refertur. PONTED.

16, 13 QVOD VALENTIBVS) Videtur legendum *quod minus val.* Col. 9, 5 *sunt remedio languentibus cytisi.* VRSIN.

16, 15 VBI SINT, ALII FACIVNT, etc.) Excusi antea, *Aluos, vbi sint.* quarum primam vocem superuacaneam esse duxi, et quod in manu scriptis non inueni, et quod sine illa sensus pulchre constaret. *Vbi sint* enim appellauit domicilia ipsarum: quod etiam confirmari his, quae postea a Varrone dicuntur, potest. Cum enim ex qua materia fierent, copiose docuisset, iam illas *aluos* coepit appellare, *Haec omnia vocant a mellis alimonio, aluos.* Quomodo enim debuit eo verbo vti, antequam vim illius exposuisset? VICTOR. Primam vocem damnauit Victorius, propterea editores, qui Victoriana amplexi sunt, id non recipiunt. Verum hoc sublato, cui annectemus quae sequuntur: *ex viminibus rotundas: alii fictiles: quadratas: longas: latas?* PONTED. Forte *vbiubi sint*, h. e. vbicunque. *Rotundas, fictiles, quadratas*, per synesin referuntur non ad *aluearia*, sed ad cognatam vocem *aluos.* Quin putem recte editum esse hunc locum ante Victorium.

eas [e] coangustent, ne in vasto loco, et inani despondeant animum. haec omnia
vocant a mellis alimonio, aluos: quas ideo videntur medias facere angustissimas,
16 vt figuram imitentur earum. Vitiles [f] fimo bubulo oblinunt [g] intus, et extra, ne
asperitate absterreantur. easque aluos ita collocant in mutulis [h] parietis, vt ne agi-
tentur, neue inter se contingant, cum in ordinem sint positae. sic interuallo inter-
posito [i], alterum et tertium ordinem infra faciunt, et aiunt potius hinc demi opor-
tere, quam addi [k] quartum. Media [l] aluo, in [m] qua introeant apes, faciunt fora-
17 mina parua dextra, ac sinistra. Ad extrema, qua mellarii [n] fauum eximere possunt [o],
opercula imponunt aluis. Optimae fiunt corticeae [p], deterrimae fictiles, quod et [q]
frigore hieme, et aestate calore vehementissime hic [r] commouentur. Verno tem-
pore, et aestiuo fere ter in mense mellarius inspicere debet fumigans leuiter eas [s],
18 et a spurcitiis purgare aluum, et vermiculos eiicere. Praeterea vt animaduertat,
ne reguli plures existant: inutiles enim fiunt propter seditiones. et [t], vt quidam
dicunt, tria genera cum sint ducum in apibus, niger, ruber, varius; vt Menecrates
scribit duo, niger, et varius: qui ita, melior; vt expediat mellario [u], cum duo sint [x]
eadem aluo, interficere nigrum, quem scit cum altero rege esse seditiosum, et cor-
19 rumpere aluum, quod fuget, aut cum multitudine fugetur. De reliquis apibus
optima est parua, varia, rotunda [y]. Fur, qui vocatur ab aliis fucus, alter [z] est, lato
ventre.

e) *ne eas I. B. R.* f) *Fictiles a. V.* g) *obliniunt a. V.* h) *mutilis a. V.* i) *posito* solit. *I. B. R.* k) *addi. Quartum med. I. B. R.* l) *Medio Heru.* m) *in* deest marg. n) *melliarii I. B. R.* o) *possint a. V.* p) *cortice a. V.* q) *ex I. B. R.* r) *hic* abest *I. I-G.* s) *eas* abest *I. B. R.* t) *et* omitt. *I. B. R.* u) *melliario I. B. R. melliarii P.* x) *sunt a. V.* y) *rutunda P.* z) *est alter: est I. B. R.*

16, 16 VITILES FIMO BVBVLO OBLINVNT INTVS) Antea *Fictiles*, in excusis. *Vitiles* emendaui, et auctoritate veterum codicum, et ratione, ita suadente. *Fictilia* enim vasa per se intus et extra laeuia sunt, nec asperitatem vllam habent: quo vitio laborare dixit *vitiles aluos*, nisi remedium adhibeatur. nam *Vitilia*, vt quallos, cistas, et quicquid ex viminibus fit, aspera esse constat. *Vitile* autem appellant Latini scriptores quod lentum est et facile flectitur. Plinius *vitilibus nauigiis*, corio circumsutis, Britannos nauigare dixit. Idem etiam lib. XIII cap. IIII, de quodam genere palmarum agens, inquit, *Folio latiore, ac molli, ad vitilia vtilissimo.* VICTOR.

16, 16 NEVE - - - CONTINGANT, CVM - - - POSITAE. SIC) Ita hic locus interpungendus ex V. C. VRSIN. Nimirum obtemperauimus Vrsino et I. B. R. In aliis interpunctum erat post *contingant*, et ante *sic* incisum.

16, 17 QVA MELLARII) Videtur legendum *quo*. Dixit enim media aluo foramina debere fieri, quo apes introeant, extrema autem aluo opercula debere imponi, quo mellarii fauum eximere possint. Nam superiore parte solere fauos eximi tradit Plin. 11, 11. Deinde legendum: *Optimae sunt - - - quod eae frigore* etc. VRSIN.

16, 17 HIC COMMOVENTVR) Forte legendum *hae* vel *haec*.

16, 18 ET VT QVIDAM) *et* abest a V. V. C. C, qui modus loquendi est familiaris Varroni in libb. de L. L. VRSIN.

16, 18 TRIA GENERA CVM SINT) Haec male interpuncta obscurum et perturbatum sensum efficiunt. Nam haec est recta interpunctio: *Et, vt quidam dicunt, tria genera cum sint ducum in apibus: niger, ruber, varius: vt Menecrates scribit, duo: niger, et varius: qui ita, melior. vt expediat mellario*, etc. *Qui ita*, hoc est, qui varius est, melior est. Fortasse, *Vt Menecrates scribit, duo: ruber, niger et varius*, vt niger et varius, vnus tantum sit. Nam accepit ab Aristotele Menecrates Ephesius. Ita enim in libris *ἱστορίας ζῴων* scriptum est, vbi sermo est de ducibus apum. *ὁ μὲν βέλτιον πυῤῥός· ὁ δὲ ἕτερος, μέλας καὶ ποικιλώτερος.* SCAL. Interpunximus ad mentem Scaligeri, cum ante parenthesis illa, *vt Menecrates scribit*, signis quoque illius adpositis adiuncta esset ad diuisionem tripartitam. Sed dubito tamen, an dixerit Varro, *qui ita*, h. e. qui talis est, qualem vltimo dixi, siue varius. Itaque suspicabar legendum *hic ita melior vt exp.* etc.

16, 19 ALTER EST LATO) Immo scribe, *Alter lato est ventre.* quod confirmat Aristoteles, vnde Varro accepit. *Τρίτος δὲ*, inquit, *ὁ φὼρ καλούμενος· οὗτος δέ ἐστι μέλας καὶ πλατυγάστωρ.* Sed quid est, obsecro vos, quod Varro scribit, furem ab aliis vocari fucum, cum fucus alius sit a fure? Arist. *εἰσὶ δὲ γένη μελιττῶν, ἡ μὲν ἀρίστη,*

μικρὰ

ventre. Vespa, quae similitudinem habet apis, neque socia est apenis[a], et nocere
solet morsu, quam apes a se secernunt. Eae [b] differunt inter se, quae ferae, et
cicures sunt. Nunc feras dico, quae in siluestribus locis pascitant; cicures, quae
in [c] cultis. Siluestres minores sunt magnitudine, et pilosae, sed opifices magis. In 20
emendo emtorem videre oportet, valeant, an sint aegrae. Sanitatis signa, si sunt
frequentes in examine, et si nitidae; et si opus, quod faciunt, est aequabile, ac leue.
Minus valentium signa, si sunt [d] pilosae, et horridae, vt [e] puluerulentae, nisi opificii eas vrget tempus. tum enim propter laborem asperantur, ac macescunt [f].
Si transferendae sunt alui † in alium locum, id facere diligenter oportet, et tempora, 21
quibus id potissimum facias, animaduertendum; et loca, quo transferas, idonea
prouidendum. Tempora, vt verno potius quam hiberno, quod hieme difficulter
consuescunt, quo [g] sunt translatae, manere: itaque fugiunt plerumque. Si e bono
loco transtuleris eo, vbi idonea [h] pabulatio non est, fugitiuae fiunt. Nec si ex aluo
in aluum in eodem loco traiicias, negligenter faciendum. sed [i] si transiturae sunt 22
apes ea [k], apiastro perfricanda †, quod illicium hoc illis: et faui melliti intus ponendi, a faucibus non longe, ne cum animaduerterint, aut inopiam escae †† habuisse

a) *operi I. I. G.* b) *Haec I. B. R. Hae P.* c) *in* deest *I. B. R.* d) *sint I. I. G.* e) *aut I. B. R.* f) *marcescunt P.* †) *aluos P.* g) *quod tra. I. B. R.* h) *bona* ins. *I. B. R.* i) *sed et aluus, in quem transiturae Heruag. Sed et ea aluus in qua Iunt. Sed et transiturae sint etc. P.* k) *ea* deest *I. B. R. I. I. H. ex P.* †) *perfricandum a. V. et Pop.* ††) *essae babuisse dicitis: ait cum P.*

μικρά, καὶ στρογγύλη, καὶ ποικίλη· ἄλλη δὲ μακρά, ὁμοία τῇ ἀνθρήνῃ. τρίτος δὲ ὁ φὼρ καλούμενος. οὗτος δέ ἐστι μέλας καὶ πλατυγάστωρ. τέταρτος δὲ ὁ κηφήν, μεγέθει μὲν μέγιστος πάντων, ἄκεντρος δὲ καὶ νωθρός. Sed puto, sequutus est Menecratem Varro, non Aristotelem. SCAL. Videtur legendum: *Alter est, lato ventre.* nam in Geoponicis est οὗτος ἐστι μέλας καὶ πλατυγάστωρ, et Aristoteles 9, 40 de historia tradit, fucum, qui fur vocatur, esse nigrum, aluoque ampliore. Voces apud Varronem parenthesi inclusae (*qui vocatur ab aliis fucus*) videntur adiectae ab expositoribus. VRSIN. Satisfieri potest, credo, Scaligeri obiectioni, si recipiatur lectio primarum editionum, a qua nec Mediceum abire Politiani et Victorii silentium indicat. *Fur, qui vocatur ab aliis fucus, est alter,* h. e. diuersus, falso proinde pro eodem habitus: *est lato ventre.* Si addas vocem *ater*, absorptam forte a voce *alter*, h. m. *Fur, qui vocatur ab aliis fucus, est alter: ater est lato ventre*, nihil erit, quod desideretur. Ita conueniet Varroni etiam cum Plinio 11, 17 s. 18 *De fucis video dubitari, propriumque iis genus esse aliquos existimare, sicut furibus grandissimis inter illas, sed nigris, lataque aluo, ita appellatis, quia furtim deuorant mella.*

16, 19 QVAE FERE) Plin. 11, 18 rusticas, seu siluestres et vrbanas vocat, et eodem modo describit. Vide copiose Magium Misc. 1, 3. SCHOETTG.

16, 20 AEQVABILE AC LEVE) Vltimum *leue* esse oportet, in quo toties peccarunt librarii. PONTED. Ita scribi vult etiam Cl. Morgagnus ep. 1, 75. Ita reliqui etiam in Fabro. Sed neque hic mutare quidquam sustinui, cum Graeca origo ex λεῖος scripturae per simplex *e* patrocinetur, quam probat etiam Vrsinus aliique.

16, 21 QVO SVNT TRANSLATAE MANERE) Haec videntur addita. VRSIN.

16, 22 EA APIASTRO PERFRICANDA) Extremum est in Iensonio *perfricandum*: quod *ea* pro *eo* ponitur, vt *qua quaad*, pro *quo quoad.* PONT. Buchnerus Epist. parte 2 n. 116 hunc locum ad illam Syneseos speciem refert, siue syllepseos, vbi refertur adiectiuum ad substantiuum diuersi generis ab eo, quod praecesserat, sed eiusdem significationis: legique vult *ea* (scil. *aluearia*, non *aluos*) *apiastro perfricandum.* Vid. Ind. Synesis.

16, 22 NE SI NON ANIMADVERTERINT, INOPIAM ESCAE HABVISSE, etc.) Receptam lectionem retinui, etsi illam non bene firmam puto. nam praeterquam quod a vetere dissentit, per se etiam mihi valde suspecta est. Vetus ipsa conturbatior et mendosior, nisi vestigia seruet verae lectionis. Cum maiorem nullam opem studiosis dare possim, priscam scripturam illis ostendam. *Ne cum animaduerterint, aut inopiam esse babuisse dicitis ait cum sint apes,* etc. VICTOR. Quo propius ad finem accedimus, eo plura occurrunt, quae impetum legentis remorentur. Adeo scatent mendis, vt ea praeterire quam legere satius sit. meminimus tamen nos politissimum scriptorem, atque adeo Latinae linguae

buisse dicantur, aut cum sunt apes morbidae propter primores vernos pastus, qui ex floribus nucis Graecae, et cornu fiunt, coeliacas fieri, atque vrina pota † refici.
23 De his propolim vocant, e quo faciunt ad foramen introitus protectum in aluum maxime aestate. Quam [l] rem etiam nomine eodem medici vtuntur in emplastris. propter quam rem etiam carius in sacra via, quam [m] mel venit. Erithacen [n] vocant, quo [o] fauos extremos inter [p] se conglutinant, quod est aliud mel et [q], propoli: itaque

†) postas *Pol.* l) *Quam ob* marg. m) *qua I. B. R.* n) *erbithacem P, rbitacem I. B. R. erythacem I. I-G.* o) *quibus I. B. R.* p) *simul cong. I. B. R. simul inter se P.* q) *mel e* diuis. *I. B. R. melius I. I-G.*

quae columem, prae manibus habere, et cum eum a plurimis, quibus consperfus erat, maculis purgauerimus, hoc vnum superest, ne in caeteris despondeamus. Huius igitur tam deplorati loci scriptura vetus ita in Victoriano codice habet, *Ne cum animaduerterint aut inopiam esse dicitis ait, cum sunt apes* etc. Quae quam perturbata sint, nemo non videt: sed ita tamen vt nulla prope licentia in integrum restitutum iri confidam. Nam vetus scribendi mos ansam dedit errori. quippe *aut* pro *haud* scriptum, vt saepe in veteribus libris annotauimus. Et *habiuisse* pro *abiuisse*: vnde *habuisse* factum. Quare totam periodum, meo iudicio, ita legas licet, *Nec, cum animaduerterint, haud inopiam esse, abiuisse dicit. Is ait, cum sunt apes morbidae*, etc. Nec apes, inquit, abiuisse dicit, cum animaduerterint non esse inopiam cibi. Quia vero ad quem referendum sit illud *κατηγόρημα dicit*, obscurum est, propterea tantum tenebrarum huic loco offusum puto. Sed, nisi fallor, ad eundem, de quo antea locutus est, cum de apum genere dissereret, Menecratem, referendum puto. SCALIG. E VV. CC. corrupta scriptura possit elici huiusmodi aliqua correctio: *Ne cum animaduerterint cibi inopiam esse, abeant. Menecrates ait, apes propter primores vernos pastus ex floribus nucis Graecae et cornu, solere coeliacas fieri, easque vrina potas refici.* Plin. 11, 12 *Cornum quoque arborem caueri oportet. Nam flore eius degustato, aluo concita moriuntur. Remedium, sorba contusa e melle praebere his, vel vrinam hominum, vel boum* etc. VRSIN. Antiqua scriptura: *ne cum animaduerterint aut inopiam esse habuisse dicitis ait*: quae mihi videtur leui mutatione posse restitui hoc modo: *Ne cum animaduerterint faui inopiam esse, habuisse diuitis malint.* Ne apes, inquit, ex aluo in aluum traiectae, cum animaduerterint, in noua faui inopiam esse, malint habitasse veteres, plenas et diuites mellis. *Diuites* alui copiosae, abundantes fauo, et melle, contra, inopes. Mox legendum puto: *Cum sunt apes*; et, *Vrina pota reficiendum.* Columella lib. IX de eodem morbo apum: *Quidam bubulam, vel hominis vrinam, sicut Hyginus affirmat, alueis apponunt.* POPMA. Ab his vetustissima differunt: *ne cum animaduerterint aut inopiam esse habuisse dictis ait cum sint apes.* Cum praeceperit Varro, si apes de aluo in aluum in eodem loco sint transiturae, quid sit faciendum: nunc quid, cum minime transiturae: adiecisse opinor; quoniam aut fame vexatas, aut morbo laborantes constat non esse transferendas. Hinc legerem: *nae* siue *nam cum animaduerterint aut inopiam esse* (*esse* pro *edendi* siue *escae*) *habuisse deuitant, aut cum sint apes morbidae.* PONTED. Vitula dignus quisque virorum eruditissimorum. Sed mihi vix persuadetur, locum hunc non esse mutilum: tum de morbis quaedam deesse, tum transitionem ad fructum, qui ex apibus percipitur. Hoc nec dissimulare Vrsinum videmus. Et multis modis corrupta esse, quae supersunt in Varrone, ne a Scaligero quidem restituta, qui diligenter id aget, obseruabit. Me quidem, vt in cliuo bouem, hic despondisse animum fateor, et satis fere habuisse, aliorum dicta referre.

16, 23 DE HIS PROPOLIM) Videntur ante haec verba desiderari multa, quae nec in VV. CC. reperiuntur. Nam voces *de his*, indicant, Varronem primo summatim, vt solet, significasse scripturum se de propoli, erithace, fauo, melle, aliisque, quibus enumeratis, *de his*, inquit, *propolim* etc. VRSIN. Tradidit haec accuratius Plin. 11, 7, cuius verba, licet paulo sint prolixiora, huc tamen adscribi merentur: *Prima fundamenta commosin vocant periti, secunda pissoceron, tertia propolin, inter coria cerasque, magni ad medicamina vsus. Commosis crusta est prima, saporis amari. Pissoceros super eam venit, picantium modo ceu dilutior: cerae initium plerumque ex mitiore gummi. Propolis crassioris iam materiae, additis floribus, nondum tamen cera, sed fauorum stabilimentum, qua omnes frigoris aut iniuriae aditus obstruuntur, odore et ipsa etiamnum graui, vt qua plerique pro galbano vtuntur.* Idem 24, 8 adfert apes propolin facere ex guttis, quae in foliis populorum sunt. SCHOETTG.

16, 23 QVOD EST ALIVD MELLE PROPOLI) Ita in MSS. antiquioribus scriptum inueni. qui modus loquendi, quamuis rarior sit, ab optimis tamen auctoribus vsurpatur. Locus ille ex epistola Bruti et Cassii ad Antonium ita legitur in fidelissimo exemplari: *Nos ab initio spectasse otium, nec quicquam aliud libertate communi quaesisse*,

itaque in hoc vim esse illiciendi. quo circa examen vbi volunt considere, eum ramum, aliamue quam rem oblinunt [r] hoc, admixto apiastro. Fauus est, quem 24
fingunt multicauatum e cera, cum singula caua sena latera habeant, quot singulis pedes dedit natura. Neque quae afferuntur ad quatuor res faciendas, propolim, erithacen [s], fauum, mel, ex iisdem omnibus rebus carpere [t] dicuntur. simplex [u], quod e [x] malo punico, et asparago cibum carpant solum, ex olea arbore ceram, e fico mel, sed non bonum. duplex ministerium praeberi, vt e faba, apiastro, cucurbita, 25
brassica; ceram, et cibum. nec non aliter duplex, quod fit e malo et piris [y] siluestribus, cibum et mel. item aliter duplex, quod e [z] papauere ceram [a], et mel. triplex ministerium quoque [b] fieri, vti ex nuce Graeca, et e lapsana [c] cibum, mel, ceram. item ex aliis floribus ita carpere [d], vt alia ad singulas res sumant, alia ad plures. nec 26
non etiam aliud discrimen sequantur in carptura, aut eas sequatur, vt in melle, quod ex alia re faciunt [e] liquidum mel, vt ex sisere [f] flore: ex [g] alia contra, spissum, vt

r) *obliniunt: hoc I. B. R.* s) *erbithacen P. rhithacem I. B. R. erythacen I. I-G.* sic fere alibi. t) *capere dicunt I. B. R.* u) *ministerium,* inf. *I. I-G. dicuntur. Simplex min.* marg. *Durdr.* x) *e* deest *I. B. R.* y) *piro siluestri, caeram a. V.* z) *e* deest *I. B. R.* a) *caera. I. B. R.* b) *cum I. B. R.* c) *lapsanna P.* d) *capere I. B. R.* e) *faciant P.* f) *siserae I. B. R. siseris I. I-G. sisarae Po.* g) *et I. B. R.*

fisse, exitus declarat. Eadem ratione Flaccus in ep. ad Quintium videtur illud dixisse: *Neue putes alium sapiente bonoque beatum.* VICTOR. Videtur legendum *melle et propoli.* Plin. 11, 7. Sed forte rectius legeretur: *quod est aliud mel e propoli.* VRSIN.

16, 24 QVAE AFFERVNTVR) Legendum videtur *offeruntur*, h. e. quae inueniunt apes in campis et hortis vel siluis, in quae incidunt: et statim, *ex iisdem omnia rebus.*

16, 24 SIMPLEX) Ante hoc verbum desunt multa, vt videtur. Nam Varro, vt solet, dicebat ex variis floribus varia ministeria apibus praeberi, cibum, ceram, mel etc. et ex aliis simplicia, ex aliis vero duplicia etc. in V. C. p. p. pro *quoque fieri*, legitur *confieri.* VRSIN. Tanto verior est coniectura Vrsini, quod vocem *ministerium*, qua statim deinde vtitur Varro, inculcatam non obseruauit ab iis, qui ita sanare locum voluere. Iam Crescentii aetate mutilum fuisse locum inde colligo, quia et ipse abrupto quasi sermone 9, 100 *Ex malo punico et asparago* etc.

16, 25 CIBVM ET MEL) In excusis antea, *ceram et mel:* cuncti Mss. *circum et mel* habent. *Cibum* coniectura ductus emendaui. Nam vetus lectio maculam habebat, quam sic deleri posse censui. Adiuuat autem iudicium meum, quod infra e papauere praeberi dicit ceram et mel: et aliter duplex hoc ministerium appellat, id est, a superiore diuersum. VICTOR.

16, 26 ALIVD DISCRIMEN) Vox *discrimen* videtur adiecta. et fortasse totus hic locus ita legendus: *Nec non etiam aliud sequuntur in carptura, vt id sequuntur in melle.* VRSIN.

16, 26 AVT EAS SEQVATVR) Lege, *vt eas sequatur*, vt eas herbas sequatur carptura. Aliter locus valde obscurus erit. SCALIG.

16, 26 EX SISERE FLORE) Lege, *ex sisarae flore.* quod ex Plinio cognoscimus. *Sisara* est, Erica, quae aliter Atheniensibus dicebatur *Tetralice.* Erat etiam *Sisarra* ouis maior. Vetus Glossarium: *Sisarra μείζων πρόβατον εὐνουχ.* Quam vocem puto fluxisse e Graecia. σισύρας enim πρόβατον. Argumento σισύρα, id est, μαλλωτή, apud Aristophanem, et alios. Quare, vt Tarentini, quos Romani sequuti sunt, pro σύ, τύ dicebant, sic pro σισύρας, τιτύρας vt πίσυρες, πέτορες. Vnde *Petoritum*, genus carri quadriroti. Nam πέτορες, quatuor. Quare eruditissimus interpres Virgilii Seruius, cuius commentariorum tantum hodie cadauer habemus monachorum barbarie ac spurcitia contaminatum: is, inquam, Seruius, recte dixit, *sectarium veruecem* a Siculis τιτύρον vocatum. In quo immerito a morosis quibusdam reprehensus est. Recta enim est eius sententia, et vera. Nam satis ea, quae iam diximus, probant. Praeterea in argumento cuiusdam Eidyllii Theocritiani, quod scribitur τιτύρον, dici σάτυρον, id frustra est. Legendum enim κριὸς, non σάτυρος. Quare errant, qui doctissimum grammaticum Seruium eo nomine carpunt, quod τιτύρον veruecem sectarium interpretatus sit. *Sisennarum* cognomen Romae a *Sisaris*, hoc est ouibus, puto manasse. Nam prius, *Sisernas* dictos fuisse, vt *Perpernas* primum, post, *Perpennas*, a perpero: de quo superius diximus, et in Plauti Truculentum amplius disseremus. Vnde τιτύρινος κάλαμος aut αὐλὸς dictus sit, apparet: a Tityro scilicet potius, quam ille ab illo. SCALIG. Legendum in Varrone: *ex siserae flore.* Vocat *siseram* quod aliis *siser.* Et est genus pastinacae, gratum apibus. Glossae: siser [illegible]. Columella inter pabula apibus iucunda *vtramque pastinacam* numerat, *agrestem et sati edomitam.* Graeci *sta-*

cago

vt e rore marino. Sic ex alia re, vt e fico mel insuaue, e[h] cytiso bonum, e[i] thymo optimum.

h) *e om. I. B. R.* i) *et I. B. R.*

σαρον vocabant. Euboeenses etiam fortasse *σίσυρον*. Nam idem *σίσαρον* et *σίσυρον*: vt γλάφω, γλύφω ex diuersitate dialecti. *Σίσυρον* igitur non est erice, sed siser. Haec Salmas. ad Solinum c. 35 p. 421. SCHOETTG. Ald. Iunta, Gymnicus *ex Siseris flore*. At Ios. Scaliger, et hunc secutus Popma (inter quos etiam Casp. Bauhinus est recensendus, qui in adnotationibus ad Matthiolum l. 1. c. 100. *Ericae*, ait, *quae Tetralix Atheniensibus, Plinio Auctore, Sisara Varroni, duo sunt summa genera*) non *siseris* neque *sisere* legunt sed *sisarae* asseritque Ios. Scal. apud Graecos *ericem sisaram* vocari. Quod nos vltro damus et concedimus. Sed id silentio praetereundum non est, ex *sisarae flore* siue *erices* mel liquidum nequaquam fieri, sed potius siccum et *arenoso simile*, vt ait Plinius. Cuius etiam verba quae l. 11. c. 16. extant afferenda sunt, quoniam Plinii testimonio sententiam suam tuetur Scaliger: *Tertium genus mellis minime probatum, siluestre, quod ericeum vocant. Conuehitur post primos autumni imbres, cum erice sola flores in siluis, ob id arenoso simile. Gignitur id maxime arcturi exortu a pridie Idus Sept. Quidam aestiuam mellationem ad Arcturi exortum proferunt, quoniam ad aequinoctium autumni ab eo supersint dies 14 et ab aequinoctio ad Vergiliarum occasum diebus XLVIII plurima sit erice. Athenienses tetradices appellant, Euboea sisaram, quam putant apibus esse gratissimam, fortassis quia nulla tunc alia sit copia.* Nolim tamen egregio viro, qui multis castigationibus puriorem nobis Varronem reliquit, aliquid detractum, praesertim cum haec omnia ab Hermolao Barbaro acceperit; hunc enim principem extitisse suspicor, qui *sisere*, de quo Varro, *ericem* siue *sisaram* esse opinaretur. In libro liquidem qui Corollarium vocatur l. c. 125. ita loquitur: *Athenienses hanc* (nempe *Ericen*) *vt ait Plinius, tetradicem, Euboea sisarum, siue, vt Varro, sisaram, vnde liquidum mel fiat* etc. Id. l. 11. c. 341. *sisaram Varro, Plinius sisarum appellat herbam, cuius flore vescuntur apes vt in erice disputatum est.* Sed quoniam satis vt opinor, ex eodem Plinio, cui innituntur, liquet, mel, quod de *erice* fit, non esse liquidum, id etiam ex ipsius *erices* natura comprobemus. Constat *Erice* floresque eius [quibus in re medica primus datur honos] partibus salinis, tenuioribus et ad motum maxime aptis, quibus intus absumta viscerum infarctus tollunt, obstantia expellunt, medentur calculosis, et crassa lentaque lympha laborantes iuuant. Sed maxime salutaria habentur contra articulares dolores, et extrinsecus illita contra serpentium ictus, ac multa oculorum incommoda. Quapropter Galenus L. 6 Med. Simpl. *Ericen*, ait, *digerendi per habitum facultatem obtinere. Flore eius ac foliis potissimum vsca-dum.* Id et Paulus Aegineta confirmat L. 7. At Dioscor. L. 1 c. 11 [qui etiam mel ericeum improbat] inter alexipharmaca remedia *Ericem* commemorat, dicens: *ἐρείκη δένδρον ἐστὶ θαμνῶδες, ὅμοιον μυρίκῃ, μικρότερον δὲ πολλῷ, ᾧ τῷ ἄνθει μέλιτται χειμῶνος μέλι ἐργάζονται οὐ σπουδαῖον. ταύτης ἡ κόμη καὶ τὸ ἄνθος πλασσόμενα ἑρπετῶν δήγματα ἰᾶται.* Ita etiam Nicander in *Theriacis*. Quapropter ad illas stirpes nequaquam reuocari potest *erice*, quae magis aqueis partibus quam salinis constantur, sed contra ad Origanum, Serpillum, Maioranam, Thymum, Rorem marinum, quae eadem fere facultate praedita propterea sunt, quoniam actiuioribus quoque principiis componuntur. At mel, quod de huiusmodi stirpibus carpitur, liquidum nequaquam ob salinam materiam reperitur, sed contra spissum. densat enim et spissat sal. Quibus porro rationibus eorum auctorum conuincitur sententia, iisdem etiam Claudii Salmasii refellitur. Hic enim in Plin. Exerc. 421 Ios. Scaligero non obscure aduersans, aliam vocis *sisere* emendationem proferre non dubitauit. *Nec bene*, inquit, *Scaliger ex eo loco Varronem corrigebat l. 3 cap. de apibus, vbi dicit mel liquidum fieri ex sisere flore. Corrigit inquam ex sisare flore, et eandem intelligit ericem, quam Euboea teste Plinio vocabat sisaram. Inepte. Vox illa peculiaris Euboeae nec ceterae Graeciae vsurpata, nedum Latinis fueris vsitata. Praeterea mel ex Erice improbabatur.* Hic vero emendat *siserae*, Bruschianam et Iensoniam editionem, in qua sic legitur, non commemorans. Tradidit autem *siseram*, quod aliis *siser*, *esse pastinacae genus apibus gratum, pastinacam autem vtramque* satiuam nempe et syluestrem a Columella inter stirpes *numeratam*, quae apibus ad mellificium inseruiunt. Quod sane non ignoro, id enim saepe apud Colum. L. 9 c. 4 me legisse memini. Sed illud inter necessaria est scire, commemoratam esse quidem Pastinacam vtramque, quae inter se cultu tantum differunt, at nequaquam *siseram* siue *siserum*; neque *siser* pastinacae est genus. Nec tamen hoc arguo. Illud solummodo explanandum arripio, neque ex *Pastinacis* neque ex *sisere*, siue vt malunt, *sisera* liquidi mellis carpturam fieri. Aromaticae namque hae stirpes sunt partibus volatilibus, vt cum Chymicis loquar, compositae, salibusque quamplurimis; ideoque quicquid mellis ex harum floribus conuehi posset ab apibus, spissum esset, vt de *erice* ostendi, non fluidum. Accedit etiam exiguum succum de huiusmodi stirpium floribus stillari, qui quoniam in vmbellam colliguntur, et rosacei sunt, atque expansis petalis, si quid humoris ab exili et ieiuno fere receptaculo emanat, statim vel aer rapit, vel soles exsiccant. Quod ipsum Columellam non latuit,

optimum. Cibi pars, quod [k] potio, et ea iis aqua liquida; vnde bibant esse oportet, 27
eamque propinquam, quae praeterfluat, aut in aliquem locum influat, ita [l] vt [m] ne altitudine ascendat [n] duo, aut tres digitos: in qua aqua iaceant testae, aut lapilli, ita vt extent paulum, vbi assidere, et bibere possint. In qua diligenter habenda cura, vt aqua sit pura, quod ad mellificium bonum vehementer prodest. Quod non 28
omnis tempestas ad pastum prodire longius patitur, praeparandus his cibus, ne tum melle cogantur solo viuere, aut relinquere exinanitas aluos. Igitur ficorum pinguium

k) *quoque I. I-G.* l) *ita* omitt. *P.* m) *vt* omitt. *I. B. R.* n) *escendat P. descendat I. I-G.*

uit, cum in recensendis apum pabulis inter viliores stirpes atque extremo loco pastinacas adiecit. Et tamen multo aptiores ad mellificium censendae sunt Pastinacae quam siser; illae maioribus petalis grandioribusque receptaculis instructos flores producunt: at in *sisere* omnia minora, tenuiora atque exsucciora. His satis, vt arbitror, ostensum, atque comprobatum est, neque ex Erices floribus, neque ex siseris liquidum mel carpi, sed contra spissum: Nunc ex Crescentio Varroniani loci castigationem adducam. Hic namque l. 9 c. 100 pro *sisere Ciceris* transcripsit ad hunc modum: *Item ex alia re faciunt liquidum mel: vt ex ciceris flore, ex alia e contra spissum, vt rore marino.* Id in vernaculis interpretationibus seruatum video: *Ancora dall' altra cosa fanno liquido mele, si come del fior del ce ce, e d' altra cosa fanno il contrario cioe del ramerino, che l' fanno spesso.* Haec vna lectio si diligenter attendatur, non defensorem tantum iuuenire potest, sed etiam, vt mea fert sententia, approbatorem. Cicer quippe papilionacei floris planta aptissima est, ad mel conficiendum, idcirco aliae item stirpes floris cognatione proximae ad mellificium commendantur, vt: faba, lens, pisum, Medica, cytisus, vt et ab Aristotele proditum memoriae est L. 9 c. 40 de *anim.* Huiusmodi flores peculiari naturae consilio forma ad seruandum humorem aptissima praediti sunt, praeterea vt leguminum conditio fert, inter omnes succosiores aquosioresque liquidum mel praebere valent. Hinc legumina omnia damnantur in cibis, quoniam ob nimiam aquae copiam inflationem inducunt, interaneorumque distentionem. Et hac de causa fabam Pythagorica sententia improbatam accepimus, siquidem vt legumen inflat, mentemque perturbat. Tritus est hac de re ap. M. Tull. l. de *diuin.* locus: *Iubet igitur*, inquit, *Plato sic ad somnum proficisci corporibus affectis, vt nihil sit, quod errorem animis perturbationemque afferat. Ex quo etiam Pythagoricis interdictum putatur, ne faba vescerentur, quod habet inflationem magnam is cibus, tranquillitati mentis quaerenti vera contrariam.* PONTED. Facile largiar, verissimam esse, cuiuscuius est, emendationem a Cl. Pontedera probatam: sed a Crescentio profectam ne putem, facit editio antiquissima Louaniensis, quae legit *ex sisere flore,*

16, 27 CIBI PARS QVOD POTIO) Neque distincta bene, neque emendata lectio: quam quia, si propius inspiciamus, non ita difficilem emendationem prae se fert, audeo profiteri ita legendum esse: *Cibi pars quod potio: et ea iis aqualicula, vnde bibant, esse oportet. eamque liquidam, quae praeterfluat.* Oportet, inquit, esse aqualicula, de quibus bibant, eamque liquidam. Nam quia aqualicula ab aqua dicta sunt, propterea dixit, eam liquidam, vt intelligas aquam. Quod saepius faciunt veteres, praesertim Sallustius, et Lucretius. Sic superius cum de aluearibus scriberet, praecipit eas vtiles faciendas esse. eas, scilicet aluos, quia ab eis aluearia dicta. Hic est sensus huius loci: quod cibi pars potio, ideo iis aqualicula vnde bibant esse oportet. Nisi potius contendere mauis legendum esse: *Cibi pars quod potio, eiis aqualicula.* etc. Eiis pro Eis. SCAL.

16, 27 ET EA IIS AQVA LIQVIDA) Iam diximus, *et ea iis aqualicula, Et ea* hoc est, et propterea. Ob eam rem dicebant Eapropter. Nam *ea* in [illegible] dictum, et vltimam producit. *Aqualicula* esse vasa aqualia, vulgo satis notum est. IDEM. Hic locus ex V. C. ita legendus interpungendusque: *Cibi pars quod potio, et ex iis aqua liquida vnde bibant esse oportet.* VRS. Cresc. 9, 98, qui multa hinc excerpsit, *His aquam liquidam, vnde bibant esse oportet* etc.

16, 27 ALTITVDINI ASCENDAT) Antea in excusis *descendat* mendose. Inde natus error videtur, quod in Mss. *escendat.* Obseruaui autem in priscis exemplaribus saepe hoc verbum ita scriptum esse, vt in 1 lib. Varronis, *E vinea in arbores escendit vitis.* Item eodem libro: *In cenanarium escendat.* VICTOR. Illud *escendere* etiam Liuio aliquoties restituit Gronouius. Quid si hoc loco idem sit, quod egrediatur, superet? add. ad Col. Arb. c. 16.

16, 27 AQVA IACEANT) Vox *aqua* hic et p. p. abundat. VRSIN. *Pontibus vt crebris possint consistere.* Sed haec et plura Virgiliana iam transtulit in suas areolas Columella, vbi leguntur commodius v. g. 9, 5, 5.

16, 28 AVT RELINQVERE) Videtur legendum *ac.* deinde legendum *coactae.* nam infra dixit: *ex eo factas offas apponunt* etc. VRSIN. Cum apes coguntur ex solo melle viuere, statim sequitur

guium circiter decem pondo decoquunt in aquae congiis sex, quas coctas in offas prope apponunt. Alii aquam mulsam in vasculis prope vt sit curant. in quae [o] addunt lanam purpuream [p], per quam sugant [q]: vno tempore [r] ne potu nimium impleantur, aut ne incidant in aquam. Singula vasa ponunt ad aluos [s] singulas, et hac supplentur. Alii vuam passam, et ficum. cum pinserunt [t], affundunt sapam [u], atque ex eo factas offas apponunt [x] ibi, quo [y] foras hieme in pabulum procedere tamen [z]

29 possint. Cum examen exiturum [a] est, quod fieri solet, cum adnatae prospere [b] sunt multae, ac progeniem veteres emittere volunt in coloniam, vt olim crebro Sabini factita-

o) *quam a. V.* p) *puram Cr. 9, 93.* q) *sugunt verno I. B. R.* r) *tenore I. I-G.* s) *aluos. Haec sup. I. B. R. et hac supplentur* absunt *Cr.* t) *pisierunt I. B. R. pistauerunt Cr.* u) *sapa I. I-G.* x) *apponunt. Id tempestatibus et hieme, cum in pa. I. I-G.* y) *quo horas I. B. R. cum foras* al. z) *non possunt I. I-G.* a) *excitatum I. B. R.* b) *prosperae I. B. R. cum apes natae prospere sunt nutritae Cr. 9, 101.*

sequitur exinaniri aluos; quapropter *aut* non sine vitio legitur pro *ac* vel *et*: *ne cum melle cogantur solo viuere ac relinquere exinanitas aluos.* Siquidem de fuga suspicari non possumus, quoniam per tempestates non longe ab aluearijs recedunt apes. Confirmatur castigatio ex Colum. l. 9. c. 14. *Post confectam brumam diebus fere quadraginta quicquid est repositi mellis (nisi liberalius a curatore vellicatum sit,) consumunt, et saepe etiam vacuatis ceris vsque in ortum Arcturi, qui est ab Id. Februariis, ieiunae fauis accubantes torpent more serpentum.* PONTED.

16, 28 LANAM PVRPVREAM) Potius *lanam puram*; nam omnia coloribus fucata apibus contraria. Columella lib. 9 *quibus liquoribus mundam lanam imbuere oportebit.* Quid? Crescentius apud Varronem id inuenit, quod exscripsit: *alii aquam mulsam vt sit prope curant, in qua addunt lanam puram.* PONTED.

16, 28 VNO TEMPORE, NE POTV) Ex Mss. omnes codices, et formis etiam excusi nonnulli, ita legunt. nam alii *vno tenore* mendose. VICTOR. Suffragatur etiam Cresc.

16, 28 AVT NE INCIDANT) Vid. leg. *ac nec.* Nam *vno tempore* quod est in V. V. C. C. videtur positum pro simul: vt sit simul ne potu nimium impleantur, simul ne incidant in aquam. VRSIN.

16, 28 CVM PINSERVNT) In V. V. C. C. est *pinsierunt.* sed 1, 63. *vt in pistrino pinsetur.* VRSIN.

16, 28 ATQVE EX EO FACTAS OFFAS) Videtur legendum ex V. C. *Atque ex eo factas offas apponunt ibi, quom foras hieme in pabulum procedere non possunt.* Nam in V. C. est, *apponunt ibi, quo foras hieme.* Alius tamen codex habet, *illis*, non *ibi* et fortasse vox, *hieme*, glossema est. VRSIN.

16, 28 CVM FORAS HIEME) Valde a priori lectione locus immutatus. nam sententiam, non verba solum, variatam habet. Modica in hac re licentia vsus sum: vt tamen fidem meam exoluam, veterem hic scripturam adponam, et quid secutus sim omnibus aperiam. *Adponunt ibi, quo oras hieme in pabulum procedere tamen possint,* Ex perturbatis illis vocibus, *quo oras*, iunxi, *Quom foras* caetera vt illic erant, a priscis libris sumsi: idoneumque sensum habere hanc lectionem puto. Alii sunt, inquit, qui magis apibus prospiciunt, et commodis eorum obsequantur: qui hieme cum in pabulum tamen procedere possunt, quia sciunt asperum id anni tempus esse, nec aliquid eas inuenire quo ali possint, adponunt etc. VICTOR. In V. C. est, *quo foras hieme.* VRSIN. In nonnullis excusis libris deficit minimum particula negatiua *non*, inter *tamen* et *possint* extrema verba, collocanda. Aldus vero aliam promit lectionem: *Alii ficum et vuam passam cum pinserunt, affundunt sapam, atque ex eo factas offas apponunt. Id tempestatibus et hieme cum in pabulum procedere non possint.* Ita qui Aldum sequuntur. Quae per se, si Varroniana sunt, patent. Vetus lectio apud Petr. Victorium sic se habet: *Adponunt ibi, quo oras hyeme in pabulum procedere tamen possunt.* Cui consentanea sunt, quae apud Cresc. l. 9. 98. ex Varrone transcripta lego: *Atque ex eo factas offas apponunt ad quas in hyeme ad pabulum accedere possint.* Quapropter si quis ita reponere Varronianum hunc locum vellet, *Apponunt ibi, quo foras ad pabulum procedere tamen possint,* non solum non repugnarem, verum etiam perlibenter in eius irem sententiam, praesertim cum legam apud Iensonium, *quo horas h ex f.* deprauato. PONTED. Non dubitaui *quo foras* restituere, propter consensum Crescentii, qui verba prope omnia huius loci refert. H et F esse literas cognatas, vel Hispanorum voces plures ex Latinis ita deriuatae ostendunt. Vid. ad V. 2, 5, 6.

16, 29 CVM ADNATAE) Feliciter reddidit ex Aristotele, *ὅταν ἐκθρέψωσι τὰ σμήνη*, de sobole apum. SCAL.

16, 29 PRO-

factitauerunt propter multitudinem liberorum; huius [c] quod [d] duo solent praeire signa, scitur [e]. Vnum, quod superioribus diebus maxime vespertinis, multae ante foramen (vt vuae) aliae ex aliis pendent conglobatae. Alterum, quod cum iam 30 euolaturae sunt, aut etiam inceperunt, consonant vehementer, proinde [f] vt milites faciunt, cum castra mouent. Quae primo tum [g] exierunt, in conspectu volitant, reliquas quae nondum congregatae sunt respectantes [h], dum conueniant. Cum a mellario id fecisse sunt animaduersae, iaciundo in eas puluerem, et circumtinniendo [i] aere, perterritas [k] quo voluerit perducet. Non longe inde [l] oblinunt erithace, atque 31 apiastro, caeterisque rebus, quibus delectantur. Vbi consederunt, afferunt aluum prope eisdem [m] illiciis illitam intus: et prope apposita, fumo leni [n] circumeundo [o] cogunt eas intrare: vt [p] quae in nouam coloniam cum introierunt [q], permanent adeo libenter, vt etiam si proximam posueris illam aluum, vnde exierunt, tamen nouo domicilio potius sint [r] contentae. Quod ad pastiones pertinere sum ratus, 32 quoniam dixi, nunc iam cuius [s] causa adhibetur ea cura, de fructu dicam †. Eximendorum fauorum signum sumunt ex ipsis [t], cum plenas aluos habent, et cum illos gemi-

c) *huius quod* desunt *I. I-G. it. Cr.* d) *quae I. B. R.* e) *scitur* deest *I. I-G. it. Cr. sunt I. B. R.* f) *perinde a. V.* g) *cum I. B. R.* h) *expectantes I. I-G.* i) *circum tinniendo* diuis. *a. V.* k) *perterritae, quo volunt, perducere P.* l) *ramum vel quid aliud* interpon. *I. I-G.* m) *easdem I. B. R.* n) *leui a. V.* o) *circumdato I. B. R.* p) *vtque in I. B. R. vt in I. I-G.* q) *introierint, permaneant I. I-G.* r) *sunt I. B. R.* s) *quoius I. B. R.* †) Lacunae signum hic ponit *Comm.* t) *viris aluos habeant: et item. P. aluos hab. nam cum P. 2. ipsis: vti aluos habeant, et vti congerminauerint: coniect. I. B. R.*

16, 29 PROPTER MVLTIT. LIBERORVM) Vox *libererum*, videtur adiecta. VRSIN.

16, 30 CVM EXIERVNT) Ita est in V. C. deinde legendum *inde ramum aliudue quid oblinuntur.* Nam supra dixit: *Examen vbi volunt condere, tum ramum aliamue quam rem oblinunt.* VRSIN.

16, 31 VT QVAE IN NOVAM) Suspicabar leg. *itaque in nouam* etc.

16, 32 EX IPSIS) Videtur legendum *ex ipsis, vti si fucos abigunt, si intus faciunt* etc. Reliqua sunt adiecta Col. 9, 15. *Eius maturitas intelligitur, cum animaduertimus fucos ab apibus expelli ac fugari.* Plin. 11, 11 *cum mella coeperunt maturescere, abigunt eos* etc. VRSIN.

16, 32 CVM PLENAS ALVOS HABENT) Locus, nisi fallor, mendosissimus, et studio emendatorum quorundam ita concinnatus. antiqua certe scriptura diuersissima: quae tamen ita deprauata sit, vt eam me corrigere posse diffisus sim. Alii fortasse maioris ingenii ac doctrinae viri, cum diligentia adhibita restituent, aut pro desperato locus habebitur. Vetus lectio, *Ex ipsis viris aluos habeat vem congerminarit coniecturam*, etc. Ita in cunctis manu scriptis miro consensu legitur. VICTOR. Non est locus inquinatior isto. Et sane eum emendandi omnem prorsus spem abieci. Vetus scriptura: *ex ipsis viris aluos habeat vem congerminarit.* SCALIG. Totum hunc locum antiquus codex longe aliter habet, *ex ipsis viris aluos habeat quem congerminarit.* E quibus vestigiis censeo legendum, *Ex ipsis, si fures aluos habeat, quem concerminarint.* Ex apibus, inquit, signum sumunt eximendorum fauorum, si sunt in aluo fures ab ipsis concerpti et obtriti. Quod quidem signum certum et vnicum, Columella quoque tradit, lib. IX. *Eius maturitas intelligitur, inquit, cum animaduertimus, fucos ab apibus expelli, ac fugari. Aluos* aluus, vt *equos, ouem*, et similia. *Quem concerminarint*, pro *quos concerminarint*, est mutatio numeri; cuius exempla in his ipsis libris sunt in promptu. *Concermino*, concerpo, vt *decermina*, a quo *Decermina* linteola concerpta, quae vulneribus imponuntur. Quod sequitur, *Coniecturam capiunt si intus*; ad apes quoque refertur, sed est diuersum a praecedenti. nam signum certum et conspicuum est; coniectura incerta et obscura. POPMA. Caesenas exemplar: *sumunt ex ipsis curis aluos habeat, nam cum germinaris coniecturam capiunt.* Venetus demum codex: *sumunt ex ipsim viri saluos habeat nem congerminaris coniecturam capiunt.* Quae quamuis vitiosa, Aldina tamen tanquam vana, inutilia, falsa demonstrant; idcirco sine vlla dubitatione damnare et reiicere non verebor. Nunc videndum qua via antiqua reparare possimus. Itaque illud *viris* vel *curis* cum Popma scribo *furis* vel *fureis*; quippe ex *fucis* quos *fures* appellat Varro, maturae mellationis signum haberi etiam Columella testatur lib. 9 dicens: *Mox vere tramacto, sequitur, vt dixi, mellis vindemia, propter quam totius anni labor exercetur. Eius maturitas intelligitur cum animaduertimus, fucos ab apibus expelli ac fugari.* Et paullo

geminauerint. ex apibus coniecturam capiunt, si intus faciunt bombum [u], et cum introeunt, ac foras trepidant, et si opercula alui [x] cum remota sint, fauorum foramina
33 obducta videntur mellis membranis. Cum sint repleti melle, in eximendo quidam dicunt oportere [y] nouem partes tollere, decimam relinquere. quod si omne [z] eximas, fore vt discedant. Alii hoc plus relinquunt, quam dixi. vt in aratis, qui faciunt restibiles segetes, plus tollunt frumenti ex interuallis: sic in aluis, si non quotannis

u) *globum Cr. 9, 103.* x) *aluum cum remoreissi Pol. aluum cum remoueris P. 2.* y) *ita vt inf. I. B. R.* z) *omnes B. R.*

lo post: *Ergo cum rixam fucorum et apium saepius committi videris, adapertas aluos inspicies.* Id repetit Palladius 7,7. Quare ex fucis eximendi mellis signum habetur. Hinc pergentes reliqua sic adumbrare possumus: *Fureis si aluos habeat, nam cum germinarit, coniecturam capiunt, si intus faciunt bombum.* Vel hoc modo: *Fureis aluos habeatne, nam cum germinarit.* PONTED.

16, 32 ET CVM ILLOS) Salmasius ad Sol. c. 46 p. 677 legit: *si pluris alius habeat, vel congerminarint.* Si faui congerminarint, i. e. si coniuncti ac *συμπεφυκότες* extiterint, non rari ac dissipati. *Congerminascere* Varroni nostro apud Nonium idem l. c. restituit. Conf. eundem ad c. 1 p. 22. SCHOETTG.

16, 32 ET CVM INTROEVNT) Separanda sunt: *Et cum intro eunt ac foras, trepidant* videlicet: *intro et foras volitant festinantes; nam trepidant* pro *festinant*; vt Virgilius Georg. 3 de ipsis apibus: *Tum trepidae inter se coëunt, armisque coruscant* Et Aeneid. 12 *Ne trepidate meas Teucri defendere naues.* Horatius etiam carm. 2, 5 *Cuius octauum trepidauit aetas Claudere lustrum.* PONTED.

16, 32 AC FORAS) Videtur legendum, *ad fores tr. et op. aluum cum remoueris, si fauorum fo. o. v. membranis, quod sunt repleti.* In etc. Plin. 11, 13 *Vigesimo die crassescit mel, mox obducitur tenui membrana, quae feruoris ipsius spuma concrescit.* Col. 9, 15: *Adapertas aluos inspicies, vt siue semipleni faui sint, differantur; siue iam liquore completi, vt superpositis ceris tanquam operculis obliti, demetantur.* VRSIN. *Trepidant,* i. e. circumuolitant tanquam festinantes et anxie de re aliqua sollicitae. Hanc significationem huius loci genuinam exemplis corroborarunt Graevius et Bauldri ad Lactantium de M. P. c. 10. SCHOETTG.

16,32 ET SI OPERCVLA ALVI CVM REMOTA SINT) Antiqua lectio maculosa, cuius etiam vitia accurato librario cognita fuerint, nam notam ad eam, quam solet adposuit. Sic igitur in priscis libris, *Et si opercula aluum cum remoreissi.* VICTOR. Neque hic locus illo altero integrior, sed tamen, vt de eo emendando non omnino desperarim. Vetus scriptura: *Et si opercula aluum cum remorcissi.* Nam ita puto, ad integritatem suam redibit: *Et, opercula aluum cum remoueris, si fauorum foramina obducta videntur mellis membranis, cum sint repleti melle. In eximendo quidam,* etc. Quae verba quamuis per se satis plana sunt, tamen, ne vllam dubitationem relinquamus, ea ex Columellae loci collatione, cum de eadem re loquitur, melius intelligentur. Ita enim scribit: *Ergo cum rixam fucorum et apium saepius committi videris, adapertas aluos inspicies, vt siue semipleni faui sint, differantur: siue iam liquore completi, et superpositis ceris tanquam operculis obliti demetantur.* Quae pene ad verbum sententiam Varronis interpretantur. SCALIG. Manuscripti libri ab his discrepant; Victorianus: *et si opercula aluum cum remoreissi.* Caesenas: *Et si opercula alui cum remorcissi.* Venetus: *Et si opercula alui cum remoreisse.* Num ita: *Et opercula aluum cum remoueis, si fauorum foramina*; opinor enim *si* ante *opercula* appositum, postquam locus corrumpi coeperat. *Aluum* habeo pro *aluorum: remoueis* veteri scribendi consuetudine *remoues.* Pro *mellis membranis* Crescentius transcripsit l. 9 c. 103 *quasi membranis.* Non absimili modo hoc traditur a Colum. l. 9. c. 15 *Ergo cum rixam fucorum et apium saepius committi videris, adapertas aluos inspicies, vt siue semipleni faui sint, differantur; siue iam liquore completi, vt superpositis ceris tanquam operculis obliti demetantur.* PONTED.

16, 33 CVM SINT REPLETI MELLE) Ostendimus supra haec perperam a praecedentibus disiuncta esse. Continuanda enim sunt, et ita, vt iam ea proposuimus, legenda: *si fauorum foramina obducta videntur mellis membranis, cum sint repleti melle. In eximendo quidam* etc. SCAL.

16 33 DECIMAM RELINQVERE) Auctor Geop. 15, 5 *δεῖ γὰρ τὴν δεκάτην μοῖραν αὐταῖς ἀπολείπειν, ἔαρός τε καὶ θέρους· χειμῶνος δὲ τὸ τρίτον μόριον λαβόντα, τὰ δύο μέρη καταλείπειν αὐταῖς. οὕτω γὰρ οὔτε ἀθυμήσουσι, καὶ τροφὰς ἕξουσι.* Plin. 11, 14. *Ergo ex hac vindemia duodecimam partem apibus relinquunt.* Sed legendum *decimam*, ex hoc loco Varronis, nisi Plinius scripserit, IIX, ex qua nota librarius fecit XII. Nam apud Columellam quoque erratum est in hac ipsa nota, 9, 15) apud quem X *pars* pro vulgato V *pars* scribendum est. deinde videtur legendum *Nam qui faciunt non restibiles — aut non quotannis multum, et magis assiduas.* etc. VRSIN.

16, 34 SI

annis eximas, aut non quoque multum, et magis his assiduas habeas apes, et magis fructuosas. Eximendorum fauorum primum putant esse tempus vergiliarum exortu [a], 34
secundum aestate acta [b], ante quam totus exoriatur [c] arcturus. tertium post vergiliarum occasum, et ita si foecunda [d] sit aluus, vt ne plus tertia pars eximatur mellis, reliquum [e] hiemationi relinquatur [f]. si [g] vero aluus non sit fertilis, vbi [h] quid eximatur, exemtio cum est maior, neque vniuersam [i], neque palam facere oportet, ne deficiant [k] animum [l]. Faui qui eximuntur, siqua pars [m] nihil habet, aut habet inquinatum [n], cultello [o] praesecatur. Prouidendum ne infirmiores a valentioribus 35
opprimantur. eo enim minuitur fructus. Itaque imbecilliores secretas subiiciunt sub alterum regem. Quae crebrius inter se pugnabunt, aspergi [p] eas oportet aqua mulsa. quo facto non modo desistunt pugna, sed etiam conferciunt se lingentes [q], eo magis si mulso sunt asperfae, quo [r] propter odorem auidius applicant se, atque obstupescunt potantes. Si ex aluo minus frequentes euadunt, ac subsidit aliqua 36
pars, suffumigandum, et prope apponendum [s] bene olentium herbarum, maxime apiastrum [t] et thymum. Prouidendum vehementer ne propter aestum, aut propter 37
frigus dispereant. Si quando subito imbri in pastu sunt oppressae, aut frigore subito, ante quam ipsae prouiderint id fore [u], (quod accidit raro, vt decipiantur) et imbris guttis vberibus [x] offensae iacent prostratae, et afflictae, colligendum eas in vas aliquod, et reponendum in tecto loco [y], ac tepido [z], promum [a] e die, quam maxime tempe-

a) *exortum I. B. R.* b) *exacta a. V.* c) *exoritur I. B. R.* d) *secunda I. B. R.* e) *et* inf. *I. B. R. ex hiematione P.* f) *relinquatur* deest *P.* g) *siue aluis I. B. R. sine aluus P.* h) *nisi quod I. B. R.* i) *numerosam I. B. R.* k) *deficiniant B. R.* l) *amnis P. animum faui I. B. R. animum fauorum qui I. I-G.* m) *pars mellis I. I-G.* n) *incunatum P.* o) *e cult. I. B. R.* p) *aspergi P. asparagi B. R.* q) *ingentes P.* r) *quod I. B. R.* s) *fumus apponendus I. I-G.* t) *apiastri et thymi I. I-G.* u) *fere I. B. R.* (*id fere quod etc. I. I-G.* x) *vberius I. I-G.* y) *loco* deest *Hern.* z) *tepido* abest *Hern.* a) *prono ad meridiem quam a. V. promum ad mer.* siue *promum e die Polit.*

16, 34 SI VERO ALVVS) Ex V. C. ita hic locus legendus interpungendusque: *si non sit fertilis, ni quid eximatur, exemtione deficiant animum. Faui cum eximuntur* etc. In Geop. est ἀθυμήσουσι, quod Varro alibi dixit: *despondeant animum.* IDEM. Prima formis impressa alio modo: *Siue aluis. Non sit fertilis: nisi quid eximatur.* Caefenas autem codex: *siue aluulis non sit fertilis nisi quod eximatur.* Ex his legendum coniicio: *sane aluos non sit fertilis, nisi quid eximatur.* PONTED.

16, 34 FAVI, QVI EXIMVNTVR, etc.) E veteribus libris ita scripsi. Animaduertendus modus loquendi. nam in excusis antea, *Fauorum qui eximuntur.* etc. Quo autem ratio veteris scripturae intelligatur, totum locum, vt in optimo exemplari scriptum inueni, hic adponam, *Faui qui eximuntur. Si qua pars nihil habet, aut habet incunatum, cultello praesicatur.* VICTOR.

16, 35 SECRETAS SVBIICIVNT) Bene addit Cresc. 9, 99. *earum rege occiso.*

16, 36 PROPE APPONENDVM) Haec lectio a plerisque probatur; Ald. tamen, Gymn. et Iunta ipsam paullum immutarunt sic: *et prope fumus apponendus bene olentium herbarum maxime apiastri et thymi.* Quae emendatio, (neque enim Varroniana haec videntur,) eo minus vera iudicatur, quo propius, in altero nempe membro, id praeceptum sit *suffumigandum.* Communiorem itaque sequar, adiecta vna vocula, *aliquid*, ex Crescent. *Et prope apponendum aliquid bene olentium herbarum, maxime apiastrum et thymum.* In Crescentio vero 9, 99. sic locus exprimitur, *si ex alueo minus frequentes euadunt, aut subsidit aliqua pars, suffumigandum, et prope apponendum aliquid bene olentium herbarum, maxime apiastrum et thymum.* PONTED.

16, 37 ANTEQVAM IPSAE PROVIDERINT ID FORE) In cunctis excusis perperam interpunctiones collocatae erant: in nonnullis praeterea corrupte *fere* pro *fore*, legebatur, omnes maculas deleui. Quod autem prouidentiam in apibus esse, inquit, accepit id ab Aristotele: a quo magnam partem horum praeceptorum de apibus mutuatus est. προγινώσκουσι δὲ inquit ille, καὶ χειμῶνας καὶ ὕδωρ αἱ μέλιτται. σημεῖον δέ. οὐκ ἀποπέτονται γάρ, ἀλλ' ἐν τῇ εὐδίᾳ αὐτοῦ ἀνειλοῦνται. ᾧ γινώσκουσιν οἱ μελιττουργοὶ καὶ χειμῶνα προσδέχονται. VICTOR.

16, 37 AC TEPIDO PRONO AD MERIDIEM) Locus deprauatus, vt facile, qui accurate

tempestate bona, et[b] cinere facto[c] e ficulneis lignis infriandum[d] paullo plus caldo quam tepidiore[e]. deinde concutiendum leuiter[f], vt manu non tangas, et ponendae
38 in sole. Quae enim sic[g] concaluerunt, restituunt se, ac reuiuiscunt, vt solet similiter fieri in muscis aqua necatis. Hoc faciundum secundum aluos, vt reconciliatae[h] ad suum quaeque opus et domicilium redeant.

XVII. INTEREA redit ad nos PAVO. Et, si vultis, inquit, ancoras tollere, latis tabulis sortitio fit tribuum, ac coepti sunt a praecone renuntiari[a], quem quaeque

b) *et* deest *I. B. R.* *et vas ipsum cinere I. I. G.* c) *facta P.* d) *infricandum P. I. G.* e) Lacunae notam pos. *Commel.* f) *ipso vase* inf. *I. B. R. ipso vaso P. 1. ipsum vaso Pol. 2.* g) *conciliatae* inf. *I. B. R. concinnatae I. I. G.* h) *reconcinnatae L. I. G.* [C. XVII.] a) *recinii P.*

rate attendat, animaduertet. Vetus etiam lectio perturbata ac vitiosa, quae in optimo etiam exemplari mendi notam adpositam habet. Eam autem, vt vnusquisque in ipsa purganda ingenium exercere possit, cum fide proponam. *Ac tepido promum e die quam maxime*, etc. VICTOR. Corruptus locus; Ita lege totam hanc periodum, *Colligendum eas in vas aliquod, et reponendum in tecto loco, ac tepido. Promendae quam maxime tempestate bona: et cinere facto e ficulneis lignis infriandum paulo plus caldo, quam tepidiore.* Infriare est quod Graeci ἐπιπάσσειν. Aristophanes, ἐπίπαττε τὸ σίσαμον, id est, friando insperge. Varro Admirandis: *infriasse papauerem.* ἐπιπάσαι. SCALIG. Ex vestigiis antiquae scripturae V. C. hic locus sic legendus: *promendumque maxime*, vel *promendumque vere maxime.* Plin. 11, 20: *Sunt qui mortuas, si intra tectum hieme seruentur, deinde sole verno torreantur, ac ficulneo cinere toto die foueantur, putent reuiuiscere.* Col. 9, 13. *Siquidem Hyginus praecipit, apum corpora, quae, cum huiusmodi pestis incessit, sub fauis aceruatim enectae reperiuntur, sicco loco per hiemem reposita circa aequinoctium vernum, cum clementia caeli suaserit, post horam tertiam in solem proferre, ficulneoque cinere obruere.* VRSIN. Emendarim, *promundae die.* Porro hoc remedio quo Varro tradit apes afflictas et prostratas refici, eodem etiam mortuas et enectas profluuio alui, reuiuiscere Plinius et Columella maiores secuti auctores prouiderunt. [*locis iam laudatis*] POPMA. Fortasse *promundum quam.* PONTED. Adscripseram ad h. l. *promendaeque inde.* Sed video non dissimilia Scaligero et Vrsino in mentem venisse.

16, 37 INFRIANDVM PAVLLO PLVS) Sic in omnibus Mss. inuenio, antea *infricandum*, nisi fallor mendose, quod etiam ex iis verbis, quae M. Varro addit, cognosci potest. Nedum enim illas fricari vtile esse censeat, manu tangi non vult: cuius rei ratio aperta est. Columella et Plinius totam hanc rem et ipsi diligenter tradiderunt. VICTOR. VV. CC. partim habent *infriandum*, partim *infriando*. deinde legendum ex VV. CC. *concutiendum leuiter ipso vase, vt manu non tangas.* VRSIN.

16, 37 LEVITER, VT MANV NON TANGAS) Crescentius in hoc loco mendosa omnia transcripsit, quorum tamen commemoratio non inutilis videtur: *Et excutiendum leuiter vas, et apes manu non tangas, et ponendum in sole.* Ex his nonnulla desumi possunt ad vulgata emendanda ad hanc sententiam: *Deinde concutiendum leuiter ipsas vase* (Ianson legerat *ipso vase*) *vt manu non tangas, et ponendum in sole.* Nam *ponendae* siue *ponendo*, vt in Vaticanis codicibus, verbum vitiosum videtur in hoc loco, in quo toties eadem syntaxi vsus est Varro: *Colligendum eas, reponendum in tecto loco, concutiendum leuiter* etc. PONTED. Iuuat adscribere, quomodo Crescentius h. l. retulerit 9, 99 *Colligendum eas in vas aliquod, et reponendum in tecto tepido, et bono cinere tepido, magis tamen calido quam frigido, eiiciendum super eas, et excutiendum leuiter vas, vt eas manu non tangas, et ponendum in sole, quo reuiuiscant iuxta suos alueos, vt ad domicilia redeant.* Vbi vides quaedam discrepare et hic a lectione viri clarissimi.

17 De piscinis Col. 8, 16 et 17 quae hic conferenda sunt.

17, 1 REDIT AD NOS PAVO) Qui discesserat supra 3, 5 extr.

17, 1 SORTITIO FIT TRIBVVM) Cic. Philipp. lib. 2. *Ecce Dolabellae comitiorum dies: sortitio praerogatiuae: quiescit. renuntiatur: tacet. prima classis vocatur: renuntiatur. deinde vt assolet suffragatum. Secunda classis vocatur.* Sed multo ante M. Varro et Q. Axius suffragium tulerunt, vt cap. 2 et dum diriberent tabulas et suffragia, deprehensus fuit custos vnius candidati coniiciens tesserulas in loculos, et c. 5 quae multo post sortitionem praerogatiuae fiebant. Itaque diligentius hic locus considerandus, et *latis tabulis* quid sit apud Varronem, quaerendum. VRSIN. Scilicet Ciceronis locus ab Vrsino laudatus de ea sortitione agit, qua de ordine tribuum in sententiis ferendis deciditur. De alia hic locus Varronis, et Ciceronis alter pro Plancio c. 22 *Neque enim vnquam maiores nostri sortitionem constituissent aediliciam, nisi viderent accidere posse, vt Competitores pares suffragiis essent.* Nimirum si plures

que tribus fecerint [b] aedilem. Appius confestim surgit, vt ibidem candidato suo
gratularetur, ac discederet [c] in hortos [d]. MERVLA, Tertium actum de pastionibus
villaticis postea, inquit, tibi reddam Axi. Consurgentibus illis, AXIVS mihi, respe-
ctantibus nobis, quod et [e] candidatum nostrum venturum sciebamus, non laboro [f],
inquit, hoc loco discessisse Merulam: reliqua enim fere mihi sunt nota. Quod cum [g] 2
piscinarum genera sint [h] duo, dulcium, et salsarum: alterum apud plebem, et [non]
sine fructu, vbi lymphae aquam piscinis nostris villaticis ministrant, illae autem ma-
ritimae piscinae nobilium quibus Neptunus, vt aquam [i], sic et pisces ministrat,
magis ad oculos pertinent, quam ad vesicam, et potius marsupium [k] domini [l] ex-
inaniunt, quam implent [m]. Primum enim aedificantur magno, secundo implentur
magno, tertio aluntur magno. Hirrius [n] circum piscinas suas, ex aedificiis duodena 3
millia sextertia [o] capiebat. eam omnem mercedem escis [p], quas dabat piscibus, con-
sumebat. Non mirum: vno tempore enim memini hunc Caesari duo [q] millia mu-
raenarum mutua dedisse in pondus, et propter piscium multitudinem quadragies
sextertio villam venisse. Quare [r] nostra piscina ac mediterranea plebeia recte dici-
tur

b) *fecerant I. B. R.* c) *descenderet a. V.* d) *hortulos I. B. R.* e) *et* deest *I. B. R.* f) *labores a. V.* g) *enim I. B. R.* h) *sunt I. B. R.* i) *aquam et piscibus min. I. B. R.* k) *massippium P.* l) *Domini* omitt. *I. B. R.* m) *replent a. V.* n) *Hirius I. B. R. C. Hirr. I. I. G.* o) *sexertia a. V. sestaria P. 1. sesteraria P. 2.* p) *et escis I. B. R.* q) *sex a. V.* r) *Quae I. B. R.*

plures competitorum parem tribuum punctorumque numerum tulissent, cum non nisi duo crearentur) sortitione, quod reliquum erat, peragebatur, vt constaret, quinam eorum aedilitatem haberet. Haec sortitio fit *latis tabulis*, vt illa altera *ante latas tabulas*; quamquam non ante dubitasi ad illam enim priorem pertinet alter quoque locus Cic. pro C. Cornelio; de iure vetandi et sitella. Conf. quae diximus ad V. 3, 5, 18.

17,1 A PRAECONE RENVNCIARI) Vetus lectio vitiosa est, et aut sine causa a communi discrepat, aut si quid in se boni habet, ita maculis coopertum habet, vt a me illud erui non potuerit. Eam tamen hic adponam: *a praecone recinii.* VICTOR. Lego ex veteri scriptura *recini.* Nam *canere* etiam verbum praeconis: sic cornicen dicitur *canere collegium regis* in anquisitione M. Sergii M. F. apud eundem Varronem lib. V de L. L. SCALIG. Extrema in optimo exemplari scribuntur *recinii*, nempe *recini*, sed cum duobus *ii*, vt longe vocales a veteribus vsurpabantur, cum *mariinus* in antiquis monumentis. PONTED.

17,1 ET CANDIDATVM) Videtur legendum *ea candidatum.* VRSIN.

17,2 QVOD CVM PISC.) Videtur legendum: *Quod — lymphae eas aquam — ministrant: alterum apud nobiles: maritimae piscinae quibus — vesicam:* id est, plus ad delectationem, quam ad potum. Varro in octogesi περὶ νομισμάτων, apud Nonium in *bulga*: *Quo nobilius est Philippeum, quod accepimus, quam quod bibimus, cum alterum addamus in bulgam, alterum in vesicam.* Plaut. [Pers. 1, 1, 10.] *Nolo in vesicam, quod eat; in ventrem volo.* VRSIN. Varro opponit piscinas vulgares et plebeias nobilium maritimis: illae *non sine fructu*; (ita enim legendum contendo) hae ad oculos magis pertinent, quam *ad vesicam*, h. e. vt ipse interpretatur *ad crumenam.* Nescio, an quis praeterea veterum *vesicam* pro crumena dixerit: at illud video, Vrsini interpretationem dilutam admodum esse, falsique expertem. Ea vix est, vt dubitemus, non minus apud veteres, quam hodie, vesicas et scrota animalium pro crumenis adhibita. Quod negationem inserendam iudicaui, nihil videor praeter apertam Varronis sententiam designasse. Quid enim? plebem putabimus piscinas in villis instituisse *sine fructu?* et quo modo opponit eas Varro sumtuosis illis nobilium? de quarum furoribus plura collegit ad Tib. 2, 6, 27 elegantissimus Broukhusius.

17,3 DVODENA MILLIA SESTERTIA) Videtur legendum *sestertium*: et ita p. p. *quadragies sestertium.* deinde legendum *mercedem in escis.* VRSIN. Vid. ad V. 2, 1, 4 ex Gron. de P. V. 1, 4 p. 22.

17,3 DVO MILLIA) Legunt alii *sex millia*, ex Macrob. Saturn. 2, 11 et recte, vt iudicat Hard. ad Plin. 9, 55 qui et ipse habet *sex millia*. SCHOETTG.

17,3 QVARE NOSTRA) Multa hic abundant ab expositoribus adiecta. Itaque totus locus sic legendus: *Quare nostra piscina dulcis et mediterrânea, plebeia recte dicitur (quis enim nostrum non vna contentus est?) Quis contra, maritimas non singulas ex piscinis pluribus coniunctas habet?* VRSIN.

tur dulcis, et illa amara. Quis enim nostrum non vna contentus est hac piscina?
4 quis contra maritimas non ex piscinis singulis plures coniunctas habet? Pluris [s]. nam vt Pausias, et caeteri pictores eiusdem generis, loculatas magnas habent arculas [t], vbi discolores [u] sint cerae [x], sic hi loculatas habent piscinas, vbi dispares disclusos habeant [y] pisces, quos, proinde [z] vt sacri sint, ac sanctiores quam illi in Lydia, quos sacrificanti [a] tibi, Varro, ad tibicinem [b] Graecum gregatim venisse [c] dicebas

s) *habet pluris? Nam I. B. R. habet? Nam vt I. I-G.* t) *areolas I. B. R.* u) *diuersi colores I. I-G.* x) *cetera sic hic P. certas I. B. R. Ba. A. Gr. G. discreti I. I. Hern.* y) *habent I. B. R.* z) *perinde a. V.* a) *sacrificant. Ibi Va. I. B. R.* b) *tubicinam I. B. R.* c) Hactenus cum vetustissimo codice emendaui, nam reliquum in illo deest. Haec Politianus in margine.

17, 4 PLVRIS. NAM) Iensoniani libri, et codices Caesenas ac Venetus melius: *habet pluris? nam vt Pausias.* PONTED. Ipsum puto Varronem repetiisse vocem *plures* vel *pluris.* Poterat adiicere verbum *inquam*, et res dubitationem non habuisset.

17, 4 LOCVLATAS MAGNAS) *Magnas* videtur abundare. Deinde legendum ex V. C. *Vbi discolores sint cerae. Discolores* autem ceras dixit, diuersis coloribus mixtas. Asconius in locum illum primae Verr. *Vt discoloribus signis. signa*, inquit, *alii ceratas diuerso colore tabulas: alii a iudicibus appositas tabulis ceras diuersi coloris aiunt, vt hoc signum esset ad voluntatem rei.* et in diuinat. *Q. Hortensius hunc metum adiunxit ad gratiam, vt discoloribus ceris insignitas iudices tabellas acciperent: vt timeret vnusquisque eorum, ne fidem pactionis non seruare videretur, si non in tabula, quam vnicuique datam meminisset Hortensius, ex nota cerae scilicet discoloris absolutum Varronem.* [an *Verrem?*] *reperiret etc.* Varro autem intelligit eos pictores, qui encausto vtebantur. Plin. 35, 11. *Ceris pingere ac picturam inurere, quis primus excogitauerit, non constat. quidam Aristidis inuentum putant.* et p. p. *Lysippus quoque Aeginae picturae suae inscripsit ἐνέκαυσεν, quod profecto non fecisset, nisi encaustica inuenta. Pamphilus quoque Apellis praeceptor non pinxisse tantum encaustica, sed etiam docuisse traditur Pausiam Sicyonium primum in hoc genere nobilem etc.* Idem Plinius ibidem tradit, pingi solitum olim discoloribus ceris. *Encausto*, inquit, *pingendi duo fuisse antiquitus genera constat, cera, et in ebore cestro, id est viriculo,* (vel vt est in V. C. *vsto, id est penicula*) *donec classes pingi coepere. Hoc tertium accessit, resolutis igni ceris, penicillo vtendi.* et eod. lib. cap. 7 *Cerae tinguntur iisdem his coloribus ad eas picturas, quae inuruntur.* Apuleius apol. 1 *Enimuero quod luto fictum, vel aere fusum, vel lapide incisum, vel cera inustum, vel pigmento illitum etc.* VRSIN.

17, 4 VBI DISCOLORES SINT CERAE) Antea in excusis, *Vbi diuersi colores sint discreti:* Ita emendaui ex priscis exemplaribus, modica mihi libertate permissa; in illis enim: *vbi discolores sunt caetera.* Si cui iudicium meum displicebit, poterit is ex antiquis vestigiis veriorem lectionem indagare. VICTOR. Adde, quae praeter ea, quae a F. Vrsino dicta sunt, notauit Salmasius ad Solinum c. 20. p. 164. SCHOETTG.

17, 4 QVOS PROINDE) Totus hic locus ita interpungendus: *Quos, proinde vt sacri sint, quam illi in Lydia, quos sacrificanti tibi, Varro, ad tibicinam Graecam gregatim venisse dicebas ad extremum littus, atque aram, quod eos capere auderet nemo, quum eodem tempore insulas Ludianorum ibi choreusas vidisses, sic hos pisces nemo cocus in ius vocare audeto.* SCALIG. Obsecutus sum viro magno certe in interpunctione instituenda. Caetera integra lectori seruaui. Verba, *hos pisces* ἐμφάσεως causa repetiit Varro; alioquin satis indicauerat relatiuum *quos.*

17, 4 QVAM ILLI IN LYDIA) Id est, tam sacri sint, quam illi, qui sunt in Lydia. Catullus: *Secunda praeda Pontica: inde tertia Ibera, quam sit amnis aurifer Tagus*; hoc est tam praetiosa, quam sit ipse Tagus, qui aurum vehit. Nam hodie ineptissime, *quam scit amnis*, quanquam, vtcunque excusari potest. Sed nos alibi docebimus, quare ita legendum sit: vt ne taceam, quod ex Ms. lectione ita emendauimus. SCALIG. Respicit Scaliger ad epigr. 27 de Mamurra ad Caesarem. Sed sibi ipse non constat in castigationibus ad h. l. p. 26, et tuetur vulgatam lectionem, *quam scit amnis aurifer Tagi.* V. Is. Vossius p. 73.

17, 4 AD TIBICINEM GRAECVM) Optimus ac vetustissimus codex, *Tubicinem Graecum*, quae postrema verba in eo sunt, reliquum enim libri defecit. Hinc autem integritas eius codicis intelligi potest, quod extremum hunc librum multae ac magnae maculae statim occuparunt: quae antea superstite illo non tam licenter vagabantur, aut, si improbius se extulissent, poterant coerceri. Ipse nunc eo praesidio destitutus, quid faciam non habeo. quamuis enim plures manu scriptos libros consulere possim, certum tamen ducem, quo confidam, non habeo. ille autem saepe mihi in malis rebus subuenire solebat. Sed maius etiam damnum fecimus, quod antiquus

dicebas ad extremum litus, atque aram, quod eos capere auderet nemo, cum eodem tempore insulas Ludinorum [d] ibi choreusas [e] vidisses; sic hos pisces nemo cocus in ius vocare audet. Q. [f] Hortensius familiaris noster cum piscinas haberet magna 5
pecunia aedificatas ad [g] Baulos, ita saepe cum eo ad villam fui, vt illum sciam semper in coenam pisces Puteolos mittere emtum solitum. Neque satis erat eum non 6
pasci piscinis, nisi eos ipse pasceret vltro; ac maiorem curam sibi haberet, ne [h] eius esuri-

d) *ludonorum P. 2.* e) *ircusas P. 2. corrusat I.B.R. corrosat rell. coreusas Ryck.* f) *Hort. Quintus I.B.R.* g) *ac loculos I.B.R.* h) *prius es. I.B.R.*

antiquus rei rusticae scriptor, si hic liber temporis iniurias subterfugere potuisset, vna cum eo conseruatus esset: et alium, quem tamen habemus, emendatiorem, vt puto, haberemus. Sed his nunc relictis, locos nonnullos vitiosos in vltimo hoc margine libri videamus. VICTOR. Repone ex VV. CC. *tibicinam graecam.* SCALIG.

17, 4 INSVLAS LVDINORVM IBI CORROSAS) Manu scripti nonnulli habent, *Ludanorum.* alii, *Ludoanorum.* Vltima horum etiam vox in diuersis libris varie scripta. *Concussas* enim quidem habent, quidam *Circussas*, alii *Corussas.* Nihil mendosius aut negligentius scriptum extrema hac parte dici potest. Fortasse legendum *Insulas ludiorum.* De sacris autem quibusdam piscibus egit Aelianus, περὶ ἰδιότητος τῶν ζώων, lib. XII, primo capite, cuius titulus est, περὶ τῶν ἱερῶν ἰχθύων τῶν παρὰ Μυρεῦσι. Trigesimo etiam primo capite eiusdem libri inquit, χειροήθεις δὲ ἰχθῦς, καὶ ὑπακούοντες τῇ κλήσει, καὶ τροφὰς ἀσμένως δεχόμενοι, πολλαχόθι καὶ εἰσὶ καὶ τρέφονται, *etc.* VICTOR. Scribe: *Insulas Lydorum ibi concussas vidisses.* Nam in Lydia insulae concutiuntur, et ventis contisque huc et illuc pelluntur. Plin. 2, 95 *In Lydia, quae vocantur Calaminae, non ventis solum, sed etiam contis, quo libeat, impulsae, multorum ciuium Mithridatico bello salus.* Dicere tamen videtur Varro eas insulas ad tibiae cantum et hominum tripudium solitas esse saltare et concuti. Quod Plinius de *saltuaribus insulis* his verbis eodem capite scribit: *Sunt et in Nymphaeo paruae saltuares dictae, quoniam symphoniae cantu ad ictus modulantium pedum mouentur.* Sed in Sotionis Eclogis *calamina* et *saltuaris* eadem est: prope autem eam erat Nympharum templum, cui erat dicata, quod Plinius Nymphaeum vocat. Sic enim in eis scribitur: Ἐν Λυδίᾳ ἐστὶ λίμνη καλαμίνη καλουμένη, ἱερὰ δὲ αὕτη Νυμφῶν, ἣ φέρει καλάμων πλῆθος, καὶ μέσον αὐτῶν ἕνα, ὃν βασίλεια προσαγορεύουσιν οἱ ἐπιχώριοι. θυσίας δὲ καὶ ἑορτὰς ἐπιτελοῦντες, ἐνιαυσίους ἐξιλάσκονται, τούτων δὲ ἐπιτελουμένων, ἐπειδὰν ἀπὸ τῆς ἠιόνος κτύπος συμφωνίας γένηται, πάντες οἱ κάλαμοι χορεύουσι, καὶ ὁ βασιλεὺς σὺν αὐτοῖς χορεύων παραγίνεται ἐπὶ τὴν ἠιόνα. TVRN. 4, 6. Lege ex vestigiis veterum codicum: *Ludianorum.* Ludiani, vt Atiani, Adriani. SCALIG.

17, 4 GORROSAS) Veteres libri: pars *Circusas* pars *Corusas.* Vtraque retinet vestigia verae lectionis, nam *Choreusas* legendum sine vlla dubitatione: hoc est, χορευούσας. In Lydia νήσους χορευούσας vocat, quas alii χορεύτιδας, Plinius saltuares vocat lib. 11, cum scribit, *Sunt et in Nymphaeo paruae, saltuares dictae. quoniam in symphoniae cantu ad ictus modulantium pedum mouentur.* Hunc locum habebat in animo Martianus Capella; vt L. IX. p. 314. cum scriberet, *In Lydia Nympharum insulas dicunt, quas etiam recentior assertentium Varro se vidisse testatur, quae in medium stagnum a continenti procedentes cantu tibiarum primo in circulum motae de hinc ad litora reuertantur.* Doctissimus Turnebus legendum putat *Concussas.* sed (quod pace omnium illius viri studiosorum dicam) fallitur. neque quisdam hic maximi viri nomini et existimationi decedere putet, si quando non ei per omnia assentimur. Nam et si viueret, ingenue haec mutaret, neque vltra contenderet, certo scio. Fuit enim, cum aliquando ego, qui vix tum ex ephebis exieram, de huiusmodi politioribus literis, vt fit, cum illo disputarem, et cum in quibusdam ego illi non assentirer, ipse vltro mutarit sententiam, neque grauatus sit etiam scriptis suis haec testari. Quare nemo putet, me nisi omnia magna et honorifica de tanto viro et sentire et loqui. SCALIG. Fortasse legendum *Ludii ad modum ibi choreusas*, id est, in numerum exsultantes ad modum ludii saltatoris siue histrionis, de quo Ouidius: *Ludius aequatam ter pede pulsat humum.* POPMA.

17, 5 Q. HORTENSIVS) Vid. Plin. 9, 55.

17, 5 AEDIFICATAS AD BAVLOS) In V. C. est, *aedificatas, ac loculos*, quae scriptura non omnino reiicienda est. Nam supra dixit: *Loculatas hos habere piscinas.* magis tamen placet *ad Baulos.* VRSIN.

17, 6 NEQVE SATIS ERAT) *Neque satis erat eum non pasci, nisi ipse pasceret vltro.* Ita videtur legendum: Nam voces *piscinis* et *eos* glossae sunt. IDEM.

17, 6 MAIOREM CVRAM) Videtur legendum

esurirent mulli [i], quam ego habeo, ne mei in Rosea esuriant asini. et [k] quidem vtrique re, et cibo, et potione, cum non paullo sumptuosius, quam ego his [l] ministraret [m] victum. Ego [n] enim vno seruulo, ordeo non multo, aqua domestica, meos multinumos alo asinos: Hortensius primum qui ministrarent [o] piscatores habebat complures, et ii [p] pisciculos minutos aggerebant [q] frequenter, vt a maioribus absumerentur.
7 Praeterea salsamenta [r] in eas piscinas emtitia [s] coniiciebat, cum mare turbaret [t], vti [u] per tempestatem suis piscibus e macello cetariorum, vti e mari, obsonium praeberet, cum [x] neque euerriculo [y] illi in litus educere possent viuam saginam [z], plebeiae coenae [a] pisces. Celerius voluntate Hortensii ex equili educeres rhedarias [b], vt tibi haberes, mulas [c], quam e piscina barbatum mullum.
8 At [d], inquit *ille*, non minor cura eius erat de aegrotis piscibus, quam de minus valentibus seruis. itaque minus laborabat, ne seruus aeger, quam aquam frigidam biberent [e] sui pisces. Etenim hac incuria laborare aiebat M. Lucullum, et piscinas eius despiciebat, quod aestuaria idonea non haberet, ac [in] [f] residem aquam, et [g] locis pestilentibus habitarent pisces eius.
9 Contra ad Neapolim L. Lucullus posteaquam perfodisset montem, ac maritima [h] flumina immisisset in piscinas, quae reciprocae [i] fluerent [k], ipse Neptuno non cederet de piscatu. factum [l] esse enim, vt amatos pisces

i) *asini I. B. R.* k) *Ecquid vtr. et I. B. R.* l) *his* deest *I. B. R. Po. 2.* m) *ministret a. V.* n) *Ego cum honore vno I. B. R.* o) *ministrarent I. B. R.* p) *ii* deest *I. B. R. comp. qui I. I.-G.* q) *aggerebat I. B. R.* r) *salsamentorum I. B. R.* s) *emptum I. B. R.* t) *turbaret P. 2. et Ms. Arond.* apud Wassium ad Sall. Catil. c. 56. p. 177. *turbaretur* editi. u) *Ac per temp. macellum, piscinam vt mare obson. I. B. R.* x) *cum* omitt. *I. B. R.* y) *illi* omitt. *I. B. R.* z) *sabinae I. B. R.* a) *laenae P. 2.* b) *rhedarios a. V.* c) *mulos a. V.* d) *Atque P. 2.* e) *bibere vellet P. 2.* f) *in* omitt. *I. B. R.* g) *in I. B. R.* h) *maritimum flumen I. B. R.* i) *reciproci P. 2.* k) *fuere I. B. R. flueret P. 2.* l) *esse factum, vt amicos P. 2. esse causam, vt antiquos I. B. R.* Forte leg. *factum est.*

dum *maiori curae.* Nam 1, 1 dixit, *vt id mihi curae habeam, rogas.* IDEM.

17, 6 ET CIBO ET POTIONE) Haec verba sunt adiecta ad illa, *vtraque re.* Deinde in V. C. est: *qui a maioribus.* Item: *salsamentum — empticium.* IDEM.

17, 7 TVRBARET) In Mss. fere *turbaret.* Nihil tamen immutaui. Erant et aliae varietates, scriptura tamen ita perturbata, vt valde in hac parte laborare me piguerit. VICTOR. *Turbaret,* tametsi veteres libri prae se non ferrent, putarem tamen reponendum. Aliter enim qui Latine se loqui putat βαρβαρίζει. SCALIG.

17, 7 VTI PER TEMPESTATEM) Ex V. C. ita videtur legendum: *Vti per tempestatem macellum piscinis vt mare obsonium praeberet.* nam reliqua sunt adiecta. Item abundat vox *pisces,* quae p. p. habetur. Nam saginam plebeiae coenae dicit pisciculos minutos. VRSIN.

17, 7 HABERES MVLAS) *Mulas* non *mulos,* in omnibus Mss. inueni. Mulas autem ad rhedas iungere veteres consueuisse, ostendit etiam Vlp. de aedilitio edicto L. *Aediles aiunt, qui iumenta vendunt.* VICTOR. Adde Schefferum de re vehic. 1, 8. qui genere masculino legit *rhedarios mulos.* SCHOETTG. Sed add. 2, 30 p. 345.

17, 8 AT, INQVIT ILLE) Videtur legendum: *Ac illi non minor cura de aegrotis piscibus,* reliqua sunt adiecta; et p. p. in V. C. legitur: *Quod aestuaria idonea non haberet, ac residem aquam, in locis pestilentibus habitarent pisces eius.* VRSINVS.

17, 8 AC [IN] RESIDEM AQVAM) Buchnerum ep. P. 2. n. 116 p. 541 offendit hic locus, quod non satis constructe posita videntur verba: aut enim quarto casu efferenda omnia, quae τῷ *in* iunguntur, aut sexto. Ipse suspicatur iuncte legendum, *inresidem* h. e. *non residem.* Sed illud aduersari videtur sententiae. Faciliorem medicinam suppeditant primae editiones, omissa τῷ *in.* Optime enim conueniunt grammatica pariter ratione ac naturali, *residem aquam habitare,* et *habitare pestilentibus locis.* Reses aqua enim pestilens piscibus, qui iactari volunt.

17, 9 QVAE RECIPROCE FLVERENT, IPSI NEPTVNO NON CEDERET DE PISCATV) Sic legendus hic locus. Et Plinius eodem modo locutus est, cum dixit 35, 10 *Cedebat Amphioni de dispositione, Asclepiodoto de mensuris.* VRSIN. Ego legendum arbitror, *ipsi Neptuno non cedere,* continuatur enim sermo Hortensii.

fces fuos videatur propter aeftus eduxiffe [m] in loca frigidiora, vt Appuli folent [n] pecuarii [o] facere, quod propter [p] calores in montes Sabinos pecus ducunt. In Baiano autem [q] tanta ardebat cura, vt architecto permiferit, vt [r] fuam pecuniam confumeret, dummodo perduceret fpecus e pifcinis [s] in mare, obiectaculo [t] quo aeftus bis quotidie ab exorta [u] luna ad proximam nouam [x] introire, ac redire rurfus in mare poffet, ac refrigerare pifcinas. Nos [y] haec. At ftrepitus a dextra, et eccum [z] recta candidatus nofter defignatus aedilis [a]. Cui nos occurrimus [b], et gratulati [c] in capitolium profequimur. ille inde [d] eundo fuam domum, nos noftram. Opinionis noftrae fermonem de paftione villatica fummatim hunc [e], quem expofui, habeto.

m) *duxiffe I. B. R.* n) *folerent I. B. R.* o) *pecuata P. 2.* p) *per colles P. 2. et Ryck.* q) *aut emardis tanta P. 2. aut ardeae etc. I. B. R.* r) *Vel vt P. 2.* s) *pifcina P.* t) *abitudo (c. babitaculo) P. 2.* u) *ortu lunae I. B. R.* x) *nonam I. B. R.* y) *Non B. R.* z) *cum lata ea. I. B. R. et cum cand. P. 2.* a) *in villam* add. *I. B. R.* b) *occidimus Ienff.* c) *gratulanti Ienff. gradatim P.* d) *enim idem* fol. *Ienff.* e) *haec, quae Pol. 2.*

Contuli ego, Ang. Politianus, Catonis hos ac Varronis rerum rufticarum libellos cum vetuftiffimo codice ex diui Marci Florentina bibliotheca; fic vt ne ea quidem non afcriberem, fi quae deprauatiora viderentur. Hoc enim nobis emendandi nouos codices inftitutum placuit, ne quid ex noftro temere adiceremus, neu quid omitteremus, quod in antiquioribus exemplaribus inueniffemus. Quod fi hoc priores librarii inftitutum probaffent, non tantum profecto negotii laborisque pofteris reliquiffent. Sicubi ergo noftrum adhibuimus iudicium, relictis tamen antiquae lectionis veftigiis aliquibus; fuum cuique relinquimus. Vale lector, et noftrum hunc laborem boni confule. Florentiae in diui Pauli, ipfo bacchanaliorum die MCCCCLXXXII anno, altero fcilicet noftrae publicae profeffionis, cum Ouidianos faftos, et Ciceronis ad Herennium rhetoricos libros enarrabamus, ac Graecae linguae rudimenta Florentinae iuuentuti dictabamus.

17, 9 PROPTER AESTVS) Videtur legendum *per aeftus*, vt fupra, *per tempeftates.* Deinde legendum *qui propter calores in montes Samnios pecus ducunt.* Nam fupra dixit: *Itaque greges ouium longe abiguntur in Samnium aeftiuatum.* Poteft etiam aliquo modo defendi lectio, *Sabinos*, ex loco item fuperiore, in quo eft: *Nam mihi greges in Apulia hibernabant, qui in Reatinis montibus aeftiuabant.* In V. C. eft *per calores*, vt fupra *per tempeftates.* VRSIN.

17, 9 IN BAIANO) Mediae vetuftatis liber, *In Baiano autem ardis tanta.* alii, *In Baiano aut ardis.* Quum igitur Mff. tam diuerfi fint, vereor, ne quod hic mendum lateat. VICTOR. Inufitatus eft modus loquendi hac in parte, et coelo Latino inauditus, quo vtitur Varro. Sed non puto Varronianum effe, *tanta arfit cura.* Immo, cum veteres codices hic varient, puto reconcinnandum. Lego: *In Baiano autem arfit tantu, vt architecto etc. Tantu vt* pro *tantum vt*: quemadmodum fupra: *Secunda ea, et datu iri*, et talia. Atque hic cum Deo finem faciamus. SCALIG. Locus interpolatus, qui in nonnullis libris antiquis ita legitur: *In Baiana autardis tanta*, vt; ex quibus veftigiis legi poffet, *in Baiano haud par, fed tanta* vt; Non par, inquit, illi pifcinarum cura fuit in Baiano, fed maior, et quidem tanta vt. Mox infra *eundo fuam domum*; fortaffis legendum, *endo fuam domum*, vt fit integrum illud Ennii, *Endo fuam do*, quod obferuant Grammatici, pro in fuam domum. Atque hic finem faciam, fi vnum illud adnotauero, hos libros de re ruftica, non capitibus diftinctos aut interruptos fuiffe, fed perpetua quadam tractationis ferie contextos, nexosque. Id autem duabus rationibus vincitur, et quod in veteribus libris capitum nulla diftinctio; et quod Nonius in dictione Oliuitas, continenter et coniunctim recitat verba e libro primo, quae haftenus capitibus diftracta fuerunt. POPMA. Salmafius ad Solinum c. 23 p. 189 ita legit: *In Baiano autem tanta ardes, vt architecto permiferit, velut fuam pecuniam confumeret, dummodo perduceret fpecus e pifcinis in mare.* Vulgo editur, *in Baiano tanta ardebat cura.* Sed quae a nobis repofita eft, innititur veteris fcripturae auctoritati, quam ab hac lectione haud longe abeffe eruditiffimi viri teftimonio fcimus. Accius apud Nonium. *Arde foeda lampade*, id eft, *ardoris plena.* Ipfe male legit *ardefoeta*, vnica voce. Sic *loca foeta furentibus auftris* apud Poetam. *Ardes*, vt *tabes*, *labes* et fimilia. Haec Salmafius. SCHOETTG.

17, 9 VT SVAM) Mff. omnes, quos vidi, *vel vt fuam.* Plura etiam erant in iifdem libris a communi lectione difcrepantia: fed adeo maculofa, vt magis potuerint impedimento quam auxilio effe, ad locos, fi qui vitiofi funt, purgandos. quare finem hic faciam. VICTOR. V. C. *velut fuam*, forte legendum *vt vel fuam*, p. p. in V. C. eft *obiecta oculo*, pro *obiectaculo.* VRSIN. Vetus et communis lectio, *vel vt fuam*, pofito *vel*

buiſſe dicantur, aut cum ſunt apes morbidae propter primores vernos paſtus, qui ex floribus nucis Graecae, et cornu fiunt, coeliacas fieri, atque vrina pota † refici.
23 De his propolim vocant, e quo faciunt ad foramen introitus protectum in aluum maxime aeſtate. Quam [l] rem etiam nomine eodem medici vtuntur in emplaſtris. propter quam rem etiam carius in ſacra via, quam [m] mel venit. Erithacen [n] vocant, quo [o] fauos extremos inter [p] ſe conglutinant, quod eſt aliud a melle [q], propoli: itaque

†) poſtas *Pol.* l) *Quam ob* marg. m) *quo I. B. R.* n) *erbithacen P, vbitacem I. B. R. erythacen I. I-G.* o) *quibus I. B. R.* p) *ſimul cong. I. B. R. ſimul inter ſe P.* q) *mel e diuiſ. I. B. R. melius I. I-G.*

quae columen, prae manibus habere ; et cum eum a plurimis, quibus conſperſus erat, maculis purgauerimus, hoc vnum supereſt, ne in caeteris deſpondeamus. Huius igitur tam deplorati loci ſcriptura vetus ita in Victoriano codice habet, *Ne cum animaduerterint aut inopiam eſſe dicitis ait, cum ſunt apes* etc. Quae quam perturbata ſint, nemo non videt: ſed ita tamen vt nulla prope licentia in integrum reſtitutum iri confidam. Nam vetus ſcribendi mos anſam dedit errori. quippe *aut* pro *haud* ſcriptum, vt ſaepe in veteribus libris annotauimus. Et *habiuiſſe* pro *abiuiſſe*: vnde *habuiſſe* factum. Quare totam periodum, meo iudicio, ita legas licet, *Nec, cum animaduerterint, haud inopiam eſſe, abiuiſſe dicit. Is ait, cum ſunt apes morbidae*, etc. Nec apes, inquit, abiuiſſe dicit, cum animaduerterint non eſſe inopiam cibi. Quia vero ad quem referendum ſit illud [illegible] *dicit*, obſcurum eſt, propterea tantum tenebrarum huic loco offuſum puto. Sed, niſi fallor, ad eundem, de quo antea locutus eſt, cum de apum genere diſſereret, Menecratem, referendum puto. SCALIG. E VV. CC. corrupta ſcriptura poſſit elici huiuſmodi aliqua correctio: *Ne cum animaduerterint cibi inopiam eſſe, abeant. Menecrates ait, apes propter primores vernos paſtus ex floribus nucis Graecae et cornu, ſolere coeliacas fieri, easque vrina fotas refici.* Plin. 21, 12 *Cornum quoque arborem caueri oportet. Nam flore eius deguſtato, aluo concita moriuntur. Remedium, ſorba contuſa e melle praebere his, vel vrinam hominum, vel boum* etc. VRSIN. Antiqua ſcriptura: *ne cum animaduerterint aut inopiam eſſe habuiſſe dicitis ait*: quae mihi videtur leui mutatione poſſe reſtitui hoc modo: *Ne cum animaduerterint faui inopiam eſſe, habuiſſe diuitis malint.* Ne apes, inquit, ex aluo in aluum traiectae, cum animaduerterint, in noua faui inopiam eſſe, malint habitaſſe veteres, plenas et diuites mellis. *Diuites* alui copioſae, abundantes fauo, et melle, contra, inopes. Mox legendum puto: *Cum ſunt apes*; et, *Vrina pota reficiendum.* Columella lib. IX de eodem morbo apum: *Quidam bubulam, vel hominis vrinam, ſicut Hyginus affirmat, alueis apponunt.* POPMA. Ab his vetuſtiſſima differunt: *ne cum animaduerterint aut inopiam eſſe habuiſſe dicitis ait cum ſunt apes.* Cum praeceperit Varro, ſi apes de aluo in aluum in eodem loco ſint tranſiturae, quid ſit faciendum: nunc quid, cum minime tranſiturae: adieciſſe opinor; quoniam aut fame vexatas, aut morbo laborantes conſtat non eſſe transferendas. Hinc legerem: *nec* ſiue *nam cum animaduerterint aut inopiam eſſe* (*eſſe* pro *edendi* ſiue *eſcae*) *habuiſſe deuitant, aut cum ſint apes morbidae.* PONTED. Vitula dignus quiſque virorum eruditiſſimorum. Sed mihi vix perſuadetur, locum hunc non eſſe mutilum: tum de morbis quaedam deeſſe, tum tranſitionem ad fructum, qui ex apibus percipitur. Hoc nec diſſimulare Vrſinum videmus. Et multis modis corrupta eſſe, quae ſuperſunt in Varrone, ne a Scaligero quidem reſtituta, qui diligenter id aget, obſeruabit. Me quidem, vt in cliuo bouem, hic deſpondiſſe animum fateor, et ſatis fere habuiſſe, aliorum dicta referre.

16, 23 DE HIS PROPOLIM) Videntur ante haec verba deſiderari multa, quae nec in VV. CC. reperiuntur. Nam voces *de his*, indicant, Varronem primo ſummatim, vt ſolet, ſignificaſſe ſcripturum ſe de propoli, erithace, fauo, melle, aliisque, quibus enumeratis, *de his*, inquit, *propolim* etc. VRSIN. Tradidit haec accuratius Plin. 11, 7, cuius verba, licet paulo ſint prolixiora, huc tamen adſcribi merentur: *Prima fundamenta commoſin vocant periti, ſecunda piſſoceron, tertia propolin, inter coria cerasque, magni ad medicamina vſus. Commoſis cruſta eſt prima, ſaporis amari. Piſſoceros ſuper eam venit, picantium modo ceu dilutior: cerae initium plerumque ex mitiore gummi. Propolis craſſioris iam materiae, additis floribus, nondum tamen cera, ſed fauorum ſtabilimentum, qua omnes frigoris aut iniuriae aditus obſtruuntur, odore et ipſa etiamnum graui, vt qua plerique pro galbano vtuntur.* Idem 24, 8 adfert apes propolin facere ex guttis, quae in foliis populorum ſunt. SCHOETTG.

16, 23 QVOD EST ALIVD MELLE PROPOLI) Ita in Mſſ. antiquioribus ſcriptum inueni. qui modus loquendi, quamuis rarior ſit, ab optimis tamen auctoribus vſurpatur. Locus ille ex epiſtola Bruti et Caſſii ad Antonium ita legitur in fideliſſimo exemplari: *Nos ab initio ſpectaſſe otium, nec quicquam aliud libertate communi quaeſiſſe,*

itaque in hoc vim esse illiciendi. quo circa examen vbi volunt considere, eum ramum, aliamue quam rem oblinunt [r] hoc, admixto apiastro. Fauus est, quem 24
fingunt multicauatum e cera, cum singula caua sena latera habeant, quot singulis pedes dedit natura. Neque quae afferuntur ad quatuor res faciendas, propolim, erithacen [s], fauum, mel, ex iisdem omnibus rebus carpere [t] dicuntur. simplex [u], quod e [x] malo punico, et asparago cibum carpant solum, ex olea arbore ceram, e fico mel, sed non bonum. duplex ministerium praeberi, vt e faba, apiastro, cucurbita, 25
brassica; ceram, et cibum. nec non aliter duplex, quod fit e malo et piris [y] siluestribus, cibum et mel. item aliter duplex, quod e [z] papauere ceram [a], et mel. triplex ministerium quoque [b] fieri, vti ex nuce Graeca, et e lapsana [c] cibum, mel, ceram. item ex aliis floribus ita carpere [d], vt alia ad singulas res sumant, alia ad plures. nec 26
non etiam aliud discrimen sequantur in carptura, aut eas sequatur, vt in melle, quod ex alia re faciunt [e] liquidum mel, vt ex sisere [f] flore: ex [g] alia contra, spissum, vt

r) *obliniunt: hoc I. B. R.* s) *erbithacen P. rbithacem I. B. R. erythacen I. I-G.* sic fere alibi. t) *capere dicunt I. B. R.* u) *ministerium*, inf. *I. I-G. dicuntur. Simplex min.* marg. *Derdr.* x) *e* deest *I. B. R.* y) *piro siluestri, caeram a. V.* z) *e* deest *I. B. R.* a) *caera. I. B. R.* b) *cum I. B. R.* c) *lapsana P.* d) *capere I. B. R.* e) *faciant P.* f) *siserat I. B. R. siseris I. I-G. sisarae Po.* g) *et I. B. R.*

fisse, exitus declarat. Eadem ratione Flaccus in ep. ad Quintium videtur illud dixisse: *Neue putes alium sapiente bonoque beatum.* VICTOR. Videtur legendum *melle et propoli.* Plin. 11, 7. Sed forte rectius legeretur: *quod est aliud mel e propoli.* VRSIN.

16, 24 QVAE AFFERVNTVR) Legendum videtur *offeruntur*, h. e. quae inueniunt apes in campis et hortis vel siluis, in quae incidunt: et statim, *ex iisdem omnia rebus.*

16, 24 SIMPLEX) Ante hoc verbum desunt multa, vt videtur. Nam Varro, vt solet, dicebat ex variis floribus varia ministeria apibus praeberi, cibum, ceram, mel etc. et ex aliis simplicia, ex aliis vero duplicia etc. in V. C. p. p. pro *quoque fieri*, legitur *confieri.* VRSIN. Tanto verior est coniectura Vrsini, quod vocem *ministerium*, qua statim deinde vtitur Varro, inculcatam non obseruauit ab iis, qui ita sanare locum voluere. Iam Crescentii aetate mutilum fuisse locum inde colligo, quia et ipse abrupto quasi sermone 9, 100 *Ex malo punico et asparago* etc.

16, 25 CIBVM ET MEL) In excusis antea, *ceram et mel:* cuncti Mss. *circum et mel* habent. *Cibum* coniectura ductus emendaui. Nam vetus lectio maculam habebat, quam sic deleri posse censui. Adiuuat autem iudicium meum, quod infra e papauere praeberi dicit ceram et mel: et aliter duplex hoc ministerium appellat, id est, a superiore diuersum. VICTOR.

16, 26 ALIVD DISCRIMEN) Vox *discrimen* videtur adiecta. et fortasse totus hic locus ita legendus: *Nec non etiam aliud sequuntur in carptura, vt id sequantur in melle.* VRSIN.

16, 26 AVT EAS SEQVATVR) Lege, *vt eas sequatur*, vt eas herbas sequatur carptura. Aliter locus valde obscurus erat. SCALIG.

16, 26 EX SISERE FLORE) Lege, *ex sisarae flore.* quod ex Plinio cognoscimus. *Sisara* est, Erica, quae aliter Atheniensibus dicebatur *Tetralice.* Erat etiam *Sisarra* ouis maior. Vetus Glossarium: *Sisarra μεῖζον πρόβατον ἐνιαυτοῦ.* Quam vocem puto fluxisse e Graecia. σισύρας enim πρόβατον. Argumento σισύρα, id est, μαλλωτή, apud Aristophanem, et alios. Quare, vt Tarentini, quos Romani sequuti sunt, pro σὺ, τὺ dicebant, sic pro σισύρας, τιτύρας vt πίσυρες, πέτορες. Vnde *Petoritum*, genus carri quadriroti. Nam πέτορες, quatuor. Quare eruditissimus interpres Virgilii Seruius, cuius commentariorum tantum hodie cadauer habemus monachorum barbarie ac spurcitia contaminatum: is, inquam, Seruius, recte dixit, *sectarium veruecem* a Siculis τιτύρον vocatum. In quo immerito a morosis quibusdam reprehensus est. Recta enim est eius sententia, et vera. Nam satis ea, quae iam diximus, probant. Praeterea in argumento cuiusdam Eidyllii Theocritiani, quod scribitur τιτύρον, dici κύρον, id frustra est. Legendum enim κτιλὸς, non κύρος. Quare errant, qui doctissimum grammaticum Seruium eo nomine carpunt, quod τιτύρον veruecem *sectarium* interpretatus sit. *Sisennarum* cognomen Romae a *Sisaris*, hoc est ouibus, puto manasse. Nam prius, *Sisernas* dictos fuisse, vt *Perpernas* primum, post, *Perpennas*, a perpero: de quo superius diximus, et in Plauti Truculentum amplius disseremus. Vnde τιτύρινος κάλαμος aut αὐλὸς dictus sit, apparet: a Tityro scilicet potius, quam ille ab illo. SCALIG. Legendum in Varrone: *ex siserae flore.* Vocat *siseram* quod aliis *siser.* Et est genus pastinacae, gratum apibus. Glossae: siser σταφυλίνου εἶδος. Columella inter pabula apibus iucunda *vtramque pastinacam* numerat, *agrestem et satu edomitam.* Graeci σίσαρον

vt e rore marino. Sic ex alia re, vt e fico mel insuaue, e [h] cytiso bonum, e [i] thymo optumum.

h) *e om. I. B. R.* i) *et I. B. R.*

σαρον vocabant. Euboeenses etiam fortasse *σίσυρον*. Nam idem *σίσαρον* et *σίσυρον*: vt *γλάφυ*, *γλύφυ* ex diuersitate dialecti. *Σίσυρον* igitur non est erice, sed siser. Haec Salmas. ad Solinum c. 35 p. 421. SCHOETTG. Ald. Iunta, Gymnicus *ex Siseris flore*. At Ios. Scaliger, et hunc secutus Popma (inter quos etiam Casp. Bauhinus est recensendus, qui in adnotationibus ad Matthiolum l. 1. c. 100. *Ericae*, ait, *quae Tetralix Atheniensibus*, *Plinio Auctore*, *Sisara Varroni*, *duo sunt summa genera*) non *siseris* neque *sisere* legunt sed *sisarae* asseritque Ios. Scal. apud Graecos *ericem sisaram* vocari. Quod nos vltro damus et concedimus. Sed id silentio praetereundum non est, ex *sisarae flore* siue *erices* mel liquidum nequaquam fieri, sed potius siccum et *arenoso simile*, vt ait Plinius. Cuius etiam verba quae l. 11. c. 16. extant afferenda sunt, quoniam Plinii testimonio sententiam suam tuetur Scaliger: *Tertium genus mellis minime probatum*, *siluestre*, *quod ericeum vocant*. *Conuehitur post primos autumni imbres*, *cum erice sola floret in siluis*, *ob id arenoso simile*. *Gignitur id maxime arcturi exortu a pridie Idus Sept. Quidam aestimant mellationem ad Arcturi exortum proferunt*, *quoniam ad aequinoctium autumni ab eo supersint dies 14 et ab aequinoctio ad Vergiliarum occasum diebus XLVIII plurima fit erice*. *Athenienses tetradices appellant*, *Euboea sisaram*, *quam putant apibus esse gratissimam*, *fortassis quia nulla tunc alia sit copia*. Nolim tamen egregio viro, qui multis castigationibus puriorem nobis Varronem reliquit, aliquid detractum, praesertim cum haec omnia ab Hermolao Barbaro acceperit: hunc enim principem extitisse suspicor, qui *sisere*, de quo Varro, *ericem* siue *sisaram* esse opinaretur. In libro siquidem qui Corollarium vocatur l. c. 125. ita loquitur: *Athenienses hanc* (nempe *Ericen*) *vt ait Plinius*, *tetradicem*, *Euboea sisarum*, *siue*, *vt Varro*, *sisaram*, *vnde liquidum mel fiat* etc. Id. l. 11. c. 341. *sisaram Varro*, *Plinius sisarum appellat herbam*, *cuius flore vescantur apes vt in erice disputatum est*. Sed quoniam satis vt opinor, ex eodem Plinio, cui innituntur, liquet, mel, quod de *erice* fit, non esse liquidum, id etiam ex ipsius *erices* natura comprobemus. Constat *Erice* floresque eius [quibus in re medica primus datur honos] partibus salinis, tenuioribus et ad motum maxime aptis, quibus intus absumta viscerum infarctus tollunt, obstantia expellunt, medentur calculosis, et crassa lentaque lympha laborantes iuuant. Sed maxime salutaria habentur contra articulares dolores, et extrinsecus illita contra serpentium ictus, ac multa oculorum incommoda. Quapropter Galenus L. 6 Med. Simpl. *Ericen*, ait, *digerendi per habitum facultatem obtinere*. *Flore eius ac foliis potissimum vtendum*. Id et Paulus Aegineta confirmat L. 7. At Dioscor. L. 1 c. 11 [qui etiam mel ericeum improbat] inter alexipharmaca remedia *Ericem* commemorat, dicens: *ἐρείκη δένδρον ἐστὶ θαμνῶδες, ὅμοιον μυρίκῃ, μικρότερον δὲ πολλῷ, ὃ τῷ ἄνθει μέλιτται χρώμεναι μέλι ἐργάζονται οὐ σπουδαῖον. Ταύτης ἡ κόμη καὶ τὸ ἄνθος πλασσόμενα ἑρπετῶν δήγματα ἰᾶται.* Ita etiam Nicander in *Theriacis*. Quapropter ad illas stirpes nequaquam reuocari potest *erice*, quae magis aqueis partibus quam salinis constantur, sed contra ad Origanum, Serpillum, Maioranam, Thymum, Rorem marinum, quae eadem fere facultate praedita propterea sunt, quoniam actiuioribus quoque principiis componuntur. At mel, quod de huiusmodi stirpibus carpitur, liquidum nequaquam ob salinam materiam reperitur, sed contra spissum. densat enim et spissat sal. Quibus porro rationibus eorum auctorum conuincitur sententia, iisdem etiam Claudii Salmasii refellitur. Hic enim in Plin. Exerc. 421 Ios. Scaligero non obscure aduersans, aliam vocis *sisere* emendationem proferre non dubitauit. *Nec bene*, inquit, *Scaliger ex eo loco Varronem corrigebat l. 3 cap. de apibus*, *vbi dicit mel liquidum fieri ex sisere flore*. *Corrigit inquam ex sisare flore*, *et eandem intelligit ericem*, *quam Euboea teste Plinio vocabat sisaram*. *Inepte*. *Vox illa peculiaris Euboeae nec ceterae Graeciae vsurpata*, *nedum Latinis fuerit vsitata*. *Praeterea mel ex Erice improbabatur*. Hic vero emendat *siserae*, Bruschianam et Iensoniam editionem, in qua sic legitur, non commemorans. Tradidit autem *siseram*, quod aliis *siser*, *esse pastinacae genus apibus gratum*, *pastinacam autem vtramque* satiuam nempe et syluestrem a Columella inter stirpes *numeratam*, quae apibus ad mellificium inseruiunt. Quod sane non ignoro, id enim saepe apud Colum. l. 9 c. 4 me legisse memini. Sed illud inter necessaria est scire, commemoratam esse quidem Pastinacam vtramque, quae inter se cultu tantum differunt, at nequaquam *siseram* siue *siserum*; neque *siser* pastinacae est genus. Nec tamen hoc arguo. Illud solummodo explanandum arripio, neque ex *Pastinacis* neque ex *sisere*, siue vt malunt, *sisera* liquidi mellis carpturam fieri. Aromaticae namque hae stirpes sunt partibus volatilibus, vt cum Chymicis loquar, compositae, salibusque quamplurimis; ideoque quicquid mellis ex harum floribus conuehi posset ab apibus, spissum esset, vt de *erice* ostendi, non fluidum. Accedit etiam exiguum succum de huiusmodi stirpium floribus stillari, qui quoniam in vmbellam colliguntur, et rosacei sunt, atque expansis petalis, si quid humoris ab exili et ieiuno fere receptaculo emanat, statim vel aer rapit, vel soles exsiccant. Quod ipsum Columellam non latuit,

optimum. Cibi pars, quod [k] potio, et ea iis aqua liquida; vnde bibant esse oportet, 27
eamque propinquam, quae praeterfluat, aut in aliquem locum influat, ita [l] vt [m] ne
altitudine ascendat [n] duo, aut tres digitos: in qua aqua iaceant testae, aut lapilli, ita
vt extent paulum, vbi assidere, et bibere possint. In qua diligenter habenda cura,
vt aqua sit pura, quod ad mellificium bonum vehementer prodest. Quod non 28
omnis tempestas ad pastum prodire longius patitur, praeparandus his cibus, ne tum
melle cogantur solo viuere, aut relinquere exinanitas aluos. Igitur ficorum pin-
guium

k) *quoque I. I-G.* l) *ita* omitt. *P.* m) *vt* omitt. *I. B. R.* n) *escendat P. descendat I. I-G.*

uit, cum in recensendis apum pabulis inter viliores stirpes atque extremo loco pastinacas adiecit. Et tamen multo aptiores ad mellificium censendae sunt Pastinacae quam siser; illae maioribus petalis grandioribusque receptaculis instructos flores producunt: at in *sisere* omnia minora, tenuiora atque exsucciora. His satis, vt arbitror, ostensum, atque comprobatum est, neque ex Erices floribus, neque ex siseris liquidum mel carpi, sed contra spissum: Nunc ex Crescentio Varroniani loci castigationem adducam. Hic namque l. 9 c. 100 pro *sisere Ciceris* transcripsit ad hunc modum: *Item ex alia re faciunt liquidum mel: vt ex ciceris flore, ex alia e contra spissum, vt rore marino.* Id in vernaculis interpretationibus seruatum video: *Ancora dall' altra cosa fanno liquido mele, si come del fior del ce ce, e d' altra cosa fanno il contrario cioe del ramerino, che l' fanno spesso.* Haec vna lectio si diligenter attendatur, non defensorem tantum inuenire potest, sed etiam, vt mea fert sententia, approbatorem. Cicer quippe papilionacei floris planta aptissima est, ad mel conficiendum, idcirco aliae item stirpes floris cognatione proximae ad mellificium commendantur, vt: faba, lens, pisum, Medica, cytisus, vt et ab Aristotele proditum memoriae est L. 9 c. 40 de *anim.* Huiusmodi flores peculiari naturae consilio forma ad seruandum humorem aptissima praediti sunt, praeterea vt leguminum conditio fert, inter omnes succosiores aquosioresque liquidum mel praebere valent. Hinc legumina omnia damnantur in cibis, quoniam ob nimiam aquae copiam inflationem inducunt, interaneorumque distentionem. Et hac de causa fabam Pythagorica sententia improbatam accepimus, siquidem vt legumen inflat, mentemque perturbat. Tritus est hac de re ap. M. Tull. I. de *diuin.* locus: *Iubet igitur*, inquit, *Plato sic ad somnum proficisci corporibus affectis, vt nihil sit, quod errorem animis perturbationemque afferat. Ex quo etiam Pythagoricis interdictum putatur, ne faba vescerentur, quod habet inflationem magnam is cibus, tranquillitati mentis quaerenti vero contrariam.* PONTED. Facile largiar, verissimam esse, cuiuscuius est, emendationem a Cl. Pontedera probatam: sed a Crescentio profectam ne putem, facit editio antiquissima Louaniensis, quae legit *ex sisere flore*,

16, 27 CIBI PARS QVOD POTIO) Neque distincta bene, neque emendata lectio: quam quia, si propius inspiciamus, non ita difficilem emendationem prae se fert, audeo profiteri ita legendum esse: *Cibi pars quod potio: et ea iis aqualicula, vnde bibant, esse oportet. eamque liquidam, quae praeterfluat.* Oportet, inquit, esse aqualicula, de quibus bibant, eamque liquidam. Nam quia aqualicula ab aqua dicta sunt, propterea dixit, eam liquidam, vt intelligas aquam. Quod saepius faciunt veteres, praesertim Sallustius, et Lucretius. Sic superius cum de aluearibus scriberet, praecipit eas vtiles faciendas esse. eas, scilicet aluos, quia ab eis aluearia dicta. Hic est sensus huius loci: quod cibi pars potio, ideo iis aqualicula vnde bibant esse oportet. Nisi potius contendere mauis legendum esse: *Cibi pars quod potio, eiis aqualicula.* etc. Eiis pro Eis. SCAL.

16, 27 ET EA IIS AQVA LIQVIDA) Iam diximus, *et ea iis aqualicula*, *Et ea* hoc est, et propterea. Ob eam rem dicebant Eapropter. Nam *ea* ἐπιῤῥηματικῶς dictum, et vltimam producit. *Aqualicula* esse vasa aqualia, vulgo satis notum est. IDEM. Hic locus ex V. C. ita legendus interpungendusque: *Cibi pars quod potio, et ex iis aqua liquida vnde bibant esse oportet.* VRS. Cresc. 9, 98, qui multa hinc excerpsit, *His aquam liquidam, vnde bibant esse oportet* etc.

16, 27 ALTITVDINI ASCENDAT) Antea in excusis *descendat* mendose. Inde natus error videtur, quod in MSS. *escendat*. Obseruaui autem in priscis exemplaribus saepe hoc verbum ita scriptum esse, vt in 1 lib. Varronis, *E vinea in arbores escendit vitis.* Item eodem libro: *In cenaculum escendat.* VICTOR. Illud *escendere* etiam Liuio aliquoties restituit Gronouius. Quid si hoc loco idem sit, quod egrediatur, superet? add. ad Col. Arb. c. 16.

16, 27 AQVA IACEANT) Vox *aqua* hic et p. p. abundat. VRSIN. *Pontibus vt crebris possint consistere.* Sed haec et plura Virgiliana iam transtulit in suas areolas Columella, vbi leguntur commodius v. g. 9, 5, 5.

16, 28 AVT RELINQVERE) Videtur legendum *ac.* deinde legendum *coactas.* nam infra dixit: *ex eo factas offas apponunt* etc. VRSIN. Cum apes coguntur ex solo melle viuere, statim sequitur

guium circiter decem pondo decoquunt in aquae congiis sex, quas coctas in offas prope apponunt. Alii aquam mulsam in vasculis prope vt sit curant. in quae [o] addunt lanam purpuream [p], per quam sugant [q]: vno tempore [r] ne potu nimium impleantur, aut ne incidant in aquam. Singula vasa ponunt ad aluos [s] singulas, et hac supplentur. Alii vuam passam, et ficum, cum pinserunt [t], affundunt sapam [u], atque ex eo factas offas apponunt [x] ibi, quo [y] foras hieme in pabulum procedere tamen [z] possint.
29 Cum examen exiturum [a] est, quod fieri solet, cum adnatae prospere [b] sunt multae, ac progeniem veteres emittere volunt in coloniam, vt olim crebro Sabini factita-

o) *quam a. V.* p) *puram Cr. 9, 98.* q) *sugunt verno I. B. R.* r) *tenore I. I-G.* s) *aluos. Haec sup. I. B. R. et hac supplentur* absunt *Cr.* t) *pisierunt I. B. R. pistauerunt Cr.* u) *sapa I. I-G.* x) *apponunt. Id tempestatibus et hieme, cum in pa. I. I-G.* y) *quo horas I. B. R. cum foras* al. z) *non possunt I. I-G.* a) *excitatum I. B. R.* b) *prosperae I. B. R. cum apes natae prospere sunt nutritae Cr. 9, 101.*

sequitur exinaniri aluos; quapropter *aut* non sine vitio legitur pro *ac* vel *et*: *ne tum melle coganitur solo vivere ac relinquere exinanitas aluos.* Siquidem de fuga suspicari non possumus, quoniam per tempestates non longe ab aluearíis recedunt apes. Confirmatur castigatio ex Colum. l. 9. c. 14. *Post confectam brumam diebus fere quadraginta quicquid est repositi mellis (nisi liberalius a curatore relictum sit,) consumunt, et saepe etiam vacuatis ceris vsque in ortum Arcturi, qui est ab Id. Februariis, ieiunae fauis accubantes torpent more serpentum.* PONTED.

16, 28 LANAM PVRPVREAM) Potius *lanam perpuram*; nam omnia coloribus fucata apibus contraria. Columella lib. 9 *quibus liquoribus mundam lanam imbuere oportebit.* Quid? Crescentius apud Varronem id inuenit, quod exscripsit: *alii aquam mulsam vt sit prope curant, in qua addunt lanam puram.* PONTED.

16, 28 VNO TEMPORE, NE POTV) Et Mss. omnes codices, et formis etiam excusi nonnulli, ita legunt. nam alii *vno tenore* mendose. VICTOR. Suffragatur etiam Cresc.

16, 28 AVT NE INCIDANT) Vid. leg. *ac nec.* Nam *vno tempore* quod est in V. V. C. G. videtur positum pro simul: vt sit simul ne potu nimium impleantur, simul ne incidant in aquam. VRSIN.

16, 28 CVM PINSERVNT) In V. V. C. C. est *pinsierunt.* sed 1, 63. *vt in pistrino pinsetur,* VRSIN.

16, 28 ATQVE EX EO FACTAS OFFAS) Videtur legendum ex V. C. *Atque ex eo factas offas apponunt ibi, quom foras hieme in pabulum procedere non possunt.* Nam in V. C. est, *apponunt ibi, quo foras hieme.* Alius tamen codex habet, *illis*, non *ibi* et fortasse vox, *hieme*, glossema est. VRSIN.

16, 28 CVM FORAS HIEME) Valde a priori lectione locus immutatus. nam sententiam, non verba solum, variatam habet. Modica in hac re licentia vsus sum: vt tamen fidem meam exoluam, veterem hic scripturam adponam, et quid secutus sim omnibus aperiam. *Adponunt ibi, quo oras hieme in pabulum procedere tamen possint,* Ex perturbatis illis vocibus, *quo oras*, finxi, *Quum foras* caetera vt illic erant, a priscis libris sumsi: idoneumque sensum habere hanc lectionem puto. Alii sunt, inquit, qui magis apibus prospiciunt, et commodis eorum obsequantur: qui hieme cum in pabulum tamen procedere possunt, quia sciunt asperum id anni tempus esse, nec aliquid eas inuenire quo ali possint, adponunt etc. VICTOR. In V. C. est, *quo foras hieme.* VRSIN. In nonnullis excusis libris deficit minimum particula negatiua *non*, inter *tamen* et *possint* extrema verba, collocanda. Aldus vero aliam promit lectionem: *Alii ficum et vuam passam cum pinserunt, affundunt sapam, atque ex eo factas offas apponunt. Id tempestatibus et hieme cum in pabulum procedere non possint.* Ita qui Aldum sequuntur. Quae per se, si Varroniana sunt, patent. Vetus lectio apud Petr. Victorium sic se habet: *Adponunt ibi, quo oras hyeme in pabulum procedere tamen possent.* Cui consentanea sunt, quae apud Cresc. l. 9. 98. ex Varrone transcripta lego: *Atque ex eo factas offas apponunt ad quas in hyeme ad pabulum accedere possint.* Quapropter si quis ita reponere Varronianum hunc locum vellet, *Apponunt ibi, quo foras ad pabulum procedere tamen possint*, non solum non repugnarem, verum etiam perlibenter in eius irem sententiam, praesertim cum legam apud Iensonium, *quo horas h ex f.* deprauato. PONTED. Non dubitaui *quo foras* restituere, propter consensum Crescentii, qui verba prope omnia huius loci refert. H et F esse literas cognatas, vel Hispanorum voces plures ex Latinis ita deriuatae ostendunt. Vid. ad V. 2, 5, 6.

16, 29 CVM ADNATAE) Feliciter reddidit ex Aristotele, *ὅταν ἐκθυμῶσι τὰ σμήνη*, de sobole apum. SCAL.

16, 29 PRO-

factitauerunt propter multitudinem liberorum; huius [c] quod [d] duo solent praeire
signa, scitur [e]. Vnum, quod superioribus diebus, maxime verspertinis, multae ante
foramen (vt vuae) aliae ex aliis pendent conglobatae. Alterum, quod cum iam 30
euolaturae sunt, aut etiam inceperunt, consonant vehementer, proinde [f] vt milites
faciunt, cu n castra mouent. Quae primo tum [g] exierunt, in conspectu volitant, reli-
quas quae nondum congregatae sunt respectantes [h], dum conueniant. Cum a mel-
lario id fecisse sunt animaduersae, iaciundo in eas puluerem, et circumtinniendo [i]
aere, perterritas [k] quo voluerit perducet. Non longe inde [l] oblinunt erithace, atque 31
apiastro, caeterisque rebus, quibus delectantur. Vbi consederunt, afferunt aluum
prope eisdem [m] illiciis illitam intus: et prope apposita, fumo leni [n] circumeundo [o]
cogunt eas intrare: vt [p] quae in nouam coloniam cum introierunt [q], permanent
adeo libenter, vt etiam si proximam posueris illam aluum, vnde exierunt, tamen
nouo domicilio potius sint [r] contentae. Quod ad pastiones pertinere sum ratus, 32
quoniam dixi, nunc iam cuius [s] causa adhibetur ea cura, de fructu dicam †. Eximen-
dorum fauorum signum sumunt ex ipsis [t], cum plenas aluos habent, et cum illos
gemi-

c) *huius quod* desunt *I. I-G. it. Cr.* d) *quae I. B. R.* e) *scitur* deest *I. I-G. it. Cr. sunt I. B. R.* f) *perinde a. V.* g) *cum I. B. R.* h) *expectantes I. I-G.* i) *circum tinniendo* diuis. *a. V.* k) *perterritae, quo volunt, perducere P.* l) *ramum vel quid aliud* interpon. *I. I-G.* m) *easdem I. B. R.* n) *leui a. V.* o) *circundato I. B. R.* p) *vtque in I. B. R. vt in I. I-G.* q) *introierint, permaneant I. I-G.* r) *sunt I. B. R.* s) *quoius I. B. R.* †) Lacunae signum hic ponit *Comm.* t) *viris aluos habeant: et nem. P. aluos hab. nam cum P. 2. ipsis: vti aluos habeant, et vti congerminauerint: coniect. I. B. R.*

16, 29 PROPTER MVLTIT. LIBERORVM) Vox *liberorum*, videtur adiecta. VRSIN.

16, 30 CVM EXIERVNT) Ita est in V. C. deinde legendum *inde ramum aliudue quid oblinuntur.* Nam supra dixit: *Examen vbi volunt condere, tum ramum aliamue quam rem oblinunt.* VRSIN.

16, 31 VT QVAE IN NOVAM) Suspicabar leg. *itaque in nouam* etc.

16, 32 EX IPSIS) Videtur legendum *ex ipsis, vti si fucos abigunt, si intus faciunt* etc. Reliqua sunt adiecta Col. 9, 15. *Eius maturitas intelligitur, cum animaduertimus fucos ab apibus expelli ac fugari.* Plin. 11, 11 *cum mella coeperunt maturescere, abigunt eos* etc. VRSIN.

16, 32 CVM PLENAS ALVOS HABENT) Locus, nisi fallor, mendosissimus, et studio emendatorum quorundam ita concinnatus. antiqua certe scriptura diuersissima: quae tamen ita deprauata sit, vt eam me corrigere posse diffisus sim. Alii fortasse maioris ingenii ac doctrinae viri, cum diligentia adhibita restituent, aut pro desperato locus habebitur. Vetus lectio, *Ex ipsis viris aluos habeat vem congerminarit coniecturam*, etc. Ita in cunctis manu scriptis miro consensu legitur. VICTOR. Non est locus inquinatior isto. Et sane cum emendandi omnem prorsus spem abieci. Vetus scriptura: *ex ipsis viris aluos habeat vem congerminarit.* SCALIG. Totum hunc locum antiquus codex longe aliter habet, *ex ipsis viris aluos habeat quem congerminarit.* E quibus vestigiis censeo legendum, *Ex ipsis, si fures aluos habeat, quem concerminarint.* Ex apibus, inquit, signum sumunt eximendorum fauorum, si sunt in aluo fures ab ipsis concerpti et obtriti. Quod quidem signum certum et vnicum, Columella quoque tradit, lib. IX. *Eius maturitas intelligitur, inquit, cum animaduertimus, fucos ab apibus expelli, ac fugari. Aluos* aluus, vt *equos, ouem*, et similia. *Quem concerminarint*, pro *quos concerminarint*, est mutatio numeri; cuius exempla in his ipsis libris sunt in promptu. *Concermino*, concerpo, vt *decermina*, a quo *Decermina* linteola concerpta, quae vulneribus imponuntur. Quod sequitur, *Coniecturam capiunt si intus*; ad apes quoque refertur, sed est diuersum a praecedenti. nam signum certum et conspicuum est; coniectura incerta et obscura. POPMA. Caesenas exemplar: *sumunt ex ipsis curis aluos habeat, nam cum germinarit coniecturam capiunt.* Venetus demum codex: *sumunt ex ipsis viri saluos habeat nem congerminarit coniecturam capiunt.* Quae quamuis vitiosa, Aldina tamen tanquam vana, inutilia, falsa demonstrant; idcirco sine vlla dubitatione damnare et reiicere non verebor. Nunc videndum qua via antiqua reparare possimus. Itaque illud *viris* vel *curis* cum Popma scribo *furis* vel *fureis*; quippe ex *fucis* quos *fures* appellat Varro, maturae mellationis signum haberi etiam Columella testatur lib. 9 dicens: *Mox vere transacto, sequitur, vt dixi, mellis vindemia, propter quam totius anni labor exercetur. Eius maturitas intelligitur cum animaduertimus, fucos ab apibus expelli ac fugari.* Et paul-

geminauerint. ex apibus coniecturam capiunt, si intus faciunt bombum [u], et cum introeunt, ac foras trepidant, et si opercula alui [x] cum remota sint, fauorum foramina
33 obducta videntur mellis membranis. Cum sint repleti melle, in eximendo quidam dicunt oportere [y] nouem partes tollere, decimam relinquere. quod si omne [z] eximas, fore vt discedant. Alii hoc plus relinquunt, quam dixi. vt in aratis, qui faciunt restibiles segetes, plus tollunt frumenti ex interuallis: sic in aluis, si non quotannis

u) *globum Cr. 9, 103.* x) *aluum cum remoreissi Pol. aluum cum remoueris P. 2.* y) *ita vt inf. I. B. R.* z) *omnes B. R.*

lo post: *Ergo cum rixam fucorum et apium saepius committi videris, adapertas aluos inspicies.* Id repetit Palladius 7, 7. Quare ex fucis eximendi mellis signum habetur. Hinc pergentes reliqua sic adumbrare possumus: *Fucis si aluos habeat, nam cum germinarit, coniecturam capiunt, si intus faciunt bombum.* Vel hoc modo: *Fucis aluos habeatne, nam cum germinarit.* PONTED.

16, 32 ET CVM ILLOS) Salmasius ad Sol. c. 46 p. 677 legit: *si pluris alius habeat, vel congerminarint.* Si faui congerminarint, i. e. si coniuncti ac συστρεφόμενοι extiterint, non rari ac dissipati. *Congerminascere* Varroni nostro apud Nonium idem l. c. restituit. Conf. eundem ad c. 1 p. 22. SCHOETTG.

16, 32 ET CVM INTROEVNT) Separanda sunt: *Et cum intro eunt ac foras, trepidant* videlicet: *intro et foras volitant festinantes*; *nam trepidant* pro *festinant*; vt Virgilius Georg. 3 de ipsis apibus: *Tum trepidae inter se coëunt, armisque coruscant* Et Aeneid. 12 *Ne trepidate meas Teucri defendere naues.* Horatius etiam carm. 2, 5 *Cuius octauum trepidauit aetas Claudere lustrum.* PONTED.

16, 32 AC FORAS) Videtur legendum, *ad fores tr. et op. aluum cum remoueris, si fauorum fo. o. v. membranis, quod sunt repleti.* In etc. Plin. 11, 13 *Vigesimo die crassescit mel, mox obducitur tenui membrana, quae feruoris ipsius spuma concrescit.* Col. 9, 15: *Adapertas aluos inspicies, vt siue semipleni faui sint, differantur; siue iam liquore completi, vt superpositis ceris tanquam operculis obliti, demetantur.* VRSIN. *Trepidant*, i. e. circumuolitant tanquam festinantes et anxie de re aliqua sollicitae. Hanc significationem huius loci genuinam exemplis corroborarunt Graevius et Bauldri ad Lactantium de M. P. c. 10. SCHOETTG.

16, 32 ET SI OPERCVLA ALVI CVM REMOTA SINT) Antiqua lectio maculosa, cuius etiam vitia accurato librario cognita fuerint, nam notam ad eam, quam solet adposuit. Sic igitur in priscis libris, *Et si opercula aluum cum remorcissi.* VICTOR. Neque hic locus illo altero integrior, sed tamen, vt de eo emendando non omnino desperarim. Vetus scriptura: *Et si opercula aluum cum remorcissi.* Nam ita puto, ad integritatem suam redibit: *Et, opercula aluum cum remoueris, si fauorum foramina obducta videntur mellis membranis, cum sint repleti melle. In eximendo quidam*, etc. Quae verba quamuis per se satis plana sunt, tamen, ne vllam dubitationem relinquamus, ea ex Columellae loci collatione, cum de eadem re loquitur, melius intelligentur. Ita enim scribit: *Ergo cum rixam fucorum et apium saepius committi videris, adapertas aluos inspicies, vt siue semipleni faui sint, differantur: siue iam liquore completi, et superpositis ceris tanquam operculis obliti demetantur.* Quae pene ad verbum sententiam Varronis interpretantur. SCALIG. Manuscripti libri ab his discrepant; Victorianus: *et si opercula aluum cum remorcissi.* Caesenas: *Et si opercula alui cum remorcissi.* Venetus: *Et si opercula alui cum remorcissi.* Num ita: *Et opercula aluum cum remoueis, si fauorum foramina*; opinor enim *si* ante *opercula* appositum, postquam locus corrumpi coeperat. *Aluum* habeo pro *aluorum*: *remoueis* veteri scribendi consuetudine *remoues.* Pro *mellis membranis* Crescentius transcripsit l. 9 c. 103 *quasi membranis.* Non absimili modo hoc traditur a Colum. l. 9. c. 15 *Ergo cum rixam fucorum et apium saepius committi videris, adapertas aluos inspicias, vt siue semipleni faui sint, differantur; siue iam liquore completi, vt superpositis ceris tanquam operculis obliti demetantur.* PONTED.

16, 33 CVM SINT REPLETI MELLE) Ostendimus supra haec perperam a praecedentibus disiuncta esse. Continuanda enim sunt, et ita, vt iam ea proposuimus, legenda: *si fauorum foramina obducta videntur mellis membranis, cum sint repleti melle. In eximendo quidam* etc. SCAL.

16 33 DECIMAM RELINQVERE) Auctor Geop. 15, 5 δεῖ γὰρ τὴν δεκάτην μοῖραν αὐταῖς ἀπολείπειν, ἔαρός τε καὶ θέρους· χειμῶνος δὲ τὸ τρίτον μέρος λαβόντα, τὰ δύο μέρη καταλείπειν αὐταῖς. οὕτω γὰρ οὔτε ἀθυμήσουσι, καὶ τροφὰς ἕξουσι. Plin. 11, 14. *Ergo ex hac vindemia duodecimam partem apibus relinquunt.* Sed legendum *decimam*, ex hoc loco Varronis, nisi Plinius scripserit, IIX, ex qua nota librarius fecit XII. Nam apud Columellam quoque erratum est in hac ipsa nota, 9, 15) apud quem X *pars* pro vulgato V *pars* scribendum est. deinde videtur legendum *Nam qui faciunt non restibiles — aut non quotannis multum, et magis assiduas.* etc. VRSIN.

annis eximas, aut non quoque multum, et magis his assiduas habeas apes, et magis fructuosas. Eximendorum fauorum primum putant esse tempus vergiliarum exortu[a]. 34
secundum aestate acta[b], ante quam totus exoriatur[c] arcturus. tertium post vergiliarum occasum, et ita si foecunda[d] sit aluus, vt ne plus tertia pars eximatur mellis, reliquum[e] hiemationi relinquatur[f]. si[g] vero aluus non sit fertilis, vbi[h] quid eximatur, exemtio cum est maior, neque vniuersam[i], neque palam facere oportet, ne deficiant[k] animum[l]. Faui qui eximuntur, siqua pars[m] nihil habet, aut habet inquinatum[n], cultello[o] praesecatur. Prouidendum ne infirmiores a valentioribus 35
opprimantur. eo enim minuitur fructus. Itaque imbecilliores secretas subiiciunt sub alterum regem. Quae crebrius inter se pugnabunt, aspergi[p] eas oportet aqua mulsa. quo facto non modo desistunt pugna, sed etiam conferciunt se lingentes[q], eo magis si mulso sunt aspersae, quo[r] propter odorem auidius applicant se, atque obstupescunt potantes. Si ex aluo minus frequentes euadunt, ac subsidit aliqua 36
pars, suffumigandum, et prope apponendum[s] bene olentium herbarum, maxime apiastrum[t] et thymum. Prouidendum vehementer ne propter aestum, aut propter 37
frigus dispereant. Si quando subito imbri in pastu sunt oppressae, aut frigore subito, ante quam ipsae prouiderint id fore[u], (quod accidit raro, vt decipiantur) et imbris guttis vberibus[x] offensae iacent prostratae, et afflictae, colligendum eas in vas aliquod, et reponendum in tecto loco[y], ac tepido[z], promum[a] a die, quam maxime tempe-

a) *exortum I. B. R.* b) *exacta a. V.* c) *exoritur I. B. R.* d) *secunda I. B. R.* e) *et* inf. *I. B. R. ex hiematione P.* f) *relinquatur* deest *P.* g) *sine aluis I. B. R. sine aluus P.* h) *nisi quod I. B. R.* i) *numerosam I. B. R.* k) *deficiniant B. R.* l) *amnis P. animum faui I. B. R. animum fauorum qui I. I-G.* m) *pars mellis I. I-G.* n) *incunatum P.* o) *e cult. I. B. R.* p) *aspergi P. asparagi B. R.* q) *ingentes P.* r) *quod I. B. R.* s) *fumus apponendus I. I-G.* t) *apiastri et thymi I. I-G.* u) *fere I. B. R.* (*id fere quod etc. I. I-G.* x) *vberius I. I-G.* y) *loco* deest *Hern.* z) *tepido* abest *Hern.* a) *prono ad meridiem quam a. V. pronum ad mer.* siue *pronum e die Polit.*

16, 34 SI VERO ALVVS) Ex V. C. ita hic locus legendus interpungendusque: *si non sit fertilis, ni quid eximatur, exemtione deficiant animum. Faui cum eximuntur* etc. In Geop. est ἀθυμῶσι, quod Varro alibi dixit: *despondeant animum.* IDEM. Prima formis impressa alio modo: *Sine aluis. Non sit fertilis: nisi quid eximatur.* Caesenas autem codex: *sine alaulis non sit fertilis nisi quod eximatur.* Ex his legendum coniicio: *sane aluos non sit fertilis, nisi quid eximatur.* PONTED.

16, 34 FAVI, QVI EXIMVNTVR, etc.) E veteribus libris ita scripsi. Animaduertendus modus loquendi. nam in excusis antea, *Fauorum qui eximuntur.* etc. Quo autem ratio veteris scripturae intelligatur, totum locum, vt in optimo exemplari scriptum inueni, hic adponam. *Faui qui eximuntur. Si qua pars nihil habet, aut habet incunatum, cultello praesicatur.* VICTOR.

16, 35 SECRETAS SVBIICIVNT) Bene addit Cresc. 9, 99. *earum rege occiso.*

16, 36 PROPE APPONENDVM) Haec lectio a plerisque probatur; Ald. tamen, Gymn. et Iunta ipsam paullum immutarunt sic: *et prope fumus apponendus bene olentium herbarum maxime apiastri et thymi.* Quae emendatio, (neque enim Varroniana haec videntur,) eo minus vera iudicatur, quo propius, in altero nempe membro, id praeceptum sit *suffumigandum.* Communiorem itaque sequar, adiecta vna vocula, *aliquid*, ex Crescent. *Et prope apponendum aliquid bene olentium herbarum, maxime apiastrum et thymum.* In Crescentio vero 9, 99. sic locus exprimitur, *si ex alueo minus frequentes euadunt, aut subsidit aliqua pars, suffumigandum, et prope apponendum aliquid bene olentium herbarum, maxime apiastrum et thymum.* PONTED.

16, 37 ANTEQVAM IPSAE PROVIDERINT ID FORE) In cunctis excusis perperam interpunctiones collocatae erant: in nonnullis praeterea corrupte *fere* pro *fore*, legebatur. omnes maculas deleui. Quod autem prouidentiam in apibus esse, inquit, accepit id ab Aristotele: a quo magnam partem horum praeceptorum de apibus mutuatus est. *προγινώσκουσι δὲ* inquit ille, *καὶ χειμῶνας καὶ ὕδωρ αἱ μέλιτται. σημεῖον δέ. οὐκ ἀποπέτονται γάρ, ἀλλ' ἐν τῇ εὐδίᾳ αὐτοῦ ἀνειλοῦνται, ᾧ γινώσκουσιν οἱ μελιττουργοὶ, ὅτι χειμῶνα προσδέχονται.* VICTOR.

16, 37 AC TEPIDO PRONO AD MERIDIEM) Locus deprauatus, vt facile, qui accu-

rate

tempestate bona, et [b] cinere facto [c] e ficulneis lignis infriandum [d] paullo plus caldo quam tepidiore [e]. deinde concutiendum leuiter [f], vt manu non tangas, et ponendae
38 in sole. Quae enim sic [g] concaluerunt, restituunt se, ac reuiuiscunt, vt solet similiter fieri in muscis aqua necatis. Hoc faciundum secundum aluos, vt reconciliatae [h] ad suum quaeque opus et domicilium redeant.

XVII. INTEREA redit ad nos PAVO. Et, si vultis, inquit, ancoras tollere, latis [a] tabulis sortitio fit tribuum, ac coepti sunt a praecone renuntiari [a], quem quaeque

b) *et* deest *I. B. R. et vas ipsum cinere I. I. G.* c) *facta P.* d) *infricandum P. I. G.* e) Lacunae notam pos. *Commel.* f) *ipso vase* ins. *I. B. R. ipso vaso P. 1. ipsum vaso Pol. 2.* g) *conciliatae* ins. *I. B. R. concinnatae I. I. G.* h) *reconcinnatae I. I. G.* [C. XVII.] a) *recinii P.*

rate attendat, animaduertet. Vetus etiam lectio perturbata ac vitiosa, quae in optimo etiam exemplari mendi notam adpositam habet. Eam autem, vt vnusquisque in ipsa purganda ingenium exercere possit, cum fide proponam, *Ac tepido promum e die quam maxime,* etc. VICTOR. Corruptus locus; Ita lege totam hanc periodum, *Colligendum eas in vas aliquod, et reponendum in tecto loco, ac tepido. Promendae quam maxime tempestate bona: et cinere facto e ficulneis lignis infriandum paulo plus caldo, quam tepidiore.* Infriare est quod Graeci ἐντρῖψαι. Aristophanes, ἐντρῖψαι τὸ σίλφιον, id est, friando insperge. Varro Admirandis: *infriasse papauerem.* ἐντρῖψαι. SCALIG. Ex vestigiis antiquae scripturae V. C. hic locus sic legendus: *promendumque maxime,* vel *promendumque vere maxime.* Plin. 11, 20: *Sunt qui mortuas, si intra tectum hieme seruentur, deinde sole verno torreantur, ac ficulneo cinere toto die foueantur, putent reuiuiscere.* Col. 9, 13. *Siquidem Hyginus praecipit, apum corpora, quae, cum huiusmodi pestis incessit, sub fauis aceruatim enectae reperiuntur, sicco loco per hiemem reposita circa aequinoctium vernum, cum clementia caeli suaserit, post horam tertiam in solem proferre, ficulneoque cinere obruere.* VRSIN. Emendarim, *promundae die.* Porro hoc remedio quo Varro tradit apes afflictas et prostratas refici, eodem etiam mortuas et enectas profluuio alui, reuiuiscere Plinius et Columella maiores secuti auctores prouiderunt. [*locis iam laudatis*] POPMA. Forsasse *promundum quam.* PONTED. Adscripseram ad h. l. *promendaeque inde.* Sed video non dissimilia Scaligero et Vrsino in mentem venisse.

16, 37 INFRIANDVM PAVLLO PLVS] Sic in omnibus MSS. inuenio, antea *infricandum,* nisi fallor mendose, quod etiam ex iis verbis, quae M. Varro addit, cognosci potest. Nedum enim illas fricari vtile esse censeat, manu tangi non vult: cuius rei ratio aperta est. Columella et Plinius totam hanc rem et ipsi diligenter tradiderunt. VICTOR. VV. CC. partim habent *infriandum,* partim *infriando.* deinde legendum ex VV. CC. *concutiendum leuiter ipso vase, vt manu non tangas.* VRSIN.

16, 37 LEVITER, VT MANV NON TANGAS) Crescentius in hoc loco mendosa omnia transcripsit, quorum tamen commemoratio non inutilis videtur: *Et excutiendum leuiter vas, et apes manu non tangas, et ponendum in sole.* Ex his nonnulla desumi possunt ad vulgata emendanda ad hanc sententiam: *Deinde concutiendum leuiter ipsas vase* (Ianson legerat *ipso vase*) *vt manu non tangas, et ponendum in sole.* Nam *ponendae* siue *ponendo,* vt in Vaticanis codicibus, verbum vitiosum videtur in hoc loco, in quo toties eadem syntaxi vsus est Varro: *Colligendum eas, reponendum in tecto loco, concutiendum leuiter* etc. PONTED. Iuuat adscribere, quomodo Crescentius h. l. retulerit 9, 99 *Colligendum eas in vas aliquod, et reponendum in tecto tepido, et bono cinere tepido, magis tamen calido quam frigido, eiiciendum super eas, et excutiendum leuiter vas, vt eas manu non tangas, et ponendum in sole, quo reuiuiscant iuxta suos alueos, vt ad domicilia redeant.* Vbi vides quaedam discrepare et hic a lectione viri clarissimi.

17 De piscinis Col. 8, 16 et 17 quae hic conferenda sunt.

17, 1 REDIT AD NOS PAVO) Qui discesserat supra 3, 5 extr.

17, 1 SORTITIO FIT TRIBVVM) Cic. Philipp. lib. 2. *Ecce Dolabellae comitiorum dies: sortitio praerogatiuae: quiescit. renuntiatur: tacet. prima classis vocatur: renuntiatur. deinde vt adsolet suffragatum. Secunda classis vocatur.* Sed multo ante M. Varro et Q. Axius suffragium tulerunt, vt cap. 2 et dum diriberent tabulas et suffragia, deprehensus fuit custos vnius candidati coniiciens tesserulas in loculos, et c. 5 quae multo post sortitionem praerogatiuae fiebant. Itaque diligentius hic locus considerandus, et *latis tabulis* quid sit apud Varronem, quaerendum. VRSIN. Scilicet Ciceronis locus ab Vrsino laudatus de ea sortitione agit, qua de ordine tribuum in sententiis ferendis decidditur. De alia hic locus Varronis, et Ciceronis alter pro Plancio c. 22 *Neque enim vnquam maiores nostri sortitionem constituissent aediliciam, nisi viderent accidere posse, vt competitores pares suffragiis essent.* Nimirum si plures

que tribus fecerint [b] aedilem. Appius confestim surgit, vt ibidem candidato suo gratularetur, ac discederet [c] in hortos [d]. MERVLA, Tertium actum de pastionibus villaticis postea, inquit, tibi reddam Axi. Consurgentibus illis, AXIVS mihi, respectantibus nobis, quod et [e] candidatum nostrum venturum sciebamus, non laboro [f], inquit, hoc loco discessisse Merulam: reliqua enim fere mihi sunt nota. Quod cum [g] 2
piscinarum genera sint [h] duo, dulcium, et salsarum: alterum apud plebem, et [non] sine fructu, vbi lymphae aquam piscinis nostris villaticis ministrant, illae autem maritimae piscinae nobilium quibus Neptunus, vt aquam [i], sic et pisces ministrat, magis ad oculos pertinent, quam ad vesicam, et potius marsupium [k] domini [l] exinaniunt, quam implent [m]. Primum enim aedificantur magno, secundo implentur magno, tertio aluntur magno. Hirrius [n] circum piscinas suas, ex aedificiis duodena 3
millia sextertia [o] capiebat. eam omnem mercedem escis [p], quas dabat piscibus, consumebat. Non mirum. vno tempore enim memini hunc Caesari duo [q] millia muraenarum mutua dedisse in pondus, et propter piscium multitudinem quadragies sextertio villam venisse. Quare [r] nostra piscina ac mediterranea plebeia recte dicitur

b) *fecerant* I. B. R. c) *descenderet* a. V. d) *hortulos* I. B. R. e) *et* deest I. B. R. f) *laboras* a. V. g) *enim* I. B. R. h) *sunt* I. B. R. i) *aquam et piscibus min.* I. B. R. k) *massippium* P. l) *Domini* omitt. I. B. R. m) *replent* a. V. n) *Hirius* I. B. R. C. *Hirr.* I. I. G. o) *sextertia* a. V. *sestaria* P. 1. *sestertaria* P. 2. p) *et escis* I. B. R. q) *sex* a. V. r) *Quae* I. B. R.

plures competitorum parem tribuum punctorumque numerum tulissent, cum non nisi duo crearentur) sortitione, quod reliquum erat, peragebatur, vt constaret, quinam eorum aedilitatem haberet. Haec sortitio fit *latis tabulis*, vt illa altera *ante latas tabulas*; quamquam non ante diribitas: ad illam enim priorem pertinet alter quoque locus Cic. pro C. Cornelio, de iure vetandi et sitella. Conf. quae diximus ad V. 3, 5, 18.

17, 1 A PRAECONE RENVNCIARI) Vetus lectio vitiosa est, et aut sine causa a communi discrepat, aut si quid in se boni habet, ita maculis coopertum habet, vt a me illud erui non potuerit. Eam tamen hic adponam: *a praecone recinii.* VICTOR. Lego ex veteri scriptura *recini.* Nam *canere* etiam verbum praeconis: sic cornicen dicitur *canere collegium regis* in anquisitione M. Sergii M. F. apud eundem Varronem lib. V de L. L. SCALIG. Extrema in optimo exemplari scribuntur *recinii*, nempe *recini*, sed cum duobus *ii*, vt longe vocales a veteribus vsurpabantur, cum *mariinus* in antiquis monumentis. PONTED.

17, 1 ET CANDIDATVM) Videtur legendum *ea candidatum.* VRSIN.

17, 2 QVOD CVM PISC.) Videtur legendum: *Quod — lymphae eae aquam — ministrant: alterum apud nobiles: maritimae piscinae quibus — vesicam:* id est, plus ad delectationem, quam ad potum. Varro in octogesi περὶ νομισμάτων, apud Nonium in *bulga*: *Quo nobilius est Philippeum, quod accepimus, quam quod bibimus, cum alterum addamus in bulgam, alterum in vesicam.* Plaut. [Rud. 1, 1, 10.] *Nolo in vesicam, quod eat, in ventrem volo.* VRSIN. Varro opponit piscinas vulgares et plebeias nobilium maritimis: illae non *sine fructu*; (ita enim legendum contendo) hae ad oculos magis pertinent, quam *ad vesicam*, h. e. vt ipse interpretatur *ad crumenam.* Nescio, an quis praeterea veterum *vesicam* pro crumena dixerit: at illud video, Vrsini interpretationem dilutam admodum esse, salisque expertem. Et vix est, vt dubitemus, non minus apud veteres, quam hodie, vesicas et scrota animalium pro crumenis adhibita. Quod negationem inferendam iudicaui, nihil videor praeter apertam Varronis sententiam designasse. Quid enim? plebem putabimus piscinas in villis instituisse *sine fructu*? et quo modo opponit eas Varro sumtuosis illis nobilium? de quarum furoribus plura collegit ad Tib. 2, 6, 27 elegantissimus Broukhusius.

17, 3 DVODENA MILLIA SESTERTIA) Videtur legendum *sestertium*: et ita p. p. *quadragies sestertium.* deinde legendum *mercedem in escis.* VRSIN. Vid. ad V. 2, 1, 4 ex Gron. de P. V. 1, 4 p. 22.

17, 3 DVO MILLIA) Legunt alii *sex millia*, ex Macrob. Saturn. 2, 11 et recte, vt iudicat Hard. ad Plin. 9, 55 qui et ipse habet *sex millia*, SCHOETTG.

17, 3 QVARE NOSTRA) Multa hic abundant ab expositoribus adiecta. Itaque totus locus sic legendus: *Quare nostra piscina dulcis et mediterranea, plebeia recte dicitur (quis enim nostrum non vna contentus est?) Quis contra, maritimas non singulas ex piscinis pluribus coniunctas habet?* VRSIN.

tur dulcis, et illa amara. Quis enim nostrum non vna contentus est hac piscina?
4 quis contra maritimas non ex piscinis singulis plures coniunctas habet? Pluris[s]. nam vt Pausias, et caeteri pictores eiusdem generis, loculatas magnas habent arculas[t], vbi discolores[u] sint cerae[x], sic hi loculatas habent piscinas, vbi dispares disclusos habeant[y] pisces, quos, proinde[z] vt sacri sint, ac sanctiores quam illi in Lydia, quos sacrificanti[a] tibi, Varro, ad tibicinem[b] Graecum gregatim venisse[c] dicebas

s) *habet pluris? Nam I. B. R. habet? Nam vt I. I-G.* t) *areolas I. B. R.* u) *diversi colores I. I-G.* x) *cetera sic hic P. certas I. B. R. Ba. A. Gr. G. discreti I. I. Hern.* y) *habens I. B. R.* z) *perinde a. V.* a) *sacrificant. Ibi Va. I. B. R.* b) *tubicinam I. B. R.* c) Hactenus cum vetustissimo codice emendaui, nam reliquum in illo deest. Haec Politianus in margine.

17, 4 PLVRIS. NAM) Iensoniani libri, et codices Caesenas ac Venetus melius: *habet pluris? nam vt Pausias.* PONTED. Ipsum puto Varronem repetiisse vocem *plures* vel *pluris.* Poterat adiicere verbum *inquam*, et res dubitationem non habuisset.

17, 4 LOCVLATAS MAGNAS) *Magnas* videtur abundare. Deinde legendum ex V. C. *Vbi discolores sint cerae. Discolores* autem ceras dixit, diuersis coloribus mixtas. Asconius in locum illum primae Verr. *Vt discoloribus signis. signa*, inquit, *alii ceratas diverso colore tabulas: alii a iudicibus appositas tabulis ceras diversi coloris aiunt, vt hoc signum esset ad voluntatem rei.* et in diuinat. *Q. Hortensius hunc metum adiunxit ad gratiam, vt discoloribus ceris insignitas indices tabellas acciperent: vt timeret vnusquisque eorum, ne fidem pactionis non servare videretur, si non in tabula, quam vnicuique datam meminisset Hortensius, ex nota cerae scilicet discoloris absolutum Varronem,* [an *Verrem?*] *reperiret etc.* Varro autem intelligit eos pictores, qui encausto vtebantur. Plin. 35, 11. *Ceris pingere ac picturam inurere, quis primus excogitaverit, non constat. quidam Aristidis inventum putant.* et p. p. *Lysippus quoque Aeginae picturae suae inscripsit ἐνέκαυσεν, quod profecto non fecisset, nisi encaustica inventa. Pamphilus quoque Apellis praeceptor non pinxisse tantum encaustica, sed etiam docuisse traditur Pausiam Sicyonium primum in hoc genere nobilem etc.* Idem Plinius ibidem tradit, pingi solitum olim discoloribus ceris. *Encausto*, inquit, *pingendi duo fuisse antiquitus genera constat, cera, et in ebore cestro, id est viriculo,* (vel vt est in V. C. *vsto, id est peniculo*) *donec classes pingi coepere. Hoc tertium accessit, resolutis igni ceris, penicillo vtendi.* et eod. lib. cap. 7 *Cerae tinguntur iisdem his coloribus ad eas picturas, quae inuruntur.* Apuleius apol. 1 *Enimvero quod luto fictum, vel aere fusum, vel lapide incisum, vel cera inustum, vel pigmento illitum etc.* VRSIN.

17, 4 VBI DISCOLORES SINT CERAE) Antea in excusis, *Vbi diversi colores sint discreti:* Ita emendaui ex priscis exemplaribus, modica mihi libertate permissa; in illis enim: *vbi discolores sunt caetera.* Si cui iudicium meum displicebit, poterit is ex antiquis vestigiis veriorem lectionem indagare. VICTOR. Adde, quae praeter ea, quae a F. Vrsino dicta sunt, notauit Salmasius ad Solinum c. 20. p. 164. SCHOETTG.

17, 4 QVOS PROINDE) Totus hic locus ita interpungendus: *Quos, proinde vt sacri sint, quam illi in Lydia, quos sacrificanti tibi, Varro, ad tibicinam Graecam gregatim venisse dicebas ad extremum littus, atque aram, quod tot capere auderet nemo, quum eodem tempore insulas Ludianorum ibi choreusas vidisses, sic hos pisces nemo cocus in ius vocare audeto.* SCALIG. Obsecutus sum viro magno certe in interpunctione instituenda. Caetera integra lectori seruaui. Verba, *hos pisces* [illegible] causa repetiit Varro; alioquin satis indicauerat relatiuum *quos.*

17, 4 QVAM ILLI IN LYDIA) Id est, tam sacri sint, quam illi, qui sunt in Lydia. Catullus: *Secunda praeda Pontica: inde tertia Ibera, quam sit amnis aurifer Tagus*; hoc est tam praetiosa, quam sit ipse Tagus, qui aurum vehit. Nam hodie ineptissime, *quam scit amnis*, quanquam, vtcunque excusari potest. Sed nos alibi docebimus, quare ita legendum sit: vt ne taceam, quod ex Ms. lectione ita emendauimus. SCALIG. Respicit Scaliger ad epigr. 27 de Mamurra ad Caesarem. Sed sibi ipse non constat in castigationibus ad h. l. p. 26, et tuetur vulgatam lectionem, *quam scit amnis aurifer Tagi.* V. Is. Vossius p. 73.

17, 4 AD TIBICINEM GRAECVM) Optimus ac vetustissimus codex, *Tubicinem Graecum*, quae postrema verba in eo sunt, reliquum enim libri defecit. Hinc autem integritas eius codicis intelligi potest, quod extremum hunc librum multae ac magnae maculae statim occuparunt: quae antea superstite illo non tam licenter vagabantur, aut, si improbius se extulissent, poterant coerceri. Ipse nunc eo praesidio destitutus, quid faciam non habeo. quamuis enim plures manu scriptos libros consulere possim, certum tamen ducem, quo confidam, non habeo. ille autem saepe mihi in malis rebus subuenire solebat. Sed maius e[illegible] damnum fecimus, quod antiquus

dicebas ad extremum litus, atque aram, quod eos capere auderet nemo, cum eodem tempore insulas Ludinorum [d] ibi choreusas [e] vidisses; sic hos pisces nemo cocus in ius vocare audet. Q. [f] Hortensius familiaris noster cum piscinas haberet magna 5
pecunia aedificatas ad [g] Baulos, ita saepe cum eo ad villam fui, vt illum sciam semper in coenam pisces Puteolos mittere emtum solitum. Neque satis erat eum non 6
pasci piscinis, nisi eos ipse pasceret vltro; ac maiorem curam sibi haberet, ne [h] eius esuri-

d) *ludonorum P. 2.* e) *ircusas P. 2. corrusas I. B. R. corrosas* rell. *coreusas Ryck.* f) *Hert. Quintus I. B. R.* g) *ac loculos I. B. R.* h) *prius es. I. B. R.*

antiquus rei rusticae scriptor, si hic liber temporis iniurias subterfugere potuisset, vna cum eo conseruatus esset: et alium, quem tamen habemus, emendatiorem, vt puto, haberemus. Sed his nunc relictis, locos nonnullos vitiosos in vltimo hoc margine libri videamus. VICTOR. Repone ex VV. CC. *tibicinam graecam.* SCALIG.

17, 4 INSVLAS LVDINORVM IBI CORROSAS) Manu scripti nonnulli habent, *Ludanorum.* alii, *Ludoanorum.* Vltima horum etiam vox in diuersis libris varie scripta. *Concussas* enim quidem habent, quidam *Circussas*, alii *Corussas.* Nihil mendosius aut negligentius scriptum extrema hac parte dici potest. Fortasse legendum *Insulas ludiorum.* De sacris autem quibusdam piscibus egit Aelianus, περὶ ἰδιότητος τῶν ζώων, lib. XII, primo capite, cuius titulus est, περὶ τῶν ἱερῶν ἰχθύων τῶν παρὰ Μυρεῦσι. Trigesimo etiam primo capite eiusdem libri inquit, χαίρουσι δὲ ἰχθύες, καὶ ὑπακούοντες τῇ κλήσει, καὶ τροφὰς ἀσμένως δεχόμενοι, πολλαχόθι καὶ εἰσὶ καὶ τρέφονται, *etc.* VICTOR. Scribe: *Insulas Lydorum ibi concussas vidisses.* Nam in Lydia insulae concutiuntur, et ventis contisque huc et illuc pelluntur. Plin. 2, 95 *In Lydia, quae vocantur Calaminae, non ventis solum, sed etiam contis, quo libeat, impulsae, multorum ciuium Mithridatico bello salus.* Dicere tamen videtur Varro eas insulas ad tibiae cantum et hominum tripudium solitas esse saltare et concuti. Quod Plinius de *saltuaribus insulis* his verbis eodem capite scribit: *Sunt et in Nymphaeo paruae saltuares dictae, quoniam symphoniae cantu ad ictus modulantium pedum mouentur.* Sed in Sotionis Eclogis *calamina* et *saltuaris* eadem est: prope autem eam erat Nympharum templum, cui erat dicata, quod Plinius Nymphaeum vocat. Sic enim in eis scribitur: Ἐν Λυδίᾳ ἐστὶ λίμνη καλαμίνη καλουμένη, ἱερὰ δὲ οὖσα Νυμφῶν, ἣ φέρει καλάμων πλῆθος, καὶ μέσον αὐτῶν νῆσοι, ὃν βασιλέα προσαγορεύουσιν οἱ ἐπιχώριοι. θυσίας δὲ καὶ ἑορτὰς ἐπιτελοῦντες, ἐνιαυσίους ἐξιλάσκονται, τούτων δὲ ἐπιτελουμένων, ἐπειδὰν ἀπὸ τῆς ᾐόνος κτύπος συμφωνίας γένηται, πάντες οἱ κάλαμοι χορεύουσι, καὶ ὁ βασιλεὺς σὺν αὐτοῖς χορεύων παραγίνεται ἐπὶ τὴν ᾐόνα. TVRN. 4, 6. Lege ex vestigiis veterum codicum: *Ludianorum.* Ludiani, vt Auani, Adriani. SCALIG.

17, 4 CORROSAS) Veteres libri: pars *Circusas* pars *Corusas.* Vtraque retinet vestigia verae lectionis, nam *Choreusas* legendum sine vlla dubitatione: hoc est, χορευούσας. In Lydia νήσους χορευούσας vocat, quas alii χορεύτιδας, Plinius saltuares vocat lib. 11, cum scribit, *Sunt et in Nymphaeo paruae, saltuares dictae. quoniam in symphoniae cantu ad ictus modulantium pedum mouentur.* Hunc locum habebat in animo Martianus Capella; vt L. IX. p. 314. cum scriberet, *In Lydia Nympharum insulas dicunt, quas etiam recentior asserentium Varro se vidisse testatur, quae in medium stagnum a continenti procedentes cantu tibiarum primo in circulum motae de hinc ad litora reuertantur.* Doctissimus Turnebus legendum putat *Concussas.* sed (quod pace omnium illius viri studiosorum dicam) fallitur. neque quisdam hic maximi viri nomini et existimationi decedere putet, si quando non ei per omnia assentimur. Nam et si viueret, ingenue haec mutaret, neque vltra contenderet, certo scio. Fuit enim, cum aliquando ego, qui vix tum ex ephebis exieram, de huiusmodi politioribus literis, vt fit, cum illo disputarem, et cum in quibusdam ego illi non assentirer, ipse vltro mutarit sententiam, neque grauatus sit etiam scriptis suis haec testari. Quare nemo putet, me nisi omnia magna et honorifica de tanto viro et sentire et loqui. SCALIG. Fortasse legendum *Ludii ad modum ibi choreusas,* id est, in numerum exsultantes ad modum ludii saltatoris siue histrionis, de quo Ouidius: *Ludius aequatam ter pede pulsat humum.* POPMA.

17, 5 Q. HORTENSIVS) Vid. Plin. 9, 55.

17, 5 AEDIFICATAS AD BAVLOS) In V. C. est, *aedificatas, ac loculos,* quae scriptura non omnino reiicienda est. Nam supra dixit: *Loculatas hos habere piscinas.* magis tamen placet *ad Baulos.* VRSIN.

17, 6 NEQVE SATIS ERAT) *Neque satis erat eum non pasci, nisi ipse pasceret vltro.* Ita videtur legendum: Nam voces *piscinis* et *eos* glossae sunt. IDEM.

17, 6 MAIOREM CVRAM) Videtur legendum

esurirent mulli [i], quam ego habeo, ne mei in Rosea esuriant asini. et [k] quidem vtra-
que re, et cibo, et potione, cum non paullo sumptuosius, quam ego his [l] mini-
straret [m] victum. Ego [n] enim vno seruulo, ordeo non multo, aqua domestica, meos
multinummos alo asinos: Hortensius primum qui ministrarent [o] piscatores habebat
complures, et ii [p] pisciculos minutos aggerebant [q] frequenter, vt a maioribus ab-
7 sumerentur. Praeterea salsamenta [r] in eas piscinas emtitia [s] coniiciebat, cum mare
turbaret [t], vti [u] per tempestatem suis piscibus e macello cetariorum, vti e mari,
obsonium praeberet, cum [x] neque euerriculo [y] illi in litus educere possent viuam
saginam [z], plebeiae coenae [a] pisces. Celerius voluntate Hortensii ex equili educe-
8 res rhedarias [b], vt tibi haberes, mulas [c], quam e piscina barbatum mullum. At [d],
inquit *ille*, non minor cura eius erat de aegrotis piscibus, quam de minus valenti-
bus seruis. itaque minus laborabat, ne seruus aeger, quam aquam frigidam bibe-
rent [e] sui pisces. Etenim hac incuria laborare aiebat M. Lucullum, et piscinas eius
despiciebat, quod aestuaria idonea non haberet, ac [in] [f] residem aquam, et [g] locis
9 pestilentibus habitarent pisces eius. Contra ad Neapolim L. Lucullus posteaquam
perfodisset montem, ac maritima [h] flumina immisisset in piscinas, quae reciprocae [i]
fluerent [k], ipse Neptuno non cederet de piscatu. factum [l] esse enim, vt amatos pi-
sces

i) *asini I. B. R.* k) *Ecquid vtr. et I. B. R.* l) *bis* deest *I. B. R. Po. 2.* m) *ministret a. V.* n) *Ego cum honore vno I. B. R.* o) *ministrarent I. B. R.* p) *ii* deest *I. B. R. comp. qui I. I. G.* q) *aggerebat I. B. R.* r) *salsamentorum I. B. R.* s) *emptum I. B. R.* t) *turbaret P. 2. et Ms. Arond.* apud Wassium ad Sall. Catil. c. 56. p. 177. *turbaretur* editi. u) *Ac per temp. macellum, piscinam vt mare obson. I. B. R.* x) *cum* omitt. *I. B. R.* y) *illi* omitt. *I. B. R.* z) *sabinae I. B. R.* a) *laenas P. 2.* b) *rhedarios a. V.* c) *mulos a. V.* d) *Atque P. 2.* e) *bibere velles P. 2.* f) *in* omitt. *I. B. R.* g) *in I. B. R.* h) *maritimum flumen I. B. R.* i) *reciproci P. 2.* k) *fuere I. B. R. fueres P. 2.* l) *esse factum, vt amicos P. 2. esse causam, vt antiquos I. B. R.* Forte leg. *factum est.*

dum *maiori curae.* Nam 1, 1 dixit, *vt id mihi curae habeam, rogas.* IDEM.

17, 6 ET CIBO ET POTIONE) Haec verba sunt adiecta ad illa, *vtraque re.* Deinde in V. C. est: *qui a maioribus.* Item: *salsamentum — empititium.* IDEM.

17, 7 TVRBARET) In MSS. fere *turbaret.* Nihil tamen immutaui. Erant et aliae varietates, scriptura tamen ita perturbata, vt valde in hac parte laborare me piguerit. VICTOR. *Turbaret*, tametsi veteres libri prae se non ferrent, putarem tamen reponendum. Aliter enim qui Latine se loqui putat βαρβαρίζει. SCALIG.

17, 7 VTI PER TEMPESTATEM) Ex V. C. ita videtur legendum: *Vti per tempestatem macellum piscinis vt mare obsonium praeberet.* nam reliqua sunt adiecta. Item abundat vox *pisces*, quae p. p. habetur. Nam saginam plebeiae coenae dicit pisciculos minutos. VRSIN.

17, 7 HABERES MVLAS) *Mulas* non *mulos*, in omnibus MSS. inueni. Mulas autem ad rhedas iungere veteres consueuisse, ostendit etiam Vlp. de aedilitio edicto L. *Aediles aiunt, qui iumenta vendunt.* VICTOR. Adde Schefferum de re vehic. 1, 8. qui genere masculino legit *rhedarios mulos.* SCHOETTG. Sed add. 2, 30 p. 345.

17, 8 AT, INQVIT ILLE) Videtur legendum: *Ac illi non minor cura de aegrotis piscibus*, reliqua sunt adiecta; et p. p. in V. C. legitur: *Quod aestuaria idonea non haberet, ac residem aquam, in locis pestilentibus habitarent pisces eius.* VRSINVS.

17, 8 AC [IN] RESIDEM AQVAM) Buchnerum ep. P. 2. n. 116 p. 541 offendit hic locus, quod non satis constructe posita videntur verba: aut enim quarto casu efferenda omnia, quae τῷ *in* iunguntur, aut sexto. Ipse suspicatur iuncte legendum, *inresidem* h. e. *non residem.* Sed illud aduersari videtur sententiae. Faciliorem medicinam suppeditant primae editiones, omissa τῷ *in.* Optime enim conueniunt grammatica pariter ratione ac naturali, *residem aquam habitare*, et *habitare pestilentibus locis. Reses aqua* enim pestilens piscibus, qui iactari volunt.

17, 9 QVAE RECIPROCE FLVERENT, IPSI NEPTVNO NON CEDERET DE PISCATV) Sic legendus hic locus. Et Plinius eodem modo locutus est, cum dixit 35, 10 *Cedebat Amphioni de dispositione, Asclepiodoro de mensuris.* VRSIN. Ego legendum arbitror, *ipsi Neptuno non cedere*, continuatur enim sermo Hortensii.

17, 9 PRO-

fces ſuos videatur propter aeſtus eduxiſſe [m] in loca frigidiora, vt Appuli ſolent [n] pecuarii [o] facere, quod propter [p] calores in montes Sabinos pecus ducunt. In Baiano autem [q] tanta ardebat cura, vt architecto permiſerit, vt [r] ſuam pecuniam conſumeret, dummodo perduceret ſpecus e piſcinis [s] in mare, obiectaculo [t] quo aeſtus bis quotidie ab exorta [u] luna ad proximam nouam [x] introire, ac redire rurſus in mare poſſet, ac refrigerare piſcinas. Nos [y] haec. At ſtrepitus a dextra, et eccum [z] recta candidatus noſter deſignatus aedilis [a]. Cui nos occurrimus [b], et gratulati [c] in capitolium proſequimur. ille inde [d] eundo ſuam domum, nos noſtram. Opinionis noſtrae ſermonem de paſtione villatica ſummatim hunc [e], quem expoſui, habeto.

m) *duxiſſe I. B. R.* n) *ſolerent I. B. R.* o) *pecuata P. 2.* p) *per colles P. 2. et Ryck.* q) *aut emardis tanta P. 2. aut ardeae etc. I. B. R.* r) *Vel vt P. 2.* s) *piſcina P.* t) *abitudo* (*c. habitaculo*) *P. 2.* u) *ortu lunae I. B. R.* x) *nonam I. B. R.* y) *Non B. R.* z) *cum lata ca. I. B. R. et cum cand. P. 2.* a) *in villam* add. *I. B. R.* b) *occidimus Ienſſ.* c) *gratulanti Ienſſ. gradatim P.* d) *enim idem* ſol. *Ienſſ.* e) *haec, quae Pol. 2.*

Contuli ego, Ang. Politianus, Catonis hos ac Varronis rerum ruſticarum libellos cum vetuſtiſſimo codice ex diui Marci Florentina bibliotheca; ſic vt ne ea quidem non aſcriberem, ſi quae deprauatiora viderentur. Hoc enim nobis emendandi nouos codices inſtitutum placuit, ne quid ex noſtro temere adiceremus, neu quid omitteremus, quod in antiquioribus exemplaribus inueniſſemus. Quod ſi hoc priores librarii inſtitutum probaſſent, non tantum profecto negotii laborisque poſteris reliquiſſent. Sicubi ergo noſtrum adhibuimus iudicium, relictis tamen antiquae lectionis veſtigiis aliquibus; ſuum cuique relinquimus. Vale lector, et noſtrum hunc laborem boni conſule. Florentiae in diui Pauli, ipſo bacchanaliorum die MCCCCLXXXII anno, altero ſcilicet noſtrae publicae profeſſionis, cum Ouidianos faſtos, et Ciceronis ad Herennium rhetoricos libros enarrabamus, ac Graecae linguae rudimenta Florentinae iuuentuti dictabamus.

17, 9 PROPTER AESTVS) Videtur legendum *per aeſtus*, vt ſupra, *per tempeſtates*. Deinde legendum *qui propter calores in montes Samnios pecus ducunt*. Nam ſupra dixit: *Itaque greges ouium longe abiguntur in Samnium aeſtiuatum*. Poteſt etiam aliquo modo defendi lectio, *Sabinos*, ex loco item ſuperiore, in quo eſt: *Nam mihi greges in Apulia hibernabant, qui in Reatinis montibus aeſtiuabant*. In V. C. eſt *per calores*, vt ſupra *per tempeſtates*. VRSIN.

17, 9 IN BAIANO) Mediae vetuſtatis liber, *In Baiano autem ardis tanta*. alii, *In Baiano aut ardis*. Quum igitur Mſſ. tam diuerſi ſint, vereor, ne quod hic mendum lateat. VICTOR. Inuſitatus eſt modus loquendi hac in parte, et coelo Latino inauditus, quo vtitur Varro. Sed non puto Varronianum eſſe, *tanta arſit cura*. Immo, cum veteres codices hic varient, puto reconcinnandum. Lego: *In Baiano autem arſit tantu, vt architecto etc. Tantu vt* pro *tantum vt*: quemadmodum ſupra: *Secunda ea*, et *data hil*, et talia. Atque hic cum Deo finem faciamus. SCALIG. Locus interpolatus, qui in nonnullis libris antiquis ita legitur: *In Baiana autardis tanta*, vt; ex quibus veſtigiis legi poſſet, *in Baiano haud par, ſed tanta* vt; Non par, inquit, illi piſcinarum cura fuit in Baiano, ſed maior, et quidem tanta vt. Mox infra *eundo ſuam domum*; fortaſſis legendum, *endo ſuam domum*, vt ſit integrum illud Ennii, *Endo ſuam do*, quod obſeruant Grammatici, pro in ſuam domum. Atque hic finem faciam, ſi vnum illud adnotauero, hos libros de re ruſtica, non capitibus diſtinctos aut interruptos fuiſſe, ſed perpetua quadam tractationis ſerie contextos, nexosque. Id autem duabus rationibus vincitur, et quod in veteribus libris capitum nulla diſtinctio; et quod Nonius in dictione Oliuitas, continenter et coniunctim recitat verba e libro primo, quae hactenus capitibus diſtracta fuerunt. POPMA. Salmaſius ad Solinum c. 23 p. 189 ita legit: *In Baiano autem tanta ardes, vt architecto permiſerit, velut ſuam pecuniam conſumeret, dummodo perduceret ſpecus e piſcinis in mare.* Vulgo editur, *in Baiano tanta ardebat cura*. Sed quae a nobis repoſita eſt, innititur veteris ſcripturae auctoritati, quam ab hac lectione haud longe abeſſe eruditiſſimi viri teſtimonio ſcimus. Accius apud Nonium. *Arde foeda lampade*, id eſt, *ardoris plena*. Ipſe male legit *ardefoeta*, vnica voce. Sic *loca foeta furentibus auſtris* apud Poetam. *Ardes*, vt *tabes*, *labes* et ſimilia. Haec Salmaſius. SCHOETTG.

17, 9 VT SVAM) Mſſ. omnes, quos vidi, *vel vt ſuam*. Plura etiam erant in iiſdem libris a communi lectione diſcrepantia: ſed adeo maculoſa, vt magis potuerint impedimento quam auxilio eſſe, ad locos, ſi qui vitioſi ſunt, purgandos. quare finem hic faciam. VICTOR. V. C. *velut ſuam*, forte legendum *vt vel ſuam*, p. p. in V. C. eſt *obiecta uculo*, pro *obiectaculo*. VRSIN. Vetus et communis lectio, *vel vt ſuam*, poſito *vel*

pro *etiam*, vt Terentius *Vel hoc quis non credat?* Et Virgilius, *Vel Priamo miseranda manus.* PONTED.

17, 9 AB EXORTA — NOVAM) Viderint physici, quomodo ista Varronis componant cum receptis de aestu maris sententiis. Videtur enim sane fluxum et refluxum tribuere mari circa Baias, ac praeterea nullum existimare tempore lunae silentis seu interlunii, quod vtrumque falsum, si vera dicunt hodie physici.

17, 10 EVNDO SVAM) V. C. *endo sum.* *Endo* autem positum est ἐγχαλικῶς pro *in*, vt in XII tabb. *endo manum iacito*; pro manum iniicito; et apud Festum, *endo procinctu*, pro in procinctu. item *endoitium* pro initium, et *endodercisus dies*, pro intercisus, in Fastis: praeterea Diomedes lib. 2 docet, *endo suam do* dictum esse pro in suam domum. VRSINVS.

17, 10 QVEM EXPOSVI HABETO) In V. C. additur, *o Q. Pinni.* et recte. Nam ad Q. Pinnium scripsit Varro tertium hunc librum rerum rusticarum. IDEM.

L. IVNII

L. IVNII MODERATI COLVMELLAE

DE

RE RVSTICA

LIBRI XII

ET

LIBER DE ARBORIBVS etc

CAPITA
REI RVSTICAE
EX RHEGINENSI EDITIONE
ANNI CIƆ CCCC LXXXII
L. I. M. COLVMELLAE

I LIBRI.

1 Praecepta quae sequantur qui rusticari velint.
2 Qualiter dispositus fundus maxime probetur.
3 Quae praecipue inspiciendo agro, antequam ematur, notanda sint.
4 De salubritate regionum.
5 De aqua.
6 De positione villae.
7 De officiis patrisfamilias.
8 De pecore et pecorum magistris.
9 Qualis corporaturae mancipia cuique operi contribuenda sint.

II. LIBRI.

1 Terram nec senescere nec fatigari si stercoretur.
2 Quot sint genera terreni. *)
3 Quae cura adhibenda sit bubus ab opere disiunctis. *a*)
4 Quo anni tempore campi arandi sint, et quomodo. *b*)
5 Exilis terra quomodo stercoretur. *c*)
6 De generibus seminum.
7 De generibus leguminum. *d*)
8 Quod seminandi tempus sit. *e*)
9 Quot seminum modios iugerum postulet, et medicinae seminum. *f*)
10 Quod solum cuique legumini conueniat. *g*)
11 De genere pabulorum, et de Medica, vicia, farragine, auena, foenograeco, eruo, et cicera. *h*)
12 Quemadmodum et quot operis vnumquodque frumentum ac legumen colatur.
13 Pro modo cuiusque agri quot operae designentur.
14 Quae legumina aruis noceant, quaeque prosint.
15 De generibus stercoris.
16 Quibus temporibus agri stercorandi sint.
17 Quemadmodum ex aruo prata fiant.
18 Quemadmodum facta prata colantur.
19 Quemadmodum succisum foenum tractari et condi debeat.
20 De area constituenda.
21 De messe facienda, et de tritura.
22 Quae per ferias liceat agricolae, et quae non liceat facere.

III. LIBRI. *i*)

In recentioribus editionibus liber de arboribus seorsum post XII ponitur.

1 De vitiario faciendo.
2 Qualia semina et quando legas.
3 Quemadmodum semina eligas, et de habitu terrae. *k*)
4 De generibus vinearum.

 5 Quem-

*) Vt vno insigni exemplo constaret, quantam sibi licentiam in lemmatis sumserint librarii, notauimus breuiter in quo Lipsiensis index libro vndecimo (olim XII) subiectus, ab hoc Bruschiano et Commeliniano discrepet. Libro igitur secundo titulus additur, *de sementibus*. Capiti vero cui ista adscribimus, respondent haec lemmata: *Quot sint genera terrae, in quo deinde species generibus subiungantur: quod solum maxime probetur. Quemadmodum siluestris locus excolatur, et aruum fiat. Quemadmodum pinguis et frumentarius ager denoscatur. Quae sequenda quaeque vitanda in proscindendo solum.*

a) *Quemadmodum ab opere disiuncti boues curari debeant.* b) *Quibus temporibus quidque genus proscindendum et iterandum sit.* c) *Quemadmodum frumentarium agrum stercorandum sit.* d) *De temporibus sationum, quantum cuique in iugerum adiiciendum.* e) *Quemadmodum emendetur salsa et vliginosa terra.* f) *Quemadmodum ad sementem frumenta sint eligenda.* g) *Quemadmodum iacta sementi frumenta colenda sunt.* h) *De sartione, de runcatione. quod solum cuique legumini conueniat.* i) *Vitiarius, surcularis.* k) *De malleolis. De vineis constituendis.*

(III) IV. LIBRI. *p*)

(IV) V. LIBRI. *x*)

7 Tem-

l) *De insitione. Infructuosas vites facere foecundas.* m) omitt. n) *Ne sorices vuas comedant.* o) *De caeteris pomis. De seminario faciendo. Oliuam fico inserere. De insitione. De cytiso. De salice et genista. De harundine; de viola, de rosa.* p) *Surcularis prior.* q) *Quae vites diffusionis causa deponendae. Nomina et qualitates minus aut magis generosarum vitium.* r) *Disputationem, quae* (f. *qua*) *colligitur, nihil m. r. expedire, quam v. c. Quantum debet agricola ex disposito malleolo recidere. Quantum in singula iugera facere vini. Quot iugera debeat vnus vinitor colere. Quomodo Aminaeas etc.* s) omitt. t) add. *solis scrobibus aut sulcis.* u) *conserit. Contra Iulii Attici positionem, quae contortum malleolum ponit.* x) *Surcularis secundus.* y) *constitutionem.* z) *diligenter fodiendum esse. Non esse committendum vt in nouella vinea herbae nascantur, ita pampinandas viuiradices, vt ad vnam materiam redigantur.* a) *Eandem* add.

(V) VI. LIBRI. *m*)

(VI) VII. LIBRI. *r*)

19 De

b) *quae ita tenera est, vt digitis palmites facile deiiciantur.* c) *falce* inf. d) *vti quae primo quinquennio nouellam vineam ante brumam coaequandam. Ablaqueata vinea quemadmodum aestiuae radiculae aut putentur. Quemadmodum nouella vinea putetur.* e) omitt. f) *Quemadmodum pampinanda sit vinea. Quam alte canterius leuandus sit.* g) omitt. h) *constituendo vineam adsequi debeat.* i) omitt. k) Haec in duo lemmata distracta. l) *de salictis faciendis.* m) *Surcularis tertius.* n) *de ordinando arbusto quae sit eius cultura.* o) omitt. p) *faciendis* omitt. *De cultu oliuetorum.* q) *De insitionibus arborum.* r) Κτηνικος, et haec modo habet lemmata: *De equis. Medicinas eorum. De Mulis. Medicinas eorum.* Accusatiui hinc inde reliqui videntur vestigia manus Moderati nostri seruare, qui forte inceperat, *Liber primus continet* etc. Vid. infra ad (X) XI et (XI) XII no. *X*.

(VII) VIII. LIBRI.

(VIII) IX. LIBRI. u)

(IX) X. LIBRI. x)

s) *De pecore minuto. De minore asello.* t) inf. *De officio pastorum. De capris. Medicinas earum. De caseo. De suibus. Medicinas earum. De castratione. De canibus. Medicinas earum.* u) *De villaticis pastionibus liber primus. De cohortalibus gallinis et gallinariis constituendis. De seruandis ouis. De gallinis farciendis. De palumbis et columbis farciendis. De turturibus. De turdis. De pauonibus. De Numidicis et rusticis gallinis. De anseribus. De anatibus et quercedulis. De piscinis faciendis et piscibus alendis.* x) *De villaticis pastionibus liber secundus, macellarius et apiarius.* y) *pabulationes.* z) Inscr. *Quemadmodum frequentandae sint, quae exigua habent examina.*

14 Quid quoque tempore faciant apes, et quid earum curator facere debeat.

15 De melle conficiendo, et quando castrari debeant alui.

16 De cera facienda.

(X) XI. LIBER.

Carmina continet de cultu hortorum.

(XI) XII. LIBRI. *a*)

1 Quae intra villam agi debeant ab homine officio villicationis praeposito.

2 Quid quoque mense faciendum sit, temporibus accommodando opera.

3 Prosa de cultu hortorum, et herbis hortensibus.

(XII) XIII. LIBRI. *b*)

1 Cura rei domesticae, et praecepta, quae villica exsequi debeat.

2 Quemadmodum tractare debeat penora siue cellaria.

3 Distributio *c*) instrumenti et supellectilis.

4 Quae vasa parare debeat penoribus et salgamis condiendis. *d*)

5 Quemadmodum ex vino vapido acetum fiat.

6 Quomodo muria dura fiat.

7 Quae per quatuor anni tempora herbae, et quomodo condiantur.

8 Oxygala quomoda fiat.

9 Conditura lactucae. *e*)

10 Caepae, pirorum, et malorum ceterorumque pomorum compositio.

11 Aquae *f*) dulcis compositio, qua in condituris vtuntur.

12 De *g*) aqua mulsa facienda.

13 De caseo seruando, et de quibusdam herbis condiendis. *h*)

14 De malis et piris in sole siccandis.

15 De vuis passis faciendis et sorbis seruandis.

16 De ficis aridis.

17 De aceto ficulneo faciendo.

18 Quae praeparanda sint vindemiae.

19 De pluribus generibus conditurarum, quibus vinum confirmatur.

20 De faba coquenda.

21 De defruto quod quidam Neapolitanum vocant.

22 De *i*) defruto quod adiicitur in vinum ad vetustatem.

23 Picis liquidae alterum medicamen quo mustum condias. *k*)

24 De pice qua vtuntur Allobroges ad condituram vini picati. *k*)

25 De pice Nemeturica ad condituras. *k*)

26 De aqua salsa vel muria ad vina condienda. *k*)

27 Remedia *l*) acescentis vini.

28 De vino dulci faciendo. *m*)

29 Quemadmodum mustum semper dulce tamquam recens permaneat. *m*)

30 Optima vini curatio, et remedia languentis vini. *m*)

31 Si quod animal in mustum ceciderit et interierit, remedia.

32 Vinum ex marubio. *n*)

33 Vinum scillitem vt cond. op.

34 De aceto scillitico.

35 Vinum absinthiten, hysopiten, abrotoniten et reliquarum notarum quomodo condire oporteat.

36 De musto tortiuo. *o*)

37 Vinum simile Graeco facere. *o*)

38 Vinum myrtiten quomodo facias. *o*)

39 Passum quemadmodum fiat. *o*)

40 Lora

a) *Hic est villicus et hortorum. Continet autem quae intra villam agi debent a muliere etc. De conditura vinorum. De custodia pomorum et pleraque alia, quae in libris praecipiuntur* [praeter hos XII libros singularis eius liber ad Eprium Marcellum] *De cultura vinearum et arborum.* [Hic liber aliter quam iudicem habet in scripturis] Quid sibi velint ea, quae vncinis inclusimus, bina emblemata, non comminiscor. Emblemata esse, i. e. minime a Moderato nostro profecta, non dubito. b) *De villica.* c) omitt. d) *Idem ipse quae et qualia vasa* rel. e) omitt. f) *Aquae marinae et aquae dulcis cocturas compositiones, quibus vina condiantur.* g) *curationem vini de melle et aqua mulsa facienda.* h) omitt. i) *Quemadmodum mustum infirmi generis ad vetustatem possit perduci.* k) omitt. l) *Remedium languentis vini.* m) omitt. n) *Quemadmodum mustum remedictur.* o) omitt.

p) *Caseus*

p) *Caſeus quemadmodum ex muſto feruetur.* q) *Inulae conditurum oliuar. albar. et nigrarum conditurae.* r) *Sampſa quemadmodum fiat.* s) omitt. t) *Sinape q. f. Gleucinum oleum quemadmodum componatur.* u) *Mirtetum quemadmodum facias. Oxyporum quemadmodum componas. Expliciunt capitula totius voluminis.*

L. IVNII

L. IVNII MODERATI COLVMELLAE DE RE RVSTICA[a]

LIBER PRIMVS

AD [b] PVB. SILVINVM PRAEFATIO

SAEPENVMERO ciuitatis nostrae principes audio culpantes modo agrorum infoecunditatem [c], modo caeli per [d] multa iam tempora noxiam frugibus intemperiem [e]: quosdam etiam praedictas querimonias velut ratione certa mitigantes, quod existiment, vbertate nimia prioris aeui defatigatum et effoetum solum nequire pristina benignitate praebere mortalibus alimenta. Quas ego causas, Publi ‡ Siluine, 1 procul a veritate abesse certum habeo. quod neque fas existimare, humi [f] naturam, quam

VARIETAS LECTIONIS.

a) *Rei Rusticae I. B. R. Goes.* b) *ad Publ. Siluinum praefatio* deest *I. B. R. I. I.* c) *in foecunditatem* diuis. *I. B. R.* d) *permulta iunct. I. B. R. I. I.* e) *in temperiem I. B. R.* ‡) *P. Goes.* omitt. *P.* f) *rerum naturam Goes. I. B. R.*

Nec nulla, nec multa in Columella emendaui: neque enim tantum studium in eo restituendo, quantum in superioribus duobus auctoribus posui, neque tamen non conatus sum, aliquid ei opis diligentia mea afferre: quae variauerim maioris momenti hic adnotata erunt: quorum autem codicum auxilio id fecerim, nunc declarabo: duos enim habui, quorum alter in Divi Marci bibliotheca seruatur, alter ab Augustinianae familiae sodalibus, qui diui Galli appellantur possidetur. Priorem illum Nicolaus Nicolus, doctus, et accuratus vir, sua manu exarauit, et, quemadmodum suspicor, e bono, et vetusto exemplari exscripsit: habuit enim ille magnam librorum copiam, et non paucos etiam veteres auctores suo labore et opera descripsit: Hae enim erant deliciae ipsius, et in iis se rebus oblectabat. Copiosus autem homo, et locuples, summa in hoc studio cura posita, magnam supellectilem librorum sibi comparauit, quos postea omnes Marcianae sodalitati testamento legauit. Omnibus igitur quam potuit modis studiosis litterarum prodesse voluit: nam dum vixit, totum pene in libris emendis patrimonium effudit: et moriens, vt eorum vsibus paterent, in publico loco ipsos collocauit, curaeque honestissimorum, ac diligentissimorum hominum mandauit. Posterior liber in ampla quondam et ipse bibliotheca seruabatur quam aedificarat, et plurimis antiquis monimentis refserserat, Laurentius Medices splendidus, et illustris vir, extra portam, quam diui Galli vulgo appellant, vnde etiam sodales, qui sacellum ab eodem ibi magnifice erectum procurabant, vocati erant. Aedes autem sacra, et praeclara illa sedes librorum superiore bello euersa est: quod Saluti ciuium (valde enim moenibus vrbis propinqua erat) officere posse videbatur: multitudo tamen librorum ab iisdem intra vrbem receptis custoditur: non tamen vt antea explicati sunt, sed in arcis quibusdam seruantur. Inde igitur deprompsi antiquissimum Columellae volumen litteris, quas Longobardicas appellant, exaratum. Quaecunque autem in hoc scriptore menda correxi, auxilio horum duorum exemplarium correxi, quae forte, si accuratius pertractarentur, possent etiam aliis maculis delendis auxilio esse: non tamen illa adeo fidelia inueni, vt sine aliis confirmationibus auctoritatem eorum sequi tutum esse iudicarim. VICTOR.

1 DEFATIGATVM ET EFFOETVM SOLVM) Cyprian. tr. 1 contra Demetr. Ambros. de bono mortis c. 10. Homer. Ιλ. ι, 303 coll. 9, 405. Virg. Aen. 12, 899. Iuuen. 15, 66 seq. Plin. H. N. 7, 17. Cum Columella autem facit Plin. 6 ep. 21. Quintil. 1, 1. Vid. Hier. Magius Miscell. 1, 4. vbi pluribus de hac re disputat et I. Lipsii Physiol. Stoicae 3, 5. BVCHNERVS. Adde Cren. Animadu. hist. philol. P. X p. 41. sq. SCHOETTG. *Virtutes per aetatem mundi iam senescentis lassatis veluti seminibus emedullatas* accusat Sidon. Apoll. ep. 8, 6.

 2 FOR-

quam primus ille mundi genitor perpetua foecunditate donauit, quasi quodam mor-
bo ſterilitate affectam: neque prudentis [g] credere, tellurem, quae diuinam et aeter-
nam iuuentam ſortita, communis omnium parens dicta ſit, quia et cuncta peperit
3 ſemper, et deinceps paritura ſit, velut hominem conſenuiſſe. Nec poſt haec reor
intemperantia [h] caeli nobis iſta, ſed noſtro potius accidere vitio, qui rem ruſticam
peſſimo cuique ſeruorum, velut carnifici, noxae [i] dedimus, quam maiorum noſtrorum
optimus quisque [k] optime tractauerit [l]. Atqui ego ſatis mirari non poſſum, quid
ita dicendi cupidi ſeligant oratorem, cuius imitentur eloquentiam; menſurarum et
numerorum modum rimantes, placitae diſciplinae conſectentur magiſtrum [m]; vocis
et cantus modulatorem, nec minus corporis geſticulatorem, ſcrupuloſiſſime [n] re-
4 quirant ſaltationis ac muſicae rationis ſtudioſi; iamque [‡] qui aedificare velint, fabros
et architectos aduocent; qui nauigia mari concredere [*], gubernandi peritos; qui
bella moliri, armorum et militiae gnaros; et ne ſingula perſequar, ei ſtudio, quod
quis agere velit, conſultiſſimum rectorem adhibeat; denique animi ſibi quisque
formatorem praeceptoremque virtutis e coetu ſapientum arceſſat: ſola res ruſtica,
quae ſine dubitatione proxima, et quaſi conſanguinea ſapientiae eſt, tam diſcentibus
5 egeat, quam magiſtris. Adhuc enim ſcholas rhetorum, et, vt dixi, geometrarum,
muſicorumque, vel quod magis mirandum eſt, contemptiſſimorum vitiorum offici-
nas, guloſius condiendi cibos, et luxurioſius fercula ſtruendi, capitumque et capil-
6 lorum concinnatores, non ſolum eſſe audiui, ſed et ipſe vidi. agricolationis neque
doctores, qui ſe profiterentur, neque diſcipulos cognoui. cum etiam ſi praedictarum
artium

g) *eſt* add. *L. I. I-St.* h) *violentia coeli I. B. R. Goeſ.* i) *noxiae I. I. Gr. G. St. noxe I. B. R. Goeſ. noſce L.* k) *et* add. *I. B. R.* l) *tractauerat Goeſ.* m) *magiſtrum, vocis et cantus I. B. R. I. I.* n) *ſcrupuloſiſſimae I. I-G.* ‡) *Iam P.* *) *concedere Ed. Io. Parui.*

2 FOECVNDITATE DONAVIT) Infra c. 9 *Atque terras ita muneribus propriis ditauit.* Sed videtur legendum *dotauit* tum ibi, tum hic. deinde: *ſterilitatis*, non *ſterilitate*. VRSIN.

2 DIVINAM ET AETERNAM IVVENT) Sequitur eorum opinionem, qui mundum neque ortum neque interiturum ſtatuebant, quae Lucani [Ocelli] et deinde Ariſtotelis fuit. Nam Epicurei, quia et ortum, et interiturum putabant, ſenio quoque faciebant obnoxium, quo pertinent Lucretii verſus 2, 1149. Vid. Philon. quod mundus ſit incorrupt. p. 731. BVCHNER. Solenne id eſt vtriuſque orationis ſcriptoribus *aeternitatem*, *aeterna foedera*, *leges* tribuere naturae rerum, v. g. Virg. Ge. 1, 60. Paſſim talia apud Lucretium, Ouidium et maiorem Plinium: neque opus erat, vt felicioribus, quod modeſte ait, ingeniis relinqueret Burmannus *aeternum carcerem Aeoli* apud Ouid. met. 4, 662. quidni enim *aeternum* vocaret, quod ad immutabilem perpetuamque rerum naturam pertinet? Probat hoc et firmat vir doctus Miſc. Obſ. VII, 2. p. 274.

3 NOXAE DEDIMVS) Videtur legendum *noxiam*, quomodo infra c. 9 dixit: *Ne quis exiſtimet in ea me opinione verſari, qua malim per noxios, quam per innocentes rura colere.* Poteſt etiam legi *noxae*. VRSIN.

3 ATQVI EGO) Buchnerus malit *atque*. De re ipſa conf. 11, 1, 10. Pro illo, *quid ita dicendi cupidi*, malim *quid ſit, quod dicendi cupidi*. ea certe ſententia eſt.

3 MAGISTRVM; VOCIS) Huius interpunctionis auctorem laudare Buchnerum poſſem, et Beroaldum. Sed credo, nemini non patere, ita potius legendum, quam vt ante, vbi erat, *magiſtrum vocis, et cantus modulatorem: nec minus.* Et totam hanc periodum, quae a verbis *Atqui ego ſatis* incipit, et cum ſ. 4. finitur videmur interpunctione ſibi reddidiſſe. *Vocis et cantus modulator* vno verbo eſt Phonaſcus.

4 CONSANGVINEA SAPIENTIAE) Almelouecnius laudat Lipſ. epiſt. 1. Cent. 1. Miſcell.

5 GVLOSIVS) Videtur legendum *guloſis* — *et luxurioſis etc.* VRSIN.

5 FERCVLA STRVENDI) Vnde in vrbana Romanorum familia peculiaris ſeruus occurrit, quem *ſtructorem* a ſtruendis ferculis dixerunt. Vide quae a nobis ad Iuuencum 3, 53 notata ſunt. SCHOETTG.

5 CONCINNATORES) Vide quae contra eum morem copioſe ſcribit Tertull. de cultu foeminarum c. 7 et adde Pignorium de ſeruis p. 390. ſ. SCHOETTG.

6 CVM

artium professoribus ciuitas egeret, tamen, sicut apud priscos, florere posset respu-
blica. nam [o] sine ludicris artibus, atque etiam sine causidicis olim satis felices fuere,
futuraeque sunt vrbes: at sine agricultoribus nec consistere mortales, nec ali posse
manifestum est [p]. Quo magis prodigii [q] simile est, quod accidit, vt res corporibus 7
nostris, vitaeque vtilitati maxime conueniens, minimam [r] vsque in hoc tempus con-
summationem haberet; idque sperneretur genus amplificandi retinendique [s] patri-
monii, quod omni crimine caret. Nam caetera diuersa, et quasi repugnantia, dissi-
dent a iustitia. nisi aequius existimamus † cepisse praedam ex militia, quae nobis
nihil sine sanguine et cladibus alienis [t] affert. An bellum perosis †, maris et nego- 8
tiationis alea ‡ sit optabilior, vt rupto naturae foedere terrestre animal homo, ven-
torum, et maris obiectus irae, se fluctibus [u] audeat credere, semperque ritu volu-
crum, longinqui littoris, peregrinus, ignotum pererret orbem? An foeneratio
probabilior sit, etiam his inuisa, quibus succurrere videtur? Sed ne caninum qui- 9
dem, sicut dixere veteres, studium praestantius, locupletissimum quemque adlatrandi,
et contra innocentes, ac pro nocentibus neglectum a maioribus, a nobis etiam
concessum intra moenia et in ipso foro latrocinium? An honestius duxerim [x] merce-
narii salutatoris † mendacissimum aucupium circumuolitantis [y] limina † potentiorum,
somniumque [z] regis sui rumoribus inaugurantis [a]? neque enim roganti, quid agatur [b]
intus,

o) *nam* omitt. *I. B. R.* p) *est quo magis I. I.* q) *prodigio L.* r) *minime I. B. R.* s) *reliquendique Goes.* †) *existimauimus L.* t) *alienis* omitt. *L.* †) *per obsessa Goes. L.* ‡) *alia P.* u) *fluctibus tendere P. pendeat L.* et marg. *P.* x) *dixerim I. B. R.* †) *saltatoris Gr. St.* y) *circumuolanti L.* †) *lumina H.* z) *somnum P. Gr. G. St. somnumque L.* a) *augurantis Goes. L. I. B. R. I. I. A. H.* b) *agitur G.*

6 CVM ETIAM SI—EGERET) Almelouceenius suspicatur, *si sine—ageret.*

7 AMPLIFICANDI RETINENDIQVE) Miratur vir doctus in Misc. Obss. VII. p. 276. viros doctos non vidisse, hoc monitum esse inutile: quod nemo amplificare possit patrimonium amissum. Vult itaque legi e Goes. *relinquendique* sc. heredibus. Sed quid prodest amplificasse, nisi retineas? et qui relinques, quod non retinueris? et quomodo relinquendum sit, ICti docent, non rustici.

8 MARIS ET NEG. ALEA) Buchnerus hic laudat Sen. Medea v. 334 et 605.

9 CANINVM STVDIVM) Et causidicorum et rabularum, qui id egerunt, vt homines eloquentia sua morderent. Talem *caninam eloquentiam* Ciceroni quoque tribuit Lactantius 6, 8, 26. Ouidius in Ibin v. 14. *Iactat et in toto verba canina foro.* Pertinent huc quae extant apud Plautum Menaechm. 5, 1, 14 ME. *Non tu scis mulier, Hecubam quapropter canem Grai esse praedicabant?* MV. *Non equidem scio.* ME. *Quia idem faciebat Hecuba, quod tu nunc facis. Omnia mala ingerebat, quem quem adspexerat. Itaque adeo iure coepta appellari est canis.* Confer praeterea Cuiacium Obseru. 4, 40. Douzam fil. et Erhardum ad Petronii Fragm. p. 687. Crenium part. 10, p. 43. SCHOETTG. Buchnerus addit Prudent. hamartig. 402 *Inde canina foro latrat facundia toto*: et coniicit, *caninum facundiae studium.* add. Hieronym. ad Mineruium pr. Ciceroniana cum canibus et anseribus comparatio in oratione pro Roscio notissima. adde Quintil. XII, 9, 9.

9 MENDACISSIMVM AVCVPIVM) Videtur legendum *mendicissimum.* VRSIN. Verum quidem est mendicissimum fuisse illud aucupium: sed quidni idem mendacissimum; Quid enim adulatore mendacius? aut quod aucupium saepius fallit aucupem, et mentitur?

9 SALVTATORIS) Sic etiam corrigit Pontedera.

9 REGIS SVI) Ita vocabant clientes patronos adulatorio more. Sic Parasitus apud Plautum Sticho 3, 2, 1 *Libros inspexi; tam confido, quam potest Me meum obtenturum regem ridiculis meis.* Martialis 2, 28 *Esse sat est seruum: iam nolo vicarius esse: Qui rex est, regem, Maxime, non habeat.* Hic rex et seruus sibi inuicem contradistinguuntur. Vide Durantium Casellium Var. 2, 14. SCHOETTG. Buchnerus huc laudat versum Horatii, *Coram rege suo de paupertate tacentes.* Almelouceenius autem Ramiresium ad Mart. 2, 18 et Heins. in Ouid. Heroid. p. 186.

9 RVMORIBVS INAVGVRANTIS) Intelligo parasitum magnis clamoribus venditare somnium regis sui pro diuinatione, vel etiam somnia ipsius tristiora expiare. Nam diu est, cum homines *omina noctis Farre pio placant, et saliente sale,* Tib. 3, 4, 9. Interdum tamen ita legendus et expli-

10 intus, respondere serui dignantur. An putem fortunatius a catenato repulsum ianitore saepe nocte sera foribus ingratis adiacere, miserrimoque famulatu per dedecus,
fascium decus, et imperium, profuso tamen patrimonio, mercari? nam nec gratuitae
seruituti, sed donis rependitur honor. Quae si et ipsa, et eorum similia bonis fugienda sunt: superest (vt dixi) vnum genus liberale, et ingenuum rei familiaris au-
11 gendae, quod ex agricolatione contingit. Cuius praecepta si vel temere ab indoctis,
dum tamen agrorum possessoribus, antiquo more administrarentur, minus iacturae
paterentur res rusticae. nam industria dominorum cum ignorantiae † detrimentis
multa pensaret: nec quorum commodum ageretur, tota vita vellent imprudentes
12 negotii sui conspici; eoque discendi cupidiores agricolationem pernoscerent. Nunc
et ipsi praedia nostra colere dedignamur, et nullius momenti ducimus peritissimum
quemque [c] villicum facere: vel si nescium, certe [d] vigoris experrecti [e], quo celerius,
quod ignoret [f], addiscat. Sed siue fundum locuples mercatus est, e turba pedissequorum [g], lecticariorumque defectissimum annis et viribus, in agrum relegat; cum
istud opus non solum scientiam, sed et viridem aetatem cum robore corporis ad
labores sufferendos desideret: siue mediarum facultatum dominus, ex mercenariis †
aliquem, iam recusantem [h] quotidianum [i] illud tributum, [qui vectigalis esse non
13 possit [k]] ignarum rei, cui praefuturus est, magistrum fieri iubet. Quae cum animaduertam, saepe mecum retractans, ac recogitans, quam turpi consensu deserta exoleuerit [l] disciplina ruris, vereor ne flagitiosa et quodammodo pudenda [m], aut inhonesta videatur ingenuis. Verum cum pluribus [n] monumentis [o] scriptorum admonear, apud antiquos nostros fuisse gloriae curam rusticationis; ex qua Quintius
Cincin-

†) *ĩnorantiae L.* c) *quemque* deest *H.* d) *quemque* add. *I. I. quem L.* e) *experti I. B. R.* f) *ignorat Goes.* g) *pedisequorum I. B. R. H. A. Gr. G.* †) *mercedariis P.* h) *accusantem Gr,* i) *cotidianum P. quottidianum I. B. R.* k) *posset I. B. R. quia – posset Goes.* l) *exoluerit Gr.* m) *pudenda, ingenuis aut inhonesta sit L. I. B. R. I. I.* n) *plurimum I. B. R. plurimis I. I. H. A. Gr. G. St, compluribus P. et cum plurimis L.* o) *monimentis I. I. H. A.*

explicandus videtur hic locus, *somnum regis sui*, h. e. an ille dormiat, ex *rumoribus* et sermonibus incertis populi, qui salutatum venit, *augurantis*, h. e. coniicientis. Ita melius cohaerent, quae sequuntur, *neque ENIM roganti* etc.

10 CATENATO IANITORE) Ianitores scilicet serui catenis erant ligati, ne noctu a custodia possent aufugere. Ouidius Amorum 1, 6, 1 *Ianitor (indignum) dura religate catena Difficilem moto cardine pande forem.* Adde Pignorium de Seruis p. 447, 448. Titum Popmam de operis seruorum p. 133, 134. SCHOETTG.

10 NEC GRATVITAE SERVITVTI) *Gratuita seruitute* ex Cod. S. Germani (eo, credo, quem Heinsius adhibuit) Burmannus ad Phaedr. Comm. nouo 31, 12.

12 IN AGRVM RELEGAT) Moris erat, vt serui, qui in vrbana familia officio suo non bene fungebantur, in agrum poenae loco relegarentur, duriorique labori subiicerentur. Petronius c. 69 *Ego sic solebam ipsum Ammeam debattuere, vt etiam dominus suspicaretur, et ideo me in villicationem relegauit.* Multis de hoc agunt Casaubonus ad Sueton. Aug. c. 24 et P. Faber semestr. 2, 5. IDEM. Buchnerus hic addi iubet querelas Plinii 18, 3.

12 VIRIDEM) Vegetam, et ad labores sufficienten. Virgilius de Charonte Aeneid. 6, 304. *Iam senior, sed cruda Deo viridisque senectus.* Plin. epist. 7, 24, 1. *Numidia Quadratilla paullo minus octogesimo aetatis anno decessit, vsque ad nouissimam valetudinem viridis.* Plura Barthius ad Rutilium 1, 116, ad Claudianum p. 325, ad Statium Thebaid. 6, 199 p. 422, 423. SCHOETTG.

12 MEDIARVM FACVLTATVM) *Medias facultates* dixit pro mediocres. Sic infra cap. 1 *Quia media sunt spatia grauioris halitus*, id est, mediocria inter breue et longum. VRSIN.

12 [QVI VECTIGALIS ESSE NON POSSIT] Glossema esse puto haec verba eorum, quae praecessere. Mercenarius aliquis aetate prouectior recusat quotidianum illud tributum, sibi persoluendum in singulorum dierum operas, et annua mercede conductus villicatur mediarum facultatum domino,

13 AD EOSDEM IVVENCOS) Vide Festum in *Quintia prata.* Nam eius fragmentum ex hoc Columellae loco aliquo modo suppleri potest. VRSINVS.

15 M.

Cincinnatus † obsessi consulis et exercitus liberator, ab aratro vocatus ad Dictaturam
venerit, ac rursus fascibus depositis, quos festinantius victor reddiderat, quam sum-
serat Imperator, ad eosdem iuuencos, et quatuor iugerum auitum herediolum [p] re-
dierit: itemque C. Fabricius [q], et Curius Dentatus †, alter Pyrrho finibus Italiae 14
pulso, domitis alter Sabinis, accepta, quae viritim diuidebantur, captiui agri septem
iugera, non minus industrie [r] coluerit, quam fortiter armis quaesierat: et ne singulos
intempestiue nunc persequar, cum tot alios Romani generis intuear memorabiles
duces, hoc semper duplici studio floruisse, vel defendendi, vel colendi patrios, quae-
sitosue fines: intelligo ‡ luxuriae, et deliciis [s] nostris pristinum morem, virilemque
vitam displicuisse. Omnes enim (sicut M. Varro iam temporibus auorum conque- 15
stus est) patresfamiliae falce et aratro relictis, intra murum correpsimus, et in circis
potius ac theatris, quam in segetibus et vinetis [t] manus mouemus: attonitique mi-
ramur gestus effoeminatorum, quod a natura sexum viris [u] denegatum, muliebri motu
mentiantur, decipiantque † oculos spectantium. Mox deinde ‡ vt apti veniamus ad 16
ganeas, quotidianam cruditatem Laconicis †† excoquimus, et exsucto [x] sudore sitim
quaerimus, noctesque libidinibus et ebrietatibus, dies ludo vel somno consumimus,
ac nosmetipsos ducimus fortunatos, quod nec orientem solem videmus, nec occi-
dentem. Itaque istam vitam socordem † persequitur valetudo. nam sic iuuenum 17
corpora fluxa et resoluta sunt, vt nihil mors mutatura videatur. At mehercule [y]
vera illa Romuli proles assiduis venatibus, nec minus agrestibus operibus † exercitata,
firmissimis praeualuit corporibus, ac militiam belli, cum res postulauit, facile susti-
nuit, durata pacis laboribus, semperque rusticam plebem praeposuit vrbanae. Vt
enim qui ‡ in villis intra consepta morarentur, quam qui foris terram molirentur,
ignauiores habitos; sic eos qui sub vmbra ciuitatis intra moenia desides cunctaren-
tur, quam qui rura colerent administrarentue [z] opera colonorum, segniores visos. Nun- 18
dinarum etiam conuentus manifestum est propterea vsurpatos, vt nonis ‡ tantum-
modo diebus vrbanae res agerentur, reliquis administrarentur rusticae. illis enim
temporibus, vt ante iam diximus, proceres ciuitatis in agris morabantur: et cum
consilium publicum desiderabatur, e villis arcessebantur in senatum. ex quo, qui eos 19
euocabant, Viatores nominati sunt. isque mos dum seruatus est perseuerantissimo
colendorum agrorum studio, veteres illi Sabini Quirites, atauique Romani, quam-
quam inter ferrum et ignes, hosticisque [a] incursionibus vastatas [b] fruges, largius †
tamen

†) *Cicinnatus I. B. R.* p) *praediolum L.* q) *Fabritius al. Frabicius L.* deleto *Fabr.* †) *quorum* inf. *L.* r) *industriae* Sphalma *Commel.* ‡) *intellego P.* s) *delitiis a. V.* t) *ac vineis Goes.* u) *viris* add. *L.* †) *decipientes L.* ‡) *vero.* ††) *lactucis P. lacticis Goes.* x) *exhausto L. exusto I. B. R. et Goes. secord. prof. valit. L.* y) *mehercules I. B. R. hercules P.* †) *opibus I. B. R.* ‡) *quos inutilis intra P. L. et Goes.* z) *administrarentue opera colonorum* abest *P. I. B. R. administrarentur G.* ‡) *iis P. L.* a) *que* abest *I. B. R. Goes.* b) *vastates I. B. R. L. vastatae* al. †) *parcius P.*

15 M. VARRO) Varro 2 praef. 3. Hinc Iuvenal. 8, 118 *Parce et messoribus illis, Qui saturant vrbem* circo scenaeque *vacantem.*

16 PERSEQVITVR VALETVDO) Videtur legendum *prosequitur.* Quod vero paullo post dicit, *semperque rusticam plebem praeposuit vrbanae*, accepit a Varrone, qui 2 praef. ita scribit: *non sine causa praeponebant rusticos Romanos vrbanis.* et lib. 3, 1. VRSIN.

17 VT ENIM QVI IN VILLIS) Etiam haec ex V. 2, praef. 1 sumta sunt, et exciderunt forte duo vel tria verba, quibus Varronem auctorem Columella laudauit. Alioquin quorsum pertineret infinita cum quarto casu constructio?

18 NVNDINARVM CONVENTVS) Haec explicata dedimus ad Varr. l. c.

19 VASTATAE FRVGES) Videtur legendum

tamen condidere, quam nos, quibus diuturna permittente pace prolatare licuit rem
20 rusticam. Itaque in hoc Latio et Saturnia terra, vbi Dii cultus ‡ agrorum proge-
niem suam docuerant, ibi † nunc ad hastam locamus, vt nobis ex transmarinis pro-
vinciis aduehatur frumentum, ne fame laboremus: et vindemias condimus ex insu-
lis Cycladibus, ac regionibus Baeticis [c], Gallicisque, Nec mirum. cum sit publice
concepta, et confirmata iam vulgaris existimatio, rem rusticam sordidum opus, et
21 id esse negotium, quod nullius [d] egeat magisterio praeceptoris [e]. At ego, cum aut
magnitudinem totius rei, quasi quandam vastitatem corporis, aut partium eius, velut
singulorum membrorum numerum [f] recenseo, vereor ne supremus ante me dies oc-
22 cupet ‡, quam vniuersam disciplinam ruris possim cognoscere. Nam qui se in hac
scientia perfectum volet profiteri, sit oportet rerum naturae sagacissimus, declinatio-
num mundi non ignarus: vt exploratum habeat, quid cuique plagae conueniat, quid
repugnet: siderum ortus et occasus memoria repetat, ne imbribus ventisque immi-
23 nentibus opera inchoet, laboremque frustretur. Caeli et anni praesentis [g] mores in-
tueatur. neque enim semper eundem, velut ex praescripto, habitum gerunt: nec
omnibus annis eodem vultu † venit aestas, aut hiems: nec pluuium semper est ver,
aut humidus ‡ autumnus, quae praenoscere sine lumine animi, et sine exquisitissimis
disciplinis non quemquam [h] posse crediderim. Iam ipsa terrae varietas, et cuiusque
24 soli habitus, quid nobis neget, quid promittat, paucorum est discernere. Contem-
platio vero cunctarum in ea disciplina partium ‡, quando cuique contingit, vt et
segetum, arationumque perciperet vsum, et varias dissimillimasque terrarum species
pernosceret? quarum non nullae colore, non nullae qualitate fallunt: atque in aliis
regionibus nigra terra, quam pullam vocant, vt in Campania, est laudabilis; in aliis
pinguis rubrica [i] melius respondet; quibusdam (sicut in Africa Numidia †) putres
arenae

‡) *fructus P.* †) *vbi.* c) *beticis I. I. H. A. G. quadicis Muret. ad Tac. A.* 3, 54. v. Obss. Misc. VII. p. 279. d) *nullo Goes. et L.* e) *praeceptone I. B. R. I. I. Goes. L.* f) *subtilitatem despicio.* ‡) *occultet P.* g) *praesentis I. B. R I. I. H. A. G. it. Goes. et L. praesentes* al. †) *voto P. L.* ‡) *vmidum autumnum P.* h) *quemque I. B. R.* ‡) *quod quanto P. quid cuique L.* i) *lubrica I. B. R. Goes.* †) *Numidiae Goes.*

dum *vastatas*, et p. p. *quando cuique contigis?* cum nota interrogandi. VRSIN.

19 REM RVSTICAM) Christius Villat. p. 90. intelligit de re rustica quatenus opponitur vrbanis rebus, hortis, lacubus etc. male.

20 SORDIDVM OPVS) Buchnerus hic laudat Pignorium de seruis p. 270; et de regibus imperatoribusque agrum colentibus Plin. 18, 3.

22 DECLINATIONVM MVNDI) Climatum coeli. Vitruuius *inclinationem* vocat 1, 1. *Propter inclinationes coeli, quas Graeci climata dicunt.* *Mundum* autem frequentissime pro coelo poni, testantur exempla sequentia. Lucretius 5, 772 *magni per templa mundi.* Catullus Carm. 65, 205 *consumuerunt Aequora concussitque micantia sidera mundus.* Seneca Oedipo v. 45 *Obscura coelo labitur Phoebi soror, Tristisque mundus nubilo pallet nouo.* Ex prosaicis Apuleius Met. 2, p. 116 *mundus sidereus* dixit; et Quintil. Declam. 9, p. 127 *Magis mihi laborandum est, quam cum sidera mundo reuelluntur.* Plura los. Castalio ad Rutilium 1, 17 Arnoldus ad Valerii Catonis Diras v. 142 et Interpp. Valerii Flacci 1, 563. SCHOETTG.

23 COELI MORES) Buchnerus obseruat expressisse Columellam illud Virgilii Georg. 1 *Coeli praediscere morem.*

24 QVANDO CVIQVE) Vel *quotocuique* legendum videtur, vel *quantocuique*, eodem intellectu. vtriusque lectionis manifesta vestigia in Mediceo. Ita coniecerat Heinsius, qui sic deinde reperit in Ms. Germ. v. Obss. Misc. VII, p. 281.

24 COLORE–QVALITATE FALLVNT) Plin. 17, 4, 5 f. 3 multus in eo est, vt ostendat varia admodum et incerta esse argumenta, quibus terrae solique discrimina cognoscantur: vbi haec ipsa etiam, quae speciminis causa profert Columella, exemplis declarat.

24 NVMIDIA) Vir doctus in Obss. Misc. l. c. putat esse hoc verbum per glossam additum, vel legendum *Numidiaque.* Non male.

24 VEL

arenae [k] foecunditate vel robustissimum solum vincunt; in Asia Mysiaque densa et
glutinosa terra maxime exuberat. Atque in his ipsis habere [l] cognitum, quid recu- 25
set [m] collis, quid campestris positio, quid cultus, quid siluester ager, quid humidus
et graminosus, quid siccus et spurcus, ratione [n] quoque dispicere [o], et in arbori-
bus, vinetisque †, quorum infinita sunt genera, conserendis, ac tuendis; et in pe-
coribus parandis, conseruandisque: quoniam et hanc adsciuimus quasi ‡ agricultu-
rae partem, cum separata sit ab agricolatione pastoralis scientia [p]. nec ea tamen sim- 26
plex. quippe aliud exigit equinum, aliud † atque aliud bubulum armentum, aliud
pecus ouillum, et in eo ipso dissimilem rationem postulat Tarentinum, atque hir-
tum [q]; aliud caprinum, et id ipsum aliter curatur mutilum, et raripilum, aliter cor-
nutum, et setosum [r], quale est in Cilicia. Porculatoris vero et subulci diuersa pro-
fessio, diuersae pastiones: nec eundem glabrae sues, densaeque, caeli statum; nec
eandem educationem, cultumue quaerunt. Et vt a pecoribus recedam, quorum in 27
parte auium cohortalium [s], et apium cura posita est; quis tanti studii fuit, vt super
ista, quae enumerauimus, tot nosset species insitionum, tot putationum, tot pomo-
rum holerumque [t] cultus exercere [u]? tot generibus ficorum, sic vt rosariis impen-
deret

k) *barenae I. B. R.* l) *haberet I. B. R. Goes.* m) *recusaret I. B. R.* †) *siluestris L.* n) *rationem Goes. L.* o) *dispiceret I. B. R.* †) *vinetisque, quarum P.* ‡) *ad L.* p) *scientia, nec ea tamen simplex. Quippe I. I.* †) *aliud* omitt. *L.* recte. q) *hyrtum Gr. arietinum atque hircinum L.* r) *saetosum I. B. R.* s) *cortalium R.* t) *olerum R.* u) *exerceret Goes. I. B. R.*

24 VEL ROBVSTISSIMVM SOLVM VINCVNT) Interrogando haec auctor, vt etiam, quae sequuntur, commemorat *quando cuique contingit, vt*, et reliqua. Quare scribendum: *vel rob. sol. vincunt?* PONTED. Vide, lector, an non nostra magis placeat interpunctio? Nobis quidem certe. Sed forte quod nostra est.

25 HABERE COGNITVM) Goes. *haberet*; vnde Broukhusius ex coniectura emendat *habere debet*: quod sensum commodum suppeditat. SCHOETTG. Principes editiones: *haberet* pro *habere*, et *recusaret*, pro *recuset*; ad id enim, qui ita legunt, ista referunt, quod supra commemoraui; *quando cuique contingit, vt in ipsis haberet cognitum, quid recusaret collis.* PONTED. Commodius et mihi videbatur, si dicamus, infinitivos, qui sequuntur, pendere a superiori *contingit*, vel *contigit*. Vid. Misc. Obs. l. c. p. 283.

25 QVID SICCVS ET SPVRCVS) Hic omnia inter se opponuntur, collis campestri positioni, ager cultus siluestri, humidus sicco, et graminosus spurco, qua ratione? Verbum itaque *spurcum* mutandum in *purus* arbitror; pura siquidem terra graminosae opponitur, vt ex lib. 6 initio patet, vbi haec non absimilia traduntur: *Cum ille quam maxime subacto et puro solo gaudeat, hic nouali graminosoque*, vt enim *aruum subactum* oppositum est *nouali*, ita *purum graminoso*. PONTED. Ego putabam *spurcum* hic esse *squalidum, humida* enim terra eadem *graminosa, sicca* eadem *squallida. spurcum nubilum* est Plin. 17, 2. Adde Obss. Misc. l. c. p. 282 I. et Ponted. in Epist. 469.

25 CVM SEPARATA SIT) Haec item periodus interrogando exprimitur. PONTED.

26 PORCVLATORIS – DIVERSA PROFESSIO) Quantum ex C. 7, 9, 12 intelligitur, *porculator* proprie is est, qui foeturam huius generis curat.

27 TOT GENERIBVS FICORVM) Non placet post *poma* separatim de ficis dici: quamquam non ignoro, eas interdum excipi pomorum appellatione, vid. Salmas. ad Solin. p. 421 multo minus *rosaria ficis* adiici placet. Cogitabam ita scribere potuisse Moderatum, *tot generibus ficorum, [ficus rosariis] impenderet curam.* Et tamen ipsa duo verba, quae inclusi, abesse malebam. Vtrum vero tale quid in mentem venerit Columellae, non dixerim. Quid concinnius videretur, aperui: quid librarii ausi sint, nouimus. Vir doctus in Obss. Misc. l. c. p. 284. vult seruari lectionem receptam, quod facile patiar.

27 CVLTVS EXERCERE) *Exerceret* in vetustis editionibus habemus, h. e. *quis tanti studii fuit, vt exerceret.* Id etiam ex his manifestum: *tot generibus ficorum, sic vt rosariis impenderet curam!* Praeterea erunt fortasse, qui non *holerumque* scriberent, sed *olearumque*; si quidem non de herbis, sed de arboribus, ad quas et putatio et insitio spectat, loqui videtur Columella. PONTED. *Exerceret* omnino legendum videtur. Qui aliter legerunt, Manuscriptis decepti sunt, in quibus litera *t* vocis *exerceret* inseruit etiam voci *tot*, quae consequitur: quae

deret curam, cum a plerifque etiam maiora negligantur [x]? quamquam et ifta iam
28 non minima vectigalia multis effe coeperunt [y]. Nam prata et falicta, geniftaeque [z]
et arundines [a], quamuis tenuem, nihilominus aliquam defiderant induftriam. Poft
hanc tam multarum, tamque multiplicium rerum praedicationem non me praeterit,
fi, quem defideramus agricolam, quemque defcribimus [b], exegero a participibus agre-
ftium operum, tardatum iri † ftudia difcentium, qui tam variae, tamque vaftae fcien-
29 tiae defperatione conterriti, nolent experiri, quod fe affequi ‡ poffe diffident. Ve-
rumtamen quod in oratore iam M. Tullius rectiffime dixit, Par eft eos qui generi
humano res vtiliffimas conquirere [c], et perpenfas exploratafque memoriae tradere
concupiuerint [d], cuncta tentare. Nec fi vel illa praeftantis ingenii vis, vel inclyta-
rum artium defecerit inftrumentum, confeftim debemus ad otium et inertiam †
deuolui: fed quod fapienter fperauimus [e], perfeueranter confectari. Summum
30 enim culmen affectantes, fatis honefte vel in fecundo faftigio confpiciemur. An
Latiae mufae non folos adytis fuis Accium et Virgilium recepere, fed eorum et pro-
ximis et procul a fecundis facras conceffere fedes? Nec [f] Brutum, aut Caelium, Pol-
lionemue [g] cum Meffala et Catulo [h] deterruere ab eloquentiae ftudio fulmina illa
Ciceronis. Nam neque ille ipfe Cicero territus cefferat tonantibus Demofthenі
Platonique: nec parens eloquentiae, deus ille Maeonius, vaftiffimis fluminibus fa-
31 cundiae fuae pofteritatis ftudia reftinxerat [i]. An ne minoris quidem famae opifices
per tot iam fecula videmus laborem fuum deftituiffe, qui Protogenem, Apellemque
cum Parrhafio mirati funt? Nec pulchritudine Iouis Olympii Mineruaeque Phidia-
cae fequentis aetatis attonitos piguit experiri Bryaxim, Lyfippum, Praxitelem, Poly-
cletum †, quid efficere, aut quoufque progredi poffent ‡. Sed in omni genere
fcientiae et fummis admiratio veneratioque, et inferioribus merita laus contingit.
32 Accedit huc, quod ille, quem nos perfectum effe volumus agricolam, fi quidem artis
confum-

x) *neglegantur* y) *coeperint Gesf.* z) *geneftae I. B. R. genitae G. geneftraeque L.* a) *harundines P. L.* b) *quem defcribemus* V. Cod. et Ed. Bo. †) *vt rei* add. *L.* ‡) *confequi poffe diffiderent L.* c) *quaerere I. B. R.* d) *concupierint a. V.* †) *negligentiam* e) *fperauerimus I. B. R.* f) *non I. B. R.* g) *Pollionem L.* h) *caluo I. B. R. Gesf.* i) *reftrinxerat I. B. G. reftrinferat L. reftixerat R.* †) *Polyclitum P.* ‡) *poffint P.*

confuetudo antiquis librariis familiaris, et ad fcribendi celeritatem admodum opportuna, nobis aliquando non literas modo, fed et fyllabas inuidit. Ob hanc rationem duo illi Romanarum litterarum faeculo fuo veluti confules Gruterus et Graeuius in cap. 40 orationis Tullianae pro Rofcio Amerino reftituerunt *a gladiatore receffiffe*, cum in vulgatis libris legeretur *a gladiatore ceffiffe*. FACCIOLATVS.

29 IN ORATORE) C. 1. Sed Columella h. l. fenfum tantum, non verba Ciceronis retinuit, quae haec funt: *Sed par eft omnes omnia experiri, qui res magnas et magno opere expetendas concupiuerunt. Quod fi quem aut natura fua, aut illa praeftantis ingenii vis forte deficiet, aut minus inftructus erit magnarum artium difciplinis: teneat tamen eum curfum, quem poterit. Prima enim fequentem honeftum eft in fecundis tertiisque confiftere.* Plura profert Grenius l. c. p. 47, 48. SCHOETTG.

30 SVMMVM ENIM CVLMEN) Philo Iud. alleg. Leg. 2 p. 69 et p. 355. ed. 1691. ALMEL.

30 AN LATIAE) Buchnerus coniecit, *Nam*, fublata interrogationis nota. Sed non videtur cogitaffe vir doctiffimus, *an* poni nonnunquam pro *annon*, vt apud Ciceronem non femel *haud fcio:* quae ratio hic tanto magis obtinet, quia mox fequitur aliud *non*, eodem fere modo, vt poft *non tantum* omitti fere nouam negationem conftat; et quid faciemus verbis, quae mox fequuntur, *an ne minoris quidem famae artifices.* Buchnerus quidem fibi conftat: legi enim pro *an* vult *ac*, quod et Facciolato placere video, qui et altero loco *ac* pro *an* vult legi, in quo et fic habet ed. Gryph. ingeniofe fane, vereor vt vere.

30 NEC BRVTVM) Regienfes et Ienfoniani libri habent *non* pro *nec*, quod de *nam* deprauatum quoque fufpicari poffumus. *Nam Brutum, aut Caelium &c.* PONTED.

32 PYTHA-

consummatae [k] non [l] sit, nec in vniuersa rerum natura sagacitatem Democriti, vel
Pythagorae [m] [non] fuerit consecutus, et in motibus astrorum ventorumque Meto-
nis † prouidentiam, vel Eudoxi, et in pecoris cultu doctrinam Chironis ac Melam-
podis, et in agrorum solique molitione ‡ Triptolemi aut Aristei prudentiam [n]: mul-
tum tamen profecerit, si vsu Tremellios, Sasernasque et Stolones nostros aequauerit.
Potest enim nec subtilissima, nec rursus, quod aiunt, pingui Minerua res agrestis ad- 33
ministrari. Nam illud procul vero [o] est, quod plerique crediderunt, facillimam [p]
esse nec vllius acuminis rusticationem. De cuius vniuersitate nihil attinet plura
nunc disserere: quandoquidem cunctae partes eius destinatis aliquot voluminibus
explicandae sunt, quas ordine suo tunc demum persequar, cum praefatus fuero, quae
reor ad vniuersam disciplinam maxime pertinere.

I. QVI studium agricolationi dederit, antiquissima sciat haec sibi aduocanda,
prudentiam rei, facultatem impendendi, voluntatem agendi. Nam is demum cul-
tissimum rus habebit, vt ait Tremellius, qui et colere sciet, et poterit, et volet.
neque enim scire, aut velle, cuiquam † satis fuerit sine sumptibus, quos exigunt
opera: nec rursus faciendi aut impendendi voluntas profuerit sine arte, quia caput 2
est in omni negotio, nosse quid agendum sit, maximeque in agricultura, in qua vo-
luntas facultasque citra scientiam saepe magnam dominis afferunt iacturam, cum
imprudenter facta opera frustrantur impensas. Itaque diligens paterfamilias, cui 3
cordi est ex agri cultu ‡ certam sequi rationem rei familiaris augendae, maxime
curabit, vt aetatis suae prudentissimos agricolas de quaque re consulat, et com-
mentarios antiquorum sedulo scrutetur, atque aestimet [a], quid eorum quisque sen-
serit, quid praeceperit: an vniuersa, quae maiores prodiderunt, huius temporis
culturae respondeant, an aliqua dissonent? Multos enim iam memorabiles aucto- 4
res comperi persuasum habere, longo aeui situ qualitatem caeli, statumque mutari;
eorumque consultissimum astrologiae professorem Hipparchum prodidisse, tempus
fore, quo cardines mundi loco mouerentur: idque etiam non spernendus auctor
rei rusticae Saserna videtur adcredidisse. Nam eo libro, quem de agricultura scri- 5
ptum reliquit, mutatum caeli statum [b] sic colligit, quod quae regiones antea propter
hiemis assiduam violentiam nullam stirpem vitis aut oleae depositam custodire po-
tuerint, nunc mitigato iam † et intepescente pristino frigore largissimis oliuitatibus,
Liberique vindemiis exuberent. Sed haec siue falsa, seu vera ratio est, literis astro-
logiae concedatur. Caetera non dissimulanda erunt agrorum cultori praecepta ru- 6
sticationis, quae cum plurima tradiderint Poeni ex Africa scriptores, multa tamen
ab his falso prodita coarguunt [c] nostri coloni. sicut Tremellius, qui querens [d] id
ipsum, tamen excusat, quod Italiae et Africae solum caelumque diuersae naturae,
nequeat

k) *consummatae Gr. G. St.* alii vno *m.* l) *non* omitt. *L. I. B. R. et L.* m) *Putag. fuerit L.* †) *Meuibonis P. Mensonis Goes.* ‡) *menitione P.* n) *prouidentiam L. P.* o) *verum L.* p) *facilimam Gr. G. St. facillumam P.* [C. I.] †) *quemquam L.* ‡) *cultura L.* a) *extimet L.* b) *situm Goes. I. B. R.* †) *iam.* om. *I. B. R.* c) *arguunt I. B. R.* d) *quaerens I. B. R. Gr. St.*

32 PYTHAGORAE NON) *Non* videtur abundare; nam eam sententia non requirit. VRSIN.

1,2 NEC RVRSVS FACIENDI AVT IMPENDENDI FACVLTAS VOLVNTASQVE PROFVERIT SINE ARTE) Ita videtur hic locus legendus, vt constet sententia. VRSIN. confirmat hanc coniecturam f. 18.

1,6 QVAE

nequeat eosdem prouentus habere. Quaecunque † funt autem, quae propter disci-
plinam ruris noftrorum temporum ‡ cum prifcis difcrepent [c], non deterrere debent
a lectione difcentem. Nam multo plura reperiuntur apud veteres, quae nobis pro-
7 banda fint, quam quae repudianda. Magna porro ‡ et Graecorum turba eft, de
rufticis rebus praecipiens; cuius princeps celeberrimus vates non minimum pro-
feffioni noftrae contulit Hefiodus Boeotius †. Magis deinde eam [f] iuuere fontibus
orti fapientiae Democritus Abderites, Socraticus Xenophon, Tarentinus Architas,
8 Peripatetici magifter ac difcipulus, Ariftoteles cum Theophrafto. Siculi quoque
non mediocri cura negotium iftud profecuti funt, Hieron, et Epicharmus [g] difci-
pulus, Philometor, et Attalus [h]. Athenae vero fcriptorum frequentiam pepere-
runt, e [i] queis probatiffimi auctores Chaereas, Ariftandros, Amphilochus [k], Eu-
phron [l]; Chreftus Euphronis [m], non, vt multi putant, Amphipolites, qui et ipfe
9 laudabilis habetur agricola, fed indigena foli Attici. Infulae quoque curam iftam
celebrauerunt, vt teftis eft Rhodius [n] Epigenes, Chius Agathocles, Euagon, et Ana-
xipolis Thafii. Vnius quoque de feptem Biantis illius populares Menander [o] et
Diodorus in primis fibi vindicauerunt ‡ agricolationis prudentiam. Nec his ceffe-
re Milefii Bacchius et Mnaffeas, Antigonus Cymaeus, Pergamenus Apollonius,
10 Dion Colophonius, Hegefias Maronites. Nam quidem Diophanes Bithynius Vti-
cenfem totum Dionyfium, Poeni Magonis interpretem, per multa diffufum volu-
mina, fex epitomis circumfcripfit. Et alii tamen obfcuriores, quorum patrias non
accepimus, aliquod ftipendium noftro ftudio contulerunt. Hi funt Androtion †,
Aefchrion, Ariftomenes, Athenagoras, Crates, Dadis, Dionyfius, Euphyton [p], Eu-
11 phorion †. Nec minori fide pro virili parte tributum nobis intulerunt Lyfimachus,
12 et Cleobulus [q], Meneftratus, Pleutiphanes [r], Perfis ‡, Theophilus. Et vt agrico-
lationem Romana tandem ciuitate donemus, (nam adhuc iftis auctoribus Graecae
gentis fuit) iam nunc M. Catonem Cenforium illum memoremus, qui eam Latine
loqui primus inftituit. poft hunc duos Safernas, patrem et filium, qui eam diligen-
tius erudierunt; ac deinde Scrofam Tremellium, qui eam [s] eloquentem reddidit;
et M. Terentium, qui expoliuit; mox Virgilium [t], qui carmine [u] quoque potentem
fecit.

†) *quacunque I. B.* ‡) *temporum* om. *L.* c) *difcrepat I. B. R. difcrepet H. A.* ‡) *quippe P. quippe Poenorum et Gr. L.* †) *Boetius L.* f) *eam* om. *I. B. R.* g) *Epicarmus L. I. B. R. Gr. G. St.* h) *Athalus I. B. R.* i) *aeque I. B. R. eque L.* k) *Amphilocus L. I. B. R.* l) *Emphronius Crefus L. Euphronius I. B. R. Goef.* m) *Euphrontis Goef. I. B. R. Emphrontis L.* n) *Codius L.* o) *Maenander I. I. H. A. G.* ‡) Ita *P. vend.* alii. †) *Anthocion L.* p) *Emplorion L. Emphyton I. B. R. cypheton Goef. eubeton P.* περὶ φυτῶν *I. I. H. A. Gr. G. St.* †) *Euphonon P. I. B. R. Emphonon L.* q) *Eubolus I. B. R. Embolus L. Cleobulus I. I. H. A. Gr. G. St.* r) *Euanthiphanes P. Goef. Plentifanes L.* ‡) *et* inf. *P.* s) *etiam Goef. I. B. R.* t) *Vergilium P. Gr. G. St.* u) *carminum ms. Heinf. ad Ouid. met.* 15, 108. *it. Goef.*

1, 6 QVAE PROPTER, DISCIPLINA — DISCREPET) Ita videtur legendum. Nam mala interpunctio, verbo etiam *difciplina* in *difciplinam* mendofe commutato, locum obfcuriorem fecit. VRSIN.

1, 8 EPICHARMVS DISCIPVLVS) Videtur legendum *Epicharmus Siculus*, vel potius *Siculi*; et deinde pro *Euagon*, fortaffe legendum *Euaeon*, de quo Suidas. Item *Euphronius* paullo fupra, non *Euphronis*. VRSIN. Adde Cup. ad V. *A.* 1, 8.

1, 8 EVPHRON) Quinque Athenienfes rei rufticae fcriptores refert Varro, totidemque Plinius: *Ariftandron, Amphilocham, Chaeream, Chaereftum et Euphronium.* Hos etiam Columella; ideo ifte *Euphron* redundat. Pro eo, quod ftatim fequitur, *Chreftus Euphronis* fcrib. ex Varrone *Chaereftus, Euphronius* f. *Euphranius.* PONTED.

1, 10 DIONYSIVS ΠΕΡΙ ΦΥΤΩΝ) Videtur legendum *Dionyfius, Euphyton.* VRSINVS. Monuerat iam Victorius ad Varron. 1. 1, 9.

1, 12 CAR-

facit. Nec poſtremo quaſi paedagogi eius meminiſſe dedignemur, Iulii Hygini [x]: 13
veruntamen vt Carthaginienſem [y] Magonem ruſticationis parentem maxime vene-
remur. nam huius octo et viginti memorabilia illa volumina ex ſenatuſconſulto in
Latinum ſermonem conuerſa ſunt. Non minorem tamen laudem meruerunt no- 14
ſtrorum temporum viri, Cornelius Celſus, et Iulius Atticus. quippe Cornelius to-
tum corpus diſciplinae quinque libris complexus [z] eſt. hic de vna ſpecie culturae
pertinentis ad vites, ſingularem librum edidit. Cuius velut diſcipulus, duo volu-
mina ſimilium praeceptorum de vineis, Iulius Graecinus, compoſita facetius et [a]
eruditius, poſteritati tradenda curauit. Hos igitur, Publi Siluine, prius quam cum 15
agricolatione contrahas, aduocato in conſilium: nec tamen ſic mente diſpoſitus,
velut ſummam totius rei ſententiis eorum conſecuturus: quippe eiuſmodi ſcripto-
rum monumenta [c] magis inſtruunt, quam faciunt, artificem. VSVS et experientia 16
dominantur in artibus: neque eſt vlla diſciplina, in qua non peccando diſcatur.
nam vbi quid perperam adminiſtratum ceſſerit improſpere, vitatur quod fefellerat:
illuminatque rectam viam docentis magiſterium. Quare noſtra praecepta non con- 17
ſummare [d] ſcientiam, ſed adiuuare promittunt. nec ſtatim quiſquam compos agri-
colationis erit his perlectis rationibus, niſi et obire eas voluerit, et per facultates
potuerit. Ideoque haec velut adminicula ſtudioſis promittimus, non profutura per
ſe ſola, ſed cum aliis. Ac ne iſta quidem praeſidia [e], vt diximus, non aſſiduus la- 18
bor, et experientia villici, non facultates, ac voluntas impendendi tantum pollent,
quantum vel vna praeſentia domini: quae niſi frequens operibus interuenerit, vt in
exercitu cum abeſt imperator, cuncta ceſſant officia. maximeque reor hoc ſignifi-
cantem Poenum Magonem, ſuorum ſcriptorum primordium talibus auſpicatum ſen-
tentiis: QVI agrum parabit [f] domum vendat, ne malit vrbanum, quam ruſticum la-
rem colere. cui magis cordi fuerit vrbanum domicilium, ruſtico praedio non erit
opus. Quod ego praeceptum, ſi poſſet his temporibus obſeruari, non immutarem. 19
Nunc quoniam pleroſque noſtrum ciuilis ambitio ſaepe euocat, ac ſaepius detinet
euocatos, ſequitur vt ſuburbanum praedium commodiſſimum eſſe putem, quo vt ‡
occupato quotidianus excurſus facile poſt negotia [g] fori contingat. Nam qui lon- 20
ginqua, ne dicam transmarina rura mercantur, velut haeredibus patrimonio ſuo,
et quod grauius eſt, viui cedunt ſeruis [g] ſuis: quoniam quidem et illi tam longa
dominorum diſtantia corrumpuntur, et corrupti poſt flagitia, quae commiſerunt,
ſub expectatione ſucceſſorum, rapinis magis, quam culturae ſtudent.

x) *Hygini Goeſ. I. B. R. Higinii* al. *Iuli Higini L.* y) *Carthaginenſem I. B. R. G. Cartaginienſem L.* z) *contexus L.* a) *et* ab. *Gr. St.* b) *monimenta I. I. H. A.* c) *conſummare P. Gr. G. St.* vno *m* al. d) *praedia* Sph. e) *parauit Goeſ. Com.* ‡) *vel P. L.* f) *negotia I. B. G.* g) *ſeruis* om. *I. I.*

1,12 CARMINE QVOQVE POTENTEM) *Carminum* V. C. S. Germani apud Heinſium ad Ouid. Met. p. 400. ALMELOV.

1,15 CONTRAHAS) Contractus quaſi fit cum terra, cui opes et facultates noſtras concredimus, ea conditione, vt ſtato tempore illas nobis cum foenore reddat. SCHOETTG.

1,16 VSVS ET EXPERIENTIA) Illuſtrat hanc ſententiam aliis pluribus Crenius part. 10. p. 50. SCHOETTG.

1,18 DOMVM VENDAT) Plinius 18, 6. ſ. 7. *Agro empto domum vendendam inclementer, atque non ex vtilitate publici ſtatus Mago cenſuit - - vt tamen appareat aſſiduitatem deſideratam ab eo.*

1,18 PRAESENTIA DOMINI] Vid. ad Cat. c. 41. extr.

1,19 VT OCCVPATO) Videtur legendum *et occupato.* et p. p. *quandoquidem*, pro *quoniam quidem.* VRSIN. Omnino legendum *vel*, aut *et*, aut denique *vt et occupato*: vltimum praetulerim.

II. CENSEO igitur in propinquo agrum mercari, quo et frequenter dominus
veniat, et frequentius se venturum, quam sit venturus, denunciet. sub hoc enim
metu cum familia villicus erit in officio [a]. Quicquid vero dabitur occasionis, ruri
moretur. quae non sit mora segnis, nec vmbratilis. nam diligentem patremfami-
lias decet agri sui particulas omnes et omni tempore anni frequentius circumire,
quo prudentius naturam [b] soli, siue in frondibus, et herbis, siue iam maturis fru-
2 gibus contempletur: nec ignoret quidquid in eo recte fieri poterit. Nam illud ve-
tus [c] est, et Catonis, Agrum pessime multari [d], cuius dominus quid in eo faciun-
dum sit, non docet, sed audit villicum. Quapropter vel a maioribus traditum pos-
sidenti, vel emturo fundum praecipua cura sit scire, quod maxime regionis genus
3 probetur: vt vel careat inutili, vel mercetur laudabilem †. Quod si voto fortuna
subscripserit [e], agrum habebimus salubri caelo, vberi glaeba, parte campestri, parte
alia collibus vel ad orientem vel ad meridiem molliter deuexis; terrenisque † aliis
cultis [f], atque aliis syluestribus et asperis, nec procul a mari, aut [g] nauigabili flu-
mine, quo deportari fructus, et per quod merces inuehi possint. Campus in prata
4 et arua, salictaque et arundineta † digestus, aedificio subiaceat. Colles alii vacui
arboribus, vt solis segetibus seruiant, quae tamen modice siccis, ac pinguibus
campis melius, quam praecipitibus locis proueniunt. Ideoque etiam celsiores agri
frumentarii planicies ‡ habere, et quam mollissime deuexi, ac simillimi [h] debent esse
campestri positioni. Alii deinde colles oliuetis, vinetisque et earum futuris peda-
mentis vestiantur, materiam [i], lapidemque, si necessitas aedificandi coegerit, nec
5 minus pecudibus pascua, praebere possint. Tum riuos decurrentes in prata, et
hortos, et salicta, viuae [k] aquae salientes demittant [l]. nec absint greges armento-
rum, caeterorumque quadrupedum [m], culta et dumeta pascentium. Sed haec po-
sitio, quam desideramus, difficilis et rara paucis contingit. proxima est huic, quae
plurima ex his habet: tolerabilis, quae non paucissima.

III. PORCIVS quidem Cato censebat in † emendo inspiciendoque agro prae-
cipue duo esse consideranda, salubritatem caeli, et vbertatem loci: quorum si alte-
rum

[C. II.] a) *officio I. B. R.* b) *matura P.* c) *vt veteris Ca. L.* d) *mulctari I. B. R. I. I.* †) *lau-dabile L.* e) *subscribit I. B. R. subriserit L.* †) *tenerisque L.* f) *aliis cultis* om. *I. B. R. L.* g) *ante P.* †) *harundineta P. L.* ‡) *planitias P. Gess.* h) *similimi G. similime Gess.* i) *maceriam I. B. R.* k) *villaeque aquas L. Gess. I. B. R.* l) *emittant I. B. R.* m) *quadripedium culta P.* [C. III.] †) *in inspiciendo agro P. Gess. in emendo agro I. B. R.*

2, 2 CATONIS) Haec αὐτολεξεί non sunt in Catone, qualem hodie habemus. sed eadem fere sententia est c. 5, 2 *ne plus censeat sapere se quam dominum.* Plin. 18, 6 s. 7. *quam proximum domino corde esse debere, et tamen sibi non videri.*

2, 3 NAVIGABILI FLVMINE) Idcirco laudat Cicero S. Roscii praedia in Orat. pro filio c. 7. *Magnitudo pecuniae demonstratur: bonitas praediorum: (nam fundos decem et tres reliquit, qui Tiberim fere omnes tangunt) huius inopia et solitudo commemoratur.* Plinius ep. 5, 6, 12. *Medios ille* (Tiberis) *agros secat; nauium patiens, omnesque fruges deuehit in vrbem.* Horatius Od. 2, 3, 18. *Villaque flauus quam Tiberis lauit.* Haec Crenius part. 10. p. 51. SCHOETTG.

2, 4 MOLLISSIME) Vid. P. 1, 5, 5.

2, 4 MATERIAM LAPIDEMQVE) Ante haec verba excidisse videtur *alii*: certe intelligendum.

3, 1 PORCIVS CATO) Non memini haec apud Catonem extare, sed falsus est noster: voluit enim citare Varronem, apud quem priora verba leguntur 1, 2, 9, sequentia 1, 4, 3. SCHOETTG. Mihi videtur Columella sententiam Catonis arripuisse ex 1, 2 et 3, eamque extulisse partim, quod nimirum ad fertilitatem salubritatemque pertinet, verbis Varronis; qui de via, aqua et vicino plane alio loco, nim. 1, 16 aliisque verbis praecipit. Haec igitur suo more eleganterque exsecutus est Columella. In hoc autem paullo fecit licentius, quod

rum deesset, ac nihilo minus quis vellet incolere ‡, mente esse captum, atque eum ad agnatos et gentiles deducendum. Neminem enim sanum debere facere sumtus 2
in cultura sterilis soli: nec rursus pestilenti quamuis feracissimo pinguique agro [a] dominum ad fructus peruenire. Nam vbi sit cum orco ratio ponenda, ibi non modo perceptionem fructuum, sed et vitam colonorum esse dubiam, vel potius mortem quaestu certiorem. Post [b] haec duo principalia [c] subiungebat illa non minus intuen- 3
da ‡, viam [d], et aquam, et vicinum. Multum conferre agris iter commodum: primum quod est maximum, ipsam praesentiam domini, qui libentius commeaturus sit, si vexationem viae non reformidet. deinde ad inuehenda [e] et exportanda vtensilia; quae res frugibus conditis auget pretium [f], et minuit impensas rerum inuectarum: quia minoris apportentur eo quo facili nisu perueniatur. Nec [non] nihil esse etiam 4
paruo vehi, si conductis iumentis iter facias, quod magis expedit, quam tueri propria. Seruos quoque qui secuturi patremfamilias [g] sint, non aegre iter pedibus ingredi. De bonitate aquae ita omnibus clarum est, vt pluribus non sit differendum. Quis enim dubitet, eam maxime probatam haberi, sine qua nemo nostrum vel pro- 5
sperae, vel aduersae valetudinis vitam proroget? De vicini commodo non est quidem certum, quem nonnunquam mors, aliaeque nobiscum diuersae causae mutant. Et ideo quidam respuunt Catonis sententiam: qui tamen multum videntur errare. nam quemadmodum sapientis est, fortuitos casus magno animo sustinere, ita dementis est, ipsum sibi malam facere fortunam: quod facit, qui nequam vicinum suis numis parat, cum a primis cunabulis, si modo liberis parentibus est oriundus, audisse potuerit, Οὐδ' † ἂν βοῦς ἀπόλοιτ' [h] εἰ μὴ γείτων [i] κακὸς εἴη. quod non solum 6
de boue dicitur, sed etiam de omnibus partibus rei nostrae [k] familiaris: adeo quidem vt

‡) *incolere* om. *L.* a) *agro cum incertum sit, an dominum sinat ad fructus peruenire I.I.* b) *posthac I.B.R.* c) *intuendam P.* d) *viam et aquam vicinam I.B. viam aqua vicinam L. viam, aquam, vicinum I.I.* e) *vehenda* al. f) *precium I.B.R.H.A.* g) *familiae* hic et alias *Goes.* †) μηδ' *P.* et *Vict.* in emendandis. Totum versum om. *Lips.* h) ἀπολεῖται. i) γείτων *I.B.R.* k) *vestrae L.*

quod infinita oratione loquitur etiam, cum rationes de suo adiungit Catonianis oraculis: quae res in opinionem adducere possit aliquem, eas ipsas a Catone quoque esse prolatas. Caeterum Almeloueenius in margine h.l. Suet. Oth. c. 6, et Mart. 6, 82 laudauit, vbi *inspicere* dicuntur emturi res venales.

3, 3 VEXATIONEM] *Vectationem* coniicit Almelouenius, sed *vexatio viae* sunt incommoda viae vel longae, vel alias ob causas difficilis et ineluctabilis.

3, 3 INVEHENDA) Ita reposuimus ex Goes. nam antea legebatur tantum *vehenda*. SCHOETTGEN.

3, 4 NEC [NON] NIHIL) *Non* videtur abundare, nec illud sententia requirit. VRSIN.

3, 5 DE VICINI COMMODO) Hunc locum communem tractat Crenius part. 10 p. 51, 52. SCHOETTG.

3, 5 NOBISCVM) Broukhusius in margine libri sui coniicit *aliaeque nobis, ad diuersae causae.* sed nihil hic immuto. IDEM.

3, 5 IPSVM SIBI MALAM) Ita et alicubi M. Brutus: *O magnam stultitiam*, inquit, *timeris, idipsum, quod verearis, ita cauere, vt cum vitare fortasse potueris, vltro arcessas et adtrahas.* Cren. l. c. p. 53. IDEM.

3, 6 ΟΥΔ ΑΝ ΒΟΥΣ ΑΠΟΛΟΙΤ ΕΙ ΜΗ ΓΕΙΤΩΝ ΚΑΚΟΣ ΕΙΗ) Heraclides Ponticus, disertus vir, magnusque Philosophus, περὶ πολιτειῶν scripsit, nam hoc etiam significauit Cicero, cum in epistola ad Q. Fratrem de iudicio Sallustii loquens, quod de suis de Rep. libris faciebat, inquit: *Praesertim cum essem, non Heraclides Ponticus, sed consularis: ille enim quamuis de Rep. administranda accurate scripsisset, in publicis rebus versatus nunquam fuerat.* Horum Heraclidis librorum ἐπιτομήν in Medicea bibliotheca inueni; qui autem excerpsit, maxime quae de moribus institutisque plurimarum gentium agerent, colligit. Vbi igitur de Cumanis, qui Aeolidem incolebant sermo est, docet consuetudinem eos habuisse, vt vicini contra fures, latronesque arma caperent, et expilatis succurrerent: inde autem fit, inquit ille, vt pauca admodum amittant: omnes enim vna mente res aliorum perinde, ac suas defendunt:

vt multi praetulerint carere penatibus, et propter iniurias vicinorum sedes suas profugerint. nisi aliter existimamus diuersum orbem gentes vniuersas petiisse, relicto patrio solo, Achaeos dico, et Hiberos, Albanos quoque, nec minus Siculos: et, vt primordia nostra contingam, Pelasgos, Aborigines, Arcadas, quam quia malos vici-
7 nos ferre non potuerant. Ac ne tantum de publicis calamitatibus loquar, priuatos quoque memoria tradidit, et in regionibus Graeciae, et in hac ipsa Hesperia detestabiles fuisse vicinos, nisi [l] Autolycus ille cuiquam potuit tolerabilis esse conterminus; aut Auentini montis incola, Palatinis vllum gaudium finitimis suis, Cacus attulit. Malo enim praeteritorum, quam praesentium meminisse, ne vicinum meum nominem, qui nec arborem prolixiorem stare nostrae regionis, nec inuiolatum seminarium, nec pedamenti [m] quidquam adnexum vineae, nec etiam pecudes [n] negligentius pasci, finit. Iure igitur, quantum mea fert opinio, M. Porcius [o] talem pestem vitare censuit, et in primis futurum agricolam praemonuit, ne sua sponte ad
8 eam perueniret. Nos ad caetera praecepta illud adiicimus, quod sapiens vnus de septem in perpetuum posteritati pronunciauit [p], [μέτρον [q] ἄριστον,] adhibendum modum mensuramque rebus; idque, vt non solum aliud acturis, sed et agrum paraturis dictum intelligatur, ne maiorem, quam ratio calculorum patiatur, emere velit. nam huc pertinet praeclara nostri poetae sententia. – – *laudato ingentia rura, Exi-*
9 *guum colito.* Quod vir eruditissimus, vt mea fert opinio, traditum vetus praeceptum

l) *si* inf. *L.* m) *pedamentum adn. I. B. R. pedamentum ad nexum P. pedamenta anexum L.* n) *pecudis negleg. P.* o) *Portius I. B. R. Gr. G. St.* p) *pronunciauit I. B. R. I. J. H.* q) *μέτρον ἄριστον* abest *P. I. B. R. it. Goes. et Lips. adhibendi L.*

dunt: vnde nonnulli existimarunt hoc protulisse Hesiodum, cum cecinit, *Sed neque bos vnquam periret, nisi quis malum vicinum habeat.* Respexisse enim eum ad hunc Cumanorum morem, quem egregie cognitum habebat: illinc enim oriundus erat. quod ipse quoque in Poemate suo testatus est: ait enim, patrem ipsius dium relicta Cuma Aeolide in Boeotium agrum migrasse. Eruditam, elegantemque Hesiodii carminis declarationem ex abditis Graecorum monimentis erutam, non incommode mihi videor peruulgasse. VICTOR.

3, 6 ACHAEOS) Quorum colonia in Ponti interiora penetrauit, nomine quoque Achaeorum seruato. Scylax p. 30, et ad eum locum Is. Vossius. Plin 6, 5 f. 5

3, 6 HIBEROS) f. *Iberos*, Asiaticam et ipsam gentem Ponti accolam, quam cum *Persis ac Phoenicibus Celtisque ac Poenis in Hispaniam venisse Varro tradit* apud Plin. 3, 1 f. 3. Iberiam Celtiberiamque inde dictam Hispaniam, apertum est.

3, 7 ALBANOS) Iberorum vicinos, qui forte conditores fuere *Albanensium* ad Iberum flumen apud Plin. 3, 3 f. 4 n. 4. De reliquis nihil addimus, cum res sit obuia.

3, 7 IN HAC IPSA HESPERIA) Antiquo Italiae nomine vtitur in fabula Caci commemoranda. Hic enim ad Hesperiam pertinet: Vlysses ille auus maternus ad Graeciam.

3, 8 PRONVNCIAVIT ADHIBENDVM MODVM) Ver[…] hinc Graeca tollenda puto, nam Latinis vim illarum expressit Columella, nec in antiquis libris vestigium ipsorum videtur. Cum, quibus vocibus Graeci hanc sententiam proferrent, quispiam in margine sui libri adscripsisset, librarius aut corrector aliquis, operae pretium se facere putauit, si ea huc inculcaret, vbi necessariae nullo modo sunt. Plinius etiam praeceptum hoc Latinis verbis enunciauit lib. 18, c. 6, *Imo hercule iudico, modum rerum omnium vtilissimum.* VICTOR. Graeca verba irrepserunt ex margine. Item vox *equis* infra addita est; et legendum, *quos ne circumire* quidem valent. VRSIN.

3, 8 EMERE VELIT) Non contemnenda etiam scriptura esset, *emere velint*; nam refertur ad *acturis sed et agrum paraturis.* Ita planior videri posset sententia. Ad eundem modum et cap. 4. locutus est: *sequitur deinceps Caesonianum praeceptum, quo fertur vsus etiam Cato, mercaturis agrum reuisendum saepius eum, quem velint mercari.* PONTED.

3, 8 LAVDATO) Virg. Georg. 2, 397. Plin. 18, 6 f. 7. *modum agri inprimis seruandum antiqui putauere. Quippe ita censebant, satius esse minus serere, et melius arare; qua in sententia et Virgilium fuisse video – – Modum iudicem rerum omnium vtilissimum.* Simile illud apud Plutarch. de poët. aud. p. 39. 1. H. St. *νῆ' ὀλίγην αἰνεῖν, μεγάλῃ δ' ἐνὶ φορτία θέσθαι.*

3, 10 LI-

ptum numeris fignauit. quippe acutiffimam gentem Poenos dixiffe conuenit, Imbecilliorem agrum, quam agricolam effe debere: quoniam, cum fit colluctandum cum eo, fi fundus praeualeat, allidi dominum. nec dubium quin minus reddat laxus ager
non recte cultus, quam anguftus eximie. Ideoque poft reges exactos Liciniana ‡ 10
illa feptena iugera, quae plebis [r] tribunus viritim diuiferat, maiores quaeftus antiquis retulere, quam nunc nobis praebent ampliffima vetereta [s]. Tanta ‡ quidem Curius Dentatus, quem paullo ante retulimus, profpero ductu parta victoria, ob eximiam virtutem deferente populo praemii nomine, quinquaginta foli iugera, fupra confularem triumphalemque fortunam putauit [t] effe: repudiatoque publico munere po-
pulari, hac [u] plebeia menfura contentus fuit. Mox etiam cum agrorum vaftitatem 11
victoriae noftrae, et interniciones [x] hoftium feciffent, criminofum tamen fenatori fuit fupra quinquaginta iugera poffediffe, fuaque lege C. Licinius damnatus eft, quod agri modum, quem in magiftratu rogatione tribunicia promulgauerat, immodica poffidendi libidine tranfcendiffet: nec magis quia fuperbum videbatur tantum loci detinere, quam quia flagitiofum, quos hoftis profugiendo defolaffet agros, nouo
more ciuem Romanum fupra vires patrimonii poffidendo deferere. Modus ergo, 12
qui in omnibus rebus, etiam ‡ parandis agris adhibebitur. tantum enim obtinendum eft, quanto eft opus, vt emiffe videamur quo potiremur, non quo [y] oneraremur ipfi, atque aliis fruendum eriperemus, more praepotentium, qui poffident fines gentium, quos ne circumire [z] equis quidem valent; fed proculcandos [a] pecudibus, et vaftandos ac [b] populandos feris derelinquunt, aut occupatos nexu ciuium [c], et ergaftulis tenent.
Modus autem erit fua [d] cuique moderata [e] voluntas, facultafque. Neque enim fatis 13
eft, vt iam prius dixi, poffidere [f] velle, fi colere non poffis.

IV. SEQVITVR deinceps Caefonianum † praeceptum, quo fertur vfus etiam Cato

‡) *liciana P.* r) *trib. pleb. Gesf.* s) *veterata L. I. B. R. vervacta I. I. H. A. Gr. G. St.* ‡) *tantum P. L.* t) *Satis* inf. *Gesf.* u) *ac I. B. R. H. A. Gr.* x) *internitiones, I. B. R. I. I. H. A. internetiones Gesf. P. interuenitiones L.* ‡) *et in I. B. R.* y) *quo* omitt. *G.* z) *circuire quoque valent I. B. R. I. I equis* abeft etiam *L.* a) *proculcandos, et pecudibus vaftandos ac etc. H.* b) *ac populandos* om. *Gesf. I. B. R.* c) *crurum I. I. H. A.* it. marg. *Victor.* d) *unicuique I. B. R.* e) *moderata* om. *L. I. B. R.* f) *poffidere* omittit *P.* [C. IV.] †) *Cenfolenum L.*

3, 10 LICINIANA ILLA) V. 1, 2, 9.

3, 10 VETERETA) Vid. Ind. in *veruagere. Veruacta* legendum vix dubito. *Vetereta* Victorii reuerentiae condonanda cenfui, qui etiam in emendandis pofuit, legendum hic *vetereta.*

3, 10 TANTA QVIDEM) Nifi hic peccatum eft a librariis quod fufpicor, *tanta* referendum ad *victoria.*

3, 10 CVRIVS DENTATVS) Hiftoria extat apud Aurelium Victorem de Viris Illuftr. c. 33. quamuis ibi male legatur *quaterna dena.* Alii *feptem dena* alii *feptena*, quod rectum eft, et a Schotto ex noftro auctore, item Plinio 8, 3 et Valerio Maximo 4, 3, 5 adferitur. SCHOETTG. Conferendus omnino Colum. 1. pr. 14.

3, 11 QVINQVAGINTA IVGERA) Verum omnino eft *quingenta* iugera: vid. quae ad V. 1, 2, 9. difputata funt. Iamque emendandum ita vidit Columellam, Dion. Voffius ad Vell. Paterc. 2, 6, 3. quod Almeloueenius hic obferuauit: itemque Thyfius ad Gell. 7, 3. p. 385. denique Broukhufius in margine libri fui.

3, 11 QVIA SVPERBVM VIDEBATVR) h. e. parum ciuile, et regiae libidini proximum: de qua fignificatione Burm. ad Petron. c. 18.

3, 12 NEXV CIVIVM) Videtur legendum *nexu crurum*, quam lectionem veram et germanam putamus. VRSIN. Tò *ciuium* retinent Gesf. et Lipf. vt et plures editi: Explica ergo, *nexu ciuium*, i. e. ciuibus ob aes alienum nexis. Nam apud Romanos, qui liberi erant, et aere alieno grauati, in carcerem conüci a creditoribus, et ad operas manuarias adigi poterant. Vide quae habet Godeleuaeus ad Liuium 2, 23. Barthius Aduerf. 46, 13. SCHOETTG. Recte V. C. et viderat hoc etiam Gronouius obf. 1, 8 p. 76.

4, 1 QVO FERTVR VSVS) Indicat hoc verbo Columella, non tam e libro Caefonii hoc prae-

Cato[a], mercaturis agrum esse reuisendum saepius eum, quem velint[b] mercari. Nam
prima inspectione neque vitia neque virtutes abditas ostendit, quae mox retractan-
tibus facilius apparent. Inspectionis quoque velut formula nobis a maioribus tradita
est[c], agri pinguis, ac laeti: de cuius qualitate dicemus suo loco, cum de generibus
2 terrae differemus. In vniuersum tamen quasi testificandum, atque saepius praedi-
candum habeo, quod primo iam Punico bello dux inclutissimus M. Attilius Regulus
dixisse memoratur, fundum, sicuti ne foecundissimi quidem soli, cum sit[d] insalu-
bris; ita nec effoeti †, si vel saluberrimus sit, parandum: Quod Attilius aetatis suae
3 agricolis, maiore cum auctoritate suadebat ‡ peritus vsu. nam Pupiniae pestilentis
simul et exilis agri[e] cultorem fuisse eum, loquuntur historiae. Quapropter cum sit
sapientis, non vbique emere, nec aut vbertatis illecebris, aut deliciarum[f] concinni-
tate decipi: sic vere † industrii patrisfamilias est, quicquid aut ‡ emerit aut accepe-
rit, facere fructuosum atque[g] vtile: quoniam et grauioris caeli multa remedia prio-
res tradiderunt, quibus mitigetur pestifera lues; et in exili terra cultoris prudentia
4 ac diligentia maciem soli vincere potest. Haec autem consequemur, si verissimo
vati, velut oraculo crediderimus dicenti, *Ventos, et varium*[h] *caeli praediscere morem*
Cura sit, ac patrios cultosque, habitusque locorum, Et quid quaeque ferat regio, et quid
quaeque recuset: nec contenti tamen auctoritate vel priorum vel praesentium colo-
norum, nostra praetermiserimus exempla, nouaque quae[i] tentauerimus[k], experi-
5 menta. Quod etsi per partes nonnunquam damnosum est; in summa tamen fit
compendiosum, quod nullus ager sine profectu colitur: simul attentando[l] posses-
sor efficit, vt in id formetur, quod maxime praestare[m] possit. ea res etiam fera-
cissimos[n] agros vtiliores reddit. Itaque nusquam experimentorum varietas omit-
tenda[o] est; longeque etiam in pingui solo magis audendum, quoniam nec laborem
6 nec sumtum frustratur effectus. Sed quum[p] refert, qualis fundus, et quo modo
colatur[q]; tum, villa qualiter aedificetur, et quam vtiliter disponatur. Multos enim
deerrasse, memoria prodidit, sicut praestantissimos viros L. Lucullum, et Q. Scae-
volam,

a) *Cato Marcus Goes. I. B. R. f.* orta vox ex compendiosa scriptione *mercaturis* om. *L.* b) *velis L. I. B. R.* c) *est Agri a. V.* †) *M.* abest *P.* d) *sit* omiss. *I. B. R.* †) *effecti, vel saluberrimus P.* ‡) *veniebat I. B. R. censebat L.* e) *agricultorem* iunct. *I. B. R. G.* f) *delitiarum I. I. H. A. G.* †) *vere* abest *I. B. R. verum P.* ‡) *aut* deest *I. B. R. aut erit P.* g) *aut I. B. R.* h) *proprium Goes. L. I. B. R.* i) *quae* deest *I. B. R.* k) *temptauerimus I. I. H. A.* l) *tentando I. B. R.* m) *praestari Goes.* n) *ferocissimos I. B. R.* o) *obmittenda I. B. R. A. G.* p) *quoniam* editi. q) *colatur, tum villa qualiter aedificetur, et quam* abest *G.*

praeceptum a se petitum, licet similia in eo legantur, in ipso principio 1, 1; quam ex tradita ab aliis ad posteros fama.

4, 1 DE GEN. TER. DISSEREMVS) L. 2, c. 2.

4, 2 M. ATTILIVS) Plin. 18, 5.

4, 2 PVPINIAE) V. 1, 9, 5.

4, 4 VENTOS) Georg. 1, 42.

4, 6 SED QVVM) Videtur legendum *sed cum refert;* sequitur enim, *tum villa.* VRSIN. Vterque Codex Goes. et Lips. habet *cum.* Obseruo autem hac occasione, in variis MSS. Columellae τὸ *quoniam* abbreuiatum esse in *quom* vel *quum,* quod non attendentes imperiti librarii voces hasce promiscue in describendo adhibuerunt. SCHOETTG. Nihil dubitaui, recipere illud *quum,* praesertim cum etiam mihi ista permutatio frequentissime obseruata sit. Similem periodum, vbi τῷ *Cum* ita respondet *tum,* vt non propositionem nouam addat apodosis, sed partem modo praedicati, habemus Col. 1, 5, 8.

4, 6 MEMORIA) Primus est casus, et notat historicam famam, aut tale quid. Frequentius tamen occurrit numero plurali. Minucius Felix 31, 2 *Memoriae et tragoediae vestrae incestis gloriantur, quas vos libenter et legitis et auditis,* vbi vide Elmenhorstium et Cellarium. SCHOETTG. vid. nostr. 1, 3, 7.

volam, quorum alter maiores, alter minus amplas, quam postulauit modus agri,
villas extruxit, cum vtrumque sit † contra rem familiarem. Diffusiora enim con- 7
septa, non solum pluris aedificamus, sed etiam impensis maioribus tuemur: at mi-
nora cum sunt, quam postulat fundus, dilabitur fructus. nam et humidae res, et
siccae, quas terra progenerat, facile vitiantur, si aut non sunt, aut propter angu-
stias incommoda sunt tecta, quibus inferantur. Proportione etiam facultatum [r], 8
quam optime paterfamilias debet habitare, vt et libentius rus veniat, et degat in eo
iucundius. Vtique vero, si etiam matrona comitabitur [s], cuius vt sexus, ita animus
est delicatior. quamobrem [t] amoenitate aliqua demerenda † erit, quo patientius
moretur cum viro. eleganter igitur aedificet agricola: nec sit tamen aedificator, at-
que areae idem [u] tantum complectatur [x], quod ait Cato, quantum ne villa fundum
quaerat, neue fundus † villam: cuius vniuersum situm qualem oporteat esse, nunc
explicabimus. Quod inchoatur aedificium, sicut salubri regione, ita saluberrima 9
parte regionis debet constitui. Nam circumfusus aer atque corruptus plurimas af-
fert corporibus nostris causas offensarum. Sunt quaedam loca, quae solstitiis minus
concalescunt, sed frigoribus hiemis intolerabiliter [y] horrent, sicut Thebas ferunt
Boeotias [z]. Sunt quae tepent hieme, sed aestate saeuissime candent, vt affirmant
Euboicam Chalcidem [a]. Petatur igitur aer calore et frigore temperatus, quem [b] 10
fere medius obtinet collis, quod neque depressus hieme pruinis torpet, aut torret †
aestate vaporibus, neque elatus in summa montium perexiguis ventorum motibus,
aut pluuiis omni tempore anni [c] saeuit. Haec igitur est medii collis optima positio,
loco tamen ipso paullulum [d] intumescente; ne cum a vertice torrens imbribus con-
ceptus effluxerit [e], fundamenta conuellat.

V. SIT autem vel intra villam, vel extrinsecus inductus fons perennis; lignatio, pabulumque vicinum. Si deerit fluens vnda, putealis quaeratur in vicino, quae

†) *sit enim P.* r) *facultatium Gesn.* s) *comitatur I. B. R.* t) *quamobrem* om. *L. I. B. R.* †) *delectanda P.* u) *aedem I. B. R.* in antiquo *pedem* corruptum *aedem P. edem L. pedem Gesn.* x) *contemplatus I. B. R.* †) *fructus L. I. B. R.* y) *intollerabiliter R. H.* z) *Boetias I. B. R.* a) *Calcidem L. I. I.-St.* b) *qui fere medios optinet colles I. B. R. qui medios collis Gesn.* †) *torretur I. B. R.* c) *anni* om. *L.* d) *paulum P.* e) *adfluxerit P. et Gesn. affluxerit Lips.*

4, 6 L. LVCVLLVM ET Q. SCAEVOLAM) Plin. 18, 6. s. 7. *Cum villa Scaeuolae fundus careret, villa Luculli agro. Quo in genere censoria castigatio erat, minus arare, quam verrere.* Conf. 1, 11, 1.

4, 8 DEGAT IN EO IVCVNDIVS. VTIQVE VERO SI) Videtur legendum *degat in eo iucundius. Vtique vero si etiam* etc. VRSIN. Ingeniose non tantum sed vere ista in mentem venisse arbitror viro doctissimo: suffragante praesertim Mediceo Codice, quem Politianus contulit. Caeterum illam proportionem, de qua hic Columella, breuiter expressit, Buchnero obseruante, Hor. 1, Od. 12, 43 *auitus* APTO CVM LARE *fundus*. Vir doctus in Bibl. resonnée ait, recipi debuisse. Recipiatur ergo postea.

4, 8 AEDIFICATOR) Quod de Attico negat Nepos 25, 13, 1 ad quem locum sententias veterum congestas habes in editione Bosii.

4, 8 CATO) c. 3.

4, 9 THEBAS BOEOTIAS) Cui regioni *crassum aerem* hac etiam causa tribui dixeris a Satyrico.

4, 10 AVT TORRET AESTATE) *torretur* legendum esse nemo non videt. VRSIN. Sed quid si dictum est *torret* aestate, vt *mutat*, *vertit*, *mouet* e. i. g. a. ipsumque adeo *ardet*.

4, 10 PEREXIGVIS VENTORVM MOTIBVS) Non quo in montosis perexiguos ventorum motus esse velit Columella, sed, qui perexigui sunt in plano ventorum motus, iidem *in montibus saeuiunt*. Montes intellige, quales vulgo sunt. Alia enim ratio est celsissimorum, et supra nubium regionem eleuatorum montium; Athonis v. g. et Olympi, vbi ne cineres quidem in altaribus subdiualibus imbre aut vento abiguntur, si verum prodidere de illo Mela 2, 3, de hoc, quantum coniectura licet assequi, Solinus c. 9.

2 quae non ſit hauſtus profundi, non amari ſaporis aut ſalſi. Haec quoque ſi defi-
cient [a], et ſpes arctior aquae manantis coegerit, vaſtae ciſternae hominibus, piſci-
naeque pecoribus [b] inſtruantur, colligendae aquae tandem pluuiali, quae ſalubritati
corporis eſt accommodatiſſima. ſed ea ſic habetur eximia, ſi fictilibus tubis in con-
tectam [c] ciſternam deducatur. huic proxima fluens aqua † e montibus oriunda, ſi [d]
per ſaxa praeceps deuoluitur, vt eſt in Guarceno Campaniae. tertia [e] putealis, vel [f]
3 collina, vel quae non infima valle reperitur. deterrima paluſtris, quae pigro lapſu re-
pit ‡. peſtilens, quae in palude ſemper conſiſtit. Hic idem tamen humor, quam-
vis nocentis naturae, temporibus tamen hiemis edomitus imbribus miteſcit; ex quo
caeleſtis aqua maxime ſalubris intelligitur, quod etiam venenati liquoris eluit per-
4 niciem. ſed hanc potui probatiſſimam diximus [g]. Caeterum ad aeſtuum [h] tempe-
randos calores, et amoenitatem [i] locorum, plurimum conferunt ſalientes riui, quos,
ſi conditio loci patietur, qualescunque, dummodo † dulces, vtique ‡ perducendos
in villam cenſeo. Sin ſummotus longius a collibus erit amnis, et loci ſalubritas,
editiorque ſitus ripae permittet ſuperponere villam profluenti [k], cauendum tamen
erit, vt a tergo potius, quam prae ſe flumen habeat, et vt aedificii frons auerſa ſit
ab infeſtis eius regionis ventis, et amiciſſimis aduerſa, cum plerique amnes aeſtate
vaporatis [l] hieme frigidis nebulis caligent [m]. quae niſi vi maiore inſpirantium ven-
5 torum ſubmouentur, pecudibus hominibusque conferunt peſtem. Optime autem
ſalubribus, vt dixi, locis ad orientem, vel ad meridiem, grauibus ad ſeptentrionem
villa conuertitur. eademque ſemper mare recte conſpicit, cum pulſatur, ac fluctu
6 reſpergitur; nunquam ex ripa, ſed [n] paullum ſubmota a littore. nam praeſtat
a mari

[C. V.] a) *deficiet I. B. R.* b) *pecori ſtruantur: quae tamen pluuialis aqua ſalubritati corporis eſt etc. L. I. B. R.* c) *contractam L.* †) *eſt* inſ. *Lipſ.* d) *ſi* abeſt *I. B. R.* e) *Tertium H.* f) *vel* om. *L. I. B. R.* ‡) *repet P. L.* g) *dixi I. B. R.* h) *aeſtiuos I. B. R. aeſtatum P. Geſ.* i) *amenitatem I. B. R. amaenitatem H. A.* †) *dum tamen P.* ‡) *itaque P.* k) *praefluenti Geſ. I. B. R.* l) *vaporantes Lipſ.* m) *caligant I. B. R.* n) *aut* inſ. *P. haud* inſ. *L.*

5, 2 SI DEFICIENT) Videtur legendum *deficiet.* nam refertur ad *vnda.* deinde: *huic proxima fluens, quae e montibus oriunda* etc. VRSIN.

5, 2 IN GVARCENO) *Guarcenum* nemo, credo, facile dixerit, quid fuerit. Quid ſi legamus *Gaurano?* Plin. 3, 5 ſ. 9. *Gauranos montes* inter *Maſſicos Surrentinosque* in Campania omnes collocat. De montanis ſermonem eiſe apparet. Haec ita ſcripſeram, cum poſtea deprehendi, ad editionem, quae penes me eſt, Regienſem A. 1496. ab antiqua manu, neſcio qua adſcriptum *Gaurano*: vtrum ex coniectura, an ex libro, non habeo dicere. Meum fuit cum fide illud indicare.

5, 3 VEL QVAE NON INFIMA) Si collina haberi non poteſt: certe talis ſit aqua putealis, quae neque in *infima valle*, quem *cardinem conuexitatis* vocat Plin. 31, 3 ſ. 26. confluxerit, vbi ſtando illam vitium capere neceſſe eſt.

5, 3 REPIT) Noſter infra c. 17 extr. *Aut ſi quis eam ſuperuenit humor, lente prorepit.* Claudianus de nuptiis Honorii et Mariae v. 96. *Tardaque ſudanti prorepunt balſama ligno.* Haec et plura notauit Crenius part. 10. p. 53, 54. SCHOETTG.

5, 4 QVAM PRAE SE FLVMEN) Plinius 18, 6 ſ. 7 *Conuenit, nec iuxta paludes ponendam eſſe villam, neque aduerſo amne.*

5, 5 EADEMQVE SEMPER MARE) Totus hic locus ita videtur emendandus: *Eademque ſemper mare recte conſpicit, cum pulſatur ac fluctu reſpergitur, nonnunquam ex ripa paullum ſummota a littore; nam praeſtat a mari nullo potius intervallo, quam breui refugiſſe, quia media ſunt ſpatia grauioris halitus* etc. VRSIN. Emendando corrupiſſe videtur hunc locum vir doctiſſimus. Hoc ſibi vult Columella: ſi maritimus ſit locus, villam aut ita prope ponendam ad mare, vt fluctibus alludatur: (vide mihi Horatianos interpretes ad illud *Contracta piſces aequora ſentiunt*) aut remouendam a littore longius. Villa *nunquam recte mare ex ripa conſpicit, aut paullum ſubmota a littore*: ita enim legendum aio, ſuffragantibus praeſertim Mſſ. qui hic *aut* vel *haud* interſerunt: τὸ *ſed* inducendum plane erat, ortum ex *ſeu*, quod primo aliquis pro *aut* poſuerat.

5, 6 QVAE

a mari longo potius interuallo, quam breui refugisse, quia media sunt spatia gra-
vioris halitus. Nec paludem quidem vicinam esse oportet aedificiis; nec iunctam
militarem viam, quod illa caloribus noxium virus eructat, et infestis aculeis armata
gignit animalia, quae in nos densissimis examinibus inuolant; tum etiam natricum[o]
serpentiumque pestes[p], hiberna destitutas[q] vligine, coeno et fermentata colluuie
venenatas[r], emittit, ex quibus saepe contrahuntur caeci morbi, quorum causas ne
medici quidem perspicere queunt; sed et anni toto tempore situs atque humor in-
strumentum rusticum, supellectilemque, et inconditos conditosque fructus corrum-
pit: haec autem praetereuntium viatorum populationibus, et assiduis diuertentium 7
hospitiis infestat rem familiarem. propter † quae censeo eiusmodi vitare incom-
moda, villamque nec in via, nec[s] pestilenti loco, sed procul et editiore situ con-
dere, [t] vt frons eius ad orientem aequinoctialem directa sit. Nam eiusmodi positio 8
medium temperatumque libramentum ventorum hiemalium et aestiuorum tenet:
quantoque fuerit aedificii † solum pronius orienti, tanto et aestate liberius capere
perflatus, et hiemis procellis minus infestari, et matutino regelari ortu poterit, vt
concreti rores liquescant: quoniam fere pestilens habetur, quod est remotum ac sini-
strum soli, et apricis flatibus; quibus si caret, nulla alia vis potest nocturnas prui-
nas, et quodcunque rubiginis aut spurcitiae resedit, siccare atque detergere. Haec
autem cum hominibus afferant perniciem, tum et armentis, et virentibus, eorumque
fructibus[u]. Sed quisquis aedificia[x] volet in decliuibus areis extruere, semper ab 9
inferiore parte auspicetur: quia cum ex depressiore[y] loco fuerint orsa fundamenta,
non solum superficiem suam facile sustinebunt, sed et[z] pro fultura et substructione[a]
fungentur, aduersus ea, quae mox, si forte villam prolatare libuerit, ad † superiorem
partem applicabuntur: quippe ab imo praestructa valenter resistent contra ea, quae
postmodum superposita incumbent[b]. at[c] si summa pars cliui fundata, propriam[d] 10
molem susceperit, quidquid ab inferiore mox apposueris, fissum erit, rimosumque.
Nam nouum[e] cum veteri adstruitur, rimosoque[f] recens aedificium, quasi surgenti
reluctans oneri cedit; et quod prius extructum[g] imminebit cedenti, paullatimque[h]
degrauatum[i] pondere suo praeceps attrahetur. Igitur id structurae vitium cum
primum statim[k] fundamenta iaciuntur, euitandum ‡ est.

VI. MO-

o) *natricium I. B. R. nantium P. L.* p) *pestis I. B. R.* q) *destituta I. B. R.* r) *venena I. B. R.* †) *propterque I. B. R.* s) *nec alio procul editiore situ I. B. R. nec alia procul editiore situ P.* t) *sic vt Gesn.* †) *aedificiis I. B. R.* u) *frugibus I. B. R.* x) *aedificare P.* y) *pressiore P.* z) *et* omiss. *P. esse praefulctura L.* a) dubium, vtrum *Substractione*, an *substructione*, an etiam *substrictione* legendum sit in vetusto codice, sed verius *substrictione P. substratione I. B. R.* †) *de sup. parte Gesn.* b) *incumbent P.* c) *Ad Pol.* d) *propria H. A.* e) *nouum* abest *I. B. R. tum cum P. L.* f) *rimosoque* om. *L. rimosumque* leg. *P.* g) *est* ins. *L.* h) *que* om. *L. I. B. R. I. I. H. A.* i) *degrabatum P.* k) *statum I. B. R.* ‡) *euitandus L. I. B.*

5, 6 QVAE IN NOS) Locus non vacat mendo. Sic autem videtur legendus, atque a mala interpunctione vindicandus. *Quae in nos - - inuolant: tum etiam - - destituta vligine, coeno, et - - vere natas emittit* etc. VRSIN. Vid. Pall. 1, 7, 4. add. Lancis. de noxiis paludum effluuiis. 1, 16. p. 46.

5, 6 TVM ETIAM NATRICVM) Minime spernenda lectio Mss. *nantium* quae respondent *serpentibus.*

5, 8 AEDIFICII SOLVM) Videtur legendum *aedificium soli.* VRSIN. Vetat hic audire Vrsinum N. Heinsius ad Ouid. Fast. 1, 109. et retineri *solum aedificii* iubet.

5, 10 RIMOSOQVE RECENS) Leg. *ruinosoque - - vrgenti - - imminebit cedenti, paulatim - - praeceps trahetur.* VRSIN. Si nihil aliud, certe pro *surgenti* sine cunctatione *vrgenti* legendum arbitror. Praeterea pro *cedit* malim *cedet*, vt *imminebit*, *attrahetur.*

6, 1 VR-

VI. MODVS autem, membrorumque numerus aptetur vniuerso consepto, et diuidatur in tres partes, vrbanam, rusticam, et [a] fructuariam. Vrbana rursus in hiberna [b] et aestiua sic digeratur, vt spectent hiemalis temporis cubicula brumalem
2 orientem: coenationes, aequinoctialem † occidentem. Rursus aestiua cubicula [c] spectent meridiem aequinoctialem, sed coenationes eiusdem temporis prospectent [d] hibernum orientem. Balnearia occidenti [e] aestiuo aduertantur, vt sint post meridiem et vsque in vesperum illustria. Ambulationes meridiano aequinoctiali
3 subiectae sint, vt [f] hieme plurimum solis, et aestate minimum recipiant. At [g] in rustica parte, magna et alta culina ponetur [h], vt et [i] contignatio careat incendii periculo, et in ea commode familiares omni [k] tempore anni morari queant. Optime solutis seruis cellae [l] meridiem aequinoctialem spectantes fient: vinctis quam saluberrimum

[C. VI.] a) *et* omitt. *P.* b) *hibernacula I. B. R. hiberna* etiam *L.* †) *aequinoctialem P.* c) *cubilia I. B. R.* d) *prospectant P.* e) *occidentia I. B.* f) *vt et hieme I. B. R. vt et hiems P.* g) *Ad P.* h) *ponatur I.* i) *et* deest *I. B. R. continuatio L.* k) *omnes I. B. R.* l) *caellae I. L. A.*

6, 1 VRBANA) *Pseudourbana* vocat Vitruu. 6, 8 extr. *Praetorium* Palladius et alii.

6, 1 HIEMALIS TEMPORIS CVBICVLA) Eleganter haec describit Asterius Amasenus homil. de diuite et Lazaro: *ζητεῖται γὰρ θερμὴ, οἰκία μὲν ἡ τοῦ χειμῶνος, καὶ τετραμμένη πρὸς τὴν ἀκτῖνα τῆς μεσημβρίας· ἀντεστραμμένη δὲ πρὸς ἄρκτον θερινὴ, ἵνα λεπταῖς ὁμοῦ καὶ ψυχραῖς ταῖς αὔραις ταῖς βορείαις καταπνέηται.* Plura Greenius de rustic. et villis vet. p. 209. f. et Crenius p. 10. pag. 56, 57. SCHOETTG.

6, 2 MERIDIEM AEQVINOCTIALEM) Inaudita forte alias appellatio, rationi certe aduersa, cum *meridies*, vt Plinii in hoc ipso argumento verbis vtar, *semper sit idem*, Nimirum ille et 18, 33 f. 76 et 77, vbi speculam quandam ventis explorandis, siue anemothericum construere docet, octo tantum plagas numerat, adiunctis ad *decumanum limitem* (h. e. lineam ab oriente aequinoctiali, ad eundem occidentem protensam) vtrinque hinc hiberno hinc aestiuo ortu vel occasu; quem deinde decumanum ad angulos rectos secat *cardo* h. e. a septentrione in meridiem procurrens linea. Et 2, 47 f. 46, vbi 12 ventos enumerat, orientis quidem et occidentis hiberni, aestiui, itemque aequinoctialis mentionem facit; de meridie autem et septentrione aliter loquitur. Vitruuius etiam 6, 7 vbi disputat ad quas regiones caeli aedificiorum genera spectare debeant *meridiem aequinoctialem* ignorat: itemque 1, 6 vbi dedita opera ventorum patrias et vias describit. Quin diserte Apuleius de mundo p. 62 ex Fauorino, *Quatuor mundi plagas imparem numerum habere ventorum; eo quod ortus et occasus mutentur tertia vice cum solis accessu, Meridies et Arctos iisdem [semper] regionibus sunt notatae. Ortus quippe accepimus Aequinoctialem, Solstitialem, Brumalem* etc. Quid ergo? an plane, et tribus quidem locis (Taceo, quod et 8, 8, 2 et 9, 5, 1. *hibernum* et *brumalem meridiem* commemorat) expungemus? vel ipsum Columellam imperitiae postulabimus in re non obscura? Neutrum opus est. Scilicet analogia quadam et proportione vsus *aequinoctialem meridiem* vocat ipsum cardinem, nusquam ad orientem neque ad occidentem declinantem: vt *oriens aequinoctialis* est ipse decumanus limes, nihil vel ad septentrionem, vel ad meridiem inflexus. Sed maior alia difficultas subest. Columella iis membris villae adsignat aequinoctialem meridiem, quae hieme quidem plurimum solis, aestate vero minimum recipere debent. Illustrat hunc locum Iac. Nicol. Loënsis Miscella. epiphyll. 4, 24 ex Xenophontis Memor. Socr. l. 3 [c. 8.] vnde summe tantum necessaria ponemus. *ἐν ταῖς πρὸς μεσημβρίαν βλεπούσαις οἰκίαις τοῦ μὲν χειμῶνος ὁ ἥλιος εἰς τὰς παστάδας ὑπολάμπει· τοῦ δὲ θέρους ὑπὲρ ἡμῶν αὐτῶν καὶ τῶν στεγῶν πορευόμενος, σκιὰν παρέχει.* Nimirum *meridiano aequinoctiali subiectam ambulationem*, porticum, *παστάδα*, intelligo eam quae spectet meridiem, sed habeat eadem tectum ita inclinatum, vt radii solis directi humum atque solum porticus feriant, quam diu sol non vltra 20, vt hoc vtar, gradus supra finitorem elatus est; cum primum autem ille superauit istud spatium a tecto intercepti arceantur radii, et in vmbra versari qui volunt sub tecto possint. Caeterum, quando in hoc argumento versamur, operae pretium fuerit, obseruasse aedificandi rationem antiquorum, paullo a nostra diuersam. Quod si enim sequi rationem a Columella propositam quis voluit, ille non quadrato consepto continuaque aedificatione concludere villam potuit; sed vel circulari forma opus fuit, vel minimum octangula, aut certe in plures quasi aediculas et lacinias dispersa, quae porticibus et ambulationibus coniunctae essent: quod ipsum quoque, si quis Plinii iunioris villas consideret, in eis obseruatum deprehendet: si ipsa domini verba inspiciat, inquam; quid enim pictum nobis offerant hodie, non moror.

6, 3 PLV-

rimum ſubterraneum ergaſtulum [m], plurimis, idque [n] anguſtis, illuſtratum feneſtris, atque a terra ſic editis, ne manu contingi poſſint. Pecudibus fient [o] ſtabu- 4
la, quae neque frigore neque calore infeſtentur. Domitis armentis duplicia bubilia [p] ſint, hiberna [q] atque aeſtiua. caeteris autem pecoribus, quae intra villam eſſe conuenit, ex parte tecta loca, ex parte ſub dio [r] parietibus altis, circumſepta, vt illic [s] per hiemem, hic per aeſtatem ſine violentia ferarum conquieſcant. Sed 5
omnia [t] ſtabula ſic ordinentur, ne quis humor influere poſſit: et vt quisque, qui ibi conceptus [u] fuerit, quam celerrime dilabatur, vt nec fundamenta parietum corrumpantur, nec vngulae pecudum. Lata bubilia [x] eſſe oportebit pedes decem, vel 6
minime nouem: quae menſura et ad procumbendum pecori, et iugario [y] ad circumeundum laxa miniſteria praebeat. Non altius edita eſſe praeſepia conuenit [z], quam vt bos aut iumentum ſine incommodo ſtans [a] veſci poſſit. Villico [b] iuxta ianuam fiat habitatio, vt intrantium exeuntiumque conſpectum habeat. Procuratori ſupra 7
ianuam ob easdem cauſas: et is tamen villicum obſeruet ex vicino: ſitque vtrique proximum horreum, quo conferatur omne [c] ruſticum inſtrumentum; et intra id [d] ipſum clauſus locus, quo ferramenta condantur [e]. Bubulcis paſtoribusque cellae po- 8
nantur iuxta ſua pecora, vt ad eorum curam ſit opportunus [f] excurſus. Omnes tamen quam proxime alter ab altero debent [g] habitare, ne villici [h] diuerſas partes circumeuntis ſedulitas diſtendatur, et vt inter ſe diligentiae et negligentiae [i] cuiusque teſtes ſint [k]. Pars autem fructuaria diuiditur in cellam [l] oleariam, torculariam, cellam [m] 9
vinariam, defrutariam [n], foenilia, paleariaque et apothecas, et horrea, vt ex iis quae ſunt in plano, cuſtodiam recipiant humidarum rerum tanquam vini aut olei venalium; ſiccae autem res [o] congerantur tabulatis, vt frumenta, foenum, frondes, paleae, caeteraque pabula. Sed granaria, vt dixi, ſcalis adeantur, et modicis feneſtellis [p] aquilonibus 10
inſpirentur. nam ea caeli poſitio maxime frigida et minime humida eſt; quae vtraque perennitatem conditis frumentis afferunt. Eadem ratio eſt in plano ſitae vinariae cel- 11
lae,

m) *ergaſtulum, plurimis ſitque a. V.* n) *ſicque Gr. ſitque id* omnes alii. o) *fient* omitt. *I. B. R. fiant I. I. H. A.* p) *bubula L. I. B. R.* q) *hibernacula Geſ.* r) *diuo P.* s) *illis P. ne ille L.* t) *ampla P.* u) *contentus L.* x) *bubulia P. cubilia L.* y) *adiugario P.* z) *conueniet I. B. R.* a) *ſtatus P. Geſ.* b) *Vilico P.* c) *omne* abeſt *I. B. R.* d) *ad G. Gryph.* e) *recondantur Geſ.* f) *oportunus I. B. R. H.* g) *debet P.* h) *vilici P.* i) *neglegentia P.* k) *de diuiſione membrorum villae, et primum de granariis Cap. VII. I. I.* l) *caellam I. I. A.* m) *caellam I. I. A.* n) *defructuariam I. defructariam B. R.* o) *res* omiſſ. *I. B. R.* p) *feneſtrellis I. B. R.*

6, 3 PLVRIMIS SITQVE) Ex V. C. videtur legendum *plurimis, idque* etc. deinde, *vel minimum nouem.* VRSIN. Recepi emendationem ita neceſſariam et apertam, vt viderim ita legendum, ante quam Vrſini librum vidiſſem.

6, 5 NE QVIS HVMOR) Pall. 1, 21. Pro verbis *et vt quisque* malim, *vtque is.*

6, 6 BOS AVT IVMENTVM) *aliud* ſubintellige. Nam et bos pertinet ad iumenta. Sic infra 6, 19, 1. *Sed et machina fabricanda eſt, qua clauſa iumenta bouesque curentur.* Bodaeus a Stapel ad Theophraſti hiſtor. plant. 3, 16. SCHOETTG.

6, 7 PROCVRATORI) Is in familia vrbana erat fiſcalis ſiue rationalis, qui rationes ducebat eorum, quae quotidie impendebantur, cui adiunctus erat diſpenſator, qui pecunias ſeruabat et expendebat. Vide Interpp. Petronii c. 30. et Pignorium de Seruis p. 330. Idem eius officium erat in villa. Caeterum in habitatione etiam fere conueniunt; nam ruſticus habitauit ſupra ianuam, ob rationem a noſtro adductam, vrbanus vero in atrio, eo loco, vbi introitus in triclinium. Petronius c. 30. *Nos iam ad triclinium perueneramus, in cuius parte prima procurator rationes accipiebat.* Vide, quae ibi notant Heinſius et Burmannus. SCHOETTG.

6, 10 SED GRANARIA, VT DIXI, SCALIS ADEANTVR, ET MODICIS FENESTELLIS AQVILONIBVS INSPIRENTVR) Haec de granariis a Columella ſuperioribus capitibus praecepta non inueni. PONTED. Illud de ſcalis tamen ſignificaſſe non obſcure vide-

lae, quae fubmota procul effe debet a balneis, furno, fterquilinio [q], reliquisque
immunditiis [r] tetrum odorem fpirantibus: nec minus a cifternis, aquisue falienti-
12 bus, ex [s] quibus [t] qui extrahitur humor, vinum corrumpit. Neque me praeterit,
fedem frumentis optimam quibufdam videri horreum camera [u] conte&tum, cuius
folum terrenum prius quam consternatur [x], perfoffum, et amurca [y] recenti non
13 falfa madefactum, velut Signinum opus pauiculis [z] condenfatur †. Tum deinde
cum exaruit, fimili modo pauimenta teftacea [a], quae pro aqua receperint amurcam [b]
miftam calci et arenae, fuperfternuntur, et magna vi pauiculis inculcantur, atque
expoliuntur, omnesque parietum et foli iuncturae teftaceis puluinis fibulantur.
Nam [c] fere cum [d] his partibus aedificia rimas egerunt, caua praebent et latebras
fubterraneis animalibus. Sed et lacubus diftinguuntur [e] granaria, vt feparatim [f]
14 quaeque legumina ponantur. Parietes oblinuntur [g] amurca fubacto luto, cui [h] pro
paleis admifta [i] funt arida oleaftri, vel fi ea non funt, oleae folia. Deinde [k] cum
praedictum tectorium inaruit, rurfus amurca [l] refpergitur, qua ficcata frumentum
15 infertur. Ea res ab [m] noxa curculionum, et fimilium animalium commodiffime vi-
detur conditas fruges defendere; quae nifi diligenter repofitae fint, celeriter ab eis
confumuntur. Sed id genus horrei, quod fcripfimus [n], nifi fit [o] in ficca pofitione
villae, quamuis granum robuftiffimum corrumpit fitu: qui fi nullus adfit, poffunt †
etiam defoffa frumenta feruari, ficut transmarinis quibufdam prouinciis, vbi puteorum
16 in modum, quos appellant [p] firos, exhaufta humus, editos a fe fructus recipit. Sed
nos in noftris regionibus, quae redundant vligine, magis illam pofitionem penfilis
horrei, et hanc curam pauimentorum et parietum probamus. quoniam, vt retuli [q],
fic emunita fola et latera horreorum prohibent curculionem [r]. quod genus exitii
cum incidit, multi opinantur arceri poffe, fi exefae fruges in horreo ventilentur, et
17 quafi refrigerentur [s]. id autem falfiffimum eft: neque enim hoc facto expelluntur
animalia, fed † immifcentur totis aceruis: qui fi maneant immoti, fummis tantum
partibus infeftantur [t], quoniam infra menfuram palmi non nafcitur curculio [u]: lon-
geque praeftat id folum, quod iam vitiatum eft [x], quam totum periculo fubiicere [y],
nam cum exiget vfus [z], facile eft, eo fublato, quod vitiatum erit [a], integro inferio-
re

q) *ftercuilino* P. *fterquiliniis* I. B. R. r) *immundiciis* I. I. H. A. s) *ex* deeft I. B. R. t) *quibus extrahitur humor, qui* L. Goef. I. B. R. u) *camare* P. x) *conftruatur* L. y) *amurga* P. L. z) *pilis* I. B. R. it. Goef. et Lipf. †) *condenfantur* I. I. a) *teftacia* P. *teftatia* I. B. R. b) *amurgam* P. L. et ita fere femper. *amurcham* I. B. R. c) *quoniam* P. Goef. *Cum fere in his partibus* Lipf. d) *cum in his* P. Goef. e) *diftinguntur* I. I. H. A. G. f) *feperatim* L. g) *obliniuntur* L. P. I. B. R. h) *quo* P. i) *admixta* I. B. R. k) *dein* P. l) *amurga* P. m) *obnoxiam gurgulionum* I. B. R. *noxia* Goef. n) *defcripfimus* coni. Brunkb. o) *fit in* om. L. I. B. R. †) *poffis* L. I. B. R. Lipf. etiam ftatim *feruare*. p) *apellant* I. B. R. q) *rettuli* P. *et a. V.* r) *gurgulionem* I. B. R. s) *refrigerantur* G. †) *et* P. t) *infeftentur* I. B. R. u) *gurgulio* I. B. R. x) *eft* omitt. I. B. R. y) *fubiacere* L. I. B. R. z) *vfus* deeft I. B. R. a) *erat* L. I. B. R.

videtur, cum in tabulato congeri res ficcas voluit.

6, 12 HORREVM CAMERA CONTECTVM) Codex S. Germani, quem euoluit Nic. Heinfius, legit *camara*, quam veram effe huius vocis orthographiam cenfent eruditi. Exempla habent Burmannus ad Petronium c. 30. Vide et Heinfium ad c. 40. SCHOETTG.

6, 13 PARIETVM ET SOLI IVNCTVRAE) Puluini ifti fiue tori funt partes cylindrorum in longitudinem quadrifariam fectorum, vt arcus nonaginta graduum in horreum pateat, reliquis autem fuperficiebus angulus rectus, quem includit paries cum folo, expleatur, vt locus ille rimis alias et cauis animalium opportunus, vitium tanto minus facere poffit.

6, 15 SIROS) σειρούς. De his fupra ad V. 1, 57, 2.

6, 18 VA-

re vti. ſed [b] haec, etſi extrinſecus, non [c] tamen intempeſtiue videor hoc loco retu-
liſſe [d]. Torcularia praecipue cellaeque [e] oleariae calidae eſſe debent, quia commo- 18
dius omnis liquor vapore ſoluitur, ac frigoribus magis conſtringitur [f]. oleum,
quod minus prouenit, ſi congelatur, fraceſcet [g]. Sed [h] vt calore naturali eſt opus,
qui contingit poſitione caeli, et declinatione, ita non eſt opus ignibus aut flam-
mis: quoniam [i] fumo et fuligine ſapor olei corrumpitur. propter quod torcular
debet a [k] meridiana parte [l] illuſtrari, neceſſe ne [m] habeamus ignes lucernamque
adhibere, cum premetur olea [n]. Cortinale vbi defrutum fiat, nec anguſtum, nec 19
obſcurum ſit, vt ſine incommodo miniſter, qui ſapam decoquet, verſari poſſit.
Fumarium quoque, quo materia, ſi non ſit iampridem caeſa, feſtinato ſiccetur, in
parte ruſticae villae fieri poteſt iunctum [o] ruſticis balneis. nam eas [p] quoque re-
fert eſſe, in quibus familia, ſed tantum feriis [q], lauetur. neque enim [r] corporis 20
robori conuenit frequens vſus earum. Apothecae recte ſuperponentur his locis,
vnde plerumque fumus [earum] [s] exoritur: quoniam [t] vina celerius vetuſteſcunt,
quae [u] fumi quodam tenore [x] praecocem [y] maturitatem trahunt. propter quod
et [z] aliud tabulatum eſſe debebit, quo admoueantur [a], ne rurſus nimia ſuffitione [b]
medicata ſint. Quod ad villae pertinet [c] ſitum, partiumque eius diſpoſitionem,
ſatis dictum eſt [d]. Circa villam deinceps haec eſſe oportebit: furnum et piſtrinum 21
quantum futurus numerus colonorum poſtulauerit: piſcinas minimum [e] duas: al-
teram, quae anſeribus ac pecoribus ſeruiat; alteram, in [f] qua lupinum, vimina,
et virgas, atque alia, quae ſunt vſibus noſtris apta, maceremus. Sterquilinia [g]
quoque duo ſint: vnum, quod noua purgamenta recipiat, et in annum conſer-
vet; alterum, ex quo vetera vehantur. ſed vtrumque more piſcinarum deue-
xum leni [h] cliuo, et extructum pauitumque [i] ſolum habeat, ne humorem trans-
mittant. plurimum enim refert, non adſiccato ſucco [k] fimum vires continere, et 22
aſſiduo macerari liquore, vt ſi qua interiecta ſint ſtramentis aut paleis ſpinarum
vel graminum ſemina, intereant, nec in agrum exportata ſegetes herbidas red-
dant.

b) *ſed* omitt. *I. B. R. et P.* c) *non tamen* omiſſ. *P.* d) *de torcularibus Cap. VIII. I. I.* e) *cellaeque I. B. R. caellaeque I. I. A.* f) *conficitur I. B. R. ſtringitur L.* g) *fraceſſet I. B. R. flaceſſit L.* h) *ſed* abeſt *L. I. B. R.* i) *quoniam* deeſt *P. cum I. B. R.* k) *a* omitt. *P.* l) *parte et inluſtrari P.* m) *ne* omiſſ. *P. L.* n) *de cortinalibus et apothecis vini Cap. XI. I. I. corticale L.* o) *vinctum I. B.* p) *eam I. ea B. R.* q) *fereis P.* r) *enim* omiſſ. *I. B. R.* s) *earum* om. *L. I. B. R.* t) *cum I. B. R.* u) *fumo L. I. B. R.* x) *genere I. B. R.* it. *Geſ.* et *L.* y) *praecoquem L. I. B. R. I. I. H. A.* z) *et* deeſt *I. B. R.* a) quid ſi *amoueantur?* b) *ſufumatione Geſ. I. B. R.* c) *pertinet* om. *L. I. B. R.* d) *Quae circa villam facienda ſunt Cap. X. I. I.* e) *minime L. I. B. R.* f) *alt. quae lupinum vlmi L.* g) *ſtercilinia P. L.* h) *leui P. L. Geſ.* i) *pauimentumque ſolo, ne I. B. R. pauitumque ſolo, ne I. I. pauimentumque ſola hab. Geſ.* k) *ſucco* omiſſ. *P. ſuco L.*

6, 18 VAPORE) Coniectura Broukhuſii eſt, *calore.* SCHOETTG. Damnaturus illam fuerat ſine dubio, ſi quando diligentius retractare iſta ei licuiſſet. Vid. Ind.

6, 18 AC FRIGORIBVS) Totus hic locus ita videtur emendandus: *Ac frigoribus magis conſtringitur. Oleum (quod minus ſaepe euenit) ſi congelatur, fraceſcit* etc. deinde legendum *fumus earum exoritur,* non *exoritur,* quod eſt in vulgatis editionibus. VRSIN.

6, 18 DECLINATIONE) Climate, vt ſupra adfuit. Non ergo opus eſt coniectura Broukhuſii, qui verbum vnum inſerendo legere vult *declinatione frigoris.* SCHOETTG.

6, 18 FVMO ET FVLIGINE) V. Pall. 1, 20, 2.

6, 20 FVMI QVODAM TENORE) Neque hic feliciter coniecit Broukhuſius, quum *tepore* ſubſtituit: vt placuit etiam Facciolato. *Tenor fumi* eſt fumus perpetuo appellens. Plin. 14, 2 ſ. 4, 3. *Viſula* (vitis) *impatiens variantis caeli, ſed contra tenorem vnum algoris aeſtusue conſtans.*

6, 20 QVOD AD VILLAE PERTINET SITVM) Ita videtur legendum. Nam *pertinet* vulgo abeſt. VRSIN.

dant. Ideoque periti rustici, quidquid ouilibus stabulisque conuersum progesse-
runt [l], superpolitis virgeis [m] cratibus tegunt, nec arescere ventis [n] sinunt, aut
23 solis incursu patiuntur exuri [o]. Area, si competit, ita constituenda [p] est, vt vel
a domino, vel certe a procuratore despici possit. Eaque optima est [q] silice [r] con-
strata, quod et celeriter frumenta deteruntur, non cedente solo pulsibus vngula-
rum tribularumque, et eadem euentilata mundiora sunt, lapillisque carent, et glae-
24 bulis, quas per trituram fere † terrena remittit area. Huic autem nubilarium [s]
applicari debet, maximeque in Italia, propter inconstantiam caeli, quo collata
semitrita frumenta protegantur, si subitaneus imber incesserit [t]. nam in trans-
marinis quibusdam regionibus, vbi aestas pluuia caret, superuacuum est. Po-
maria quoque et hortos oportet septo circumdari, et esse in propinquo, atque in [u]
ea parte, quo [x] possit omnis stercorata colluuies cortis [y] balineorumque [z], et oleis [a]
expressa amurcae [b] sanies influere [c]. nam eiusmodi quoque laetatur [d] alimentis
et olus et arbor.

VII. [a] HIS omnibus ita vel acceptis, vel compositis, praecipua cura domini
requiritur, cum in caeteris rebus, tum maxime in hominibus. Atque hi vel co-
loni, vel serui sunt [b], soluti [c], aut vincti. Comiter agat [d] cum colonis, facilemque
se praebeat, et auarius opus exigat, quam pensiones: quoniam et minus id offen-
dit, et tamen in vniuersum magis prodest. Nam vbi sedulo colitur ager, plerum-
que compendium, nunquam (nisi si caeli maior vis, aut praedonis incessit) detri-
2 mentum affert, eoque remissionem colonus [e] petere non audet. Sed nec † domi-
nus in vnaquaque re, cui [f] colonum obligauerit, tenax esse iuris sui debet, sicut
in diebus pecuniarum, vt lignis et caeteris paruis accessionibus exigendis, quarum
cura maiorem molestiam, quam impensam rusticis affert. Nec sane est vindican-
dum nobis quidquid licet. Nam SVMMVM ius antiqui summam putabant cru-
cem. Nec rursus in totum remittendum: quoniam vel OPTIMA nomina non ap-
3 pellando [g] fieri mala, foenerator Alphius [h] dixisse verissime [i] fertur. Sed et ipse
nostra

l) *proiecerunt L.* m) *virgis tegunt L. I. B. R. I. I.* n) *ventis sinunt, aut* deest *L. I. B. R.* o) *exuri* deest *I. B. R.* p) *construenda L.* q) *est in Silice P. Goes. est in silice constructa I. B. R.* r) *scilicet Gr.* †) *ferre P.* s) *nubilar P. Goes.* t) *ingesseris P.* u) *in* deest *I. B. R.* x) *qua Goes.* y) *cohortis I. B. R.* z) *balneariorumque I. B. R. balneorumque H. A.* a) *olleis I. B. R.* b) *amurgae P. amurce H. A.* c) *refluere I. B. R.* d) *lactatur I. letatur B. R.* [C. VII.] a) *Cap. XI. I. I.* b) *sunt; et aut I. B. R.* c) *soluti sunt, aut P.* d) *agere L.* e) *colonis I. B.* †) *ne G.* f) *cum L. I. B. R.* g) *interpellando L.* h) *Alfius Goes.* i) *seuerissime I. B. R.*

7, 1 CAELI MAIOR VIS) Quid intelligatur hoc nomine, Plinius doceat 18, 28 f. 69 *Ante omnia autem duo esse genera caelestis iniuriae meminisse debemus. vnum quod tempestates vocamus, in quibus grandines, procellae, caeteraque similia intelliguntur: quae cum acciderint, vis maior appellatur.* Add. Cic. de Inu. 2, 33. Sen. de benef. 2, 18 et 4, 39. Lactant. de ira Dei c. 15. Loca ICtorum, quin haec etiam, quae protulimus, indicauit Laur. Andreas Hambergerus, quem magnum nobis fata ICtum intercepere, diss. altera de incendiis fol. 3, 2. Eandem Θεῦ βίαν a Graecis vocari ostendit. Addimus, alio sensu vim diuinam e Gellio 9, 11 dici eam, quae impulisse coruum M. Valerii Coruini auxiliatorem crederetur.

7, 2 SVMMVM IVS) Ter. Heautont. 4, 5, 48 *summam malitiam* vocat; Cicero Offic. 1, 10 *summam iniuriam.* Ad Terentii locum multa notauit Weizius. Ἄκρατος δικαιοσύνη summum ius Platoni dicitur verbis illis lib. 8 Polit. Πῶς ποτε ἡ ἄκρατος δικαιοσύνη πρὸς ἀδικίαν τὴν ἄκρατον ἔχει. Ἄκρατον δικαιοσύνην dixit, quod τὸ ἀκριβοδίκαιον Aristoteles Ethic. 5, 10 extr. quasi strictum siue exactum ius. Haec Crenius part. 10. p. 59. SCHOETTG.

7, 2 ALPHIVS) Mentionem illius facit Horatius

nostra memoria veterem consularem, virumque opulentissimum † L. Volusium as-
severantem audiui, patrisfamilias[k] felicissimum[l] fundum esse, qui colonos indigenas
haberet, et tanquam in[m] paterna possessione natos, iam inde a cunabulis longa fa-
miliaritate retineret. Ita certe mea fert opinio, rem malam esse frequentem loca-
tionem fundi: peiorem tamen vrbanum colonum, qui per familiam mauult agrum,
quam per se colere. Saserna dicebat ab eiusmodi homine fere pro mercede litem 4
reddi. propter quod operam dandam esse, vt et rusticos, et eosdem assiduos colo-
nos retineamus, cum aut nobismetipsis non licuerit, aut per domesticos colere non
expedierit: quod tamen non euenit, nisi in his regionibus, quae grauitate caeli,
solique sterilitate vastantur. Caeterum cum mediocris adest et salubritas, et terrae 5
bonitas, nunquam non ex agro plus sua cuique cura[n] reddidit[o] quam coloni: nun-
quam[p] non etiam villici, nisi si maxima vel negligentia[q] serui, vel rapacitas inter-
venit †. Quae vtraque peccata plerumque vitio domini vel committi, vel foueri,
nihil dubium est: cum liceat aut cauere, ne talis praeficiatur negotio; aut iam prae-
positus, vt submoueatur curare. In longinquis tamen fundis, in quos non est faci- 6
lis excursus patrisfamilias, cum omne genus agri tolerabilius[r] sit sub liberis colonis,
quam sub villicis[s] seruis habere, tum praecipue frumentarium, quem[t] minime
(sicut vineas aut arbustum) colonus euertere potest, et maxime vexant serui, qui
boues elocant, eosdemque et caetera pecora male pascunt, nec industrie terram ver-
tunt, longeque plus imputant seminis iacti, quam quod seuerint: sed nec quod ter-
rae mandauerint sic adiuuant, vt recte proueniat: idque[u] cum in aream contule-
runt, per trituram quotidie[x] minuunt vel fraude, vel negligentia[q]. nam et ipsi 7
diripiunt, et ab aliis furibus non custodiunt. sed nec conditum cum fide rationi-
bus inferunt. Ita fit[y], vt et actor, et familia peccent, et ager saepius infametur.
quare talis generis praedium, si, vt dixi, domini praesentia cariturum est, censeo
locandum.

VIII.[a] PROXIMA est[b] cura de seruis, cui quemque officio praeponere conveniat, quosque et qualibus operibus destinare. Igitur praemoneo ne villicum ex eo

†) *oppulentissimum H. A.* k) *patrisfamilias* om. *L. I. B. R. I. I.* l) *foelicissimum I. B. R. H. A. G.* m) *in* abest *P.* n) *plura L.* o) *reddit I. B. R.* p) *non nunquam L.* q) *neglegentia P.* †) *interuenit* om. *L.* r) *tollerabilius L. H.* s) *vilicis P.* t) *quem et P. L.* u) *et id quod in area cont. L.* x) *quotidie H.* y) *fit* omitt. *I. B. R.* [C. VIII.] a) *Cap. XII. I. I.* b) *est de cura P.*

ratius epod. 2,67 *Haec vt locutus foenerator Alphius* etc. VRSIN.

7, 3 L. VOLVSIVM) Forte Cos. suffectus, an idem, qui praefectus vrbis, de quo Plin. 7, 14. Tac. A. 13, 30. ALMEL. Eum frustra quaeres in Fastis. Tacitus Annal. 3, 30, 1 *Fine anni concessere vita insignes viri, L. Volusius et Sallustius Crispus. Volusio vetus familia, neque tamen praeturam egressa. Ipse consulatum intulit, censoria etiam potestate legendis equitum decuriis functus, opumque, quis domus illa immensum viguit, primus adcumulator.* Haec Crenius. Integrum nomen fuit L. Volusius Saturninus, quem tanquam virum consularem inter grandaeuos laudat Plinius H. N. 7, 48. In Fastis vero occurrit Q. Volusius Saturninus Cos. suffectus a. v. c. 809. SCHOETTG.

7, 5 NVNQVAM NON EX) Videtur legendum *nonnunquam* et hic et p. p. VRSIN. Plane peruertit sententiam Columellae haec coniectura. Nihil lectione, quam dedimus, sanius.

8 In titulum: *de pecore et pecorum magistris.* Ineptum argumentum, quoniam in hoc capite neque de pecore, neque de pecorum magistris loquitur Columella, sed de villico, villicique officiis, quae tamen ad ipsum patrem familias pertinent: idcirco hoc caput a superiori seiungendum non videtur; primum quod de villico seorsim egit, integroque libro, qui est vndecimus, *villicus*, (vt Clar. Morgagnus docet) inscriptus, villici

eo genere seruorum, qui corpore placuerunt instituamus: ne ex eo quidem ordine,
2 qui vrbanas ac delicatas arteis exercuerit. Socors et somniculosum genus id man-
cipiorum [c], otiis [d], campo, circo, theatris, aleae, popinae, lupanaribus consuetum,
nunquam non easdem ineptias somniat, quas cum in agriculturam transtulit, non
tantum in ipso seruo, quantum in vniuersa re detrimenti dominus capit. Eligendus
est rusticis operibus ab infante duratus, et inspectus experimentis. Si tamen is non
3 erit, de iis praeficiatur, qui seruitutem laboriosam tolerauerunt [e]. Iamque is [f] tran-
scenderit aetatem primae iuuentae, nec dum senectutis attigerit. illa ne et auctori-
tatem detrahat ad imperium, cum [g] maiores dedignentur parere adolescentulo: haec
ne [h] laboriosissimo † succumbat [i] operi. Mediae igitur sit aetatis, et firmi roboris,
peritus rerum rusticarum, aut certe maximae [k] curae, quo celerius addiscat. Nam
4 non est nostri negotii [l] alterum imperare, et alterum docere. NEQVE enim recte
opus exigere valet, qui, quid aut qualiter faciendum sit, ab subiecto discit. Potest
etiam illiteratus [m], dummodo [n] tenacissimae sit [o] memoriae, rem satis commode ad-
ministrare. Eiusmodi villicum Cornelius Celsus ait, saepius numos [p] domino, quam
librum afferre, quia nescius literarum vel ipse [q] minus possit rationes confingere, vel
5 per alium propter conscientiam [fraudis] [r] timeat [s]. Sed qualicunque villico con-
tubernalis mulier assignanda [t] est, quae contineat eum, et in quibusdam rebus tamen
adiuuet. Idemque [u] actori praecipiendum est, ne conuictum cum domestico, multo-
que

c) *mancupiorum P.* d) *ociis I. B. R. H.* e) *tollerauerunt H.* f) *qui I. B. R. his, qui P.* g) *quom I. B. R. quũ P.* sed *cum* et *quoniam* fere semper permutantur. h) *nec I. B. R.* †) *laborissimo G.* i) *succumbebat* Sphalma *B.* k) *maxime I. I.* l) *negocii I. B. R.* m) *inlitteratus P. illitteratus I. B. R. I. I.* n) *dummodo* deest *I. B. R.* o) *sit* om. *L. I. B. R.* p) *nummos I. B. R. I. I.* q) *ipse* omiss. *I. B. R.* r) *fraudis* abest *P.* s) *timere* omnes praeter *P.* t) *assignata I. B. R.* u) *Eidem I. B. R.*

villici officia est complexus; deinde quod haec, quae de villico traduntur, ideo commemorata ab auctore sunt, vt qualis esse debeat villicus, dominus sciret, strenuumque a vecordi dignosceret; iam vero ea, *In caeteris seruis haec fere praecepta seruanda sunt, quae me custodisse non poenitet*; item, *Haec enim iustitia et cura patrisfamilias multum confert augendo patrimonio* nonne ad patrisfamilias curam referuntur? Quorum tractationem concludit ipsum dominum monendo: *Sed illa meminerit cum e ciuitate remeauerit, eos penates adorare* etc. quapropter haec omnia patrisfamilias videntur officia. Si quis tamen receptam diuisionem retinere velit, hoc aut quod aliud praeponat huic capiti argumentum: *de patrisfamilias in seruos cura*, aut hoc, *de patrisfamilias in villicum et caeteros seruos officiis*, sed illud fortasse potius; nam ad Columellae sententiam, qui haec in principio posuit, *Proxima cura est de seruis*, propius accedit. PONTED.

8, 1 QVI CORPORE PLACVERVNT) Vid. ad Pall. 1, 6, 18.

8, 2 AB INFANTE DVRATVS) Vid. ad 11, 1, 7.

8, 3 ILLA NE ET) *Et* videtur abundare et p. p. legendum *rationes conficere* pro *confingere*. VRSIN. Importune incisum fuerat post *illa* et *haec*. Sunt enim haec pronomina nominandi casu adiungenda verbis, quae sequuntur. *Iuuenta detrahit auctoritatem, senectus succumbit operi.*

8, 3 AD IMPERIVM) Haec verba mihi suspecta sunt, legerem *ab imperio* s. *de imperio*, vt M. Tullius ep. ad Lepcam vtitur: *non recuso*, inquit, *quin quantum de illo libro, tantundem de mei iudicii fama detrahatur.* Detrahitur autem auctoritas de imperio propter villici adolescentiam; cui maiores natu serui parere dedignantur. PONTED. Putarim tamen bene legi, *auctoritatem ad imperium* int. necessariam: *auctoritas ad imperium* h. e. imperandi: vt *canes ad venandum* etc.

8, 4 PROPTER CONSC. [FRAVDIS] TIMEAT) Mediceam fidem praeferre reliquis omnibus non dubitaui. *Fraudis* glossema est apertum; *timeat* respondet τῷ *possit*; qui *timere* reposuit, ad *confingere* retulit perperam, et nulla sententia.

8, 5 IDEMQVE ACTORI) Vetustae editiones: *eidemque actori.* An potius *itemque?* quod enim sit villico praeterea praecipiendum, protinus subiecit: *ne conuictum cum domestico multoque minus cum extero habeat* etc. PONTED. Coniecerat Buchnerus, verius esse *eidem:* sed deinde adscripsit, nihil mutandum. alius enim *actor*, alius *villicus*. De *actore* v. Ind.

8, 6 ARV-

que minus cum extero habeat. Nonnunquam[x] tamen eum, quem assidue sedulum,
et fortem in operibus administrandis cognouerit, honoris causa mensae suae die festo
dignetur adhibere. Sacrificia, nisi ex praecepto domini, ne fecerit. Aruspices, sa- 6
gasque, quae vtraque genera vana superstitione rudeis animos ad impensas, ac dein-
ceps ad flagitia compellunt, ne admiserit: neque vrbem, neque vllas nundinas noue-
rit, nisi emendae vendendaeue pertinentis ad se rei causa. Villicus enim, quod ait 7
Cato, ambulator esse non debet, nec egredi terminos, nisi vt addiscat aliquam cultu-
ram: et hoc[y] si ita in vicino est, vt cito remeare[z] possit. Semitas, nouosque limi-
tes in agro fieri ne[a] patiatur: neue[b] hospitem, nisi amicum, familiaremque domini
necessarium receperit[c]. Vt[d] ab his arcendus †, ita exhortandus est ad instru- 8
mentorum[e] ferramentorumque curam: vt duplicia quam numerus seruorum exigit,
refecta et reposita custodiat, ne quid a vicino petendum sit: quia plus in operis ser-
vorum, quam in pretio[f] rerum eiusmodi consumitur. Cultam vestitamque familiam 9
magis vtiliter quam delicate habeat, munitamque diligenter a vento, frigore, pluuia-
que; quae cuncta prohibentur[g] pellibus manicatis, centonibus confectis, vel sagis
cucullis. Id si fiat, nullus dies tam intolerabilis[h] est, quo non sub diuo moliri[i] ali-
quid possit. Nec tantum operis agrestis sit artifex, sed et animi, quantum seruile 10
patitur ingenium, virtutibus instructus, vt neque remisse, neque crudeliter impe-
ret. Semperque aliquos ex melioribus foueat, parcat tamen etiam minus bonis:
ita vt potius timeant eius seueritatem, quam crudelitatem detestentur. Id contin-
gere poterit, si maluerit custodire subiectos, ne peccent, quam negligentia sua com-
mittere, vt puniat delinquentes. NVLLA est autem maior vel nequissimi hominis 11
custodia, quam operis exactio: vt iusta reddantur, vt villicus semper se repraesen-
tet. sic[k] enim et[l] magistri singulorum officiorum sedulo munia sua exequentur[m], et[n]
caeteri

x) *Ne nunquam L.* y) *hoc* deest *I. B. R.* z) *remanere P. vt redimere possit L.* a) *non I. B. R.* b) *non I. B. R.* c) *receperit, vt I. I. H. A.* d) *vt* deest *I. B. R.* †) *arcendis I. B. R.* e) *instrumenti I. B. R.* f) *precio I. B. R. A.* g) *prohiberentur P.* h) *intollerabilis H.* i) *molliri I. B. R.* k) *Fit I. R.* l) *vt I. B. R.* m) *exsequantur P. exequantur I. B. R.* n) *Sed I. B. R.*

8,6 ARVSPICES, SAGASQVE) Vid. 12, 1, 22.

8,7 CATO) 5, 2.

8,9 PELLIBVS MANICATIS) i. e. tunicis scorteis manuleatis. Ita explicat Ferrar. de re vest. 2, 1, 22. SCHOETTG. Plin. ep. 3, 5, 15 *Ad latus notarius cum libro et pugillaribus, cuius manus hieme manicis muniebantur.*

8,9 CENTONES) Laudat hic Caes. B. C. 2, 9 et Sisenn. l. 4 hist. apud Nonium. ALMEL.

8,9 SAGIS CVCVLLIS) *Cucullatis* legit Ferrarius l. c. Est autem cucullus capitis et humerorum tegmen, quales hodie gestant monachi, vt pluribus ostendit idem 2, 1, 20. SCHOETTG. Omnino *saga cucullata* fuisse apud Columellam puto et hic et 11, 1, 21.

8,11 NVLLA AVTEM EST MAIOR) Repetit 11, 1, 26.

8,11 VT IVSTA) Videtur legendum *vt iuxta reddatur, villicus se repraesentet.* Nam *reddatur* refertur ad *exactio.* VRSIN. *Iusta,* ait Gronouius Obs. 4, 6 p. 80 sunt certus quidam modulus rerum stato tempore faciendarum, fungendarum, dandarum, percipiendarum: quoduis pensum, officium, solemnia ἔθιμα. Cicero de haruspicum responsis: *Omnia solemnia ac iusta ludorum omnibus obseruatis, summa cum caerimonia esse seruata.* Postea adducto nostro loco de hoc ita pergit: Vbi perperam F. Vrsinus *reddatur,* quasi id verbum referretur ad vocem *exactio,* vt et τὸ *iusta* numero singulari. Repugnat auctor ipse 11, 1, vbi se ipse imitatur. *Nulla est autem vel nequissimi hominis amplior custodia, quam quotidiana operis exactio: nam illud verbum est M. Catonis oraculum: nihil agendo homines male agere discunt. Itaque curabit villicus, vt iusta reddantur: istoque non aegre consequetur, si semper se repraesentauerit.* Haec Gronouius. *Reddere* vero est agere, dare, praestare, vt multis notauit Graeuius ad Lactantium de M. P. c. 32. SCHOETTG.

8,11 MAGISTRI SINGVLORVM OFFICIORVM) Qui deinde §. 17 *operum magistri* vocantur.

caeteri post defatigationem [o] operis quieti ac somno potius, quam deliciis [p] operam
12 dabunt. Iam illa vetera, sed optimi moris, quae nunc exoleuerunt [q], vtinam possint ob-
tineri: ne conseruo ministro quoquam, nisi in re domini, vtatur; ne cibum nisi in con-
spectu familiae capiat; neue alium, quam qui caeteris praebetur. sic enim cura-
bit, vt et panis diligenter confiat, et reliqua salubriter apparentur. Ne extra fines,
nisi a se missum, progredi sinat: sed nec ipse mittat, nisi magna necessitate cogen-
13 te. Neue negotietur sibi, pecuniamque [r] domini, aut animalibus, aut rebus aliis
promercalibus occupet. Haec enim negotiatio curam villici auocat, nec vnquam
patitur eum cum rationibus domini paria facere; sed vbi numeratio exigetur, rem
pro numis ostendit. In vniuersum tamen hoc maxime obtinendum [s] ab eo est, NE-
QVID se putet scire quod nesciat, quaeratque semper addiscere, quod ignorat [t].
14 Nam CVM multum prodest perite [u] quid facere, tum plus obest perperam fecisse.
Vnum enim ac solum dominatur in rusticatione, quicquid exigit ratio culturae, se-
mel facere: quippe cum [x] emendatur vel imprudentia, vel negligentia, iam res
ipsa decoxit, nec in tantum postmodum [y] exuberat, vt et se [z] amissam restituat, et
15 quaestum temporum praeteritorum resarciat. In caeteris seruis haec fere prae-
cepta seruanda sunt, quae me custodisse non poenitet, vt rusticos, qui modo non
incommode se gessissent, saepius quam vrbanos, familiariusque [a] alloquerer; et
cum [b] comitate domini leuari perpetuum laborem eorum intelligerem, nonnun-
quam etiam iocarer [c], et plus ipsis iocari permitterem. Iam illud saepe facio, vt
quasi cum peritioribus de aliquibus operibus nouis deliberem, et per hoc cogno-
scam cuiusque ingenium, quale, quamque [d] sit [e] prudens. Tum etiam libentius
eos id opus aggredi video, de quo secum deliberatum, et consilio [f] ipsorum susce-
16 ptum [g] putant. nam [h] illa solennia sunt omnibus circumspectis [i], vt ergastuli man-
cipia recognoscant, vt explorent, an diligenter vincta [k] sint, an ipsae sedes custo-
diae satis tutae, munitaeque sint: num [l] villicus aut alligauerit quempiam domino
nesciente, aut reuinxerit. nam vtrumque maxime seruare debet, vt et quem pater-
familias tali [m] poena mulcauerit, villicus, nisi eiusdem permissu, compedibus non
eximat: et quem ipse sua sponte vinxerit, ante, quam sciat dominus, non resol-
17 vat: tantoque curiosior inquisitio patrisfamilias debet esse pro tali genere seruorum,
ne aut in vestiariis, aut in caeteris praebitis iniuriose tractentur, quanto et pluri-
bus subiecti, vt villicis, vt [n] operum magistris, vt ergastulariis, magis obnoxii
perpe-

o) *fatigationem I. B. R. I. I. A. G.* p) *delitiis I. I. G.* q) *exsoleuerant P. exoluerunt R.* r) *pecu-niamue L.* s) *optinendum I. B. R.* t) *ingnorat I. B. R.* u) *per rite P. rite I. B. R.* x) *commendatur P.* y) *postmodo P. post modum* diuis. G. z) *se L. P. rem* al. a) *quae* om. *L. I. B. R.* b) *a L. I. B. R. hanc comitatu P.* c) *iocarier I. B.* d) *cumque est P.* e) *est I. B. R.* f) *consilium I. B. R.* g) *succepto P.* h) *Iam Gesn.* i) *circumseptis I. B. R.* k) *vincti I. B. R. sint* om. *L.* l) *nunquam P.* m) *talem P.* n) *vt* omitt. omnes praeter *P.*

8, 13 PECVNIAMQVE DOMINI) Repetit 11, 1, 24.

8, 14 NAM CVM MVLTVM PRODEST) 11, 1, 27.

8, 14 IAM RES IPSA DECOXIT) Desiderari fortasse potest vox *domino* sic: *iam res ipsa domino decoxit.* Haec enim iisdem omnino verbis 11, 1 a Columella rursus inculcantur: *res tamen ipsa iam domino decoxit.* PONTED.

8, 16 RECOGNOSCANTVR; VT EXPLORENTVR, AN DILIGENTER IVNCTA) Ita videtur hic locus legendus. deinde fortasse scribendum: *domi me nesciente.* Nam ita alibi locutus est. Item p. p. legendum *maxime seruari debet.* pro eo quod vulgo legitur, *seruare.* VRSIN. *Iuncta* et *vincta* etiam apud nostros saepe miscent librarii non minus, quam apud alios. *Vincta* hic melius legi nemo dubitet. *Recte vinctus* in tali re est Ter. Andr. 5, 4, 52.

8, 17 VT VILLICIS, VT OPERVM MAGISTRIS)

perpetiendis iniuriis, et rursus saeuitia atque auaritia laesi magis timendi [o] sunt. Itaque diligens dominus, cum et ab [p] ipsis, tum et ab solutis, quibus maior est fides, 18
quaerat [q], an ex sua constitutione iusta percipiant. Atque ipse panis potionisque bonitatem [r] gustu suo exploret, vestem, manicas, pedumque tegmina [s] recognoscat [t]. Saepe etiam querendi potestatem faciat [u] de iis [x], qui aut crudeliter eos, aut fraudulenter infestent. Nos quidem aliquanto † iuste dolentes, tam vindicamus, quam animaduertimus in eos, qui seditionibus familiam concitant, qui calumniantur magistros suos: ac [y] rursus praemio prosequimur [z] eos, qui strenue ac industrie se gerunt. Foeminis quoque foecundioribus, quarum in sobole [a] certus [b] numerus [c] 19
honorari debet, otium nonnunquam, et libertatem dedimus, cum complures [d] natos [e] educassent. nam cui tres erant filii, vacatio [f]; cui plures, libertas quoque, contingebat. Haec enim [g] iustitia [h], et cura patrisfamilias multum confert augendo patrimonio. Sed et [i] illa meminerit, cum e ciuitate remeauerit, deos pe- 20
nates adorare: deinde si tempestiuum erit, confestim; si minus, postero die fines oculis perlustrare, et [k] omnes partes agri reuisere atque aestimare, num quid absentia sua de disciplina et custodia remiserit; num aliqua vitis, num arbor, num fruges absint: tum etiam pecus et familiam recenseat, fundique instrumentum, et supellectilem [l]: quae cuncta si per plures annos facere instituerit, bene moratam disciplinam, cum senectus aduenerit, obtinebit [m]. nec erit vlla eius aetas annis ita confecta, vt spernatur a seruis.

IX. [a] DICENDVM etiam est, quibus operibus quemque habitum corporis aut animi contribuendum putemus. Magistros operibus oportet praeponere sedulos, ac frugalissimos. ea res vtraque plus quam corporis statura [b] roburque confert huic negotio: quoniam [c] id ministerium custodiae [d] diligentis et artis officium est. Bubulco † quamuis necessaria, non tamen satis est indoles [e] mentis, nisi eum [f] vasti- 2
tas vocis, et habitus metuendum pecudibus efficit [g]. Sed temperet vires clementia [h]: quoniam terribilior debet esse, quam saeuior, vt et obsequantur eius imperiis

o) *timenda P.* p) *absis P.* q) *quaerit I. B. R.* r) *probitatem Goes. I. B. R.* s) *tegumina Goes. L. I. B.* t) *recognoscit P.* u) *facit I. B. R.* x) *bis* †) *aliquando Goes.* y) *et I. B. R.* z) *prosequamur P.* a) *subule P.* b) *fuerit* ins. *Ald.* et reliqui. c) *numerus honorari debet, otium I. B. R. I. I. H. A.* d) *plures I. B. R.* e) *natos* omitt. *I. B. R.* f) *vocatio P.* g) *et I. B. R.* h) *iusticia I. I. H. A.* i) *et* abest *Vict.* k) *et* abest *I. B. R.* l) *supelectilem I. B. R. suppellectilem I. I. H. A.* m) *optinebit I. B. R.* [C. IX.] a) *Cap. XIII. I. I.* b) *status Goes. I. B. R.* c) *cum I. B. R.* d) *custodia I. B. R.* †) *bubulco quo quamuis P.* e) *indolis P.* f) *cum I. B. R.* g) *effecit I. B. R.* h) *claementia I. B. R.*

GISTRIS) Medicea haec scriptura est. *Operum magistri*, quos S. 11 *magistros singulorum officiorum* dixit, a villicis, qui omnium operum officiorumque magistri sunt, diuersos.

8, 18 ALIQVANTO IVSTE) Videtur legendum *aliquando*, *iuste*. deinde ita interpungendum: *Quarum in sobole certus fuerit numerus honorari debet otium, nonnunquam* etc. Locus autem hic non omnino sincerus videtur. VRSIN.

8, 19 CERTVS NVMERVS) Nescio vnde acceptum *fuerit* inferant Aldus, et quae illum secutae sunt editiones; cum et MSS. omnes, et antiquissimae editiones illud ignorent et sententiam apertam perturbet. Quare exulare iussimus. Antequam librorum nobis facta esset copia, coniecceramus, *Foeminis quoque - - honorarium debetur. Otium.* etc.

8, 20 INSTITVERIT) Videtur legendum *institerit*. VRSIN. Sed instituere non simpliciter ad initia, sed ad tenorem quendam perpetuae disciplinae pertinere, Tullii vsus satis declarat, cum *vetus institutum, mos* atque *institutum* coniungantur.

9, 2 BVBVLCO) Varro Geop. 2, 2. SCHOETTG.

9, 3 NI-

imperiis, et diutius perennent boues non confecti vexatione simul operum, ver-
berumque. Sed quae sint magistrorum munia, quaeque bubulcorum, suo loco
3 repetam. Nunc admonuisse [i] satis est, nihil in his, in illis plurimum referre vi-
res et proceritatem. Nam longissimum quemque aratorem [k], sicut dixi, facie-
mus, et propter id, quod paullo ante retuli [l], et quod in re rustica nullo minus
opere fatigatur prolixior, quia [m] in arando stiuae pene rectus innititur. mediastinus
4 qualiscunque status potest [n] esse, dummodo perpetiendo labori sit idoneus. Vi-
neae non sic altos quemadmodum latos et lacertosos viros exigunt. nam his habi-
tus fossuris, et putationibus, caeterisque earum culturis magis aptus. Minus in
hoc officio, quam in caeteris agricolatio frugalitatem requirit, quia et in turba, et
sub monitore vinitor opus facere debet. ac plerumque velocior animus est impro-
borum hominum, quem [o] desiderat huius operis conditio [p]. non solum enim for-
tem, sed et acuminis strenui ministrum [q] postulat. ideoque vineta plurimum per
5 alligatos excoluntur. Nihil tamen eiusdem agilitatis homo frugi non melius, quam
nequam faciet. Hoc interposui, ne quis existimet in ea me opinione versari,
qua malim per noxios, quam per innocentes rura colere. Sed et illud censeo, ne
6 confundantur opera familiae, sic vt omnes omnia exequantur [r]. Nam id minime
conducit agricolae, seu quia nemo suum proprium aliquod esse opus credit: seu
quia cum enixus est, non suo, sed communi officio proficit, ideoque [s] labori mul-
tum se subtrahit; nec tamen viritim malefactum deprehenditur [t], quod fit a mul-
tis. propter quod separandi sunt aratores a [u] vinitoribus, et [x] vinitores ab aratori-
7 bus [y], iique a mediastinis. Classes etiam non maiores, quam denum hominum
faciundae, quas decurias appellauerunt antiqui, et maxime probauerunt, quod [z]
is numeri modus in opere commodissime custodiretur, nec praeeuntis moni-
8 toris diligentiam multitudo confunderet. Itaque si latior est ager, in regiones
dedu-

i) *ammonuisse I. B. R. I. I. G.* k) *maiorem P.* l) *rettuli I. B. R.* m) *quin P.* n) *possit I. B. R.* o) *quam* omnes praeter *P.* p) *condicio P. L.* q) *ministerium L.* r) *exsequantur P.* s) *liberque I. B. R.* t) *deprehendi I. B. R.* u) *a* omiss. *P.* x) *et* omitt. *I. B. R. et vinitores* deest *P.* y) *aratoribus et qua mediastinis P. aratoribus iisque mediastinae classes I. B. aratoribus iisque mediastini: Classes R. aratoribus iisque a mediastinis Gr. et ab aratoribus aeque mediastini V. C.* apud Heins. ad Petron. *c.* 47, *atque a mediastinis Lips.* z) *quod is* abest *P.*

9, 3 NIHIL IN HIS, IN ILLIS) Exemplum hoc est ad remotius relati pronominis *hic*, et *ille* ad proximius: quod genus plura obseruata ad Sanctium Perizonio, et Burmanno ad Quinctilianum, in Fabriano thesauro adnotauimus.

9, 3 MEDIASTINVS) Mediastinus seruus, qui in pauimento vermiculato Romae repertus est, ita describitur, vt dextra manu canistrum, sinistra scopam teneat, estque ita inscriptus, CORNELIVS. SERVVS. MEDIASTIN. In inscriptione vero marmorea apud me. EPINICVS. CAESAR. SER. AMYNTIAN. MEDIAST. IVLIA. NYSE. DE. SVO. FECIT. VRSIN.

9, 4 NAM HIS HABITVS) His forte delendum.

9, 4 QVEM DESIDERAT) Ita videtur legendum non *quam*. VRSIN. *Quam*, quod habent editi, aperte repugnat sententiae. Erat, cum suspicarer, *qualem*. Sed suppetias tulit, quae saepe, Politiani collatio, quae Vrsini etiam coniecturam fulcit.

9, 4 ALLIGATOS) Vilissima erant mancipia, quae semper solebant in vinculis retineri, P. Pithoeus subcis. 2, 9 Pignorius de seruis p. 529. In sacris etiam absolute seruus vocatur עצור vinctus, vt ex Deut. 32, 36 et aliis locis ostendit I. H. Vrsinus Anal. 2, 3, 13. SCHOETTG.

9, 6 NEC TAMEN VIRITIM) Suspicor legendum *tam*.

9, 7 DENVM HOMINVM) Hae sunt illae decuriae, quales etiam in vrbana familia fuerunt. Trimalchio apud Petronium l. c. ad
coquum:

deducendae † sunt eae classes, diuidundumque ita opus, vt neque singuli, biniue sint, quoniam dispersi non facile custodiuntur: nec tamen supra decem, ne rursus vbi nimia turba sit, id opus ad se pertinere singuli non existiment. Haec ordinatio non solum concitat aemulationem, sed et deprehendit [a] ignauos. nam cum certamine opus excitetur, tum in cessantes animaduersio iusta, et sine querela [b] videtur adhiberi. Sed nimirum dum quae maxime prouidenda sunt agricolae futuro [c] praecipimus, de salubritate, de via, de vicino, de aqua, situ villae, fundi modo, colonorum et seruorum generibus, officiorum operumque distributione, tempestiue per haec ad ipsum iam terrae cultum peruenimus, de quo pluribus libro insequente mox disserimus. 9

†) *diuidendae L.* a) *deprecendit P.* b) *querella P.* c) *futura I. B. R.*

coquum: *Ex quota decuria es? Cum ille, ex quadragesima, respondisset* etc. Vide ibi Interpp. SCHOETTG.

9, 1 DEDVCENDAE SVNT) Forte legendum *diducendae.* Sed perpetua prope rei de ea di est confusio.

L. IVNII MODERATI COLVMELLAE
DE RE RVSTICA
LIBER SECVNDVS

CAPVT I.

QVAERIS ex me, Publi Siluine, quod ego fine cunctatione non recuso doce-
re, cur priore libro veterum opinionem fere omnium, qui de cultu agrorum
locuti sunt, a principio confestim repulerim, falsamque sententiam repudiauerim
censentium longo aeui situ longique [a] iam temporis exercitatione [b] fatigatam et
effoetam [c] humum consenuisse. Nec te ignoro cum et aliorum illustrium scripto-
2 rum, tum praecipue Tremellii [d] auctoritatem [e] reuereri, qui cum plurima rusti-
carum rerum praecepta simul eleganter, et scite memoriae prodiderit †, videlicet
illectus nimio fauore priscorum de simili materia differentium, falso credidit paren-
tem omnium terram, sicut muliebrem sexum aetate anili iam confectam, proge-
nerandis esse foetibus inhabilem. Quod ipse quoque confiterer, si in totum nullae
3 fruges prouenirent [f]. Nam et hominis tum demum declaratur sterile senium, non
cum desinit mulier trigeminos, aut geminos [g] parere, sed cum omnino nullum
conceptum edere valet. Itaque transactis iuuentae temporibus, etiam si longa vita
superest, partus tamen annis denegatus, non restituitur. At e contrario seu spon-
te, seu quolibet casu destituta [h] humus, cum est repetita cultu, magno foenore
cessationis [i] colono respondet. Non ergo est exiguarum frugum causa terrae vetu-
4 stas, si modo cum semel inuasit senectus, regressum non habet, nec reuirescere [k],
aut repubescere [l] potest; sed ne lassitudo quidem soli minuit agricolae fructum. ne-
que enim prudentis est adduci tanquam in hominibus nimia [m] corporis exercitatio-
ne [n], aut oneris alicuius pondere, sic cultibus et agitationibus agrorum fatigatio-
nem succedere. Quid ergo est, inquis, quod [o] asseuerat Tremellius intacta et sil-
5 uestria loca, cum primum coeperint cultu exuberare, mox deinde non ita respon-
dere labori colonorum? videt sine dubio quid eueniat, sed cur id [p] accidat, non
peruidet. neque enim idcirco rudis, et modo ex siluestri habitu in aruum transdu-
cta foecundior haberi terra debet, quod sit requietior et iunior; sed quod multorum
annorum frondibus, et herbis, quas suapte natura progenerabat, velut saginata
largio-

VARIETAS LECTIONIS.

[Cap. I.] a) *longinquae I. B. R.* b) *spatio* cum signo lacunae *L.* c) *effertam. P. L.* d) *Tremeli P.* e) *authoritatem I. I. H. A. auctor.* semper *Goes.* †) *perdiderit Goes.* f) *conuenirent P.* g) *geminas P. trigeminas I. B. R.* h) *derelicta Goes.* i) *cessatorum I. B. R. L. satorum Goes.* k) *reuiuiscere L.* l) *pubescere I. B. R.* m) *nimiae I. B. R.* n) *exercitationi I. B. R.* o) *quid H. A.* p) *ita I. B. R.*

1, 1 LONGI AEVI SITV) Quam hic sententiam refutat Columella, eam impugnat quoque Plinius 17, 5.

largioribus pabulis, facilius edendis educandisque frugibus sufficit. At cum perru- 6
ptae rastris et aratris radices herbarum, ferroque succisa nemora frondibus suis de-
sierunt alere matrem, quaeque temporibus autumni frutetis et arboribus delapsa
folia superiaciebantur, mox conuersa vomeribus, et inferiori solo, quod plerumque
est exilius, permista [q], atque [r] absumta sunt: sequitur, vt destituta pristinis alimen-
tis macrescat [s] humus. Non igitur fatigatione, quemadmodum plurimi credide- 7
runt, nec senio, sed nostra scilicet inertia, minus benigne nobis arua respondent.
Licet enim maiorem fructum percipere si frequenti et tempestiua et modica sterco-
ratione terra refoueatur. de cuius cultu dicturos nos priori volumine polliciti, iam
nunc disseremus [t].

II. CALLIDISSIMI [a] rusticarum rerum, Siluine [b], genera terreni tria esse
dixerunt, campestre, collinum, montanum. campum non aequissima situm plani-
cie [c], nec perlibrata, sed exigue prona; collem clementer et molliter assurgentem;
montem non † sublimem et asperum, sed nemorosum et herbidum, maxime pro-
bauerunt. His autem generibus singulis senae species contribuuntur, soli pinguis 2
vel macri, soluti vel spissi, humidi vel sicci: quae qualitates inter se mistae [d] vici-
bus, et alternatae, plurimas efficiunt agrorum varietates, eas enumerare non est
artificis agricolae. Neque enim artis officium est, per species, quae sunt innume-
rabiles, euagari; sed [e] ingredi per genera, quae possunt [f] cogitatione [g] mentis et
ambitu verborum facile copulari. Recurrendum est igitur ad qualitatum [h] inter se 3
dissidentium [i] quasi quasdam coniunctiones, quas Graeci συζυγίας ἐναντιοτήτων, nos
discordantium comparationes, tolerabiliter dixerimus. Atque etiam significandum est,
ex omnibus, quae terra progeneret [k], plura campo magis quam colle, plura pingui
solo quam macro, laetari. De siccaneis et riguis non comperimus, vtra numero 4
vincant, cum [l] vtique pene infinita sint [m], quae siccis, quaeque humidis locis gau-
dent; sed ex his nihil non melius resoluta humo, quam densa prouenit. Quod
noster quoque Virgilius [n] cum et alias foecundi arui laudes retulisset, adiecit, *Et
cui putre solum: namque hoc imitamur* [o] *arando.* Neque enim aliud est colere, quam
resoluere et fermentare † terram. ideoque maximos quaestus ager praebet. Idem 5
pinguis ac putris, quia cum plurimum reddat, minimum [p] poscit: et quod postulat,
exiguo labore atque impensa conficitur, praestantissimum igitur tale solum iure di-
catur [q]. Proximum deinde huic pinguiter densum, quod impensam coloni, labo-
remque magno foetu remuneratur. Tertia est ratio loci rigui, quia sine impensa fructum 6
reddere potest. Hanc primam Cato esse dicebat, qui maxime reditum † pratorum
caeteris

q) *permixta I. B. R.* r) *atque* abest *I. B. R.* *adsumta L.* s) *magrescat P.* t) *differamus I. B. R.*
[C. II.] a) *Calidissimi I. B. R.* *cautissimi L.* b) *Siluine* deest *I. B. R.* c) *planitie I. B. R.* †) *non* deest *I. L.* d) *mixtae I. B. R.* e) *et I. B. R.* f) *possunt et I. B. R. I. I. H. A. G.* g) *cognitione I. B. R.* h) *qualitatem I. B. R.* *qualitatium Goes.* qui et alias facultatium. i) *differentium L.* k) *progeneret B. R.* l) *quoniam vtrinque pene infinita sunt P.* *cum cum vtrumque pene infinita sunt L.* m) *sunt I. B. R.* n) *Vergilius P. Gr. G.* o) *imitantur I. B. R.* †) *frementare I. I.* p) *nimium* Commel. q) *videtur L.* †) *redditum L.* ita saepius.

1,6 PERMISTA ATQVE ABSVMTA) Videtur legendum *ac abs.* Videndum autem, an aliquid desit post particulam *et*, ante verbum *inferiori.* VRSIN. Neutrum mihi videtur: non prius; cum vix *ac* poni ante vocalem soleat; non hoc, cum nihil ad sententiam desit.

2 Conf. ad hoc caput Varr. 1,6 et 7. Plin. 17, 4. 5 s. 3. Pall. 1, 5.

2,4 VIRGILIVS) Georg. 2, 204.

caeteris anteponebat: sed nos, de agitatione terrae nunc [r] loquimur, non de situ.
7 Nullum deterius habetur genus, quam quod est siccum, pariter et densum, et macrum; quia cum difficulter tractetur, tum ne tractatum quidem gratiam refert: nec relictum pratis, vel pascuis abunde sufficit. Itaque hic ager siue exercetur, seu cessat, colono est poenitendus, ac tanquam pestilens refugiendus. Nam ille mortem facit, hic teterrimam [s] comitem mortis famem. si tamen Graecis camoenis habemus
8 fidem clamitantibus, Λιμῷ [t] δ' οἴκτιστον θανέειν, καὶ [u] πότμον ἐπισπεῖν. Sed nunc potius vberioris soli meminerimus, cuius demonstranda est duplex ratio [x], culti et siluestris. De siluestri regione in aruorum [y] formam redigenda [z] prius dicemus, quoniam [a] est antiquius facere agrum, quam colere †. Incultum igitur locum consideremus [b], siccus, an humidus; nemorosus arboribus, an lapidibus confragosus;
9 iuncone † sit, an [c] gramine vestitus, ac filictis [d] aliisue frutetis impeditus. Si humidus erit, abundantia vliginis ante siccetur fossis. Earum duo genera cognouimus, caecarum et patentium. spissis atque cretosis regionibus apertae [e] relinquuntur: at vbi solutior humus est, aliquae fiunt patentes, quaedam [f] etiam obcaecantur, ita vt in [g] patentes ora [h] hiantia caecarum competant: sed et patentes latius, et apertas summa parte decliuesque, et ad solum coarctatas, imbricibus supinis similes facere conueniet. nam quarum recta sunt latera, celeriter aquis vitiantur [i], et superioris
10 soli lapsibus replentur. Opertae rursus obcaecari debebunt, sulcis in altitudinem tripedaneam depressis: qui cum parte dimidia lapides minutos, vel nudam glaream receperint, aequentur superiecta terra, quae fuerat effossa. vel si nec lapis erit, nec glarea, sarmentis connexus velut funis informabitur in eam crassitudinem, quam so-
11 lum fossae possit angustae, quasi accommodatam coarctatamque [k] capere. Tum per [l] imum contendetur [m], vt super calcatis cupressinis, vel pineis, aut, si eae non erunt, aliis [n] frondibus terra contegatur [o], in principio atque exitu fossae more ponti-

r) *non I.* s) *deterrimam H.* t) δ' omitt. *I. B. R.* u) *καὶ πότμον ἐπισπεῖν* omiss. *I. B. R.* x) *tractatio I. B. R. it. Goes.* y) *agrorum I. B. R.* z) *dirigenda I. B. R.* a) *quom* vel *cum I. B. R. cum L.* †) Hic nouum caput orditur *L.* c. rubr. *quot species terrenorum.* b) *consideramus I. B. R.* †) *iunco nescit R.* c) *et P.* d) *felictis P. filicibus I. B. R.* e) *aperte H.* f) *aliquae I. B. R.* g) *in eas ora hiantium fossarum competant, sed latius apertas summa parte decliuesque, et ad solum coartatas imbricibus etc. I. B. R. it, L. in ea etc. P.* h) *ora bianti Gym. ora bi. caecar.* omitt. *Goes.* i) *vicientur I. I. H.* k) *coartatamque I. B. R.* l) *primam P. Goes. L.* m) *contrudetur L. contundetur* et coni. *Broukh.* n) *nisi P.* o) *congeratur* coni. *Broukh.*

2, 7 MORTEM FACIT) Rara locutio pro mortem adfert vel parit, quam tamen etiam in quodam Senecae loco occurrere testatur Saluagnius Boessius ad Ouid. in Ibin v. 148. quamuis illum Senecae locum obseruare nondum potuerim. Apud Ouidium l. c. extat: *Sine manu facta morte solutus ero.* Vbi Boessius ex suo codice mauult legere: *manu parta.* Retinuit tamen priorem lectionem Nic. Heinsius. Et *caedem facere* extat apud Nep. 8, 3, 3. SCHOETTG. Magnis copiis hanc formulam defendit ad Ouidii l. c. Burmannus.

1, 9 ORA HIANTIA CAECARVM) Broukhusius coniecerat, *ore bianti.* Sed illum in fraudem impulisse videtur sphalma editionis Gymnici *ora bianti*, quod refellitur consensu reliquarum, et ipsa sententia.

2, 9 ET APERTAS) *Et* videtur abundare. Deinde legendum: *apertae — rursus obcaecari debebunt etc.* VRSIN. Vetustiores libri: *Sed latius apertas summa parte decliuesque.* Vera lectio erit: *Sed et patentes latius apertas summa parte decliuesque.* Petrus Laurus, qui Columellam in hanc nostram vernaculam consuetudinem interpretatus est, (cuius liber nunc primum in meas incidit manus) quamuis pauca recte, hunc tamen locum optime reddidit, *facciam si le scoperte fusse più larghe di sopra e pendenti.* PONTED.

2, 11 TVM PER IMVM CONTENDETVR) Nolui mutare quidquam. Compendio scribendi ex *per imum* facile *primum* nasci potuit. Sententia aperta ista est, vt *per imum fossae contendi* debere funem illum sarmenticium, siue *contrudi* adeo, intelligamus.

2, 12 VEL-

ponticulorum binis saxis tantummodo pilarum vice constitutis, et singulis super-
positis, vt eiusmodi constructio ripam sustineat, ne praecludatur humoris illapsu [p]
atque exitu. Nemorosi frutetosique [q] tractus duplex cura est, vel extirpandis
radicitus [r] arboribus et remouendis; vel si rarae [s] sint [t], tantum succidendis,
incendendisque, et inarandis. At saxosum facile est expedire lectione lapidum, quo- 12
rum si magna est abundantia, velut quibusdam substructionibus [u] partes agri sunt
occupandae, vt reliquae emundentur: vel in altitudinem sulco depresso lapides ob-
ruendi. quod tamen [x] ita faciendum erit, si suadebit operarum vilitas. Iunci et 13
graminis pernicies repastinatio [y] est; filicis, frequens extirpatio. quae vel aratro
fieri potest, quoniam [z] intra biennium saepius conuulsae moriuntur †: celerius et-
iam, si eodem tempore stercores, et lupino vel faba ‡ conseras, vt cum aliquo
reditu medearis agri vitio. Namque constat, filicem [a] sationibus et stercoratione fa-
cilius interimi [b]. Verum et si subinde nascentem falce decidas, quod vel puerile †
opus est, intra praedictum tempus viuacitas eius absumitur. Sed iam expediendi [c] 14
rudis [d] agri rationem sequitur cultorum noualium cura, de qua mox quid censeam
profitebor, si quae ante [e] discenda sunt, aruorum studiosis praecepero [f]. Plurimos
antiquorum, qui de rusticis rebus scripserunt, memoria repeto, quasi confessa, nec
dubia signa pinguis ac frumentorum fertilis agri prodidisse, dulcedinem soli pro-
priam, herbarum et arborum prouentum, nigrum colorem [g] vel cinereum [h]. De 15
caeteris ambigo, de colore satis admirari non possum, cum alios, tum [i] Cornelium
Celsum, non solum agricolationis, sed vniuersae naturae prudentem virum, sic et
sententia [k], et visu deerrasse, vt oculis eius tot paludes, tot etiam campi salinarum
non occurrerent, quibus fere contribuuntur praedicti colores. Nullum enim te- 16
mere videmus locum, qui modo pigrum contineat humorem, non eundem vel
nigri, vel cinerei coloris, nisi forte in eo fallor ipse, quod non putem aut in solo
limosae paludis, et vliginis amarae [l], aut in maritimis areis salinarum gigni posse
laeta [m] frumenta. Sed est manifestior hic antiquorum error, quam vt pluribus ar-
gumentis conuincendus sit. Non ergo color, tanquam certus auctor, testis est bo-
nitatis aruorum. et ideo frumentarius ager, id est pinguis, magis aliis qualitatibus 17
aestiman-

p) *illapsus atque exitus I. B. R. G. elapsus L.* q) *fructetosi I. R. frutectosi P. nemorosae frutetosaeque L. fruticosique* coni. *Broukh.* r) *radicibus P.* s) *rareta P.* t) *sunt I. B. R.* u) *substrictionibus I. B. R.* x) *tum L.* y) *repastationes: felicis frequens etc. P. repastinatione filicis L. repastinationem: filicis I. B. R. Non pro est* ex compendio literarum simili. z) *cum I. B. R.* †) *moritur P.* ‡) *faua P.* a) *felicem P.* †) *putale L.* b) *interemi P.* c) *expedienti H. A. Gr. G.* d) *ruris agricolationem I. B. R. L.* e) *autem I.* f) Caput IIII. cum rubr. *quod solum maxime probetur L.* g) *colorem* abest *I. L.* h) *Nihil* inf. *Goes.* i) *tum etiam P.* k) *scientia* coni. *Broukh.* l) *amare I. B. R. H.* m) *laeta P. L. Goes. iacta* al.

2, 12 VELVT QVIBVSDAM SVBSTRVCTIONIBVS) Quae tamen *substructiones* probe ab *aceruis lapidum finalibus* distinguendae sunt, de quibus ita Siculus Flaccus de conditionibus agrorum p. 11 *Sed in planis locis si saxuosus sit ager, repurgatur, et ex congestione maceriae fiunt. Ita ex ipsius loci qualitate aliquid colligi potest. Si enim non sit ager saxuosus, cuius repurgandi caussa congestio in speciem maceriae facta videatur, poterit videri finalis. — Nam et idem de fossis sentimus. Si enim non sit necessitas agri siccandi, nec in viciniis fossae inueniantur, possunt videri finales.* SCHOETTG.

2, 13 VERVM ET SI SVBINDE) Parua res, sed quae morari non adsuetos his rebus potest, commissa erat in Commeliniana. Connexae voces *et si*, vt *etsi* fieret, quae res sententiam aliquantum immutat, quae talis est, *Verum absumitur etiam eius viuacitas, si subinde nascentem falce decidas.* Nouus modus indicatur extirpandae *filicis*.

2, 14 SIGNA) Confer Anatolium Geop. 2, 10. SCHOETTG.

aestimandus [n] est. Nam vt fortissimae pecudes diuersos ac pene innumerabiles, sic etiam robustissimae terrae plurimos et varios colores sortitae sunt. Itaque con-
18 siderandum erit, vt solum, quod ex [o] colore destinamus, pingue sit. Per se tamen id parum est, si dulcedine caret, quod vtrumque † satis expedita [p] nobis ratione contingit discere. nam perexigua conspergitur [q] aqua glaeba [r], manuque subigitur, ac [s] si glutinosa est, et quouis [t] leuissimo [u] tactu [x] pressa inhaerescit, *Et picis in morem ad digitos lentescit* [y] *habendo*, vt ait Virgilius [z]; eademque illisa humo non dissipatur: ea [a] res admonet [b] nos, inesse tali materiae naturalem succum [c], et pin-
19 guitudinem. Sed et si velis scrobibus egestam humum recondere, et recalcare, cum aliquo quasi fermento abundauerit, certum erit, esse eam pinguem; cum defuerit, exilem; cum aequauerit, mediocrem. quanquam ista quae nunc retuli, non tam vera possunt [d] videri, quam si sit pullula [e] terra, quae melius prouentu
20 frugum approbatur. Sapore [f] quoque dignoscemus [g], si [h] ex ea parte agri, quae maxime displicebit, effossae glebae [i], et in fictili vase [k] madefactae, dulci aqua permisceantur [l], ac more faeculenti [m] vini diligenter colatae gustu explorentur. nam qualem traditum ab eis retulerit humor saporem, talem esse dicemus eius soli. sed [n] citra hoc experimentum multa sunt, quae et dulcem terram et frumentis habilem significent, vt iuncus, vt [o] calamus, vt gramen, vt trifolium, ebulum [p], rubi, pruni siluestres, et alia complura, quae etiam indagatoribus aquarum nota [q], non [r] nisi
21 dulcibus terrae venis educantur [s]. Nec contentos esse nos oportet prima specie summi soli, sed [t] diligenter exploranda est inferioris materiae qualitas, terrena necne sit. Frumentis autem sat erit, si aeque bona suberit bipedanea [u] humus: arboribus

n) *extimandus L.* o) *excolere P. I. I. H. A. Gr. G. St.* †) *vtcunque* coni. *Broukh.* p) *expedit a nobis qua ratione L.* q) *consplergitur P.* r) *gleba I. B. R. I. I. H. A. Gr. G.* s) *at I. B. R.* t) *quamuis Gesf.* u) *leuissimo I. B. R.* x) *tractu I.* y) *lucescit L.* z) *Vergilius P. Gr. G.* a) *Quae I. B. R.* b) *admonent I. B. R.* c) *sucum P. sucum et pinguitudinem L.* d) *possint I. B. R.* e) *pulila Gesf. P. pulla L.* f) *saporem I. B. R.* g) *degnoscemus P.* h) *si* abest *I. B. R. L.* i) *glebae I. B. R. I. I. H. A. Gr. G.* k) *vaso P.* l) *promisceantur I. B. R.* m) *faeculenti I. B. R. feculenti I. I. H. A. Gr. G.* n) *sed et P.* o) *et calamus, gramen et trifolium etc. I. B. R.* p) *bebulum P.* q) *nota* omiss. *I. B. R.* r) *non tamen nisi L. I. B. R.* s) *deducantur I. B. R. educari* coni. *Broukh.* t) *et P. L.* u) *bipedana* al. praeter *Gesf. P. I. I.*

2, 17 EX COLORE DESTINAMVS) h. e. quod, posteaquam bonum esse ex colore indicauimus, destinamus bono cultui atque sationi, atque ita optatos fructus nobis inde promittimus. SCHOETTG. Mihi magis placet illa prisca lectio, *excolere*. Iudicent alii.

2, 18 VIRGILIVS) Georg. 1, 250. Add. Plin. 17, 3. SCHOETTG.

2, 19 SED ET SI VELIS) Idem experimentum habet Diophanes Geop. 2, 11: refutat tamen Plinius l. c. qui docet, *neque densam neque raram terram scrobem suam explere.* SCHOETTG.

2, 20 SAPORE QVOQVE) Videtur legendum *saporem etc.* VRSIN. Non est solicitanda haec lectio, quae sensum bonum habet, et ab vtroque codice nostro probatur. Caeterum hic conferendus Anatolius Geop. 2, 10. SCHOETTG. In vetustis libris formis excusum *saporem.* Non absimili modo et paullo post loquitur auctor, *Nam qualem traditum ab eis retulerit humor saporem, talem esse dicemus eius soli.* PONTED.

2, 20 VT IVNCVS) Anatolius haec tria tantum commemorat, *ὁλόσχοινον*, *κάλαμον πλωτόν*, et *βάτον*. SCHOETTG.

2, 20 MVLTA SVNT QVAE DVLCEM) Non absimilia repetit Plinius 18, 6 perperam Catoni attributa, quae tamen in Catone nunc desiderantur: *Agri ipsius bonitas quibus argumentis indicanda sit, quanquam de terrae optimo genere differentes abunde dixisse possumus videri, etiamnum tamen traditas notas subsignabimus, Catonis maxime verbis: Ebulum, vel prunus siluestris, vel rubus, bulbus minutus, trifolium, herba pratensis, quercus, siluestris pirus, malusque frumentarii soli notae.* In quae irrepsit de margine *herba pratensis*, trifolii inepta interpretatio. PONTED.

2, 21 BIPEDANEA HVMVS) Anatolius *ποδιαῖον βάθος* sufficere ait. Omisit autem Columella de vitibus dicere, in quibus, vt idem memorat, *trium pedum* altitudo eiusdem [illegible] aequalis soli sufficit. SCHOETTG.

2, 22

bus altitudo quatuor pedum abunde [x] est. Haec cum ita explorauerimus, agrum
sationibus faciundis, expediemus. Is autem non minimum exuberat, si curiose et
scite subigitur. quare antiquissimi [y] fere omnes formam huius operis conscripsere,
quam velut scita [z] legemque in proscindendis agris sequantur [a] agricolae. Igitur 22
in opere boues arcte [b] iunctos habere conuenit, quo speciosius ingrediantur sub-
limes, et elatis capitibus, ac [c] minus colla eorum labefactentur, iugumque me-
lius aptum ceruicibus insidat [d]. hoc enim genus iuncturae maxime probatum est.
Nam illud, quod in quibusdam prouinciis vsurpatur, vt cornibus illigetur iugum,
fere repudiatum est ab omnibus, qui praecepta rusticis conscripserunt; neque im-
merito. plus enim queunt pecudes collo et pectore conari, quam cornibus. atque 23
hoc modo tota mole corporis, totoque pondere nituntur: at illo, retractis et resu-
pinis capitibus excruciantur, aegreque terrae summam partem leui admodum vo-
mere fauciant. Et ideo minoribus aratris moliuntur [e], qui [f] non valent alte perfos-
sam noualium terram rescindere: quod cum fit, omnibus virentibus plurimum con-
fert [g]. nam penitus aruis sulcatis maiore incremento segetum arborumque foetus
grandescunt. Et in hoc igitur a Celso dissentio, qui reformidans impensam, quae 24
scilicet largior est in amplioribus armentis [h], censet exiguis vomeribus et dentalibus
terram subigere, quo minoris formae bubus administrari id possit; ignorans, plus
esse reditus in vbertate frugum, quam stipendii †, si maiora mercemur armenta,
praesertim in Italia, vbi arbustis atque oleis consitus ager altius resolui ac subigi de-
siderat, vt et summae radices vitium olearumque vomeribus rescindantur; quae si
maneant, frugibus obsint; et inferiores, penitus subacto solo, facilius capiant hu-
moris alimentum. Potest tamen illa Celsi ratio Numidiae et Aegypto conuenire, 25
vbi plerumque arboribus viduum solum frumentis seminatur. Atque eiusmodi ter-
ram pinguibus arenis [i] putrem veluti [k] cinerem solutam, quamuis leuissimo [l] dente
moueri satis est. Bubulcum autem per proscissum ingredi oportet, alternisque
versibus obliquum tenere aratrum, et alternis recto plenoque sulcare: sed ita nec-
vbi crudum solum, et immotum relinquat, quod agricolae scamnum vocant. Bo- 26
ves, cum ad arborem venerint, fortiter retinere ac retardare, ne in [m] radicem ma-
iore nisu vomis impactus colla commoueat, neue aut cornu bos ad stipitem vehe-
mentius offendat, aut extremo iugo truncum delibet [n] ramumque deplantet. Voce
potius quam verberibus terreat, vltimaque [o] sint opus recusantibus remedia, pla-
gae.

x) *habunde* I. B. R. y) *antiquissimum est formam huius operis conscribere* I. B. R. *fere* om. etiam L. z) *secta* B. *sectam* I. B. R. a) *sectantur* I. B. R. b) *arte* I. B. R. c) *vt* I. B. R. d) *incidat* G. e) *molliuntur* I. B. R. f) *quia — perfossa — terra* Goes. g) *confertur* Goes. I. B. R. h) *argumentis* L. Jens. †) *impendii* L. i) *harenis* I. B. R. k) *velut* I. B. R. l) *lenissimo* I. B. R. m) *in* om. I. B. R. n) *deliberet* I. o) *vltima quae* I. B. R. *vltuma quae* P.

2, 22 CORNIBVS ILLIGETVR IVGVM) Quod praecipue fiebat in Epiro, cuius boues a Callimacho H. in Dian. v. 179 vocantur κεραλκέες αἱ μέγ' ἄρισται Τέμνειν ὦλκα βαθεῖαν. Schol. Κεραλκέες, διὰ τὸ τοῖς κέρασιν ἕλκειν τὸ ἄροτρον. SCHOETTG. Phaedrus in Append. fabb. ap. Burm. n. 14. *Bos dum tendit validius, confregit cornu.* Eadem ratio Germaniae bonae parti probatur, licet nec altera inusitata sit. Vtra sit melior, forte Borellus in praeclaro de motu animalium opere disputauit, quod ista scribenti ad manus non erat. Quos ego vidi, ii non tantum cornibus, quantum ipsa fronte nituntur.

2, 23 QVI NON VALENT) Sextum casum siue instrumenti intelligo, vt in illo Plauti *quadrigas, qui vehar.*

2, 23 QVOD CVM FIT) h. e. cum alte terra perfoditur, ne quis forte imperite ad verba *non valet* simul referat.

gae. nunquam ſtimulo laceſſat iuuencum [p], quod retrectantem, calcitroſumque
27 eum reddit. nonnunquam tamen admoneat flagello. Sed nec in media parte verſurae conſiſtat, detque requiem in ſumma, vt ſpe ceſſandi totum ſpatium bos agilius enitatur. Sulcum autem ducere longiorem, quam pedum centumuiginti, con-
28 trarium pecori eſt, quoniam plus aequo fatigatur, vbi hunc modum exceſſit. Cum ventum erit ad verſuram, in priorem partem iugum propellat, et boues inhibeat, vt colla eorum refrigeſcant, quae celeriter conflagrant, (niſi aſſidue refrigerentur [q]) et ex eo tumor, ac deinde vlcera inuadunt. Nec minus dolabra, quam vomere bubulcus vtatur; et praefractas ſtirpes, ſummasque radices, quibus ager arbuſto conſitus implicatur, omnes refodiat, ac perſequatur [r].

III. BOVES cum ab opere diſiunxerit, ſubſtrictos confricet, manibuſque comprimat dorſum, et pellem reuellat, nec patiatur corpori adhaerere, quia id genus
2 morbi maxime eſt armentis noxium. Colla ſubigat, merumque faucibus, ſi aeſtuauerint, infundat. Satis autem eſt ſingulis [a] binos [b] ſextarios praebere: ſed ante ad praeſepia boues religari non expedit, quam ſudare atque anhelare deſierint. cum deinde tempeſtiue potuerint veſci, non multum nec vniuerſum cibum, ſed partibus, et paullatim praebere conuenit. Quem cum abſumſerint [c], ad aquam duci oportet, ſibiloque allectari, quo libentius bibant: tum demum reductos largiori pabulo ſatiari. Hactenus de officio bubulci dixiſſe abunde [d] eſt. Sequitur, vt tempora quoque ſubigendi arui praecipiamus.

IV. PINGVES campi, qui diutius continent aquam, praeſcindendi [a] ſunt anni tempore iam incaleſcente, cum omneis herbas ediderint, neque adhuc earum ſemina maturuerint. ſed tam frequentibus denſiſque ſulcis arandi ſunt, vt vix dignoſcatur [b] in vtram partem vomer actus ſit: quoniam ſic omnes radices herbarum perruptae
2 necantur. Sed et [c] compluribus [d] iterationibus ſic reſoluatur veruactum in puluerem,

p) *Iuuencumque reſte tractum calcitroſum eum reddit* L. I. R. *Iuuencumque reſte etc.* B. *Iuuencum, quae reſce tratum* P. q) *ſtringantur* L. I. B. R. *reſtringantur* Geſ. r) nulla nota noui capitis in L. [C. III.] a) *inguli vini* P. b) *vini* L. I. B. R. c) *aſſumpſerint* I. B. R. d) *habunde* I. B. R. [C. IV.] a) *proſcindendi* P. L. Geſ. I. I. H. A. Gr. G. St. b) *dinoſcatur* I. B. R. c) *et* omitt. I. B. R. d) *cum pluribus* I.

3, 26 STIMVLO LACESSAT IVVENCVM) Videtur interpungendum legendumque, *Nunquam ſtimulo laceſſat. iuuencum quod retractantem calcitroſumque etiam reddit nonnunquam: tamen admoneat flagello.* VRSIN.

2, 27 VERSVRAE) Bene hic adnotauit Buchnerus, *verſus* legendum videri. *In verſura* enim conſiſtere et interquieſcere licet bubus, quod noſter ſtatim admonet, et ex ipſo Palladius Ian. 3, 1. Sed *in medio verſu* ſtare bouem aratorem conſultum non eſt. Si quis tamen religione quadam, quam non damno, diſcedere a ſcriptura vetere nolit, is poterit *mediam partem verſurae* interpretari locum inter vtramque verſuram medium. Sic ſatisfiet etiam Salmaſio de Mod. Vſur. p. 894. qui vult emendari *in media parte verſus.*

4 Quae hoc capite praecipiuntur, de iis fere actum eſt Varr. 1, 29.

4, 1 PRAESCINDENDI SVNT) Nolui damnare primarum editionum et Commelini lectionem, forte hoc ſolo nomine relictam a reliquis, quia rarior eſt. Eſt ſane *terra praeciſa*, quae poſt quietem, vel plane ex incultis primum aratur, vt l. 30 ff. de V. S. interpretatur Geſ. antiquitt. agrar. c. 8 p. 71.

4, 2 COMPLVRIBVS ITERATIONIBVS) Opportune Buchnerus hic aduocauit Plinium iuniorem epiſt. 5, 6, 10 vbi ille de campis in Tuſcia ſuis, Apennino ſubiacentibus, *quos niſi ingentes boues et fortiſſima aratra perfringunt. tantis glebis tenaciſſimum ſolum, cum primum proſecatur, adſurgit, vt nono demum ſulco perdometur.* vbi contra eos, quos numerus hic offendit,

vt

rem, vt vel nullam vel exiguam desideret occationem †, cum seminauerimus[e]. Nam
veteres Romani dixerunt male subactum agrum, qui satis frugibus occandus sit.
Eum[f] porro an recte aretur, frequenter explorare debet agricola. nec tantum visu, 3
qui[g] fallitur nonnunquam, superfusa terra latentibus scamnis; verum etiam tactu,
qui minus decipitur, cum solidi rigoris admota pertica transuersis sulcis inseritur. ea
si aequaliter, ac sine offensione[h] penetrauit, manifestum est, totum solum deinceps
esse motum: sin autem subeunti durior aliqua pars obstitit, crudum veruactum esse
demonstrat. Hoc cum saepius bubulci fieri vident, non committunt scamna facere.
Igitur vliginosi campi proscindi debent post Idus mensis Aprilis. Quo tempore cum 4
arati fuerint † diebus interpositis circa solstitium, quod est nonum[i] vel octauum
Calend. Iulias, iteratos esse oportebit, ac deinde circa Septembris Calendas tertiatos.
Cum[k] id tempus ab aestiuo solstitio conuenit inter peritos rei rusticae, non esse arandum, nisi si magnis, vt fit nonnunquam, ac[l] subitaneis imbribus, quasi hibernis pluviis terra permaduerit. Quod cum accidit, nihil prohibet, quo minus mense Iulio 5
veruacta subigantur. Sed quandoque[m] arabitur, obseruabimus, ne lutosus ager tractetur,

†) *occasionem P.* e) *seminauimus P. L. seminabimus I. B. R.* f) *Cum I. B. R.* g) *quis I. B. R.* h) *offensatione L. I. B. R.* †) *viginti* ins. *Goes.* i) *nono vel octauo Calendarum Iuliarum I. I.* k) *Cum in id I. B. R. it. L. quo in id P. quoniam in id Goes.* l) *ac* deest *I. B. R.* m) *quandocunque* omnes praeter *P.*

vt *nono* legi velint, suppetias fert suo nepoti maior Plinius 18, 20 f. 49 n. 3 *Spissius solum, sicut plerumque in Italia, quinto sulco seri melius est, in Tuscis vero nono.* Iuuat adiicere, quod eo loco, quem modo laudauimus, praecipit Plinius, *arationem per transuersum iterari.*

4, 4 CIRCA SOLSTITIVM) Videtur legendum, *quod est a. d.* IX. *vel* VIII. *Kal. Iulias.* VRSIN.

4, 4 CVM ID TEMPVS) Videtur hic aliquid deesse, et p. p. legendum, *aut occationi aut sarritioni*, pro eo quod vulgo habetur *sationi.* VRSIN. Mallem, vt apud Iensonium et Bruschium legitur, *cum in id tempus:* nimirum, ab aestiuo solstitio vsque ad Kal. Septembris inter rei rusticae peritos conuenit non esse arandum. PONTED. Mihi in tota hac pericope Goesiani codicis lectio cum ratione et negotio, de quo agitur, omnium optime conuenire videbatur: ac proinde veri etiam esse similior.

4,4 NONVM VEL OCTAVVM CALEND. IVLIAS) Scribendum est, vt rationem in nostris epistolis reddimus, VII vel VI Calend. Iulias. PONTED.

4, 5 SED QVANDOQVE ARABITVR) Ambo manuscripti codices, *Quandoque*, habent: formis antea excusi, *Quandocunque:* id quod non vno tantum hoc loco est, vt negligentia librarii hoc commissum esse videri possit, sed nonnullis etiam aliis; vt in II libro, *Quandoque in vsum promserimus, integram lentem reperiemus.* et in IIII, *Quandoque igitur vinitor hoc opus obibit.* nam posterioribus his etiam duobus locis in impressis, *Quandocunque* antea erat. *Quandoque* igitur, non *Quandocunque* dixit Columella. Sed hoc alii quoque boni auctores fecisse reperientur. Seneca certe sic locutus est: etsi nonnulli locum apud eum maculosum putantes, ex *Quandoque* contrario ac nos consilio vsi, *Quandocunque* fecerunt. Cum haec scripsissem, accepi a Iosepho Iouio Lucensi docto et humano viro, veteris sanctitatis ac modestiae hominem, eundemque praeclarae eruditionis iudiciique, Triphonem Gabrielem, putare, Q. Flaccum *Quandoque* pro *Quandocunque* sumsisse, cum poëticae artis praecepta tradens, inquit: *Sic mihi, qui multum cessat, fit Chaerilus ille, Quem bis terque bonum cum risu miror; idemque Indignor*, quandoque *bonus dormitat Homerus.* Quae enim pusilla res videtur, non suo loco posita interpunctio corrumpit elegantissimum sensum, et tantas tenebras offundit vt in eo loco explicando plurimi nihil viderint, eaque doctum poëtam, et magnum Homeri laudatorem, de principe ipso omnium poëtarum dixisse crediderint, quae profecto nunquam somniauit. Quemadmodum enim si forte aliquid eruditum, elegansque protulit Chaerilus malus poëta, vt portenti simile dicit se Flaccus mirari; ita etiam aegre ferre, ac stomachari, sicubi negligentior visus est Homerus, qui tamen excusatione non careat: *opere enim in longo fas est obrepere somnum.* Eodem autem pacto aliis in locis idem poëta locutus esse animaduertitur. Haec noua eruditaque Horatiani loci declaratio, omitti a me non debuit. nam superiorem nostram animaduersionem adiuuat, et ab ea quoque, si confirmatione vlla ipsa egebat, adiuuatur. VICTOR. Conf. ad Col. 7, 4, 7. et v. Ind. nostrum.

ſtetur, neue exiguis nimbis ſemimadidus [n], quam terram ruſtici variam carioſamque appellant. Ea eſt cum poſt longas ſiccitates leuis pluuia ſuperiorem partem glaebarum madefecit [o], inferiorem non attigit [p]. Nam quae limoſa verſantur arua, toto anno deſinunt poſſe tractari, nec ſunt habilia [q] ſementi, aut occationi, aut ſationi. At rurſus, quae varia † ſubacta ſunt, continuo triennio ſterilitate afficiuntur.
6 Medium igitur temperamentum maxime ſequamur [r] in arandis agris, vt neque ſucco [s] careant, nec [t] abundent vligine. Quippe nimius humor, vt dixi, limoſos lutoſoſque reddit. at quae [u] ſiccitatibus aruerunt, expediri probe non poſſunt. nam vel reſpuitur duritia ſoli [x] dens aratri, vel ſi qua parte penetrauit, non minute diffindit [y] humum, ſed vaſtos caeſpites [z] conuellit; quibus obiacentibus impeditum aruum minus recte poteſt iterari, quia ponderibus glaebarum [a], ſicut aliquibus [b] obſtantibus fundamentis, vomis a ſulco repellitur: quo euenit, vt in iteratione
7 quoque ſcamna fiant, et boues iniquitate operis maxime [c] multentur [d]. Accedit huc, quod omnis humus quamuis laetiſſima, tamen inferiorem partem ieiuniorem † habet, eamque attrahunt excitatae maiores glaebae. quo euenit, vt infoecundior materia miſta [e] pinguiori ſegetem minus vberem reddat, tum etiam ratio ruſtici [f] aggrauatur exiguo profectu operis. iuſta enim fieri nequeunt, cum induruit ager.
8 Itaque ſiccitatibus cenſeo quod iam proſciſſum eſt [g], iterare, pluuiamque opperiri [h] quae madefacta terra, facilem nobis culturam praebeat. Sed iugerum talis agri quatuor [i] operis expeditur. nam commode proſcinditur duabus, vna iteratur, tertiatur dodrante, in liram ſatum [k] redigitur, quadrante opere [l]. Liras autem ruſtici vocant easdem porcas, cum ſic aratum eſt, vt inter duos latius diſtantes ſulcos me-
9 dius cumulus ſiccam ſedem frumentis praebeat. Colles pinguis ſoli peracta ſatione trimeſtri [m] menſe Martio, ſi vero tepor caeli ſiccitasque regionis ſuadebit, Februario ſtatim proſcindendi ſunt. Deinde ab [n] Aprili medio vſque in ſolſtitium iterandi, tertian-

n) *ſeminabimus I. B. R.* o) *madefacit I. I. H. A.* p) *attingit I. I. H. A. Gr. G. St.* q) *apta L.* †) *variae I. I.* r) *ſequantur I. B. R.* s) *ſuco P.* t) *neque I. B. R.* u) *qui Goeſ.* x) *ſolis P.* y) *diffundit Goeſ. I. B. R.* z) *ceſpites I. B. R. I. I. H. A. Gr. G.* a) *glebarum I. B. R. I. I. H. A. Gr. G.* b) *aliqui P.* f. aliquis. c) *peſſime Goeſ.* d) *mulcentur P. mulctentur I. B. R. I. I.* †) *viciniorem L.* e) *mixta I. B. R.* f) *ruſtica I. B. R.* g) *non* inſ. coni. *Vrſin.* h) *operiri I. B. R. I. I. H. A. G.* i) *quattuor I. B. R.* k) *ſtatim* omnes praet. *Goeſ.* l) *operae I. B. R. I. I.* f. opera. m) *trimeſtrium I. B. R.* n) *Sic Pol. Goeſ. L. de* editi.

4, 5 NE LVTOSVS AGER) Vid. noſter de Arb. 12, 1 et Pallad. Ian. 3, 3.

4, 5 VARIAM CARIOSAMQVE) Vid. Cato 61, 1.

4, 5 SEMENTI AVT – SATIONI) Differunt igitur haec duo. Credo ita vt ſementis ad frumenta pertineat proprie, ſatio pateat latius, ac de plantarum omne genus poſitione adhibeatur.

4, 7 EAMQVE ATTRAHVNT EXCITATAE) Maiores glaebae cum a vomere vertuntur, partem ieiuniorem attrahunt, h. e. ſoli obuertunt, vt iam in ſummo ſit. Contra putres glaebae facile dilabuntur.

4, 8 QVOD IAM PROSCISSVM EST ITERARE) *Non iterare* videtur legendum, cum in vulgatis editionibus deſit particula negans. Deinde omiſſa interpunctione legendum, *tertiandique Septembri.* VRSIN. Vtrumque praeclare. Sed circa interpunctionem facilius obtemperaui doctiſſimo viro. Conf. ſ. 4 huius cap. De negatione inferenda αἰδέομαι Τρῶας.

4, 8 QVATVOR OPERIS) Vid. Varro 1, 18, 2. Colum. 11, 2, 47.

4, 8 IN LIRAM SATVM REDIGITVR) Sic lego apud Columellam; nam male eſt vulgo: *in liram ſtatim redigitur.* Quod heic *ſatum in liras redigere* dixit, alibi vocat *ſemen imporcare,* vt de faba: *et ſimiliter quum ſemen crudo ſolo ingeſſerimus, inarabimus, imporcatumque occabimus.* Inaratione ſimul etiam imporcabatur, ut apparet, hoc eſt, in porcas, ſiue liras redigebatur. Nam Columellae *lira* et *porca* eadem eſt. Haec SALMASIVS ad Solinum c. 37. p. 511.

4, 8 LIRAS RVSTICI VOCANT) Vid. Varro 1, 29, 2.

4, 9 TER-

tertiandique [o] Septembri circa aequinoctium. ac totidem operis, quot [p] vliginosi campi, excolitur [q] iugerum talis [r] agri. 10 Sed in arando maxime est obseruandum, semper vt transuersus mons sulcetur. Nam hac ratione difficultas [s] accliuitatis infringitur, laborque pecudum et hominum commodissime sic minuitur. Paullum tamen quotiescunque [t] iterabitur, modo in elatiora, modo in depressiora cliui obliquum [u] agi sulcum oportebit, vt in [x] vtramque partem rescindamus, nec [y] eodem vestigio terram moliamur. 11 Exilis ager planus, qui aquis abundat, primum aretur, vltima [z] in parte mensis Augusti, subinde Septembri sit iteratus, paratusque [a] sementi circa aequinoctium. Expeditior autem labor eiusmodi solo [b] est, eo quod pauciores impenduntur [c] operae: nam tres vni iugero sufficiunt. Item graciles † cliui non sunt aestate arandi, sed circa Septembres [d] Calendas [e]: quoniam si ante hoc tempus proscinditur, effoeta, et sine succo [f] humus aestiuo sole peruritur, nullasque virium reliquias habet. Itaque optime inter Calendas [e] et Idus Septembris aratur, ac subinde iteratur, vt primis pluuiis aequinoctialibus conseri possit: neque in lira, sed sub sulco talis ager seminandus est.

V. PRIVS tamen quam exilem terram iteremus, stercorare [a] conueniet: nam eo quasi pabulo gliscit. In campo rarius, in colle spissius, aceerui stercoris, instar quinque modiorum disponentur [b], atque in plano pedes interualli quoquo [c] versus octo, in cliuo duobus minus relinqui sat erit. Sed id nobis decrescente luna fieri placet: nam ea res herbis liberat segetes. Iugerum autem desiderat [d], quod spissius stercoratur, vehes quatuor [e] et viginti; quod rarius, duodeuiginti. 2 Disiectum [f] deinde protinus fimum inarari et obrui [g] conuenit, ne solis halitu vires amittat, et vt permista

o) Hic interpungunt omnes. p) *quod P.* q) *excollitur I. B. R.* r) *Sed tali agro in arando Goes.* s) *difficultatis accliuitas I. B. R. difficultas adcliuitas P.* t) *quotiesque P. quotiensque I. B. R.* u) *obliquum P.* x) *in* abest *I. B. R.* y) *nec in I. B. R.* z) *vltimam partem I. B. R. vltima parte Goes.* a) *paratusque ac sementi P.* b) *soli est, eoque pauc. I. B. R.* c) *impediuntur L.* †) *faciles L.* d) *Septembris P.* e) *Kalendas I. B. R.* f) *fuco P.* [C. V. Nihil diuisum *L.*] a) *Stercore P.* b) *disponuntur I. B. R.* c) *quoque P. R.* d) *desyderat I. I. H. A.* e) *quattuor I. B. R.* f) *disiectom B. R.* g) *adrui* siue *aduri P.*

4, 9 TERTIANDIQVE SEPTEMBRI) Vid. quae Vrsinus et nos ad 2. 8. pr. monuimus.

4, 11 NEQVE IN LIRA, SED SVB SVLCO) Hic vocat *liram*, quae porca est, inter duos sulcos extans terrae dorsum. Exsuccam et effoetam humum, non in porca, quae siccior arati pars est, sed in sulco ipso seminari vult, vbi vligo residet, et pluuia aqua delabitur. Ergo porcae siue lirae factae, priusquam semen iacteur. Ergo et diuersa liratio, qua terra ipsa aratro in liram redigebatur, ab ea liratione, qua semen in liris et porcis operiebatur. Haec iterum SALMASIVS l. c. p. 512. Mirum *lirae* vocabulo ita abusos veteres, vt nunc eminentem partem, nunc depressam notet; nunc cum porca, cum sulco alias conueniat. *Liram* interdum esse cauam partem, aperte indicat Columella 2, 8, 3 vbi *patentes liras crebrosque sulcos aquarios ευνώμως* coniungit. add. Non. 1, 62, et vetus Gromat. apud Rigaltium p. 298. Rursus eminere *liram* non hoc tantum loco significat, cui forte ασφὸν φάρμακον adhibere aliquis possit, et liram intelligere latiorem atque minus profundam, sulcum autem depressiorem angustioremque (vid. Colum. 11, 2, 47) Sed clarissime 2. 8 huius ipsius capitis, itemque 11, 3, 21. Quid igitur? admittemusne intellectus vnius vocis duos contrarios? Quidni. *Lira* est linea recta, in arationibus, ea et in sulcis est, et in dorsis sulcorum. Cum delirant rustici, et sulci et dorsa fiunt obliqua.

5, 1 VEHES QVATVOR ET VIGINTI) Crescent. 2, 13 quin ipse Pallad. Sept. 1, 2 vbi hunc ipsum Columellae locum prae oculis habent *carpenta stercoris* vocant. Subiicit Crescentius, *Rustici autem nostri duplum ponunt et vltra; sed Tusci non tantum.* Scilicet pingues iam per se Tusciae campos nouimus. *Vehes* et *carpenta* nescio an nostris comparari plaustris possint, vt scilicet nec hodierna plaustra regionum diuersarum inter se.

permiſta [h] humus praedicto alimento pingueſcat. Itaque cum in agro diſponentur acerui ſtercoris, non debet maior modus eorum diſſipari, quam quem bubulci eodem die poſſint obruere.

VI. QVONIAM [a] ſementi terram docuimus praeparare, nunc ſeminum genera perſequemur [b]. Prima et vtiliſſima ſunt hominibus frumenta, triticum, et ſemen adoreum. Tritici genera complura cognouimus. verum ex his maxime [c] ſerendum eſt, quod robus dicitur: quoniam et pondere, et nitore praeſtet. Secunda
2 conditio eſt habenda ſiliginis †, cuius ſpecies in pane praecipua pondere deficitur. Tertium erit trimeſtre, cuius vſus agricolis gratiſſimus. nam vbi propter aquas aliamve cauſam matura [d] ſatio eſt omiſſa, praeſidium ab hoc petitur. [Id [e] genus eſt ſiliginis.] Reliquae tritici ſpecies, niſi ſi quos multiplex varietas frugum, et inanis dele-
3 ctat gloria, ſuperuacuae ſunt. Adorei [f] autem plerumque vidimus [g] in vſu genera quatuor. far, quod appellatur Cluſinum candoris [h] nitidi. far, quod vocatur vennuculum [i], rutilum [k], atque alterum candidum, ſed vtrumque maioris ponderis, quam Cluſinum. ſemen trimeſtre, quod dicitur halicaſtrum [l], idque pondere, et bonitate [m]
4 eſt praecipuum. Sed haec genera tritici, et adorei, propterea cuſtodienda ſunt agricolis, quod [n] raro quiſquam ager ita ſitus eſt, vt vno ſemine contenti eſſe poſſimus, interueniente parte aliqua vel vliginoſa [o], vel arida. Triticum autem ſicco loco melius coaleſcit. Adoreum minus infeſtatur humore.

VII. LEGVMINVM genera cum ſint complura, maxime grata, et in vſu hominum videntur, faba, lenticula, piſum, phaſelus [a], cicer, cannabis [b], milium, panicum,

h) *permixta I. B. R.* [C. VI: Etiam hoc aliter diuiſ. *L.*] a) *Cum L. I. B. R.* b) *perſequamur P.* c) *maximis H.* †) *ſilignis G.* d) *mortua ſatio eſt, omne L.* e) *porro* inſ. *Geſ.* f) *Adorii H.* g) *videmus P.* h) *candidioris et nitidi Geſ. L. I. B. R.* i) *vermiculum I. B. R. venuculum H. A. emiculum L.* k) *rutillum R.* l) *ilicaſtrum L.* m) *bonitati I. B. R.* n) *quō P. cum I. B. R.* o) *veliginoſa B. R.* [C. VII. Nulla nota noui cap. *L.*] a) *phaſellus Com.* b) *gannabis P.*

6, 1 PONDERE) De pondere frumentorum etiam Plin. 18, 7. Apertum eſt quo plus ponderis habet frumentum, tanto plus inde poſſe panis confieri. Subtilius iſta exquirere, et ad calculos Phyſicorum ſedere, non eſt ruſticorum.

6, 2 [ID GENVS EST SILIGINIS] Incluſi haec verba, quod gloſſema puto.

6, 3 FAR VENNVCVLVM) *Farris venuculi* aut *vennuculi* neſcio an quis praeterea mentionem fecerit. *Vernaculum* vocatur a noſtro 11, 2, 9. Quid? ſi vtroque loco reſtituenda ſit lectio, quam hic habent primae editiones, *vermiculum*, cuius *ἐπεξήγημα* ſiue gloſſa eſt *rutilum.* Quatuor enim genera *adorei* promittit Columella, *Cluſinum, rutilum, candidum, trimeſtre.* *Vermiculum* nempe gloſſis et medii aeui ſcriptoribus rubrum notare, (a cocci *vermiculis*) notum eſt, ſeruatque Gallorum lingua, quibus *vermillon* cocciferam arborem, miniumque adeo, *vermeil* autem rubrum generatim ſignificat. De Hiſpanorum vocibus *bermeio* et *bermellon* idem fere dicendum. Si igitur licuit Salmaſio p. 854, b, A. magni operis, *vermiculatum opus* Lucillii interpretari pictum, rubricatum; quidni apud Columellam, longe recentiorem, *vermiculum* poſſit ſignificare *rutilum.* Add. p. 192, b, E. it. Hyl. Iatr. c. 70 extr. p. 93, b. Neque vero illud praetermittendum, in vitibus etiam eſſe genus *venuculum*, in quo ſatis magna ſcriptionis varietas occurrit. Ad noſtram rem facit, quod Colum. 3, 2, 2 Codex Lipſienſis *vermiculas* vuas agnoſcit, h. e. purpureas, cuius quidem nominis rationem facilius credo intelligunt omnes, quam illam alteram *venucularum*, et quae praeterea monſtra librariorum ſtupor peperit. Conſiderari etiam velim Plinii locum 32, 8 pr. ſ. 27 vbi *halcyoneum tertium* vocat *candidioris vermiculi*, quod Galenus et Dioſcorides Harduino laudati, ille quidem *πορφυρίζον*, hic vero *ὑπόπορφυρον τῇ χρόᾳ* appellant. Etiam *Robus* tritici genus a *robeo* colore nomen habere poteſt. Add. Scal. ad Varr. 2, 5, 8.

6, 3 SEMEN TRIMESTRE) Vid. quae deinde dicemus ad Colum. 2, 9, 8.

cum, fefama, lupinum, linum etiam, et ordeum [c], quia ex eo ptifana [d] eft. Item pa-
bulorum optima funt Medica, et foenum Graecum, nec minus vicia [e]. Proxima 2
deinde cicera, et eruum, et farrago [f], quae eft ex ordeo [g]. Sed de his prius differe-
mus, quae noftra caufa feminantur, memores antiquiffimi praecepti, quo monemur,
vt locis frigidis nouiffime, tepidis celerius, calidis ociffime [h] feramus [i]. nunc autem
proinde, ac fi temperatae regioni praecepta dabimus.

VIII. PLACET noftro poëtae adoreum, atque etiam triticum non [a] ante fe-
minare, quam occiderint Vergiliae [b]. quod ipfum numeris fic edifferit [c]: *At* [d] *fi tri-
ticeam in meffem, robuftaque farra Exercebis humum, folisque inftabis ariftis, Ante
tibi eoae Atlantides abfcondantur.* Abfconduntur autem altero et trigefimo [e] die poft 2
autumnale aequinoctium, quod fere conficitur nono Calend. [f] Octobris: propter
quod intelligi [g] debet tritici fatio dierum fex et quadraginta ab occafu Vergiliarum,
qui fit ante diem IX Calend. Nouemb. ad brumae tempora. fic enim feruant pru-
dentes agricolae, vt quindecim diebus prius [h], quam conficiatur bruma, totidemque
poft

c) *hordeum I. B. R.* d) *ptiffana I. tifanana P.* e) *vitia I. B. R. G.* f) *farago I. B. R.* g) *hordeo I. B. R.* h) *ocyffime I. I. H. A. Gr. G.* i) *metamus I. B. R. metamur I. I. L.* [C. VIII.] Vno tenore pergit *I.* a) *non* deeft *G.* b) *virgiliae* hic et al. *L.* c) *edixeris I. B. R.* d) *Ac P.* e) *tricefimo I. B. R.* f) *Kalendas I. B. R.* g) *intellegi P.* h) *priusquam* iunct. *I. B. R.*

7, 2 VT LOCIS FRIGIDIS) Hoc monitum vt legitur, fine vlla dubitatione reiicerem. Locane *frigida nouiffime* conferenda funt, *calida ociffime?* Quare vitiofa ifta cenfenda. Si quidem et ratio, et ab omnibus, qui agriculturae prudentiam iure ac merito fibi vindicant, receptus vfus, vt alio modo legamus non poftulat folum, fed cogit etiam. Quod Columella item capite proximo expreffe fignificat. *Nos quoque*, inquit, *non ambigimus in agro temperato et minime humido fementem fic fieri debere. Caeterum locis vliginofis atque exilibus, aut frigidis, aut etiam opacis, plerumque prius conualefcent radices frumentorum quam hibernis imbribus aut gelicidiis pruinisque infeftentur.* Et c. 9 de ordei fatione, *Altero fulco feminari debet, poft aequinoctium, media fere fementi, fi laeto folo eft; fi gracili, maturius.* Plinius quoque 18, 24 *Aliqui*, ait, *in frigidis ab aequinoctio auctumni* (ferere iubent) *in calidis ferius, ne ante hiemem luxurient.* Porro in vetuftis, et etiam in Iuntina, editionibus non *feramus* legitur, fed *metamur*, fortaffe pro *metamus.* Quod fi de legenda fegete nos hoc in loco commonefaceret auctor, libenter amplecterer: citius cum foleat in calidis locis demeti feges, quam in frigidis; quoniam in illis celerius, tardius in his ad maturitatem perducitur. Verum de fatione hoc in loco ea quae commemoraui tradere oftendit dicens, *Sed de his prius differemus, quae noftra caufa feminantur, memores antiquiffimi praecepti, quo monemur, vt locis frigidis nouiffime etc.* Et deinde, *Nunc autem proinde ac fi temperatae regioni praecepta dabimus.* Et hac ratione proximum caput aggreditur, *Placet noftro poëtae adoreum, atque etiam triticum, non ante feminare*, et quae fequuntur. Qua propter vtraque lectio foede inquinata. Sic autem videtur legendum, *vt locis frigidis ociffime, tepidis celerius calidis nouiffime feramus.* ab imperitis enim librariis de fuo loco mota haec exiftimo. Porro quoniam diligenter ifta ab agricolis funt obferuanda, fimili fere modo et 11, 2 eos monuit, *itaque in totum praecipimus, vt quisque natura locus frigidus erit, is primus conferatur; vt calidus, nouiffime.* PONTED. In mentem venerat ifta intelligere de fatione verna, de qua vera effe puto verba, vt nunc edita funt. (Mutare enim quidquam, fola coniectura ductus, licet liquidiffima videatur, non facile aufim) fed repugnat 2, 9, 6 *Adhuc de fatione autumnali loquimur.*

7, 2 PROINDE, AC SI) Videtur legendum *perinde ac fi.* VRSIN.

8, 1 AT SI TRITICEAM) Georg. 1, 219 vbi vid. Seruius, qui monet *eoe* aduerbialiter accipiendum, hoc intellectu, Atlantides fiue Vergiliae mane occidant, non vero helisco occafu. Verum vid. Salmaf. exerc. Plin. p. 509 b, C. vbi de matutino vero occafu intelligendum oftendit.

8, 2 ABSCONDVNTVR AVTEM ALTERO) Scripfiffe opinor *XLIV*, et mox pro *nono* Calend. Oct. *fexto*: deinde pro *fex et quadraginta*, *XLIV*: et pro *ante diem IX Calend.* mallem *a. d. IV Idus.* PONTED.

8, 2 QVI FIT ANTE DIEM) V. C. habet: *qui fit ex* A D. et p. p. in V. C. pro *impleuerit* habetur *impluerit*, quae lectio vera eft. VRSIN.

 8, 3 DVM

poſt eam confectam neque arent, neque vitem aut arborem putent. Nos quoque [i]
non ambigimus in agro temperato, et minime humido ſementem ſic fieri debere.
3 Caeterum locis vliginoſis, atque exilibus, aut frigidis, aut etiam opacis plerumque
citra Calendas [k] Octobris ſeminare conuenire, *dum ſicca tellure licet, dum nubila pendent*, vt prius conualeſcant radices frumentorum, quam hibernis imbribus, aut gelicidiis [l], pruinisue infeſtentur. Sed quamuis tempeſtiue ſementis confecta erit, cauebitur tamen, vt patentes liras, crebroſque ſulcos aquarios, quos non nulli elices
vocant, faciamus, et omnem humorem in colliquias, atque inde extra ſegetes deri-
4 vemus [m]. Nec ignoro quosdam veteres auctores praecepiſſe, ne ſeminarentur agri,
niſi cum terra pluuiis permaduiſſet. Quod ego, ſi tempeſtiue competat, magis conducere agricolae non dubito. Sed ſi, quod euenit nonnunquam, ſeri ſunt imbres,
quamuis ſitienti ſolo recte ſemen committitur, idque [n] etiam in quibusdam prouinciis, vbi ſtatus caeli talis eſt, vſurpatur. Nam quod ſicco loco [o] ingeſtum, et inoccatum eſt, perinde [p] ac ſi repoſitum in horreo non corrumpitur, atque vbi venit
5 imber, multorum dierum ſementis vno die ſurgit. Tremellius quidem aſſeuerat,
prius quam impluerit [q], ab auibus, aut formicis ſata edi, vbi [r] aeſtiuis ſerenitatibus
ager aret. idque etiam ſaepius nos [s] experti, verum adhuc eſſe [t] comperimus. Magis
apte [u] tamen in eiusmodi agris adoreum, quam triticum ſeritur: quoniam [x] folliculum,
quo continetur, firmum et durabilem aduerſus longioris temporis humorem habet.

IX. IVGERVM agri pinguis plerumque modios tritici quatuor, mediocris quinque poſtulat: adorei [a] modios nouem, ſi [b] eſt laetum ſolum; ſi mediocre, decem
deſiderat [c]. Nam quamuis de menſura minus auctoribus conuenit, hanc tamen videri commodiſſimam [d] docuit noſter vſus; quem ſi quis ſequi recuſat, vtatur praeceptis eorum, qui bene [e] vberem campum in ſingula iugera tritici [f] quinque, et
adorei octo modiis obſerere praecipiunt, atque hac portione [g] mediocribus agris ſemi-
2 na praebenda cenſent. Nobis ne iſtam quidem, quam praediximus, menſuram ſemper placet ſeruari, quod eam variat aut loci, aut temporis, aut caeli conditio. loci,
cum vel in campis, vel collibus frumentum ſeritur, atque his [h] vel pinguibus, vel
mediocribus, vel macris. temporis, cum autumno, aut etiam ingruente hieme frumenta iacimus. nam prima ſementis rarius ſerere permittit, nouiſſima ſpiſſius poſtulat.

i) *quoque non abnuimus P. et Geſ.* *quoque abnuimus I.* *quoque annuimus B. R.* *ob...mus L.* k) *Kalendas I. B. R.* l) *gelidis P. aquis gelidis L.* m) *diriuemus I. B. R.* n) *itaque P.* o) *ſolo L. I. B. R. I. I. H. A. G.* p) *proinde P. I.* q) *impluuerit Geſ. L. I. B. R.* *impluerit I. I. H. et Mſ.* Heinſ. ad Ouid. met. 1, 573. *impleuerit* rel. r) *vbi* defic. *I. B. R.* *ſata rictu aeſt. L.* s) *non* Sphalma *Vict.* t) *non* inſ. *L.* u) *alter I. apta H. apte L.* x) *quom vel cum I. B. R.* [C. IX.] Nulla nota noui Cap. L. a) *adorii P. adorei* hic et ſemper fere *L.* b) *ſic P.* c) *deſyderat I. I. H. A.* d) *commodiſſimum I. B. R.* e) *bene* om. *L. Geſ. I. B. R. I. I. H. A.* f) *tritici, quibus et etc. L. I. B. R.* g) *proportione* coni. *Vrſ.* ſed vid. Ind. h) *hic I. B. R.*

8, 3 DVM SICCA) Virg. Ge. 1, 214.

8, 3 PATENTES LIRAS) Vid. quae diſputantur ad Col. 2, 4, 11.

8, 3 IN COLLIQVIAS) Plin. 18, 19 extr. *In vſu eſt, et collicias interponere, ſi ita locus poſcat, ampliore ſulco, quae in foſſas aquam educant.* Salm. p. 512. quaſi *coelicias* dictas putat ab eadem origine, vnde hic etiam dicuntur *elices*: et formulam vbi *haerere aqua* dicitur ab his vel *colliciis* vel *elicibus*, vel *incilibus* adeo deducit.

8, 4 TEMPESTIVE) Broukhuſius eleganter coniicit *tam feſtiue.* Sed nec recepta lectio non bona eſt.

9 Argumentum huius capitis tractat etiam noſter 11, 2, 75 ſeq. it. Pall. Sept. 3, 1.

lat. caeli, cum aut pluuium, aut ſiccum eſt. nam illud idem quod prima ſementis,
hoc quod [i] vltima deſiderat. Omne autem frumentum maxime campo patente, et 3
ad ſolem prono, apricoque et ſoluto laetatur. Collis enim quamuis robuſtius [k] ali-
quanto, minus tamen tritici reddit. Denſa, cretoſaque et vliginoſa humus, ſiliginem,
et far adoreum non incommode alit. Ordeum [l] niſi ſolutum et ſiccum locum non
patitur. Atque illa vicibus annorum requietum agitatumque alternis †, et quam 4
laetiſſimum volunt aruum. hoc nullam mediocritatem poſtulat: nam vel [m] pinguiſſi-
ma, vel macerrima humo iacitur [n]. Illa poſt continuos imbres, ſi neceſſitas exigat,
quamuis adhuc limoſo et madente ſolo ſparſeris, iniuriam ſuſtinent. hoc ſi lutoſo
commiſeris, emoritur. Siliginis autem vel tritici, ſi mediocriter cretoſus vligino- 5
ſusue ager eſt, etiam paullo plus, quam, vt prius iam dixi, quinque modiis ad ſatio-
nem opus eſt. At ſi ſiccus, et reſolutus locus, idemque vel pinguis, vel exilis eſt,
quatuor; quoniam et [o] e contrario macer tantundem ſeminis poſcit. nam niſi rare 6
conſe-

i) *quod I. B. R. Vrſ.* Caeſenas Ponted. *quoque al.* k) *roboſtius P.* l) *hordeum I. B. R.* †) *alterius Gr.* m) *vt I. B. R. Goeſ. Lipſ.* Caeſen. n) Ita *L.* Caeſen. *I. B. R. I. I. iaciatur, perit* alii. o) *et* deeſt *I. B. R.*

9, 2 HOC QVOD VLTIMA DESIDERAT) Satis admirari nequeo, cur recepta ſint iſta [*hoc quoque vltima*] ab omnibus ſi veteres libros excipiamus, quibus eadem ſeminis menſura ferendum prima ſementi ac vltima ſignificatur. Quo quid par eſt dici imperitius? Rarius enim ſpargitur granum, quod maturum ſeritur; ſpiſſius quod ſerotina ſatione. Hoc ſiquidem, ingruente hieme, conualeſcere nequit, et germina plura emittere, quin pars a gelicidiis pruiniſque corrumpatur; ideoque ſeges, niſi larga manu ſemen deponeretur, rareſceret. At illud, tepentibus adhuc diebus, vim acquiret, latiusque ſe humi diffundit, et, cum maius terrae ſpatium ad creſcendum poſtulet, rarum propterea ſeminatur. Legendum itaque: *nam illud idem quod prima ſementis* (hoc eſt eadem menſura ſpargitur ſemen, pluuio caelo, quae prima ſementis exigit nimirum rarius) *hoc quod vltima deſiderat.* Vltima autem ſementis ſpiſſius poſtulat ſeri, ita et illa, quae in ſiccitatibus fit, in vtraque enim pars ſeminis deperit; in illa ob ingruentem brumam; in hac ob animantia, quae ſicca terra ſata depopulantur. PONTED. Obſequendum nimirum fuit auctoritati, quam laudauimus, et rationibus viri doctiſſimi.

9, 3 GRANVM ROBVSTIVS) Grandius, maius, quam leguminum, vt infra n. 8. *robuſta frumenta.* Virgil. Georg. 1, 219 *At ſi triticeam in meſſem, robuſtaque farra Exercebis humum;* vbi Seruius: *robuſtaque farra*, frumenta, quae plus habent virium, quam legumina. SCHOETTG. Nimirum in collina poſitione culmi creſcunt ad perpendiculum; non plures adeo, quam capit baſis; granis explicandis ſpatium praebet hypotenuſa, ex qua vulgus aream aeſtimat.

9, 4 NVLLAM MEDIOCRITATEM) Schwarzius ep. 2. conicit *nudam:* nempe, quia ſequentia legebat, vt plerique, Aldum ſecuti. Nulla hic correctione opus eſt.

9, 4 NAM VEL PINGVISSIMA) V. C. *Nam vt vel pi.* ſed videtur legendum *nam niſi vel pingu.* VRSIN.

9, 4 HVMO IACIATVR, PERIT) Haec lectio in nonnullis editis Columellae libris occurrit non ſine mendo; neque enim hordeum pinguiſſimo vel macerrimo loco commiſſum perit, vt infra ex Colum. apparet; *ſeritur ſoluta ſiccaque terra, et vel praeualida vel exili; quia conſtat, arua ſegetibus eius maceſcere; propter quod pinguiſſimo agro, cuius nimiis viribus noceri non poſſit, aut macro, cui nihil aliud, committitur.* In aliis vero editionibus hunc locum ſic legimus: *hoc nullam mediocritatem poſtulat, nam vel pinguiſſima vel macerrima humo iacitur.* Verbum *perit* hic praetermiſſum eſt, qua ratione non video, niſi quod vitioſum habitum fuit, vt reuera eſt; idcirco obſcuram Columellae ſententiam reliquerunt, qui docet, hordeum nullam mediocritatem poſtulare, ſed cuicunque terrae commiſſum prouenire. Ego itaque hunc locum ſic legere ſoleo: *hoc nullam mediocritatem poſtulat, nam vel pinguiſſima, vel macerrima humo iaciatur, prouenit.* Quod verbum *prouenit* ob nimiam librariorum in ſcribendo contractionem in *perit* mutatum exiſtimo. PONTED. Nihil opus eſt coniectura Vrſini, neque Pontederae, multo minus Schwarzii ep. 2. ſi reuocetur, quod factum a nobis eſt, lectio antiqua, cui Mediceos etiam libros ſuffragari, e Politiani ſilentio intelligo, quaeque neceſſaria videtur, niſi vno ſpiritu contradicere ſibi Columellam velimus. Porro eandem rem, cum cauſa etiam, dicit 2, 10, 14.

9, 5 QVONIAM ET E CONTRARIO) His verbis confirmat Columella, quod dixerat, *vel pinguis vel exilis eſt.* De pingui nemo dubitat:

conferitur, vanam et minutam fpicam facit. at vbi ex vno femine pluribus culmis
fruticauit [p], etiam ex rara fegete denfam facit. Inter caetera quoque non ignorare
debemus, quintam [q] partem feminis amplius occupare [r] agrum confitum arbufto,
quam vacuum, et apertum. Atque adhuc de fatione autumnali loquimur: hanc
7 enim potiffimam [s] ducimus [t]. Sed et [u] eft altera, cum cogit [x] neceffitas: trime-
ftrem [y] vocant agricolae. ea locis praegelidis ac niuofis [z], vbi aeftas eft humida et
fine vaporibus, recte committitur. caeteris admodum raro [a] refpondet. quam tamen
ipfam celeriter, et vtique ante aequinoctium vernum conueniet peragere. fi vero
locorum et caeli conditio patietur, quanto maturius feuerimus, tanto [b] commodius
8 proueniet. neque enim eft vllum, ficut multi crediderunt, natura trimeftre femen:
quippe idem iactum autumno [c] melius refpondet. Sed [d] funt nihilo [e] minus quae-
dam aliis potiora, quae fuftinent veris tepores, vt filigo, et ordeum Galaticum [f], et
halicaftrum, granumque fabae Marficae. nam caetera robufta frumenta femper ante
hiemem feri debent in regionibus temperatis. Solet autem falfam nonnunquam et
amaram vliginem vomere terra, quae quamuis matura iam fata manante noxio hu-
9 more corrumpit, et locis glabrentibus [g] fine vlla ftirpe feminum areas reddit. Ea [h]
glabreta fignis adhibitis notari conuenit, vt fuo tempore vitiis eiusmodi medeamur [i].
Nam vbi vel vligo, vel aliqua peftis fegetem enecat [k], ibi columbinum ftercus, vel
fi id non eft, folia cupreffi conuenit fpargi et inarari. Sed antiquiffimum eft, omnem
inde humorem facto fulco deducere: aliter vana erunt praedicta remedia. Nonnulli
pelle hyaenae [l] fatoriam trimodiam veftiunt, atque ita ex ea, cum paullum immorata
10 funt femina, iaciunt, non dubitantes prouentura, quae fic [m] fata fint. Quaedam etiam
fubterraneae peftes adultas fegetes radicibus fubiectis [n] enecant. Id ne fiat, reme-
dio eft aquae miftus [o] fuccus herbae, quam ruftici fedum appellant. nam hoc medi-
camine

p) *fructificauit I. B. R. Lipf. fructiuicauit P. frutificauit Gryph. Goef.* q) *quantam I, B. R.* r) *occupari I. B. R.* s) *potiffimum H. A.* t) *dicimus I. B. R.* u) *et om. f.* fed eft et *I. B. R.* x) *egit I. B. R.* y) *femeftrem I. B. R. femenftrem P. triticum femeftre L.* z) *vinofis Gr. St.* a) *rara I. B. R.* b) *tanto* om. *L. I. B. R.* c) *auctumno I. B. R.* d) *fed* omitt. *P.* e) *nihilominus* iunct. *I. B. R.* f) *galathicum J. I. H. A. G.* g) *calentibus P. Goef.* h) *eam gleba Goef. Eam gluebra P.* i) *medicemur L.* k) *negat. P.* l) *hyeme H.* m) *Siccata P.* n) *fubfectas necant L.* o) *mixtus I, B. R.*

rat: fed e contrario exilem etiam fiue macrum non plus poftulare, illud oftendendum erat.

9, 6 QVINTAM PARTEM SEMINIS) H. e. fi quinque modii occupant iugerum (Vid. Ind. voce *occupo*) agri vacui et aperti, fex fatisfacient iugero agri confiti arbufto. Cauſam mihi quidem non patuiffe, cum ifta fcriberem, fateor. nifi fi propter vmbram et radices arborum quod foli bonitati decedit, femine copiofiore penfandum.

9, 7 TRIMESTREM VOCANT AGRICOLAE) Videndum Calendarium rufticum, in quo eft, TRIMESTRE SERITVR. VRSIN.

9, 8 NEQVE ENIM EST VLLVM — — NATVRA) Plin. 18, f. 12, n. 3. *Eft et bimeftre -- In tantum fallitur Columella, qui ne trimeftris quidem proprium genus exiftimauerit effe, cum fit antiquiffimum.* Sed bene iam Harduinus refpondit, non negare Columellam effe triticum trimeftre, fed negare diuerfum illud effe ab eo, quod auctumno cum feritur, melius prouenit.

9, 8 ET HALICASTRVM) Halicaftrum ad hordeum nequaquam fpectat, fed ad far adoreum, vt ipfe monet Columella, huius ipfius libri 6, 3. Quare libenter adiicerem *far*, videlicet, *et hordeum Galaticum, et far halicaftrum.* PONTED.

9, 8 ORDEVM GALATICVM) V. c. 16.

9, 8 SOLET AVTEM — VOMERE TERRA) Pall. Sept. 3, 1.

9, 9 NONNVLLI PELLE HYAENAE) Geop. 2, 18. Pall. Sept. 3, 1.

9, 9 SATORIAM TRIMODIAM) Africanus Geop. l. c. *μέτρῳ ἐν ᾧ τὸ σπέρμα μετρεῖται.* SCHOETTG.

9, 10 QVAEDAM SVBTERRANEAE PESTES) Pall. Sept. 3, 2.

9, O CV-

camine vna nocte semina macerata iaciuntur. Quidam cucumeris † anguinei humo-
rem expressum, et eiusdem tritam [p] radicem diluunt aqua, similique ratione made-
facta semina terrae mandant. Alii hac eadem aqua vel amurca [q] insulsa [r], cum coe-
pit infestari seges, perfundunt sulcos, et ita noxia animalia submouent [s]. Illud dein-
ceps praecipiendum habeo, vt demessis segetibus iam in area futuro semini consula-
mus. Nam quod ait Celsus, vbi mediocris est fructus, optimam quamque spicam [t] 11
legere oportet, separatimque ex ea semen reponere; cum rursus amplior messis
prouenerit, quidquid exteretur, capisterio [u] expurgandum erit, et semper quod pro-
pter magnitudinem ac pondus in imo subsederit, ad semen reseruandum. nam id
plurimum prodest, quia quamuis celerius locis humidis, tamen etiam siccis frumenta
degenerant †, nisi cura talis adhibeatur. Neque enim dubium est, ex robusto semi- 12
ne posse fieri non robustum. quod vero protinus exile [x] natum sit, nunquam robur
accipere manifestum est. Ideoque Virgilius [y] cum et alia, tum et hoc de seminibus
praeclare sic disseruit: *Vidi ego* [z] *lecta diu, et multo spectata labore Degenerare ta-
men, ni vis* [a] *humana quotannis Maxima quaeque manu legeret, sic omnia fatis In
peius ruere, ac* [b] *retro sublapsa referri.* Granum autem rutilum [c] si, cum diffissum [d] 13
est, eundem colorem interiorem habet, integrum esse non dubitamus. Quod ex-
trinsecus albidum, intus etiam conspicitur candidum, leue ac vanum intelligi debet.
Nec nos tanquam optabilis [e] agricolis fallat siligo. nam hoc tritici vitium est, et
quamuis candore praestet, pondere tamen vincitur [f]. Verum in humido statu caeli
recte prouenit; et ideo locis manantibus magis apta est. Nec tamen ea [g] longe
nobis,

†) *cucumeri sanguini* ms. Heins. ad Ouid. *tr.* 4, 7, 12. *et Gesf.* p) *mitram P.* q) *amurga P.* r) *infusa I. B. R.* s) *summouentur I. B. R.* t) *Spica I. I.* u) *caphisterio I. Scaphisterio. B. Scapisterio R.* †) hinc lacuna ad *degenerare L.* x) *ex leui P. ex vili* coni. *Broukh.* y) *Vergilius Gr. G.* z) *ego* om. P. *Gesf.* et editio Virg. Heins. a) *mens I. B. R.* b) *et I. B. R.* c) *rutilum siccum et diffissum, si eundem etc. I. B. R. siccum diffissum, cum eund. Lips.* d) *diffusum P. H.* e) *stabilis agricolis P.* f) *vitiatur L.* g) *ea* abest *I. B. R.*

9, 10 CVCVMERIS ANGVINEI) Ἄγριον σίκυον vocat Africanus. Plinius 20, 2 *Multi hunc esse apud nos, qui anguinus vocatur, ab aliis erraticus, arbitrantur.* Caeterum de voce *anguineus* vid. If. Vossius ad Catullum p. 215. SCHOETTGEN. *Agrestem* vocat Pall. Sept. 3, 2.

9, 10 AMVRCA INSVLSA) Virgil. Ge. 1, 193 *Semina vidi equidem multos medicare serentes. Et nitro prius, et nigra perfundere amurca.* Africanus: καὶ ὕδατι καὶ ἀμόργῃ ἐμβρέξας αὐτὰ, μᾶλλον ὠφελήσεις. Idem paullo post: Βιργίλιος δὲ ἐπαινεῖ, νίτρῳ καὶ ὕδατι ἐπιψεκάζειν τὰ σπειρόμενα. *Insulsam* autem vocant *amurcam, quae salem non habet*, vt noster infra loquitur c. 15, 3 et 20, 1 h. e. cui sal non est admistus. Euolue Bapt. Pium annot. post. c. 33. SCHOETTG.

9, 11 CAPISTERIO PVRG.) Est species vanni, qua frumenta expurgantur. Goffridus Vindocinensis Serm. 11. *Nutrix vero illius* (Benedicti) *cum a vicinis mulieribus capisterium accepisset, quo modicum tritici, quod eis pro Dei amore collatum fuerat, purgare debuisset, vas ipsum super mensam non bene collocatum cecidit, et ita confractum est, vt in duas partes inueniretur diuisum.* SCHOETTG. qui in Antiquitatibus triturae p. 64. addit locum e vita Scholasticae ap. Bollandum Febr. T. II. p. 404.

9, 12 VIRGILIVS) Ge. 1, 197.

9, 13 NAM HOC TRITICI VITIVM EST) *Vitium* hic non dicit vt in nuce, pomisque aliis, quod abiicitur, sed secundum quoddam, inferiusque genus, ex priori ortum, vt *vitium vini acetum* Plinius 23, 1 f. 27. Vid. Colum. 2, 6, 1. Plin. 18, 8 f. 20, 1 *Siliginem proprie dixerim tritici delicias: candor est, et sine virtute et sine pondere, conueniens humidis tractibus, quales Italiae sunt et Galliae Comatae - - in caeteris ibi partibus biennio in triticum transit. Remedium, vt grauissima quaeque grana eius serantur. E siligine lautissimus panis, pistrinarumque opera laudatissima* etc. Verum non recte intellexit Columellam Plinius? an per vices siligo redit in triticum? an deprauatus denique Plinius? Fere est vt ita putem, cum *sine pondere* esse siliginem ipse dicat. Sed quod *delicias* tritici vocat siliginem Secundus, in eo non puto illum contradicere Moderato, qui *vitium* nominat. *Delicias* etiam et *delicatos* in vitio esse constat.

nobis, aut magna difficultate requirenda est. nam omne triticum solo vliginoso
14 post tertiam sationem conuertitur in siliginem. Proximus est his frumentis vsus ordei, quod rustici hexastichum [h], quidam etiam [i] cantherinum appellant: quoniam et [k] alia animalia, quae ruri sunt, melius quam triticum [l], et hominem salubrius quam malum triticum pascit. Nec aliud in egenis rebus magis inopiam defendit. Seritur soluta siccaque terra, et vel praeualida vel exili, quia constat arua segetibus eius macescere [m]: propter quod pinguissimo agro, cuius nimiis viribus noceri non
15 possit, aut macro, cui [n] nihil aliud, committitur. Altero sulco seminari debet, post aequinoctium, media fere sementi, si laeto solo: si gracili, maturius. Iugerum quinque modii [o] occupabunt. Idque vbi paullum maturuerit, festinantius, quam vllum aliud frumentum † demetendum erit. Nam et fragili culmo, et nulla vestitum palea granum eius celeriter decidit, iisdemque [p] de causis facilius teritur, quam caetera. Sed cum eius messem sustuleris, optimum est noualia pati anno cessare: si
16 minus, stercore saturare, et omne virus, quod adhuc inest terrae, propulsare. Alterum quoque genus ordei est, quod alii distichum, Galaticum [q] nonnulli vocant, ponderis

h) *herasticum a. V. exascbicum L.* i) *et I. B. R.* k) *omnia anim. P. id alit anim.* coni. Broukh. ex Isidoro Orig. 17, 3. l) *triticum pascit, et etc. I. B. R.* m) *manascere P. macessere G.* n) *cui* omitt. *I. B. R.* o) *modios occupabit L. I. B. R.* †) *frumenum R.* p) *hisdemque causis I. B. R.* q) *galathicum I. B. R. I. I. H. A.*

9, 14 HORDEI, QVOD RVSTICI HEXASTICHVM) Hoc hexastichum hordeum, secale, vt vocant posteriores, esse suspicor, non hordeum aliquod. nam secale post triticum bonitate secundum locum tenet, deinde fragili culmo constat, ipsiusque grana ab inferiore tantum parte glumis excipiuntur, vt commemorat Colum. Ait enim: *fragili culmo, et nulla vestitum palea, granum eius celeriter decidit.* Adde secale celerius ad maturitatem perduci, maturius, ne grana decidant, meti, semenque nullo negotio in area excuti, secale quoque segete macra arua reddi, quae omnia hexasticho hordeo attribuit Columella. Quapropter, cum inter cereales stirpes nullum aliud plantae genus habeamus, quod propius ad hoc hexastichum hordeum accedat, facile adducor, vt credam, id esse secale, quod vna voce recentiores ignotum fuisse veteribus tradunt. Illud tamen praetereundum non est, secales spicas hexastichas nequaquam esse, quoniam intermedii ordines non explicantur. Sciendum quoque est, id quod hac aetate *hordeum* appellatur, glumis arcte grana amplectentibus constare, quibus eadem per triturationem non euoluuntur, sed cum suis inuolucris a culmo discuti solent, et recondi, ac iisdem vestita seri. Cuius generis apud veteres far adoreum fuisse accepimus, de quo ita Colum. c. 8 loquitur: *magis apte tamen in huiusmodi agris adoreum quam triticum seritur: quoniam folliculum, quo continetur, firmum et durabilem aduersus longioris temporis humorem habet.* Probatur etiam ex satione: farris, quoniam folliculis ipsius grana inclusa maius spatium occupant, maior modus ad serendum exigitur, vt in hordeo nostrate contingit, at hordei hexastichi cuius grana nuda sunt minor; asserit quippe Colum. *quinque modios* (eius) *iugerum occupare; at adorei modios nouem, si est laetum solum, si mediocre decem.* PONTED. Vid. Pall. Sept. 4, et Oct. 1. Illud video, *secalem* pariter Clar. viri et hordeum hoc hexastichon conuenire illi, quod κατ' ἐξοχὴν nostri *Korn* f. *Roggen* appellant. *Far adoreum* autem veterum non cum hordeo nostro, *Gerste*, sed cum eo, quem *Dinckel* vocant, qui habent, Franci et Sueui, (per Saxoniam non obseruaui) conuenire, apparet eo, quod flos est frumenti generum, et eo etiam, quem *Waitzen* vocant, qui *triticum*, credo, est veterum, candidior; tum quod folliculis et gluma non exuitur in trituratione, sed peculiari mola suspensis lapidibus, et vento per flabella immisso, iis liberatur, qui actus *das gerben* appellatur. v. ad Cat. 2, 4. Caeterum non falsa forte vox est Conr. Heresbachii, docti hominis et boni eiusdem agricolae, querentis L. 1 p. 102 *ne fruges quidem, quibus quotidie vescimur, suo certo nomine nobis appellare licere.* De farre adoreo eadem videntur Remb. Dodonaeo Stirpium hist. 4, 1, 4. Quid fuerit *far*, disputant Cognatus Obss. Var. 2, 23. et Pincierius Parerg. 2, 3. Conf. ad Cat. 143, 3.

9, 14 AVT MACRO, CVI NIHIL ALIVD COMMITTITVR, ALTERO SVLCO SEMINARI DEBET) Ita videtur interpungendum. VRSIN.

9, 16 ORDEVM DISTICHVM) Vid. Pall. Ian. 4 et Feb. 8.

9, 17 NEC

ponderis et candoris eximii, adeo vt tritico mistum egregia cibaria familiae praebeat.
Seritur quam pinguissimis, sed frigidis locis circa Martium mensem. Melius tamen
respondet, si clementia [r] hiemis permittit, cum seminatur circa Idus Ianuarias. Iu- 17
gerum sex modios postulat. Inter frumenta etiam panicum et [s] milium ponenda
sunt, quamuis iam leguminibus ea contribuerim. nam multis regionibus cibariis
eorum coloni sustinentur [t]. Leuem solutamque humum desiderant. nec in sabuloso
solo, sed in arena [u] quoque proueniunt, modo humido caelo, vel riguo solo. nam
siccum cretosumque reformidant. Ante ver [x] seri non possunt, quoniam tepori- 18
bus [y] maxime laetantur. vltima tamen parte Martii † mensis commodissime terrae
committuntur. Nec impensa graui rationem [z] cultoris onerant; quippe sextariis
fere quatuor iugerum implent. frequentem tamen exigunt sarritionem [a] et runca-
tionem, vt herbis liberentur. Ea cum spicas ediderunt, prius quam semina hient
aestibus [b], manu carpuntur, et suspensa in sole cum assiccata [c] fuerint, reconduntur,
atque ita reposita perennant diutius [d] quam caetera. Panis ex milio conficitur, qui 19
antequam refrigescat, sine fastidio potest absumi [e]. Panicum pinsitum, et euolutum
furfure, sed et [f] milium quoque pultem, quauis [g] inopia, maxime cum lacte, non fasti-
diendam praebet.

X. QVONIAM de frumentis † abunde praecepimus, de leguminibus deinceps
disseramus. Lupini prima ratio est, quod et minimum operarum absumit [a], et vi-
lissime emitur, et maxime ex iis quae seruntur, iuuat agrum. Nam vineis iam
emaciatis [b], et aruis optimum stercus praebet, ac vel effoeto solo prouenit, vel re-
positum in granario patitur aeuum. Boues per hiemem coctum maceratumque pro-
be alit. Famem quoque, si sterilitas annonae [c] incessit hominibus, commode [d]
propulsat. Spargitur statim ex area. Atque id solum omnium [e] leguminum non 2
desiderat requiem in [f] horreo, siue Septembri mense ante aequinoctium, seu proti-
nus a calendis Octobris [g] crudis noualibus ingeras. Et qualitercunque obruas, susti-
net coloni negligentiam. Teporem tamen autumni desiderat, vt celeriter con-
firmetur. nam si non ante hiemem conualuerit, frigoribus affligitur. Reliquum 3
quod seminis superest, in tabulatum, quo fumus peruenit, optime reponis [h]. quo-
niam si humor inuasit, vermes gignit; qui simulatque oscilla [i] lupinorum ederunt [k],
reliqua

r) *claementia I. B. R.* s) *ac P.* t) *sustinerentur P. sustentantur Lips.* u) *harena I. B R.* x) *ver- seri P. versari L. I. B. R.* †) *Aprilis L.* y) *temporibus B. R. Gr.* z) *rationem P.* et *Colum.* 4, 2, 1. *sationem* al. a) *Sartionem P. Saritionem I.* b) *aestibus* deest *P.* c) *adsiccuerunt P. assicauerint I. B. R. assicata fuerint I. I.-G. iam sicca fuerint Lips.* d) *in euo L.* e) *assumi L.* f) *et* omiss. *I. B. R.* g) *quamuis in copia L. I. B. R. I. I.* [C. X.] †) *frumenis H.* a) *assumit L. I. B.* b) *emaceratis L.* c) *annorum L. I. B. R.* d) *commodissime L.* it. *Cod. Arundell. ap. Wass. ad Sall. Cat.* 55. e) *omnium* deest *I. B. R.* f) *in horreo* deficiunt *P.* g) *Octobribus P.* h) *reponas Gees. I. B. R.* i) *osilla I. B. R.* k) *corroderunt L. ediderunt I. B. R. ad ederunt I. I. adederunt Gees. et Heins. ad Ouid. Am. I,* 15, 41.

9, 17 NEC IN SABVLOSIS SOLVM, SED IN ARENA) Ita legendum et p. p. *quoniam te- poribus maxime laetantur.* et deinde: *Nec impensa graui rationem cultoris onerant.* nam vulgo legi- tur *sationem*, pro quo V. C. habet *sartionem*, pro- pius ad *rationem*. VRSIN. Ex Palladio, qui haec transcripsit, mendis hic locus inquinatus ap- paret, nempe *sabuloso solo*, pro *sabulone solum* legi, verbumque *serantur* vꝰ *riguo solo* annecten- dum desiderari. Verba Palladii extant 4, 3. PON- TEDERA. Mihi quidem sana videntur omnia. *Solum* vel *tantum* omitti in tali constructione frequentissimum. Verbum *serantur* commode intelligitur ipsum quoque, licet expresserit Cresc. 3, 18 *nam et in sabulo et arena prouenit, dummo- do solo irriguo et humido caelo seratur.*

10, 1 SPARGITVR STATIM) Idem Plinius, si recte legatur, *Protinus seritur ex area.* PONTED. 2.

reliqua pars enasci non potest. Id vt dixi, exilem amat terram, et rubricam [l] prae-
4 cipue. nam cretam reformidat, limosoque non exit agro. Iugerum decem mo-
dii [m] occupant. Ab hoc recte phaselus terrae [n] mandabitur, vel in veruacto [o], vel
melius pingui, et restibili agro. Nec amplius quatuor modiis iugerum obseritur [p].
Similis quoque ratio est pisi, quod tamen facilem, et solutam [q] terram desiderat,
tepidumque locum et caelum frequentis humoris. Eadem mensura iugerum, vel
modio minus quam phaselum, licet [r] obserere primo tempore sementis ab aequino-
5 ctio autumnali [s]. Fabae [t] pinguissimus locus, vel stercoratus destinatur [u], et si
veteretum [x] erit in valle situm, quod a superiore parte succum accipit, prius ta-
men [y] iaciemus semina, deinde proscindemus terram, proscissamque in liram reuo-
cabimus, occabimusque, quo altius largiore humo contegatur. Nam id plurimum
6 refert, vt radices enatorum seminum penitus demersae sint. Sin autem proximae
messis occupandum erit restibile, defectis stramentis, quatuor et viginti vehes ster-
coris in iugerum disponemus, dissipabimusque [z]. Et similiter cum semen crudo so-
lo ingesserimus, inarabimus, imporcatumque [a] occabimus: quamuis sint, qui ne-
gent locis frigidis oportere occari fabam, quia extantes glaebae a gelicidiis adhuc
7 eam teneram vindicent, et aliquem teporem frigore † laboranti praebeant. Sunt
etiam, qui putent, in aruis hanc eandem vice stercoris fungi. quod sic ego inter-
pretor, vt existimem, non sationibus eius pinguescere humum, sed minus hanc quam
caetera semina [b] vim terrae consumere. Nam certum habeo, frumentis vti-
liorem agrum esse, qui nihil, quam qui istam siliquam [c] proximo anno tulerit.
8 Iugerum agri, vt Tremellio, quatuor; vt nobis videtur, fabae sex occupant modii [d],
si solum pingue sit: si mediocre, paullo amplius. eaque nec macrum, nec nebulo-
sum locum patitur. densa tamen humo saepe commode respondet. Media sementi [e]
pars seri, et pars vltima [f] debet, quae septimontialis [g] satio dicitur. tempestiua fre-
9 quentius. nonnunquam tamen sera melior est. Post brumam parum recte seritur,
pessime

l) *lubricam L.* m) *modios occupat I. B. R. modiis occupat L.* n) *terra P.* o) *vtterio P. inuetterato Lips.* p) *obseruetur P.* q) *desolutam P.* r) *liceat I. B. R.* s) *autumni P.* t) *Fauae P. fale L.* u) *desideratur L.* x) *et siue veteretum P. et siue veruactum I. B. R. veruactum* etiam *a. V.* reliqui. *veteretum* placet *Vict.* vid. Ind. y) *autem alemus P. autem iactemus L. I. B. R.* z) *dissipauimusque P.* a) *imporcitumque occupabimus P.* †) *frigori Gr.* b) *semina* omitt. *I. B. R.* c) *spicam L. I. B. R.* d) *modiis, solum etc.* e) *Sementis P.* f) *vltuma P.* g) *septimentialis L. septimancialis* alii praeter *I. B. R.*

10, 5 FABAE PINGVISSIMVS) Pall. Nou. 1, 1.

10, 5 IN LIRAM REVOCABIMVS) Idem quod imporcabimus, h. e. semen porcis operiemus. Ita explicat Salmasius ad Solinum c. 37 p. 512. SCHOETTG. Vid. ad Colum. 2, 4, 11.

10, 8 MEDIA SEMENTI) Hoc loco quid habeat V. C. operae pretium est repraesentare. nam pro *sementi habet sementis:* pro *septimuncialis*, *septimontialis*: et *matura* pro *natura*. Nec tamen receptam scripturam cum hac comparandam censemus, licet *matura* probemus. VESIN.

10, 8 SEPTIMONTIALIS SATIO) Dicta a Septimontio, quod erat festum Romanorum mense Decembri paullo ante Saturnalia celebratum, propterea quod eo die septimus collis vrbi additus est. Vide Festum in *Septimontium*. Parrhasium ep. 57, Torrentium ad Sueton. Dom. c. 5, Rycquium de Capitolio c. 1. Potest ergo hinc recte *septimontialis* fabarum *satio* dici, id quod praeter consensum codicis F. Vrsini inde probo, quia, vt noster auctor in sequentibus ait, *post brumam non recte seritur*. Ergó recte ante brumam, quando celebrabatur Septimontium. SCHOETTGEN.

10, 9 POST BRVMAM) Haec perperam scribuntur, cum hac ratione sint distinguenda: *Post brumam parum recte seritur, pessime vere; quamuis sit etiam trimestris faba. Quae* (seritur nimirum) *mense Februario, seratur quinta parte amplius, quam matura.* Quomodo enim fabam dicemus trimestrem, quae Februario mense sata, aut extremo Iunio, aut Iulii initio legitur. *Tertio Cal. Iul.* inquit Col. 11, 2 *ventosa tempestas. His diebus eadem, quae supra. Sed et viciam in pabulum*

pessime vere: quamuis sit etiam trimestris [h] faba, quae mense Februario [i] seratur,
quinta parte amplius quam matura †. sed exiguas paleas, nec multam siliquam facit.
Veteres itaque rusticos plerumque dicentes audeo, malle se matura fabalia quam
fructum trimestrem [k]. Sed quocunque tempore anni seretur, opera danda erit, vt 10
quantum destinauerimus in sationem, tantum [l] quintadecima luna, si tamen ea non
transcurret eo die solis radios, quod Graeci *ἀπόκρουσιν* [m] vocant; si minus, quarta-
decima vtique adhuc crescente [n] lumine spargatur [o], etiam si confestim totum semen
operiri non poterit. Nihil enim nocebitur ei nocturnis roribus aliisue ex causis,
dum a pecore et auibus vindicetur. Priscis autem rusticis, nec minus Virgilio, 11
prius amurca, vel nitro macerari eam, et ita seri placuit, *Laetior vt foetus siliquis
fallacibus esset, Et quamuis igni exiguo properata maderent.* Nos quoque sic medi-
catam comperimus [p], cum ad maturitatem perducta sit, minus [q] a curculione infe-
stari. Sed et illud quod deinceps dicturi sumus experti praecipimus. Silente [r] 12
luna fabam [s] vellito ante lucem. deinde cum in area exaruerit, confestim, prius
quam luna incrementum capiat, excussam refrigeratamque in granarium conferto.
sic condita a curculionibus erit innoxia. maximeque ex [t] leguminibus ea, et [u] sine
iumentis teri, et [x] sine vento purgari expeditissime sic poterit. Modicus [y] fasciculo- 13
rum numerus resolutus in extrema parte areae collocetur [z], quem per longissimum
eius, mediumque spatium tres vel quatuor homines promoueant pedibus, et bacu-
lis furcillisue [a] contundant [b]: deinde cum [c] ad alteram partem areae peruenerint, in
aceruum culmos regerant. Nam semina excussa in area iacebunt, superque ea 14
paullatim eodem modo reliqui fasciculi excutientur. Ac durissimae [d] quidem acus
resectae † separataeque erunt a cudentibus: minutae vero, quae de siliquis cum
faba [e] resederunt, aliter secernentur. Nam cum aceruus [f] paleis, granisque mistus
in vnum fuerit coniectus [g], paullatim ex eo ventilabris per longius spatium iacte-
tur.

h) *trimestris. Faba* I. B. R. i) *februario* P. †) *natura* G. k) *trimestris* L. P. I. I. l) *tantum vt* P. m) *ἀπόκρουσιν* P. *ἀπόκαυσιν* I. B. R. *ἀπόκαυσιν* rel. n) *lunae* inf. Gess. o) *spargitur* I. B. R. p) *comperibus* P. q) *manus* Reg. 99. r) *silent* G. s) *fauum* P. t) *et* P. u) *et* abest I. B. R. x) *et* deest I. B. R. y) *modius* P. z) *colligetur* P. a) *furcisue* I. B. R. b) *contundat* P. c) *cum iam* I. B. R. d) *durissime* B. R. †) *reicitae* Gess. e) *faua resederint* P. f) *aceruos* P. *aceruus* I. L. g) *congestus* L. I. B. R.

pabulum secare oportet, priusquam siliquae eius durentur, hordeum metere, fabam serotinam deuere, fabam maturam conterere. PONTED.

10, 8 QVAM FRVCTVM TRIMESTREM) In Vaticano codice legitur: *quam fructum trimestris* nimirum fabae trimestris. Plinius hunc locum 18, 12 ita excerpsit: *sed maior pars malunt fabalia maturae sationis, quam trimestrem fructum eius.* PONTED.

10, 10 QVOD GRAECI ΑΠΟΚΡΟΥΣΙΝ) *Ἀπόκαυσιν* h. e. adustionem, cum totus Lunae discus a sole illustratur et accenditur. Iubet igitur Columella sationem fieri instante penilunio, non tamen in plenilunio ipso, cum iam luna tota e regione a sole adspicitur: ita vt si totum semen quinta decima luna, crescente adhuc lumine spargi nequeat, quarta decima spargere incipiamus. FACCIOLATVS. Ita legendum vix quisquam dubitabit, qui Mediceam auctoritatem non spernat, et qua de re agatur, intelligat. *Ἀπόκρουσις* enim est initium decrescendi in luna, quod fit, cum radios solis e diametro oppositi transcurrit, vt iam non praecedat solem, sed sequatur.

10, 10 VIRGILIO) Ge. 1, 195.

10, 11 SILENTE LVNA) Hic quidem apertum est intelligi interlunium. Vid. ad Cat. 29.

10, 13 LONGISSIMVM MEDIVMQVE SPATIVM) *Area* scilicet *potissimum rotunda* V. 1, 51, 1 Itaque longissimum in ea spatium idem est medium, siue diametros.

10, 14 AC DVRISSIMAE – CVDENTIBVS) *Cadentibus* malit VRSINVS. Sed intelliguntur *tres vel quatuor homines, qui baculis vel furcillis contundunt fabam.*

tur. quo facto [h] palea, quae leuior est, citra decidet [i]: faba, quae longius emittetur [k],
15 pura eo perueniet, quo ventilator eam iaculabitur. Lentem [l] sementi media crescenti [m] luna vsque [n] in duodecimam [o], solo tenui et resoluto, vel pingui [p] et sicco maxime loco seri conuenit: nam in flore facile luxuria et humore corrumpitur. quae vt celeriter prodeat, et ingrandescat, antequam seratur [q] fimo arido permisceri debet, et cum ita quatuor [r] aut quinque diebus requieuerit, spargi. Sationes eius duas seruamus, alteram maturam per mediam sementim [s], seriorem alteram mense
16 Februario. Iugerum agri paullo plus quam modius [t] occupat Ea ne curculionibus absumatur (nam etiam [u] dum est in siliqua [x], estur) curandum erit, vt cum extrita sit, in aquam demittatur [y], et ab inani, quae protinus [z] innatat, separetur solida; tum in sole siccetur, et radice silphii trita cum aceto aspergatur, defriceturque [a], atque ita rursus in sole siccata, et mox refrigerata recondatur [b], si maior est modus, in horreo; si minor [c], in vasis oleariis, salsamentariisque: quae repleta cum confestim gypsata sunt [d], quandoque [e] in vsus promserimus, integram lentem reperiemus [f],
17 potest tamen etiam citra illam medicationem cineri mista commode seruari. Lini semen, nisi † magnus est eius in ea regione quam colis prouentus, et pretium proritat [g], serendum non est. agris enim praecipue noxium est. itaque pinguissimum locum et modice humidum poscit. Seritur a Calend. Octob. in ortum Aquilae, qui est VII Idus Decemb. Iugerum agri octo modiis obseritur. Nonnullis placet macro solo [h] quam spississimum semen eius committi, quo tenue [i] linum proueniat. Idem etiam si laeto solo seratur [k] mense Februario, X modios in iugerum iaci oportere,
18 dicunt. Sesama [l], quae rigantur, maturius [m]; quae carent humore, ab aequinoctio autumnali serenda sunt in Idus Octob. Putre solum, quod Campani pullum [n] vocant, plerumque desiderant. non deterius tamen etiam pinguibus harenis, vel congesticia [o] humo proueniunt: tantumque seminis, quantum milium panicumque, interdum etiam duobus sextariis amplius in iugerum spargitur. Sed hoc quidem semen Ciliciae Syriaeque regionibus ipse vidi mense Iunio Iulioque conseri, et [p] per autumnum
19 cum permaturuerit, tolli. Cicercula [q] quae piso † est similis, mense Ianuario, aut Februa-

h) *pacto I. B. R. I. I. G. iactu L.* i) *decidit L. I. B. R. G.* k) *emittitur I. B. R.* l) *Lenti modios emediata luna vsque P. lentes semente I. B. R.* m) *crescente I. B. R. I. I. H. A. G.* n) *vsque* deficit *I. B. R.* o) *duodecima I. B. R.* p) *pinguis P.* q) *seritur I. B. R.* r) *quadriduo I. B. R.* s) *sementem I. B. R. H.* t) *modium I. B. R.* u) *et I. B. R.* x) *Siliqua exestur P. Goes. Siliqua, estercorandum erit I. Siliqua, stercorandum B. R. extercorandum erit L.* y) *dimittatur I. B. R.* z) *protenus P.* a) *defricetur aquae. Ita etc. I. B. R.* b) *condatur I. B. R.* c) *minus I. B. R.* d) *sunt Pol. I. B. R.* al. *sint.* e) *quandoque P. quandocunque* al. f) *repperiemus P.* †) *nisi si* ex Mſ. Heinſ. ad Ouid. Her. 4, 111. g) *oportet L.* h) *solo et I. B. R.* i) *tenue vt P.* k) *seruatur P.* l) *Sesema I. B. R.* m) *maturiusque carent I. B. R.* Lectio nostra etiam placet *Ponted.* 2. n) *pullinm P. Goes.* o) *congestitia* al. *praeter P. congestiua R.* p) *et per Autumnum cum permaturuerit tolli,* deerat in antiquo Codice *Pol.* q) *Cicer aut cicercula Goes. I. B. R.* †) *ipso Gr.*

10, 14 QVO FACTO PALEA, QVAE LEVIOR EST, CITRA DECIDET) Ita hic locus videtur legendus. VRSIN.

10, 15 FIMO ARIDO) Florentinus Geop. 2, 37 φασὶ βολβίτοις ξηροῖς, τουτέστι βοείᾳ κόπρῳ πρὸ τοῦ σπόρου πεφυραθέντες, καλλίους καὶ ταχύτερον φύεσθαι. SCHOETTG.

10, 16 RADICE SILPHII) Florentinus: δευτέρας δὲ διαμένει, ἔξω ὄξει ἔχουσι [illegible]. IDEM.

10, 16 QVANDOQVE) Ita voluit Victorius ad 2, 4, 5. Et iussit in Emendandis ita scribi.

10, 17 A CALENDIS OCT.) Quintilii Geopon. 2, 40. σπείρεται δὲ ἀπὸ ἰσημερίας μετοπωρινῆς ἕως Ἀρκτούρου ἐπιτολῆς, ἥ τις ἐστι πρὸ μιᾶς νόνων Ἰανουαρίων. SCHOETTG.

10, 17 IDEM ETIAM) Pluralis est, et legi posset *iidem*.

10, 20 CI-

Februario feri [r] debet laeto loco, caelo humido. Quibusdam tamen [s] Italiae locis
ante Calend. Nouemb. feritur. Tres modii iugerum implent. nec vllum legumen
minus agro nocet. fed raro refpondet [t]: quoniam nec ficcitates, nec auftros in flore
fuftinet; quae vtraque incommoda fere eo tempore anni funt, quo deflorefcit [u].
Cicer quod arietinum [x] vocatur, itemque alterius generis quod Punicum, feri menfe 20
Martio toto poteft, caelo humido, loco quam laetiffimo. Nam etiam id terram laedit:
atque ideo improbatur a callidioribus [y] agricolis. quod tamen fi feri debeat, pridie macerandum erit, vt celerius enafcatur. Iugero modii tres abunde funt. Canna- 21
bis folum pingue ftercoratumque, et riguum, vel planum, atque humidum, et alte
fubactum depofcit [z]. In quadratum pedem feruntur grana fex eius feminis Arcturo
exoriente, quod eft vltimo menfe Februario circa fextum aut quintum Calend. [a]
Mart. nec tamen vfque in aequinoctium vernum, fi fit pluuius caeli ftatus, improbe
feretur. Ab his leguminibus ratio eft habenda naporum [b] raporumque: nam vtra- 22
que rufticos [c] implent [d]. Magis tamen vtilia rapa funt, quia et maiore incremento
proueniunt, et non hominem folum, verum etiam boues pafcunt, praecipue in Gallia, vbi hiberna cibaria praedictis pecudibus id olus [e] praebet. Solum putre et fo-
lutum res vtraque defiderat, nec denfa nafcitur humo. Sed rapa campis et locis 23
humidis laetantur; napus deuexam amat, et ficcam tenuique propiorem terram [f].
itaque glareofis fabulofisque aruis melior exit [g], locique proprietas vtriufque femen
commutat. namque in alio folo rapa biennio fata conuertuntur in napum, in alio
napus raporum accipit fpeciem [h]. Riguis locis vtrumque recte ab folftitio feritur:
ficcis, vltima parte menfis Augufti, vel prima Septembris. fubactum folum pluribus
iterationibus aratri vel raftri, largoque [i] ftercore fatiatum poftulant. Nam id [k] 24
plurimum refert, non folum quod melius ea proueniunt, fed quod etiam poft fructum eorum fic tractatum [l] folum fegetes opimas [m] facit. Iugerum agri non amplius
quatuor fextariis raporum feminis obferendum eft: quarta parte amplius napi [n] fpargendum, quia [o] non in ventrem latefcit [p], fed tenuem radicem deorfum agit [q].
Atque haec hominum cauffa ferenda cenfemus, illa deinde [r] pecudum.

XI. PABV-

r) *fieri A.* s) *tamen* abeft *I. B. R.* t) *refpondet: Sed quoniam I. B. R.* u) *deflorefcit cicer, quod I. B. R.* x) *arietillum P. Goef. arietulum Lipf.* y) *calidioribus I. B. R.* z) *depofcit in quadratum pedem. Seruntur I. B. R.* a) *Kal. Martias I. B. R. H. A. Calendarum Martii I. I.* b) *napi P.* c) *rofticos P.* d) *implet, I. inplet P.* e) *bolus P.* f) *terramque glariofis P. terram: glareofis I. B. R.* g) *meliorefcit I. B. R. melius erit L.* h) *fpeciem riguis locis. Vtrumque I. B. R.* i) *largeque I. B. R. G.* k) *id folum I. B. R.* l) *tractatum etiam P.* m) *optimas I. B. R.* n) *napis* omnes praet. *Goef.* o) *qui I, B. R.* p) *latefcit P. latefcunt* rel. q) *agit P. agunt* rel. *Cap. XI. I. B. R.* r) *inde P.*

10, 20 CICER QVOD ARIETINVM) Eo quod arietino capiti fimile fit, vt vult Plinius 18, 12. Codex etiam, quem euoluit Nic. Heinfius, tefte Burmanno ad Petronium c. 35, legit *arietillum*. Et tuetur analogiam huius flexionis Heinfius ad eundem Petron. c. 39, vt *bouillum*, *ouillum*, *fuillum*. SCHOETTG. Cum etiam Polit. fuffragetur, recepturus eram *arietillum*, nifi Plinium, aliofque veteres *arietinum* dixiffe, fine variatione appareret.

10, 20 PVNICVM) Dalechampius ad Plinium mauult legere *puniceum*, a colore fcilicet, Graece vocatur ὀροβιαῖον. Hefychius ὀρόβιον, χρυσοκόλλης εἶδος: vel ab eruo, cui fimile hoc effe ait Plinius. Hefychius: Ὄροβον εἶδος ὀσπρίου. SCHOETTG.

10, 21 ARCTVRO EXORIENTE) Eadem Quintilii Geopon. 2, 40. IDEM.

10, 22 RVSTICOS IMPLENT) Marfupia eorum implent, vt loquitur Cicero. SCHOETTG. Mihi tamen videbatur fimpliciter fignificare faturos faciunt, famem explent.

10, 23 NAPVS DEVEXAM AMAT) Pall. Iul. 2, 2.

10, 24 NAPI SPARGENDVM) Ita reponere aufus fum pro vulgato *napis*, cui proximae vocis prima littera adhaeferat. Si feruetur *napis*, exorietur fententia plane contraria auctori, nimirum plus agri occupare eundem naporum feminis modum, quam raporum; quod ipfe fatis refutat.

XI. PABVLORVM genera complura, ficut Medicam, et [a] viciam [b], farragi-
nem quoque ordeaceam [c], et auenam, foenum [d] Graecum, nec minus eruum [e], et
cicera. Nam [f] caetera neque enumerare, ac minus ferere dignamur: excepta ta-
men cytifo [g], de qua dicemus in iis libris, quos de generibus furculorum confcri-
2 pfimus. Sed ex iis [h], quae placent, eximia eft herba Medica. quod cum [i] femel
feritur [k], decem annis [l] durat [m]; quod per annum [n] deinde recte quater [o], interdum
etiam fexies, demetitur; quod agrum ftercorat; quod omne emaciatum armentum ex
ea pinguefcit, quod aegrotanti [p] pecori remedium eft; quod iugerum eius toto an-
3 no tribus equis abunde fufficit. Seritur, vt deinceps praecipiemus. Locum, in
quo Medicam proximo vere faturus es, profcindito circa Calendas Octobris, et
eum tota hieme putrefcere finito. deinde Calendis [q] Februariis diligenter iterato,
et lapides omnes egerito [r], glaebasque offringito [s]. poftea circa Martium menfem
tertiato, et occato. Cum fic terram fubegeris, in morem horti areas latas pedum
denum, longas pedum quinquagenum facito, vt per femitas aqua miniftrari poffit,
4 aditusque † vtraque parte runcantibus pateat. Deinde vetus ftercus iniicito. atque
ita menfe vltimo Aprilis ferito tantum, quantum vt finguli cyathi feminis locum
occupent decem pedum longum, et quinque latum. quod vbi feceris, ligneis ra-
ftris, id enim multum confert, ftatim iacta femina obruantur: nam celerrime fole
aduruntur. Poft fationem ferro tangi locus non debet. Atque, vt dixi, ligneis
raftris farriendus, et identidem runcandus eft, ne alterius generis herba [t] inualidam
5 Medicam perimat [u]. Tardius meffem [x] primam eius facere oportebit, cum iam fe-
minum

[C. XI.] Nihil diftinguit *L.* a) *et* defic. *P.* b) *vitiam I. B. R.* c) *ordaciam P.* d) *foenumgraecum* iunct. *H.* e) *eruum cicerculam L.* f) *Nam* abeft *I. B. R.* g) *cythifo I. I. H. A. Gr. G. St.* h) *bis I. B. R.* i) *cum* omitt. *I. B. R.* k) *feruntur P. feretur I. B. R.* l) *annis omnibus L. I. B. R.* m) *durat, quod per annum* om. *L. I. B. R.* n) *annum deinde I. I. annum. deinde H. A.* o) *quattuor I. B. R.* p) *aegro tanti I. I. H. A.* q) *Kal. februarii. I. B. R.* r) *eligito L. I. B. R.* s) *effringito I. B. R. Gr. G.* †) *Adiutusque G.* t) *herbam P.* u) *peremat P.* x) *meffim P.*

futat. Porro fingularis *latefcit*, *agit* quem Medicei auctoritate reuocauimus, fatis indicat, non *napis* praeceffiffe olim, fed *napi*.

11, 1 PABVLORVM GENERA) Hic etiam locus indicat capitum, quae vocamus, diuifionem non effe a Columella, qui profecto conftructionem orationis non erat continuaturus, fi nouum ab his verbis caput inire voluiffet. Paullo melius diuifere primi editores: nec ii tamen puto ad mentem Columellae.

11, 1 LIBRIS, QVOS DE SVRCVL.) Intelligit libros, qui nunc funt tertius, quartus, quintusque; de quibus vide, quae dicemus in fronte libri de arboribus. Peculiariter autem refpicit ad 5, 12.

11, 1 QVOD CVM SEMEL) Pall. Apr. 1, 1 et nofter ftatim f. 5.

11, 2 QVOD PER ANNVM DEINDE) Ita hic locus interpungendus. VRSIN.

11, 3 DILIGENTER ITERATO) Geopon. 3, 2 vbi de februario: τὴν δὲ γῆν ἐν ᾗ τὴν Μηδικὴν σπείρειν, νῦν ἀρόσαι τὸ δεύτερον. SCHOETTG.

11, 3 LAPIDES OMNES EGERITO) *Elapidatum purgatumque folum* Medicam requirere, teftatur Plinius 18, 16, qui ex noftro pleraque haufit. IDEM.

11, 3 ADITVSQVE VTRAQVE PARTE) Dicebantur *limites fubruncini*, qui octonos pedes patebant, per quos aditus praebebatur vicinis ad fubruncandos agros. Haec Salmafius ad Solin. c. 37, p. 512. Sed conf. Goefium in Ind. Agr. v. *Subruncini limites.* IDEM. Probabilior fane Goefii fententia, qui *fubruncinos* intelligit leuiter runcatos h. e. ad commoditatem tranfeuntium fpinis vtcunque purgatos, non ita diligenter cultos, vt erant *actuarii*. Scilicet *actuarii limites* erant viae publicae, diligenter tuendae: *fubruncini* vicinorum commodis tantum patebant. Altera fententia inde refutatur facile, quod nemo ita abfurdus eft, vt runcandi caufa relinquat viam octonos pedes latam, cum fatis fit femita duorum ad fummum pedum. In eo autem fallitur Goefius, fi *runcare*, quod verba illius indicare videntur, tantum ad fpinas pertinere iudicat, quod quidem ex hoc ipfo loco noftro refellitur.

11, 5 POST-

minum aliquam partem eiecerit. Postea [y] quam voles teneram, cum prosiluerit [z],
deseces licet, et iumentis praebeas; sed inter initia parcius, dum consuescant, ne
nouitas pabuli noceat. inflat enim, et multum creat sanguinem. Cum secueris [a]
autem, saepius [b] eam rigato. Paucos deinde post dies, vt [c] coeperit fruticare [d],
omnes alterius generis herbas eruncato. Sic culta [e] sexies [f] in anno demeti poterit,
et permanebit annis decem. Viciae [g] autem duae sationes sunt. prima, qua [h] pa- 6
buli causa circa aequinoctium autumnale serimus septem modios eius in vnum iuge-
rum. secunda, qua sex modios mense Ianuario, vel etiam serius iacimus [i] semini
progenerando. Vtraque satio potest cruda terra fieri, sed melius proscissa: idque
genus praecipue non amat rores, cum seritur. Itaque post secundam diei horam, 7
vel tertiam spargendum est, cum iam omnis humor sole ventoue detersus est: ne-
que amplius proiici debet, quam quod eodem die possit operiri. Nam si nox in-
cessit, quantulocunque humore prius [k], quam obruatur, corrumpitur. Obseruan-
dum erit, ne ante quintam et vigesimam [l] lunam terrae mandetur. aliter satae [m] fere
limacem nocere comperimus. Farraginem in restibili [n] stercoratissimo loco, et al- 8
tero sulco serere conuenit. Ea fit optima cum cantherini ordei decem modiis iu-
gerum obseritur circa aequinoctium autumnale, sed impendentibus pluuiis, vt con-
sita, rigataque imbribus, celeriter prodeat, et confirmetur ante hiemis violentiam.
Nam frigoribus cum alia pabula defecerunt, ea bubus caeterisque pecudibus optime
desecta praebetur, et si depascere saepius voles, vsque in mensem [o] Maium sufficit.
Quod si etiam semen voles ex ea percipere, a [p] Calend. Martiis pecora depellenda, 9
ab omni noxa defendenda est, vt sit idonea frugibus. Similis [q] satio [r] auenae, quae
autumno sata, partim caeditur in foenum, vel pabulum, dum adhuc viret [s], partim
semini custoditur. Foenum Graecum, quod siliquam vocant rustici, duo tempora 10
sationum habet: quorum alterum est Septembris mensis (cum pabuli causa seritur)
iisdem [t] diebus quibus vicia circa aequinoctium: alterum autem mensis Ianuarii vlti-
mo [u], vel primo Februarii, cum in messem [x] seminatur. sed hac ratione [y] iugerum
sex modiis, illa septem occupamus: vtraque cruda terra non incommode fit: da-

turque

y) *Posteaquam* omnes. z) *aliquam partem* add. *Lips.* a) *serueris I. B. R.* b) *sepius B. R. G.* c) *vbi I. B. R. I. I. H. A. G.* d) *fructicare G. fructificare L.* e) *cultus I. B. R.* f) *sexiens anno P.* g) *Vitiae I. B. R.* h) *quam* omnes. i) *iacimus. Semini progenerando vtraque I. B. R.* k) *priusquam* iunct. *I. B. R.* l) *vicesimam I. B. R.* m) *Satis Gr.* n) *restibilis P.* o) *mense Maio I. B. R.* p) *an. f. ante* hic et saepe *L.* q) *Similis satio autumni est caeditur in foenum vel pabulo: cum adbuc viret q. autumno sata partim: Foenum etc. P.* r) *ratio Goes.* s) *viret semini, partim custoditur. I. B. R.* t) *isdem I. B. R.* u) *vltimi vel primi I. B. R.* x) *semen P. L.* y) *satione Goes.*

11, 5 POSTEA QVAM VOLES TENERAM) Leuicula res est, in qua tamen profuisse aliquantum vel Columellae vel lectoribus mihi videor. *Posteaquam* omnes legunt: cum Columella voluerit, *quam voles teneram.* Ex iunctis intempestiue vocibus orta est occasio interpolandi, quam ex Lipsiensi codice supra annotauimus.

11, 6 PRIMA, QVA PABVLI) Legendum *primas qua.* VRSIN. Obtemperaui doctissimo viro in vna literula, quam expungi et ratio suadet et exemplum auctoris in his, quae proxime sequuntur.

11, 6 SED MELIVS PROSCISSA) Haec est *vno sulco sata,* vt explicat Plinius 18, 15. SCHOETTG.

11, 9 SATIO AVENAE) Hic locus est contra eos, qui statuunt, veteres auenam plane non seminasse, sed eam inter vitia frumentorum numeratam fuisse, vt apud Poetam extat: *Infelix lolium et steriles dominantur auenae.* Hos inter est Salmasius ad Solinum c. 19, p. 153. c. 30. p. 274. Nam ex h. l. adparet, partim virides culmos fuisse pecorum pabulum, partim etiam semen. Adde Schookium de cereuisia c. 6. p. 49 seq. IDEM.

11, 10 QVOD SILIQVAM) Plinius 18, 16. *Silicia, hoc est, foenum graecum.* IDEM. *Siliclam* apud Plinium semper legi vult Salmasius p. 172, b,

turque opera, vt ſpiſſe aretur, nec tamen alte. nam ſi plus quatuor digitis adobru-
tum eſt ſemen eius, non facile prodit z. propter quod nonnulli prius quam ſerant,
minimis aratris proſcindunt, atque ita iaciunt ſemina, et ſarculis adobruunt a.
11 Eruum autem laetatur loco macro, nec humido, quia luxuria plerumque corrumpi-
tur. Poteſt et b autumno ſeri, nec minus poſt brumam, Ianuarii parte nouiſſima,
vel toto Februario, dum ante Calendas Martias: quem menſem vniuerſum negant c
agricolae huic legumini conuenire, quod eo tempore ſatum pecori d ſit noxium et
praecipue bubus, quos pabulo ſuo cerebroſos e reddat. Quinque modiis iugerum
12 obſeritur. Cicera f bubus erui loco freſa datur in Hiſpania Baetica: quae cum ſuſ-
penſa mola diuiſa eſt, paullum aqua maceratur, dum leneſcat g, atque ita miſta
paleis ſubtritis h pecori praebetur. ſed erui duodecim librae ſatisfaciunt i vni iugo,
cicerae ſexdecim. Eadem hominibus non inutilis, neque iniucunda k eſt. ſapore l
certe nihilo differt a cicercula, colore tantum diſcernitur: nam eſt obſoletior, et
nigro propior. Seritur primo vel m altero ſulco, menſe Martio ita vt poſtulat ſoli
laetitia: quod eadem quatuor modiis, nonnunquam et tribus, interdum etiam duo-
bus ac n ſemodio iugerum occupat.

XII. QVONIAM quando quidque ſerendum ſit perſecuti ſumus, nunc quem-
admodum a, quotque operis, ſingula eorum quae retulimus colenda ſint, demon-
ſtrabimus. Peracta ſementi, ſequens cura eſt, ſarritionis; de qua non conuenit
inter auctores. Quidam negant eam b quidquam proficere, quod frumenti radices
ſarculo detegantur, aliquae etiam ſuccidantur, ac, ſi frigora inceſſerint poſt ſarri-
tionem gelu frumenta enecentur c. ſatius autem ea eſſe tempeſtiue runcari et pur-
2 gari. Pluribus tamen ſarriri placet: ſed neque eodem modo, neque iisdem d tem-
poribus vſque quaque fieri. Nam in agris ſiccis et apricis, ſimulac primum ſarri-
tionem pati queant ſegetes, debere eas permota terra adobrui, vt fruticare e poſ-
ſint: quod ipſum ante hiemem f fieri oportere, deinde poſt hiemem f iterari. In
locis autem frigidis et paluſtribus plerumque tranſacta hieme ſarriri, nec adobrui,
3 ſed plana ſarritione g terram permoueri. Multis tamen nos regionibus aptam eſſe
hiemalem ſarritionem comperimus, duntaxat vbi et ſiccitas caeli, et tepores h per-
mittunt. Sed nec iſtud vbique fieri cenſemus: verum incolarum conſuetudine
vti †. ſunt enim regionum propria munera, ſicut Aegypti et Africae, quibus agri-
cola i poſt ſementem k, ante meſſem l ſegetem non attingit, quoniam caeli conditio,
et terrae bonitas ea m eſt, vt vix vlla herba exeat, niſi ex ſemine iacto, ſiue quia rari
ſunt

z) *prodiit I. B. R.* a) *adſuunt P.* b) *et* abeſt *P. autem I. B. R.* c) *necant P.* d) *pecore P.* e) *cerebroſus I. B. R.* f) *cicercula Lipſ.* g) *inleneſcat P. L. inleneſcit I. B. R.* h) *ſucretis I. B. R. ſubtritici L.* i) *ſufficiunt.* k) *iniocunda I. B. R. neque iniuc.* om. *L.* l) *ſapori P.* m) *vel* omitt. *P.* n) *et I. B. R.* [C. XII.] Nihil diſtin. et p. p. c. VIII incipit L. a) *quidem admodum P.* b) *eam* deeſt *P.* c) *enegentur P.* d) *isdem R.* e) *fructificare L. I. B. frutificare R.* f) *hiemen I.* g) *Sartione P. L.* qui fere nunquam aliter. h) *tempora* hic et ſaepe *L.* †) *niti* coni. *Broukh.* i) *agricolatio L.* k) *ſementim P.* l) *meſſe P.* m) *ea* deficit *B. R.*

G. quaſi *ſiliculam.* Sed monet Harduinus conſtare ſibi codices circa *ſiliciam.*

11, 10 NEC TAMEN ALTE) Plinius l. c. *ſcarificatione ſeri* dicit, quod quid ſit, docebimus infra ad 6, 12. SCHOETTG.

11, 11 CEREBROSOS) *grandinoſos* interpretatur Dalechampius ad Plinium 18, 15. Aliis idem eſt, quod *ὀξύχολος*, ad iram facilis. Acron ad Horatium Serm. 1, 5, 21. *cerebroſus, αὐθάδης, iracundus.* IDEM.

12, 5 SV.

ſunt imbres, ſeu quia qualitas humi ſic[n] ſe cultoribus praebet. In iis autem locis, 4
vbi deſideratur ſarritio[o], non ante ſunt attingendae[p] ſegetes, etiam ſi caeli ſtatus
permittit, quam cum ſata ſulcos contexerint. Triticumque et adoreum[q], cum
quatuor fibras habere coeperint, ordeum cum quinque, faba et caetera legumina
cum quatuor digitis a terra extiterint, recte ſarrientur. Excepto tamen lupino, 5
cuius ſemini contraria eſt ſarritio[r], quoniam vnam radicem habet, quae ſiue ferro
ſuccisa eſt, ſeu vulnerata, totus frutex emoritur. Quod etiam[s] ſi non fieret, ſuper-
vacuus[t] tamen eſſet[u] cultus, cum ſola haec res adeo non infeſtetur herbis, vt ipſa
herbas perimat[x]. At[y] aliae ſegetes, quae[z] vel humidae moueri poſſunt[a], melius
tamen ſiccae ſarriuntur, quoniam ſic tractatae[b] non infeſtantur rubigine. hordeum
vero niſi ſicciſſimum tangi non debet. Fabam multi ne ſarriendam quidem putant, 6
quod et manibus, cum maturuerit, ducta ſecernatur a caetera runcatione[c], et in-
ternatae herbae foeno referuentur. cuius opinionis etiam Cornelius Celſus eſt,
qui inter caeteras dotes[d] leguminis hanc quoque enumerat, quod ſublata faba[e]
foenum ex eodem loco ſecari poſſe dicat. Sed mihi videtur peſſimi[f] agricolae,
committere, vt ſatis herba proueniat. frugibus enim plurimum detrahitur, ſi[g] relin-
quitur runcatio[h]. Neque enim[i] eſt ruſtici prudentis magis pabulis ſtudere pecu- 7
dum, quam cibis hominum, cum praeſertim liceat illa quoque cultu pratorum con-
ſequi: adeoque fabam[k] ſarriendam cenſeo, vt exiſtimem debere[l] ter ſarriri[m]. nam
ſic cultam comperimus non ſolum multiplicare fructum, ſed exiguam portionem in
valuulis habere, freſaeque eius et[n] expurgatae modium pene tam plenum eſſe,
quam integrae, cum[o] vix minuatur menſura detractis putaminibus. Atque in totum, 8
ſicut ante iam diximus, hiberna ſarritio[p] plurimum iuuat diebus ſerenis ac ſiccis
poſt brumam confectam menſe Ianuario, ſi gelicidia non ſint. Ea porro ſic debet
fieri, ne radices ſatorum laedantur, et vt potius adobruantur, cumuliſque exagge-
rentur[q], vt latius ſe frutex humi[r] diffundat. Id prima ſarritione feciſſe proderit,
ſecunda oberit, quia cum pullulare[s] deſiit frumentum, putreſcit ſi adobrutum[t] eſt.
Nihil itaque amplius in iteratione, quam remoliri terra debet aequaliter: eamque 9
tranſacto aequinoctio verno ſtatim peragi oportet intra dies viginti, ante quam ſeges
in articulum eat, quoniam ſerius ſarrita[u] corrumpitur inſequentibus aeſtiuis ſiccita-
tibus, et caloribus. Subiungenda deinde eſt ſarritioni[x] runcatio, curandumque ne
florentem ſegetem tangamus; ſed aut antea †, aut mox cum defloruerit. Omne 10
autem frumentum et hordeum, quicquid denique duplici ſemine eſt, ſpicam a ter-
tio

n) *ſic* omiſſ. *I. B. R.* o) *Sartio P.* p) *attingenda: ſegetes P.* q) *adorium P.* r) *Sarcio P. L.* s) *eſt P.* t) *ſuperuacuis P.* u) *erat P. erit L. I. B. R.* x) *peremat P.* y) *Atque alias P.* z) *vel quae humidae* al. praeter *I. B. R. quae* om. *P.* a) *poſſint I. B. R.* b) *tractae I. B. R.* c) *runca P. Goeſ.* d) *eius* inſ. *P. Goeſ.* e) *faua P.* f) *peſſime agricola P.* g) *ſi relinquitur* omiſſ. *Gr.* h) *runca P. Goeſ.* i) *enim* abeſt *P.* k) *fauam ſariendam P.* l) *etiam* inſ. *Goeſ. debere etiam interſariri L.* m) *ſarriri P.* n) *et* deeſt *I. B. R.* o) *quō P.* p) *ſeditio R. ſarcio plurimam iuuet Polit.* q) *exagerantur P. exagerentur I. B. R.* r) *culmi P. Goeſ.* s) *paululum deſit P.* t) *adrutum P.* u) *ſarta P. L. Goeſ.* x) *Sartioni P. Goeſ.* hic et ſaepe. *ſarrioni B. R.* †) *aut - - hordeum* om. *L.*

12, 5 SVPERVACANEVS TAMEN ESSET) Ita videtur legendum, non *erit*. VRSIN.

12, 6 FABAM MVLTI NE SARRIENDAM QVIDEM PVTANT, QVOD ET MANIBVS, CVM MATVRVERIT, DEDVCTA SECERNATVR, AC CAETERA RVNCATIONE) Videndum, ſic ne ita hic locus legendus. Nam vt habetur in vulgatis, non ſatisfacit. VRSIN. Quin *faba manibus ducta* ab his, qui eam vellunt, *ſecernitur a caetera runcatione* ſ. herbis ſpiniſque runcando tollendis. *Runcatio* vt *meſſis, vindemia*, e. i. g. a. pro re, quae *runcatur*,

tio ad quartum nodum emittit, et cum totam edidit, octo diebus deflorescit, ac deinde grandescit diebus quadraginta, quibus post florem ad maturitatem deuenit [y]. Rursus [z] quae duplici semine sunt, vt † faba, pisum, lenticula, diebus XL florent, simulque grandescunt.

XIII. ET vt iam percenseamus, quot [a] operis in aream [b] perducantur ea, quae terrae credidimus: tritici modii quatuor, vel quinque, bubulcorum operas occupant quatuor, occatoris vnam, sarritoris [c] duas primum, et vnam cum iterum sarriuntur [d], runcatoris vnam: messoris vnam et dimidiam, in totum summa [e] operarum decem et dimidia [f]. Siliginis modii quinque, totidem operas desiderant. Sesami [g] modii nouem, vel decem, totidem operas quot [h] tritici modii quinque
2 postulant. Hordei modii quinque bubulci operas tres exigunt, occatoriam vnam, sarritoriam [i] vnam, et dimidiam, messoriam vnam. Summa [k] operarum sex et dimidia [l]. Fabae modii quatuor vel sex in vetereto [m] duas operas bubulcorum detinent, ac in restibili vnam. Occantur sesquiopera [n], sarriuntur [o] sesquiopera, iterum sarriuntur vna opera, et [p] tertio vna, metuntur vna. Sum-
3 ma fit operarum octo, vel septem. Viciae modii sex vel septem, in vetereto [q] bubulcorum duas operas volunt, in restibili vnam: item, occantur vna opera, metuntur

y) *venit P.* z) *rursusque B. R.* †) *vt faba, pisum* desic. *R.* [C. XIII.] Nihil dist. *L.* a) *quod P.* *satio quot operis ad messem perducatur quot op. in ar. perductam ea quae L.* b) *area L. B. R.* c) *sartoris P.* d) *sariuntur P. B. R.* e) *summam dimidiam I. B. R.* f) *modii nouem quinque P.* g) *Sesamii I. B. R. Sissemnis P. Sisemnis L.* h) *quod P.* i) *Sartoriam P.* k) *Sagmam I. B. R.* l) *dimidiam I. B. R.* m) *vernacto I. B. R. I. I. H. A. Gr. G. St. vetereto Pol. L. et Com.* n) *Sexquiopera I. B. R. I. I. H. A. Sesquiopera P.* o) *sarriuntur Sesquiopera* omiss. *I. B. R.* p) *et tertio vna* abest *I. B. R.* q) *vetereto L. veterato I. vernacto B. R. I. I. H. A. Gr. G. St.*

tur, metitur, vindemiatur. Nisi tamen vox non nihili videatur *runca*, quam hic bis habet Mediceus Politiani codex, vbi editum est *runcatio*.

12, 10 QVICQVID NON DVPLICI SEMINE EST) V. Pall. Mai. 1, 1 Duplex semen intelligo, quod maceratum vel terrae mandatum in duos lobos, (vtar enim voce Graeca, cum Latina aeque commoda non occurrat) satis distinctos abit, inter quos germen, quod adhuc delituerat, iam explicatum prodit, ita quidem, vt deinde lobi vtrinque, binorum foliorum instar, plantae adhaerescant.

13, 1 SESAMI MODII NOVEM VEL DECEM TOTIDEM OPERAS QVOT TRITICI MODII QVINQVE POSTVLANT) Si sesami modii nouem vel decem totidem operas quot tritici modii quinque exigunt, hoc est, operas decem et dimidiam, cur iterum in hoc capite §. 6 sesami sextarios sex quindecim operas detinere docet? Cum sextarius pars sit modii, et sextarius sesami plures operas occupet quam modius, sequitur partem sui toto esse maiorem. Vitiosus itaque locus, et scribendum non *sesami*, sed *adorei*. Rationem huius rei desideranti non subterabam. *Iugerum* ait Colum. 2, 9, 1 *agri pinguis plerumque modios tritici quatuor, mediocris quinque postulat; adorei modios nouem, si est laetum solum, si mediocre decem desiderat.* Et 11, 2, 75 *iugerum agri recipit tritici modios quatuor vel quinque, farris adorei modios nouem vel decem.* Haec cum ita sint, si iugerum pro loci conditione vel quatuor tritici modios vel quinque desiderat, adorei autem nouem vel decem, tritici vero modii quatuor vel quinque operas exigunt decem cum dimidia, et adorei modii nouem vel decem totidem operas occupabunt etc. Eadem siquidem est terrae mensura excolenda, id est, iugerum, eundemque cultum tam triticum quam adoreum postulant, igitur eadem fit in vtroque operarum summa. Necessario itaque exigit hic locus *adorei* vocem, non *sesami*. Cur vero ad ferendum triticum et adoreum impar sit seminis modus si quis quaerat, id fieri aio, quoniam grana minora sementem maiorem praebent, grandiora minorem; itaque, vt idem soli spatium occupetur, augenda est mensura. Adoreum autem maius est tritico, quippe adoreum, vt ordei natura fert, suis folliculis inclusum seritur, nudum vero, vt in area decutitur, triticum. De adoreo Columella 2, 8 *magis apte tamen in eiusmodi agris adoreum quam triticum seritur; quoniam folliculum quo continetur, firmum et durabilem aduersus longioris temporis humorem habet.* FONTED.

13, 3 IN VETERETO) Retinui hanc lectionem reuerentia quadam codicis Medicei et Victorii,

tur vna. Summa fit operarum quatuor vel [r] trium. Erui modii quinque totidem
operis conferuntur, occantur vna: item fingulis farriuntur, runcantur, metunturque [s]. cuncta fex operas occupant. Siliquae modii fex, vel feptem, totidem operis
obruuntur, metuntur vna. Phafeoli [t] modii quatuor obruuntur totidem operis,
occantur vna [u], metuntur vna. Cicerae [x], vel cicerculae modii quatuor, operas 4
bubulcorum tres poftulant, occantur opera vna [y], runcantur vna, velluntur vna.
Summa fit fex operarum. Lentis fefquimodius [z] totidem operas [a] defiderat [b], occatur [c] vna, farritur [d] duabus, runcatur vna, vellitur vna. Summa fit operarum octo.
Lupini modii decem obruuntur vna, occantur vna, metuntur vna. Milii fextarii
quatuor, totidemque panici, bubulcorum operas occupant quatuor, occantur operis
tribus, farriuntur [e] tribus: quot operis carpantur, incertum eft. Ciceris modii tres, 5
operis totidem feminantur, occantur duabus, farriuntur vna, runcantur vna, velluntur tribus. Summa fit decem [f] operarum. Lini decem modii, vel octo, quatuor
iugis conferuntur, occantur operis [g] tribus, runcantur vna, velluntur tribus. Summa fit 6
vndecim operarum. Sefami fextarii fex, tribus iugis a profciffione [h], locuntur, occantur [i]
operis quatuor, farriuntur quatuor, et farriuntur iterum duabus, metuntur duabus.
Summa fit operarum quindecim. Cannabis feritur, vt fupra docuimus [k]: fed incertum eft, quantam impenfam curamque defideret. At Medica obruitur non aratro, fed, vt dixi, ligneis raftellis. Iugerum agri eius occatur [l] duabus, farritur [m] vna,
metitur vna. Hac confummatione [n] operarum colligitur poffe agrum ducentorum 7
iugerum

r) *vel trium* omitt. *I. B. R.* s) *metunturque totidem I. B. R.* t) *Phaffeoli P.* u) *vna* abeft *I. B. R.* x) *Cicer, vel Cicercula I. B. R. cicer* etiam *L.* y) *vna P.* z) *Sexquimodius I. B. R. I. I. H. A.* a) *operis P.* b) *defiderat* defic. *P. I. B. R.* c) *occantur P.* d) *faritur P.* e) *fariuntur P.* f) *vndecim Gesf. I. B. R.* g) *operis* omiff. *I. B. R.* h) *tolluntur P.* i) *occantur tribus: runcantur vna: velluntur tribus: ferriuntur quatuor, et etc. I. B. R. occantur tribus; runcantur vna: Summa fit operis quatuor: Sariuntur quatuor, et etc. Pol.* k) *diximus I. B. R.* l) *occant duo P.* m) *Sarrit vnus: metit vnus I. B. R. Sarit etc. P.* n) *confumatione I. B. R. I. I. H. A.*

ctorii, qui in emendandis etiam Gryphianae editionis hoc pofuit; non quo non veriorem putem *veruacto*, de qua voce v. Index *veruagere*.

13,4 QVOT OPERIS CARPANTVR, INCERTVM EST) Cur incertius hoc fit reliquis, de quibus praecipit, quot operis vellantur fiue carpantur? Vereor, ne annotatio fit lectoris alicuius, qui obferuauit, vel ab auctore, vel a librario aliquo, omiffam mentionem, quot operis carpatur milium. Vid. tamen f. 6. vbi fimilis incertitudo.

13,5 QVATVOR IVGIS) Idem eft ac fi dixiffet *operis vel bubulcis*, cum fingulis boum iugis finguli contribuantur bubulci. Itaque etiam in computatione *iuga quatuor* pro operis totidem procedunt. Ita ftatim fect. prox.

13, 6 SESAMI SEXTARII SEX) Et haec et vetus lectio vitiis fcatet, ex quibus depurari fic poteft: *Sefami fextarii fex tribus iugis a profciffione coluntur, occantur operis tribus, farriuntur quatuor, et farriuntur iterum duabus, runcantur vna, velluntur duabus.* Nam primum quod fpectat ad occationem, optime in vetuftis libris legitur *tribus* non *quatuor*; occatio enim aut eundem, aut minorem, quam pro aratione operarum numerum exigit, quod et hoc ipfo capite, Columella confirmat: *tritici modii quatuor vel quinque bubulcorum operas occupant quatuor, occatoris vnam - - Ordei modii quinque bubulci operas tres exigunt, occatoriam vnam - - Fabae modii quatuor vel fex in veruacto duas operas bubulcorum detinent, at in reftibili vna occantur fefquiopera - - Milii fextarii quatuor, totidemque panici bubulcorum operas occupant quatuor, occantur operis tribus.* Runcatio quoque ad colendum fefamum neceffaria Ienfoniani et Brufchiani libri auctoritate a nobis adiecta eft; fiquidem fefamum, linum, cicer terna vice farrienda non funt, ne femen ad maturitatem accedens farculis difcutiatur, fed runcantur. Reftituimus denique ex iisdem libris *velluntur*, quod in *metuntur* a pofterioribus fuerat deprauatum. Sefamum enim non demetitur, fed manu vellitur et hac de caufa inter legumina ab eodem Col. c. 7 collocatum, quae ita dicuntur, quod manu legantur. PONTED.

13, 6 SED INCERTVM EST) Vide, quae diximus ad f. 4.

iugerum subigi duobus iugis boum [o], totidemque bubulcis, et sex mediastinis: si tamen vacet arboribus. at si [p] sit arbustum, eundem modum Saserna † tribus hominibus adiectis asseuerat [q] probe satis excoli [r]. quae nos ratio docet, sufficere posse iugum boum [s] tritici centum viginti quinque modiis [t], totidemque leguminum, vt sit in assem autumnalis satio modiorum ducentorum quinquaginta: et post hanc [u]
8 nihilo minus conserat trimestrium modios [x] quinque et septuaginta. Hoc deinde sic probatur. Semina, quae quarto sulco feruntur in iugeribus viginti quinque, desiderant bubulcorum operas [y] CXV [z]. Nam proscinditur is agri modus, quamuis durissimi, quinquaginta operis, iteratur quinque et viginti, tertiatur et conseritur XL.
9 Caetera [a] legumina occupant operas LX [b], id est menses duos. Pluuiales quoque et feriarum [c] computantur, quibus [d] non aratur, dies quinque et XL. item peracta sementi, quibus requiescunt, dies XXX. Sic in asse fiunt octo menses, et dies X. Supersunt tamen de anno tres reliqui menses, et dies V et XX, quos absumamus aut in satione trimestrium, aut in vecturis foeni, et pabulorum, et stercorum [e], aliorumque vtensilium.

XIV. SED ex iis, quae retuli, seminibus [a], idem Saserna [b] putat [c] aliis stercorari et iuuari agros [d], aliis [e] rursus peruri, et emaciari. stercorari lupino, faba, vicia [f], eruo, lente, cicercula, piso. De lupino nihil dubito, atque etiam de pabulari vicia, si tamen eam viridem desectam † confestim aratrum subsequatur, et quod falx reliquerit, priusquam [g] inarescat, vomis rescindat, atque obruat: id enim cedit
2 pro stercore. nam [h] si radices eius desecto pabulo relictae inaruerint, succum omnem solo auferent, vimque terrae absument [i], quod etiam in faba, caeterisque leguminibus, quibus terra gliscere videtur, verisimile [k] est accidere: vt nisi protinus sublata messe eorum proscindatur [l], nihil iis segetibus, quae deinceps in eo lo-

co

o) *bouum R.* p) *vbi I. B. R.* †) *Sacerna Gr.* q) *adsueuerat P.* r) *excolli R.* s) *bouem tritici centum P.* t) *modis I. B. R.* u) *hoc P. haec I. B. R.* x) *modii I. B. R.* y) *operis B. R.* z) *CX et quinque P. CV. B. R.* a) *caetera* deest *P.* b) LXI. *I. menses I. B. R.* c) *feriales L.* d) *quibus non aratur* desic. *P. Goes.* e) *stercoris I. B. R.* [C. XIV.] a) *sementibus I. B. R.* b) *Sacerna Gr.* c) *putet P.* d) *agris I.* e) *alii H. A.* f) *vitia, eruilia I. B. R.* †) *defectam Gr.* g) *prius, quam I. I. H. A. Gr. G.* h) *nisi rad. I. B. R.* i) *adsument P.* k) *vel simile P.* l) *prosinditur I. B. R.*

13, 7 VT SIT IN ASSEM) Vid. leg. *in asse.* VRSIN.

13, 8 SEMINA QVAE QVARTO SVLCO) Vno sulco seri dicitur, quod post primam arationem f[illegible]tur: quarto, quod post quartam. Sed quod mireris, Columella in his seminibus, quae quarto sulco seri dicuntur, tres tantum arationes numerat, eamque simul complectitur, qua semen iactum inaratur, et obruitur. Notandum tamen hic eum prius dixisse tertiari, quam conseri. At in iis, quae tertio sulco serebantur, post satum semen tertiatio sequebatur. In iis vero, quae quarto sulco serebant, tertiatio, vel tertia aratio, praecedebat sationem. Tum quarto loco consitio simul cum quarta aratione. Sic igitur intelligendum, quod hic ait, agrum illum, qui quarto sulco seritur, quadraginta operis tertiari et conseri. Viginti operis tertiabatur, viginti conserebatur simul, et quarto arabatur. Haec Salmasius ad Solin. c. 37 p. 511. SCHOETTG.

14, 1 SASERNA PVTAT) Qui sua hausit ex Catone c. 37. IDEM.

14, 1 ERVO) Codex S. Germani, teste Burmanno ad Petron. c. 57 habet *eruilia*, quae vox etiam extat apud Varronem 1, 32, 2 quamque Petronio restituit Heinsius. Confer, quae ibi viri modo laudati notarunt. IDEM. Faciunt pro viris doctis etiam, quod monuimus primae editiones: et ita etiam Politianum in Mediceis inuenisse, silentio eius intelligitur.

14, 1 DE LVPINO) Eadem Plinius 17, 9. SCHOETTG.

14, 2 VT NISI PROTINVS SVBLATA MESSE EORVM, PROSCINDANTVR, NIHIL EX IIS SEGETIBVS etc. Ita videtur hic locus legendus interpungendusque. VRSIN. Nihil opus est τῷ ex. Segetes sunt fruges, quae post lupinum seruntur, crescunt, percipiuntur. Ita etiam *proscindatur* ad *terram* commode refertur.

14, 3 VI.

eo feminari debent, profuturum fit. Ac de iis quoque leguminibus, quae velluntur[m], Tremellius[n] obesse maxime ait solo virus[o] ciceris, et lini: alterum quia sit salsae[p], alterum quia[q] sit feruidae naturae: quod etiam Virgilius significat dicendo, 3
Vrit enim lini campum seges, vrit auena, Vrunt lethaeo[r] perfusa papauera somno. Neque enim dubium, quin et leguminibus infestetur ager, sicut etiam[s] milio, et panico. Sed omni solo, quod praedictorum leguminum segetibus fatiscit, vna praesens medicina est, vt stercore adiuues, et absumtas[t] vires hoc velut pabulo refoveas[u]. Nec tantum propter semina, quae sulcis aratri committuntur, verum etiam 4
propter arbores, ac[x] virgulta, quae maiorem in modum laetantur eiusmodi alimento. Quare si est, vt videtur, agricolis vtilissimum, diligentius de eo dicendum existimo, cum priscis auctoribus[y], quamuis non omissa res, leui tamen admodum cura[z] sit prodita.

XV. TRIA igitur stercoris genera sunt praecipua[a], quod ex auibus, quod ex hominibus, quod ex pecudibus constat. Auium primum habetur, quod ex columbariis egeritur. deinde quod gallinae caeterique volucres edunt: exceptis tamen palustribus, aut[b] nantibus, vt anatis et anseris: nam id noxium quoque[c] est. maxime tamen columbinum probamus, quod modice sparsum terram fermentare comperimus. Secundum deinde, quod homines faciunt, si et aliis villae purgamentis 2
immisceatur, quoniam per[d] se naturae est feruentioris, et idcirco[e] terram perurit. Aptior est tamen surculis hominis vrina, quam sex mensibus passus[f] fueris veterascere[g]. si vitibus aut pomorum arboribus adhibeas, nullo alio magis fructus exuberat: nec solum ea res maiorem facit[h] prouentum, sed etiam saporem et odorem vini[i] pomorumque reddit meliorem. Potest et vetus[k] amurca, quae salem non 3
habet, permista huic[l] commode, frugiferas arbores, et praecipue oleas rigare. nam per se quoque adhibita multum iuuat. Sed vsus vtriusque maxime per hiemem est, et adhuc vere, ante aestiuos[m] vapores, dum etiam vites et arbores oblaqueatae[n] sunt.

m) *belluntur P.* n) *Tremelius P. I. B. R.* o) *virtus P.* p) *densas Goes.* q) *quia sit feruidae naturae, quod etiam Virgilius significat dicendo: Vrit enim lini campum seges, vrit auenae* deerat in vet. sed vacabat spacium *P.* r) *laetheo I. B. R. I. I. A. G. letheo H. Gr.* s) *et I. B. R.* t) *adsumptas P.* u) *rebeas P.* x) *et I. B. R.* y) *autoribus H. A. autoribus Gr. G.* z) *cum P.* [C. XV.] a) *praecipue L. I. B. R.* b) *aut nantibus* om. *L.* c) *quod I. B. R.* d) *per se* abest *P.* e) *iccirco I. B. R. I. I. H. A.* f) *passum veterascere I. B. R.* g) *veterescere P.* h) *faciet I. B. R.* i) *vitis P.* k) *veter amurga P.* l) *hinc Gr.* m) *aestiuus temperes P.* n) *oblaqueatae* rel.

14, 3 VIRVS) Est naturalis quaedam et insita virtus s. potentia. Confer, quae infra notamus ad Palladium 2, 15, 14. SCHOETTG.

14, 3 VIRGILIVS) Georg. 1, 77. Adde Plinium l. c.

15, 1 TRIA IGITVR STERCORIS GENERA) De stercore agunt Varro 1, 38. Quintilii Geop. 2, 21. Plinius 17, 9. Theophr. hist. plant. 2, 8 qui si quando a Columella nostro dissentit, notandum, illum loqui de stercore arboribus proficuo, nostrum de agris. SCHOETTGEN. Add. Cat. 29, et Pall. 1, 33.

15, 1 PRIMVM) Optimum. Varro *praestare columbinum* dicit: Quintilii: *κόπρος δὲ καλλίων ἡ τῶν περιστερῶν κατὰ τὸ θερμὸν ἔχουσα.* SCHOETTG.

15, 1 FERMENTARE) Haec optime explicant Quintilii: *ὠφέλιμος γὰρ γίνεται τῇ ἀδυνατούσῃ χώρᾳ, τρέφουσά τε αὐτὴν, καὶ δυνατωτέραν ποιοῦσα εἰς τὴν τῶν καρπῶν ἔκφυσιν καὶ τροφήν.* IDEM.

15, 2 HOMINES) Ipsa caesorum cadauera, si computruerint, mirum in modum laetum pinguemque agrum reddere, Plutarchus docet in Mario p. 417. F. BVCHNERVS.

15, 3 OBLAQVEATAE) *Oblaqueare* contrarium est *τῷ ablaqueare*, quod est terram refodere, et radices arborum nudare. *Oblaqueare* ergo est radices arborum obtegere terra et limo. SCHOETTG. Cum editi omnes legant *ablaqueatae*, et silentium Politiani doceat, Mediceos non dissentire: tantum non pro sphalmate operarum habui Commelinianum

4 sunt. Tertium locum obtinet [o] pecudum stercus, atque in eo quoque discrimen
est: nam optimum existimatur, quod asinus facit, quoniam id animal lentissime
mandit [p], ideoque facilius concoquit, et bene confectum, atque idoneum protinus
aruo fimum reddit. Post haec [q] quae diximus, ouillum, et ab hoc caprinum est,
mox caeterorum [r] iumentorum, armentorumque. Deterrimum ex omnibus suillum
5 habetur. Quin etiam satis profuit [s] cineris vsus [t] et fauillae. Frutex vero lupini
succisus optimi stercoris vim praebet. Nec ignoro quoddam esse ruris genus, in
quo neque pecora, neque auis haberi possint: attamen inertis est rustici eo quoque
6 loco defici stercore. Licet enim quamlibet frondem, licet e vepribus compitisque [u]
congesta colligere; licet filicem [x] sine iniuria vicini etiam cum officio decidere, et
permiscere cum purgamentis cortis [y]; licet depressa fossa [z], qualem stercori reponendo primo volumine fieri praecipimus [a], cinerem coenumque cloacarum, et culmos, caeteraque quae euerruntur, in vnum congerere [b]. sed eodem medio loco
robustam materiam [c] defigere conuenit. namque ea res serpentum [d] noxam latere [e]
7 in stercore prohibet. Haec vbi viduus pecudibus ager. Nam vbi greges quadrupedum versantur, quaedam quotidie [f], vt culina †, et casеale [g], quaedam pluuiis [h]
diebus, vt bubilia [i] et ouilia debent emundari. At [k] si tantum frumentarius ager
est [l]: nihil refert genera stercoris separari [m]: sin autem surculo, et segetibus, atque
etiam

o) *optinet I. B. R.* p) *mandat P. mandit. Id ideoque I. B. R.* q) *haec, quae diximus, ouillum, et ab hoc caprinum est P.* r) *caeterorum dum in iumentorum P.* s) *prodiatur P.* t) *vsus* deficit *I. B. R.* u) *compitibusque L. Iens. cespitibusque B. R. et e viis Goes.* x) *felicem P.* y) *cobortis I. B. R.* z) *fossa* deest *P.* a) *praecepimus I. B. R. I. I. H. A. G.* b) *congere P. congregare L.* c) *materiem I. B. R. I. I. H. A.* d) *serpentem noxiam I. B. R. serpentium noxiam Goes.* e) *latere* abest *P.* f) *cuottidie P.* †) *at culmina* Anonymus in marg. Reg. g) *caesale I. B. R. caerile Goes. caprile L.* h) *pluuiis salentibus bubilia et obilia debet emundari P.* i) *bubulia I. B. R.* k) *Ac I. B. R.* l) *sit I. B. R.* m) *separari L.*

linianum *oblaqueare*, hic pariter et Cat. 29; tanto magis, cum illud nemini praeterea vsurpatum, in rustica quidem significatione, inuenire potuerim. Sed etiam in antiquissima Isidori Hispalensis editione 17, 5 *oblaqueare est circa codicem terram aperire etc.* quae ipsa *oblaqueationis* definitio est, et habet aliquoties oblaqueationem Ms. Lips. quod notamus in Indice. Denique si etymon sequamur; *oblaqueatio* forte commodius ipsa *ablaqueatione* dicitur. Eo minus igitur volui memoriam quasi eius verbi delere, si quis forte nouas illius tuendi rationes, aut nos ipsi adeo, inueniamus. Certe, si apud Columellam locum habere possit significatio, quam dedit Cl. Schoettgenius; apud Catonem tamen nequit, vbi simpliciter pro *ablaqueare* positum apparet.

15, 4 SVILLVM) De hoc Plinius: *Proxime sparcitias suum laudant*, (reliqui) *Columella solus damnat.* Damnant tamen etiam Quintilii: *Καλλίων δὲ τούτων ἐστὶν ἡ ὑεία, ἀνεπιτήδειος ἐπὶ τοῖς σπερμασι, διὰ τὴν πολλὴν αὐτῆς θερμότητα.* SCHOETTG. Add. Pall. 1, 33, 1 qui *porcinum* ait esse *pessimum.*

15, 5 QVIN ETIAM SATIS PROFVIT CINERIS VSVS ET FAVILLAE) Ita videtur legendum. Nam in vulgaris codicibus deest vox *vsus*. VRSIN. Maximum cineris vsum esse apud Transpadanos, et fimo etiam anteponi, narrat Plinius 17, 9. SCHOETTG.

15, 6 E VEPRIBVS COMPITISQVE) E vestigiis codicis St. Germani, quem contulit Nic. Heinsius: *licet e vepribus et e viis compitisque congesta colligere*, Burmannus ad Petronium c. 134 legit: *licet e vepribus et triuiis compitisque etc.* Heinsius tamen malebat *e viis*. Goetius loco *compitisque* habet *et e viis* vnde concludere possis notiorem vocem esse glossema τῷ *compitis.* IDEM.

15, 6 ROBVSTAM MATERIAM) Plinius: *palo e robore depacto.* *Robur* est species quercus: *materia* lignum. IDEM.

15, 7 CAESALE) Vocabulum id infrequens apud scriptores; significatque locum, vbi purgamus ventrem. M. Varro decenter nominauit *sellam familiarem* 2, 15. BEROALDVS. Doctissimi quique *cesale* latrinam interpretantur: sed *caseale* legendum est, et significat locum, vbi conficiuntur, et reponuntur casei. TVRN. 4, 8. Mauult etiam Scaliger ad Varronem 1, 13 legere *caseale*, hoc est tabernam casеariam, vbi caseos reponebant, et fumum bibere instituebant. Ego intelligo per *caseale* locum, vbi lac adseruabatur, et casei conficiebantur. SCHOETTG.

15, 7 GE-

etiam pratis fundus eſt diſpoſitus, generatim quoque reponendum eſt, ſicut capra-
rum et auium. Reliqua deinde in praedictum locum concauum [n] congerenda [o], et
aſſiduo [p] humore ſatianda [q] ſunt, vt herbarum ſemina culmis, caeteriſque rebus im-
miſta [r] putreſcant. Aeſtiuis deinde menſibus non [s] aliter, ac ſi repaſtines, totum 8
ſterquilinium [t] raſtris permiſceri oportet, quo facilius putreſcat, et ſit aruis ido-
neum. Parum autem diligentes exiſtimo eſſe agricolas, apud quos minores ſingu-
lae pecudes tricenis [u] diebus minus quam ſingulas, itemque maiores denas [x] vehes
ſtercoris efficiunt, totidemque ſinguli homines, qui non ſolum ea purgamenta,
quae ipſi [y] corporibus edunt, ſed et quae colluuies [z] cortis et aedificii quotidie
gignit, contrahere [a] et congerere poſſunt. Illud quoque praecipiendum habeo [b], 9
ſtercus omne quod tempeſtiue repoſitum [c] anno requieuerit, ſegetibus eſſe maxime
vtile; nam et [d] vires adhuc ſolidas habet, et herbas non creat: quanto autem vetu-
ſtius ſit [e], minus prodeſſe; quoniam minus valeat. itaque pratis quam recentiſſi-
mum debere [f] iniici, quod plus herbarum progeneret: idque menſe Februario luna
creſcente fieri oportere. nam ea quoque res aliquantum foeni fructum adiuuat.
De caetero vſus ſtercoris qualis in quaque re debeat eſſe, tum dicemus, cum [g]
ſingula perſequemur [h].

XVI. INTERIM qui frumentis arua praeparare volet, ſi autumno ſementem
facturus eſt, menſe Septembri: ſi vere, qualibet [a] parte hiemis modicos aceruos
luna decreſcente diſponat [b], ita vt plani loci iugerum duodecim [c], cliuoſi quatuor
et viginti vehes ſtercoris teneant: et, vt paullo prius dixi, non antea diſſipet cu-
mulos, quam erit ſaturus [d]. Si tamen aliqua cauſa [e] tempeſtiuam ſtercorationem 2
facere prohibuerit, ſecunda ratio [f] eſt, ante quam ſarrias [g] more ſeminantis ex auia-
riis puluerem ſtercoris per ſegetem ſpargere. Si et is non erit, caprinum manu
iacere, atque ita terram ſarculis permiſcere. ea res laetas ſegetes reddit. Nec
ignorare colonos oportet [h], ſicuti refrigeſcere agrum, qui non ſtercoretur [i], ita
peruri, ſi nimium ſtercoretur: magiſque conducere agricolae, frequenter id potius,
quam immodice facere. Nec dubium, quin aquoſus ager maiorem eius copiam, 3
ſiccus minorem deſideret. alter, quod [k] aſſiduis humoribus rigens hoc adhibito re-
gelatur: alter, quod per ſe tepens ſiccitatibus [l], hoc aſſumto [m] largiore torretur;
propter quod nec deeſſe ei talem materiam, nec ſupereſſe oportet. Si tamen nul- 4
lum genus ſtercoris ſuppetet, ei [n] multum proderit feciſſe [o], quod M. Columellam
patruum meum doctiſſimum et [p] diligentiſſimum agricolam ſaepenumero vſurpaſſe
memoria repeto, vt ſabuloſis locis cretam ingereret: cretoſis ac nimium denſis, ſa-
bulum:

n) *concabum P.* o) *erigenda I. B. R. egerenda* Anonymus in marg. Reg. p) *ad ſilio unmore P.* q) *ſatienda G. St.* r) *immixta I. B. R.* s) *non aliter* omitt. *P.* t) *ſtercuilinium P.* u) *trigenis P.* x) *duas Geeſ. denare poſitum annum req'; verit ſegetibus eſſe vertecori efficiunt P. ipſis corporibus accidunt L. f.* excidunt. y) *illi P.* z) *calliopes P. coluuies B. R.* a) *contrait P.* b) *veo P.* c) *repoſitum anno requieuerit, ſegetibus eſſe* om. *P.* ſcilicet paullo ante ſub *v* inculcata intempeſtiue. d) *et* omiſſ. *P.* e) *ſed P.* f) *deuebere iniciq. debere L.* g) *cum in P.* h) *proſequemur I. B. R.* [C. XVI.] a) *libet P.* b) *diſputat P.* c) *duo et vig. L.* †) *diſputet L.* d) *arcturus P.* e) *cauſa eum tempeſtiua a P.* f) *ſatio I. B. R.* g) *ſariat more minatis P.* h) *opertere P.* i) *ſtergoretur P.* k) *qui aruis humoribus P. quod a ſuis Geeſ.* l) *ſiccitatibus, ad hoc adſumpto largioribus tolleretur P.* m) *abſumpto I. B. R.* n) *et I. B. R.* o) *feciſſe* om. *L.* p) *et diligentiſſimum* abeſt *P.*

15, 7 GENERATIM QVODQVE REPONENDVM EST, SICVT CAPRARVM ET OVIVM) Ita legendum non *auium*. Nam ex verbo *quodque* librariorum incuria fecit *quoque*. Deinde legendum ſub finem capitis: *de caetero vſu ſtercoris etc.* VRSIN. Neutrum perſuadebit vir doctus attente locum conſiderantibus.

16, 4 SABVLOSIS LOCIS CRETAM INGERE-

bulum: atque ita non solum segetes laetas excitaret, verum etiam pulcherrimas vi-
5 neas efficeret. Nam idem negabat stercus vitibus ingerendum, quod saporem vini corrumperet: melioremque [q] censebat esse materiam vindemiis exuberandis, congesticiam, vel de vepribus, vel denique aliam quamlibet arcessitam [r] et aduectam humum. Iam vero, et [s] ego reor, si deficiatur omnibus rebus agricola, lupini certe expeditissimum praesidium non deesse: quod cum exili [t] loco circa Idus Septembris sparserit et inarauerit [u], idque tempestiue vomere vel ligone succiderit, vim opti-
6 mae [x] stercorationis exhibebit [y]. Succidi autem lupinum sabulosis locis oportet, cum secundum florem; rubricosis, cum tertium egerit [z]. Illic dum tenerum est conuertitur, vt celeriter ipsum putrescat, permisceaturque gracili solo: hic iam robustius, quod [a] solidiores glaebas diutius sustineat, et suspendat, vt eae solibus aestiuis vaporatae resoluantur.

XVII. ATQVE haec arator exequi poterit, si non solum, quae retuli genera pabulorum prouiderit, verum etiam copiam foeni, quo melius armenta tueatur, sine quibus terram commode moliri difficile est: et ideo necessarius ei cultus est
2 etiam prati, cui veteres Romani primas [a] in agricolatione tribuerunt. Nomen quoque indiderunt ab eo, quod protinus esset paratum, nec magnum laborem desideraret. M. quidem Porcius et illa commemorauit, quod nec tempestatibus affligeretur, vt aliae partes ruris, minimique [b] sumtus egens [c], per omnes annos praeberet reditum, neque eum simplicem, cum etiam in pabulo non minus redderet,
3 quam in [d] foeno. Eius igitur animaduertimus duo genera, quorum alterum est siccaneum, alterum riguum. Laeto pinguique campo non desideratur influens riuus, meliusque habetur foenum, quod suapte natura succoso [e] gignitur solo, quam quod irrigatum [f] aquis elicitur, quae tamen sunt necessariae [g], si macies terrae postulat. nam et in densa et resoluta humo, quamuis exili, pratum fieri potest, cum facul-
4 tas irrigandi datur. Ac nec [h] campus concauae positionis esse, neque collis praeruptae [i] debet: ille, ne [k] collectam diutius contineat aquam; hic, ne statim praecipitem [l] fundat. Potest tamen mediocriter accliuis, si aut pinguis est aut riguus ager,

q) *meliorem I. B. R.* r) *accersitam I. B. R.* s) vt al. praeter *I. B. R.* t) *exilii sola circa P. Goes.* u) *inarauit P.* x) *optime I. I. H. A.* y) *exhibet L.* z) *egerit florem I. B. R.* a) *quo Goes.* [C. XVII.] a) *primas* omitt. *P. primas* et *tribuerunt* om. *L.* b) *minimeque P.* c) *erens P.* d) *in* deest *I. B. R.* e) *succo suo L. I. B. R.* f) *irrigatu I. B. R.* g) *necessarie B. R.* h) *ne I. B. R.* i) *praerupte debent P. praerupiae L. praerupti* al. k) *nec I. B. R.* l) *praecipiter L.*

GERERET) Probabile est, Plinium, qui etiam, (vt 2, 15, 4 obseruatum est) alias temere contradixisse Columellae videtur, ad hunc locum respicere 17, 5 extr. *Terram terra emendari, (vt aliqui praecipiunt) super tenuem pingui iniecta, aut gracili bibulaque super humidam ac praepinguem, dementia operae est. Quid potest sperare, qui talem colit.* Facit tamen cum illo Theophr. 3, 25 et ipse adeo Plinius, cum proxime a loco, quem laudauimus, de margae generibus et vtilitate praecipit.

16, 5 NEGAB. STERCVS VITIBVS INGER.) Pall Aug. 2.

16, 5 IAM VERO ET EGO REOR) Quidni reuocarem lectionem antiquam, quae cum *deesse*, quod sequitur, cohaeret. Vidit Vrsinus, vitii aliquid subesse, itaque emendari voluit *deest.* De lupini vsu Pall. Aug. 2.

17, 2 PROTINVS ESSET PARATVM) Var. 1, 7, 10. Plin. 18, 5 f. 6.

17, 2 M. PORCIVS) Istam Catonis sententiam passim celebrant veteres v. g. Cic. offic. 2, 25. Col. praef. libri 6, 5 et 6 Plin. 18, 5 f. 6. Vsum ipsum hoc praecepto suo Plutarchus refert, Cato p. 639. H. Steph. Qui igitur factum dicemus, vt in libro suo 1, 7 *quintum* demum locum prato assignauerit?

17, 4 NEQVE COLLIS, PRAERVPTAE DEBET) Ita sine dubio legendum. Nam *praerupti* mendose legitur in exemplaribus vulgatis. VRSIN. Recepi hanc lectionem, tantis praesidiis firmatam: neque tamen alteram damno. Possis enim iungere *campus collis praerupti.*

ager, pratum fieri. At [m] planities [n] maxime talis probatur, quae exigue prona non 5
patitur diutius imbres, aut influentes riuos immorari? aut si quis eam superuenit
humor, lente prorepit [o]. Itaque si palus in aliqua parte subsidens restagnat, sulcis
deriuanda est. Quippe [p] aquarum abundantia atque penuria graminibus aeque
est exitio.

XVIII. CVLTVS autem pratorum magis curae, quam laboris est. Primum,
ne stirpes aut spinas [a] validiorisque incrementi herbas inesse patiamur: atque alias
ante hiemem, et [b] per autumnum extirpemus, vt rubos, virgulta [c], iuncos: alias [d]
per ver euellamus, vt intuba [e], ac solstitiales spinas: ac neque suem velimus impasci,
quoniam [f] rostro suffodiat [g] et cespites [h] excitet; neque pecora maiora, nisi cum sic-
cissimum solum [i] est, quoniam [k] demergunt vngulas, et atterunt, scinduntque radices
herbarum. Tum deinde macriora [l] et pendula loca mense Februario luna crescente 2
fimo iuuanda sunt. omnesque lapides, et siqua obiacent falcibus [m] obnoxia, colligi
debent, ac longius exportari, submittique pro natura locorum, aut temporius [n], aut
serius. Sunt etiam quaedam prata situ vetustatis obducta [o], veteri vel crasso musco.
quibus mederi solent agricolae seminibus de tabulato superiectis, vel ingesto stercore.
quorum neutrum tantum prodest, quantum si cinerem saepius ingeras. ea res mu-
scum enecat. Attamen pigriora [p] sunt ista remedia, cum sit efficacissimum de inte- 3
gro locum exarare. Sed hoc [q], si prata accepimus [r], facere debemus. sin autem
noua fuerint instituenda, vel antiqua renouanda (nam multa sunt, vt dixi, quae ne-
gligentia [s] exolescant, et fiant sterilia) ea expedit interdum etiam [t] frumenti caussa
exarare [u], quia [x] talis ager post longam desidiam laetas segetes affert. Igitur eum 4
locum, quem prato [y] destinauerimus, aestate proscissum, subactumque saepius [z] per
autumnum rapis, vel napis [a], vel etiam faba conseremus; insequente deinde anno,
frumento: tertio diligenter arabimus, omnesque validiores herbas, et rubos, et ar-
bores, quae interueniunt [b] radicitus extirpabimus, nisi, si fructus arbusti id facere
nos

m) *Ad I. B. R.* n) *planicies I. I. H. A.* Gr. G. o) *proripit P.* p) *Qui et P.* [C. XVIII.] a) *cineras validiorisue P.* b) *alias I. B. R.* c) *virgultas* ex Cod. Langerm. Burm. ad Ouid. met. 4. p. 300, h. d) *alias sigillamus P. alias vellamus, vt I. B. R. alios si vellamus vt L.* e) *intuba solstitialis: ac ne quem suem P.* f) *cum I. B. R.* g) *suffodiat P. suo fodiat Goes.* h) *caespites Com.* i) *solum est* deficit *P.* k) *quia vdo demergunt vngulas P. quia vdo demerguntur vngulae Goes.* l) *aspriora P. asperiora L.* m) *falcibus non iam colligi P. falcibus noxia* Mf. Heinf. *falcibus asperiora L. Goes.* n) *temperius L.* et Mf. Heinf. ad Ouid. met. 4, 198. o) *obducta: quibus mederi solent agricolae veteri vel crasso musco seminibus etc. I. B. R. deducta quibus* vt modo — *seminibusque L.* p) *pigridiora ista P.* q) *haec I. B. R.* r) *adcessimus P. accepimus L. cepimus I. B. coepius R. coepimus rel.* s) *neglegentia P.* t) *etiam in P.* u) *exarare A.* x) *ea quae P.* y) *pratum I. B. R.* z) *protinus per auctum P. soepius G.* a) *napo I. B. R.* b) *interueniunt radices* Mf. vet. ap. Heinf. ad Virg. Aen. 5, 449.

17, 5 AVT SI QVIS EAM) Quid si legamus, *At?* Opposita enim, *diutius immorari*, et *lentius prorepere.*

18, 2 FALCIBVS OBNOXIA) Si vera est haec lectio, firmari inde potest intellectus huius vocis, qui in Calepini editione, per Clarissimum Facciolatum curata, obscuris modo Ennii apud Gell. 7, 17 verbis nititur. Aperte enim *falcibus noxia* hic remoueri iubentur. Videndum etiam, annon Plinius 20, 24 f. 34 ita vsurpauerit, cum *melititen* vinum vocat *inflationibus obnoxium:* i. e. noxium propter inflationes quas creat. Sed ne quid dissimuletur, in codice antiquissimo S. Germani vidit Heinsius *noxia*, quod testatur ad Ouid. met. 4, 198: et idem fuisse videtur in illo, vnde deprauate est in Mediceo *non iam.*

18, 3 ACCEPIMVS) Reposuimus coniecturam Broukhusii, quam confirmat Lipsiensis. nam antea legebatur *coepimus*, quod minus concinnum est. SCHOETTG. Suspicor ipsam, quam exhibuimus, quorundam lectionem ex *accepimus* corruptam. Vltima vocalis vocis *prata* more veteri semel tantum posita, vel pronunciata inter distandum negligentius, efficere potuit facile, vt ex *prata accepimus* fieret *prata coepimus.*

18, 4 FER-

nos prohibuerit. deinde viciam [c] permistam feminibus foeni feremus. tum [d] glaebas farculis refoluemus, et inducta crate coaequabimus [e], grumosque, quos ad verfuram plerumque tractae faciunt crates, diffipabimus [f] ita, vt necubi [g] ferramentum foenifecae [h] poffit offendere.

5 Sed eam viciam [i] non conuenit ante defecare, quam permaturuerit, et aliqua femina fubiacenti folo iecerit. Tum foenifecam [k] mefforem oportet inducere [l] et defectam herbam religare, et exportare: deinde locum rigare, fi fuerit facultas aquae: fi tamen terra denfior eft [m]. nam in refoluta humo non expedit inducere maiorem vim riuorum, prius [n] quam confpiffatum, et herbis colligatum fit [o] folum: quoniam impetus aquarum proluit terram, nudatisque radicibus

6 gramina non patitur coalefcere. propter quod nec pecora quidem oportet teneris adhuc et fubfidentibus pratis immittere, fed [p] quoties [q] herba profiluerit falcibus defecare. Nam pecudes, vt ante iam dixi, molli folo infigunt vngulas, atque interruptas non finunt herbarum [r] radices ferpere, et condenfare. Altero tamen anno minora pecora poft foenificia [s] permittemus admitti, fi modo ficcitas, et conditio

7 loci patietur. Tertio deinde cum pratum folidius ac durius erit, poterit [t] etiam maiores recipere pecudes. Sed in totum curandum eft, vt fecundum Fauonii exortum, menfe Februario, circa Idus immiftis [u] feminibus foeni, macriora loca, et vtique celfiora, ftercorentur. nam editior cliuus praebet etiam fubiectis alimentum, cum fuperueniens imber, aut manu riuus [x] perductus, fuccum [y] ftercoris in inferiorem partem fecum trahit. atque ideo fere prudentes agricolae etiam in aratis [z] collem magis, quam vallem ftercorant: quoniam, vt dixi, pluuiae femper omnem pinguiorem materiam in ima deducunt [a].

XIX. FOENVM autem demetitur optime ante quam inarefcat [a]; nam et largius percipitur, et iucundiorem cibum pecudibus praebet. Eft autem modus in ficcando, vt neque peraridum, neque rurfus viride colligatur [b]; alterum [c], quod omnem [d] fuccum fi amifit, ftramenti vicem obtinet, alterum, quod [e], fi nimium retinuerit [f], in tabulato putrefcit; ac faepe cum [g] concaluit [h], ignem creat et incendium. Non nunquam etiam [i] cum foenum cecidimus [k], imber oppreffit: quod fi permaduit, inutile eft vdum mouere; meliusque patiemur fuperiorem partem fole

2 ficcari. tunc [l] demum conuertemus, et vtrumque ficcatum coartabimus in ftrigam [m], atque ita manipulos vinciemus. nec omnino cunctabimur, quo minus fub tectum congeratur, vel fi non competit [n], vt aut [o] in villam foenum portetur, aut [p] in manipulos

c) *vitiam I. B. R. A.* d) *cum P.* e) *coaequauimus P. crumosque L.* f) *afficemus P. defpiciemus I. B R. addefpiciemus L.* g) *vt* deeft *I. B. R.* h) *foenifapes P. foenifecis I. B. R. L.* i) *vitiam I. B. R. A. vicia G.* k) *foenifecum I. B. R. foenifeceas oportet P.* l) *inducere: ac deinde religare: rigari: deinde fi fuerit etc. I. B. R. inducere ac recidere: rigari: deinde fi fuerit P.* m) *eft* omitt. *P.* n) *priusquam* iunctim *I. B. R.* o) *fit* omiff. *P.* p) *et P.* q) *quotiens I. B. R.* r) *herbarum* abeft *P.* s) *foenificea P.* t) *poterit* omitt. *P.* u) *immixtis I. B. R.* x) *riuos P.* y) *fucum P.* z) *aratris R.* a) *deducant I. B. R.* [C. XIX.] a) *arefcat I. B. R.* b) *condatur L.* c) *alterum iterum P.* d) *omne I. B. R.* e) *quod* omitt. *I. B. R.* f) *retinuit I. B. R.* g) *cum* omiff. *Gr. G.* h) *caluit P.* i) *et I. B. R.* k) *caedimus I. B. R.* l) *interdum I. B. R. olum L.* m) *ftrigam I. B. R. ftriga P. L. ftriam I. I. H. A. Gr. G. ftruem* rel. n) *competet I. B. R.* o) *aut* om. *Goef.* p) *at in manip. colligatum certe Goef.*

18, 4 FERRAMENTVM FOENISECAE) Videtur legendum *foenifecis.* et infra: *poft faenificia*; ita enim eft in antiqua aenea tabula, et in Calendario Farneliano. VRSIN.

19, 2 ET VTRVMQVE SICCATVM) *Et vtrinque ficca tum coartabimus in ftrigam.* Ita videtur legendum et infra; *Sed iam foenificia fequitur cura meffis.* VRSIN. *Strigam* praetulimus (aequo iure poteramus etiam *ftriga*) tum auctoritate ducti, tum quod videmus hunc morem

nipulos [q] colligatur, certe quicquid ad eum modum, quo [r] debet, ſiccatum erit,
in metas exſtrui conueniet, eaſque ipſas in anguſtiſſimos vertices exacui. Sic enim 3
commodiſſime foenum defenditur a pluuiis, quae etiam ſi non ſint, non alienum
tamen eſt praedictas metas facere; vt ſi quis humor herbis ineſt, exudet [s], atque
excoquatur in aceruis. propter quod prudentes agricolae, quamuis iam [t] illatum [u]
tecto, non ante componunt, quam per paucos dies temere [x] congeſtum, in ſe con-
coqui et deferueſcere patiantur. Sed et [y] iam foeniſicia [z] ſequitur cura meſſis,
quam vt recte poſſimus [a] percipere, prius inſtrumenta praeparanda ſunt, quibus
fruges coguntur.

XX. AREA quoque ſi terrena [a] erit, vt ſit ad trituram ſatis habilis, primum
radatur, deinde confodiatur [b], permiſtisque [c] paleis cum [d] amurca, quae ſalem non
accepit [e], extergatur [f]. nam ea res a populatione murium [g] formicarumque fru-
menta defendit. tum aequata pauiculis, vel molari lapide condenſetur, et [h] rurſus
ſubiectis [i] paleis inculcetur, atque ita ſolibus ſiccanda relinquatur. Sunt tamen, 2
qui potius adiacentium fabalium partem [k] triturae deſtinant, areamque demeſſa faba
et lecta [l] expoliunt: nam dum a pecudibus legumina proculcantur, herbae etiam
vngulis atteruntur, atque ita glabreſcit [m], et fit idonea trituris [n] area.

XXI. SED cum matura fuerit ſeges, ante, quam torreatur vaporibus aeſtiui
ſideris, qui ſunt vaſtiſſimi per ortum [a] Caniculae, celeriter demetatur. nam diſpen-
dioſa eſt cunctatio. primum, quod auibus praedam, caeterisque animalibus prae-
bet: deinde quod grana, et ipſae ſpicae culmis arentibus et ariſtis celeriter deci-
dunt. ſi vero [b] procellae ventorum, aut turbines [c] inceſſerint, maior pars ad ter- 2
ram defluit: propter quae recraſtinari [d] non debet, ſed aequaliter flauentibus iam
ſatis, ante, quam ex toto [e] grana indureſcant, cum rubicundum colorem traxerunt,
meſſis facienda eſt, vt potius in area [f], et in aceruo, quam in agro grandeſcant
frumenta. conſtat enim ſi tempeſtiue deciſa ſint, poſtea capere incrementum. Sunt
autem

q) *manipulum I. B. R.* r) *quem I. B. R.* s) *exſudet I. B. R. A.* t) *iam* abeſt *I. B. R.* u) *illatam* Sphalma *Vict. in altum L.* x) nobiſcum *L. P. B. R. I. I.* *temere lenſ. tenuere cong.* vt rel. y) *et* om. *I. B. R.* z) *feniſecas L.* a) *poſſumus I. B. R.* [C. XX.] a) *terna P.* b) *conficiatur P.* c) *que* defic. *I. B. R.* d) *et amurga P.* e) *accipit I. B. R.* f) *et rigetur P. Geſ. extringetur I. B. R. exergeatur I. I. exirrigetur L.* g) *murum I. B. R. I. I. H. A.* h) *torrens ſuperiectis P.* i) *ſuperiectis Geſ. I. B. R.* k) *pratis obiacente fauonio partem L. I. B. R. adiacentem fauonio partem Geſ.* l) *iniecta exoluunt P.* m) *clauteſcit P. clareſcit L.* n) *frumentis L. I. B. R. I. I.* [C. XXI.] a) *exortum P. Geſ.* b) *vero* abeſt *P.* c) *turbinibus.* d) *craſtinari inceſſerunt P.* e) *eſtate L.* f) *area, et in horreo, quam in acervo et in agro etc. I. B. R.*

rem hodieque ſeruari a ruſticis, vt in *ſtrigas* diducant foenum. quae ratio etiam eſt manipulis faciendis aptiſſima.

20, 1 CVM AMVRCA — EXTERGATVR) *Aſpergatur* videtur legendum. VRSIN. Puto τὸ *et* acceſſiſſe ex repetitione vltimae Syllabae in *accepit*, et retinendum *irrigetur*. SCHOETTG. Veteres editiones: *extringetur* pro *extergatur*. Lego *exteratur*, id eſt, quod Cato c. 91 ſignificauit dicens, *poſtea comminuito glebas bene*; et iterum cap. 129 *comminuito terram*. PONTED. Rem ipſam vidit, puto, Vrſinus. Quid ſi propius ad antiquam ſcripturam legamus, *permiſtiſque paleis, amurca, quae ſalem non acceperit, irrigetur*. In mentem veniebat *exurgeatur*. Sed de hoc mox ſequitur, *aequata pauiculis — condenſetur*.

21, 2 POTIVS IN AREA — GRANDESCANT FRVMENTA) Plin. 18, 30 ſ. 72 *Triticum — quo metitur celerius, eo ſpecioſius ac robuſtius*. In area grandeſcere frumenta puto, ſi poſt ſiccitatem et ariditatem, quae contraxit grana, ſuccedat aër paullo frigidior humidiorque, cuius ſe humor inſinuans turgidiuſcula illa reddat, et grandiuſcula.

3 autem metendi genera complura. multi falcibus vericulatis [g], atque iis vel rostratis [h], vel denticulatis, medium culmum secant: multi mergis [i], alii pectinibus spicam ipsam legunt [k], idque [l] in rara segete facillimum [m], in densa difficillimum [n] est. Quod si falcibus seges cum parte culmi demessa [o] fit, protinus in aceruum, vel in
4 nubilarium [p] congeritur, et subinde opportunis solibus [q] torrefacta proteritur. Sin autem spicae tantummodo recisae [r] sunt, possunt in horreum conferri, et deinde per hiemem, vel baculis excuti, vel exteri pecudibus. At [s] si competit, vt in area teratur frumentum, nihil dubium est, quin equis melius, quam bubus ea res conficiatur: et si pauca iuga sunt, adiicere tribulam [t] et traham [u] possis; quae res vtraque culmos facillime [x] comminuit. Ipsae autem spicae melius fustibus tunduntur [y],
5 vannisque expurgantur. At [z] vbi paleis immista sunt frumenta, vento separentur [a]. ad eam rem Fauonius habetur eximius, qui lenis [b] aequalisque aestiuis mensibus perflat:

g) *verlitulatis P. vericulatis I. B. R. verriculatis* vel. *verticulatis, vermiculatis, ferriculatis, veruculatis* coniecturae an variae lectt. in foro Romano propositae. h) *mostratibus L. I. B. R.* i) *mergita: pectinibus P.* k) *alegunt P.* l) *ideoque P.* m) *facillimum Gr. G.* n) *difficilimum Gr. G.* o) *dimissa P.* p) *nubilar L. I. B. R.* q) *solidibus P.* r) *rescisae H.* s) *Ad P. A. I. B. R.* t) *tribulare P.* u) *trahere P.* x) *facilime Gr. G.* y) *cuduntur P. Gesf.* z) *Aut P.* a) *seperantur L.* b) *leuis I. B. R.*

21, 3 FALCIBVS VERRICVLATIS) *Verriculum σαγήνην* interpretantur glossae; et conuenit cum *euerriculo*. Sed quae *ἀναλογία* inter *rete* atque inter falcem? *Verriculatam* igitur falcem nemo, quod sciam, interpretatus est, nisi quis interpretationem dicere velit, quae in Fabriano thesauro dixit aliquis satis absurde, quae ne denuo cum multis aliis offendant acutiores, cum maxime opera a nobis datur. Inter lectiones, quas e foro Romano repetiit nouissima Calepini editio, speciem aliquam haberet *ferriculatis*, nisi mox *denticulatae*, vt genus earum, de quibus nunc disputamus, proponerentur. Iam duplicis generis falces in vsu fuisse docet Plinius 18, 28 f. 67 n. 5 *maioris compendii alteras* h. e. commodiores ad magnam vim graminis aut culmorum vno ictu, vel tractu potius, resecandam. alterum autem genus *Italicum breuius*. Vtrumque genus in vsu est, non apud Germanos tantum, credo, sed forte apud omnes, qui hodie pingunt *Saturnum* vel *tempus*: cui falcem addunt, non breui manubrio, lunatam, sed acinacis in morem, nisi quod antrorsus, acuta sui parte inflexam, et hasta longiuscula instructam. *Veru*, (nam et illud praemittendum videtur) non semper ferreum est. Sunt enim apud Ouidium Fast. 2, 363 *Exta verubus transfuta salignis*; quemadmodum apud Virg. Georg. 2, 396 *Pinguiaque in verubus torrebimus exta colurnis*. *Veru* format ex se *veruculum*, quod legitur Plin. 33, 6 f. 35 pr. vbi alios legere *verriculum* in Fabriano Lexico nescio vnde obseruatur. Diminutum nomen ex *veru* res ipsa postulat, et ita intellexit Ge. Agricola, Harduino etiam laudatus de re metall. L. 10 p. 313, *Vericulum* fere malim, vt analogian habeat *geniculi*, *corniculi*, tum *articuli* et *vulticuli*. Inuaserat etiam Vegetium 2, 15 intempestiuum *verriculum*, pro nomine missilis teli minoris, quod *verutum* posterior aetas dixit *ferro triangulo unciarum quinque*, *hastili* (ligneo certe) *trium pedum semis*. Iubet nos Scriuerius legere *veruculum*: bene sane quod a *veru*. Sed forte etiam hic ad sonum et ad analogian praetuleris *vericulum*. Quin apud Plinium quoque 33, 11. vbi *cestron* explicatur per *viriculum*, *vericulum* videtur esse legendum. *Veruculum* placuisse quibusdam viris doctis, H. Stephanus indicat in thes. Gr. L. v. *κέστρον*. Editio Elzeuir. habet *verunclum*, in qua n deleuit P. Francius in exemplo nostro. E Plinio idem peccatum translatum est in Philoxeni glossas vel contra. Post haec ita cognita facile, spero, intelligemus, primo recte atque ordine secutos nos esse primarum editionum fidem; deinde *vericulatas falces* esse, vericulo illo vel hastili munitas, quibus vulgo vtuntur apud nos non foeniseces modo, sed auenae etiam et breuioris cujuscunque culmi messores, qui in frumentacea messe praeterea rastellum quoddam siue pectinem adiunctum habent falci, cuius ope ita sternunt ordinate culmos quasi manu comprehensos manipulos deposuissent.

21, 4 VEL EXTERI PECVDIBVS) Manifestum erratum *pecudibus*, cum legendum sit *pedibus*. Nam supra cap. 10. habetur, *promoueant pedibus et baculis*. VRSIN. Non opus est hac emendatione: nam et pecudes siue animantia ad trituram adhibita esse testantur ea, quae in Antiquitatibus triturae protulimus. SCHOETTG. Sufficit locus Plin. 18, 30 f. 72. *Messis alibi tribulis* (vehiculis dentatis vid. Scheff. de re vehic. 1, 7 p. 126 vbi de hoc ipso loco) *in area*, *alibi equarum gressibus exteritur*, *alibi perticis flagellatur*. Haec postrema sola forte per Germaniam obtinet. Cognatae voces *flagellum*, nostrum *flegel*, Gallorum *fleau*.

21, 5 FAVONIVS HABETVR EXIMIVS)

Miratur

perflat: quem tamen opperiri lenti est agricolae: quia [c] dum expectatur, saeua nos hiems [d] deprehendit. Itaque in area detrita frumenta sic sunt aggerenda [e], vt omni flatu possint excerni. At si compluribus diebus vndique silebit aura, vannis [f] expurgentur, ne post nimiam ventorum segnitiem vasta tempestas irritum [g] faciat totius anni laborem. Pura [h] deinde frumenta, si in annos reconduntur, repurgari [i] 4
debent. nam quanto sunt expolitiora, minus a curculionibus exeduntur. Sin protinus vsui destinantur, nihil attinet repoliri, satisque est in vmbra refrigerari, et ita granario inferri. Leguminum quoque non alia cura est, quam reliquorum frumentorum: nam ea quoque vel [k] statim absumuntur, vel reconduntur [l]. atque hoc supremum est aratoris emolumentum percipiendorum seminum, quae terrae [m] crediderat.

XXII. SED cum tam otii, quam negotii rationem reddere maioris nostri censuerint; nos quoque monendos esse agricolas existimamus, quae feriis facere, quaeque non facere debeant. Sunt enim, vt ait poeta, quae *festis* [a] *exercere diebus Fas, et iura sinunt. riuos deducere nulla Relligio vetuit, segeti praetendere sepem* [b], *Insidias auibus moliri, incendere vepres, Balantumque* [c] *gregem fluuio mersare salubri.*
Quamquam Pontifices negent segetem feriis sepiri [d] debere. Vetant quoque lanarum 2
causa lauari [e] oues, nisi propter medicinam. Virgilius qui [f] liceat feriis flumine abluere gregem praecepit [g], et idcirco [h] adiecit [i], *fluuio mersare salubri* [k]. sunt enim vitia, quorum causa pecus vtile sit [l] lauare. Feriis autem ritus maiorum etiam illa permit- 3
tit, far [m] pinsere, faces incidere, candelas sebare [n], vineam conductam colere [o]; piscinas, lacus, fossas veteres tergere, et purgare, prata sicilire [p], stercora aequare, foenum in tabulata componere, fructus olиueti conductos cogere, mala, pira, ficos [q] pandere

c) *quia saepe P.* d) *biemis P.* e) *aggerenda I. B. R. I. I. H. A. G. egerenda L.* f) *manibus P. manibus. id quod fieri in Hispania intellige Gesn.* g) *inritum iaciat P.* h) *Quae L.* i) *reperiri P. reteri L. I. B. R.* k) *vel statim absumuntur, vel* omiss. *P. I. B. R. nam ea quoque cuduntur L.* l) *vel conduntur P.* m) *per me crediderit P.* {C. XXII.} a) *feriis P.* b) *saepem I. B. R.* c) *Ballantumque I. B. R. I. I. A. G.* d) *sariri P.* e) *lauare P.* f) *qui P. quod* rel. g) *praecipit P.* h) *iccirco I. B. R. I. I. H. A.* i) *adiicit I. B. R.* k) *salubri l. salutari I. B. R.* l) *est P.* m) *farat instare P.* n) *seuare I. B. R. seruare L.* o) *colerem P.* p) *siccare L.* q) *ficus I. B. R.*

Miratur hanc Columellae sententiam Plin. 18, 30 f. 73, cum alioqui sit siccissimus. Zephyrum certe immittendum frumentis vult etiam Tarentinus Geop. 2, 27.

22, 1 TAM OTII) M. Tullius in oratione pro Plancio (c. 27) sic scribit: *Etenim M. Catonis illud, quod in principio scribit originum suarum, semper magnificum et praeclarum putaui; Clarorum virorum, atque magnorum non minus otii, quam negotii rationem extare oportere.* E contrario dicere solebat Galba, *neminem rationem otii sui reddere cogi.* BEROALDVS.

22, 1 POETA) Virg. Georg. 1, 268. Vid. not. ad Cat. 2, 4.

22, 2 LANARVM CAVSA) Eadem habet Macrobius Saturn. 1, 16 et 3, 3 quem vide. SCHOETTG.

22, 2 NISI, PROPTER MEDICINAM VIRGILIVS, QVOD LICET FERIIS FLVMINE ABLVERE GREGEM, PRAECEPIT) Ita distinguendum. nam mala distinctio locum perturbauit. VRSIN. Apertior mihi videbatur sermonis ratio, si cum Mediceo pro *quod* legamus *qui* h. e. qua conditione.

22, 3 FAR PINSERE) Vid. Cat. 2, vbi *pinsi far*, et M. Varro. VRSIN.

22, 3 FOSSAS VETERES TERGERE) Verrius Flaccus, (vt est apud Macrobium. 1, 15.) iuris pontificii scientissimus, propterea dicebat ferias viduis aptiores esse ad nubendum, quam virginibus, quandoquidem certis feriis, vt Latinis, Saturnalibus, non licebat sponso virginem ducere. IDEM. Hoc est *riuos deducere* apud Virgilium. Macrobius: *Quod autem ait* deducere, *nihil aliud est, quam detergere. Nam festis diebus riuos veteres sordidatos detergere licet, nouos fodere non licet.* SCHOETTG.

22, 3 STERCORA AEQVARE) Videtur legendum

re [r], caseum facere, arbores serendi causa, collo vel mulo clitellario afferre: sed
iuncto [s] aduehere non permittitur, nec apportata [t] serere, neque terram aperire [u],
4 neque arborem collucare [x]: sed ne sementem quidem administrare, nisi prius catulo
feceris: nec foenum secare [y], aut vincire, aut vehere: ac [z] ne vindemiam quidem
cogi per religiones Pontificum feriis licet: nec oues [a] tondere, nisi prius [b] catulo
feceris. Defrutum quoque facere [c], et defrutare vinum licet. Vuas, itemque oli-
vas conditui [d] legere licet. Pellibus oues vestiri non licet. In horto [e] quicquid ole-
rum causa facias, omne licet. Feriis publicis hominem mortuum sepelire [f] non li-
5 cet. M. Porcius Cato mulis, equis, asinis, nullas esse ferias dixit [g]. idemque [h]
boues permittit coniungere lignorum et frumentorum aduehendorum causa. Nos
apud Pontifices legimus, feriis [i] tantum denicalibus [k] mulos iungere non licere, cae-
teris licere. Hoc loco certum habeo quosdam cum solennia festorum percensuerim,
desideraturos lustrationum, caeterorumque sacrificiorum, quae pro frugibus fiunt,
6 morem priscis vsurpatum. nec ego abnuo docendi curam: sed differo in eum librum,
quem componere in animo est, cum agricolationis totam disciplinam praescripsero [l].
Finem interim praesentis disputationis faciam, dicturus exordio sequente, quae de
vineis [m] arbustisque prodidere veteres auctores, quaeque ipse mox comperi.

r) *spandere P. pendere I. B. R.* s) *iumento L.* t) *apportare nec serere P.* u) *aperiri B. R.* x) *collocare L.* y) *seccare P. siccare I. B. R.* z) *at I B. R.* a) vid. n. 4. b) *si I. B. R. et Ms. Heins.* c) *facere* abest *I. B. R.* d) *conditu L. I. B. R.* e) *orto L. Com.* f) *sepeliri P.* g) *dixit* deest *P.* h) *itidemque P.* i) *fereis P.* k) *denibalibus P. scenicalibus L.* l) *perscripsero L.* m) *bineis P.*

gendum *aequare*. Varro 1, 13 *Itaque periti, qui possunt, vt eo aqua influat, eo nomine faciunt etc.* loquitur autem de fimo, qui in sterquilinia infertur. et Col. item cap. 10 et supra. et *assiduo humore satianda sunt.* VRSIN. *Aequare*, hoc loco idem est, quod supra dixerat, *stercus dissipare*, Mist breiten SCHOETTG.

22, 3 MVLO CLITELLARIO) Superscripsit posteriori voci in Cod. Lipsiensi aliquis vocabulum *barda*. Lucem inde accipit locus in charta Ildefonsi Comitis Tolosae 1144 ex Catello laudatus Fresnio hic et in *Crusellus* quem obscuriorem fatetur. Ita autem habet, *De Crusellis quos extranei attulerint et vendiderint, praebeant domino quatuor denarios, et de barda duos.* Ostendit ex Cruscanis Academicis *bardam* esse ornatum equi, qua instruatur ipsius tergum, collum, et pectus. Sed dubitat an ad hunc locum illa significatio pertineat. Mihi videbatur, collata hac ipsa glossa, *barda* vocari posse onus asini vel equi, *crusellum* autem vecturae genus amplioris. Conuenit cum Anglorum *bear*, et nostro *bar*, quod portandi significationem habet. Add. Ind. in *barda*.

22, 3 IVNCTO) Lips. *iumento*, quod fere praetulerim. Alias *iuncto* est alligato ad vehiculum vel currum. Virgil. Eclog. 3, 91 *Atque idem iungat vulpes, et mulgeat hircos.* Vid. Schefferum de re vehic. 1, 12. p. 144. SCHOETTG. Add. Scheff. de re vehic. 2, 19 p. 258. et Plin. Epp. 2, 17, 2.

22, 4 NEC OVES TONDERE) Abesse haec in Codice S. Germani testatur Heins. ad Ouid. met. p. 436. ALMEL. Idem Heinsius ad Ouid. Her. 4, 111 confirmat lectionem primarum editionum *nisi si*, quam rationem familiarem nostro ostendit Lexicon nostrum.

22, 4 ET DEFRVTARE VINVM) Cato 24 *Quicquid vini defrutabis, partem trigesimam defruti addito etc.* Male autem in vulgatis codd. legitur *defrudabis*. VRSIN.

22, 4 OVES VESTIRE) Quae *tectae* vocantur. vid. Col. 7, 4.

22, 5 CATO) c. 2. et c. 138.

22, 5 FERIIS DENICALIB.) Vid. Cic. de Leg. 2, 22 Festus h. v. ALMEL.

22, 5 LVSTRATIONVM MOREM) Haec talia Catonem in librum suum retulisse constat v. g. c. 141. Columellae de hoc argumento nihil ad nos peruenisse puto.

L. IVNII

L. IVNII MODERATI COLVMELLAE
DE RE RVSTICA
LIBER TERTIVS

LIBER TERTIVS) Hic in editionibus, quae praecessere Iuntinam 1515, ipsisque Mediceis Codd. et Lips. quartus est, tertii locum occupante, qui *de arboribus* nunc inscriptus, post XII Columellae nostri libros collocari ab eo, quo dixi, tempore coepit. Recte quidem et ordine factum, in prooemio illius libri docebitur. Caeterum hic ipse, quem nunc adgredimur, liber, *surcularis prior* Florentiae vocatur: non male. GESNER.

Quoniam in hoc volumine et duobus proximis Vitium cultus peculiaribus vocibus, quae ab iis, qui in re rustica minus versati sunt, non ita facile intelligi possunt, praecipitur, operae pretium futurum existimo, nonnullas figuras adiicere, quibus huiusmodi res sub oculos positae explicantur. Hasce vero in duas aereas tabulas digessi, quarum prima sic explanatur.

TABVLAE PRIMAE EXPLICATIO.

FIGVRA 1. Vitis florem, cum primum euoluitur, exhibet, in qua per literam *a petiolus* indicatur;

per *b b b b b* quinque calicis *d* partes instar radiorum stellae dispositae, quae circumquaque infimae receptaculi parti *e* vniuntur,

stamina *c*, fructumque inter stamina collocatum continentes. Haec porro clarius exponuntur in

FIG. 2. per easdem literas indicatis partibus, nempe per *a* petiolo; per *b b b b* calycis partibus ab receptaculo *e* dum stamina *c c c c* expanduntur, diuulsis, quarum vna pars adhuc receptaculo in *e* adhaeret.

Hisce figuris satis plane, vt arbitror, sub oculos ponitur Vitis florem non esse petaloden, vt nonnulli crediderunt, sed apetalum; quod enim dicitur petalum siue petala [nam pluribus petalis componi huiusmodi florem asserit Tournefortius] calyx est in quinque partes diuisus, quibus receptaculo affigitur, ad centrum tamen integer: quod in aliis floribus non contingit. Expansis staminibus apicibusque, diuellitur ab iisdem de receptaculo calyx, et ad terram decidit, quod non fieret, si petalum esset calyx.

FIG. 3. Vitis flos iam expansus decusso calyce indicatur: *a* petiolus,

b b b b b quinque apices totidem staminibus impositi,

quae receptaculo *d* adhaerent;

c embryo inter stamina apicesque collocatus.

FIG. 4. 4. Embryo siue staminibus apicibusque: *a* petiolus; *b* embryo *c* tuba; *e* receptaculum.

FIG. 5. Embryo adauctus et maturus: *a* petiolus; *b* receptaculum; *c* fructus qui *acinus* dicitur.

FIG. 6. Fructus per centrum diuisus, in qua *a a* acini corpus; *e e* semina.

FIG. 7. Semina quae *γίγαρτα* appellantur a Graecis, *vinacea* a Latinis, *vinacciuoli* vernacula lingua.

FIG. 8. *Racemus*, i. e. acinorum *a a a a a* congeries.

Haec porro de Vitis flore fructuque, quo plenius Vitis natura cognosci posset, praemittere inter necessaria esse iudicaui, quae licet a veteribus neglecta, recentiores tamen diligenti admodum cura persecuti sunt.

FIG. 9. *Pampinus* eius partes ostenduntur.

Pampinus autem Vitis sarmentum tenellum dicitur (vnde pampinatio i. e. inutilium pampinorum detractio) quod dum induruit, *materia et palmes* vocatur. Nonnunquam tamen pampinus etiam Vitis folium appellatur. Isid. l. 17. c. 5. *Pampinus est folium cuius subsidio vitis a frigore vel ardore defenditur, atque aduersus omnem iniuriam munitur. Qui ideo alicubi intercisus est, vt solem ad maturitatem fructus admittat, et* [quid si *ne?* G.] *vmbram faciat. Et dictus pampinus quod de palmite pendeat.* M. Tullius libr. de senect. *a qua vua oriens sese ostendit, quae et succo terrae et calore solis augescens primo est peracerba gustui, dein maturata dulcescit, vestitaque pampinis, nec modico tepore caret, et nimios solis defendit ardores.* Colum. l. 3. c. 2. *crebram quoque materiam* (vitis *lanata aminea* dicta) *fundit, atque ideo propter pampini densitatem saepe parum recte deflorescit.* It. *singularis habetur aminea maiori germine non dissimilis, primum specie pampini, et trunci.* Virgil. Georg. 1. 449.

Heu male tum mites defendet pampinus vuas.

A a itaque pampinus truncus in *a*.

B b b b b folium idemque frons;

C c C c nepotes. Nepos pampinus est de foliorum alis egrediens, ita dictus, quoniam tertius est a flagello; nam flagellum gignit pampinum, pampinus vero nepotem. De hoc Colum. l. 3. c. 6, 2 ita loquitur: *Si etiam* (vitis) *nepotum fructu*

fructu grauida est. It. l. 4, c. 6, 4 *et omnes eius intra id spatium nepotes enatos saepius decerpemus;*

d d d d capreolus itemque *clauicula*; *Is*, vt ait Varro l. 1, c. 31. *est colliculus viteus intortus, vt cincinnus. Is enim vites vt teneat serpit ad locum capiundum ex quo a capiendo capreolus dictus.* M. Tullius l. de Senect. *Vitis quidem quae natura caduca est, et nisi fulta sit, fertur ad terram, eadem vt se erigat clauiculis suis quasi manibus quicquid est nacta complectitur.* Colum. l. 4, c. 6, 2 *Dum clauiculis suis quasi quibusdam manibus adminicula comprehendant.* Pallad. l. 3, tit. 13. *Putandi autem ratio talis est, vt et vetera sarmenta, quibus primi anni fructus pependit, omnia recidantur,* et *noua circumcisis capreolis et ramulis inutilibus* (nempe nepotibus) *dimittantur.* Isid. l. 3, c. 3. *Caprioli dicti, quod capiant arbores; sunt enim cincinni siue vncinoli: quibus se innectere vites et suspendere solent arboribus, quo adminiculo freti palmites, ventos ac turbines continere queant, et sine lapsu pediculorum fructus suos sustineant.*

E folium truncum:

F capreolus pariter amputatus.

FIG. 10. Vitis tenella vt adminiculis pedatur putaturque.

a a a a a pedamenta duo pro quibus in nonnullis regionibus vtuntur arundinibus; *b b* vimina, quibus vitis ad pedamenta firmatur;

c c hornotinae materiae pars duabus vel tribus gemmis instructa veteri sarmento *d d* adhaerens;

e gemma f. *oculus.* De gemma haec ap. M. Tullium libro de *senect.* leguntur: *Itaque ineunte vere in iis quae relicta sunt, existit tanquam ad articulos sarmentorum ea, quae gemma dicitur, a qua oriens vua sese ostendit.*

Quidquid vero inter *c* superius et *e* gemmam intercedit, ipsa gemma iam in pampinum abeunte, vocatur *vnguis. Vngues*, inquit Colum. l. 4 c. 24, 8 *custodum annotinos resecato.* Id repetit Pallad. l. 3 tit. 12. *Vngues etiam custodum siccos et annotinos recide.*

FIG. 11. Vitis nouella vt germinat et pampinatur:

a a a a pedamenta duo;

b b vimina;

c c vetus sarmentum siue vitis caudex;

d e hornotina materia relicta in putatione, et amputata in *e*;

e vnguis;

f f f f f folia;

g g g pampinus, qui flagellum euadit;

o o o nepotes;

i i i capreoli.

FIG. 12. Vineam iugatam exhibet, eandemque canteriatam, a canterio dictam. *Canterium C C* transuersa est pertica aut arundo ad pedamenta firmata, quo non tantum in vitibus vtuntur agricolae, verum etiam in aliis stirpibus pedandis alligandisque, vt de *cepis* praecepit Colum. l. 11, c. 3, 58 *Deinde cum fecerint caulem, humilioribus quasi canteriolis interpositis rigorem stylorum conseruato; nam nisi arundines transuersas in modum iugatae vineae crebras disposueris, thalli ceparum ventis prosternentur:*

A A A etc. etc. Vites tres;

B B etc. pedamenta, quae si angulata sint, i. e. si fiant ex taleis cuneo scissis, dicuntur *ridicae*; si vero teretia, *pali.* De huiusmodi pedamentis ita Varro l. 1 c. 8. *Pedamentum item fere quatuor generum, vnum robustum quod optimum solet afferri in vineam e quercu vel iunipero, et vocatur ridica: alterum palus e pertica, melior e dura, quod diuturnior.* Planius Colum. l. 4 c. 26, 1 *Sequitur adminiculandae iugandaeque vineae cura, cui stabiliendae melior est ridica palo, neque ea quaelibet: nam praecipua cuneis fissa olea, quercus et suber, ac siqua sunt similia robora.* Et cap. 33, 4 *Etenim taleae propius stirpem recisae quadrifidas plerumque ac deinde secundae taleae eiusdem arboris bifidas ridicas subministrant, quod genus fissilis adminiculi manet diutius quam teres palus.*

a a a iugum;

b b b flagella f. palmae aut palmites eademque *materia.*

c c c etc. *torus* h. e. ligatura f. vimen, quo Vitis ad pedamenta aut arbusta iungitur, et alligatur, de quo Colum. l. 5 c. 6, 25 *Vitisque nouella tribus toris ad arborem religetur, vno, qui est in crure arboris a terra quatuor pedibus distans: altero, qui summa parte vitem capit: tertio, qui mediam vitem complectitur.* It. l. de *Arb.* c. 16, 4 *Diutiusque* (vitis) *perennat, quae firmis toris, et idoneis locis religata est; itaque omnibus annis conuenit subsequi putationem, ita, vt tori renouentur.*

d d d etc. pali, quibus materiae in compluuium demissae alligantur. *Compluuium* autem dicuntur palmae ab altiori iugo ad humiliores palos plures descendentes. Colum. l. 4. c. 26, 3 *directaeque palmae per iugorum compluuia decurrant, et veluti mersae cacuminibus in terram despiciant.*

FIG. 13. Differt a fig. 12; quoniam non simplicis compluuii, sed gemini hinc et hinc decurrentibus palmitibus vineam exhibet:

b b b etc. palmites ab vna parte demissi atque palis *a a a* etc. annexi;

c c c etc. alii palmites ab altera et opposita parte ad palos *d d d* etc. in compluuium directi.

FIG. 14. Iugatae et compluuiatae vineae genus exponit, quod frigidis ac nebulosis locis aptum habetur, quo non in compluuium decurrunt materiae, sed sursum a iugo ad palos feruntur. Hoc genere, aere et sole facilius admissis vuarum maturitati atque integritati consulitur:

a a canterium de quo ad alterum canterium *b b* surgunt palmites *d d d* etc.

c c c pali siue perticae quibus altius canterium firmatur.

TABVLAE SECVNDAE EXPLICATIO.

FIG. 1. *Malleolum* sub oculos ponit. Quid vero sit *malleolus*, ipsius Columellae verbis referam:

ram: *Malleolus*, inquit l. 3, c. 6, 3 *nouellus est palmes, innatus prioris anni flagello, cognominatusque a similitudine rei, quod in ea parte quae deciditur ex vetere sarmento, prominens vtrinque malleoli speciem praebet.* Quem locum ita excerpsit Isidor. l. 17, c. 5. *Malleolus est nouellus palmes innatus prioris anni flagello, cognominatusque ob similitudinem rei, quod in ea parte, qua deciditur ex veteri sarmento, promineus vtrunque* (lego vtrinque) *mallei speciem praebeat.*

A pars noui sarmenti; *b b* veteris;

c pars sarmenti summa a malleolo in *d* abscissa, quam vocant *sagittam.* De qua Colum. l. 3, c. 10, 21 haec literis mandauit: *Nam si sagittam, id est, superiorem partem malleoli, vituperandam censebant, cum esset eadem pars surculi frugiferi.* It. c. 17, 2 *Caeterum omnem sagittam repudiauerunt. Sagittam rustici vocant nouissimam partem surculi, siue quia longius recessit a matre, et quasi emicuit, atque prosiluit: siue quia cacumine attenuata, praedicti teli speciem gerit.* Quem imitatus Isid. l. 17, c. 5. haec non absimilia de sagitta memoriae mandauit: *Sagittam rustici vocant nouissimam partem surculi: siue quia longius recessit a matre et quasi prosiluit: seu quia acuminis* (an *cacuminis* vt Columella?) *tenuitate teli speciem praefert.*

e e e e gemmae, internodia autem, quae inter gemmas spatia.

FIG. 2. Malleolus ostenditur sine vetere sarmento recisus, vt ab Iulio Attico, et Cornelio Celso traditum est, quem ita descripsit Palladius l. 3. tit. 9. *Ad pangendum nouellus palmes debet eligi, duri in se nihil habens, et veteris sarmenti, quia hoc putrescente saepe corrumpitur.* De eodem loquitur Colum. l. 3, c. 17, 3.

FIGVR. 3. Vitem exhibet sine adminiculis quo facilius ipsius partes indicari possint.

a a vitis truncus;

b e b e sarmentum de duro citatum (*pampinarium* vocant, idemque *spadonem* si circa superiorem Vitis partem nascatur) quod deorsum curuatur in *e*, terraque ita obruitur, vt in *e b* emicet, id vocatur mergus, quem Colum. l. 4, c. 15, 2 ad hunc modum commemorat: *Mergi genus est, vbi supra terram iuxta suum adminiculum vitis curuatur, atque ex alto scrobe submersa perducitur ad vacantem palum.* Pallad. autem ita l. 3, tit. 16. *Mergum dicimus, quoties velut arcus supra terram relinquitur, alia parte vitis infossa.*

f custos idemque *resex praesidiarius aut subsidiarius pollexue.* De quo Colum. l. 4, c. 21, 3 *In pollicem tondeatur* (coles) *quem quidam custodem, alii resecem, nonnulli praesidiarium appellant, i. e. sarmentum gemmarum duarum, vel trium, ex quo cum processere fructiferae materiae, quidquid est supra vetusti brachii amputatur, et ita ex nouello palmite vitis pullulascit.* It. Pallad. l. 3. tit. 12 *ita vt conseruemus semper in inferiore parte custodem.*

g g g g Vitis brachia eademque *duramina* vel *duramenta*, vt extat ap. Colum. l. 4, c. 21, 1 *Quaternisque brachiis, quae duramenta quidam vocant, diuidatur in totidem partes.*

h focaneus palmes, qui vt idem Colum. l. 4, c. 24, 10 praecepit, *solet in bifurco medius prorepere, et idcirco eum praedicto vocabulo rustici appellant, quod inter duo brachia, qua se diuidit vitis, enatus velut fauces obsidet, atque vtriusque duramenti alimenta praeripit.* De eodem Pallad. l. 3, tit. 12. *Focaneus etiam, qui inter duo brachia medius nascitur, debet abradi:*

i i i etc. *flagella.*

Huius modi porro vitis si per singula duramenta adminiculis firmetur, ac palmites in gyros orbiculosque flectantur, vineae, quam veteres *characatam* dixerunt, praestabit speciem. Hanc ita descripsit Colum. l. 5, c. 4, 1 *Mox* (vineae) *quae defixis arundinibus circummunitae per statumina calamorum materiis ligatis in orbiculos gyrosque flectuntur; eas nonnulli characatas vocant.* Et Pallad. l. 3. tit. 11. *aliud genus est, in quo cannis pluribus circa dispositis, ipsa vitis per cannas sarmentis ligatis in orbiculos flectitur se sequentes.*

FIG. 4. Cum quatuor praecipua vinearum genera sint, *arbustiuae, iugatae, humi proiectae,* ac deinde quartae, quae a terra subrecta sine pedamentis more arborum ipsa consistit, haec nunc ostenditur quam Colum. l. 5 c. 4, 1 hoc modo commemorauit: *Vinearum prouincialium plura genera esse comperi. Sed ex iis, quas ipse cognoui maxime probantur, velut arbusculae breui crure sine adminiculo per se stantes.* Pallad. quoque l. 3, tit. 11. *Vineae in prouinciis multis generibus fiunt: sed optimum genus est, vbi vitis velut arbuscula stat breui crure fundata.*

a a truncus siue caudex;

b furunculus i. e. *gemma verrucae* similis, quae a vineatore relinquitur ad reuocandam vitem, si longius processerit, ex qua materia citatur. Colum. l. 4, c. 24, 5 *Ne aut pampinarius palmes, aut verrucae similis furunculus relinquatur.* It. 17. *Sed si resecis facultas non erit, circumspiciendus est furunculus, qui quamuis angustissime praecisus in modum verrucae proximo vere materiam exigat.*

Brachia *c c c*

ex quibus ortae palmae *d d d d d* ad tres quatuorue gemmas reciduntur ne si longiores relinquantur ad terram Vitem trahant.

FIG. 5. 5. 5. 5. 5. stratae ac per terram proiectae vineae speciem repraesentat, cuius ea est ratio, vt altera vitis alteri per brachia ac per materias innitatur, quo minus humum contingat, ne vua computrescat. Hoc vineae genus describitur a Colum. l. 5, c. 4, 2 *Vltima conditio est stratarum vitium, quae ab enatu stirpe confestim velut proiectae per humum porriguntur.* Et Pallad. id repetit l. 3, tit. 11. *vltimae,* ait, *positionis vitis est, quae per terram proiecta discumbit.*

FIG. 6. tribus vinearum generibus expositis nunc quartum quod est *arbustiuae vineae* indicatur. Diuiditur hoc bifariam in *arbustum Italicum et arbustum Gallicum. arbustum Italicum* paullo altius attollitur quam *Gallicum.* Vtriusque culturam

culturam tradidit Colum. l. 5. Italici quidem c. 6, vt patet ex vltimo membro: *Atque haec de Italico arbusto satis praecepimus.* *Gallici* vero c. 7. *Est*, inquit, *et alterum genus arbusti Gallici, quod vocatur rumpotinum.* Id desiderat arborem humilem nec frondosam. Figura itaque 6 italici arbusti cum suis vitibus formam ostendit, at fig. 7 *a* 7. 70. Gallici.

a a igitur fig. 6. vites arbori iunctae ac maritatae;

b b arboris caudex;

d d d d rami, in quos diducitur arbor, qui *tabulata* dicuntur: *hoc enim nomine* (verba sunt Colum. l. 5, c. 6, 11.) *vsurpant agricolae ramos truncosque prominentes.* De eadem re Virgilius quoque Georg. 1, 358 sqq. sic cecinit:

Tum laeues calamos, et rasae hastilia virgae,
Fraxineasque aptare sudes, furcasque bicornes,
Vitibus eniti quarum, et contemnere ventos,
Assuescant, summasque sequi tabulata per Vlmos.

c c c c c Vitis duramenta;

e e tori, qui bini tantum in singulis arboribus adhibentur, nam tertius quem veteres apponebant vt cum primum vites tenellae maritantur, necessarius habetur, ita in adultis plerumque superuacaneus, nisi vitis vitiose detorta, (vt fig. 70 in qua tribus toris *a a a* vitis alligatur) eum exigat; ideoque eo priscam aetatem non semper viam ipse testatur Colum. 5, 6, 25. *Torum*, inquit, *imum imponi tum oportet, cum vires viti adimit: interdum enim necessarius habetur, cum aut arbor sine ramis truncata est, aut vitis praeualens in luxuriam euagatur.*

FIGVR. 7 *a* 7, 70, arbustum Gallicum quod *rumpotinum* vocant, id est humilioris positionis arbustiuam vineam demonstrat;

a a vites;

b b arborum trunci;

c c c c tabulata;

a a a tori;

d d d Vitis brachia;

e fig. 7 *a* ostendit sarmentum quod de tabulato praecipitatur, alligaturque in duro per torum *e*; nam ex vetere sarmento *f f* materiae oriuntur. Huiusmodi materiae *praecipites palmites* (vt docet Colum. l. 5. c. 6, 33) *dicuntur, qui de hornotinis virgis enati in duro alligantur*;

g g g g *traduces* de quibus Colum. l. 5. c. 7, 3. *Vt noui traduces omnibus annis inter se ex arboribus proximis connectantur.* Item 4. *si tradux traducem non contingit media virga inter eas deligetur.* PONTEDERA.

CAPVT I.

HACTENVS aruorum cultus, vt ait praestantissimus poeta. Nihil enim prohibet nos, P. [a] Siluine, de iisdem rebus dicturos celeberrimi carminis auspicari principia [b]. Sequitur arborum cura, quae pars rei rusticae vel maxima est. Earum species diuersae, et multiformes sunt. quippe varii generis (sicut auctor idem refert) *nullis hominum cogentibus ipsae sponte sua veniunt:* multae [c] etiam nostra ma-
2 nu satae [d] procedunt. Sed quae non ope humana gignuntur, siluestres, ac ferae, sui cuiusque [e] ingenii poma [f] vel semina gerunt: at quibus labor adhibetur, magis aptae sunt frugibus. De eo igitur prius genere dicendum est, quod nobis alimenta praebet. idque tripartito [g] diuiditur. Nam ex surculo vel [h] arbor procedit, vt [i] olea [k]: vel frutex, vt palma [l] campestris: vel tertium [m] quiddam, quod nec arborem

VARIETAS LECTIONIS.

[C. I.] a) *Publi* omitt. *I.* b) *principio Lips.* c) *multa I. B. R.* d) *sata I. B. R.* e) *cuique P. L.* f) *poma vel* omitt. al. praeter *Pol. Goes. Lips. et I. B. R.* g) *tripertito P.* h) *vel arbore arbor I. B. R.* i) *vel* Sphalma *Com.* k) *oleae I. B. R.* l) *palmae campestres L. I. B. R.* *canna camp.* coni. *Guiland. de pap. c. 9.* m) *tertius quidam P. L.*

1, 1 POETA) Ge 2, 1.

1, 1 PRINCIPIA) Vrsinus et ipse mallet *principio* quod esse etiam in Lips. vidimus. Conf. 11, 2, 3 *auspicari culturarum officia.*

1, 1 AVCTOR IDEM) Ge. 2, 10.

1, 2 POMA VEL) Apud Iensonium et Bruschium legitur et *poma: sui cuiusque ingenii poma vel semina ferunt.* Quod cur non retentum a posterioribus, non video; quicquid enim siluestre sua sponte gignitur, vel fructum fert vel semen. PONTED.

1, 2 PALMA CAMPESTRIS) Monet Guilandinus de papyro c. 3. p. 90 legendum esse *canna campestris*, idque ex nostro Columella probat, qui libro de arboribus c. 1, 2 haec nostra repetens, *cannae campestri* substituit *arundinem.* Occurrit quoque *canna* degeneris arundinis species apud nostrum 4, 32, 3 et 7, 9, 7. SCHOETTG.

Est

rem nec fruticem [n] proprie dixerim [o], vt est vitis. Hanc nos caeteris stirpibus iure 3
praeponimus, non tantum fructus dulcedine, sed etiam facilitate, per quam omni
pene regione, et omni declinatione mundi, nisi tamen glaciali, vel praeferuida [p],
curae mortalium respondet, tamque felix campis, quam collibus prouenit, et in
densa non minus, quam in [q] resoluta, saepe etiam gracili; atque pingui terra [r], sic-
caque et vliginosa. Tum sola maxime vtramque [s] patitur intemperiem caeli, vel 4
sub axe frigido [t], aestuoso [u], procellosoque. Refert tamen, cuius generis, aut
quo habitu vitem pro regionis statu colere censeas. neque enim omni caelo soloue
cultus idem; neque est idem [x] stirpis eius genus; quodque praecipuum est ex omni-
bus, non facile dictu [y] est, cum suum cuique regioni magis aut minus aptum [z] esse,
doceat vsus. Exploratum tamen habebit prudens agricola genus vitis habile cam- 5
po, quod nebulas pruinamque sine noxa perfert; colli [a], quod siccitatem, ventos-
que patitur. pingui et vberi dabit agro gracilem vitem, nec natura nimis foecun-
dam; macro feracem; terrae densae vehementem, multaque materia frondentem [b];
resoluto et laeto solo, rari [c] farmenti. humido [d] loco sciet non recte mandari fru-
ctus [e] teneri et amplioris acini, sed callosi [f] et angusti, frequentisque vinacei [g]; sic-
co recte contribui diuersae quoque [h] naturae semina. Sed et post haec non ignora- 6
bit dominus loci, plus [i] posse qualitatem caeli frigidam vel calidam, siccam vel ro-
sidam [k], grandinosam ventosamque vel placidam, serenam vel nebulosam: frigidae- 7
que aut nebulosae duorum generum vites aptabit, seu praecoques, quarum matu-
ritas frugum praecurrit hiemem [l]; seu firmi durique acini, quarum inter caligines
vuae

n) *fructicem* R. L. o) *dixerimus* P. L. p) *per feruida* L. q) *in* deest I. B. R. r) *materia* L. I. B. R. s) *vtrumque* P. t) *vel* interpon. I. B. R. u) *aestuoso* P. Goes. Lips. *aestiuo* al. *vel* etiam praem. L. x) *vnum* P. y) *dictum* I. B. R. z) *apud se doceat vsui* P. *apud se docent vsus* L. a) sic Cod. *Vrsini* et *Lips.* *colligue* P. *coelique* al. b) *spondentem* P. L. Vid. 3, 2. 4, m. c) *tradi sarmen frondentem* L. d) *De* P. e) *fructum* I. B. R. f) *galli* P. L. *calli* Goes. g) *vinaceis* P. *diuerse* B. R. h) *quoque* abest I. B. R. i) *esse* intersec. I. B. R. k) *roscidam* H. A. *reicidam* L. l) *hiema* P.

Est quidem etiam palmae genus humile *χαμαιριφὲς* dictum Theophrasto: et Plinius 13, 4 f. dicit esse genera *fruticem non excedentia*. Sed cum *campestris* tamen *palmae* nomen non inueniam, placet rem in medio relinquere.

1, 2 NEC ARBOREM) Plinius 14, 1 ait, *vites apud priscos iure propter magnitudinem inter arbores fuisse numeratas*, rationem addit, *quia ex vna vite Iouis imago fabrefacta est, item patera Massiliae etc.* SCHOETTG.

1, 4 PRAECIPVVM EST) Pro *sit*, vt Varr. 1, 23, 5.

1, 5 COLLI, QVOD SICCITATEM) Cum hic duo vitium genera commemorentur, quorum vnum aptum campis, *nebulas et pruinas sustinet*, alterum quod *siccitatem ventosque patitur* cui, terrae accommodatum sit, minime explicatur. Hoc autem collibus conuenit vt clarissime ex Palladio apparet, qui 3, 9 multa a Columella accipiens ita loquitur: *Plano igitur loco statuet vitem cuius genus nebulas sustinet et pruinas; collibus, quod siccitatem durat et ventos.* Cum itaque *plano loco* τῷ Columellae *campo* respondeat, quod *collibus* quoque respondeat est addendum nimirum *collibus*. Id quoque ex his, quae apud Columellam in hoc capite tradita sunt, intelligere possumus: *tamque felix campis quam collibus prouenit*. Quamobrem sic locus restituatur: *colli; quod siccitatem ventosque patitur*. Mendum autem ortum videtur ex vocum *coelique et colli quod* similitudine. PONTED. Non dubito, quin etiam lectio Pol. *colligue* ex *colli quod* orta sit. Vel scripsit forte Columella: *collique quod*. Confirmat, et extra omnem controuersiam ponit, hanc emendationem Palladius Feb. 9, 1 quo loco hunc nostrum ante oculos habuit haud dubie.

1, 5 PINGVI ET VBERI) Quae hic disputantur de locis cuique viti commodis, ea breuiter complexus est Pallad. F. 9, 2 *eligenda sunt genera, quae professione vitiorum suorum contraria loca diligant iis, in quibus durare non potuerunt.* Sed conferendus est totus locus.

1, 6 DOMINVS LOCI) *Dominus, loco etc.* legi vult VRSIN.

1, 7 QVARVM MATVRITAS FRVGVM) Videtur legendum *fructuum*. Infra tamen c. 2 dixit: *vt multiplicatione frugum redditus* [sic] *augeatur*. Deinde: *fidenter easdem tenacis ac duri acini*

vuae deflorescunt, et mox gelicidiis ac pruinis, vt aliae [m] caloribus, mitescunt. ven-
toso [n] quoque et tumultuoso statu caeli fidenter [o] easdem tenaces, ac duri acini
committet. rursus calido teneriores vberioresque concredet. sicco destinabit
eas, quae pluuiis aut continuis roribus putrescunt; rosido [p], quae siccitatibus la-
borant; grandinoso [q] quae foliis duris latisque sunt, quo melius protegant fructum.
nam placida et serena regio nullam non recipit: commodissime tamen eam, cuius
8 vel vuae vel acini [r] celeriter decidunt. At si voto [s] est eligendus vineis locus,
et status caeli, sicut censet verissime Celsus, optimum [t] est solum, nec densum ni-
mis, nec resolutum; soluto tamen propius: nec exile, nec laetissimum; proximum [u]
tamen vberi: nec campestre, nec praeceps; simile tamen edito [x] campo: nec sic-
cum, nec vliginosum; modice tamen rosidum [y]: quod fontibus non in summo, non
9 in profundo terrae scaturiat; sed vt vicinum radicibus humorem subministret: cum-
que nec amarum, nec salsum, ne saporem vini corrumpat, et incrementa viren-
tium veluti quadam scabra rubigine coerceat. si modo credimus Virgilio [z] dicenti,
Salsa autem tellus, et quae perhibetur amara, Frugibus infelix, ea nec mansuescit aran-
10 *do, Nec Baccho* [a] *genus, aut pomis sua nomina seruat.* Caelum porro neque gla-
ciale [b] vinea, sicut praedixi, nec rursus aestuosum [c] desiderat. calido tamen potius
quam frigido laetatur; imbribus [d] magis quam serenitatibus offenditur; et solo sic-
co quam nimis pluuio [e] est amicior; perflatu [f] modico lenique gaudet, procellis
obnoxia est. atque haec maxime probabilis est caeli et soli qualitas.

II. VITIS autem vel ad escam, vel ad effusionem [a] deponitur. Ad escam non expedit instituere vineta, nisi cum tam suburbanus est ager, vt ratio postulet inconditum fructum mercantibus velut promum [b] vendere. quae cum talis est conditio,

m) *allarum I. B. R.* n) *ventosoque et I. B. R.* o) *fidentes* al. praeter *I. B. R.* et Lips. atque Goes. qui nobisc. p) *roscido L. P. H. A.* q) *grandinosis Gr.* r) *acini vel P.* s) *noto Gr.* t) *optumum P.* u) *proxumum P.* x) *arduo L.* y) *roscidum H. A. foscitum L.* z) *Vergilio Gr. G.* a) *bacco I. B. R. baccho A.* b) *niuale L. I. B. R.* c) *aestiuosum L. I. B. R.* d) *roribus L.* e) *pluuioso I. B. R.* f) *perflatum adu colostique gaudet P.* [C. II.] a) *effundendum P. defusionem Goes. effundendum effusione L.* b) *domum I, B. R, pomum I. I. H. A. G,*

acini committet. et paullo post: *rursus calido vberiorique teneriores concredet.* Nam *vberioresque* manifestum erratum. VRSIN. Retine τὸ *frugum*, vt supra adfuit 1. 2 et infra occurrit c. 17, SCHOETTG.

1, 7 QVARVM INTER CALIGINES VVAE DEFLORESCVNT) Omne vitis genus tam in caliginoso loco quam in sicco et aprico deflorescunt, sed minime eodem modo; sunt enim, quae felicius floribus exuuntur, sunt aliae, quae contra. Desiderari itaque potest verbum *securius* sic: *quarum inter caligines vuae securius deflorescunt.* Nam Palladius, qui saepe non solum sententias, sed et verba a Columella transscribere solet, id 3, 9 posuit: *Aut quae duris acinis inter caligines securius florent.* PONTED.

1, 7 VBERIORESQVE) Retinui vocem damnatam Vrsino, interpretorque eas, quarum vuae acinos habent densos et confertos, qui cum prope se contingant, loco humido facilius computrescunt, frigido minus facile fiunt maturae,

1, 9 VIRGILIO) Geo. 2, 238.

2, 1 EFFVSIONEM) Goes. *defusionem*, forte *diffusionem*; quando scilicet vinum in vasa diffunditur, et asseruatur. SCHOETTG.

2, 1 VELVT PROMVM) Ita nonnulli excudendum curarunt; alii vero non *promum* sed *pomum*. Quod purius videtur; quod enim in cellis reponitur, vtique promi potest; sed quod est *inconditum*, qua ratione promendum? Id etiam apud Isidorum lib. 17, c. 5 vbi multa a Columella excerpta leguntur, inuenio: *Suburbanae*, inquit, *vuae quaedam dicuntur, quia fructus earum ad escam velut pomum in vrbibus venditur.* PONTED. Maxime mihi probatur lectio *pomum*. Vt pira, mala, pruna, venduntur mercantibus, ita etiam *vuae*. quae hactenus *poma* sunt et ipsae. Ad *pomum*, pronunciatione non satis intellecta, propius accedit antiquissimorum librorum *domum*. Si placeat retinere *promum*, non ad fructum retulerim, quod in Fabriano Lexico factum est, sed ad dominum, qui sit veluti *promus*. Sed magis, quod dixi, arridet *pomum*,

2, 2 VB-

ditio, maxime praecoques, et [c] duracinae, tum denique purpureae, et bumasti [d], dactylique, et Rhodiae, Libycae quoque et ceraunia [e]. Nec solum quae iucundi- 2
tate saporis, verum etiam quae specie commendari [f] possint, conferi debent: vt stephanitae [g], vt tripedaneae, vt vnciariae, vt cydonitae. item quarum vuae temporibus hiemis durabiles vasis conduntur, vt venuculae [h], vt nuper in hos vsus exploratae Numisianae. At vbi vino consulimus, vitis eligitur, quae et in fructu va- 3
let, et in materiam: quod alterum ad reditus [i] coloni, alterum ad diuturnitatem stirpis plurimum confert. Sed ea tum [k] praecipua est, si nec nimis [l] celeriter spon- 4
det [m], et primo quoque tempore deflorescit, nec nimis tarde mitescit: quin etiam pruinas, et caliginem, et carbunculum facile propulsat, eademque nec imbribus putrescit [n], nec [o] siccitatibus abolescit [p]. Talis nobis eligatur vel mediocriter foecun- 5
da, si modo is locus habetur, in quo gustus nobilis pretiosusque fluit. nam si sordidus aut vilis est, feracissimam quamque serere conducit, vt multiplicatione frugum reditus [q] augeatur. Fere autem omni statu locorum campestria largius vinum, sed 6
iucundius afferunt collina: quae tamen ipsa modico statu caeli magis exuberant Aquiloni prona; sed sunt generosiora sub Austro. Nec dubium, quin sit ea non- 7
nullarum vitium natura, vt pro locorum situ bonitate vini modo vincat [r], modo superetur [s]. Solae [t] traduntur Amineae excepto caeli statu nimis frigido, vbicunque sint, etiam si degenerent [u], sibi comparatae [x], magis aut minus probi gustus vina praebere, et [y] caeteras omneis sapore praecedere. Eae [z], cum sint vnius no- 8
minis, non vnam speciem gerunt. Duas germanas cognouimus, quarum minor ocius et melius deflorescit, habilis arbori nec non iugo: illic pinguem terram, hic medio-

c) *sed I. B. R. sed dura acina Lips.* qui et reliqua nomina vuarum in *a* finit. d) *bimasti L. bumastidae, tyliique erodiae Goes.* e) *ceraunia non solum I. B. R. cerauniae, nec solum I. I. H. A. ceraunina nec non solum L.* f) *commodari possit I.* g) *stefanitae I. B. R.* h) *vennuculae Goes. I. B. R. vermicule L.* i) *redditus Gr. G.* et ita fere semper *Lips.* k) *tamen I. B. R.* l) *minus I. B. R. Goes.* m) *frondet Lips. I. B. R.* vid. 3, 1, 5, b. n) *arescit P.* o) *nec om. Goes. Gr. G.* p) *obcalescit Lips.* q) *redditus Gr. G. L.* r) *vincant I. B. R.* s) *superentur I. B. R.* t) *Solae et P.* u) *et sibi - - praebeant, caeteras* coni. *Broukh.* x) *contemperatae* y) *et* abest *I. B. R. it. Lips.* z) *Ea P.*

2, 2 VENVCVLAE) Vid. omnino, quae diximus ad Col. 2, 2, 3.

2, 4 CELERITER SPONDET) Videtur legendum *respondet*. Sic infra: *Nam illam nisi praepingui non respondere iam dictum est.* et alibi. VRSIN. Vetus lectio: *si nec minus celeriter frondet.* Ex vitibus enim, quae nimis celeriter frondent, non tuto vineta constituuntur, quia saepe serotina gelicidia, quibus tenella germina inuruntur, contingunt. PONTED. Ostendimus in V. L. *spondet* et *frondet* permutari a librariis, quod non tantum affinibus litterarum figuris tribuendum forte, sed etiam significationi. Nam dum frondet arbor, spondet fructum.

2, 4 ABOLESCIT) Lips. *obcalescit*, vel, vt nos vulgo scribimus *occallescit* h. e. nimis dura fit. Contrarium eius est putrescere. SCHOETTG. *Occallescunt* ea, quae ex mollibus dura fiunt: *abolescunt*, quae ex maioribus minora, ac tandem pereunt. Siccitatibus igitur *abolescunt vuae* h. e. rugis contrahuntur ac tandem succo omni destitutae decidunt. *Abolescit* gratia *facti* Virgilianum est, quem legit diligenter Columella.

2, 7 ET CAETERAS) Videtur legendum *At caeteras.* VRSIN. Minime vero! Felicior coniectura Bronkhusii, quam damus in Var. Lect.

2, 8 DVAS GERMANAS) Duas species vuarum aminearum, quae germanae vocantur, quod probae et sincerae sint, vt vult Goesius in Indice Agrar. quemadmodum *germana* dicatur apud auctorem antiquum de limitibus p. 281. Nos omnium istorum epithetorum, quae vino adduntur, rationes dare non possumus, quia istorum plurima differentiae tantum causa sunt inuenta: vt apud nos quoque, vbi nomina fere semper paruam, vel plane nullam cum ipsa re habent conuenientiam. SCHOETTG.

2, 8 OCIVS ET MELIVS) Quum Plinius 14, 2 ex Columella sua sumserit, videndum, annon ex nostro sit emendandus. Verba eius sunt: *Ex iis germana minor acino, melius deflorescit.* Forte *ocius et melius.* IDEM.

2, 10 DVAE

mediocrem desiderat, longeque praecedit maiorem. quia et imbres et ventos fortius
9 patitur [a]. nam maior celeriter in flore corrumpitur, et magis in iugis, quam in
arboribus. ideoque non est [b] vineis apta, vix etiam arbusto, nisi praepingui et vui-
da [c] terra: nam nec mediocri valet, multoque minus in exili. prolixarum frequen-
tia materiarum [d] foliorumque et vuarum, et [e] acinorum magnitudine dignoscitur [f]:
internodiis [g] quoque rarior, largis fructibus a minore superatur [h], gustu non vinci-
10 tur. et hae quidem vtraeque [i] Amineae [k]. Verum et aliae duae geminae [l], quae ab
eo quod duplices vuas exigunt, gemellae [m] vocantur, austerioris vini, sed aeque per-
ennis [n]. Earum [o] minor vulgo [p] notissima: quippe Campaniae celeberrimos Vesu-
vii colles, Surrentinosque vestit. hilaris inter aestiuos Fauonii flatus, Austris affli-
11 gitur. caeteris itaque partibus Italiae non tam vineis, quam arbusto est idonea, cum
praedictis regionibus commodissime iugum sustineat materiam, fructumque; nisi
quod duplicem, non absimilem minori germanae [q] egerit [r], sicut maior gemina [s]
minori germanae: quae tamen minor hoc melior est, quod [t] foecundior etiam me-
12 diocri solo: nam illam nisi praepingui [u] non respondere iam dictum est. Lanatam
quoque Amineam [x] quidam maxime probant, quae hoc vocabulum non ideo vsur-
pat, quod sola ex omnibus Amineis, verum quod praecipue canescit lanugine. Sa-
ne boni vini, sed leuioris [y], quam superiores [z]. crebram quoque materiam fundit,
atque ideo propter pampini densitatem saepe parum recte deflorescit, eademque
13 maturo fructu celeriter putrescit. Super hunc numerum, quem retulimus, singu-
laris habetur Aminea [a] maiori geminae [b] non dissimilis, primum [c] specie pampini
et trunci, sed vini sapore aliquanto inferior, quamuis generosissimus [d] sit, proxi-
mae [e] praeferenda etiam propriis virtutibus: nam et feracior est [f], et flore melius
exuitur, spissasque [g] et albidas vuas, ac tumidioris acini gerit, gracili aruo non
14 descisit, atque ideo inter vberrimas vites numeratur. Nomentanae [h] vini nobili-
tate subsequuntur Amineas [i], foecunditate vero etiam praeueniunt: quippe cum se
frequenter impleant, et id, quod ediderunt, optime [k] tueantur. Sed earum quo-
que

a) *patitur. Nam I. B. R. patitur, nam I. I. H. A. patitur: nam Gr. G.* b) *est in I. B. R.* c) *in-vida P. humida I. B. R. viuida Goes.* d) *materiarumque H.* e) *vt acinorum* omiss. *I. B. R.* f) *dinoscitur I. B. R.* g) *internodius Gr. Gr.* h) *seperatur L.* i) *vtraque I. B. R. vtranque Gr. G.* k) *aminneae P. aminnea I. aminea B. R.* l) *gemmae ab eo, quod duplicis vuae exigunt, gemellae vocantur, austerioris etc. P. gemellae vocantur ab eo, quod duplices vuas exigunt. Cognomen trahunt austeri vini etc. I. B. R.* m) *cognomen trahunt, austeri Goes.* n) *perennis earum I. B. R.* o) *duarum P.* p) *volgo P.* q) *germina P. germana Goes.* r) *aegerit I. I.* s) *gemma I. B. R.* t) *quo I. B. R.* quod praefert Arnzen. Plin. P. 21. u) *praepingui terra L. P. I. I.* x) *amineum H. A.* y) *lenioris I. B. R. Goes.* z) *superiores Goes. I. B. R. I. I. superioris* al. a) *aminnea P.* b) *germinae P. germanae Goes. L. I. B. R.* c) *prima I. B. R.* d) *generosissimis sit proxima praeferendis L.* e) *proximo I. B. R. proxime I. I. H. A.* f) *est* omitt. *I. B. R.* g) *spissasque* post Iuntt. h) *Nomentannae vinieae nobilitate P.* i) *aminneas P.* k) *optume P. tueus L.*

2, 10 DVAE GEMINAE) Videtur scribendum ex Plin. 14, 20 *duae amineae germanae, quae ab eo* etc. VRSIN.

2, 11 MINORI GERMANAE) Videtur legendum *maiori germanae gerit, sicut maior gemella minori germanae.* IDEM. Vereor, vt locus ita restitutus sit. Duplices esse gemellas dixit f. 10. de minore hactenus egit. De maiori brevius et per comparationem: quam ita putauerim commodius institui, si legamus, sicut *maior gemina* maiori *germanae: quae tamen* minore *hoc melior est.* Ita parallelae erunt *maior germana* et *maior gemina*, itemque *gemina minor* et *minor germana.*

2, 12 QVAM SVPERIORIS) Videtur legendum *superiores.* deinde: *maiori gemellae non dissimilis.* et p. p. *proxime praeferenda etiam propriis virtutibus.* Item legendum: *Spissasque et albidas vuas, ac tumidioris acini gerit.* nam sic est in V. C. VRSIN.

2, 12 LANATAM) foliis, ne quis de vua cogitet: huic opponitur f. 17 *quae nudis foliis est.*

2, 14 RV-

que feracior est minor, cuius et folium parcius scinditur, et materia non ita rubet,
vt Amineis [l], a quo colore rubellianae [m] nuncupantur: eaedemque faeciniae [n],
quod plus quam caeterae faecis afferunt. Id tamen incommodum repensant [o] vua- 15
rum multitudine, quas et in iugo, sed [et] [p] in arbore, melius exhibent. Ventos
et imbres valenter sufferunt, et [q] celeriter deflorescunt, et ideo citius [r] mitescunt,
omnis incommodi patientes, praeter caloris. nam quia minuti acini, et durae cutis
vuas habent, aestibus contrahuntur. Pingui [s] aruo maxime gaudent, quod vberta- 16
tem aliquam [t] natura gracilibus [u] et exilibus vuis [x] praebere valet. Frigidum ac ro-
fidum [y] solum et [z] caelum commodissime sustinent [a] eugeniae [b], cum sunt in Albano
colle. nam mutato loco vix nomini suo respondent. nec minus Allobrogicae [c], qua-
rum vini iucunditas cum regione mutatur. Magnis etiam dotibus tres apianae com- 17
mendantur, omnes feraces, iugoque et arboribus satis idoneae: generosior tamen
vna [d], quae nudis foliis est. nam duae lanatae, quamuis frondibus et palmitum
pari facie, fluxurae [e] qualitate sunt dispariles, cum tardius altera recipiat cariem ve-
tustatis. Pingui solo feracissimae, mediocri quoque foecundae, praecoquis [f] fru- 18
ctus: ideoque frigidis locis aptissimae, vini dulcis, sed capiti, neruis [g], venisque [h]
non aptae. nisi mature [i] lectae, pluuiis, ventisque et apibus afferunt [k] praedam, qua-
rum vocabulo propter hanc expopulationem [l] cognominantur. Atque hae [m] pre- 19
tiosi gustus celeberrimae. Possunt tamen etiam secundae notae vites [n] prouentu et
vbertate commendari, qualis est Biturica [o], qualis basilica, quarum minorem co-
colubem

l) *a maioris L. P. vt maioris Goes.* m) *rubelanae I. B. R. rubella Goes.* n) *feciniae H. Gr. G. fecineae L.* o) *repensat I. B. R.* p) *et* deest *I. B. R.* q) *et* deficit *P.* r) *cito P.* s) *pinguique arbo P.* t) *aliqua I. B. R.* u) *gracilibus et* om. *Goes.* x) *vuiis I. vbiis P.* y) *solidum I. B. R.* z) *et caelum* om. *Goes.* a) *sustinet: sicut eugeniae I. B. R. sicut engeniae euagineae L.* b) *euagenia, num P.* c) *Aloobrogicae P.* d) *vna I. B. R. vna nudis foliis L.* e) *fluxere I. B. R. flexere H. A.* f) *decoquis L.* g) *neruisque P. L. I. B. R.* h) *venisque* om. *P. L.* i) *maturae I. B. R.* k) *et afferunt apibus I. B. R.* l) *in populationem Iens. populationem Goes. I. B. R. ex populationem I. I.* m) *eae I. B. R.* n) *vite G.* o) *viturica qualis balisca Goes. balisca* etiam *L.*

2, 14 RVBELLIANAE) Rubellas vocat Plinius, et ita quoque legit Goesius. SCHOETTG.

2 14 FAECINIAE) Vide Isidorum 17. 5 qui sua ex nostro hausit.

2, 15 SED ET IN ARBORE) *Et* videtur abundare. deinde legendum, *Cum tardius altera recipiant cariem vetustatis.* Vid. Plin. 14, 4 et 15, 20, et 23, 1, et 42, 23. p. p. legendum, *Vini dulcis, sed capiti, neruis, venisque non apti, nisi mature lectae.* Item: *Sunt et heluolae.* VRSIN.

2, 17 FLVXVRAE QVALITATE) Hunc locum et alterum s. 32 obscurauit distinctio eorum, qui hic post, infra autem ante *fluxurae* inciderunt. Qua causa fecerint, vix comminiscor; nisi forte putarunt, ita posse participium esse, quod etiam in Fabriano thesauro disputatum, et in nupera editione a me praetermissum est: quod secus, vt plura scilicet, factum oportebat, si otium contigisset. Quin *fluxura* nomen est, vt *scriptura* et sexcenta alia; quod hic pro ipso succo sub prelo fluente metonymia frequentissima ponitur. Huc pertinet, quod s. 20 de quibusdam vitibus dicit *et commode fluunt*, et s. 5 *in quo gustus*, inquit, *nobilis pretiosusque fluit.* add. Cl. Pontedera ad 3, 2, 14. *Amnem* dixit eandem rem Pall. Oct. 14, 18. *fluxum olei* idem Oct. 10, 1. Add. Ponted. ad s. 24.

2, 17 CARIEM VETVSTATIS) Haec non ad vitem trahenda est Caries, sed ad *fluxuram*, quam hic vocat, h. e. vinum ipsum, cui tribuere *cariem* solitos esse veteres, vel solus nos docere potest Plinius 15, 2 s. 3. *Inuitat ad seruandum vinum blande inueterati caries.* Add. 23, 1 s. 23.

2, 18 APIBVS AFFERVNT PRAEDAM) Vix dubium mihi est, quin legendum sit *offerunt.* *Apianae* vites ab *apibus* dictae scilicet, quod earum rapinis sunt opportunae, ac difficulter ab iis custodiuntur. Plin. 14, 2 s. 5 *Apianis apes dedere cognomen, praecipue earum auidae.* Eandem vuam *muscatellam* dici a *muscarum* telis, quibus impetitur, Harduini ad h. l. obseruatio est. Plinium toto, quem laudauimus, loco cum Columella componi non inutile vtrique fuerit. Caeterum hic quoque interpunctionem mutaui. Ante incisum erat post *aptae*; et bina puncta, quod colon appellant, post *electae* positum. Ita statim post *cognominatur* interpunxi, vbi [illegible] tantum fuerat.

colubem [p] vocant Hispani, longe omnium primis vtraeque proximae [q]. nam et ve-
20 tustatem vinum earum patitur, et ad bonitatem aliquam per annos venit. Iam vero ipsae foecunditate praestant omnibus, quas ante retuli, tum etiam patientia: quippe turbines imbresque fortissime [r] sustinent, et commode fluunt, nec [s] deficiunt [t] macro solo. Frigora melius quam humores sustinent, humores commodius
21 quam siccitates, nec caloribus tamen contristantur. Visula [u] deinde ab his, et minor argitis, terrae mediocritate laetantur. nam in pingui nimiis viribus luxuriant; in macra tenues et vacuae fructu veniunt: amiciores iugo quam arboribus, sed ar-
22 gitis etiam in sublimibus fertilis vastis materiis et vuis exuberat. Humillimis tabulatis aptior visula [u] breuem materiam [x] et latum folium exigit, cuius amplitudine fructus suos optime aduersus grandinem tuetur: qui tamen nisi primo quoque tempore [y] maturi legantur, ad terram decidunt: humoribus etiam prius [z] quam de-
23 fluant, putrescunt. Sunt et heluolae [a], quas nonnulli varias [b] appellant, neque purpureae, neque nigrae, ab heluo [c] (nisi fallor) colore vocitatae. melior est nigrior abundantia vini, sed haec sapore pretiosior [d]. color acinorum in neutra conspicitur

p) *cocolum P. colubem Goes. coccolo vbem L.* q) *proxime R. G.* r) *fortissime* abest *I. B. R.* s) *aut defluunt L.* t) *deficient H.* u) *vis vllae P. visullae L.* u) *vis vlla P. visulla L. visulae* reliqui. x) *materia P. durum* add. *Goes.* y) *tempori Gr.* z) *priusquam* iunct. *I. B. R. I. I. H. A.* a) *belbolae I. B. R. berbulae L.* b) *barias P. Goes.* c) *belbo I. B. R. ab berbio albo colore vocitat L.* d) *preciosior I. B. praeciosior R. precio L.*

2, 19 COCOLVBEM) Plinius non *cocolubem* hanc vitem appellat, sed *cocolobim* 14, 2. *Basiliam Dyrrhachini celebrant, Hispaniae cocolobim vocant*; et iterum: *Quo dulcior cocolobis, hoc melior.* Vter vero locus purior sit, non ita facile intelligere possumus. PONTED.

2, 21 VISVLAE DEINDE) An *Visula*; vna enim est, vt infra posuit: *Visula breuem materiam et latum folium exigit.* Confirmatur etiam ex Plinio, qui de hac vite 14, 2 haec retulit: *Albuelis summis arboribus fertilior est, Visula imis.* Argitis etiam ab Isidoro 17, 5 hisce verbis commemoratur; *Argitis Graecula vitis generis albi fertilis, vastam materiam et breue et latum folium mittens, cuius fructum nisi primo tempore colligas, aut ad terram decidit aut humore putrescit.* Sed hic locus mendosissime scriptus mihi videtur. Quo enim pacto *folium latum* simul et *breue* erit? Praeterea latum folium a Visula gigni non ab Argite ex eodem Columella habemus: *Visula breuem materiam et latum folium exigit, cuius amplitudine fructus suos optime aduersus grandinem tuetur, qui tamen nisi primo quoque tempore maturi legantur ad terram decidunt, humoribus etiam priusquam defluant putrescunt.* Quare ita Isidori locus castigari potest: *Argitis Graecula vitis, generis albi, fertilis: Visula* [*vastam* fecerunt imperiti librarii] *materiam breuem et latum folium mittens, cuius fructum nisi primo tempore colligas, aut ad terram decidet, aut humore putrescet.* Irrepsit aliud in Isidorum in hoc loco mendum, siue potius verborum monstrum *viticionia* pro *Vitis spionia* hoc modo: *Viticionia vuas magnas magis quam multas habet.* Huius autem vitis mentio fit apud Columellam in hoc capite, *At spionia dapsilis musto et amplitudine magis vuarum, quam numero fertilis.* PONTED. *Argiti vastas materias* tribuit, quod apparet, ipse Columella. Itaque *materiae* vox omissioni locum dedisse videtur, facile ex Columella supplendae. Non extra oleas, certe non extra vites vagabimur, si indicemus hic insigne mendum aliud eodem in loco Isidori a nobis obseruatum. Inter vuarum genera enarrantur et *balanitae*, quae vt ait Isidorus, *a magnitudine nomen sumserunt. Balani enim Graece grande vocatur.* Non potest sane hoc ab Isidoro ipso proficisci, qui voluit sine dubio *balani — glandes vocantur.*

2, 22 HVMILLIMIS TABVLATIS APTIOR VISVLA) Ita distinguendum. deinde legendum *qua potiri nequeat.* et p. p. *qua vincit abundantia.* VRSIN. Nimirum ita scribendum, vt vult Vrsinus, cum res ipsa moneat, non dubitaui distinctionem veterem mutare, quae post *exuberat* incidit, interpungit autem post *aptior.*

2, 23 SED HAEC SAPORE PRETIOSIOR) τὸ *haec* in vltimo membro ad vtram referatur, nigrioremne an albiorem, (nam ad aliquid proximum pertinet) non recte perspectum habeo, nisi *haec* pro *illa* legendum sit, vel nisi quicquam vetustate amissum; de hisce Vitibus ita Plin. l. 14, c. 2. *Insignes iam colore inter purpureas nigrasque medio heluenolae, saepius varianti, et ob id variana a quibusdam appellatae. Praefertur in his nigrior; vtraque alternis annis fertilis: Sed melior vino, cum parcior.* Isidorus quoque laud. loc. ad hunc

ſpicitur aequalis [e]. vtraque [f] candidi muſti alterna vice annorum plus aut [g] minus
afferunt [h]. melius arborem, ſed et iugum commode veſtiunt: mediocri quoque ſo-
lo [i] foecundae, ſicut pretiae [k] minor et maior. ſed eae generoſitate vini magis com-
mendantur, et frequentibus materiis frondent, et cito matureſcunt. Albuelis [l] vti- 24
lior, vt ait Celſus, in colle, quam in campo; in [m] arbore, quam in iugo; in ſumma
arbore, quam in ima: ferax et materiae frequentis et vuae. nam quae [n] Graeculae
vites ſunt, vt Mareoticae, Thaſiae, pſithiae [o], ſophortiae [p], ſicut habent probabi-
lem guſtum, ita noſtris regionibus et raritate vuarum, et acinorum exiguitate mi-
nus fluunt. Inerticula [q] tamen nigra, quam quidam [r] Graeci amethyſton [s] appel-
lant, poteſt in ſecunda quaſi tribu eſſe, quod et boni vini eſt et innoxia, vnde [t] et-
iam nomen traxit, quod iners habetur [u] in tentandis neruis, quamuis [x] guſtu non
ſit hebes. Tertium gradum facit earum Celſus, quae foecunditate ſola commen- 25
dantur: vt tres Heluenaciae [y], quarum duae maiores nequaquam [z] minori bonitate
et abundantia muſti pares habentur: earum altera, quam Galliarum incolae emar-
cum [a] vocant, mediocris vini [b]: et altera, quam longam appellant, eandemque
auaram [c], ſordidi [d], nec tam largi quam ex numero vuarum [e], quas [f] prima ſpes [g]
promittit. Minima [h] et optima e tribus facillime folio dignoſcitur [i], nam rotun- 26
diſſimum

e) *aequalis. atque vtraque P.* f) *aeque* inf. *Geſ.* g) *alit P.* h) *auferunt P.* i) *ſole P. ſolatio L.* k) *preciae I. B. R.* l) *Aluis vel his L. P. Aldi velis vtilior his Geſ.* m) *vel I. B. R.* n) *quae abeſt I. B. R.* o) *pſythiae B. R. I. I. H. A. pythiae Ienſ. L. Geſ.* p) *ſophrortia P. ſophrotiae L.* q) *Inerti cultu L.* r) *quidem H. A.* s) *amarcion P. Geſ. amaritiou I. B. R. amaritior L.* t) *vnde om. I. B. R. quem no. tr. L.* u) *habeatur P.* x) *quamuis in guſtu non ſit habilis L. I. B. R. ſit guſtus ſit hebes P. guſtus non ſit habilis Geſ.* y) *heluenacae I. B. R. bennacae P. heluenatiae H. beminaceas Geſ.* z) *nequicquam P. nequiquam I.* a) *marcum L.* b) *vineis P. vini eſt I. B. R.* c) *cauam P. cauaram L.* d) *ſordidi vini I. B. R.* e) *earum P.* f) *quarum L. Ienſ. I. I.* g) *ſpecie L. I. B. R. I. I.* h) *minuma et optuma P.* i) *dinoſcitur P.*

hunc modum haſce vites recenſet: *Heluolae, quas quidam varias appellant, neque purpureae neque nigrae ab elbo colore ita dictae, ſubalbidi tamen muſti: Elbum enim inter nigrum candidumque colore.* (lego *color eſt* non *colorem* vt nonnulli emendant) Illud etiam addi poteſt, non ſolum ap. Iſidorum legi *Elbolae* pro *heluolae*, ſed etiam in Ienſoniana Columellae editione; ita *elbo* pro *heluo*. PONTED.

2, 24 NAM QVAE GRAECVLAE) Ex hoc loco Barthius ad Gratium 313 oſtendere voluit *Mareoticum* vinum Graecum eſſe, quod Mareae in Aegypto lacui certatim adſignant veteres. Vlitius cum exagitaſſet Barthium, et Aegyptium eſſe *Mareoticum* docuiſſet, ad hunc locum ita reſpondet, vt vel propagatam in Graeciam hanc vitem Columellae aeuo concedat; vel legendum dicat, *Nam quae trunculae. Trunculas* porro vites eſſe, quae minus alte colantur, quam praecedentes etc. Caeterum reuocauit errorem ſuum, Burmanno obſeruante, Barthius ad Stat. Silu. 3, 2, 24. Columellam ex Athenaeo, ipſo Strabone, Seruio, erroris poſtulauerat Cerda ad Georg. 2, 91.

2, 24 AMETHYSTON) *legendum* amethyſton. *Nam* inerticula *vna cum a noſtris ita nominetur, quia temulentiam ſola non facit, merito a Graecis appellatur* amethyſtos, *hoc eſt, ſine ebrietate. Plinius eleganter inquit, quod noſtri iuſtius hanc vuam ſobriam appellaſſent, quam inerticulam dicunt.* BEHO.

2, 24 MINVS FLVVNT) *Fluere* de iis fructibus dicitur, qui preſſi humorem vinoſum reddunt, vnde *fluxura*: quarum vocum explicationem fruſtra hactenus in ampliſſimis Latinis lexicis perquiſiui. Sic tamen et Virgilium locutum Georg. 2 inuenio: *Argitisque minor cui non certauerit vlla Aut tantum fluere, aut totidem durare per annos.* Idem Columella cap. 50 de oliuis ſemel atque iterum eſt vſus: *Quoniam exiguum fluit*, deinde: *cum iam ſatis fluit.* Iſid. autem quod ſubintelligitur, expreſſit l. 17. c. 5. h. m. *abundantia copioſa multumque Vini fluens*; item: *nomen autem inde ſumens, quod multum vini fluat.* PONTED. Vid. quae nos ad ſ. 17.

2, 25 EMARCVM VOCANT) An *Emarcam*, nam apud Plinium 14, 2 *arcam* legitur fortaſſe vitioſe, ait enim: *fertilitas commendat caeteras principemque Heluenacam. Duo eius genera, maior quam quidam longam, minor quam arcam appellant.* PONTED. Sed Harduinus *emarcum* edidit et *marcum* eſſe in MSto obſeruauit.

diſſimum omnium id gerit: atque eſt laudabilis [k], quod ſiccitates maxime perfert; quod frigora ſuſtinet, dum tamen ſine imbribus ſit [l]; quod nonnullis locis etiam vinum eius in vetuſtatem diffunditur; quod praecipue ſola [m] macerrimum quoque [n]
27 ſolum fertilitate ſua commendat. At [o] ſpionia dapſilis muſto et [p] amplitudine magis [q] vuarum, quam numero fertilis, vt oleaginia [r], vt Murgentina, eademque [s] Pompeiana, vt [t] Numiſiana [u], vt [x] venucula eademque ſcirpula [y], atque ſticula [z], vt nigra Fregellana [a], vt [b] merica, vt Rhaetica [c], vt omnium quas cognouimus copio-
28 ſiſſima arcelaca [d] maior, a multis argitis [e] falſo exiſtimata [f]. Nam has nuper mihi [g] cognitas, pergulanam dico, et irtiolam [h], fereolamque [i], non facile aſſeuerem, quo gradu [k] habendae ſint: quod etſi ſatis foecundas ſcio, nondum tamen de bonitate vini, quod afferunt [l], iudicare potui. vnam etiam praecocem [m] vitem nobis ante hoc tempus incognitam in [n] Graeca [o] conſuetudine dracontion vocitari comperimus, quae foecunditate [p] iucunditateue arcelacae baſilicaeque [q] et Bituricae com-
29 parari poſſit, generoſitate vini Amineae. Multa praeterea ſunt genera vitium, quarum

k) *laudabile I. B. R.* l) *ſit* abeſt *I. B. R.* m) *ſolam acerrimam Lipſ. ſola macerrimum Goeſ. Sola acerrimum* al. n) *quod I. B. R.* o) *Vt ſcipioni adapſilis muſtos L. P. vt ſcipionia Goeſ.* p) *ſed L. I. B. R.* q) (alicui) *alii cui P. alioquin I. B. R.* r) *bolgonia aut murgentina I. B. R. bolcamut murcentina P. aut olcam aut L.* s) *eadem qua H.* t) *aut I. B. R.* u) *numiſerus P. et numerus L.* x) *auenuncula I. B. R. auenunculae P. auenunſculae L.* y) *ſcurcitula P. ſcircitula I. ſcirciticula B. R. ſcuricula L.* z) *rabuncula P. rabicula L. I. B. R.* a) *flagellana Ienſ. flagelana B. R. frogellana L.* b) *vt (et) mettica vel attica, vt omnium etc. P. vt mettia Goeſ. vt meſtica aſtica rhaſtica L. et retica, vel attica, vt omnium etc. I. B. R.* c) *retica* al. d) *arcelaga P. L.* e) *argutis P.* f) *exiſtumata P.* g) *mihi cognitas* defic. *P. L.* h) *hirtiolam I. B. R. vtiliolam L.* i) *ferreolamque L. P. H.* k) *gladii P.* l) *adfert P.* m) *praecoquem L. I. B. R. I. I. H. A.* n) *in* abeſt *P. I. I. H. A. a I. B. R.* o) *Graecam conſuetudinem P.* p) *foecunditate vel arelatae I. B. R. foecunditate iucunditate vel alcaelacae P. foecundita iucunditateme arcelatae I. I. H. A. G.* q) *baſiliſcaeque L. P. baliſcaeque Goeſ.*

2, 26 MACERRIMVM QVOQVE SOLVM) Ex Mſſ. hanc lectionem reſtituendam cenſuit Cl. Schoettgenius, et ſuffragatur Plinius 14, 2 ſ. 4, n. 5, qui de Heluenaca minori, *nec alia*, inquit, *macro ſolo familiarior*.

2, 27 VT VENVCVLA EADEMQVE SCIRPVLA) Vitis *Venuculae* variae lectiones proferuntur. In Ienſonianis libris, in Regienſi per Bartholom. Bruſchium A. 1482 prodita editione, in codicibus etiam, non *venucula* ſed *auenucula* legitur; in Macrobii Sat. 3, 20 *venuncula* in Plin. 14, 2 *venicula*, ita in Iſid. 17, 5 (Iſidori tamen hic locus emendatur in adnotatt. *venuncula*) ſunt quoque vetuſtiſſima manu exarata Columellae exemplaria, in quibus *auenuſcula* occurrit. At vero alterius vocis *ſcirpula* non eadem ratio, vitioſam quippe eſſe affirmare non dubitabo ſcribendumque *ſcircitula*, vt in Regienſi edit. 1482. et Ienſoniana habemus, vt in codicibus peruetuſtis, vt etiam apud ipſum Colum. l. 12, c. 43. vbi *venuculas* nominat, et *ſcircitulas*; Pliniana quoque *ſcircula* vt etiam vulgata *ſcirpula*, quae per contractionem ortae videntur, facile ad hanc *ſcircitulam* reuocari poſſunt. PONTED. Tribus nominibus vnum vuae genus complectitur Columella, de quibus ſingulatim a nobis eſt dicendum. Primum eſt *Venucula*, de quo Horatii extat carmen [Serm. 2, 4, 71] *Venucula conuenit ollis*. *Venuncula* etiam in Macrobio vocatur Saturnalium tertio, item ab Iſidoro [17, 5] vt in manuſcriptis libris ſeruatur. nam excuſi, *venicula*. Ienſonius quoque ſeruat *auenuncula*, nimirum vt *venuncula*. Quare primum nomen *Venuncula* a *venulis*, quibus acina diſtinguuntur. Fortaſſe etiam *venucula* ſ. *venicula* quorum vtrumque in Plinio legitur, item, vt a *lingua lingula* et *ligula*. Alterum nomen *ſcirpula* in Plinio nunc *ſcircula* nunc *ſcirtula*, *ſcripula* et *ſcribula*, ex quibus praeſtare mihi videtur *ſcripula*, vt inſerto *t* fiat *ſcriptula* nempe cuius acini venis lineisque diſtinguuntur. Tertium reſtat *ſticula*, in Plinio *ſtacula*, ſed hoc vitioſum. nam *ſticula* a *ſtica* quod eſt στίχος. quoniam acina lineis, venulis, ſtriisque diſtincta et ordinata producit. Quod igitur Laurentius adfert, ſticam eſſe vuam dulcia vina fluentem, non improbandum apparet. PONTED. 2. In quam ſuſpicionem nos inciderimus, ad Colum. 2, 6, 3 indicatum eſt, cuius nos ſubpoenitet, ſi cum Viri Clariſſimi cogitatis conferatur: pudere quidem nondum coepit, cum *vermicule* prae ſe ferat codex Lipſienſis 3, 2, 2. Vnum illud vereor, ne durum ſit tot ſimul ſcriptores corruptionis poſtulare, et pluribus in locis.

2, 27 VT RHAETICA) Haud dubito, quin legendum

quarum nec numerum nec appellationes cum certa fide referre possumus [r]. *Neque enim*, vt ait poeta, *numero* [s] *comprendere refert. Quem qui scire velit, Libyci velit aequoris idem Discere quam multae zephyro versentur* [t] *harenae.* Quippe vniuersae re- 30
giones, regionumque pene singulae partes habent propria vitium genera, quae consuetudine sua nominant [u]; quaedam etiam stirpes cum locis vocabula mutauerunt; quaedam propter mutationes [x] locorum, sicut supra [y] diximus, etiam a [z] qualitate sua discesserunt [a], ita vt dignosci non possint. ideoque [b] in hac ipsa Italia, ne [c] dicam in tam diffuso terrarum orbe, vicinae etiam [d] nationes nominibus earum discrepant, variantque vocabula [e]. Quare prudentis magistri est eiusmodi nomencla- 31
tionis [f] aucupio, quo potiri [g] nequeant [h], studiosos non demorari; sed illud in totum praecipere, quod et Celsus ait, et ante eum M. Cato, Nullum genus vitium conferendum esse nisi fama, nullum diutius conseruandum nisi experimento probatum: atque vbi multa inuitabunt regionis commoda, vt nobilem vitem conferamus, generosam [i] requiremus, inquit Iulius Graecinus: vbi nihil erit, aut non multum, quod proritet, feracitatem potius sequemur, quae non eadem portione vincitur [k] pretio, quam vincit abundantia [l]. Sed de hac sententia, quamquam et ipse paul- 32
lo ante id [m] censuerim, quid tamen arcanius iudicem, suo loco mox dicam. Propositum est enim docere, qua ratione vineae pariter feraces et pretiosae [n] fluxurae [o], possint constitui.

III. NVNC prius quam de satione [a] vitium disseram, non alienum puto, velut quoddam fundamentum iacere disputationi futurae, vt ante perpensum [b] et exploratum habeamus, an locupletet patremfamilias [c] vinearum cultus. est [d] enim pene adhuc superuacuum de his conferendis praecipere, dum quod [e] prius est, nondum concedatur, an omnino sint habendae [f]? idque adeo plurimi dubitent, vt multi refugiant, et reformident talem positionem ruris; atque optabiliorem pratorum possessionem, pascuorumque vel siluae caeduae iudicent. nam de arbusto etiam inter 2
auctores non exigua pugna fuit, abnuente Saserna genus id ruris, Tremellio [g] maxime probante. sed et [h] hanc sententiam suo loco aestimabimus. Interim studiosi agricolationis hoc primum docendi sunt, vberrimum esse reditum [i] vinearum. Atque vt omittam veterem illam felicitatem aruorum, quibus et ante iam M. [k] Cato, et mox

r) *possimus P.* s) *numerum I. B. R.* t) *turbentur Goes.* et Heins. ad Virg. Geo. 2, 106. u) *denominant P.* x) *mutationem I. B. R.* y) *supradiximus* iunct. *I. B. R. I. I. A. G.* z) *a* omitt. *I. B. R.* a) *decesserint P. decesserunt L. I. B. R.* b) *quod P.* c) *nec P.* d) *etiam* deest *I. B. R.* e) *vocabula Quare I. B. R. vocabula, quare I. I. H. vocabula: quare Gr. G.* f) *nomenlationis P. nomenculationis I. B. R.* g) *potiori P. in quo potore L.* h) *nequeat L. I. B. R. I. I. H. A.* i) *regionem* coni. *Broukh.* k) *vincit precio I. B. R.* l) *habundantia I. B. R. Lips.* qui ita fere semper. m) *idem I. B. R.* n) *preciosae I. B. R. praeciosae I. I. praetiosae A.* o) , abest *I. B. R. I. I. H. fluxerat P.* [C. III.] a) *ratione P. rationem vitium dixeram L.* b) *propensum H.* c) *patremfamiliat I. B. R.* d) *et I. B. R. I. I.* e) *prius est, quod I. I.* f) *hadibendae R.* g) *Tremelio B. R.* h) *et* omitt. *I. B. R.* i) *redditum* et ita saepe *L.* k) *C. Marcus I. B. R.*

legendum sit *Rhaetica*, de quibus Seru. ad Georg. 2, 96 qui locus omnino cum hoc nostro meretur contendi. SCHOETTG.

2, 29 VT AIT POETA) Georg. 2, 103.

2, 31 QVOD PRORITET) C. 10, 116. *Vt pelusiaci proritet pocula zythi.*

2, 32 ET IPSE PAVLLO ANTE) §. 15.

2, 32 PRETIOSAE FLVXVRAE) Vid. ad §. 17.

3, 2 M. CATO) in libris originum, prout constat ex V. 1, 2, 7. SCHOETTG.

 3, 3 APVD

mox Terentius [l] Varro prodidit, ſingula iugera vinearum ſexcenas vrnas vini praebuiſſe, id enim maxime aſſeuerat in primo libro rerum ruſticarum Varro; nec vna regione [m] prouenire ſolitum, verum et in Fauentino agro, et in Gallico, qui nunc
3 Piceno [n] contribuitur: haec [o] iis [p] certe temporibus [q]. Sed Nomentana [r] regio nunc [s] celeberrima fama eſt illuſtris, et praecipue quam poſſidet Seneca, vir excellentis ingenii atque doctrinae, cuius in praediis vinearum iugera ſingula culléos [t] octonos reddidiſſe [u] plerumque, compertum eſt. nam illa videntur prodigialiter in noſtris Ceretanis [x] accidiſſe, vt aliqua vitis apud te excederet vuarum numerum duorum millium [y], et [z] apud me octogenae [a] ſtirpes inſitae intra biennium ſeptenos culleos [b] peraequarent, vt primae vineae centenas amphoras iugeratim praeberent, cum prata, et paſcua, et ſiluae, ſi centenos ſeſtertios [c] in [d] ſingula iu-
4 gera efficiant, optime domino conſulere videantur. nam frumenta maiore [e] quidem parte [f] Italiae quando cum quarto reſponderint, vix meminiſſe poſſumus. Cur ergo res infamis eſt? non quidem ſuo, ſed hominum inquit vitio Graecinus. Primum, quod in explorandis ſeminibus [g] nemo adhibet diligentiam, et ideo peſſimi generis plerique vineta conſerunt: deinde ſata non ita enutriunt, vt ante conualeſcant, ac
5 proſiliant, quam retorreſcant: ſed et ſi forte adoleuerint, negligenter colunt. Iam illud a principio nihil referre cenſent, quem locum conſerant; immo etiam feligunt deterrimam partem agrorum, tanquam ſola ſit huic ſtirpi maxime terra idonea, quae nihil aliud ferre poſſit. Sed ne ponendi quidem rationem aut perſpiciunt, aut perſpectam exequuntur: tum [h] etiam dotem, id eſt inſtrumentum, raro vineis praeparant; cum ea res ſi omiſſa ſit, plurimas operas, nec minus arcam pa-
6 tris familias ſemper exhauriat [i]. Fructum vero plerique quam vberrimum praeſentem conſectantur, nec prouident futuro tempori, ſed quaſi plane in diem viuant, ſic imperant vitibus, et [k] eas multis palmitibus onerant, vt poſteritati non conſu-

l) *Varro Terentius I. B. R.* m) *regionum I. B. R.* n) *pyceme I. B. R. I. I. H. A. Pyceno Gr. G.* o) *haec* omiſſ. *I. B. R. I. I.* p) *bis I. B. R.* q) *temporibus noment. P. temporibus et I. B. R. temporibus, noment. I. I. temporibus, ſed H. A.* r) *nomentanea P. nomentaneae I. momentana L.* s) *nunc* abeſt *I. B. R. I. I,* t) *culeos I. B. R.* u) *reddiſſe I. B. R.* x) *celeretanis Goeſ.* y) *milium I. B. R.* z) *vt I. B. R.* a) *octingentae I. B. R.* b) *culeos I. B. R.* c) *ſexternos P. ſextertios I. B. R. I. I.* d) *in* deficit *I. B. R.* e) *maiorem P. Goeſ.* f) *partem P. Goeſ.* g) *ſemibus I. R.* h) *cum I. B. R.* i) *exhauriet I. B. R.* k) *vt H.*

3, 3 APVD TE) Siluinum in his libris omnibus alloquitur auctor.

3, 4 QVANDO CVM QVARTO [DECIMO] RESPONDERINT) Ita videtur legendum ex V. 1, 44, in quo eſt: *Vt ex eodem ſemine alibi, cum decimo redeat, alibi cum quintodecimo, vt in Etruria et locis aliquot in Italia.* Plin. 16, 21. In vulgatis editionibus deeſt apud Columellam, *decimo.* VRSIN. Iam ad V. 1, 44, 1 laudauimus locum Cic. in Verr. 3, 47 qui de Leontino Siculorum agro agit: cuius hic denuo mentionem facimus, non modo ad dictionem Columellae illuſtrandam; verum etiam ad indicandum diſſenſum aliquem Plinii et Ciceronis, qui etſi cauſae aliquid dediſſe dicatur, cuius intereſſat extenuari fertilitatem agri Leontini, quem tamen inter optimos et nobiliſſimos retulerat c. 44; tamen non videtur decuplo integro a veritate diſceſſurus temere fuiſſe. Plinius enim 18, 20 ſ. 24 de eodem agro, *Cum centeſimo*, inquit, *et Leontini Siciliae campi fundunt aliique, et tota Baetica et inprimis Aegyptus.* Paullo ante dixerat, *in Byzacio Africae campo, centenos quinquagenos modios e modio reddi.* Cicero ſic ſatis ſibi conſtat, quin minorem etiam prouentum Hyblenſis in Sicilia agri commemorat l. c. c. 43. Cum enim dixiſſet, *ſexies tantum, quam quantum ſatum ſit, ablatum eſſe* [per iniuriam publicanorum] *ab aratoribus,* ſubiicit, *plus aliquanto ablatum eſſe, quam natum ſit.* Hic igitur ager cum quinto tantum, ſummum ſexto vt reddiderit, neceſſe eſt.

3, 5 DOTEM, I. E. INSTRVMENTVM) Conſiderat vineam quaſi virginem, quae elocatur cui dos danda eſt. Dotis autem loco eſt inſtrumentum, hoc eſt, comparatio omnium eorum, quae ad eius culturam ſunt neceſſaria. SCHOETTG. v. Bynkersh. Obſ. VI, 9. p. 176. ſ.

3, 7 NON

consulant. Haec omnia vel certe plurima ex his cum commiserint, quiduis malunt
quam suam culpam confiteri; queruntur que non respondere sibi vineta, quae vel
per auaritiam, vel inscitiam [l], vel per negligentiam perdiderunt. At si, qui [m] cum 7
scientia sociauerint [n] diligentiam, non (vt ego existimo) quadragenas vel tricenas [o]
certe, sed vt Graecinus minimum computans licet, inquit, amphoras vicenas [p] per-
cipient ex singulis iugeribus: omneis istos, qui foenum suum et olera amplexantur,
incremento patrimonii facile superabunt. Nec in hoc errat [q], quippe, vt diligens
ratiocinator, calculo posito videt [r], id genus agricolationis maxime rei familiari
conducere. Nam vt amplissimas impensas vineae poscant, non tamen [s] excedunt 8
septem iugera vnius operam vinitoris, quem vulgus quidem parui [t] aeris, vel de
lapide noxium posse comparari putat [u], sed ego [x] plurimorum opinioni dissentiens,
pretiosum vinitorem in primis esse censeo: isque licet sit emtus [sex, vel potius]
sestertiis [y] octo millibus, cum ipsum solum septem [z] iugerum totidem millibus [a]
numorum [b] partum, vineasque cum sua dote, id est, cum pedamentis et viminibus,
binis [c] millibus in singula iugera positas duco: fit tum [d] in assem consummatum [e]
pretium sestertiorum XXIX millium. Huc accedunt semisses vsurarum sestertia 9
tria millia, et quadringenti octoginta [f] numi biennii temporis, quo velut infantia
vinearum cessat a fructu. Fit [g] in assem summa sortis et vsurarum, XXXII millium
quadringentorum LXXX numorum. quod quasi nomen, si, vt foenerator cum de-
bitore, ita rusticus cum vineis suis [h] fecerit eius summae, vt in perpetuum praedi-
ctam vsuram semissium dominus constituat, percipere debet in annos singulos mille
nongen-

l) *inscientiam L. I. B. R.* m) *quis I. B. R.* n) *sociauerit I. B. R.* o) *decenas I. B. R. Lips. certe ducenas Goes.* p) *vicenas, percipient J. I. H. A. G.* q) *errant I. B. R.* r) *videre P. videt: et I. B. R.* s) *tantum I.* t) *paruideris L.* u) *putant L. I. B. R.* x) *a* inf. *Goes.* y) *sextertiis* hic et al. *L. I. B. R. J. I. H. A. G.* z) *octo L. I. B. R.* a) *milibus* hic et al. *I. B. R. Gr.* b) *nummorum I. B. R. H. nam in borum pratum L.* c) *vnus Lips.* d) *tamen L. I. B. R.* e) *consumatum I. B. R. I. I. H. A.* f) *octuaginta I. B. R. I. I. H. A.* g) *Fuit P.* h) *suis* om. *I. B. R. sufsecerit P.*

3, 7 NON VT EGO EXISTIMO) Videtur legendum *vt non (vt ego existimo) tricenas etc.* deinde, *vicenas percipiant* etc. VRSIN.

3, 7 QVADRAGENAS CERTE) *Certe* notat *minimum*, vel *ad minimum*, vnde probabilis mihi videtur lectio Goes. *certe ducenas*, cum quo faciunt vestigia Lips. qui habet *decenas*. SCHOETTG. Apertum est, Columellam maiorem tribuere prouentum vineis, quam Graecinum. itaque *decenas* non potuit dicere. Rursus *ducenas* plane modum excedit, siquidem l. 3. *inter prodigia* refert, *centenas amphoras iugeratim praebentem vineam.* Porro τὴν *certe* esse diminuentem particulam, negari non potest. Non puto igitur, me nimis audacem fuisse, cum interpunctione sola immutata, et transpositis duobus numeris feci vt locus ante obscurissimus intelligi nunc possit. Ne qua fraus fiat lectori, proponam totum locum, vt a Commelino editus est. *At siqui cum scientia sociauerint diligentiam, non vt ego existimo tricenas vel quadragenas certe, sed vt Graecinus minimum computans, Licet, inquit, amphoras vicenas percipient ex singulis iugeribus, omnes istos* etc. Hic *siqui* iungitur, vt fiat εἰ τινες deinde *Licet* ad Graecini verba pertinet; et huic ipsi male respondet deinde verbum *percipient*. denique copula deest, quae proximam propositionem, iis quae praecesserunt, adiungat. Ista si incommoda nunc sublata sunt, leuicula, spero, duorum verborum transpositio sine fraude fuerit.

3, 8 DE LAPIDE NOXIVM) *Lapis* locus eminens erat, et tanquam suggestus, vnde praeco praedicabat, atque vendebat. Pollux 3, 25 ὁ δὲ τόπος πρατὴρ λίθος καὶ πωλητήριον. Haec et plura TVRNEB. 10, 3. Conf. Bapt. Pium annot. prior. c. 10. Brodeum Misc. 6, 5. Pignorium de seruis p. 49. SCHOETTG.

3, 8 ISQVE LICET SIT EMTVS SESTERTIIS CET.) Ita legendum. Nam ex voce *sestertiis* error fluxit, vt librarii scripserint, *sex — vel potius sestertiis.* VRSIN. Incluseram vncinis, et pro glossa habueram verba *sex vel potius* ante aliquando, quam Vrsini notam inspicerem. De vitiosa ratione *sestertiis octo millibus* vid. ad V. 2, 1, 14. et mox ad Col. 3, 3, 13.

3, 8 TOTIDEM MILL.) h. e. VII, quot sunt iugera, ne quis forte ad *octo millia* referat vinitoris pretium.

3, 9 MILLE

nongentos [i] quinquaginta [k] sestertios numos, qua computatione vincit tamen reditus VII iugerum, secundum opinionem Graecini [l] vsuram triginta [m] duorum
10 millium quadringentorum octoginta [n] numorum. Quippe, vt deterrimi generis sint vineae, tamen, si cultae [o], singulos vtique culleos vini, singula earum iugera peraequabunt: vtque trecentis [p] numis quadragenae vrnae veneant, quod minimum pretium est annonae; consummant tamen septem [q] cullei sestertia duo millia, et cen-
11 tum numos: ea porro summa excedit vsuram semissium. Atque hic calculus quem posuimus, Graecini rationem continet. Sed nos extirpanda vineta censemus, quorum singula iugera minus, quam ternos culleos praebent. et adhuc tamen sic computauimus, quasi nullae [r] sint viuiradices, quae de pastinato eximantur: cum sola ea res omnem impensam terreni pretio suo liberet, si modo non prouincialis, sed Italicus ager est, neque id cuiquam dubium esse debet, cum et nostram, et Iulii
12 Attici rationem dispexerit [s]. Nos iam enim vicena millia malleolorum [t] per vineae iugerum inter ordines pangimus. ille minus quatuor millibus deponit: cuius vt vincat ratio, nullus tamen vel iniquissimus locus non maiorem quaestum reddet,
13 quam acceperit impensam. Sit [u] quidem, vt cultoris negligentia sex millia seminum intereant [x], reliqua tamen decem millia tribus millibus numorum libenter, et cum lucro redemtor [y] emerit. quae summa tertia parte superat duo millia sestertia [z], quanti constare iugerum vinearum praediximus. quanquam nostra cura in tantum iam processit, vt non inuiti sestertiis sexcentis [a] numis, singula [b] millia viui-
14 radicis a me rustici mercentur. Sed vix istud alius praestiterit. nam nec quisquam nobis

i) *septingentos* alii praeter *L. I. B. R.* k) *quadraginta* alii praeter *L. I. B. R.* l) *Grecini H. Graecii A. Grecinii L.* et ita fere semper. m) *trium* al. pr. *L. I. B. R. I. I.* n) *octuaginta L. I. B. R.* o) *culte* h. e. cultae *L. H. cultae I. I.* p) *tricentis I. B. R. trecenis Goes.* q) *septeni P.* r) *nulle P. mille L. I. B. R. nullae* iam coniecerat Beroaldus. s) *dispunxerit P. despexerit B. R. dispersit H.* t) *malleolum P. maleolorum I. B. R. malleorum L.* u) *Si I. B. R. siquidem L.* x) *ingerunt L. I. B. R.* y) *redemtorum erunt Goes.* z) *milia sextertiorum P. L.* a) *sextenis I. B. R. sescenis Goes. sexenis L.* b) *singulis I. B. R. Goes. L.*

3,9 MILLE NONGENTOS QVINQVAG.) Recepi numeros, quorum ratio computantibus, et numeros bis ponendos inter se conferentibus, facillime constat, tanto magis, cum sit ea lectio antiquissimarum editionum, ipsiusque, (quod clamat, cum tacet, Politianus) codicis Medicei, quem cur deseruerit Victorius, oppido miror, in re praesertim ita aperta, vt aliquis paullo audacior ne opus quidem sibi auctoritate librorum ad mutationem putaret. Illud porro neminem turbabit, quod pro 1948$\frac{4}{7}$ positum est 1950. Porro cum ista typographis reddenda essent, obseruo, corruptionem Victorianae editionis iam animaduersam Ant. Augustino emendat. 2, 10, qui errorem ex Budaeo de asse male intellecto huc manasse suspicatur.

3, 10 CONSVMMANT TAMEN) Ita legendum sine dubitatione pro altero *consumant*, quod Columellae in tali re verbum esse satis Index declarat. Ita etiam 3, 5, 4. et nihil solennius librariis, quam semel ponere literas geminandas.

3, 12 MINVS QVATVOR MILLIBVS) Non simpliciter, sed respectu superioris numeri. Disponit Atticus XVI. M. Adde infra 3, 16, 3, et, opus esse hac animaduersiuncula, intelliges.

3, 13 DVO MILLIA SESTERTIA) Digna erat Politiani lectio, quae reciperetur; sed malo in eam partem peccare, quae cautior est. Duriusculum forte videbitur quibusdam, tot locis mutare lectionem, vbi magno consensu *millia sestertia* literis expresserunt librarii. Neque nihili sunt, quae Gronouio patri reposuit Perizonius ad Sanct. 4, 4, 78 et 4, 8, 2. incertam fere facit librorum lectionem ratio veterum scribendi per compendium aut notam III, IIS vel HS.

3, 13 PRAEDIXIMVS) paullo ante §. 8 nimirum *vineae* hic sunt vites *cum sua dote* h. e. pedamentis et vinculis.

3, 14 SED VIX ISTVD ALIVS PRAESTITERIT) Etiam ea causa, quia totum illud quaestus genus cessare videtur, vbi tota vicinia iam habet vineas institutas. Quis enim tum viviradices emerit? Scilicet sunt quaestus quaedam genera primis tantum inuentoribus, et paucis forte, qui eos sequuntur, vtilia, quae vbi vulgata res est, cessant. Ipse Columella vineta sua caedit,

nobis facile crediderit, tantam [c] in agellis esse nostris abundantiam [d] vini, quantam tu Siluine nouisti. Mediocre itaque vulgatumque [e] pretium viuiradicis posui, quo celerius nullo dissentiente [f] perduci possent in nostram sententiam, qui propter ignorantiam genus hoc agricolationis reformidant. Siue ergo pastinationis reditus, 15
seu futurarum spes vindemiarum cohortari nos debet ad positionem vinearum. quas cum docuimus rationis esse conserere, nunc institutionis [g] earum praecepta dabimus.

IV. CVI [a] vineta facere cordi est, praecipue caueat, ne alienae potius curae, quam suae credere velit, neue mercetur viuiradicem. Sed genus surculi probatissimum domi conserat, faciatque vitiarium, ex quo possit agrum vineis vestire. nam quae peregrina ex diuersa regione semina transferuntur, minus sunt familiaria nostro solo, quam vernacula: eoque [b] velut alienigena reformidant mutatam caeli locique positionem. Sed nec certam generositatis fidem pollicentur, cum sit incer- 2
tum, an is, qui conseruerit [c] ea, diligenter exploratum probatumque genus surculi deposuerit. Quamobrem biennii spatium longum esse minime existimandum [d] est, intra quod vtique tempestiuitas seminum respondet, cum semper, vt dixi, plurimum retulerit exquisiti generis [e] stirpem deposuisse. Post haec deinde meminerit accu- 3
rate locum vineis eligere: de quo cum iudicauerit, maximam diligentiam sciat adhibendam pastinationi [f]: quam cum peregerit, non minore cura vitem conserat: et cum seruerit [g], summa sedulitate culturae seruiat: id enim quasi caput et columen est impensarum, quoniam in eo consistit, melius an sequius [h] terrae mandauerit paterfamilias pecuniam, quam [i] in otio tractare. Igitur vnum quodque eorum quae praeposui, suo iam prosequar [k] ordine.

V. VITIARIVM neque ieiuna terra, neque vliginosa faciendum est: succosa tamen, et [a] mediocri potius, quam pingui [b]. tametsi fere omnes auctores huic rei laetissimum locum destinauerunt. quod ego minime reor esse pro agricola. nam depositae stirpes valido solo, quamuis celeriter comprehendant, atque prosiliant, tamen cum sint viuiradices [c] factae, si [d] in peius transferantur, retorrescunt, nec adolescere

c) *tamen I. B. R.* d) *habundantiam L. I. B. R.* e) *volgatumque P.* f) *dissenciente P. descensiente L.* g) *institutioni I. B. R.* [C. IV.] a) *cuius L.* b) *et quae I. B. R. eoque que L.* c) *conseuerit G.* d) *extimandum R.* e) *generi B. R.* f) *paginationi P. L.* qui et subiicit *pastinationi.* g) *seuerit Gr. sceuerit L.* h) *sequius P. Goes.* it. Heins. ex ms. ad Ouid. met. 1, 809 *segnius* al. *melius an is terrae L.* i) *quam* deficit *I. B. R. an otio traclar L.* k) *persequar I. I. G.* melius puto. [C. V.] a) *ac I. B. R.* b) *pinguenta et si L.* c) *viuiradices, et fractae sint I. B. R. an priusquam L.* d) *si impetus transf. Goes. priusquam transf.* reliqui.

dit, cum mox c. 4, 1 praecipit, *ne mercemur aliunde viuiradicem.* Si huic omnes obsequentur agricolae, quis vendet?

4, 2 QVI CONSERVERIT EA) *Conseuerit* videtur legendum, item p. p. *cum seuerit.* VRSIN. Sed miscent saepius haec verba vel auctores, vel librarii.

4, 3 QVAM IN OTIO TRACTARE) *Tractaret* legi vult VRSIN. sed ne sic quidem integra sententia. Considerata diligenter lectionis, quae supra proposita est, varietate, videbatur haud incommode ita legi posse: *Quoniam in eo consistit, melius an is terrae mandauerit paterfamilias pecuniam, an qui in otio tractarit?* Haec vltima vox in Lipsiensi codice truncata est, vt obseruauimus, quo facilius mutari aliquid potuit.

5, 1 TAMEN CVM SINT VIVIRADICES) Locus dubius et vitiosus. Semina in valido solo deposita cur retorrescere debeant, antequam transferantur, rationem non inuenio. Alio modo ap. Ienson. et Brusch. legitur: *tamen cum sint viuiradices, et fractae sint priusquam transferantur*

2 lescere queunt. Prudentis autem coloni est ex deteriori terra potius in meliorem,
quam ex meliore in deteriorem transferre. Propter quod mediocritas in electione
loci maxime probatur, quoniam in confinio boni malique posita est. Siue enim
postmodum [e] necessitas postulauerit [f] tempestiua semina ieiuno solo committere, non
magnam sentient [g] differentiam, cum ex mediocri terra [h] in exilem translata sunt:
3 siue laetior ager conserendus est, longe celerius in vbertate coalescunt [i]. Rursus
tenuissimo solo vitiarium facere minime rationis est, quoniam [k] malleolorum pars
maior deperit, et quae superest, tarde fit idonea translationi. Ergo mediocris, et
modice siccus ager vitiario [l] est aptissimus, isque [m] bipalio prius subigi debet,
[quae est altitudo pastinationis, cum in duos pedes et semissem conuertitur humus]
ac deinde tripedaneis relictis spatiis, quae [n] per semina excolantur, in singulis ordi-
nibus [o], qui ducenos quadragenos pedes obtinent [p], sexcenteni malleoli pangendi
4 sunt. is numerus consummat [q] per totum iugerum seminum millia quatuor et vi-
ginti. Verum hanc curam praeuenit inquisitio et electio malleolorum. nam vt
saepe iam retuli, quasi fundamentum est [r] praedictae rei, probatissimum genus
stirpis deponere.

VI. SED electio dupliciter facienda est: non enim solum foecundam esse ma-
trem satis est, ex qua semina petuntur, sed adhibenda ratio est subtilior, vt ex his
2 partibus trunci sumantur, quae et genitales sunt, et maxime fertiles. Vitis autem
foecunda, cuius progeniem studemus submittere, non tantum debet eo aestimari,
quod vuas complures exigit. potest enim trunci vastitate id accidere, et frequentia
palmitum: nec tamen eam feracem dixerim, cuius singulae vuae in singulis sar-
mentis conspiciuntur. Sed si per vnumquemque pampinum maior numerus vua-
rum dependet; si ex singulis gemmis compluribus materiis cum fructu germinat; si
denique etiam e [a] duro virgam cum aliquibus racemis citat; si etiam [b] nepotum fru-
ctu

e) *post modum I. B. R. I. I. A.* f) *postularit I. B. R.* g) *sentient I. B. R.* h) *materia L. I. B. R.* i) *conualescunt L.* k) *cum I. B. R. cum allcolorum L.* l) *seminario Goes.* m) *isque* abest *I. B. R.* n) *per quae a V.* o) *ord. tricenos L.* p) *optinent sexceni maleoli L. I. B. R.* q) *consummat Iens Goes. consumat* al. r) *inest.* [C. VI.] a) *medulla virgo cum aliquis Goes.* b) *etiamnum tetor fructuum Goes.*

ferantur retorrescunt. Ita in Vatic. cod. Quae lectio cur reiicienda quoque sit, omnibus innotescit. Quis enim fractas viuiradices seuerit? Vna itaque eademque optima relinquitur ex duobus vetustissimis codd. a praecl. Georgio deprompta, quae est huiusmodi: *Tamen cum sint viuiradices factae, si in peius transferantur, retorrescunt.* Haec vero ex his, quae sequuntur, confirmari possunt: *Prudentis autem coloni est, ex deteriori potius terra in meliorem, quam ex meliore in deteriorem transferre* It. c. 9. *Nam quod assuetum est pingui, nullo modo maciem terrae patitur.* Et c. 10. *Hic surculus translatus raro degenerat, cum ex deteriore statu meliorem sortitur.* Columellae sententiam amplexus Palladius haec 3, 6 memoriae tradidit: *Seminarium mediocri terra instituere debemus, vt ad meliora quae sata fuerint, transferantur.* Et l. 2, c. 9. *Sed vitem vel arborem melius erit de exili ad pinguem transferre, nam si a pingui terra ad solum exile transierint, vtiles esse non poterunt.* PONTED. Iam ex Goesiani codicis scriptura emendatum dederamus hunc locum, cum dubitationem plane omnem exemit amicus ille literis et Pontederae Georgius. Nihil itaque caussae erat, quin sine cunctatione obtemperaremus tam bonis monitoribus.

5, 3 QVAE EST ALTITVDO) Quae vncis inclusimus, ea ex glossa irrepsisse videbantur Broukhusio. non iniuria.

5, 4 SEXCENTENI) V. Drakenb. ad Liu. 45, 16, 3.

5, 4 IS NVMERVS CONSVMMAT) *Consummat* legendum vt 3, 3, 10 it. 3, 9, 6.

6 Ad hoc caput conferri potest Plin. 17, 22 s. 35 n. 3.

6, 2 E DVRO VIRGAM) Haec enim alias solet esse sterilis. *pampinarius palmes* vocatur. vid. 5, 6, 29 et Cl. Ponted. ad 3, 10, 3.

6, 2 NE-

ctu grauida est: ea sine dubitatione ferax destinari debet legendo malleolo [c]. Mal- 3
leolus autem nouellus est palmes, innatus prioris anni flagello, cognominatusque a similitudine rei, quod in ea parte, quae deciditur [d] ex vetere sarmento prominens vtrinque, malleoli speciem praebet. Hunc ex foecundissima stirpe [e] legendum censemus omni tempore, quo vineae putantur, ac super terram gemmis tribus vel quatuor extantibus, diligenter obruendum loco modice humido non vliginoso. dum tamen antiquissimum [f] sit considerare, ne vitis, ex qua is sumitur, ancipitem floris habeat euentum, ne difficulter acinus [g] ingrandescat, ne aut praecoquem [h], aut serae [i] maturitatis fructum afferat. nam illa volucribus, haec etiam tempestatibus hiemis infestatur. Tale porro genus non [k] vna comprobatur vindemia. potest enim [l] 4
vel anni prouentu, vel aliis de causis, etiam naturaliter infoecunda vitis [m] semel exuberare [n]. Sed vbi plurimis [o] velut emeritis annorum stipendiis fides surculo constitit, nihil dubitandum est de foecunditate. nec tamen vltra quadriennium talis extenditur inquisitio: id enim tempus fere virentium generositatem declarat, quo sol in eandem partem signiferi per eosdem numeros redit, per quos cursus sui principium coeperat. quem circuitum meatus dierum integrorum mille quadringentorum sexaginta vnius ἀποκατάστασιν vocant studiosi rerum caelestium.

VII. Sed certum habeo, P. [a] Siluine [b], iamdudum te tacitum requirere, cuius generis sit ista foecunda vitis, quam nos tam accurate describimus, ac [c] ne de iis aliqua significetur, quae vulgo non [d] habentur feracissimae. plurimi namque Bituricam [e], multi spioniam [f], quidam basilicam [g], nonnulli arcelacam [h] laudibus efferunt. Nos [i] quoque haec genera non fraudamus testimonio nostro. sunt enim 5
largissimi vini. Sed proposuimus docere vineas eiusmodi conserere, quae nec [k] minus

c) *maleolo maleolus* I. B. R. Sic per totum caput. d) *dicitur* P. e) *statione* Goes. P. f) *antiquissimus non sit* L. g) *acinis* Goes. I. B. R. I. I. h) *praecoquis* L. P. I. I. i) *semimaturatis* L. k) *naturae* Goes. l) *enim* deest P. m) *vites* L. P. n) *exuberare* I. I. A. o) *plurium* I. I. Gr. *plurimum* H. A. G. [C. VII.] a) P. omiss. P. L. b) *Siluinae* B. R. c) *anne* L. Goes. d) *nunc* Goes. e) *bituriscam* Goes. f) *spongiam* Goes. g) *basiliscam* P. *balisca m* Goes. L. h) *arcaelatam* P. *arelatam* I. B. R. i) *Nos quoque* desic. I. B. R. k) *ne* I. B. R.

6, 2 NEPOTVM FRVCTV) *Nepotum* hic et alibi dixit Colum. eodem modo, quo Virgilius dixisse videtur in Georgicis, *seris factura nepotibus vmbram*. VRSIN. Singularis interpretatio versus Virgiliani iam Cerdae notata, nec facile cuiquam probanda; cum ibi simpliciter posteri intelligantur, quibus profutura sit vmbra. Porro *nepotes* in vitibus qui sint, Index noster docet, et Cl. Pontederae delineatio T. 1. f. 9.

6, 3 MALLEOLVS) Apud Isidorum 17, 5 sic legitur: *Quod in ea parte, qua deciditur ex vetere sarmento prominens vtrumque.* Quod vltimum *vtrumque* ex Columella emendandum iudico et scribendum: *vtrinque*. PONTED. Add. delineatio Viri Cl. T. 2. f. 1.

6, 4 ΑΠΟΚΑΤΑΣΤΑΣΙΝ) Conuersionem siue restitutionem solis, quam noster quadriennem statuit, quae etiam a quibusdam Eudoxi τετραετηρὶς existimatur. Alias illa reuolutio siue periodus anni magni, quo sol ad centrum suum reuertitur, statuitur contingere post annos 532. Vid. quae docent Ios. Scaliger epist. 3. Salmasius ad Solinum c. 33. p. 390. Harduinus ad Plin. 10, 2. SCHOETTG. Nimirum ipsa est haec Iuliani anni 365 diebus 6 horis definiti ratio, vbi quatuor annis adiicitur dies vnus, qui sunt ipsi dies 1461. Sed quid ea ἀποκατάστασις, satis illa quidem imperfecta, ad foecunditatem stirpium conferat, difficile sane est ad intelligendum, et mirum si non plane falsum.

7, 1 AC NE DE IIS ALIQVA SIGNIFICETVR) Posuerat auctoritate Goesiani codicis *anne* Cl. Schoettgenius. Cum vero *ne* interrogandi etiam apud nostros non semel occurrit solitarium initio quaestionis positum, (vid. Ind.) et coniunctio vix commode abesse queat: veterem lectionem seruauimus.

7, 1 QVAE VVLGO NON HABENTVR) Particula negans abundat; et totam sententiam perturbat, nisi inducatur. VRSIN. At videtur stare posse *et non*, siue Goesianam lectionem recipias, siue nobiscum *ne* sumas cum interrogatione.

nus vberes fructus praedictis generibus afferant, et sint pretiosi saporis, velut [l] Aminei, vel certe non procul ab eo gustu: cui nostrae sententiae scio pene omnium agricolarum [m] diuersam esse opinionem, quae de Amineis inueterata [n] longo iam
3 tempore conualuit, tanquam natali [o] et ingenita sterilitate laborantibus: quo magis nobis ex alto repetita compluribus exemplis firmanda ratio est, quae desidia, nec minus imprudentia colonorum damnata, et velut [p] ignorantiae tenebris obcaecata [q] luce veritatis caruit. Quare non intempestiuum est nos ad ea praeuerti, quae videntur hunc publicum errorem corrigere posse [r].

VIII. IGITVR si rerum naturam, P. Siluine, velut acrioribus mentis oculis [a] intueri velimus, reperiemus [b] parem [c] legem foecunditatis eam [d] dixisse virentibus, atque hominibus, caeterisque [e] animalibus: nec sic aliis nationibus regionibusue proprias tribuisse dotes, vt aliis in totum similia munera denegaret. Quibusdam gentibus numerosam progenerandi [f] sobolem dedit, vt Aegyptiis et Afris [g], quibus gemini partus familiares [h], ac pene [i] solennes sunt: sed et Italici generis esse voluit
2 eximiae foecunditatis Albanas Curiatiae [k] familiae trigeminorum matres. Germaniam decorauit altissimorum hominum exercitibus; sed et alias gentes non in totum fraudauit praecipuae staturae [l] viris. nam et M. [m] Tullius Cicero testis est Romanum fuisse [n] ciuem [o] Naeuium Pollionem [p] pede [q] longiorem quam quemquam longissimum: et nuper ipsi [r] videre potuimus in apparatu pompae Circensium ludorum Iu-
3 daeae gentis hominem proceriorem celsissimo Germano. Transeo ad pecudes. Armentis sublimibus insignis Meuania est, Liguria paruis: sed et Meuaniae [s] bos humilis, et Liguriae nonnunquam taurus eminentis staturae conspicitur. India perhibetur molibus ferarum mirabilis: pari [t] tamen in hac terra vastitate beluas [u] progenerari quis neget? cum intra moenia nostra natos animaduertamus elephan-
4 tos [x]. Ad genera frugum redeo. Mysiam Libyamque largis aiunt abundare frumentis;

l) *cuius L.* m) *agricularum P.* n) *inueterate I. B. R.* o) *naturali P. I. I. nāli L.* p) *vel I. B. R.* q) *occaecata I. B. R. ac cecata L.* r) *quae spectandi si qualitas in eo solo quod vineis destinaueris* ins. *L.* quod lemma est in quibusdam capitis proximi cuius alioquin diuisionis hic nullum vestigium. Et ipsum *Igitur* indicat, inseri non debere. Caeterum quae supersunt huius libri nullam capitis distinctionem habent aut vestigium lemmatis: vt et maior pars libri proximi. [C. VIII.] a) *occultis P.* b) *reperiamus P.* abest *I. B. R.* c) *par est B. R.* d) *eadem P. R. eandem I. B.* e) *celeriter P.* f) *generandi I. B. R.* g) *Aphris I. I.* h) *familiarifer I.* i) *penes B. R.* k) *curiaciae R. aequitiae P. L.* l) *stature B. R.* m) *M. Tullius* deest *I. B. R.* n) *se I. B. R.* o) *ciuem* omiss. *P.* p) *Pullionem P.* q) *pedem P.* r) *ipsum P.* s) *Mueuaniae vos P. Meuania Iens.* t) *parua P. pares I. B. R.* u) *belluas I. I. H. H.* x) *elephantes P. Sed* ins. *Goes.*

8, 1 AEGYPTIIS ET AFRIS) Idem Plinius, et eius rei caussam Nili fertilitatem adducit 7, 3 *Tergeminos nasci certum est Horatiorum Curiatiorumque exemplo: supra, inter ostenta dicitur, praeterquam in Aegypto, vbi foetifer potu Nilus.* SCHOETTG.

8, 1 ALBANAS CVRIATIAE FAMILIAE TRIGEMINOR. MATRES) *Albanas sorores* vocat mox 3, 9, 1. Etiam hac in re diligentior fuit Romanis suarum rerum conditoribus, Halicarnasseus: per istos ignoraremus fere, quod hic copiose narrat l. 3. et sine quo hic locus non intelligeretur, nimirum sorores fuisse, (modo tota fabula vera sit) Curiatiorum Horatiorumque matres, Albani hominis filias, domestico alteram viro, Romano alteram collocatas. Forte similitudo vocabulorum hausit alterum nomen, *et Horatiae.*

8, 2 NAEV. POLLIONEM) Vide Plin. 7, 16. SCHOETTG. Obseruat Harduinus ad h. l. Ciceronem in libro *de admirandis*, quem alias etiam laudat Plinius, videri hoc memoriae prodidisse.

8, 3 SED ET MEVANIA) Videtur legendum *Meuaniae.* Nam sequitur, *et Liguriae.* deinde scribendum: *Corycon florere croco etc.* VRSIN.

8, 3 MOLIBVS FERARVM) Vid. Graeu. ad Flor. 2, 6 p. 47. ALMEL.

8, 4 TMO-

mentis; nec tamen Appulos [y], Campanosque agros opimis [z] defici fegetibus. Tmolon [a] et Corycon [b] florê croceo; Iudaeam et Arabiam pretiofis odoribus illuftrem haberi: fed nec noftram ciuitatem praedictis egere ftirpibus. quippe cum [c] pluribus locis vrbis, iam cafiam frondentem confpicimus, iam tuream plantam [d], florentesque hortos myrrha [e] et croco. His tamen exemplis nimirum admonemur, curae mortalium obfequentiffimam effe Italiam, quae pene totius orbis fruges, adhibito ftudio colonorum [f], ferre didicerit. quo minus addubitamus de eo fructu, qui velut indigena, peculiarisque et vernaculus eft huius foli. Neque [g] enim dubium eft Mafsici [h], Surrentinique et Albani, atque Caecubî agri vites omnium quas terra fuftinet, in [i] nobilitate vini principes effe [k].

IX. FOECVNDITAS ab his forfan defideratur [a]: fed et haec adiuuari poteft cultoris induftria. nam [b] fi, vt paullo ante retuli, benigniffima rerum omnium parens natura quasque genteis atque terras ita muneribus propriis ditauit, vt tamen caeteras non in vniuerfum fimilibus dotibus fraudaret: cur eam dubitemus etiam in vitibus praedictam legem feruaffe? vt quamuis earum genus aliquod [c] praecipue foecundum effe voluerit, tanquam Bituricum, aut bafilicum [d]; non tamen fic Amineum fterile reddiderit, vt ex multis millibus eius ne pauciffimae quidem vites foecundae,

y) *apulos I. B. R. Apulos G.* z) *optimis I. B. R.* a) *Troclon P. trocolon L.* b) *corycion florere croco* editt. praeter *I. B. R.* c) *compluribus P.* d) *planatam P. plantam mature ampliatam, florentesque I. B. R.* e) *myrra B. R.* f) *colorum P.* g) *Non I. B. R.* h) *marfici I. B. R.* i) *non vtilitate vini P.* k) *effe. foecunditas ab his forfan defideratur. Cap. 9. Quomodo Amineas feraces facias. Sed et etc. I. B. R.* [C. IX.] a) *defideretur L. et S. Germ.* b) *nam ficut P. nam vt L. nifi, vt I. B. R.* c) *aliquid I.* d) *valifcum P. bafiliae R.*

8, 4 TMOLON ET CORYCION FLORERE CROCO) Crocum Corycium celebratur quod in *Coryco* monte proueniat. Plinius libr. 21, c. 6 *Prima* ait, *nobilitas Cilicio* (croco) et *in Coryco monte.* Lucanus lib. 9. *Vtque folet pariter totis effundere fignis Corycii preffura croci.* Martialis Epigramm. lib. 3. *Quod fpirat tenera malum mordente puella, Quod de Corycio quae venit aura croco.* Diofcorides lib. 1. c. 25. *κρόκος δὲ κράτιστος ἐν ἰατρικῇ χρήσει ὁ κωρύκιος: Crocum ad vfum medicum praeftantiffimum eft Corycium.* Galenus lib. 1. de Antidot. c. 14: *κρόκον δὲ τὸν κωρύκιον ἐπαινοῦσι μὲν ἅπαντες οἱ παλαιοὶ μέχρι καὶ τῶν ποιητῶν: Crocum vero Corycium laudant tum antiqui omnes, tum poetae.* Quare non *Corycium* legendum, fed *Corycon* quod etiam in veteribus editionibus feruatum videmus. Eadem ratione et apud Ifidorum lib. 17, c. 9 eft fcribendum: *Crocus dictus ab oppido Ciliciae quod vocatur Corycon.* PONTED. Repofui lectionem antiquiffimarum editionum, quibus de *flore croceo* ipfe etiam Mediceus codex adftipulatur. Caeterum de *Corycio croco* plena funt omnia. Tmolo *croceos odores* affignauit Virgilius Ge. 1, 56, quem nefcio an fecuti fint cum noftro, fummo Virgilii admiratore, Solinus quoque et Marcianus Capella, quos laudat ad Maronem la Cerda, qui non diffimulat, effe, qui *croceos odores* Tmoli de vino generofo interpretari malint. Plinius certe hanc croci patriam tacet. *Corycos florere croco* legi vult Io. Rhod. ad Scribon. 169 p. 253. Locus Lucani laudatus a Cl. Pontedera, quique habetur 9, 809. fine caufa varie tentatur, cum fit faniffimus. *Preffura croci effundit fe fignis* h. e. aqua croco tincta per ftatuas multis foraminibus praeditas machinatione quadam hydraulica exprimitur, quod in theatris factum effe conftat.

8, 4 PLVRIBVS VRBIS LOCIS) Teftatur Plin. 16, 32 in feptemtrionali tantum Italiae plaga cafiam nafci. Si tamen Columellae tempore in vrbe fuit, mirum, quî id fugerit Plinium. SCHOETTG.

8, 4 IAM TVREAM PLANTAM) Lubet admonere aliquid de librariorum veterum ingenio, quod alias forte profuerit. Poft haec verba, vt fupra notauimus, inferciunt veteres editiones *mature ampliatam.* Quid haec fibi volunt? varians et corrupta lectio funt ipforum, quae pofuimus, verborum *iam turcam plantam*; eaque e margine hominis diligentis in ipfum corpus fcripturae irrepfit.

9, 1 DESIDERATVR) *Defideretur* legunt Codd. Lipf. et S. Germ. tefte Burmanno ad Petronium c. 130 qui hoc ipfum notauit, vt oftenderet, particulam *forfitan* non ineleganter cum coniunctiuo poni. SCHOETTG.

9, 1 DITAVIT) Videtur legendum *dotauit*, vt fupra 1, 1. VRSIN.

2 tanquam in Italicis [e] hominibus Albanae illae sorores reperiri [f] possint. Id [g] autem cum sit verisimile [h], tum etiam verum esse nos docuit experimentum, cum et in Ardeatino agro, quem multis temporibus ipsi [i] ante possedimus, et in Carseolano, itemque in [k] Albano, generis Aminei vites [l] huiusmodi notae habuerimus, numero quidem perpaucas, verum ita fertiles, vt in iugo singulae ternas vrnas praeberent [m],
3 in pergulis autem singulae denas amphoras peraequarent. Nec incredibilis debet in Amineis haec foecunditas videri. nam quemadmodum Terentius [n] Varro, et ante eum M. Cato possent [o] affirmare, sexcentenas [p] vrnas priscis cultoribus singula vinearum iugera fudisse, si foecunditas Amineis defuisset, quas plerumque solas antiqui nouerant? nisi [q] putamus ea [r] quae nuper, ac modo plane [s] longinquis regionibus arcessita [t] notitiae nostrae sunt tradita, Biturici [u] generis, aut basilici [x] vineta
4 eos coluisse, cum vetustissimas quasque vineas adhuc existimemus Amineas. Si quis ergo tales [y], quales [z] paullo ante possedisse me retuli [a], Amineas pluribus vindemiis exploratas notet, vt ex his malleolos feracissimos eligat, posset is [b] pariter generosas vineas et vberes efficere. Nihil enim dubium est, quin ipsa natura sobolem
5 matri similem esse voluerit. vnde etiam pastor ille in Bucolicis ait, *Sic canibus catulos similes, sic matribus hoedos Noram* [c]. vnde sacrorum certaminum studiosi pernicissimarum quadrigarum [d] semina, diligenti obseruatione custodiunt, et spem futurarum victoriarum concipiunt propagata sobole generosi armenti. Nos quoque pari ratione velut olympionicarum equarum, ita feracissimarum [e] Aminearum seminibus electis

e) *locis* intersert. *P.* f) *reperiri non possent I. B. R.* g) *Ita P.* h) *verissimile I. B. R.* i) *ipsi* omitt. *I. B. R. ante* om. *L.* k) *in* omiss. *I. B. R.* l) *vites notatas L.* m) *praebent R.* n) *Varro Terentius I. B. R.* o) *posset I. B. R.* p) *sexcenas P. sexenas L. septenas I. B. R. Goes.* q) *nisi si P. et Ms. Heins. it. Goes.* r) *eaque nuper I. B. R.* s) *paleae L. P.* t) *adcersita* hic et al. *L. accersita* al. u) *viturí g. aubalisci Goes.* x) *balisciuineas L.* y) *talis I. B. R.* z) *qualis P.* abest *I. B. R.* a) *retuli I. B. R.* b) *is* deficit *I. B. R.* c) *Noram* om. *Goes. L. I. B. R.* d) *quadrigenarum P.* e) *ferocissimarum. L. I. B. R.*

9, 1 ALBANAE ILLAE SORORES) Vide quae modo diximus ad 3, 8, 1,

9, 2 DENAS AMPHORAS) i. e. vicenas vrnas, quae a ternis, quas in iugo praebuerunt, nimis fere longe recedunt. Nimirum in pergula multo commodior est explicandorum palmitum ex vno capite prodeuntium ratio. Quid si tamen pro *denas* putemus scriptum a Columella *senas?* aut si hoc etiam nimium, *quinas*, vel *binas* adeo. In numeris summa librariorum negligentia deprehenditur.

9, 3 VARRO) de R. R. 1, 2, 7 qui laudat Catonem in origg.

9, 3 NISI PVTAMVS) Nic. Heinsius ad Ouid. Her. 4, 111 etiam *nisi putamus* legit e Codice S. Germani, et pro *plane* obseruat esse in eodem codice *palaeae*, pro quo legendum suspicatur, *quae nuper ac modo talea e longinquis etc.* Suffragantur, quod notauimus, alii. Et tamen non placet hic *talea*, nec Literarum *p* et *t* permutatio in his qui dictata scribunt facillima, communissima, hic locum habere videtur.

9, 4 PASTOR ILLE) Tityrus Virgilianus ecl. 1, 23. SCHOETTG.

9, 5 QVADRIGARVM SEMINA) De his equorum nobilium genealogiis vide praeter caeteros Graeu. praef. Thes. IX. antiquitt. Rom. qui laudare etiam poterat illud Martial. 3, 63 *Hirpini veteres qui bene nouit auos.*

9, 5 OLYMPIONICARVM EQVARVM) Nam etiam feminarum equarum haec gloria. vid. ad Varr. 2, 7, 1. Plin. 10, 63 s. 83 *Vicisse Olympia praegnantem Echecratidis Thessali inuenimus.* Talis *etiam fuit, cuius imaginem Olympiae Phormis dedicauit, cuius aeris mixturae affusum hippomanes mares equos ad rabiem coitus agebat*, vt Plinius ait 28, 11 s. 49 de qua etiam Aelian. de animal. 14, 18 et pluribus Pausan. Eliac. 1 extr. p. 176. Add. Salmas. ad Solin. p. 660, a. Apud Plut. Caton. p. 620. H. Steph. ev. mentio fit τῶν Κίμωνος ἵππων, αἳ Ὀλύμπια τρὶς ἐνίκησαν. Neque enim opus est, cum Ms. Vulcobiensi in splendida quae nuper prodiit editione Londinensi legere αἷς. Aelian. de animal. 12, 40 eandem rem narrat, nisi quod Miltiadi tribuit. Μιλτιάδης δὲ τὰς ἵππους τὰς τρεῖς (Leg. τρὶς) Ὀλύμπια ἀνελομένας ἔθαψεν ἐν Κεραμεικῷ. Nimirum ille Miltiades ὁμομήτριος frater est Cimonis, cui hic victoriae primum honorem concesserat. Res est apud Herodotum 6, 103 vbi etiam memorantur αἱ ἵπποι αὗται αἱ τρεῖς Ὀλυμπιάδας

ctis largae vindemiae spem capiamus. Neque est quod temporis [f] tarditas quem-
quam deterreat: nam quidquid morae est, in exploratione surculi absumitur. Cae- 6
terum cum foecunditas vitis comprobata est, celerrime insitionibus ad maximum
numerum perducitur. Eius rei testimonium tu praecipue, Publi [g] Siluine, perhi-
bere nobis potes, cum pulchre memineris, a me duo iugera vinearum intra tempus
biennii ex vna praecoque vite, quam in Ceretano [h] tuo possides, insitione facta con-
summata [i]. Quemnam igitur existimas vitium numerum intra tantundem temporis 7
interseri posse duorum iugerum malleolis, cum sint ipsa duo iugera vnius vitis pro-
genies? Quare si, vt dixi, laborem et curam velimus adhibere, facile praedicta [k]
ratione tam feraces Aminei generis vineas constituemus, quam Biturici, aut basilici [l]:
tantum retulerit [m], vt in transferendis seminibus similem statum caeli, locique et
ipsius vitis habitum obseruemus: quoniam [n] plerumque degenerat surculus, si aut
situs [o] agri, aut aeris qualitas repugnent [p], aut etiam, si ex arbore in iugum defer-
tur. Itaque de frigidis in frigida, de calidis in similia, de vineis [q] in vineas trans- 8
feremus. magis tamen ex frigido statu stirps Aminea potest calidum sustinere, quam
ex calido frigidum. quoniam omne vitis genus, tum maxime praedictum, naturali-
ter laetatur tepore potius, quam frigore. Sed et qualitas soli plurimum iuuat, vt 9
ex macro aut mediocri transducatur in melius. nam quod assuetum est pingui, nullo
modo maciem terrae patitur, nisi saepius stercores. Atque haec de cura eligendi
malleoli generatim praecepimus [r]. nunc illud proprie [s] [specialiter] vt non solum
ex foecundissima vite, sed etiam [t] e vitis parte feracissima semina eligantur.

X. FERACISSIMA autem semina sunt, non vt veteres auctores [a] tradiderunt, extrema pars eius [b], quod caput vitis appellant, id est, vltimum et productissimum flagel-

f) *tempus tardum L.* g) *Publi* deficit *P.* h) *cretano Com.* Sphalma. i) *consummata I. Gr. G. consummataque P. consumata* al. k) *praedictam rationem I. B. R.* l) *balisci Gesf. balistini L.* m) *rettulerit P. rettulit I. B. R.* n) *cum I. B. R.* o) *situ si agri etc. P. situ plaga: ac I. B. R.* p) *repugnat P. repugnet I.* q) *vineis P. Gesf.* r) *praecipimus B. R.* s) *prouide* coni. *Broukh.* t) *et vitis I. B. R.* [C. X.] a) *autores H. Gr. G.* [illegible]*tbores A. autores crediderunt L.* b) *est P. L.*

σπάδας ἀνελόμενον vbi Euagorae Laconis equabus idem contigisse narrat. Quin in vniuersum pronunciat Aelian. de animal. 11, 36 *Αἱ ἵπποι εἰς ἀφροδισίαν ἐπιτηδειότεραι εἶναι πεπίστευνται.* Et Scythae Plinio auctore 8, 42 s. 66 *per bella feminis vti malebant, quoniam vrinam cursu non impedito redduni.* Ideo etiam apud Euripidem Phoeniss. v. 3 Phoebus θοαῖς ἵπποις vtitur. itemque Luna apud Theocr. 2, 148. et Hippolytus apud Euripidem in fabula cognomine v. 1223. add. Wesseling ad Diodor. Sic. 4, 15 n. 74. Occupari video bonam partem horum a Io. Scheff. de re Vehic. 1, 12 p. 149 quo magis illi sua, nobis non animaduersa, relinquimus. Placuit autem hac obseruatione, non maximi alioquin momenti, Plutarchi locum ab emendatione importuna munire.

9, 7 SI AVT SITVS AGRI) Veteres editiones: *si aut situs plaga ac aëris qualitas.* Ego vero sic legerem: *si aut situs plagae, aut agri qualitas repugnent, aut etiam si ex arbore in iugum defertur.* Hac ratione ad ea quae proposuit, omnia respondent, *status coeli ad situs plagae, loci* (status) *ad agri qualitatem, vitis habitus* arbustiuae *in iugum* translatae; idcirco adiecit: *Itaque de frigidis in frigida, de calidis in similia, de vineis in vineas transferemus*; quorum duo prima membra statum plagae indicant, tertium illud respicit *aut etiam si ex arbore in iugum defertur. Agri* vero *qualitatem* significat *sed et qualitas soli plurimum iuuat, vt ex macro aut mediocri transferatur in melius.* PONTED.

9, 8 DE VINEIS IN VINEAS) Quidni etiam de seminario, vel vitiario? Vid. supra 3, 3, 11 et 12 de surculis et viuiradicibus inter ipsos vinearum ordines educandis. Quod Politianus in Mediceo inuenit: *de vineis*, nescio, quam vim habeat. Neque enim scio, an certa sit differentia, quam Carolus Stephanus in vineto adfert, qui hoc vult latius quid et maius significare, vt *vinetum vineas* plures complectatur.

9, 9 SPECIALITER) Hoc est erratum librarii, et videtur legendum *spectabiliter.* VRSIN. Vide lector, an malis nobiscum putare *specialiter* esse glossam τῆς *proprie.* Certe vncinis includendum ob nostram suspicionem censuimus.

10, 1 DVM

flagellum: nam in eo quoque falluntur agricolae. Sed erroris est causa prima species, et numerus vuarum, qui plerumque conspicitur [c] in [d] productissimo [e] sarmento.
quae res nos decipere [f] non debet. id enim accidit [g] non palmitis ingenita fertilitate,
sed loci opportunitate [h], quia reliquas trunci partes humor omnis et alimentum,
2 quod a solo ministratur, transcurrit, dum ad vltimum perueniat. naturali enim spiritu omne alimentum virentis, quasi quaedam anima [i], per medullam [k] trunci, vel
vti per [l] siphonem, quem [m] diabeten [n] vocant mechanici, trahitur in summum:
quo cum peruenerit, ibi consistit, atque consumitur. Vnde etiam materiae vehe-
3 mentissimae reperiuntur aut in capite vitis, aut in crure vicino radicibus. Sed et
hae [o] stirpes, quae e [p] duro citantur [q], duplici ex causa probatae sunt: quod a foetu
vacant, quodque ex proximo terrae integro atque illibato succo aluntur: et illae fertiles ac firmae, quia [r] e tenero prorepunt, et quidquid, vt supra [s] dixi, ad eas alimenti, peruenit, indiuiduum est. Mediae sunt macerrimae, quia [t] transcurrit
4 hinc parte aliqua interceptus, illinc [u] a se tractus humor. Non debet igitur vltimum

c) *prospicitur I. B. R.* d) *in* deest *I. B. R.* e) *prudentissimo P. produtissimo R. podentiss. L.* f) *despicere P.* g) *adcidit non palmites P.* h) *oportunitate I. B. R.* i) *amaena P.* k) *medulam B. R.* l) *per* abest *I. B. R.* m) *que P. quam I. B. R.* n) *chabeten I. B. R.* o) *hae I. B. R.* al. *eae.* p) *e* deficit *I. B. R.* q) *citautur, ac P. vtantur Goes.* r) *qui et tenero P. quae tenero I. B. R.* s) iunct. *I. B. R.* t) *qua I. B. R. quas Goes.* u) *in linc ad se P. ad se* etiam *Goes.*

10, 1 DVM AD VLTIMVM) Videtur legendum *ad vltimam.* deinde sic distinguendum: *Trahitur ad summum: quo cum peruenerit, ibi consistit, atque consumitur.* VRSIN.

10, 3 SED ET HAE STIRPES) Ita reposui autoribus, spero, non inficiandis, neque repugnante Mediceo. Refert autem legi *hae*, vt intelligatur referri ad proxime superiora, et respondere mox *illae*, de quibus initio dictum est.

10, 3 QVAE E DVRO CITANTVR) *Citantur*, i. e. proliciuntur, producuntur, proueniunt: *e duro*, h. e. ex medio stipite, vbi cortex est durus, et contradistinguitur iis, quae *in tenero*, vt infra n. 13, h. e. in summo crescunt, quorum cortex non tam annosus ac durus est. Quintilii Geop. 5, 8 *ἐκ τοῦ μέσου τῆς ἀμπέλου*; noster infra n. 5. *ex duro trunco enatum* et c. 10. *e duro natam virgam* vocat. Vid. Harduinus ad Plin. 17, 21. SCHOETTG.

10, 3 PROBATAE SVNT) Negatiuam particulam *non* verbo *sunt* annectendam arbitror sic: *Sed et eae stirpes, quae e duro citantur, duplici ex causa probatae non sunt.* Eae enim stirpes, pampinaria sarmenta sunt, quae ab omnibus improbantur. De quibus etiam Pallad. 3, 9 haec protulit: *Pampinarius qui de duro nascitur, etiam si attulerit fructus, pro frugifero non est ponendus; in suo enim loco foecundatur, a matre translatus vero tenet sterilitatis vitium, quod nascendi conditione suscepit.* PONTED. Qui faueo mirum quantum viri in summo ingenio doctissimi coniecturis, hic discessionem ab illo facere cogor, post *δευτέρας φροντίδας*, cum iam prurirent digiti, vt negationem insererem. Versatur Columella in remouendis cum ratione illorum sententiis, qui semina vel ex summo cacumine peterent, vel ex his, quae capiti proxima e duro enascuntur: quae autem inter haec extrema interiecta siue media sunt, relinquerent. Vtrumque genus laetum ac vehemens esse fatetur, sed loci esse eam praerogatiuam: illa sarmenta optima, quae medio loco, h. e. incommodissimo, tamen foecunda deprehendantur. Porro e duro enata, capiti proxima, sarmenta ideo ait probata quibusdam, *quod a foetu vacant* illo anno, quibus proinde tanto minus parcitur a putatore, cum contra, quae gemmis oppleta sunt, ad parcendum illum inuitent. Haec si paullo attentius cogitare voluerit Clarissimus vir, et oeconomian huius tractationis considerare, inueniet scio, quo est ingenio, omnia sana esse. Nobis haec talia in mentem venire posse, licet multum hebetioribus, mirum non est, cum diligentia pensare, quod decedit acrimoniae, studeamus: et totos libros plus semel inter se contulerimus.

10, 3 QVIA E TENERO PROREPVNT) Videtur legendum *quae e tenero, quod quidquid etc.* VRSIN. Etiam hic vir doctissimus non attendit, *illae* non esse pronomen antecedens, ad quod *quae* referendum sit; sed ipsum relatiuum ad illas stirpes f. sarmenta, de quibus initio capitis huius sermo fuit. Iam apertum est etiam, cur paullo ante *hae* praetulerimus. Nimirum *hae* prioris generis materias respicit, *illae* posterius commemoratas.

10, 3 INDIVIDVVM EST) In summo enim cum sit, ibi consistit succus, nec iam diuiditur.

10, 3 ILLINC A SE TRACTVS HVMOR) Melior

mum flagellum quaſi foecundum obſeruari, etiam ſi plurimum afferat; ſiquidem loci vbertate in fructum cogitur: ſed id ſarmentum quod media vite ſitum, nec [x] importuna quidem parte deficit, ac numeroſo foetu benignitatem ſuam oſtendit. Hic ſurculus translatus [y] rarius [z] degenerat, cum [a] ex deteriore ſtatu meliorem ſortitur. ſiue enim paſtinato [b] deponitur, ſiue trunco [c] inſeritur, largioribus ſatiatur alimentis, quam prius, cum eſſet in egeno. Itaque cuſtodiemus, vt a praedictis 5
locis, quos humeroſos ruſtici vocant, ſemina legamus: tamen quae attuliſſe fructum antea [d] animaduerterimus [e]. nam ſi foetu vacua ſint, quamuis laudabilem partem vitis nihil cenſemus ad feracitatem conferre malleolo. quare vitioſiſſima eſt eorum agricolarum opinio, qui minimum referre credunt, quot [f] vuas ſarmentum habuerit, dum ex vite fertili legatur et non ex duro trunco enatum, quod pampinarium vocant. Haec autem opinio, quae orta eſt ex inſcitia [g] ſeminum eligendorum, pri- 6
mum parum [h] foecundas vineas, deinde etiam nimis ſteriles reddit. Quis enim omnino iam per tam longam ſeriem annorum agricolae malleolum legenti praecepit [i] ea, quae paullo ante retulimus? Immo quis non imprudentiſſimum quemque, et eum qui nihil aliud operis facere valeat, huic negotio delegat? Itaque ex hac conſuetudine veniunt imprudentiſſimi ad rem maxime neceſſariam, deinde etiam infirmiſſimi [k]. nam et inutiliſſimus quiſque, vt dixi, qui nullum alium laborem ferre queat, huic officio applicatur [l]. Is porro etiam ſi quam [m] ſcientiam eligendi mal- 7
leoli habet, eam propter infirmitatem diſſimulat, aut [n] ſeponit: et vt numerum, quem villicus imperauit, explere poſſit, nihil curioſe, nihil religioſe adminiſtrat: vnumque eſt ei propoſitum, peragere operis [o] ſui penſum: cum tamen, vt et [p] ſciat [q], et quod ſcit [r] exequatur, hoc ſolum praeceptum a magiſtris accepit [s], ne pampinariam virgam deplantet, caetera omnia vt ſeminibus contribuat [t]. Nos au- 8
tem primum rationem ſecuti, nunc etiam longi temporis experimentum, non aliud ſemen eligimus, nec frugiferum eſſe ducimus, niſi quod in parte genitali fructum attulerit. Nam illud quidem [u], quod loco ſterili laetum, robuſtumque ſine foetu proceſ-

x) *nec P.* et *L. ne Goeſ. non* al. y) *transfatus.* z) *minus P. L.* a) *quo in exteriori ſtatu L.* b) *paſtinatio P.* c) *trunto St.* d) *antea* deeſt *P.* e) *animaduertimus P. I.* f) *quod I. B. R.* g) *inſcientia Goeſ. I. B. R.* h) *parant infecundas L.* i) *praeficit P.* k) *in firmiſſimam inutiliſſimus etc. I. B. R.* l) *applicetur I. B. R.* m) *ſi quam* diu. *Gr. G.* n) *ac ſuperponit Goeſ. L. I. B. R.* o) *laboris Goeſ. L. I. B. R.* p) *et* abeſt *I. B. R. H.* q) *ſciat, quod exequatur I. B. R. et quod ſciat ſequatur et Goeſ.* r) *ſciat P.* s) *accipit I. B. R. acceperit Goeſ.* t) *tribuat I. B. R.* u) *quidem* omitt. *I. B. R.*

Melior videtur Pol. *ad ſt.* Intellectus idem: mediis ſtirpibus intercipitur humor ab infimis, detrahiturque a ſummis ad ſe illum trahentibus.

10, 4 VLTIMVM FLAGELLVM) Siue ſummum ſit, ſiue imum.

10, 4 NEC IMPORTVNA QVIDEM) Non opus eſſe puto cauſam adferre, cur codicum Mſſ. ſcripturam vulgatae praetulerim. Recte igitur Cl. SCHOETTG. vidit, nihil opus eſſe VRSINI emendatione, qui ita hunc locum conſtituit: *Si quidem loci opportunitate in fructum cogitur. Sed id ſarmentum, quod media vite ſitum, non opportuna quidem parte deficit, ac numeroſo foetu benignitatem ſuam oſtendit. Hinc ſurculus translatus etc.*

10, 6 INFIRMISSIMI) Apparet dictos hic *infirmiſſimos* pro his, qui fide ſunt vacillante, nec ſatis conſtantiae habent ad laborem perferendum, quo intellectu paſſim *firmus* aut *infirmus* exercitus dicitur. Ad rem noſtram facit praeſertim Cic. fam. 15, 4 verſus fin. *vt ex alieniſſimis ſociis amiciſſimos, ex infideliſſimis firmiſſimos redderem etc.* Ita mox *infirmitatem* dicit noſter, qua voce Caeſar plus ſemel pro leuitate et inconſtantia vſus eſt.

10, 7 VT ET SCIAT) Hanc lectionem non VRSINI tantum, qui ita legi iubet, ingenio deberi, varietas ſupra indicata demonſtrat. Mirifice etiam placet Goeſianum *quod ſciat ſequatur;* licet recipere illud non auſus ſim. eadem ratio eſt τῷ *acceperit*, quod etiam VRSINVS probat.

Ttt 10, 10

processit, fallacem foecunditatis imaginem praefert [x], nec vllam generandi vim pos-
9 sidet. Id procul dubio verum esse, ratio nos admonet, si modo vt in corporibus nostris propria sunt officia cuiusque membri, sic et frugiferarum stirpium partibus propria munia. Videmus hominibus inspiratam velut aurigam rectricemque membrorum animam, sensusque [y] iniectos ad ea discernenda, quae tactu, naribus, auribusque, et oculis indagantur; pedes ad gressum compositos, brachia [z] ad complexum [a]: ac ne per omnes vices ministeriorum vagetur insolenter oratio, nihil aures
10 agere valent, quod est oculorum, nihil oculi, quod [b] aurium; nec generandi quidem data est facultas manibus aut plantis: sed quod hominibus ignotum voluit esse genitor vniuersi, ventre protexit [c]; vt diuina praeditus [d] ratione rerum aeternus [e] opifex, quasi quibusdam secretis corporis in arcano atque operto, sacra illa spiritus elementa cum terrenis primordiis misceret [f], atque hanc [g] animantis machinae spe-
11 ciem effingeret. Hac lege pecudes ac virgulta progenuit, hac vitium genera figurauit, quibus eadem ipsa mater ac parens primum radices velut fundamenta quaedam iecit, vt iis quasi pedibus insisterent: truncum deinde superposuit, velut quandam staturam corporis et habitus: mox ramis diffudit quasi brachiis: tum caules et pampinos elicuit, velut palmas [h]. eorumque alios [i] fructu donauit, alios [i] fronde
12 sola vestiuit ad protegendos tutandosque partus. Ex his igitur, vt supra [k] diximus, si non ipsa membra genitalia conceptu atque foetu grauida, sed tanquam tegmina et vmbracula eorum, quae fructibus vidua sunt, legerimus, vmbrae scilicet
13 non vindemiae laborabimus [l]. Quid ergo est? cur quamuis non sit e duro pampinus sed e tenero natus, si tamen orbus est, etiam in futurum quasi sterilis damnatur a nobis? Modo enim disputatio nostra colligebat vnicuique corporis parti proprium esse attributum officium, quod scilicet ei conuenit; vt malleolo quoque, qui opportuno loco natus est, foecunditatis vis adsit, etiam si interim cesset a partu.
14 Nec ego abnuerim in [m] hoc me institisse [n] argumentari. sed et illud maxime profiteor,

x) *praebet I. B. R.* y) *que* omiss. *I. B. R. sensus in lectos L.* z) *blachia* hic et p. p. *L.* a) *amplexum I. B. R.* b) *est* interpon. *I. B. R.* c) *processit L.* d) *praedicta I. B. R. praedita L.* e) *aeterna L. I. B. R.* f) *ministret L.* g) *hoc animantis imagine specie Gesf. hoc* etiam *L.* h) *palmas eorum. Quae I. B. R.* i) *alius P.* k) *supradiximus* iunct. *I. B. R.* l) *laborauimus P.* m) *in* om. *I. B. R. Gesf. L.* n) *instituisse I. B. R. Gesf. L.*

10, 10 PRAEDITVS RATIONE) *Praedita* lege cum Lips. et construe cum verbis: *elementa spiritus.* SCHOETTG. Suffragantur etiam, quod vidimus, editiones vetustissimae. Sed maluimus tamen, quae vtcunque tolerari possunt, relinquere.

10, 12 MEMBRA GENITALIA) Ita *lumbos vitis* appellat de Arb. 3, 1.

10, 13 QVID ERGO EST? CVR) Difficilior paullo sententia, quam declarare studebimus, ne quis, quod nobis etiam vsu venit initio, ad emendandum, hoc est corrumpendum prouolet. Dixerat Columella §. 8 se semen frugiferum non putare, *nisi quod α) in parte genitali β) fructum attulerit.* Prius de parte genitali declarauerat similitudine corporum animatorum. Sed haec ipsa similitudo iam obiectioni dat occasionem. Si par est genitalium partium in vitibus atque animalibus ratio, cur igitur damnas, Moderate, malleolum bono et genitali loco natum, quia fructum nondum tulit? Nonne genitalibus animalium partibus *foecunditatis vis adest tamen, etsi interim* h. e. interdum *cessent a partu?* Huic obiectioni respondet noster, vt indicet suspicionem tamen esse sterilitatis, sicut sint homines, qui *membrorum omnium numero constante tamen generare non possint.*

10, 14 IN HOC ME INSTITISSE) Probabilior forte plerisque videtur altera Mss. et veterum editionum lectio: *hoc me instituisse.* Sed vulgata etiam nescio quid habet, quod damnare non ausim. Verbum *institisse* ad *instar*, *instantiam* et similitudinem exempli videtur referri: non diffitetur, se in hac ipsa partium genitalium conformatione similitudinis rationem quaesiuisse. Hanc vim habet etiam 3, 13, 3.

10, 14 CA-

teor, palmitem, quamuis frugifera parte enatum, ſi fructum non attulerit, ne vim
quidem foecunditatis habere. Nec hoc illi ſententiae repugnat. nam et homines
quoſdam non poſſe generare, quamuis omnium membrorum numero conſtante,
manifeſtum eſt, ne ſit incredibile, ſi genitali loco virga nata fructu careat, caritu-
ram quoque eſſe [o] foetu. Itaque vt ad conſuetudinem agricolarum reuertar, eiuſ- 15
modi ſurculos, qui nihil attulerint, ſpadones appellant: quod non facerent, niſi
eos ſuſpicarentur inhabiles frugibus. quae et ipſa appellatio rationem mihi ſubiecit
non eligendi malleolos, quamuis probabili parte vitis enatos, ſi fructum non tuliſ-
ſent. quanquam et hos [p] ſciam non in totum ſterilitate affectos. nam confiteor pam-
pinarios quoque, cum e duro prorepſerint [q], tempore anni ſequentis acquirere foe-
cunditatem, et ideo in [r] reſecem ſubmitti, vt progenerare poſſit. Verum eiuſmodi 16
partum comperimus, non tam ipſius reſecis, quam materni eſſe muneris. Nam
quia inhaeret ſtirpi ſuae, quae eſt natura ferax, miſtus adhuc parentis alimentis [s],
et foecundi [t] partus ſeminibus, ac velut altricis vberibus eductus, paullatim fructum
ferre condiſcit. At [u] quae citra [x] naturae quandam pubertatem, immatura atque
intempeſtiua planta direpta trunco, vel terrae, vel etiam ſtirpi reciſae [y] inſeritur,
quaſi puerilis aetas, ne ad coitum quidem, nedum [z] ad conceptum habilis, vim ge-
nerandi vel in totum perdit, vel certe minuit. Quare magnopere cenſeo in eligen- 17
dis [a] ſeminibus adhibere curam, vti fructuoſa parte vitis palmites legamus eos, qui
futuram foecunditatem iam toto [b] fructu promittunt. Nec tamen contenti ſimus
ſingulis vuis, maximeque probemus [c] eos, qui numeroſiſſimis foetibus conſpiciun-
tur. An non [d] opilionem laudabimus ex ea matre ſobolem propagantem, quae ge-
minos enixa ſit; et caprarium ſubmittentem foetus earum pecudum, quae trigemi-
no partu commendantur? videlicet quaſi [e] ſemper ſit [f] parentum foecunditati pro-
les [g] reſponſura. Et nos ſequamur [h] in vitibus hanc ipſam rationem, tanto quidem 18
magis, quod compertum habeamus [i], naturali quadam malignitate deſciſcere [k] in-
terdum, quamuis diligenter probata ſemina: idque nobis poeta velut ſurdis verita-
tis indulget [l] dicendo, *Vidi lecta diu, et multo ſpectata labore Degenerare tamen, ni
vis humana quotannis Maxima quaeque manu legeret: ſic omnia fatis In peius ruere,
ac retro ſublapſa referri.* Quod non tantum de [m] ſeminibus leguminum, ſed in to-
tam [n] agricolationis rationem dictum eſſe intelligendum eſt. Si modo longi tempo- 19
ris obſeruatione comperimus, quod certe comperimus, cum [o] malleolum, qui qua-
tuor vuas tulerit, deputatum, et in terram depoſitum, a foecunditate materna ſic
degenerare, vt interdum ſingulis, non nunquam etiam binis vuis minus afferat. In 20
quantum autem cenſemus defecturos [p] eos, qui binos aut fere ſingulos foetus in
matre

o) *eſſe* abeſt *I. B. R.* p) *ipſos* inſ. *Goeſ.* q) *proreſſerint P. proceſſerint I. B. R. prorepſ. ſementis acquir. L.* r) *in* deeſt *I. B. R. in reſucendum mittit P.* s) *elementis L. I. B. R.* t) *foecundis paſtus L. I. B. R. probat fere Pont.* u) *Atque citra etc. I. B. R.* x) *citra naturae quandam pubertatem* deſunt *P.* y) *recaeſae I. B. R.* z) *ne dum* diuiſ. *I. B. R. I. I. H.* a) *eligendi I. I.* b) *in dato Goeſ.* c) *roebemus L. praebemus P.* d) *non* omiſſ. *I. B. R.* e) *quia ſperes - - prolem reſponſuram Goeſ. et L.* f) *eſt I. B. R.* g) *prolem reſponſuram P.* h) *ſequemur I. B. R.* i) *babeam I. B. R.* k) *deſiſtere L. deſiſcere I. B. R.* l) *inculcet Goeſ.* m) *de* omitt. *I. B. R.* n) *tota agricolatione ſpatione Goeſ. ſationem* coni. *Broukb.* o) *cum I. B. R. Gr.* p) *deſcituros P. deſpecturos I. B. R. deſtitutos L.*

10, 14 CAREAT, CARITVRAM QVOQVE) In diuerſis verbi temporibus quaerenda eſt oppoſitio non in *fructu* atque *foetu*.

10, 18 INDVLGET) Videtur legendum *inculcet* VRSIN. Locus Virgilii, quem citat, extat Georg. 41, 192. SCHOETTG. Add. Cl. Morgagni Epiſt. 1, 7.

matre tulerint, cum etiam feracissimi translationem saepe reformident [q]? itaque hu-
ius rationis demonstratorem magis esse me, quam inuentorem, libenter profiteor:
ne quis existimet, fraudari maiores nostros laude merita. nam id ipsum censuisse [r]
eos non dubium est, quamuis nullo alio sit scripto proditum, exceptis quae [s] retuli-
21 mus metris Virgilii; et hic [t] tamen vt de seminibus leguminum praecipiatur. Cur
enim aut e duro natam virgam, aut etiam ex foecundo malleolo, quem ipsi probas-
sent, decisam sagittam repudiabant, si nihil interesse ducebant [u], ex quo loco semi-
na legerentur [x]? Nunc [y] quia vim foecunditatis certis quasi membris inesse non du-
bitabant, idcirco [z] pampinarium et sagittam velut inutiles ad deponendum pruden-
tissime damnauerunt. Quod si ita est, nihil dubium est multo magis ab his impro-
batum esse [a] etiam illum palmitem, qui frugifero loco natus, fructum non attulis-
22 set. Nam, si sagittam, id est superiorem partem malleoli, vituperandam cense-
bant [b], cum esset eadem pars surculi frugiferi; quanto magis vel ex optima vitis
parte natum flagellum [c], si est sterile, improbatum ab his, ratio ipsa declarat? Nisi
tamen (quod est absurdum) crediderunt id [d] translatum, et abscissum a sua stirpe,
destitutumque materno alimento, frugiferum [e], quod in ipsa matre nequam fuisset.
Atque haec et forsitan pluribus dicta sunt, quam exigebat ratio veritatis: minus ta-
men multis, quam postulabat praue detorta et inueterata opinio rusticorum.

XI. NVNC ad reliquum ordinem propositae disputationis redeo. Sequitur
hanc eligendi malleoli curam pastinationis officium: si tamen ante de qualitate soli
constiterit. nam eam [a] quoque plurimum et bonitati, et largitati frugum conferre,
nihil dubium est. ac [b] prius, quam ipsum perspiciamus, illud antiquissimum cense-
2 mus, rudem potius eligendum agrum, si sit facultas, quam vbi fuerit seges, aut ar-
bustum. nam de vinetis, quae longo situ exoleuerunt, inter omnes auctores constitit,
pessima esse si reserere velimus. quod et inferius solum pluribus radicibus sit impe-
ditum, ac velut irretitum, et adhuc non amiserit virus, et cariem illam vetustatis,
3 quibus hebetata quasi aliquibus venenis humus torpeat [c]. Quam ob causam silue-
stris ager praecipue est eligendus, qui etiam si frutetis aut arboribus obsessus [d] est,
facile extricatur, quod suapte natura quaecunque gignuntur, non penitus, nec in [e]
profundum radices agunt, sed per summum [f] terrae dispergunt, atque deducunt,
quibus ferro recisis, atque extirpatis, parum [g], quod superest, inferioris soli rastris
licet effodere, et in fermentum congerere, atque componere. Si tamen rudis terra
non

q) *formident I. B. R.* r) *sensisse I. B. R. Gesf. L.* s) *quos* vel *quod retulimus P.* t) *hic L.* u) *di-cebant* al. praet. *Gesf. L. I. B. R.* x) *eligerentur I. B. R.* y) *Num I. B. R.* z) *iccirco I. B. R. I. I.* a) *esset P.* b) *ferri* interser. *I. B. R.* c) *fragellum L.* hic et alias not. φραγέλλιον. d) *cum I. B. R.* e) *frugiferos quin ipsam matrem nequam fuisse I. B. R.* [C. XI.] a) *eum* Sphalma *Vict.* et reli. b) *ne plus quam L.* c) *torreat P.* d) *oppressus P. obpressus L.* e) *in* abest Mſ. Heinſ. ad Ouid. met. 2, 583. f) *summam I. B. R.* g) *parum P.*

10, 22 QVOD IN IPSA MATRE NEQVAM FVISSET) Si cuiquam haec vox *nequam* minus placuerit, videat, an potior sit *nunquam* vel *nequaquam*. Nimirum veteres [*puto excidisse* non] crediderunt, sarmentum, quod in sua stirpe nunquam fuisset frugiferum, translatum abscissumque a sua matre fore frugiferum. PONTED. Bona pace viri Celeberrimi eripi non patiar Columellae vocem *nequam*, quae non modo τῷ *frugi* opponitur recte, sed etiam frugifero. Sic *nequam bostum* Catonis et Varronis habuimus.

11, 2 SI RESERERE VELIMVS) Ita videtur legendum VRSINO ex V. C. Sed vbi inuenerit ille *serere*, quam vulgatam lectionem laudat, nescio.

11, 3 QVOD

non sit, proximum est vacuum [h] arboribus aruum. si nec hoc est, rarissimum [i] arbustum, vel oliuetum [k] quod non fuerit maritum, vineis [l] destinatur. Vltima est, vt 4
dixi, conditio restibilis vineae. nam [m] si necessitas facere cogit, prius quicquid est residuae vitis extirpari debet: deinde totum solum sicco fimo, aut, si id non sit, alterius generis quam recentissimo stercorari [n], atque ita conuerti [o], et diligentissime refossas omnes radices in summum regeri, atque comburi: tunc [p] rursus vel stercore vetusto, quia non gignit herbas, vel de vepribus egesta humo pastinatum large contegi [q]. At vbi pura noualia [r] arboribus sunt libera, considerandum est ante, quam 5
pastinemus, surcularis necne sit terra: idque facillime exploratur per stirpes, quae sua sponte proueniunt. Neque enim est vllum [s] tam [diu [t]] viduum solum virgultis, vt non aliquos surculos progeneret, tanquam piros siluestres, et prunos, vel rubos certe. Nam haec quamuis genera spinarum sint, solent tamen fortia, et laeta, et grauida fructu consurgere. Igitur si non retorrida [u] et scabra, sed leuia et nitida, 6
et prolixa foecundaque viderimus, eam intelligemus esse terram surcularem. Sed hoc in totum ad illud, quod vineis praecipue est idoneum, proprie considerandum, vt prius retuli, si facilis est humus, et modice resoluta, quam diximus [x] pullam vocitari: nec quia sola ea [y], sed quia sit habilis maxime vinetis. Quis enim vel me- 7
diocris agricola nesciat, etiam durissimum tophum [z], vel carbunculum, simulatque [a] sunt confracti, et in summo regesti [b], tempestatibus, geluue [c], nec minus aestiuis putrescere caloribus, ac resolui; eosque [d] pulcherrime radices vitium per aestatem refrigerare, succumque retinere? quae res alendo surculo sunt accommodatissimae. Simili quoque de causa probari solutam glaream, calculosumque agrum, et mobilem lapidem: si tamen haec [e] pingui glebae permista sunt, nam eadem ieiuna [f] maxime culpantur. Est autem (vt mea [g] fert opinio) vineis amicus etiam silex, cui 8
superpositum est modicum terrenum, quia frigidus, et tenax humoris per ortum caniculae non patitur [h] sitire radices. Hyginus [i] quidem secutus Tremellium, praecipue montium ima, quae [k] a verticibus defluentem humum receperint [l], vel etiam valles, quae fluminum alluuie [m] et inundationibus concreuerint, aptas esse vineis asseue-

h) *noua tuum L.* i) *rarissimum* deest *I. B. R.* k) *Melius tamen vetus oliuetum* interpon. *Goes. L. I. B. R.* l) *vineisue destinatum* coni. *Broukh.* m) *quam* coni. *Broukh.* n) *stercore L. I. B. R.* o) *conuerrit P. conuerri I. B. R. conuertit L.* p) *Tum I. B. R.* q) *contegit* vel *contegat P.* r) *et ab* interser. *I. B. R. et* inf. etiam *Goes.* et Mſ. Heinf. ad Ouid. Fast. 3, 582. s) *illud L.* t) *diu* om. *L. I. B. R.* u) *retorridet scabras et leuia P. L.* x) *dicimus I. B. R.* y) *ea* omiss. *P.* z) *taphum P.* a) *simulatque si sint L. I. B. R.* b) *resistere te nec minus L.* c) *et gelu I. B. R.* d) *eumque I. B. R.* e) *et I. B. R.* f) *ieiunia I. B. R.* g) *quoque* inf. *Goes. I. B. R.* h) *patiatur I. B. R.* i) *Higinus I. B. R. Higinius* al. *Hyginus Goes.* k) *quod verticibus I. B. R.* l) *reciperent I. B. R.* m) *adiuuet inund. L.*

11, 3 QVOD NON FVERIT MARITVM) Frustra hunc locum explicaueris ex nostris auctoribus. Advocandus Plinius qui 17, 22 f. 35 n. 22 in maritandis vitibus, *Non spernunt* inquit, *plerique fraxinum ficumque, etiam oleam, si non sit vmbrosa ramis.* Adspernatur itaque *oliuetum maritum* Columella, quia *vltima est conditio restibilis vineae.* Conf. f. 2.

11, 4 REFOSSAS OMNES RAD.) Consentiunt in soloecismo libri: et potest fieri, vt ipse Moderatus pro verbo *debet*, quod posuerat, *oportet* in mente habuerit.

11, 6 SED HOC IN TOTVM AD ILLVD) Lego, vt in vetustis codicibus, *sed hoc in totum: at illud quod vineis praecipue est idoneum* etc. PONTED. Obsecutus sum viro Cl. de distinctione: alteram mutationem in medio relinquo. *Ad illud* potest significare quantum ad illud.

11, 6 MODICE RESOLVTA, QVAM) Florentinus Geop. 5, 1 Εὐτροφεῖ ἀμπέλοις γῆ ἡ μελάγγαιος, μὴ δὲ πυκνὴ quae est ipsa haec resoluta. SCHOETTG. add. noster 2, 10, 18: et quae disputauimus ad Caton. 151, 2.

11, 8 VALLES, QVAE — CONCREVERINT)

9 asseuerat[n], me non dissentiente. Cretosa humus vtilis habetur viti: nam per se ipsa
creta, qua vtuntur figuli, quamque nonnulli argillam vocant, inimicissima est: nec
minus ieiunus sabulo, et quicquid, vt ait Iulius Atticus, retorridum surculum facit,
id autem solum vel vliginosum est[o], vel salsum[p], vel amarum etiam, vel siticulo-
sum, et peraridum[q]. nigrum tamen et rutilum sabulonem, qui fit[r] humidae terrae
permistus, probauerunt antiqui. nam carbunculosum agrum, nisi[s] stercore iuues[t],
10 macras vineas efficere dixerunt. Grauis est rubrica, vt idem Atticus ait, et ad com-
prehendendum[u] radicibus iniqua. Sed alit eadem vitem, cum tenuit, verum est in
opere difficilior, quod neque humentem fodere possis, quod sit glutinosissima. nec
nimium siccam[x], quia vltra modum praedura.

XII. SED ne nunc per infinitas terreni species euagemur, non intempestiue
commemorabimus[a] Iulii Graecini conscriptam velut formulam, ad quam posita est
limitatio[b] terrae vinealis. Idem enim Graecinus sic ait: Esse aliquam terram cali-
dam vel frigidam, humidam vel siccam, raram vel densam, leuem aut grauem, pin-
guem aut macram: sed neque nimium calidum solum posse tolerare vitem, quia
inurat; neque praegelidum, quoniam velut[c] stupentes et congelatas radices nimio
frigore moueri non sinat[d]; neque humidum, quoniam cum se promunt vites, modi-
co tepore euocant humorem terrae iusto maiorem, qui putrefacit deposita semina.
2 Rursus nimiam siccitatem destituere plantas dicit[e] naturali alimento, aut[f] in totum
necare, aut scabras et retorridas facere: perdensam humum caelesteis aquas non
sorbere, nec facile perflari, facillime[g] perrumpi, et praebere rimas, quibus sol ad
radices stirpium penetret; eademque velut conclausa et coarctata[h] semina compri-
3 mere atque strangulare: raram supra modum velut per infundibulum transmittere
imbres, et sole ac vento penitus siccari, atque exarescere[i]: grauem terram vix vlla[k]
cultura vincibilem; leuem[l] vix vlla sustineri: pinguissimam et laetissimam luxuria;
macram ac tenuem ieiunio laborare. Opus est[m], inquit, inter has tam diuersas in-
aequalitates magno temperamento, quod in corporibus quoque nostris desideratur,
quorum bona valetudo calidi et frigidi, humidi et aridi, densi et rari, certo et quasi
examinato

n) *de vino L.* o) *est, vel amarum, et vel salsum, vel siticulosum etc. I. B. R.* p) *salsum, amarum etiam Gesf.* q) Sic *Gesf.* et *L. et alii.* r) *fit viuide P. viuidae* etiam *Gesf.* et Heins. ad Ouid. Fast. 3, 238. forte *vuidae.* *Quis fit vuidas L.* s) *nisi si I. B. R.* t) *adiuuas I. B. R. adiuuet Gesf. iuues redi-vinus macras P.* u) *comprendendum I. B. R.* x) *sicca I. B. R.* [C. XII.] a) *commemorauimus P.* b) *imitatio I. B. R. Gesf. estimatio referre terrae etc. P. L.* c) *vel P. vel stupentis vel congelatis nimis frigore L.* d) *sinat: quae tum demum se promunt cum modico tempore* (*tepore L.*) *euocat humorem terrae iusto maiorem putrefacere* (*deposita* inf. *L.*) *semina L. I. B. R.* e) *dicit* om. *L. I. B. R.* f) *vt P.* g) *facile Com. facilime Gr. G. St.* h) *cohortatam I. coartatam B. R.* i) *exolescere I. B. R.* k) *vllam I. B. R.* l) *leuem* om. *L. I. B. R.* m) *est* omitt. *I. B. R.*

RINT) Florentinus: καλλίστη δὲ γῆ, καὶ ἡ ὑπὸ τῶν ῥεόντων ποταμῶν χωσθεῖσα. Vide quae ibi notat vir doctissimus P. Needham. SCHOETTG.

12, 1 LIMITATIO TERRAE VINEALIS) Non permutauerim vocem, parum forte vsitatam, altera, *imitatio*, quae hoc ipso nomine Mstos videtur occupasse, quod notior fuit librario, licet ad hunc locum nihil accommoda. *Limitatio* est definitio, determinatio, vt Varr. 2, 2, 3 *quaestio limitata* esse dicitur. Et ponuntur hic omnino limites quidam intra quos diuersae soli qualitates consistunt. *Aestimatio* codicis Medicei glossa videtur nostrae *limitatio*. sed vnde *referre* nisi forte *ex terrae?*

12, 2 EADEMQVE) *Eandem* vult legi VRSINVS, vt sententia constet. Ego vero *eadem* seruandum puto, aduerbiali intellectu pro simul: *eadem* qualitate, opera, ratione, cet. qua densa humus aquas coelestes et ventum excludit, qua rimas agit, etiam strangulat, semina.

12, 5 VIR-

examinato modo continetur. Nec tamen hoc temperamentum in terra, quae vi- 4
neis destinetur, pari momento libratum [n] esse [o] debere ait, sed in alteram partem
propensius; vt calidior terra sit quam frigidior, siccior, quam humidior, rarior quam
densior, et si qua sunt his similia, ad quae contemplationem suam dirigat, qui vineas
instituet. quae cuncta (sicut ego reor) magis prosunt, cum suffragatur etiam status 5
caeli: cuius [p] regionem, quam spectare debeant vineae [q], vetus est dissensio [r], Saser-
na [s] maxime probante solis ortum, mox deinde meridiem, tum occasum: Tremel-
lio [t] Scrofa praecipuam positionem meridianam censente: Virgilio de industria occa-
sum sic [u] repudiante, *Neue tibi ad solem vergant vineta cadentem:* Democrito et
Magone laudantibus caeli plagam septentrionalem, quia existiment ei subiectas fera-
cissimas fieri [x] vineas, quae tamen bonitate vini superentur. Nobis in vniuersum 6
praecipere optimum visum est, vt in locis frigidis meridiano vineta subiiciantur;
tepidis, orienti aduertantur [y], si tamen non infestabuntur Austris Eurisque [z], velut
orae maritimae in Baetica. Sin autem regiones praedictis ventis [a] fuerint obnoxiae,
melius Aquiloni, vel Fauonio committentur. nam feruentibus prouinciis, vt Aegy-
pto [b], et Numidia [c], vni septentrioni rectius opponentur [d]. Quibus omnibus dili-
genter exploratis, tum demum pastinationem suscipiemus.

XIII. EIVS autem ratio cum Italici generis futuris agricolis, tum etiam pro-
vincialibus tradenda est: quoniam [a] in longinquis [b], et remotis [c] regionibus istud
genus vertendi et subigendi agri minime vsurpatur [d], sed aut scrobibus, aut sulcis
vineae plerumque conseruntur. Scrobibus vineta [e] sic ponuntur [f]. Quibus vitem [g] 2
mos est scrobibus deponere, fere per tres longitudinis pedes [h], perque duos [i] in al-
titudinem, cauato solo quantum latitudo ferramenti patitur, malleolos vtrinque
iuxta latera fossarum consternunt, et aduersis scrobium [k] frontibus curuatos erigunt.
duabusque gemmis supra terram eminere passi [l] reposita [m] humo caetera coaequant:
quae [n] faciunt in eadem linea intermissis totidem pedum scamnis, dum peragant
ordinem. Tum deinde relicto spatio prout cuique mos est vineas colenti, vel ara- 3
tro,

n) *libratam Commel.* Sphalma. o) *esset deberent P.* p) *cuius quam regionem Gesf.* q) *vnice I. B. R.* r) *dissentio P.* s) *Sarsena B. R.* t) *Tremellius I.* u) *sic* om. *Gr.* x) *fieri* deficit *I. B. R.* y) *vertantur I. B. R.* z) *aerisque:* vel *aurisque P.* a) *sunt bis* interp. b) *egypto R.* c) *numidiae I. B. R.* d) *oppenetur I. B. R.* [C. XIII.] a) *cum I. B. R.* b) *partibus* interferunt *I. B. R.* c) *fere* inf. *P. Gesf.* d) *vsurpatus P.* e) *vinea I. B. R.* f) *ponitur I. B. R.* g) *autem I. B. R.* *autem de mensura L.* quae verba ex margine irrepsere. h) *pedes* omitt. *I. B. R.* i) *pedes* infer. *I. B. R.* k) *scrobum P.* l) *passim I. B. R.* m) *reposito Iens.* n) *aeque* iunct. *Brenkb.*

12, 5 VIRGILIO) Ge. 2, 298. SCHOETTG.

12, 5 DEMOCRITO) Geop. 5, 4 ex quo etiam sequentia hausit noster, quibus adde Plin. 17, 2 IDEM.

13 Non iniucundum fuerit obseruare, quomodo hoc caput in suas areolas transtulerit Pall. Ian. 13.

13, 2 PERQVE DVOS IN ALTITVDINEM) Cum scrobes *duos pedes et dodrantem altos* fieri docuisset Columella, id ipsum nempe *dodrantem* desiderari hoc in loco potest, sic: *perque duos et dodrantem in altitudinem cauato solo.* Hoc enim a se constitutum contra Attici et Celsi opinionem 4, 1, 1 ab reprehensione vindicare nititur; idque etiam praecepit 3, 15, 2. PONTED.

13, 2 ADVERSIS SCROBIVM FRONTIBVS CVRVATOS) Ita curuatos sub terra, vt ibi emergant, vbi frontes siue extrema sunt scrobium. Sic noster infra 15, 2 *contrariis frontibus fossarum ad calamos erigantur.* SCHOETTG.

13, 2 TOTIDEM PEDVM) Trium, quot pedes longae sunt fossae, in quarum frontibus aduersis collocati malleoli ita reclinantur, vt radices vtrinque versus mediam primum fossam in pastinato explicare possint. Ita fit, vt capita vitium ternis pedibus inter se distent. Iuxta latera hic est versus mediam fossarum partem. Vid. Ind.

13, 3 RE-

tro, vel bidente, perſequentes [o] ordinem inſiſtunt [p]. Et ſi foſſore [q] tantum terra
verſetur, minimum [r] eſt quinque pedum interordinium, ſeptem maximum: ſin [s]
4 bubus, et aratro, minimum eſt [t] ſeptem pedum, ſatis amplum decem. Nonnulli ta-
men omnem vitem per denos pedes in quincuncem diſponunt, vt more noualium
terra transuerſis aduerſisque ſulcis proſcindatur. Id genus vineti non conducit
agricolae, niſi vbi laetiſſimo ſolo vitis amplo incremento conſurgit [u]. At qui pa-
ſtinationis impenſam reformidant, ſed aliqua tamen parte paſtinationem imi-
tari ſtudent, paribus alternis omiſſis ſpatiis, ſenum pedum latitudinis ſulcos
dirigunt [x], fodiuntque et exaltant in tres pedes, ac per latera foſſarum
5 vitem vel malleolum diſponunt. Auarius quidam [y] dupondio [z] et dodrante altum
ſulcum, latum pedum quinque faciunt: deinde ter tanto amplius [a] ſpatium crudum
relinquunt: atque ita ſequentem ſulcum infodiunt [b]. quod cum per definitum [c] vi-
netis locum fecerint in lateribus ſulcorum viuiradices, vel deciſos quam recentiſſi-
mos palmites nouellos erigunt, conſitis compluribus [d] inter ordinaria ſemina mal-
leolis, quos poſtea quam conualuerint crudo ſolo quod emiſſum eſt, transuerſis
ſcrobibus propagent, atque ordinent vineam paribus interuallis. Sed eae [e], quas
retulimus, vinearum ſationes, pro natura et benignitate cuiusque regionis aut vſur-
6 pandae, aut repudiandae ſunt nobis. Nunc paſtinandi agri propoſitum eſt ratio-
nem tradere. Ac primum ex [f] omni ſiue arbuſtiuo, ſiue ſilueſtri loco, quem vineis
deſtinauerimus, omnis frutex atque arbor erui et ſubmoueri debet, ne poſtea foſ-
ſorem moretur [g], neue iam paſtinatum ſolum iacentibus molibus [h] imprimatur, et
7 exportantium ramos atque truncos ingreſſu proculcetur. Neque enim parum re-
fert ſuſpenſiſſimum eſſe paſtinatum, et, ſi fieri poſſit, veſtigio quoque inuiolatum:
vt mota aequaliter humus nouelli ſeminis radicibus, quamcunque in partem prore-
pſerint [i], molliter cedat, ne incrementa duritia ſua reuerberet, ſed [k] tenero velut [l]
nutritio ſinu recipiat, et caeleſtes admittat imbres, eosque alendis ſeminibus diſpen-
8 ſet, ac ſuis omnibus partibus ad educandam prolem nouam conſpiret. Campeſtris
locus alte duos pedes, et ſemiſſem infodiendus eſt: accliuis regio treis, praeruptior
vero collis vel in quatuor pedes vertendus, quoniam [m] cum a [n] ſuperiore parte in
inferiorem detrahitur humus, vix iuſtum paſtinationi praebet regeſtum [o]: niſi mul-
to editiorem ripam, quam in plano feceris [p]. Rurſus depreſſis vallibus minus alte
duobus

o) *vel ſequentes I. B. R.* p) *inſtituunt Geſ.* q) *foris L. I. B. R.* r) *nimium P.* s) *in I. B. R. ſimbolus et aratriorum L.* t) *eſt* omiſſ. *I. B. R.* u) *ſurgit I. B. R.* x) *derigunt P.* y) *quidem P.* z) *dipondio I. B. R. dupundio P.* a) *amplius* deficit *I. B. R.* b) *infundunt I. B. R. inſindunt Geſ.* c) *deffinitum I. B. R. diffinitum vineis L.* d) *pluribus I. B. R.* e) *hae I. B. R.* f) *vt omnem ſiue arbuſtum ſiue ſilueſtrem locum vineis etc. I. B. R. it. L.* g) *eos ingreſſu* inſ. *L.* h) *mollibus Gr. G.* i) *proceſſerint L.* k) *ne* interpon. *P.* l) *in* inſerit *P.* m) *quia I. B. R.* n) *ab P.* o) *ac* interſ. *I. B. R.* p) *facere I. B. R.*

13, 3 RELICTO SPATIO) Non eo quod *ſcamna* modo vocauit, ſed alio, quod parallelum ſit ordini modo deſcripto.

13, 3 VINEAS COLENTI) Videtur legendum *colendi* VRSINO. Et mihi pruriebat, nondum inſpecto Vrſino, manus, vt hoc admonerem: ſed quidni referatur ad *cuique*?

13, 4 FODIVNTQVE ET EXALTANT) Nimirum regeſta humus ea ipſa re exaltatur. Beroaldus fallitur, puto, qui de inferiori altitudine hoc intelligit, idemque vult *exaltare* hic, quod alias deprimere. Et tamen verum eſt, quo profundius deprimitur foſſa, tanto tolli regeſtam humum, ſuſpendique altius. Conf. §. 9.

13, 5 QVOD EMISSVM EST) Ita libri omnes, ſeu pro *omiſſum* ipſe Columella poſuerit, ſeu antiquiſſimus librarius.

13, 8 CVM — DETRAHITVR HVMVS) Pall. Ian. 13, 7 *ne citius terra decurrat*, qua formula et noſter vtitur 3, 19, 1. Scilicet in locis editioribus a pluuia vel vento deiici poteſt, ſi parum modo terrae rarae et paſtinatione ſuſpenſae adſit: quo facto ſtirpes deſtitui neceſſe eſt.

13, 8 EDITIOREM RIPAM) Metaphora a fluminibus

duobus pedibus deponi vineam non placet. nam praestat non conserere, quam in
summa terra suspendere [q]. Nisi [r] tamen si scaturigo [s] palustris obuia (sicut in agro 9
Rauennate) plus quam sesquipedem prohibeat infodere. Primum autem praedicti
operis exordium est, non vt huius temporis plerique faciunt agricolae, sulcum paul-
latim exaltare, et ita secundo, vel tertio gradu peruenire ad destinatam pastinatio-
nis [t] altitudinem: sed protinus aequaliter linea posita rectis [u] lateribus perpetuam
fossam educere, et post tergum motam humum componere, atque in tantum de-
primere, donec altitudinis mensuram datam ceperit [x]. tum per omne spatium gra- 10
dus aequaliter mouenda linea est: obtinendumque [y], vt eadem [z] latitudo in imo red-
datur, quae coepta est in summo. Opus est autem perito ac [a] vigilante exactore,
qui ripam erigi iubeat, sulcumque vacuari, ac totum spatium crudi soli cum emota
iam terra committi, sicut praecepi superiore [b] libro, cum arandi rationem trade-
rem, monendo [c], necubi scamna omittantur, et quod est durum, summis glaebis
obtegatur [d]. Sed huic operi exigendo quasi quandam machinam commenti maiores 11
nostri, regulam fabricauerunt, in cuius latere virgula [e] prominens ad eam altitudi-
nem, qua deprimi sulcum oportet, contingit summam ripae partem. Id genus
mensurae ciconiam vocant rustici [f]. Sed ea quoque fraudem recipit, quoniam [g] plu-
rimum interest, vtrum eam pronam, an rectam ponas. nos itaque huic machinae
quasdam partes adiecimus, quae contendentium litem disputationemque dirimerent.
Nam duas regulas eius latitudinis, qua [h] pastinator sulcum facturus est in speciem 12
Graecae

q) *respondere.* r) *nisi si tamen – obuia sit I. B. R.* s) *statim vligo L.* bene. t) *pastionis Gr. G. St.* u) *erectis P.* x) *coeperit R. A. G. caeperit I. B.* y) *optinendumque I. B. R.* z) *ea altitudo I. B. R. eadem altitudo P.* a) *et P.* b) *priore P.* c) *monendo* abest *I. B. R.* d) *optegantur P.* e) *virga I. B. R.* f) figuram Ciconiae hic inserunt editt. post *I. B. R.* g) *cum I. B. R.* h) *quae B.* deest *I.*

fluminibus petita, quae quo profundiorem habent alueum, tanto ripa sunt editiore. Caeterum cur profundius pastinandus sit montanus ager, facile patet, si cogites, similem esse triangulo rectangulo, in cuius hypotenusa statuenda cum sint semina non ad angulos rectos cum ipsa hypotenusa, sed ad perpendiculum baseos; patet a parte depressiori laboraturas stirpes, nisi figantur profundius.

13, 9 SCATVRIGO PALVSTRIS) Parum abest quin praeferam lectionem Lips. *statim vligo.* Pallad. l. c. *ager vliginosus, qui humores altius fossus eructat, sicut Rauennatis soli.* Hanc Rauennatis soli naturam, nebulosam ea causa, Plinius etiam commemorat 14, 2 f. 4.

13, 9 PAVLLATIM EXALTARE) Vt alueus quasi et ripa terrae motae non ad perpendiculum descendat, sed oblique ad angulum maiorem minoremue.

13, 9 POST TERGVM) Agitur itaque de fossione, quae fit ligonibus iactatis. Nam qui pala vel bipalio pede presso solum subigunt, retro ipsi euntes a fronte componunt motam humum.

13, 10 RIPAM ERIGI) Vt reddatur scilicet eadem latitudo sulci in imo, quae est in summo: erecta ripa fossae est accliui opposita. Si duarum fossarum in summo se contingentium ripae non erectae sint, sed accliues, relinquetur inter eas scamnum prismatis triangularis forma, cuius cum acutus angulus in summo sit, in imo autem basis, oculis non facile deprehendetur.

13, 10 SVLCVMQVE VACVARI) Hoc eodem pertinet, ne quid crudi soli et non emoti in sulco relinquatur: ita facilius fit, quod statim sequitur, vt *totum spatium crudi* adhuc *soli*, sed iam subigendi, *cum emota iam terra committatur*, neque scamnum inter vtrumque relinquatur. Add. f. 13.

13, 10 SVPERIORE LIBRO) 2, 4, 2 qui locus, cum hoc si conferatur, res magis patescet.

13, 11 IN CVIVS LATERE) Non extremum hac voce signari, sed mediam partem, (quae latus significat nostro, vid. Ind.) non tam figura antiqua ostendit, cui non multum tribuerim equidem, quam *ciconiae* nomen, cuius vim Isidorus declarat (orig. 20, 15) et veteres glossae, cum *tollenonis* faciunt synonymum, cuius formam ignorare nos non passus est Vegetius de re milit. 4, 21 *Quoties vna trabes in terram praealte defigitur, cui in summo vertice alia transuersa trabes longior dimensa medietate connectitur* etc.

13, 11 PRONAM AN RECTAM) Quia prona aut inclinata si defigatur, non tantum spatium emetitur, quam si recte, vel ad perpendiculum.

13, 12 EIVS LATITVDINIS) Obscuriuscula est haec descriptio, vt solent disertissimi alio-

Graecae literae X [i] decussauimus [k], atque ita mediae [l] parti, qua regulae committuntur, antiquam illam ciconiam infiximus, vt tanquam suppositae basi [m] ad perpendiculum normata insisteret: deinde transuersae quae est in latere [n], virgulae fabrilem libellam superposuimus [o]. Sic compositum organum, cum in sulcum demis-
13 sum est, litem domini, et conductoris sine iniuria diducit [p]. Nam stella, quam diximus [q] Graecae literae faciem obtinere, pariter imae fossae solum metitur, atque perlibrat, quia siue pronum, seu resupinum est, positione machinae deprehenditur. quippe praedictae virgulae superposita libella alterutrum ostendit, nec [r] patitur exactorem operis decipi. sic permensum et perlibratum opus [s] in similitudinem veruacti semper

i) *X* deficit *I. B. R. chi literae Goes. littere decu sabimus L.* k) *decusabimus I. B. R.* l) *media I. medie B. R.* m) *vasi L. I. B. R.* n) *altere L. altera I. B. R.* o) *supposuimus* omnes praeter *Goes.* Hic Ciconiae organi compositi figura ins. post *I. B. R.* p) *diducit Goes. deducit* rel. q) *chi* ins. *Goes.* r) *pariter* ins. *I. B. R.* s) *opus* om. *I. B. R.*

quin scriptores in talibus laborare, quod aliquoties in hoc opere experti sumus. sed figura, quam habebant editiones superiores magis etiam hic locus est obscuratus. Conati sumus eam διαγραφῇ aliquantum immutata reddere clariorem. Et reliqua quidem omnia huius ope schematismi ab eo, qui vel mediocriter attendat, intelligi posse arbitror. Illud monendum *latitudinem* hic non dici singularum regularum, sed interualli illius, quod inter extremas et acutas partes diuaricatarum regularum intercedit.





a i et *b g* duae regulae decussatim positae.

g i latitudo sulci { *e g*, *C b*, *f i* } eiusd. profunditas.

C media pars qua committuntur regulae. *e f b* antiqua ciconia. *e f* transuersa in cuius latere *c* est virgula *c b*. *d c* fabrilis libella. *g b i* radii stellae pariter imum fossae metientis.

13, 12 GRAECAE LITERAE X) Graeci ipsi *χιασμὸν* inde et *χιάζειν* dixerunt de decussatione.

13, 12 DECVSSAVIMVS) Obseruanda his, qui libros veteres tractare volunt, scriptura antiquissimarum editionum *decusabimus*, litera duplicanda semel tantum posita; *b* et *v* inter se permutatis, vtrumque in Florentino Pandecte olim viris doctis obseruatum est. Ita paullo post *vasi* habent I. B. R. vbi recte alii *basi*.

13, 12 QVAE EST IN LATERE VIRGVLAE) Ita intelligo. *Deinde virgulae* perpendiculari, *quae est in latere* siue media parte regulae *transuersae, superposuimus libellam fabrilem.* *Superpositam libellam virgulae* ipse deinde dicit l. 13.

13, 12 LIBELLAM SVPERPOSVIMVS) Ita Goes. et ita legendum ipsa ratio iubet; quis enim libellae vsus sub transuersa; cum, quidquid sub ea est, terra figendum sit? Quid quod statim *superposita libella* in omnibus libris dicitur. Adde quod *supposuimus* et *superposuimus* lineola vnica transuersa literae *p*, qua prior notanda est, distant? Itaque bene vidit *superposuimus* legendum Cl. etiam Schoettgenius. Confunduntur ista etiam apud Palladium Ian. 13, 3

13, 13 IN SIMILITVDINEM VERVACTI) h. e. vt nihil crudi soli relinquatur, aut scamni:

per procedit: tantumque ſpatii linea promota occupatur, quantum effoſſus [t] ſulcus longitudinis ac latitudinis obtinet. atque id genus praeparandi ſoli probatiſſimum [u] eſt.

XIV. SEQVITVR opus vineae conſerendae, quae vel vere, vel autumno tempeſtiue deponitur. Vere melius, ſi aut pluuius, aut frigidus ſtatus caeli eſt, aut [a] ager pinguis, aut campeſtris, et vliginoſa planities [b]: rurſus autumno, ſi ſicca, ſi calida eſt aeris qualitas: ſi exilis atque aridus campus; ſi macer praeruptusue collis, vernaeque poſitionis dies fere quadraginta ſunt ab Idibus Februariis vſque in aequinoctium: rurſus autumnalis ab Idibus Octob. in Cal. Decembres. Sationis 2
autem duo genera, malleoli, vel viuiradicis, quod vtrumque ab agricolis vſurpatur, et in prouinciis magis malleoli. neque enim ſeminariis ſtudent, nec vſum habent faciendae [c] viuiradicis. Hanc ſationem cultores Italiae plerique [d] iure improbauerunt, cum plurimis dotibus praeſtet viuiradix. Nam minus interit, cum et calo- 3
rem, et frigus, et caeteras tempeſtates propter firmitatem facilius ſuſtineat: deinde adoleſcit maturius. ex [e] quo euenit, vt celerius quoque ſit tempeſtiua [f] edendis fructibus: tum etiam nihil dubium eſt, ſaepius translatum *. poteſt tamen malleolus protinus in [g] vicem viuiradicis conſeri ſoluta et facili terra. caeterum denſa [h] et grauis, vtique vitem deſiderat [i].

XV. SERITVR ergo prius in emundata, inoccataque, et aequata paſtinatione, macro ſolo, quinis pedibus inter ordines omiſſis; mediocri, ſenis. in pingui vero ſeptenum pedum ſpatia danda ſunt, quo largiora vacent [a] interualla, per quae frequentes prolixaeque materiae diffundantur. haec in quincuncem vinearum metatio expeditiſſima ratione conficitur. quippe linea per totidem pedes, quot deſtinaveris [b] interordiniorum ſpatiis, purpura, vel quolibet alio conſpicuo colore inſuitur. eaque [c] ſic denotata per repaſtinatum intenditur, et iuxta purpuram calamus defigi-

t) *et fuſus* P. L. *vt fuſus* I. B. *infuſus* R. u) *probitatis ſimum eſt* L. [C. XIV.] a) *vt* I. B. R. b) *planities* H. c) *feciendae* H. d) *plaerique* I. B. R. e) *quod euenit* I. B. R. f) *tempeſtiue* I. B. R. g) *inuicem* I. B. R. H. A. h) *denſae gratis* I. B. R. i) *deſyderat* I. I. H. A. Gr. G. [C. XV.] a) *vacent* L. b) *deſtinaueris* P. c) *que* omitt. I. B. R.

ſcamni: ſed agri alterius inſtar glebae vniuerſae moueantur. De *veruacto* v. Ind.

14, 1 SI SICCA) Hoc optimum eſſe ſtatuit Caſſianus Geop. 5, 6. SCHOETTG.

14, 1 RVRSVS AVTVMNALIS) Deſunt ſecundi interualli dies: non enim totidem in vtroque. illi, comprehenſis extremis XL, hi XLVIII. PONTED. 2.

14, 3 TVM ETIAM — TRANSLATVM) Hic locus ita videtur emendandus: *Tum etiam nihil dubium eſt, ſaepius translatam. poſſe tamen malleolum protinus* etc. VRSIN. Deſiderari opinor nonnulla, ſed quae non ita facile aſſequi poſſumus. In nonnullis vetuſtis codicibus variat locus; nam *ſaepius* deficit. PONTED. Quid ſibi velit Vrſini emendatio, me non intelligere fateor. Sed puto omiſſum eſſe aliquod praedicatum, quod vitis ſaepius translatae, (quae ipſa eſt viuiradix) commodum indicet. Ecquod vero illud ſit, equidem non diuinarim.

15, 1 HAEC IN QVINCVNCEM) *Hac* mallit VRSINVS, vt referatur ad *ratione*.

15, 1 LINEA — INSVITVR) *Linea* h. l. notat funiculum, quo aliquid menſurari poteſt, vt oſtendit Salmaſius ad Solinum c. 37. p. 485. Deinde vero ſenſus poſtulat, vt pro *inſuitur* legamus inficitur. SCHOETTG. Quin ſeruandum *inſuitur*. Traiicitur linea per panniculos purpureos aut alterius coloris conſpicui, (panniculi illi etiam extra circumponi poſſunt et *adſui*, vt tamen vis ſua verbo *inſuitur* conſtet) ad eum fere modum, quo illae, quae vocantur *formidines*, pinnis pannisque variis diſtinguuntur. Illi porro panni colorati, dimenſis interuallis adſuti, oſtendunt, quibus locis figendi ſint calami.

2 defigitur [d]. atque ita paribus ſpatiis ordines diriguntur. quod deinde cum eſt factum, foſſor inſequitur, ſcrobemque alternis omiſſis [e] per ordinem ſpatiis a calamo ad proximum calamum non minus altum quam duos pedes et ſemiſſem planis locis refodit [f]: accliuibus in dupondium [g] et dodrantem: praecipitibus, etiam in tres pedes. in hanc menſuram ſcrobibus depreſſis viuiradices ita deponuntur, vt a media ſcrobe ſingulae [h] et in diuerſum ſternantur, et contrariis frontibus foſſarum ad calamos erigantur.
3 Satoris autem officium eſt primum quam recentiſſimam, et ſi fieri poſſit, eodem momento, quo ſerere velit, de ſeminario transferre plantam diligenter exemtam et integram: deinde eam velut veteranam [i] vitem totam exputare, et ad vnam materiam firmiſſimam redigere, nodoſque et cicatrices allevare: ſi quae etiam radices (quod maxime cauendum eſt, ne fiat in eximendo) laborauerint [k], eas amputare: ſic deinde curuatam deponere, ne duarum vitium radices implicentur. id enim vitare facile eſt per imum ſolum iuxta diuerſa latera foſſarum diſpoſitis paucis lapidibus, qui ſinguli [l] non excedant quinquelibrale pondus.
4 Hi videntur (vt Mago prodit) et aquas hiemis, et vapores aeſtatis propulſare radicibus: quem ſecutus Virgilius tutari ſemina et muniri [m] ſic praecipit, *Aut lapidem bibulum, aut ſquallentes* [n] *infode conchas.* Et paulo poſt, — — *iamque reperti Qui ſaxo* [o] *ſuper, atque ingentis* [p] *pondere teſtae* [q] *Vrgerent* [r]*: hoc effuſos* [s] *munimen ad imbres,*
5 *Hoc vbi hiulca ſiti findit canis aeſtifer arua.* Idemque Poenus auctor probat vinacea permiſta ſtercori depoſitis ſeminibus in ſcrobem [t] vires [u] mouere, quod illa prouocent, et eliciant nouas radiculas: hoc per hiemem frigentem et [x] humidam ſcrobibus inferre calorem [y] tempeſtiuum, ac per aeſtatem virentibus alimentum et humorem

d) *inſigitur I. B. R.* e) *omiſſis ordinum ſpatiis I. B. R.* f) *defodit L.* g) *dipondium I. B. R. dupondium P.* h) *ſingula I. B. R.* i) *veteraneam I. B. R.* k) *leuauerint L. I. B. R.* l) *ſingulis P.* m) *munire P.* n) *ſquallentis I. B. ſqualentis R. ſqualentes G.* o) *ſaxa B. R.* om. *P.* p) *ingenti Geſ.* q) *teſtae B. R. teſta Geſ. P.* r) *reurgetur P.* s) *et fuſos Geſ.* t) *ſcrobeam P. L.* u) *vires* om. *L. I. B. R.* x) *vt humum ſcrob. I. B. R.* y) *calorem: tempeſtate ac per etc. I. B. R.*

15, 2 IN PLANIS LOCIS) De hac diuerſitate loci plani, accliuis et praecipitis vid. 3, 13, 8. Modum porro ſcrobis hic propoſitum defendit 4, 1, 1 ſeq.

15, 2 AD CALAMOS ERIGANTVR) Hae ſunt *frontes foſſarum* conf. 4, 4, 1 et 2.

15, 3 EODEM MOMENTO) Geop. 5, 8 Quintilii praecipiunt, παραχρῆμα ἀφαιρεθέντα [τὰ κλήματα] φυτεύεσθαι. προσφυήσεται γὰρ τῇ γῇ τάχιον τὸ προσφάτως τμηθὲν, ὡς ἀδιάπνευστον τυγχάνον. Ita legitur etiam in edit. Cl. Needhami, qui aquam ſibi haerere ait, cum aduerſus Mſtorum conſenſum legi velit Caſaubonus διάπνευστον, Barneſius εὐδιάπνευστον. Nihil ego dubito, quin recte iudicauerit Barneſius, cui ſcilicet vſu ipſo cognitum erat, quod obſeruatum etiam eſt in Palaeographia Graeca Montfauconio, α et ευ infinitis prope locis miſcere librarios. Εὐδιάπνευστον eſt κλῆμα προσφάτως τμηθὲν, h. e. malleolus recens matre ſua auulſus apertos adhuc habet poros, (qui ſiccitate deinde contrahuntur) per quos meare ille *ſpiritus intus alens* poſſit. Quoties *ſpiritus*, et coniugata Graeca pariter ac Latina, de ſubtiliore illa aura corpora viuentia permeante, et humore illa nutricio augente, dicatur, hic referre nihil attinet v. g. Cic. Off. 3, 6 extr. *membra quaedam amputantur, ſi et ipſa ſanguine et tanquam ſpiritu carere coeperunt, et nocent* etc. Pertinet huc quod *tracheas*, arterias aſperas, ſpiritus vias, agnoſcunt in plantis hodierni etiam botanici.

15, 3 NE RADICES IMPLICENTVR) Quod tanto facilius fieri poteſt, quia *a media ſcrobe ſingulas* viuiradices in diuerſum ſterni iuſſit, vt adeo radices ſibi inuicem admoueri neceſſe ſit.

15, 3 DISPOSITIS — LAPIDIBVS) qui quaſi pariete quodam transuerſo interiecto radices diſtineant. De reliquo vſu lapidum vid. Q. Florentinus Geop. 5, 9.

15, 4 VIRGILIVS) Ge. 2, 333 ſq. SCHOETTGEN.

15, 5 VINACEA) Eadem habet Florentinus l. c.

15, 5 QVOD ILLA PROVOCENT) *Illa quod prou.* malit VRSIN.

morem praebere [z]. Si vero solum, cui [a] vitis committitur, videtur exile [b], longius arcessitam pinguem humum scrobibus inferre censet: quod an expediat, regionis annona, operarumque ratio nos docebit.

XVI. EXIGVE humidum [a] pastinatum sationi conuenit: melius tamen vel
arido [b], quam lutoso semen committitur: idque cum supra summam scrobem com-
pluribus internodiis productum est, quod de cacumine superest, duabus gemmis
tantum supra terram relictis amputatur, et ingesta humo scrobis [c] completur. Co-
aequato [d] deinceps pastinato [e], malleolus ordinariis vitibus interserendus est [f]: eum-
que [g] sat erit medio spatio, quod vacat inter vites, per vnam [h] lineam depangere [i].
sic enim melius [k] et ipse conualescet, et ordinariis seminibus modice vacuum solum 2
ad culturam praebebitur [l]. In eadem deinde linea, in qua viuiradix, obtinebit [m]
ordinem suum, praesidii causa, quorum ex numero propagari [n] possit in locum de-
mortuae vitis. Quinque [o] malleoli pangendi sunt per spatium [p] pedis: isque pes
a medio interordinio sumitur, vt ab vtraque parte [q] paribus interuallis distent.
Tali

z) *praebeat I.B.R.* a) *ciuitatis L.I.B.R.* b) *exire Pol.L.* [C.XVI.] a) *midium L.* b) *arido, vel quam luctuoso I.B.R.* c) *scrobibus completis coaequato. Deinceps etc. I.B.R.* d) *coaequato, deinceps H.A. Gr.G.St.* e) *pastinatio I.* f) *est* omiss. *I.B.R.* g) *cumque* Sphalma *Vict.* h) *vnam Mss. imam* editi. i) *depingere Goes. I.B.R. depignere L.* k) *omeli L.* l) *praebebit iter* editi praeter *I.B.R.* qui nobiscum vt et *Mss.* m) *optinet I.B. obtinet R.* n) *propagare* omnes. o) *quippe L.* p) *spatium taleis quae possint a medio internodio sumi, vt etc. I.B.R. spatium paleis. (pleisque L.) quae posit a medio interordinio sumitur L.P. spatium pedale, isque pes ita med. Goes.* q) *parte* om. *L.I.B.R. vite Goes.*

16, 1 PER VNAM LINEAM) Hanc Mstorum omnium Scripturam restituere auctori non dubitauimus: confirmat illam hoc praesertim, quod ait auctor *sat erit:* ita enim excludit plures malleoli pangendi lineas vel ordines. Quid? quod statim caussam subiicit, cur in eadem linea pangendus sit malleolus, in qua est viuiradix, et spatia accuratius designat. Solenne esse librariis *vnum* et *imum* miscere, vt alios taceam, in primis Columellam Lipsiensem, in quo confunduntur aliquoties; ad Silium Italicum obseruatum est a Cl. Drakenborchio.

16, 2 VACVVM SOLVM -- PRAEBEBITVR) Quos duces huius lectionis habeamus, indicatum est. In vulgata adhuc lectione aut *solum* aut *iter* [illegible]. Mutandi occasio fuit, quod ante et post *praebebitur*, actiua verba leguntur ad malleolum relata, quibus conformare etiam medium aliquis voluit.

16, 2 IN EAD. DEINDE LINEA) Haec ita distincta vel confusa potius fuere ad hunc diem: *In eadem deinde linea, in qua viuiradix obtinebit ordinem suum, praesidii causa quorum ex numero propagare possit in locum demortuae vitis, quinque malleoli.* etc.

16, 2 OBTINEBIT) Fere est, vt praeferam etiam hic antiquum *obtinet*. Sermo adhuc est de malleolo, collectiue, vt loquuntur technici, sumto; itaque mirum non est, statim inferri, *quorum ex numero.*

16, 2 PROPAGARI) Audax facinus in vna literula commissum expiabit, spero, ipsa sententia. Causam adfert, cur eadem linea et viuiradices s. vites ordinarias pangi iusserit, et malleolos: nempe *praesidii causa* (vnde *praesidiarii malleoli* dicuntur nostro 4, 15, 1) vt ex eo numero *propagari possit etc.*

16, 2 ISQVE PES A MEDIO) Haec verba, quin adhuc corrupta sint, mihi quidem dubium non est. Sanari posse mihi videntur, si pro *isque* legatur *primusque*; quod eo blandius est, si cogites primam in *isque* literam aliquando forte numeralem fuisse. Si *primus pes a medio* capietur, relinquentur ad capita vitium semipedes vacui. Vox *medio* si non est glossa *interordinii*, certe [illegible] adiecta videtur. Qui rationem nostram, seu Columellae potius, intelligere voluerit, illum poenitere non debet, nobiscum ire ad calculos. Dixit supra 3, 3, 12 et iam statim repetet, XX millia malleolorum se iugero interserere. Iam modus iugeri est 240 pedum longitudinis, latitudinis autem 120. Ponamus porro medium interordiniorum a Columella initio huius capitis traditum, senum nempe pedum: habebimus interualla senum pedum illic quadragena, hic vicena, quae in se ducta dabunt 800. singulis interuallis si demas *vnum pedem* diuidendum ita, vt ab vtraque vite semipedem distet proximus malleolus: relinquuntur quini singulorum interuallorum pedes, quinis conserendi malleolis: qui 25 malleoli in 800 interualla ducti consummant numerum a Columella propositum millium viginti.

 16, 2 AB

3 **Tali consitioni Iulius Atticus abunde putat esse malleolorum [r] sexdecim [s] millia.** Nos tamen plus quatuor millibus conserimus, quia [t] negligentia cultorum magna pars deperit, et interitu [u] seminum caetera, quae virent, rarescunt.

XVII. DE positione surculi non minima disputatio fuit inter auctores. quidam totum flagellum, sicut erat matri detractum, crediderunt sationi conuenire [a]: idque per gemmas quinas, vel etiam senas partiti, complures taleolas terrae mandauerunt [b]. quod ego minime probo; magisque assentior his auctoribus, qui negauerunt esse idoneam frugibus superiorem partem materiae, solamque eam, quae est iuncta cum vetere sarmento probauerunt. caeterum omnem sagittam repudiauerunt.
2 Sagittam rustici vocant nouissimam partem surculi, siue quia longius recessit a matre, et quasi emicuit [c], atque prosiluit [d]: siue [e] quia cacumine attenuata, praedicti
3 teli [f] speciem gerit. Hanc ergo prudentissimi agricolae negauerunt conseri debere: nec tamen sententiae suae rationem nobis prodiderunt; videlicet quae [g] ipsis in re rustica multum callentibus [h] promta erat, et ante oculos pene exposita. omnis enim foecundus pampinus intra quintam aut sextam gemmam fructu exuberat, reliqua parte quamuis longissima vel cessat, vel perexiguos [i] ostendit racemos. quam ob caussam sterilitas cacuminis iure [k] ab antiquis incusata est. Malleolus autem sic ab iisdem pangebatur [l], vt nouello sarmento pars aliqua veteris haereret [m]. sed hanc
4 positionem damnauit [n] vsus. Nam quicquid ex vetere materia relictum erat, depressum atque obrutum, celeriter humore putrescebat, proximasque radices teneras, et vixdum [o] prorepentes [p] vitio suo enecabat [q]: quod cum acciderat, superior pars seminis retorrescebat. Mox Iulius Atticus, et Cornelius Celsus aetatis nostrae celeberrimi auctores, patrem atque filium Sasernam secuti, quicquid residui fuit ex vetere palma per ipsam commissuram [r], qua [s] nascitur materia noua, resecuerunt [t], atque ita cum suo capitulo sarmentum depresserunt.

XVIII. SED

r) *maleorum I. B. R. maleolorum P. malleorum Gr.* s) *sedecim milia P. sexdecim. Illa nos etc.* t) *quim I. B. R.* u) *interitus L.* forte *intersitu.* [C. XVII.] a) *conuenirem P.* b) *oleaster remandauerunt* inf. insulsa praecedentium repetitione *L.* c) *emicuit I. B. R. I. I.* it. *Goes. et L. micuit* alii vid. Ind. d) *prosiliuit I. B. R.* e) *seu I. B. R.* f) *taeli I. B. R.* g) *quia Goes.* h) *callenibs P. callentis L. calentibus I. B. R.* i) *per exiguos* diuisim *R. I. I. H. A. G.* k) *viret L.* l) *pangetur I. B. R.* m) *hereret G.* n) *damnabat I. B. R.* o) *vix dum* diuis. *I. B. R. I. I. H. A.* p) *prorepentis P. properantis I. B. R. pro parentis L. prorumpentes* al. q) *enecarat I. B. R.* r) *commissarum P. comissuram R.* s) *quae I. B. R.* t) *rajerunt L. Goes. I. B. R.*

16, 2 AB VTRAQVE PARTE) Siue legas *parte*, siue *vite*, perinde est. illud certe indicat, semipedem proximum ab vtroque latere *vitis primariae* vacuum a malleolis relinquendum.

16, 3 NOS TAMEN PLVS) *Plus quatuor et viginti millibus* legi vult VRSINVS. Non intellexit rationem loquendi Columellae vir doctissimus, quam nos interpretatos ad 3, 3, 12 iam non poenitet, qui parum aberat, quin induceremus animaduersionem illam, ceu nimis facilem atque obuiam.

16, 3 INTERITV SEMINVM) Si quid bene de hoc capite meruimus, quod nobis quidem videtur, velimus hoc nobis concedi, vt legatur *intersitu*, siue si malis verbum aeque insolitum, sed Columellae etiam alias [3, 21, 6.] vsurpatum, *interiectu*. Mihi prius magis placet, *interitu* certe vox hic nihili est; *intersitu* habet intellectum commodissimum. Nam vbi manu quaedam seruntur, impedimento sunt, ne inualescant herbae aliae. Ipsa insolentia nominis fecit, vt sibi notius substitueret librarius. *Interserere* autem hoc ipso capite Columella dixit.

17, 2 CACVMINE ATTENVATA) Isidorus, qui Orig. 17, 5 pleraque huius definitionis repetit, *cacuminis tenuitate*, non male. SCHOETTG.

17, 4 PROREPENTES) Ita legendum iam vidit Drakenborchius V. C. ad Sil. 13, 332 inuitatus a Codice Sangermanensi, e schedis N. Heinsii, vt opinor, vbi legitur *properentes*; ex quo simul intelligitur, vnde natum fuerit in primis editionibus *properantes*, quod deinde Critici in *prorumpentes* corrupisse videntur.

17, 4 CVM

XVIII. **Sed Iulius Atticus praetorto capito, et recuruato, ne pastinum[a] ef-
fugiat**, praedictum semen demersit[b]. Pastinum vocant agricolae ferramentum bi-
furcum, quo semina panguntur. vnde etiam repastinatae[c] dictae fuere[d] vineae ve-
teres, quae refodiebantur. haec enim propria appellatio restibilis vineti erat; nunc
antiquitatis imprudens consuetudo quicquid emoti soli vineis praeparatur, repasti-
natum[e] vocat. Sed redeamus[f] ad propositum. Vitiosa est, vt mea fert opinio, Iu- 2
lii Attici satio, quae contortis capitibus malleolum recipit, eiusque rei vitandae
non[g] vna ratio est. primum, quod nulla stirps ante quam deponatur vexata et in-
fracta melius prouenit, quam quae integra et inuiolata sine iniuria deposita[h] est:
deinde quicquid recuruum, et sursum versus spectans[i], demersum[k] est, cum tem-
pestiuum eximitur, in modum hami[l] repugnat obluctanti fossori, et, velut vncus
infixus solo, ante quam extrahatur, praerumpitur. nam fragilis est ea parte materia,
qua[m] torta et recuruata cum deponeretur[n], ceperat[o] vitium. propter quod per-
fractam[p] maiorem partem radicum[q] amittit. Sed vt incommoda ista praeteream, 3
certe illud, quod est inimicissimum, dissimulare nequeo, nam paullo ante, cum de
summa parte sarmenti disputarem, quam sagittam dixeram vocitari, colligebam fe-
re[r] intra quintam vel sextam gemmam, quae sint proximae veteri[s] sarmento, fru-
ctus[t] medii. Hanc ergo foecundam partem consumit, qui contorquet malleolum; 4
quoniam[u] et ea pars, quae duplicatur, tres gemmas vel quatuor obtinet, et reliqui
duo, vel tres fructuarii oculi penitus in terram deprimuntur[x], mersique non ma-
terias, sed radices creant. ita euenit[y], vt quod in salicto conserendo vitaueri-
mus[z], id sequamur[a] in eiusmodi malleolo, quem necesse est facere longiorem, si
volumus detortum depangere. nec dubium, quin gemmae cacumini proximae,
quae sunt infoecundae[b], in eo relinquantur, ex quibus pampini[c] pullulant vel ste-
riles, vel certe minus feraces, quos rustici vocant racemarios[d]. Quid? quod 5
plurimum interest, vt malleolus, qui deponitur, ea parte qua est a matre decisus,
coalescat,

[C. XVIII.] a) *pastinatum I. B. R.* b) *emersit I. B. R.* c) *repastinari I. B. R.* d) *sunt I. B. R.* e) *repastinatum L.* f) *redeamus* omitt. *Gesf. I. B. R. I. I.* g) *vt narratio L.* h) *composita I. B. R.* i) *spectat I. B. R.* k) *diuersum I. B. R.* l) *humi I. B. R. vni L.* forte *vnci.* m) *quae I. B. R.* n) *reponeretur I. B. R.* o) *coeperat* praeter St. C. omnes. p) *praefractam P. Gesf.* q) *radicium P.* r) *fere I. B. R. Gesf. L.* alii *fore.* s) *neri P.* t) *fructu P.* u) *cum I. B. R.* x) *deprimantur I. B. R.* y) *euenit. Sed I. B. R.* z) *vitaueramus* post *I. B. R.* a) *Sequamur P.* b) *in foecundae R. I. I.* c) *pampinus pullans vel sterilis P. pampinis pululant I. B. R.* d) *racematorios Gesf.*

17, 4 CVM SVO CAPITVLO) Qui adspexisse vitem curarunt, obseruasse puto, quo loco e veteri sarmento prorumpit nouum, tumorem quendam esse: ille est *capitulum* sarmenti. conf. c. 18, 6.

18, 1 NE PASTINVM EFFVGIAT) sed eo comprehensum deprimi felicius queat. Res ex *pastini* descriptione clara, surculus igitur s. semen recuruatum in ipsa curuatura comprehendebatur pastino atque ita in terram deprimebatur. Non monuissem hoc nimis facile, vt mihi quidem videtur, nisi vidissem virum doctum hic errare potuisse.

18, 3 PAVLLO ANTE) 3, 17, 3.

18, 3 COLLIGEBAM FERE) *Fere* pro vulgato *fore* etiam VRSINVS legi vult, et reliqua vt expressimus. Sed vel sic corruptum manere locum apparet attendenti. Legendum arbitror, *fere intra quintam — gemmam — fructum edi: fructu* habet Pol. Litera *m* adhaesit proximae vocis initio. Quod aliquando cogitabam *fructum metui* pro expectari, sperari, nunc vltro ipse damno.

18, 4 IN SALICTO CONSERENDO VITAVERAMVS) Lego: *in sarmento conserendo etc.* De *salice* enim conserenda lib. 5 agit. PONTED. Praefero lectionem antiquam *vitaverimus*, h. e. vitare consultum fuerit. De salicto enim nihil dum praecessit, de quo demum 4, 30 praecipit, et ne hoc quidem monet. Nimirum hoc ait, ne in stirpe quidem multo viliori consultum fuerit tantum gemmarum sine caussa disperdere.

18, 6 CV-

coalescat, et celeriter cicatricem ducat? Nam si id factum non est, velut per fistulam, ita per apertam vitis medullam nimius humor trahitur, idemque truncum cavat: vnde formicis, aliisque animalibus, quae putrefaciunt crura vitium, latebrae praebentur. hoc autem euenit retortis seminibus. cum enim per exemtionem imae partes eorum perfractae [e] sunt, apertae [f] medullae deponuntur: atque irrepentibus aquis, praedictisque animalibus, celeriter senescunt.
6 Quare pangendi optima est ratio recti malleoli, cuius imum caput, cum [g] consertum est bifurco pastini [h], angustis faucibus ferramenti facile continetur, ac deprimitur: idque sarmentum sic depressum [i] citius coalescit. Nam et radices e capite, qua recisum est, aeque mittit: quae [k] cum excreuerunt [l], cicatricem obducunt, et alioquin plaga ipsa deorsum spectans non tantum recipit humorem, quantum illa quae reflexa et resupina, more infundibuli [m] per medullam transmittit quicquid aquarum caelestium superfluit [n].

XIX. LONGITVDO, quae debeat esse malleoli, parum certa est, quoniam siue crebras gemmas habet, breuior faciendus est: seu raras, longior. attamen nec maior pede, nec dodrante minor [a] esse debet: hic ne per summa [b] terrae sitiat aestatibus; ille ne depressus altius cum adoleuerit, exemtionem difficilem praebeat. sed haec in [c] plano. nam in cliuosis, vbi terra decurrit, potest palmipedalis deponi.
2 Vallis et vliginosi campi situ serimus [d] etiam trigemmem, qui est paullo minor dodrante, longior vtique semipede. isque non ab eo trigemmis dictus est, quod omnino trium oculorum est, cum fere circa plagam, qua matri abscissus [e] est, plenus sit gemmarum [f]; sed quod his exceptis, quibus est frequens in ipso capite, tres deinceps articulos, totidemque gemmas habet. Super caetera illud quoque [g] siue malleolum, siue viuiradicem serentem praemoneo, ne semina exarescant, immodicum ventum, solemque vitare, qui vterque non incommode arcetur obiectu vestis [h], aut
3 cuiuslibet densi tegminis [i]. Veruntamen praestat eligere sationi silentis vel certe placidi spiritus diem. Nam sol vmbraculis facile depellitur. Sed illud etiam, quod nondum [k] tradidimus, ante quam disputationi clausulam imponamus, dicendum est; an [l] plurium generum vites habendae sint, eaeque [m] separatae, et distincte specialiter, an confusae, et mistae cateruatim. Prius differemus de eo, quod primum proposuimus [n].

XX. PRV-

e) *praefr. Gesf. putrefactae I. B. R.* f) *aperte medullae P. aperte medulla Gesf. I. B. R.* g) *cum* om. *L. I. B. R.* h) *pastini angusti I. B. angustini R.* i) *demersum Gesf. L.* k) *aequae P.* l) *creuerunt I. B. R. accreuer. Gesf.* m) *infundibili P.* n) *superfluxit I. B. R.* [C. XIX.] a) *inesse L.* b) *summam I. B. R.* c) *in* abest *I. B. R.* d) *sentitur P. situs patitur Gesf. situ sternitur L.* e) *abscissus I. B. R. H. A.* f) *germinum P. L.* g) *quodque P.* h) *bestiis aut P. bestiis Gesf.* i) *tegminis Gesf. I. B. R. teguminis L.* k) *non dum* diuil. *I. I.* l) *ne an P. Si I. B. R. vniusne an Gesf. ne compluvium L.* m) *aeque I. B. R.* n) *prope fuimus L.*

18, 6 CVIVS IMVM CAPVT) Vid. C. 3, 17, 4 vbi vocat *capitulum*.

19, 2 CIRCA PLAGAM) Videndum, an legi debeat *circa plantam*. VRSIN. Saepissime peccant viri ingeniosi ea re, quod formulas auctoris non ante familiares sibi reddunt, quam ad emendandum aduolant. *Plaga* quam apte huc conueniat, vel Index noster docebit. *Circa plagam, qua matri abscissus est, in ipso capite*, sunt synonyma. Vid. de *capite* ad Col. 3, 17, 4.

19, 3 AN PLVRIVM GENERVM) Quid? si varietates, quas indicauimus, coniungendae, et ita legendum sit: *Vniusne an plurium generum vites habendae sint; et si plurium, eaene separatae.* Sed nec vulgata lectio absurda, quin breuitate ipsa concinnior.

10 Quae

XX. PRVDENTIS igitur agricolae est vitem, quam praecipue probauerit,
nulla [a] interueniente alterius notae stirpe conserere, numerumque quam maximum
eius semper augere. Sed prouidentis est diuersa quoque genera deponere. neque
enim vnquam sic mitis ac temperatus est annus, vt nullo incommodo vexet aliquod
vitis genus. siue enim [b] siccus est; id quod [c] humore proficit, contristatur: seu
pluuius; quod siccitatibus gaudet: seu frigidus et pruinosus; quod non est patiens
vredinis: seu feruens [d]; quod vaporem [e] non sustinet. Ac ne nunc mille tempe- 2
statum iniurias persequar, semper est aliquid [f], quod vineas offendat. igitur si vnum
genus seuerimus, cum id acciderit quod ei noxium [g] est, tota vindemia priuabimur.
neque enim vllum erit subsidium, cui [h] diuersarum notarum stirpes non fuerint.
At [i] si varii [k] generis vineta fecerimus, aliquid ex iis inuiolatum erit, quod fructum 3
perferat. Nec tamen ea causa nos debet compellere ad multas vitium varietates:
sed quod indicauerimus eximium genus, id quantae multitudinis possumus [l], efficia-
mus; deinde quod proximum a primo; tum quod est tertiae notae [m] vel quartae
quoque [n]: eatenus [o] velut lectarum [p] quodam contenti simus tetradio. satis est enim
per quatuor vel summum quinque genera vindemiae fortunam opperiri. De altero, 4
quod mox proposueram, nihil dubito, quin per species digerendae vites disponen-
daeque [q] sint in proprios hortos, semitis [r] ac decumanis distinguendae: nec quod [s]
ipse potueram a meis familiaribus [t] obtinere, vt [u] ante me quisquam eorum, qui
quam [x] maxime id probauerit [y], effecerit [z]. est enim omnium rusticorum operum
difficillimum, quia et summam diligentiam legendis desiderat seminibus, et [a] nonni-
hil discernendis: in quo [b] maxima [c] plerumque felicitate, et prudentia opus est, sed
interdum

[C. XX.] a) *vlla I. B. R.* b) *enim* deficit *I. B. R.* c) *quod humore proficit* om. *I. B. R.* d) *perurens Goes.* e) *saporem L. P. B. R. soporem I.* f) *aliquod I. B. R.* g) *noxum I. B. R.* h) *cui diuersarum notarum stirpes non fuerint* om. *L. I. B. R.* i) *Cui ad si P. quod si L.* k) *varia vineta I. B. R.* l) *possimus P.* m) *notae* om. *I. B. R.* n) *quae P. quodque* rel. o) *catenus athletarum L. Goes.* p) *letarum quoddam contempsimus tetradeo I. B. R. contemsimus tetradio L. quodam tetradeo P. tetartaeo* al. *tetradeo* etiam *Goes.* q) *disponendaeque Goes. L. I. B. R. deponendae* al. r) *seminis I. B. R.* s) *quod nec* coni. *Broukh.* t) *hoc* ins. *P.* u) *aut P.* x) *qua P.* om. *I. B. R.* y) *probabit I. B. R.* z) *efficeret Goes.* a) *et in discernendis I. B. R. et in nihil discernendis P. et in his discernendis Goes.* b) *in quo* omitt. *I. B. R.* c) *maxime pleraque foelicitate et etc. I. B. R.*

20 Quae hic Columella tradit, praecipit etiam Sotion Geop. 5, 16 SCHOETTG.

20, 3 QVOD DEINDE PROXIMVM) Totus hic locus ita videtur legendus: *Quod deinde proximum primo, tum quod est tertiae notae, vel quartae quoque, eatenus vt lectarum etc.* vel ita: *vel quartae, quatenus velut lectarum etc.* VRSIN. Priorem Fuluii coniecturam confirmat Goes. qui ita legit, quemadmodum in textu expressum est: excepto *velut*, quod tamen in *vt* mutandum suadent vestigia Codicis, vbi extat *eatenus athletarum.* SCHOETTG.

20, 3 TETRADIO) Maluimus ita bonis auctoribus scribere, quam seruare illud *tetartaeo*, quod forte ex medicorum ore auditum notius fuit librario, (ceterum hic locum vix inuenit,) quam *tetradium*, quae vox in ipsa Euangelica Apostolorum historia *quaternionem* notat.

20, 4 SEMITIS, AC DECVMANIS DISTINGVENDAE) *Emendo* semitis, *vel* semitanis, *vt ea forma dicat* semitanos falcos, *qua decumani nuncupantur. Plinius hoc idem scribens, dixit,* oportere vineas quintanis semitari, *hoc est, vt in quinto quoque palo singulae iugo paginae includantur. Igitur quod a Plinio dictum est* semitari *verbo elegantissimo, id a Colum. dicitur* semitis, *siue* semitanis distingui. Decumanus *vero* limes *vocatur, qui secat agrum ab exortu, ad occasum: sicut* cardo *appellatur limes per agrum currens a septentrione ad meridiem.* HERO.

20, 4 NEC QVOD IPSE POTVERAM) Scribendum, *neque id ipse potui tamen — probarint.* VRSIN. Locus non satis sanus esse apparet. Mihi hac emendatione atque interpretatione iuuari posse videbatur. *Nec* ideo non dubito distinguendas esse vites, *quod* (h. e. quo vel quasi) *ipse potuerim a meis familiaribus* (villicis, seruis, operis) *obtinere* vt distinguerent semina, *aut* quod *quisquam eorum, qui quam maxime id probauerint, effecerit.*

interdum (quod ait diuinus auctor Plato) rei nos pulchritudo trahit, vel ea conse-
5 ctandi, quae propter infirmitatem commortalis [d] naturae consequi nequeamus. Istud
tamen, si aetas suppetat [e], et scientia facultasque cum voluntate congruant [f], non
aegerrime perficiemus [g]: quamuis non omnino [h] minimo [i] aetatis spatio perseueran-
dum [k] sit, vt magnus numerus per aliquot annos discernatur [l]. neque enim omne
tempus permittit eius rei iudicium. nam vites, quae propter similitudinem coloris,
aut trunci, flagellorumue [m] dignosci nequeunt, maturo fructu foliisque declarantur.
quam tamen diligentiam nisi per ipsum patrem familias [n] exhiberi posse, non affir-
6 mauerim. nam credidisse villico [o], vel etiam vinitori, secordis [p] est, cum quod
longe sit facilius [q], adhuc perpaucissimis agricolis contigerit, vt nigri vini stirpe ca-
reant, quamuis color vuae possit vel ab imprudentissimo deprehendi.

XXI. ILLA tamen vna mihi ratio suppetit, celerrime quod proposuimus effi-
ciendi, si sint veteranae [a] vineae, vt separatorum [b] surculorum cuiusque generis [c]
singulos hortos inseramus: sic [d] paucis annis multa nos millia malleolorum [e] ex insi-
tis percepturos, atque ita discreta semina per regiones confituros, nihil dubito.
2 Eius porro faciendae rei nos vtilitas multis de causis compellere potest: et vt a [f] le-
vioribus incipiam, primum, quod ad omnem [g] rationem vitae, non solum agrico-
lationis, sed cuiusque disciplinae, prudentem delectant impensius ea, quae pro-
priis generibus distinguuntur, quam quae passim velut abiecta, et quodam aceruo
3 confusa sunt. Deinde quod vel alienissimus rusticae vitae, si in agrum tempestiue [h]
consitum [i] veniat, summa cum voluptate naturae benignitatem miretur, cum
istinc [k] Bituricae fructibus opimae [l], hinc pares iis heluolae respondeant: illinc ar-
cellae, rursus illinc spioniae [m], basilicaeue [n] conueniant, quibus alma tellus annua
vice (velut aeterno quodam puerperio) laeta [o], mortalibus distenta musto demittit
vbera. Inter quae [p] fauente Libero foetis [q] palmitibus, vel generis albi [r], vel fla-
ventis ac rutuli [s], vel purpureo nitore micantis, vndique versicoloribus pomis gra-
vidus

d) *commortales I. B. R.* e) *suppetat, facultasque sciacum etc. R.* f) *congruat I. B. R.* g) *perficiamus I. B. R. omnino* om. *Goes.* h) *minime H. A. Gr. G.* i) *perseuerandum. Sed vt etc. L. I. B. R.* k) *digeratur Goes.* l) *flagellarumue G.* m) *patremfamiliae I. B. R.* n) *villicis I. B. vilicis R. vilici P.* o) *socordis I. B. R.* p) *facillius R.* [C. XXI.] a) *veteraneae I. B. R.* b) *separatos sulcorum I. B. R. separatim L.* c) *per* inf. *I. B. R. et Goes.* d) *si I. B. R.* e) *malleorum insitis I. B. R.* f) *albioris L.* g) *omne ratione P.* h) *tam festiue* coni. *Broukh.* festiua sane. i) *consitum* abest *I. B. R.* k) *stingi bituzice fructibus opimis: hic paribus chio (belno L.) respondent (respondit R.) illinc arcela cursus illinc spione valisceue conuertant, quibus etc. L. I. B. R.* l) *opimis Goes.* m) *spione P.* n) *valis.eue P. valiscive L.* o) *laetam bertibus distamusto demit vbera L. I. B. R.* p) *patre* inf. *Goes.* q) *petis L. I. B. R.* r) *alui I. B. R.* s) *rutili* a St. C. omnes.

20, 5 VT NIGRI VINI STIRPE CAREANT) Extremum membrum foede inquinatum existimo; quippe non *stirpe careant*, sed *stirpem calleant* lego: credidit enim Columella perpaucissimis agricolis contigisse, vt vites, quae vuas albas non ferunt, vt sunt *Inerticulae*, *Helucolae*, *Fregelanae*. quo tempore fructu carent ab alterius coloris vitibus internoscerent, *quamuis*, vt ipse ait, *color vuae possit vel ab imprudentissimo deprehendi.* PONTED. Tolerandam censui lectionem vulgatam. Iam non amplius de scientia sermonem esse puto, sed de eius effectu.

21, 1 VT SEPARATORVM) Videtur legendum *vt separatim surculis cuiusque generis singulos hortos inseramus.* VRSIN.

21, 3 ILLINC ARCELLAE) Non *arcellae*, sed *arcelacae* est legendum. Vt cap. 2: *vt omnium, quas cognouimus, copiosissima arcelaca maior.* et rursus: *quae foecunditate iucunditateue arcelacae basilicaeque et bituricae* comparari possit, *generositate vini amineae.* PONTED.

24, 3 VELVT AETERNO) Videtur legendum *velut aeterno quodam puerperio feta, mortalibus — laetis palm.* VRSIN.

21, 4 POE-

vidus collucet [t] autumnus. Sed haec quamuis [u] plurimum delectent, vtilitas tamen 4
vincit voluptatem. Nam et pater familias [x] libentius ad spectaculum rei suae, quan-
to est ea luculentior, descendit; et, quod de sacro numine poeta dicit, *Et quocun-
que deus circum caput egit honestum,* verum [y] quocunque domini praesentis [z] oculi
frequenter accessere [a], in ea parte maiorem in modum fructus exuberat. Sed omit-
to illud, quod indescriptis [b] etiam vitibus contingere potest: illa quae sunt maxime
spectanda, persequar. Diuersae notae [c] stirpes nec pariter deflorescunt, nec ad 5
maturitatem simul perueniunt. Quam ob causam, qui separata [d] generibus vineta
non habet, patiatur alterum incommodum necesse est, vt aut [e] serum fructum cum
praecoque eleuet, quae res mox acorem facit; aut si maturitatem serotini expectet,
amittat vindemiam praecoquem, quae plerumque populationibus volucrum, pluuiis-
que aut ventis lacessita dilabitur. Si vero interiectibus [f] capere [g] cuiusque gene- 6
ris fructum aueat, primum necesse est, vt vindemiatorum aleam [h] subeat: neque
enim singulis totidem antistites [i] dare potest [k], qui obseruent [l], quique praecipiant,
ne acerbae vuae cum [m] maturis demetantur: deinde etiam quarum vitium maturitas
competit, cum diuersae notae sint [n], melioris gustus ab deteriore corrumpitur, con-
fususque in vnum multarum sapor, vetustatis impatiens fit. atque ideo necessitas co-
git agricolam musti annonam expedire [o]: cum plurimum pretio accedat, si venditio
vel [p] in annum, vel in [q] aestatem certe differri [r] possit. Iam illa generum separatio [s] 7
summam commoditatem habet, quod vinitor suam [t] cuique facilius putationem
reddet, cum scit cuius notae sit hortus, quem deputet [u]: idque in vineis [x] conse-
mineis obseruari difficile est; quia maior pars putationis per id tempus administra-
tur, quo vitis neque folium notabile gerit. At [y] multum interest, pluresne an pau-
ciores

t) *collatet I. B. R. conlocet L.* u) *quamuis delectant I. B. R. quamuis plurimi delectant P.* x) *pa-
terfamiliae I. B. R.* y) *Dero P.* z) *praesenti et oculi L.* a) *accersere P.* b) *in descriptis* diuis. omnes.
c) *nota est ripes L.* d) *sperata R. seperata L.* e) *aut fructum praecoquem eleuet I. B. R. fructum tam
praecoque elebat L.* f) *interiectionibus fructum carpere genus vetat, (veris L. vectat L.) primum negli-
gentiae vindemiatoris aleam I. B. R. interiectionibus* etiam *Goes. et L.* g) *carpere I. I.* h) *alecam Iens.*
i) *antistiores P. L.* k) *possit I. B. R.* l) *obseruent praecipiantque I. B. R.* m) *cum maturis I. B. R.* n) *si
non P.* o) *experiri I. B. R. Goes. L.* p) *vel* deest *I. B. R.* q) *in* deest *I. B. R.* r) *deferri* al. *I. B. R.
Goes.* nobiscum. s) *seperatio R.* t) *cuique facilius suam I. B. R.* u) *deputas I. B. R.* x) *non* adiiciunt
post I. B. R. y) *Ac post I. B. R.*

21, 4 POETA) Georg. 2, 392. SCHOETTG. Antea post versum Virgilii interpungebatur. Ego ita intelligo quod de Deo Virgilius, illud Columella de patre familias. Vel *verum* simpliciter notat reditum a parenthesi.

21, 4 INDESCRIPTIS) Res minuta magnam huic loco obscuritatem obiecerat. *Indescriptus* vox rarior, Sidonio tamen Apollinari vsurpata, diuisioni occasionem dedit, fecitque, vt de ea denuo coniungenda non cogitarent eruditi correctores; praesertim cum τῷ *in* separatae locus esse videretur. *In discretis* VRSINVS legi voluit, quod nihilo magis huc conuenit, vbi de contrario *descriptionis* h. e. ordinationis per genera institutae sermo est.

21, 5 CVM PRAECOQVE ELEVET) h. e. capiat, auferat. Sed non dissimulo videri mihi legendum *leuet*, verbum vsurpatum in tali re Palladio, vid. Ind. Ita Vlpian. L. 4 ff. de censibus §. 2 *Agri tributum in eam ciuitatem debet leuari, in cuius territorio possidetur.* Quam late patuerit vocis *leuare* vsus in prouinciis, Italorum, Hispanorum, Gallorum, qui hodie sunt, consuetudo declarat.

21, 7 CVM SCIT CVIVS) *Cum sciet — — deputat* legendum videtur. VRSIN.

21, 7 IN VINEIS CONSEMINEIS) Quem auctoritas primarum editionum non mouet, vt recte et ordine eiectam a nobis negationem putet: at ille ad vsum vocis *conseminens* et *conseminalis* attendat, quem Index noster suppeditabit.

21, 7 QVO VITIS NEQVE FOLIVM NOTABILE) Haec Columella de autumnali putatione intelligit, quae dum administratur, adhuc folia nonnulla licet iam tabescentis viti inhaerent, idcirco ait: *neque folium notabile gerit.*

ciores materias pro natura cuiusque ſtirpis vinitor ſummittat, prolixiſue [z] flagellis in-
8 citet, an [a] anguſta putatione vitem coërceat. Quin [b] etiam quam [c] caeli partem ſpectat genus quodque vineti plurimum refert. neque enim omne [d] calido ſtatu, nec rurſus frigido laetatur, ſed eſt proprietas in ſurculis, vt alii meridiano axe [e] convaleſcant, quia rigore [f] vitiantur; alii Septentrionem [g] deſiderent, quia [h] contriſten-
9 tur aeſtu; quidam temperamento laetentur Orientis, vel Occidentis. Has differentias ſeruat pro ſitu, et poſitione locorum, qui genera per hortos ſeparat [i]. Illam quoque non exiguam ſequitur vtilitatem, quod et laborem vindemiae minorem patitur, et ſumtum. nam et quae matureſcere [k] incipiunt, tempeſtiue leguntur, et
10 quae nondum maturitatem ceperunt vuae, ſine diſpendio differuntur. nec pariter vetus atque tempeſtiuus fructus praecipitat vindemiam, cogitque plureis operas quantocunque pretio conducere. Iam et illud magnae dotis eſt, poſſe guſtum cuiuſque generis non miſtum ſed vere merum condere, ac ſeparatim reponere, ſiue eſt ille Bituricus, ſeu baſilicus, ſeu ſpionicus [l]. quae genera cum ſic diffuſa [m] ſunt, quia nihil interuenit diuerſae naturae, quod repugnet, per [n] potus tamen nobilitantur. neque enim poſt annos quindecim, vel paullo plures deprehendi [o] poteſt [p] igno-

z) *proliſue R.* a) *an* defic. *I. B. R.* b) *Quin etiam* omitt. *I. B. R.* c) *caeli quam I. B. R. caeli quamquam P.* d) *omni* omnes. e) *ac ſe P. ac ſi L.* f) *ſunt calidiores: alii I. B. R. nos calidiores: alii P. niſi calidiores alii L.* g) *ſeptentrione P.* h) *qui P.* i) *ſeperat R.* k) *putreſcere (quireſcere) P. putreſcere* etiam *Rob. St.* iuſſu *Victorii* in emendandis. l) *ſpinoſus L. I. B. R.* m) *diuiſa poſt I. B. R.* n) *perpetue I. B. R. perpetuus L. per potus famam* coni. *Broukh.* o) *deponendi L.* p) *poſſit L. I. B. R.*

Nam cum verno tempore putatur, ſilent vites, gemmis nondum explicatis. Porro tum, quod vitis magis fructu dignoſcitur quam foliis, tum etiam, quod τὸ *neque* alterum *neque* exigere ſolet, facile adducor, vt ſuſpicer, haec deſiderari: *neque fructum*, ad hunc modum: *Quia maior pars putationis per id tempus adminiſtratur, quo vitis neque fructum neque folium notabile gerit etc.* Hoc autem ex his, quae 4, 10 ab eodem collata ſunt, patet clarius: *Vbi vero aprica loca ſunt, molleſque hyemes, optima et maxime naturalis eſt autumnalis* (putatio) *quo tempore diuina quadam lege et aeterna fructum cum fronde ſtirpes deponunt.* PONTED. Ego putabam *neque* hic poni, vt alias pro *ne quidem*, vbi alterum *neque* non deſideratur.

21, 8 NEQVE ENIM OMNI) *Omne* legi vult VRSIN. Quid ſi legamus: *neque omne* (genus) *calido ſtatu; neque rurſus frigido laetatur*, praecedit enim: *Quin etiam quam coeli partem ſpectat genus quodque vineti, plurimum refert.* PONTED. *Omne* ego etiam adſcripſeram, ante aliquanto, quam Vrſini aut Pontederae notas vidiſſem. Non dubitaui proinde literulam vnam iudicio hominum trium temporibus et locis ita disiunctorum, duorum certe doctiſſimorum, vnius in hoc labore non indiligenter verſati, condonare.

21, 9 QVAE MATVRESCERE INCIPIVNT) Rob. Stephanus ex veteri codice aliam depromſit lectionem, *nam et quae putreſcere incipiunt.* Sed haec vitioſa apparent: recte quippe in editis libris habemus *matureſcere*, etenim quae matureſcit prima, prima legitur, et per gradus reliquae. nullus namque tam vecors eſt colonus, qui vuas in vite putreſcere patiatur, praeſertim, vt docuit Columella, in ſuum quodque genus vitibus digeſtis. PONTED. Neſcio vnde in Calepinum et inde in reliqua Lexica venerit verbum *reſtio*, *reſtire*, quod huic loco tribuunt, et explicant, *ad referendum laborandum colendumue aptum eſſe.* Eſt etiam in Gloſſ. *Reſtire* ἀναμφισβητεῖν. Et putat Martinius, *reſtire* poſſe eſſe *reſtare*, vt *obſtare*, *obſtire*, et ſpeciatim *reſtare in vſum et culturam.*

21, 9 TEMPESTIVE) Neſcio cur VRSINVS voluerit legi *intempeſtiue*. an vt ſignificaret mature nimis, ante tempus? Sed vel ſic cogitare poterat de *epulis tempeſtiuis*.

21, 10 SPIONICVS) Ex *ſpinoſus* antiquorum librorum Beroaldus emendauerat *Spionius*.

21, 10 DIFFVSA SVNT) Proprium in vino verbum, quod agnoſcunt etiam Goeſ. et Lipſ. *Diuiſa* qui ſcripſit, notius verbum poſuit, quod referret ad genera vitium.

21, 10 PER POTVS TAMEN) Mendum eſt manifeſtum. videtur legendum: *per vetuſtatem nobilitantur*, vel *perpetuitate nob.* Prior lectio confirmatur loco ſimili [3, 2, 19] *et ad bonitatem aliquam per annos venit.* Poſterior ex 4, 20, 1 in quo ſic habetur: *Id non ſolum ad ſpeciem plurimum refert, ſed ad vbertatem, et ad firmitatem perpetuitatemque etc.* VRSIN. Ego poſteriorem Vrſini

ignobilitas in gustu: quoniam [q] fere omne vinum [post [r] id tempus] eam qualitatem
sortitur [s], vt vetustate acquirat bonitatem. Quare, vt dicere instituimus, vtilissi- 11
ma est generum dispositio, quam si tamen obtinere non possis, secunda est ratio, vt
diuersae notae non alias conseras [t] vites, quam quae saporem consimilem, fructum-
que maturitatis eiusdem praebeant. Potes [u] iam (si te cura pomorum tangit [x]) vlti-
mis ordinibus in ea vineti fine, qua subiacet septentrionibus, ne cum increuerint
obumbrent, cacumina ficorum, pirorumue et malorum, depangere, quae vel inse-
ras interposito biennii spatio, vel si generosa sint, adulta transferas. Haec de po-
sitione vinearum. Superest pars antiquissima, vt praecipiamus etiam cultus earum,
de quibus sequenti volumine pluribus differemus [y].

q) *cum I. B. R.* r) *post id tempus* om. *L. I. B. R.* recte! s) *sortitum est I. B. R.* t) *conseris P.* u) *Possis I. B. R. Posses P.* x) *tangat I. B. R.* y) *dixerimus L.* nimirum saepe *x* pro *ss* ponit.

* Vrsini coniecturam adscripseram olim, adiecta ratione tali: *perpetue* habent antiquae editiones; quod nunc *tamen* est, altera pars nominis fuit scripta obscurius.

L. IVNII MODERATI COLVMELLAE
DE RE RVSTICA
LIBER QVARTVS

CAPVT I.

Cvm de vineis conferendis librum a me ſcriptum, Publi Siluine, compluribus
agricolationis ſtudioſis relegiſſes [a], quoſdam repertos eſſe ais [b], qui caetera
quidem noſtra praecepta laudaſſent, vnum tamen atque alterum reprehendiſſent:
quippe ſeminibus vineaticis nimium me profundos cenſuiſſe fieri ſcrobes adiecto do-
drante [c] ſuper altitudinem bipedaneam [d], quam Celſus et Atticus prodiderant [e]; ſin-
gulasque viuiradices ſingulis adminiculis parum prudenter contribuiſſe, cum per-
miſerint iidem [f] illi auctores minore ſumtu geminis [g] diductis [h] duo continua per or-
dinem veſtire pedamenta: quae vtraque [i] ambiguam [k] magis habent aeſtimationem,
2 quam veram. Etenim (vt quod prius propoſui, prius refellam) ſi contenti bipeda-
nea ſcrobe futuri ſumus, quid ita cenſemus altius paſtinare tam humili [l] menſura
vitem poſituri? Dicet aliquis, vt ſit inferior tenera ſubiacens terra, quae non ar-
3 ceat, nec duricie [m] ſua repellat nouas irrepentes radiculas [n]. Iſtud quidem contin-
gere poteſt etiam, ſi ager bipalio [o] moueatur, et deprimantur ſemina [p] in regeſto,
quod eſt fermentatum, plus dupondio [q] ſemiſſe. nam ſemper in plano refuſius [r]
egeſta humus [s] tumidior [t] eſt, quam gradus ſoli crudi. Nec ſane poſitio ſeminum
ſibi

VARIETAS LECTIONIS.

[C.I.] a) *praelegiſſes* coni. *Broukh.* b) *ais* defic. *P. L.* c) *adrantei P. adrantici L.* d) *bipedaneum P.* e) *prodiderunt I. B. R.* f) *idem B. R. idem illa Ienſ. iisdem Gr.* g) *geminis materiis ductis Goeſ. gemmis diductis* al. h) *deductis I. B. R.* i) *reprehenſio — habet Goeſ.* k) *abiaram magis habet P. niſi antiquitus ita dicere ſolitus erat* inſ. *L.* l) *humilis menſura vite imponitur L.* m) *duricia B. R. duritie I. I, duritia H. A.* n) *At iſtud Vrſ.* ex *V. C.* o) *bipedalio P.* p) *ſcrobis L. I. B. R.* q) *dipondio I. B. R. depondeo L.* r) *refuſos: ſed L. I. B. R. Goeſ.* s) *humo I. B. R.* t) *humidior I. B. R.*

Lib. IV. Hic liber ſurcularis ſecundus vocatur in Cod. Mediceo. Vid. prooem. lib. de Arboribus.

1, 1 GEMINIS DIDVCTIS) Goeſiani codicis auctoritas cum ad rationem accederet, quae *gemmas* neque *diduci* poſſe neque *deduci* intelligit, recepi *geminis.* Quod autem idem liber adiicit *materiis*, illud, ſi forte interpretandi cauſa adiectum ſit, hic potius, quam inter certa Columellae verba ſtare volui. Nam ſolere hunc Codicem interpolare, in proximo exemplum eſt. Sunt autem *geminae materiae* vel *viuiradices* bifurcae, duo flagella ex vno capite exeuntia, quae *diducta* cum ſunt, *duo* pedamenta poſſunt veſtire.

1, 3 ISTVD QVIDEM CONTINGERE POTEST ETIAM) Incidi poſt *etiam*, ne quis ad proximum *ſi* adiungens totum locum obſcuret. Iuſſerat noſter 3, 15, 2 viuiradicibus ponendis fieri ſcrobes in ſolo ante repaſtinato. His ſcrobibus in plano dederat duos pedes ſemiſſem. Nimium profundi videntur quibusdam ſcrobes. Columella, Cur igitur, inquit ita profunde repaſtinamus, niſi aeque profunde deprimenda ſunt ſemina? Reſpondent qui reprehenderant, hoc ideo fieri, vt ſit ſubiecta mollis terra, in quam irrepere poſſint radiculae. Hic Moderatus, *Iſtud quidem contingere poteſt etiam* in ſcrobe duorum pedum et ſemiſſis *ſi ager bipalio moueatur*, ſic enim *fermentatum* ſolum, et ipſa paſtinatione ac regeſtione intumeſcens, altius eſt *dupondio* h. e. duobus pedibus et ſemiſſe, relinquitque adeo tamen radiculis locum, quo irrepant. De *gradu* vid. Ind.

1, 4 AD

sibi [u] altum cubile substerni desiderat: verum abunde est semipedaneam consitis 4
resolutam vitibus terram subiicere [x], quae velut hospitali, atque etiam materno sinu recipiat incrementa virentium. Exemplum eius rei capiamus in arbusto,
vbi cum scrobes defodimus, admodum exigui pulueris viuiradici [y] subiicimus. Ve- 5
rior igitur causa est, depressius pastinandi, quoniam [z] iugata vineta melius consurgunt [a] altioribus demissa [b] scrobibus. nam bipedanei [c] vix etiam prouincialibus agricolis approbari possunt [d], apud quos humili statu vitis plerumque iuxta terram coercetur, cum [e] quae iugo destinatur [f], altiore fundamento stabilienda sit: et [g], si
modo [h] scandit excelsius, plus adiumenti [i] terraeque desiderat. Et ideo in mari- 6
tandis arboribus nemo minorem bipedanea [k] scrobem vitibus comparat. Caeterum illa parum prosunt [l] agricolarum studio praecipua [m] commoda humilis positionis, quod et celeriter adolescant semina, quae non fatigantur multo soli pressa pondere, fiantque [n] vberiora, quae leuiter [o] suspensa sunt [p]. Nam vtraque ista Iulii Attici ratio conuincitur [q] exemplo arbustiuae positionis, quae scilicet multo validiorem fertilioremque stirpem reddit; quod non facerent, si (non [r]) laborarent altius de-
mersa [s] semina. Quid [t], quod repastinata humus, dum est recens soluta laxaque [u], 7
velut fermento quodam intumescit? cum deinde [x] non longissimam cepit [y] vetustatem, condensata subsidit [z], ac velut innatantes radices vitium summo solo [a] destituit? Hoc autem minus accidit nostrae sationi [b], in [c] qua maiore mensura vitis demittitur. Nam quod in profundo semina frigore laborare dicuntur, nos quoque
non [d] diffitemur. Sed non est dupondii [e] et dodrantis altitudo, quae istud efficere 8
possit; cum praesertim, quod paullo ante retulimus [f], depressior arbustiuae vitis satio tamen effugiat praedictum incommodum.

II. ALTERVM illud, quod minori impensa [a] duos palos vnius seminis flagellis [b] censent maritari, falsum [c] est. Siue enim caput ipsum demortuum est, duo viduan-

u) *post I. B. R.* x) *subiacere I. B. R.* y) *viuiradicis I. B. R,* z) *cum I. B. R.* a) *consurgant I. B. R.* b) *dimissa I. B. R.* c) *bipedaneae I. B. R.* d) *possint P.* e) *Cumque* omnes. f) *destinetur I. B. R.* g) *et* abest *I. B. R.* h) *quando* inserunt *I. B. R.* i) *alimenti I. B. R. I. I. H. A. Gr. G.* recte *alimentis L.* k) *pedaneam L. I. B. R.* l) *prudens L. I. B. R.* m) *esse* ins. *L. I. B. R.* n) *fiant quae P.* o) *leniter Goes. Gr. libenter L.* p) *sint I. B. R. sit L.* q) *comminatur I. B. R.* r) *non* om. coni. *Broukh.* s) *demersae P.* t) *Quicquid repastinati humus I. B. R.* u) *laxataque Goes. I. B. R.* x) *dein denuo Goes.* coni. *Broukh.* y) *coepit I. B. R. congelauit L.* z) *subsidii I. B. R.* a) *sole I. B. R.* b) *sationi I. I.* c) *in* om. *L. I. B. R.* d) *non* om. *L. I. B. R.* e) *dipondii I. B. R. dupundii P.* f) *tulimus I. B. R.* [C. II.] a) *pensa P. L.* b) *flagelliscent maritari P. vnius fragellissent L.* c) *falsissimum sine L. I. B. R.*

1, 4 ADMODVM EXIGVI PVLVERIS) Placet VRSINI coniectura, *exiguum pulueris.*

1, 5 CVM QVAE IVGO DESTINATVR) Felix VRSINI emendatio pro vulgato *cumque iugo.* Sed etiam legendum videtur in fine periodi *desideret.*

1, 5 NEMO MINOREM BIPEDANEA) *Tripedanea* legendum putat VRSIN. Sed vid. Col. 5, 6, 18.

1, 6 QVOD NON FACERENT, SI [NON] LABORARENT) Negationem tollendam censet VRSINVS. Expungendam arbitror negatiuam particulam. propterea quod minime laborant arbores, idcirco fertiliores et validiores surgunt; si laborarent, infirmiores essent et infoecundae. PONTED.

1, 7 CVM DEINDE NON) *Dein denuo* legendum censet Broukhulius. Sed, quod pace manium tanti viri dictum sit, si abesset negatio, inferenda potius esset, quam quae adest, tollenda.

2 In titulo antiquo fuit: *Non oportere vnius viuiradicis duos palos vestire.* Ego sic emendarem: *Non oportere vnius viuiradicis flagellis duos palos vestire.* Huiusmodi enim argumentum deducitur ex ipso Columella, qui ita incipit: *Alterum illud, quod minori impensa duos palos vnius seminis flagellis censent maritari falsum est.* In Vatic. cod. non *flagellis* legitur, sed *materiis.* PONTED.

2, 1 ALTERVM ILLVD) Respicit ad duas obiectiones, quas motas suis praeceptis esse, 4, 1, 1 commemorauit.

2, 1 VI

viduantur [d] ſtatumina, et mox [e] viuiradices totidem ſubſtituendae [f] ſunt, quae numero ſuo rationem cultoris onerant: ſiue viuit [g], et vt ſaepe venit [h], vel nigri eſt generis, vel parum fertilis, non in vno, ſed in pluribus pedamentis fructus claudicat. quanquam etiam generoſae [i] ſtirpis vitem ſic in duos palos diuiſam rerum ruſti-
2 carum prudentiores exiſtimant minus fertilem fore; quia [k] cratem factura [l] ſit. Et idcirco [m] veteres vineas mergis propagare potius, quam totas ſternere, idem ipſe Atticus praecipit: quod mergi mox facile radicantur, ita vt quaeque [n] vitis ſuis radicibus tanquam propriis fundamentis innitatur. Haec autem, quae toto proſtrata corpore cum inferius ſolum quaſi cancellauit [o], atque irretiuit, cratem facit, et pluribus radicibus inter ſe connexis angitur [p], nec aliter quam ſi [q] multis palmitibus
3 grauata deficit. Quare per omnia praetulerim duobus potius ſeminibus depoſitis, quam vnico periclitari, nec id velut compendium conſectari, quod in vtramque partem longe maius afferre poſſit diſpendium. Sed iam prioris libri diſputatio repetit a nobis promiſſum ſequentis exordium.

III. IN omni genere impenſarum, ſicut ait Graecinus, plerique noua opera fortius auſpicantur, quam tuentur perfecta. Nam quidam [a], vt inquit, ab inchoato [b] domos extruunt, nec peraedificatis cultum adhibent. Nonnulli ſtrenue fabricant nauigia, nec conſummata [c] perinde inſtruunt [d] armamentis miniſtriſque. Quoſdam emacitas in armentis, quoſdam exercet in comparandis mancipiis: ſed [e]
2 iisdem tuendis, nulla cura tangit. Multi [f] etiam beneficia quae in amicos contulerunt, leuitate deſtruunt. Ac ne iſta, Siluine, miremur, liberos ſuos nonnulli nuptiis votisque quaeſitos auare nutriunt, nec diſciplinis, aut caeteris corporis excolunt [g] inſtrumentis. Quid iis [h] colligitur? ſcilicet plerumque ſimili genere peccari etiam ab agricolis, qui pulcherrime poſitas vineas, antequam pubeſcant, variis ex
3 cauſis deſtituunt. Alii ſumtum annuum refugientes, et hunc primum reditum certiſſimum exiſtimantes, impendere nihil, quaſi plane fuerit neceſſe vineas facere, quas [i] mox auaritia deſererent. Nonnulli magna potius, quam culta vineta poſſidere pulchrum eſſe ducunt. Cognoui iam plurimos, qui perſuaſum haberent agrum bonis

d) *induantur I. B. R. videantur* Sphalma *Gr.* e) *vox I. B. R.* f) *ſubſtituenda I. B. R.* g) *lenit I. B. R. liniit L. tenuit Goeſ.* h) *euenit Goeſ.* i) *genera I. B. R.* k) *qui I. B. R.* l) *fractura I. B. R.* m) *iccirco I. B. R. I. I. H. A.* n) *quae P.* o) *congelauit I. B. R.* p) *an igitur P.* q) *ſit* coni. *Vrſinus.* [C. III.] a) *quidam, inquit. ab L. P. quidam ab inboato I. B. R.* b) *incobato I. I. G.* c) *conſumata I. B. R. I. I.* d) *inſtruuntur P.* vt interier. *L.* e) *de tuendis I. B. R.* recte. f) *Multa I. B. R.* g) *vt* interponit *P.* h) *bis I. B. R.* i) *quam me.*

2, 1 VIDVANTVR) Debetur haec lectio Beroaldo. Certe ille ita legendum vidit. „Corrige, „inquit, *viduantur.* nam cum arbores et pali „decenter dicantur vitibus maritari, decenter „quoque dicentur *viduari*, quando vitis emori„tur, quae inſtar mariti eſt.„ Admodum credibile eſt emendationem ab ingenio, vt apparet, Beroaldi profectam, confirmatam poſtea ab libris.

2, 1 VIVIRADICES TOTIDEM) Quin vna, quae duo flagella citauerit. Quidni enim primam poſitionem imitetur illa inſtauratio et quaſi interpolatio? Scilicet vel tali experimento monitum binas viuiradices poſiturum agricolam, ponit Columella.

2, 1 ET VT SAEPE VENIT) *Saepe euenit* ingenioſe coniicit PONTEDERA, cui, vt obſeruauimus, concinit liber Goeſianus.

2, 1 QVIA CRATEM FACTVRA SIT) H. e. quia ſpiritus ille intus alens et nutricius ſuccus non, quod fit ordinarie in ſtirpibus, ad perpendiculum adſcendit, ſed prius tranſuerſam et parallelam horizonti lineam peragere cogitur, quae duae directiones cratem quaſi efficiunt. Illud fit etiam in vite ſtrata, de qua ſtatim. Vid. omnino Col. 4, 26, 2 vbi habes huius periphraſin.

4, 1 PRIO-

bonis ac malis rationibus [k] colendum [l]. At ego, cum omne genus ruris, nisi diligenti [m] cura, sciteque [n] exerceatur, fructuosum [o] esse non posse iudicem, tum vel maxime vineas. Res enim est tenera, infirma, iniuriae maxime impatiens, quae plerumque [p] nimio labore [q], et vbertate consumitur, peritque [r], si modum non adhibeas, foecunditate sua. Cum tamen aliquatenus se confirmauit, et veluti iuuenile robur accepit, negligentiam sustinet. Nouella vero, dum adolescit [s], nisi omnia 5
iusta perceperit, ad vltimam redigitur maciem, et sic intabescit, vt nullis deinceps impensis recreari [t] possit. Igitur summa cura ponenda sunt quasi fundamenta, et vt membra infantium a primo statim die consitionis formanda: quod nisi fecerimus, omnis impensa in cassum recidat, nec praetermissa cuiusque rei tempestiuitas reuocari queat. Experto mihi crede, Siluine, bene positam vineam bonique generis, et bono cultore, nunquam non cum magno foenore gratiam reddidisse. Idque [u] 6
non solum ratione, sed etiam [x] exemplo nobis idem Graecinus declarat eo libro, quem de vineis scripsit, cum refert ex patre suo saepe se audire solitum, Paridium [y] quendam Veterensem vicinum suum [z] duas filias, et vineis consitum habuisse fundum; cuius partem tertiam nubenti maiori filiae dedisse in dotem, ac nihilo minus aeque magnos fructus ex duabus partibus eiusdem fundi percipere solitum. minorem deinde filiam nuptui [a] collocasse in dimidia parte reliqui agri, nec sic ex pristino reditu detraxisse. Quo [b] quid coniicit? nisi [c] melius scilicet postea cultam esse tertiam illam fundi partem [d], quam antea vniuersam [e].

IV. Et nos igitur, Publi [a] Siluine, magno animo vineas ponamus, ac maiore studio colamus. quarum consitionis sola illa commodissima ratio est, quam priore tradidimus exordio, vt facta in pastinato scrobe, [tota [b]] vitis a media fere parte sulci prosternatur, et ad frontem eius ab imo vsque recta materies erigatur [c], calamoque applicetur. id enim praecipue obseruandum est, ne similis sit alueo scrobs, sed vt expressis angulis velut ad perpendiculum frontes eius dirigantur. Nam vitis 2
supina, et [d] velut recumbens [e] in alueo deposita, postea [f] quum ablaqueatur, vulneribus

k) *sationibus* Gesn. l) *esse* adiiciunt I. B. R. m) *diligentis* P. n) *aeque* I. B. R. o) *fructui* Gesn. I. B. R. p) *plerumque* deest I. B. R. q) *nimia labores vbertate; consumitur enim peritque* Gesn. recte. r) *peritque* deest L. B. R. *enim* L. s) *adulescit* L. I. B. R. t) *recitari* L. u) *Ideoque* I. B. R. x) *etiam* abest I. B. R. y) *Papirium* P. *Papirum* L. *Parisium* Gesn. z) *sibi* P. a) *nuptu* B. R. *nuptam* P. b) *quod quid conuincit?* Gesn. L. c) *nisi* om. I. B. R. d) *partem* omitt. I. B. R. e) *vniuersa sunt* I. B. R. [C. IV.] a) *Publi* om. Gesn. *Siluine* om. L. I. B. R. b) *tota* om. Gesn. I. B. R. c) *exigatur* P. Gesn. d) *et velut recumbens* desunt I. B. R. e) *recubans* P. f) *posteaquam* omnes.

4, 1 PRIORE EXORDIO) hoc est 3, 15, 2 et 3. *Exordium* esse nostro librum in Indice obseruatum est.

4, 1 [TOTA] VITIS — SVLCI PROSTERNATVR) Totam vitem prosterni in scrobe quis probauerit? Nonne in titulo dicitur: *Prosterni vitem in scrobem, et recuruatam vsque ab imo solo rectam calamo applicare oportere?* Totam igitur vitem prosterni non oportet. Emendanda itaque haec ex Iensonianis et Bruschianis libris? *vt facta in pastinato scrobe vitis a media fere parte sulci prosternatur.* Eodem fere modo lib. 3. cap. 15. loquitur Columella: *in hanc mensuram scrobibus depressis, viuiradices ita deponuntur, vt a media scrobe singulae et in diuersum sternantur, et contrariis frontibus fossarum ad calamos erigantur.* At totam vitem prosternere idem Columella cap. huius libri 2, 2 apertissime improbauit. Id et Palladius de Columellae sententia ad hunc modum confirmat: *mergis* (vetus vinea) *melius reparabitur, quam si infossione totius corporis obruatur quod agricolis certum est displicere — Nam (vt ait Columella) cum totae stratae sunt plurimis radicibus totius corporis fatigantur.* PONTED.

4, 1 VELVT AD PERPENDICVLVM) Hoc est illud γράμμα ὄρθιον 3. a Xenophonte commendatum Oecon. p. 570. πλείονας γὰρ ἂν αἱ ὀφθαλμοὶ κατὰ γῆν εἶεν κ. τ. λ.

4, 2 POSTEA QVVM ABLAQV.) Ita rescripsi

ribus obnoxia eſt. Nam [g] dum exaltare fortius [h] orbem ablaqueationis foſſor ſtu-
det, obliquam vitem plerumque ſauciat [i], et non nunquam praecidit [k]. Meminerimus ergo vſque ab imo ſcrobis ſolo rectum adminiculo ſarmentum applicare, et
ita in ſummum perducere. Tum caetera, vt priore libro praecepimus. Ac [l] de-
inde duabus gemmis ſuper extantibus terram coaequare. Deinde malleolo inter or-
dines poſito crebris foſſionibus paſtinatum reſoluere [m] atque in puluerem redigere.
3 Sic enim malleoli [n], et viuiradices, et reliqua ſemina, quae depoſuerimus, conua-
leſcent, ſi [o] mollis ac tenera humus nullis herbis [p] irrepentibus humorem ſtirpibus
praebuerit: nec duritia [q] ſoli nouellas adhuc plantas velut arcto [r] vinculo compreſſerit.

V. NVMERVS autem vertendi ſoli bidentibus (vt verum fatear) definiendus non eſt, cum [a] quanto crebrior ſit, plus prodeſſe foſſionem conueniat. Sed quoniam impenſarum ratio modum poſtulat, ſatis plerisque viſum eſt, ex Calendis Martiis vſque in Octobres [b] trigeſimo [c] quoque die nouella vineta confodere, omnesque herbas, et praecipue gramina extirpare, quae niſi manu eliguntur [d], et in ſummum [e] reiiciuntur, quantulacunque [f] parte adobruta [g] ſunt, reuiuiſcunt, et vitium ſemina ita perurunt, vt ſcabra atque retorrida [h] efficiant.

VI. EA porro ſiue malleolo, ſeu viuiradice depoſuimus, optimum eſt ab ini-
tio ſic formare, vt frequenti pampinatione ſuperuacua detrahantur [a]; nec patiamur
plus quam in vnam materiam vires et omne alimentum conferre. primo tamen bini
2 pampini ſubmittuntur, vt ſit alter ſubſidio, ſi alter forte deciderit. Cum deinde
paullum

g) *Quom P. quam* adhaerens τῷ *poſtea omnes.* h) *fortius* omitt. *P. Geſ.* i) *Sautiat B. R.* k) *praecedit I. B. R.* l) *Et duabus I. B. R.* m) *perſoluere I. B. R.* n) *opimi I. B. R. optime Geſ. motum L.* o) *ſimul ac P. ſi mollis ſimulat L.* p) *herens* inſer. *P. L.* q) *duricia I. B. R.* r) *arto I. B. R. arto alio v. L.* [C. V.] a) *cum I. B. R.* b) *Octobrem I. B. R.* c) *triceſimo I. B. R.* d) *leguntur* coni. *Vrſin. v. et Burm.* ad Virg. Georg. 2, 407. e) *fundum L.* f) *quantum ad cunque P.* g) *obruta I. B. R.* h) *torrida I. B. R.* [C. VI.] a) *detrahamur P.*

ſcripſi pro vulgato *poſteaquam*, quod hic locum habere poſſe non puto.

4, 2 ORBEM ABLAQVEATIONIS) Legendum videtur *ſcrobem*. Nam *orbem*, quod eſt in vulgatis, manifeſtum erratum. VRSIN. Sed quidni *orbem* dicat illam aream, quae in ablaqueatione refoditur? Rotundum certe ſpatium ipſa ſtirpium et ablaqueationis natura deſiderat. Quid quod Graecorum conſuetudo γυρὸν, (quam ἀπὸ τοῦ γύρου minuta diſtinxit ſedulitas, etymon quidem non ſuſtulit) γυροῦν et γύρωσιν hic agnoſcit? Quamquam in Lexicis nondum ea res ſatis declarata eſt. Operae igitur pretium fuerit inſpexiſſe Arati v. 9 Καὶ φυτὰ γυρῶσαι καὶ σπέρματα πάντα βαλέσθαι. Vulgo vertunt *ſcrobibus defodere plantas.* Neque nego γυρὸν etiam *ſcrobem*, rotundum nempe, dici poſſe: certe Euſtathius p. 1864, 5 οἱ δὲ παλαιοί φασιν, inquit, ὅτι γυροὶ λέγονται οἷς τὰ φυτὰ ἐμβάλλουσι. Γυρὸν voluiſſe ὀξυτόνως, ſermo illius declarat. Sed audiamus Scholiaſten, τὸ γυρῶσαι φυτεῦσαι, ἢ βόθρον ὀρύξαι, ἐν ᾧ τὰ φυτὰ κατατίθεται. ἢ καλῶς περισκάψαι, ὥστε τὰ φυτὰ περιλαβεῖν κύκλῳ τῇ γῇ περὶ τὴν ἀναφόρησιν — ἢ γυρῶσαι τουτέστι κύκλῳ τῶν φυτῶν γῆν σωρεῦσαι. Apparet dubium pependiſſe bonum virum, et diſiunxiſſe quae coniungenda erant; vim quidem *orbis* et *circuli* recte vidit, nec non illud de plantis iam poſita et conſtituta agi etiam poſſe. Caeterum, qui melius iſta ſcire debent, Geoponici Graeci, plantae ponendae βόθρον aſſignant, credo ſemper, γυρὸν poſitae. Sotion 5, 20 Γυρώσομεν δὲ, τουτέστι περισκάψομεν etc. conf. c. 21 et diſertiſſime Anatolius 5, 26 vbi etiam γυρὸν ſemel iterumque appellat. In vitis cura haec omnia: ſed etiam in oleis 9, 9 et 10 τοῦ γυρῶσαι et τῆς γυρώσεως ita mentio ſit, vt planiſſime appareat, quae Latinis ablaqueatio eſt, eam Graecis ruſticis eſſe γύρωσιν. Quin ipſe Moderatus noſter 5, 9, 17 *altis gyris ablaqueari oleas* praecipit. Quae cum ita ſint, relinquamus homini Graece doctiſſimo, ſuum *ablaqueationis orbem*, cui cum *gyro* illo optime conuenit.

5 IN SVMMVM REIICIVNTVR) Lipſ. *fundum*, vnde forte coniicere poſſes *fimum* SCHOETTG. Videtur ipſe Columella repugnare huic mutationi, verbis quae ſequuntur. *In ſummum reiiciuntur ea*, quae nulla *parte ſunt adobruta.*

6, 3 QVA-

paullum induruere [b] virgae, tum deteriores [c] singulae detrahuntur. Ac ne [d] quae
relictae sunt procellis ventorum decutiantur, molli et laxo vinculo adsurgentes [e]
subsequi conueniet, dum clauiculis suis quasi quibusdam manibus adminicula [f] com-
prehendant. Hoc si operarum penuria facere prohibet [g] in malleolo, quem et 3
ipsum pampinare [h] censemus: at certe in ordinariis vitibus vtique obtinendum [i] est,
ne pluribus flagellis emacientur, nisi si propaginibus futuris prospiciemus [k]: sed vt
singulis materiis seruiant, quarum incrementa elicere [l] debebimus [m], applicato
longiore adminiculo, per quod prorepant in tantum, vt sequentis anni iugum exsu-
perent, et in fructum curuari possint. Ad quam mensuram cum increuerint [n], ca- 4
cumina infringenda sunt, vt potius crassitudine conualescant, quam superuacua lon-
gitudine attenuentur. Idem tamen sarmentum, quod in materiam submittimus, ab
imo [o] vsque in tres pedes et semissem pampinabimus, et omnes eius intra id spatium
nepotes enatos saepius decerpemus [p]. Quidquid deinde [q] supra germinauerit, in- 5
tactum relinqui [r] oportebit. Magis enim conuenit proximo autumno falce deputari
superiorem partem, quam aestiuo tempore pampinari. quoniam [s] ex eo loco, vnde
nepotem ademeris, confestim alterum fundit: quo enato, nullus relinquitur oculus
in ipsa materia, qui sequenti [t] anno cum fructu germinet.

VII. OMNIS autem pampinationis ea est tempestiuitas, dum adeo teneri pal-
mites sunt, vt leui tactu digiti decutiantur. Nam si vehementius induruerint [a], aut
maiore nisu [b] conuellendi sunt, aut falce deputandi; quod vtrumque vitandum est.
alterum, quia lacerat matrem, [si reuellere coneris] alterum, quia sauciat, quod in
viridi, et adhuc stirpe immatura fieri noxium est. Neque enim eatenus plaga con- 2
sistit [c], qua vestigium fecit acies: sed aestiuis caloribus falce vulnus penitus impres-
sum [d] latius inarescit ita, vt non minimam partem de ipso matris corpore enecet [e].
Atque ideo si iam caulibus duris falcem adhibere [f] necesse est, ii [g] paullulum ab ipsa
matre recidendi [h], et velut reseces relinquendi sunt, qui caloris excipiant iniuriam,
eatenus

b) *induere* P. c) *deteriores* om. *Gesn.* *I. B. R.* d) *neque* P. e) *ad surgentis I. B. R.* f) *admini-
cula I. B. R.* g) *prohibebis P.* h) *pampinari* coni. *Broukh.* i) *optinendum I.* k) *efficiemus P. prospi-
ciemus efficiemus L.* l) *eligere* omn. m) *debemus P.* n) *excreuerint P. increuerint cacumina: in-
fringendi I. B. R.* o) *vno I. B. R.* p) *discerpimus I. B. R. descerpemus P.* q) *inde P.* r) *relicta por-
tauit P.* s) *cum I. B. R.* t) *sequente I. B. R.* [C. VII.] a) *indurnerunt I. B. R.* b) *nixu I. B. R.*
c) *constitit I. B. R.* d) *impressum: et laxius inharescit: ita non etc. P. impressum: et lamis inhaerescit:
vt ita non I. B. R.* e) *neces I. B. R.* f) *adhiberi I. B. R.* g) *id L. I. B. R.* h) *recidendum est
L. I. B. R.*

6, 3 QVARVM INCREMENTA ELIGERE) Videtur legendum *elicere.* sic enim alibi dixit VRSIN. Locus est 4, 7, 3 vbi etiam vetustae editiones *eligendi* habent. Et quis numeret, quoties hae literae confundantur? Itaque obtemperauimus viro doctissimo, quin ipsi, quod nobis certe ita videtur, rationi.

6, 3 SEQVENTIS ANNI) Quid si *sequenti* h. e. altero, a quo consitae sunt, *anno?* Sed *sequentis anni iugum* etiam intellexisse potest noster, ad quod ordinaria cultura sequenti demum anno peruentura erat vitis. vid. 4, 7, 3 et 4, 20, 2.

7, 1 [SI REVELLERE CONERIS] Haec adiecticia videntur VRSINO, et nobis glossa, quare inclusimus.

7, 2 VESTIGIVM FECIT) *Fixit* habet Codex Arundellianus. Sed Cicero et Virgilius receptam lectionem tuentur. Wasse ad Sall. lib. 2 fragm. p. 292. SCHOETTG.

7, 2 INARESCIT) *Increscit* videtur legendum VRSINO, in quo fateor mihi aliter videri. Haec est noxa scilicet vulneris, quod locus sauciatus *inarescit*, et quidem latius etiam, quam vulnus ipsum pertineat. Vulnerata stirpe, exstillant humores per aperta venarum oscula, continens non amplius est cortex; quae res ariditatem inducit vtraque. Huc etiam pertinet, quod

eatenus qua [i] nascuntur a latere palmites [k]. vltra enim non serpit vaporis violentia.
3 In malleolo similis ratio est pampinandi, et in longitudinem eliciendi [l] materiam, si eo velimus anniculo [m] vti, quod ego saepe feci. sed si propositum est vtique recidere, vt bimo [n] potius vtamur, cum ad vnum pampinum iam redegeris, et [o] ipse excesserit pedalem longitudinem, decacuminare conueniet, vt in [p] ceruicem potius confirmetur, et sit robustior. Atque haec positorum seminum prima cultura est.

VIII. SEQVENS deinde tempus (vt prodidit [a] Celsus, et Atticus, quos in [b] re rustica maxime nostra aetas probauit [c]) ampliorem [d] curam deposcit. Nam post Idus Octobris, prius quam frigora inuadant, vitis ablaqueanda est. quod opus adopertas [e] ostendit aestiuas radiculas, easque prudens [f] agricola ferro decidit. Nam si passus est conualescere, inferiores deficiunt, atque euenit vt vinea summa parte terreni radices agat, quae et frigore infestentur, et caloribus maiorem in modum
2 aestuent, ac vehementer [g] sitire matrem in ortu caniculae [h] cogant. Quare quicquid intra [i] sesquipedem natum est, cum ablaqueaueris, recidendum est. Sed huius non eadem ratio est [k] amputandi, quae traditur in superiori parte vitis. Nam minime adleuanda [l] plaga est, minimeque applicandum ferramentum ipsi matri: quoniam [m] si iuxta truncum radicem praecideris, aut ex cicatrice plures enascentur [n], aut hiemalis, quae [o] ex pluuiis consistit in lacusculis ablaqueationis, aqua, brumae congelationibus noua vulnera peruret, et ad medullam [p] penetrabit [q], quod ne fiat, recedere [r] ab ipso codice [s] instar vnius [t] digiti spatio conueniet, atque ita [u] radiculas praeci-

i) *quae P.* k) *palmitis* post *I. B. R.* l) *eligendi I. B. R.* m) *anniculo L. P. Gesf. adminiculo* al. n) *bino* omn. *bimo Gesf. L.* o) *si* interpon. *P.* p) *inter vitem P. et Gesf. conueniet ceruicem, vt inter vitem Lips.* [C. VIII.] a) *prodit I. B. R.* b) *iure maxime I. B. R. L. Gesf.* c) *post idus Octobr.* inseritur *P.* d) *ampliorem curam deposcit. Nam* abest *I. B. R.* e) *adapertas P. Gesf.* f) *frundens P. frondes L.* g) *ventu enentur P.* h) *ortum* interser. *P.* i) *in sesquipede I. B. R. intra sesquipede P.* k) *quae* inser. editi post *I. B. R.* om. etiam *L.* et *Vrsin.* l) *ablaqueanda Gesf. I. B. R.* m) *cum I. B. R.* n) *nascentur L. I. B. R.* o) *quae ex pluuiis consistit in lacusculis* om. *Gesf. I. B. R.* p) *medulam B.* q) *penetrauit I. B. R.* r) *recidere* omnes. s) *codicem statuimus dig. Spatio: conuen. I. B. R.* t) *inus P.* u) *ita* om. *P. Gesf.*

statim *relinqui reseces quasi* iubet, *qui caloris excipiant iniuriam etc.*

7, 2 NASCVNTVR — PALMITES) Reuocaui lectionem primarum editionum. Signare vult Columella quam longi quasi reseces palmitum decisorum relinquendi sint, ad primum nimirum nodum, vnde enascuntur noui palmites siue nepotes. Ille *vnguis* longior, (ita enim vocant rustici latini, vid. Ind.) custodit vitem, ne vulnus palmitis abscissi ei noceat, deinde cum induruit resecandus cum aliis sarmentis aridis et inutilibus. vid. Col. 4, 24, 8.

7, 3 SI EO VELIMVS ADMINICVLO VTI) Τὸ *eo* ad malleolum refertur, nequaquam ad adminiculum, ideoque *in* praemittendum videtur: *si in eo velimus adminiculo vti*, qua particula supra quoque vsus fuit: *In malleolo similis ratio est pastinandi.* PONTED. Mihi videtur omnino legendum, vt expressimus e tribus Mss. *Anniculo* opponitur mox *bimus*; *vt bimo potius vtamur.* Qui emendationem nostram reiiciet, eam certe gratiam a nobis ineat, vt doceat, quid sibi velit *bino*, quod est in editis. *Anniculam* vitem commendat noster etiam paullo post 4, 10, 2. Conf. quae diximus ad 4, 6, 3.

8, 1 ADOPERTAS) Intellige, ante ablaqueationem. Alioquin clarior est altera, quam supra indicamus lectio, *adapertas*. Id ipsum est enim *ablaqueare* an *oblaqueare*? lacu facto aperire radiculas.

8, 2 RECEDERE AB IPSO CODICE) Ita legendum etiam censet VRSINVS, qui comparat 4, 16, 2 *pedali tamen spatio recedendum est.* Recte, nisi fallimur: quis enim putet, eloquentissimum virum ita ταυτολογεῖν, vt dicat *recidere ab ipso codice — atque ita praecidere.* Conf. Colum. Arb. 5, 3.

8, 2 INSTAR VNIVS DIGITI SPATIO) Duriuscula videri potest illa coniunctio. Verum docet Lexicon nostrum rusticum, solere nostros vocabulo *instar* ita vti, vt simpliciter notet, quod alias *circiter*. Deinde illud *spatio* referendum est ad vocabulum *recedere.*

10, 1 ME-

praecidere; quae sic ademtae non amplius pullulant [x], et [y] a caetera noxa truncum
defendunt. Hoc opere consummato [z], si est hiems in ea regione placida, patens 3
vitis relinquenda est: sin violentior id [a] facere prohibet, ante Idus Decembris prae-
dicti lacusculi aequandi [b] sunt. Si vero etiam praegelida frigora regionis eius suspe-
cta erunt, aliquid fimi, vel, si [c] est commodius, columbini stercoris, aut in hunc
vsum praeparatae veteris vrinae senos sextarios, antequam vitem adobruas [d], radici-
bus superfundes [e]. Sed ablaqueare omnibus autumnis oportebit, primo quinquen- 4
nio, dum vitis conualescat: vbi vero [f] truncus [g] adoleuerit, fere triennio intermit-
tendus [h] est eius operis labor. Nam et minus ferro crura vitium [i] laeduntur, nec
tam celeriter radiculae inueterato [k] iam [l] codice [m] enascuntur.

IX. ABLAQVEATIONEM deinde sequitur talis putatio, vt ex praecepto ve-
terum auctorum [a] vitis ad vnam virgulam reuocetur, eaque [b] recidatur duabus gem-
mis iuxta terram relictis. Quae putatio non debet secundum articulum fieri, ne
reformidet oculus, sed medio fere internodio ea plaga obliqua [c] falce fit; ne si trans-
versa fuerit cicatrix, caelestem superincidentem aquam contineat. Sed nec ad eam 2
partem, qua est gemma, verum [d] ad posteriorem declinatur, vt in [e] terram potius
deuexa, quam in germen [f] delacrumet [g]. Namque defluens [h] humor caecat oculum,
nec patitur frondescere [i].

X. PVTANDI autem duo sunt tempora: melius autem (vt ait Mago) ver-
num, antequam surculus progerminet [a], quoniam humoris plenus facilem plagam,
et leuem, et aequalem accipit, nec falci repugnat. Hunc autem secuti sunt Celsus
et Atticus. Nobis neque angusta putatione coercenda semina videntur, nisi si ad-
modum inualida sunt; neque vtique verno recidenda. Sed primo quidem anno, 2
quo sunt posita, frequentibus [b] fossionibus, omnibus mensibus dum frondent [c], ac
pampinationibus adiuuanda sunt, vt robur accipiant, nec [d] plus quam vni materiae
seruiant. quam vt [e] educauerint, autumno, vel vere si magis competit [f], abraden-
da [g], et nepotibus, quos pampinator [h] in superiore parte omiserat, liberanda cen-
semus, atque ita in iugum imponenda. Ea enim leuis [i] et recta sine cicatrice vinea
est, quae se primi anni flagello supra iugum extulit, quod tamen apud paucos agri-
colas, et raro contingit. Ideoque praedicti auctores primitias [k] vitis resecare cen-
suerunt [l]. Sed nec vtique verno [m] omnibus regionibus melior putatio est. vbi vero 3
aprica loca sunt, mollesque hiemes, optima, et maxime naturalis est autumnalis:
quo tempore diuina quadam lege, et aeterna fructum cum fronde stirpes deponunt.

XI. HOC

x) *pululans I. B. R.* y) *ea caetera P.* z) *consumato I. B. R. I. I. H. A.* a) *hic P.* b) *coaequandi L. Goes. I. B. R.* c) *quod I. B. R. quod incommodius L.* d) *obruas I. B. R.* e) *superfundas I. B. R.* f) *intermittendum esses operis* interpon. *P.* g) *vitis L.* h) *intermittendus est eius operis* omittuntur *Polit.* i) *veritius P.* k) *in veterano P. I. in veterato B. R.* l) *iam* omiss. *I. B. R.* m) *cortice enascentur I B. R.* [C. IX.] a) *authorum H. A. autorum Gr. G.* b) *eaq. recid.* om. *Goes.* c) *ob falce R.* d) *sed I. B. R.* e) *interdum pot. I. B. R.* f) *germine I. B. R.* g) *delachrymet I. B. R. I I. H. A. G.* h) *depluens Ms. Heins.* ad Ouid. met. 1, 573. it. *Goes.* i) *crescere Goes. I. B. R.* [C. X.] a) *progemmet P. pergemmet L.* b) *frequentius possessionibus P.* c) *frondet I. B. R.* d) *ne P.* e) *quam educauerant L.* f) *compet[illegible] P. L.* g) *adradenda L.* h) *pampinatione I. B. R.* i) *lenis I. B. R.* k) *primicias I. B. R.* l) *consueuerunt.* m) *verna Goes.*

10, 1 MELIVS AVTEM VERNVM) Eadem docet Pamphilus Geop. 5, 23. SCHOETTG.

 11, 1 VIN-

XI. HOC facere, siue viuiradicem, siue malleolum conseueris [a], censeo. nam
illam veterem opinionem damnauit vsus, non esse ferro tangendos [b] anniculos mal-
leolos, quod [c] aciem reformident. quod frustra Virgilius et [d] Saserna, Stolonesque,
et Catones timuerunt [e]: qui non solum in eo errabant, quod primi anni capillamen-
ta seminum intacta patiebantur, sed et [f] post biennium cum viuiradix recidenda erat,
omnem superficiem amputabant solo tenus iuxta ipsum articulum [g], vt e duro pul-
2 lularet [h]. Nos autem magister artium docuit vsus, primi anni malleolorum forma-
re [i] incrementa, nec pati vitem superuacuis frondibus luxuriantem siluescere; nec
rursus in tantum coercere, quantum antiqui praecipiebant [k], vt totam superficiem
3 amputemus. nam id quidem [l] maxime [m] contrarium [n] est. Primum quod cum ad [o]
terram decideris, semina (velut intolerabili affecta vulnere) pleraque intereunt,
et [p] nonnulla etiam, quae pertinaciter vixerunt, minus foecundas materias afferunt:
siquidem e duro quae pullulant, omnium confessione, pampinaria, saepissime fructu
4 carent. Media igitur ratio sequenda est, vt neque solo tenus malleolum recidamus,
nec rursus in longiorem materiam [q] prouocemus: sed annotato superioris anni polli-
ce, supra [r] ipsam commissuram veteris sarmenti vnam, vel duas gemmas relinque-
mus, ex quibus germinet.

XII. PVTATIONEM sequitur iam pedandae vineae cura: verum hic annus
nondum [a] vehementem palum, aut ridicam [b] desiderat: notatum [c] est enim a me
plerumque teneram [d] vineam melius adminiculo modico, quam vehementi palo
adquiescere. itaque aut veteres (ne nouae radicem agant) arundines [e] binas [f] singu-
lis vitibus applicabimus, aut si regionis conditio permittit, vetera [g] deponemus [h]
hastilia, quibus adnectantur [i] singulae transuersae perticae in imam [k] partem ordi-
5 nis: quod genus iugi canterium vocant rustici: plurimum id refert esse, quod paul-
lum infra curuationem vitis prorepens pampinus statim apprehendat [l], et in trans-
uersa potius se fundat, quam in edita, ventosque facilius sustineat subnixus cante-
rio. Idque iugum intra quartum pedem conueniet alleuari, dum se vinea corro-
boret [m].

XIII. IMPEDATIONEM [a] deinde sequitur alligator [b]. cuius officium est, vt re-
ctam

[C. XI.] a) *conseuerimus P. L.* b) *frangendos I. B. R.* c) *cum reformident I. B. R.* d) *etiam P.* e) *timuerint I. timuerim P.* f) *et* abest *I. B. R.* g) *articolum P.* h) *pulularet I. B.* i) *forme P.* k) *praecipienda P.* l) *rationi* ins. *Goes.* m) *maximum I. B. R.* n) *a terra I. B. R.* o) *et* deest *I. B. R.* p) *materiem B. R.* q) *super P. iuxta I. B. R.* [C. XII.] a) *non dum* diuis. *I. I. H. A.* b) *ridiciam I.* c) *notandum L. I. B. R.* d) *terram P.* e) *harundines I. B. R.* f) *singulis vituliejis adplicabumus vineas, aut si P.* g) *vetere* deest *I. B. R. L.* h) *deue prius* vel *de veteribus P. de veteribus L.* i) *adnectuntur I. B. R.* k) *vnam L. Goes. I. B. R.* l) *adprehendant P.* m) *comprobaret P.* post *corroboret* adiiciunt omnes *in pedationem.* [C. XIII.] a) *in pedationem* in fine capitis praec. ponunt omnes. b) *ad legator P.*

11, 1 VIRGILIVS) Georg. 2, 362 f. et 369. SCHOETTG.

11, 1 CATONES) Cap. 33, 2. IDEM.

11, 2 FORMARE INCREMENTA) *Formare* videtur legendum VRSINO. Quin *formare incrementa* nos iubet Columella ablaqueando et pampinando, ne deformiter *siluescant.*

11, 4 RELINQVEMVS) *Relinquamus* placet VRSINO, nec mihi displiceat, si in libro bono inueniam. Sed vulgatam etiam ferri posse constat.

12 Comparandus Damogeron Geop. 5, 22.

12, 1 VETERA HASTILIA) Tales *thyrsi Bacchi*, s. *hastae pampineae.* Elegans imago pacis post bellum, vbi in pedamenta vitium transeunt hastilia, vt gladii in vomeres.

12, 2 VINEA CORROBORET) Vide notam primam c. 13.

13, 1 IMPEDATIONEM DEINDE SEQVITVR)

ctam vitem producat in iugum. quae siue iuxta palum est posita, vt [c] quibusdam placuit auctoribus, obseruare debebit, [qui adnectit] ne in alliganda materia flexum pali (si forte curuus est) sequendum putet; nam ea res vncam vitem facit: siue (vt Attico, et nonnullis aliis agricolis visum est) inter vitem et palum spatium relinquetur [d], (quod nec mihi displicet) recta arundo [e] adiungenda stirpi est, et ita per crebra retinacula in iugum perducenda. Vinculi genus quale sit, quo religantur semina, plurimum refert. Nam dum nouella vinea est, quam [f] mollissimo nectenda est: quia si viminibus salicis aut vlmi ligaueris, increscens vitis seipsam [g] praecidit. Optima est ergo genista, vel paludibus desectus iuncus, aut vlua. non pessime tamen in vmbra siccata faciunt in [h] hunc vsum arundinum [i] quoque folia.

XIV. SED et malleolorum similis cura agenda est, vt ad vnam aut [a] duas gemmas deputati [b] autumno, vel vere, prius quam germinent, iugentur [c]. Is, vt dixi, canterius propius a terra, quam vitibus ordinariis submittendus est: neque enim editior [d] esse debet pedali altitudine, vt sit quo [e] teneri adhuc pampini se [f] capreolis illigent suis, ne ventis explantentur. Insequitur deinde fossor, qui crebris bidentibus aequaliter et minutim soli terga conuertat [g]. Hanc planam fossuram maxime nos probamus. nam illa, quam in Hispania hibernam appellant, cum terra vitibus detrahitur, et in media spatia [h] interordiniorum [i] confertur, superuacua nobis videtur: quia iam praecessit autumnalis ablaqueatio, quae et [k] nudauit [l] summas, et ad inferiores [m] peruenit radiculas, et [n] hibernos transmisit [o] imbres [p]. Numerus autem fossionis, aut idem esse debet, qui primi anni, aut vna minus [q]. nam vtique frequenter solum exercendum est [r], dum id incremento suo vites inumbrent, nec patiantur

c) *vt quibusdam placuit auctoribus* absunt *I. B. R.* d) *relinquendum est P. relinquitur I. B. R.* e) *harundo I. B. R.* f) *quammollissimo* iunct. *I. I. A. quam mollissimo I. B. R.* g) *seipsa procidit P.* h) *ad P.* i) *harundinum I. B. R. L.* quidem semper fere. [C. XIV.] a) *vel P.* b) *deputatis* post *I. B. R.* c) *iuncentur P. iungentur* editi praeter *I. I. A.* d) *aeditior H.* e) *quem P. quae I. B. R.* f) *capulis suis prolixius illigent, nec ventis etc. I. B. R. capreolis suis causa proleissius inligent, nec etc. P.* g) *comminuat Gess. I. B. R.* h) *spacia B.* i) *intermediorum I. B. R.* k) *et* abest *I. B. R.* l) *nudaabit P.* m) *peruenit* atque *et* om. *L.* n) *et hibernos* desic. *P.* o) *transmittet I. B. R.* p) *hiberes P.* q) *minus. nam* omitt. *I. B. R. nam* tn. ap. Pol. pon. r) *est* omiss. *I. B. R. nam* inser. *P.*

QVITVR) Initium huius capitis sumendum est ab extremis duabus vocibus praecedentis capitis, quae simul iungendae sunt, et sic legendum: *Impedationem deinde sequitur alligatio.* Nam infra c. 19 sic habetur: *Cum mensem trigesimum excesserit posita vinea, id est tertio autumno vehementioribus staminibus statim impedanda est etc.* VRSIN. Non puto nimis audacem me fuisse in recipienda Vrsini emendatione, qui obseruem, nusquam fere negligentiores fuisse tum librarios, tum primos editores, quam in interpunctionibus, verbisque vel diuidendis, vel coniungendis. Ita aliquoties mutauimus distinctionem hoc ipso in capite, vbi paullo post legebatur ita: *sequendum putet. nam – relinquetur. quod nec mihi displicet. Recta arundo etc.* Ac talia passim emendauimus, de quibus ne monere quidem lectorem visum est, ne sine causa loquaces essemus, aut venditare operam nostram velle videremur. Caeterum similis huic periodus est, distinctione itidem a nobis adiuta paullo post 4, 16, 2 et 3. De re ipsa autem conf. 4. 19, 1.

13, 1 QVI ADNECTIT) Haec verba inducenda sunt ab expos[itoribus] adiecta. VRSIN.

13, 2 OPTIMA EST ERGO GENISTA) Eadem Plin. 16, 36. SCHOETTG.

13, 2 PALVDIBVS DESECTVS IVNCVS) Vitiosa lectio. An melius, *delectus iuncus?* Quod enim omnes iunci in paludibus nascentes vitibus nectendis nequaquam apti sunt, idcirco adiecit in paludosis locis legendos vtiles. PONTED. Ego nihil mutauerim.

14, 1 DEPVTATI) Verbum *deputatis* vitiosum: legendum *deputati*, vt in veteribus libris. Videlicet: *deputati malleoli priusquam germinent, iungentur.* PONTED.

14, 1 IS, VT DIXI) Aut I maiusculum intelligitur pro gemino *ii* positum, aut *iis* vel *his* scribendum: illa verba enim, *quam vitibus ordinariis*, satis indicant praecessisse datiuum.

15, 1 NEC

3 patiantur herbam subcrescere. Pampinationis eadem debet esse ratio huius anni [s],
atque [t] prioris. adhuc enim compescenda quasi pueritia seminum est, nec plus
quam in vnum flagellum [u] est submittenda: tanto quidem magis, quod tenera
eius aetas non sustinet [x] et foetu et materiis onerari.

XV. SED cum annicula mensiumque [a] sex ad vindemiam perducta est, subla-
to fructu protinus frequentanda est, et praesidiarii malleoli propagandi sunt, qui in
hunc vsum fuerant depositi; vel [b], si [c] ne hi quidem sunt, ex ordinaria vite in al-
terum palum mergus est attrahendus. nam plurimum interest, adhuc noua consi-
tione, pedamen omne vestiri; nec mox vineam tum subseri, cum [d] fructus capien-
2 dus est. Mergi genus est, vbi supra terram iuxta [e] adminiculum vitis curuatur, at-
que ex alto scrobe submersa [f] perducitur ad vacantem palum: tum ex arcu vehe-
menter citat materiam, quae protinus applicata suo pedamento ad iugum euocatur.
3 Sequente deinde anno insecatur superior pars curuaturae, vsque ad medullam [g], ne
totas vires matris propagatum flagellum in se trahat, et vt paullatim condiscat suis
radicibus [h] ali. Bima deinde praeciditur proxime palmam, quae ex arcu submissa
est. et id quod a matre abscissum recens [i] erit, confestim alte [k] circumfoditur, et
scrobiculo facto ad imum solum praeciditur, adobruiturque, vt et radices deorsum
4 agat, nec ex propinquo negligenter in summa terra resectum [l] progerminet. Tem-
pus autem non aliud magis idoneum est hunc mergum amputandi, quam ab Idib.
Octob. in Idus Nouemb. vt hibernis mensibus suas [m] radices confirmet. nam si vere
id fecerimus, quo gemmare palmites incipiunt, matris alimentis subito destitu-
tus [n] languescit.

XVI. EADEM ratio est [a] in transferendo malleolo. nam in [b] secundo autu-
mno, si caeli et loci qualitas patitur, commodissime post Idus Octobris exemtus
conferitur [c]: sin autem aliqua terrae vel aeris repugnat iniuria, tempestiuitas eius in
proximum ver differtur. neque diutius in vineis relinquendus est, ne [d] soli [e] vires
absumat, et ordinaria semina infestet: quae quanto celerius liberata [f] sunt consortio
viuiradicum [g], tanto facilius conualescunt. at in seminario licet trimam atque etiam
quadrimam vitem resectam, vel anguste putatam custodire: quoniam non consuli-
2 tur vindemiae. Cum mensem trigesimum [h] excesserit [i] posita vinea, id est tertio
autumno, vehementioribus statuminibus statim [k] impedanda [l] est, idque non vt li-
bet aut fortuito faciendum. nam siue prope truncum defigitur [m] palus, pedali ta-
men

s) *anni* deest *I. B. R.* t) *antiquae P.* u) *fragellum* vt saepe *L.* x) *substinet R.* et saepe *L.*
[C. XV.] a) *et mensium L. I. B. R.* b) *vel si* abs. *P.* c) *siue hi I. B. R.* d) *tum I. B. R.* e) *suum* ins. *Goes. L. a. V.* f) *summersus I. B. R.* g) *medulam B.* h) *radicibus: a bima I. B. R.* i) *recessit I. B. R. recesser confestim altere circumfod. L.* k) *altere P. a latere I. B. R.* l) *resecta I. B. R.* m) *sibi* ins. *Goes.* n) *destituta I. B. R.* [C. XVI.] a) *est* defic. *H.* b) *in* om. *P. Goes.* c) *consequetur I. B. R.* d) *nec socii vires absumant P. socii – absumam Goes.* e) *soli* om. *I. B. R.* f) *librata G.* g) *viniradivium P.* h) *tricesimum I. B. R. tricensimus P.* i) *excessit I. B. R.* k) *statum P.* l) *impedienda I. B. R.* m) *deponitur L. I. D. R.*

15, 1 NEC MOX VINEAM TVM SVBSERI) Videtur legendum: *nec mox vinetum subseri.* Ex vna voce duas fecit librarius. VRSIN.

15, 2 EX ARCV VEHEMENTER CITAT MATERIAM) Ex omni curuatura vitis exprimi materias, alias etiam obseruat noster vid. 4, 20, 3.

15, 3 AD IMVM SOLVM) Scrobiculi vt videtur, cui opponitur deinde *summa terra.* Id agitur nimirum, vt radices ante omnia confirmentur.

16, 3 PRO-

men spatio [n] recedendum [o] est, ne aut premat, aut [p] radicem vulneret, et vt fos-
sor [q] ab omni parte semina circumfodiat; isque palus sic [r] ponendus est, vt frigo- 3
rum et Aquilonum excipiat violentiam, vitemque protegat: siue medio interordi-
nio pangetur, vel defodiendus [s] est, vel prius paxillo [t] perforato solo, altius adigen-
dus [u], quo facilius et iugum, et fructum sustineat. Nam quanto [x] propius trun-
cum [y] ridica statuitur, etiam leuiter [z] defixa stabilior est: quoniam contingens [a]
vitem mutua vice sustinetur, et sustinet. Statuminibus deinde firmiora iuga sunt 4
alliganda [b], eaque vel saligneis perticis, vel compluribus quasi fasciculis arundinum
conne&untur, vt rigorem habeant, nec pandentur [c] onere fructuum. nam binae [d]
iam materiae singulis feminibus submittendae erunt [e]: nisi si tamen gracilitas vitis
alicuius angustiorem putationem desiderabit, cuius vnus palmes, atque idem pau-
corum oculorum erit relinquendus [f].

XVII. PERTICAE [a] iugum firmius faciunt, minusque operosum [b]. Arundi-
nes pluribus operis iugantur [c], quoniam et pluribus locis nectuntur. eaeque [d] inter
se conuersis cacuminibus vinciendae [e] sunt, vt aequalis crassitudo totius iugi sit.
nam si cacumina in vnum competunt, imbecillitas eius partis grauata pondere iam
maturum fructum prosternit, et canibus ferisque reddit obnoxium. At cum iugum 2
in fascem pluribus arundinibus alterna [f] cacuminum vice ordinatum est, fere quin-
quennii praebet vsum. Neque enim est [g] alia ratio putationis, aut caeterae cultu-
rae, quam quae primi biennii. nam et autumnalis ablaqueatio sedulo facienda, nec
minus vacantibus palis propagines applicandae. hoc enim opus nunquam intermit-
tendum est, quin omnibus instauretur [h] annis. Neque enim ea quae seruntur a no- 3
bis, immortalia esse possunt. attamen aeternitati eorum sic consulimus, vt demor-
tuis [i] seminibus alia substituamus: nec ad occidionem vniuersum genus perduci
patimur [k] complurium [l] annorum negligentia. Quin etiam crebrae fossiones dan-
dae,

n) *spacio B. R.* o) *recidendus I. B. R.* p) *radicem aut Goes.* q) *tamen* inseritur *I. B. R. L.* r) *sic* abest *I. B. R.* s) *deponendus L. I. B. R.* t) *baxillo ferrorato P. taxillo Goes. faxillo forforato L.* u) *est* adiic. *I. B. R. adfigendum est P.* x) *quando Goes.* y) *truncus cum ridica* omnes editi. *truncus relica L.* nobiscum *P.* z) *leniter I. B. R.* a) *constringens Goes. I. B. R.* b) *illiganda L. I. B. R. alligamenta P.* c) *pandantur* omnes. d) *vineae iam maturae L. I. B. R.* e) *sunt I. B. R.* f) *relinquendus persicae; iugum fortius minusque onerosum est. Arundines etc. L. I. B. R.* [C. XVII.] a) *perticam P.* vid. c. 16. b) *onerosum Goes.* c) *iunguntur I. B. R.* d) *eae aeque I. B. R. aeque P.* e) *vincendae I.* f) *ternae P.* g) *est* om. *I. B. R. est alia* om. *P.* h) *insaturetur P. Goes.* i) *de mortuis* diuis. *I. B. R.* k) *patiamur I. I.* l) *cum plurium I. B. R.*

16, 3 PROPIVS TRVNCVM RIDICA) Ita videtur legendum. Est autem vulgata lectio manifestus librarii lapsus. VRSIN. Quam iuuit, coniecturae nostrae suffragatorem habere Vrsinum; sed gauisus sum, eam scriptam haberi, Politiano teste, Florentiae. Sinis enim me, bone lector, ineptire paullum, et frui *pastu* hoc *animi*, quem pauci forte mortales nobis inuiderint, licet *vnum* Tullius *suauissimum* vocet Tusc. 5, 23.

16, 4 NEC PANDENTVR) Maculam omnium librorum, qui *pandantur* habent, feliciter ita eluit VRSINVS.

17, 1 PERTICAE) Ita lege: *Perticae iugum — operosum, arundines pluribus operis iugantur.* Sed quidsi pro *arundines* legamus *arundine*. Neque enim tam *arundines iugantur*, quam *vites arundine* vel *arundinibus*.

17, 1 ET CANIBVS FERISQVE) Pedesne canum metuit, an rostra? Fateor, me laborasse aliquantum circa hunc locum: *muribus* placeret, sed hoc forte nimis abit a scriptura consentiente librorum; *manibus* propius abest; sed neque iugum, quale hic describitur, ita altum, vt *manus* arceat transeuntium vid. 4, 19, 1.

17, 2 NEQVE ENIM EST ALIA) Non optime ista videntur cohaerere. Viderint, qui possunt. Quid si pro *enim* legamus *vero?*

dae, quamuis possit vna detrahi culturae prioris anni. Pampinationes quoque saepe
adhibendae [m]. neque enim satis est semel, aut iterum tota aestate viti detrahere
4 frondem superuacuam. Praecipue autem decutienda sunt omnia, quae infra trunci
caput egerminauerint [n]. item si oculi singuli sub iugo binos pampinos emiserint [o],
quamuis largos fructus ostendant, detrahendi sunt eis [p] singuli palmites, quo laetior,
quae superest materia consurgat, et reliquum [q] melius educet fructum. Post qua-
dragesimum et alterum mensem perfecta vindemia, sic instituenda est putatio, vt
5 submissis pluribus flagellis, vitis in [r] stellam diuidatur. Sed putatoris officium est
pedali fere spatio [s] circa iugum vitem compescere, vt e capite, quicquid tenerum [t]
est per brachia emissum [u], prouocetur, et per iugum inflexum praecipitetur, ad eam
mensuram, quae terram non possit contingere. Sed modus pro viribus trunci ser-
vandus est, ne plures palmites [x] submittantur, quam quibus vitis sufficere queat.
fere autem praedicta aetas laeto solo, truncoque tres materias, raro quatuor desi-
6 derat, quae per totidem partes ab alligatore diuidi debent [y]. nihil enim refert iugum
in stellam decussari [z], atque diduci [a], nisi et [b] palmites adiugentur [c]. quam tamen
formam non omnes agricolae probauerunt: nam multi simplici ordine fuere con-
tenti. verum stabilior est vinea, et oneri sarmentorum, et fructui ferendo, quae
ex vtraque parte iugo deuincta pari libramento velut ancoris [d] quibusdam [e] distine-
tur [f]. tum etiam per plura brachia materias diffundit, et facilius eas explicat vndi-
que [g] subnixa [h], quam quae in simplici canterio frequentibus palmitibus stipatur [i].
7 potest tamen, si vel parum late disposita vinea [k], vel parum fructuosa, caelumque
non turbidum, nec procellosum [l] habeat, vno iugo contenta [m] esse. nam vbi magna
vis, et incursus est pluuiarum procellarumque, vbi frequentibus aquis vitis labefa-
ctatur, vbi praecipitibus cliuis velut pendens plurima [n] praesidia desiderat; ibi quasi
8 quadrato circumfirmanda [o] est agmine. calidis vero, et siccioribus locis in omnem
partem iugum porrigendum est, vt prorepentes vndique pampini iungantur,
et condensati [p] camerae [q] more, terram sitientem [r] obumbrent. contra [s], frigi-
dis [t] et pruinosis regionibus simplices ordines instituendi: nam et sic facilius insola-
tur humus, et fructus percoquitur, perflatumque salubriorem habet: fossores quo-
que liberius et aptius iactant bidentes, meliusque perspicitur a custodibus fructus,
et commodius legitur a vindemiatore [u].

XVIII.

m) *adiuendae P.* hic annotata erant a Polit. sequentia: *Fere liber Nicolai se habet, vt hic impressus, vbi emendatur. In priore autem scriptura sicut antiquus; et nos ergo, quando emendamus, nisi inducatur Scriptura, nihil mutatum volumus.* n) *egerminauerunt I. B. R.* o) *emiserunt I. B. R.* p) *eis* om. *Goes. I. B. R.* q) *reliquo Goes. I. B. R.* r) *in* desic. P. s) *spacio B. R.* t) *teneri I. B. R.* u) *emissi vmbras hiemis simi prouocetur L.* x) *palme P.* y) *debet I. B. R.* z) *decusari I. B. R.* a) *deduci I. B. R.* b) *est* omitt. *I. B. R.* c) Sic *I. I. H. A. Gr. St. adiungentur* Com. *adiungantur I. B. R.* d) *anchoris* praeter Com. omnes. e) *placidioresque L.* f) *distenditur L. I. B. R.* g) *vindemia, quae I. B. R.* h) *subnexa P.* om. *L.* i) *stypatur I. I. H. A.* k) *vineta I. B. R.* l) *procelsum P.* m) *contentus I. B. R.* n) *plura I. B. R.* o) *circum* deest *I. B. R.* p) *condensentur I. B. R.* q) *camarae P.* r) *scitientem R.* s) *pluuiis* inser. *Lips. et Goes.* t) *et pruinosis et frigidis I. B. R. pluuiis et frigidis et pruinosis P. pluuiis, frigidis etc. I. I.* u) *vindemitore P.*

17, 4 INFRA TRVNCI CAPVT) *Trunci caput* hic intelligo ipsum diuerticulum illud brachiorum, vbi nodus aliquis et quasi caput esse solet. Ita nostri de salice *Weiden - Koepfe.* Ita etiam noster 4, 21, 1. Vid. de reliquo vsu Ind.

17, 5 CIRCA IVGVM) *Citra* legi vult, et recte, si quid video VRSINVS. Conf. omnino 4, 24, 11.

17, 8 PAMPINI IVNGANTVR) Videtur legendum *pampini iniungentur.* Nam *iungantur* factum est ex *iniungentur*, quod erat verbum obscurius. VRSINVS.

XVIII. SED quando vineta placuerit ordinare, centenae stirpes per singulos
hortos semitis distinguantur: vel (vt quibusdam [a] placet) in semiiugera omnis mo-
dus dirimatur. quae distinctio praeter illud commodum, quod plus solis et venti
vitibus praebet, tum etiam OCVLOS et vestigia domini, res agro saluberrimas [b],
facilius admittit, certamque aestimationem in exigendis operibus praebet. neque
enim falli possumus per paria interualla iugeribus diuisis. Quinetiam ipsa hortulo- 2
rum descriptio quanto est minoribus modulis concisa [c], fatigationem veluti minuit,
et [d] simul eos qui opera moliuntur [e] ad festinandum inuitat. nam fere VASTITAS
instantis [f] laboris animos debilitat. Non nihil etiam prodest vires, et prouentum
cuiusque partis vinearum nosse, vt aestimemus, quae magis aut [g] minus colenda
sint [h]. Vindemiatoribus quoque hae semitae, et iugum, pedamentaque sarcienti-
bus [i] opportunam laxitatem praebent, per quam vel fructus, vel statumina por-
tentur.

XIX. DE positione iugi, quatenus a terra leuandum sit, hoc dixisse abunde [a]
est: humillimam [b] esse quatuor pedum, celsissimam septem. quae tamen in nouel-
lis seminibus vitanda est. Neque enim haec prima constitutio vinearum esse debet,
sed per annorum longam seriem ad hanc altitudinem [c] vitis perducenda est. Caete- 2
rum quanto [d] humidius est solum et caelum, placidioresque [e] venti, tanto est altius
attollendum iugum. Nam laetitia vitium patitur [f] se [g] celsius euagari [h], fructusque
submotus a terra minus putrescit: et hoc vno modo perflatur ventis, qui nebulam,
et rorem pestiferum celeriter adsiccant, multumque ad deflorescendum, et ad bo-
nitatem vini conferunt. Rursus exilis terra, et accliuis torrensque aestu, vel quae 3
vehementibus procellis obnoxia est, humilius iugum poscit. At si cuncta compe-
tunt voto, iusta est altitudo vineae pedum quinque: nec tamen dubium, quin vi-
tes [i] tanto melioris saporis praebeant [k] mustum, quanto in editiora iuga consurgunt [l].

XX. PE-

[C.XVIII.] a) *cuidam I. B. R.* b) *saluberrima* al. nobiscum *Goes. I. B. R.* c) Ita *I. B. R. I. I. Goes. L.* al. *consita.* d) *extimulantque eos P. et stimulant eos I. I. et exstimulant eos L.* e) *et* inserunt *I. B. R. I. I.* f) *inscisa P.* g) *vt Gr.* h) *sit I. B. R. I. I. H. A.* i) *sartientibus I. sarientibus B. R. sarrientibus* al. [C. XIX.] a) *habunde B. R.* b) *humilimam B. Gr. G.* c) *latitud. L.* d) *quam P.* e) *humidioresque* omnes al. f) *partitur P.* g) *se* om. *I. B. R.* h) *euacari P.* i) *vites* abest *I. B. R.* k) *praebeat I. B. R.* l) *consurgant I. B. R.*

18, 1 RES AGRO SALVBERRIMAS) Tanto magis recepi lectionem antiquarum editionum, omissa etiam parentheseos nota, quod eam probari viderem doctissimo PONTEDERAE. Sequens *s* extrusit praecedens *s* longiusculum pro more veteri. Locus ipse communius tractatur varie ad Cat. 4, 2.

18, 2 PEDAMENTAQVE SARCIENTIBVS) Ita videtur legendum pro *sarrientibus.* Confirmatur autem haec lectio loco inferiore 4, 26 vbi est: *Iugo si non erit opus noua sartura, recentia vincula inserantur.* VRSIN. Suffragatur Iensonius, quod vidimus, et ipse, tacente Politiano, Mediceus, quin ipsa ratio; quae cum non ferat *sarrientibus* adiungi vocibus *iugum* et *pedamenta*, perpulit me aliquando, vt has ipsas voces glossam suspicarer eius, quae statim sequitur, *statumina.* Sed eam nunc vltro damno prae Vrsini emendatione, quam iuuat tum ipsa orationis series, tum loca, quae dabit etiam Index noster in *sarcire* et *sartura.*

19, 1 QVATENVS A TERRA LEVANDVM SIT) Haec verba videntur adiecta ab expositoribus. VRSIN.

19, 2 PLACIDIORESQVE VENTI) Antea legebatur *humidioresque*, sed nos ita reposuimus ex Lips. nostro. Post pauca, vbi legitur: *Nam laetitia vitium patitur se celsius euagari*; suspectum id mihi est, sed silet vterque codex. SCHOETTG. Tanto magis obsecutus sum Viro Clarissimo, quod paullo post *vehementium procellarum* mentionem auctor iniicit, quae iugum poscant humilius.

19, 2 PATITVR SE CELSIVS EVAGARI)

Videtur

XX. PEDATAM vineam, iugatamque sequitur alligatoris cura, cui antiquissi-
mum esse debet, vt supra [a] dixi, rectam [b] conseruare stirpem, nec flexum [c] ridicae
persequi, ne [d] prauitas statuminum ad similitudinem sui vitem configuret. Id non
solum ad speciem plurimum refert, sed ad vbertatem [e] et [f] firmitatem, perpetuita-
2 temque. Nam rectus truncus similem sui medullam gerit, per quam velut quo-
dam itinere sine flexu atque [g] impedimento facilius terrae matris alimenta meant [h],
et ad [i] summum perueniunt. at quae curuae sunt, et distortae, non aequaliter al-
liduntur [k], inhibentibus nodis, et [l] ipso flexu incursum terreni humoris veluti sa-
3 lebris [m], retardante. Quare cum ad summum palum recta vitis extenta est, capi-
stro constringitur, ne foetu grauata subsidat, curueturque. tum ex eo loco quod
proximum iugo ligatum [n] est, brachia disponuntur in diuersas partes, palmaeque
superpositae deorsum versus [o] curuantur [p] vinculo. itaque id quod iugo dependet,
4 fructu [q] impletur: rursusque [r] curuatura [s] iuxta vinculum materiam exprimit. Qui-
dam

[C. XX.] a) *supra* deficit *I. B. R.* b) *recta P.* c) *plexum P.* d) *nec I. B. R. nec prauitas statuminis insidi ad L.* e) *firmitatem et ad vbertatem I. B. R. firmitatem et – libertatem P. Goes.* f) *ad* inserunt *I. I. H. A. Gr. G. St.* g) *sine I. B. R.* h) *manant L. I. B. R.* i) *in summa I. B. R.* k) *alliduntur P. Goes. alligantur* alii. l) *et in ipso flexu cursum I. B. R.* m) *salubris L. salebras I. B. R.* n) *lignum I. B. R.* o) *circulo* ins. *Goes.* p) *a* ins. post *I. B. R.* ipsum etiam *vinculo* abest *L. curuentur. A vinculo I. I. H. A. G.* q) *fructus I. B. R.* r) *que* deest *I. B. R.* s) *curuaturae iuncta P. Goes.*

Videtur legendum Mediceae chartae indicio *euocari.* Lectio *euagari* fecit vt *se* omitterent editiones vetustae, quo facto dissimulatum vlcus non est sanatum. *Euocari* verbum elegans, et Columellae in tali re alias quoque vsurpatum, Index ostendit. Quoties C et G misceant librarii notum est. vid. idem Ind. in C.

20, 1 VT SVPRA DIXI) 4, 13, 1. SCHOETTG.

20, 2 NON AEQVALITER ALLIDVNTVR) *Alligantur* temere ex superioribus huc traxit librarius aliquis, qui *adliduntur* non intelligeret, elegans verbum, et vel hoc loco suffragante seruandum Catullo, 62, 68 vbi Scaliger legit, *Ipsius ante pedes fluctus salis allidebat*; Vossius autem *alludebat* vult, elegans et ipsum, nec inusitatum; quod si quis praeferat omnino, poterit etiam hic *alluduntur* legere, et interpretari vtramuis vocem, praeterlabente humore rigantur. Caeterum fere est, vt credam, plus iusto infestos fuisse viros doctos verbo *allidere* vel *elidere*, etiam vbi de vnda sermo est. Ita video deletum prope esse a Plinio 26, 7 f. 22 *Tripolium in maritimis nascitur saxis, vbi alludit vnda.* Hic ante Gelenium legebatur *allidit*. Ita in definitione Aquilliana *litoris* apud Cic. Top. c. 7 itemque Quinctil. 5, 14, 34 *litus est qua fluctus eludit*, non codices modo quidam Ciceronis, (teste Vossio etiam Etymol. voce *litus* et Quinctilian. p. 489 ed. Burm.) habent *allidit* vel *elidit*; sed videtur etiam plus suauitatis habere definitio, si ex ICtorum consuetudine ad sonum vocis apte cadat, et etymologiam indicare videatur. Denique in loco Cic. de N. D. 2, 39 facilius audirem elegantissimum Buherium, si pro eo, quod nunc legitur, *mare terram appetens litoribus eludit*, legere nos iuberet *elidit* vel *allidit*; quam cum praefert *alluit*. Prouocat vir doctissimus ad Isidori etymologicon: sed liceat etiam nobis in partes illum vocare. Scilicet in vetusta editione, quae penes me est 1472. Reutling. et 1489 fol. Basileae edita, 14, 8 extr. p. 75 dicitur, *dictum litus, quia fluctu* ELIDITVR, *vel quod aqua alluitur. Cicero in topicis, litus est aqua, quam fluctus eludit.* Quorsum ista? vt illud certe appareat, paria fere iura esse debere in Latinorum nominum ciuitate verbis *allidere*, *elidere*, *alludere*, *eludere*, vbi de aquarum terraeque confiniis sermo est. Add. Viri docti ad Min. Felicis illa mox a principio, *Cum in ipso aequoris limine — quod — nostris pedibus adluderet fluctus etc.*

20, 2 VELVTI SALEBRIS RETARDANTE) Videtur legendum *veluti salebrae retardant.* VRSIN. *Salebra* casu sexto legi vult BEROALDVS in indice suo. Sed nihil opus est mutatione, tuentibus vulgatam lectionem etiam Goes. et Lips. SCHOETTG.

20, 3 QVOD PROXIMVM IVGO LIGATVM EST) Relatiua *quod* non habet, quo referatur commode: quid si legamus *quo?* et referatur ad *locum.*

20, 3 VINCVLO. ITAQVE ID, QVOD IVGO DEPENDET) Ita videtur legendum. VRSIN. Reuocaui lectionem antiquissimarum editionum. *Palmae* iugo *superpositae deorsum curuantur vinculo*, quo ad iugum alligantur. *Vinculum* eiusmodi etiam *circulus* vocatur. v. g. Plin. 29, 5 f. 25 vbi *circuli e sarmentis* mentio. Alterutrum igitur alterius potuit glossa esse, et facile occupare locum.

20, 3 CVRVATVRA — MATERIEM EXPRIMIT)

dam eam partem, quam nos praecipitamus, fupra iugum porrigunt, et crebris viminibus innexis continent; quos ego minime probandos puto. Nam dependentibus palmitibus, neque [t] pluuiae, neque pruinae [u], grandinesue tantum nocent, quantum religatis, et quafi tempeftatibus oppofitis. iidem tamen palmites prius quam fructus mitefcant, variantibus adhuc, et acerbis vuis, religari debent, quo minus roribus queant putrefcere, aut ventis ferisque deuaftentur. Iuxta decuma- 5
num atque femitas, palmites [x] intrinfecus flectendi [y] funt, ne praetereuntium incurfu laedantur [z]. Et hac quidem ratione tempeftiua vitis ad iugum perducitur. Nam quae vel infirma, vel breuis eft, ad duas gemmas recidenda eft, quo vehementiorem fundat materiam, quae [a] protinus emicet [b] in [c] iugum.

XXI. QVINQVENNIS vineae non alia eft putatio, quam vt figuretur, quemadmodum fupra [a] inftituimus, neue fuperuagetur; fed vt caput trunci pedali fere fpatio fit inferius iugo, quaternisque brachiis, quae duramenta quidam vocant, diuidatur in totidem partes. Haec brachia fat erit interim [b] fingulis palmitibus in fructum fubmitti, donec vineae iufti fint roboris. cum [c] aliquot deinde [d] annis [e], quafi iuuenilem aetatem ceperint [f], quot palmites relinqui debeant, incertum eft. Nam loci laetitia [g] plures, exilitas pauciores defiderat. fiquidem luxuriofa vitis nifi 2
fructu compefcitur, male deflorefcit, et in materiam frondemque effunditur [h]: infirma rurfus, cum onerata eft, affligitur. Itaque pingui terra fingulis brachiis licebit bina iungere [i] flagella, nec tamen numerofius [k] onerare, quam vt vna vitis octo feruiat palmitibus; nifi fi admodum nimia vbertas plureis poftulabit. illa [l] enim pergulae magis, quam [m] vineae figuram obtinet, quae fupra hunc modum materiis diftenditur. Nec debemus committere, vt brachia pleniora trunco fint: verum af- 3
fidue, cum [n] e lateribus eorum flagella licuerit fubmittere, amputanda erunt fuperiora duramenta, ne iugum excedant: fed nouellis palmis femper [o] vitis renouetur. quae fi fatis excreuerint, iugo fuperponantur [p]: fin aliqua earum vel perfracta [q], vel parum procera fuerit, locumque idoneum obtinebit, vnde vitis anno fequenti renouari [r] debeat, in pollicem tondeatur, quem quidam cuftodem, alii refecem, nonnulli praefidiarium [s] appellant, id eft, farmentum gemmarum duarum, vel trium, ex quo cum proceffere fructiferae [t] materiae, quicquid eft fupra vetufti [u] brachii amputatur [x], et ita ex nouello palmite vitis pullulafcit [y]. Atque [z] haec ratio bene inftitutarum vinearum in perpetuum cuftodienda erit.

t) *nec I. B. R. neque pluuiae* defunt *P.* u) *ruinae P.* x) *palmes P.* y) *plectendi P.* z) *ledantur B.* a) *quo Goes. I. B. R.* b) *emittat I. B. R.* c) *in iugum* abfunt *P.* [C. XXI.] a) *superftitui dicere P. inftitui dicere fupra I. B. R. dicere* habent quoque *Lipf. et Goes.* b) *interius – fubmitti P. L. Goes.* c) *cum quod aliquod P.* d) *deinde* deeft *I. B. R.* e) *et* interpon. *I. B. R.* f) *coeperunt I. B. R. caeperint H. coeperint A. G.* g) *laeticia I. R.* h) *in infirma I. B. R. in prima P.* i) *iniungere I. B. R. L. Goes.* recte! k) *numerius P.* l) *iam Goes.* m) *quam vineae figuram* deficiunt *P.* n) *commodo eft L. G.* o) *femper* omittit. *I. B. R.* p) *fuperponatur I. B. R.* q) *fracta I. B. R.* r) *reuocari I. B. R. I. I.* s) *praefidearium G.* t) *frugiferae I. B. R.* u) *vetuftiti brachii P. vetuftatem L. vetufta brachia I. B. R.* x) *amputetur I. B. R.* y) *pullefcit B. R. I. I.* z) *At hanc P.*

PRIMIT) H. e. efficit, vt ipfo illo loco incuruato germinet vitis. Eodem modo loquitur 4, 24, 13. Add. 4, 15, 2.

21, 3 SVPRA VETVSTI BRACHII) *Vetufta brachia* legi vult VRSINVS. Sed omnino feruanda eft vulgata lectio. Brachium vetus in pollicem refecatur paucarum gemmarum. Si iam v. g. proxima capiti fiue trunco gemma fuderit nouum palmitem, quidquid fupra hunc eft vetufti brachii, e quo prorepfit, amputatur.

XXII. SI vero aliter formatas acceperimus vineas [a], et [b] multorum annorum negligentia [c] superuenerint [d] iugum, considerandum erit, cuius longitudinis sint duramina, quae [e] excedunt [f] praedictam mensuram. Nam si duorum pedum, aut paullo amplius fuerint [g], poterit [h] adhuc vniuersa vinea sub iugum mitti [i], si tamen [k]
2 palus [l] trunco est applicitus. is [m] enim a vite submouetur, et in medio spatio [n] duorum duraminum [o] ad lineam pangitur: transuersa deinde vitis ad [p] statumen perducitur, atque ita iugo subiicitur. At si duramenta eius longius excesserint [q], aut [r] in quartum, vel [s] etiam in quintum statumen prorepserint, maiore sumtu restituentur [t] mergis. his namque, quod [u] nobis [x] maxime placet [y], propagata celerrime prouenit.
3 Hoc tamen si vetus et exesa [z] est superficies trunci, maiorem [a]: at si robusta, et integra, minorem operam desiderat. Quippe hiberno tempore ablaqueata fimo satiatur, angusteque deputatur, et inter quartum ac tertium pedem a terra viridissima parte corticis acuto mucrone ferramenti vulneratur. Frequentibus deinde fossuris terra permiscetur, vt incitari vitis possit, et [b] ab ea maxime parte, quae vulnerata est, pampinum fundere.
4 Plerumque autem germen de cicatrice procedit, quod siue longius prosiluerit, in flagellum submittitur: siue breuius, in pollicem: siue admodum exiguum, in furunculum: is ex quolibet vel minimo capillamento fieri potest. Nam vbi vnius aut alterius folii pampinus prorepsit e duro, dummodo ad maturitatem perueniat, sequente vere si non abnodatus [c] neque abrasus [d] est, vehementem fundit materiam: quae cum conualuit: et quasi brachium fecit, licet tunc [e]
5 superuagatam partem duramenti recidere, et ita reliquam iugo subiicere. Multi sequentes compendium temporis, tales vineas supra quartum pedem detruncant, nihil reformidantes eiusmodi [f] refectionem: quoniam [g] fere plurimarum stirpium natura sic se commodat, vt iuxta cicatricem nouellis frondibus repullescant [h]. Sed haec quidem ratio minime nobis placet. siquidem vastior plaga nisi habeat superpositam

[C. XXII.] a) *vineas* deest *I. B. R.* b) *a* interpon. *I. B. R.* c) *neglegentibus P.* d) *superuenerit Goes. I. B. R. I. I.* e) *quia Gr. G.* f) *excedant I. B. R.* g) *fuerit I. B. R.* h) *poterunt P.* i) Hic interpung. *omn.* k) *tamen I. B. R. L. Vrsin. autem* al. l) *plus* Sphalma *I. I.* m) *Sis enim a, P. Si enim P. is a vite* al. n) *spacio B. R.* o) *ordinum L. I. B. R.* p) *astatumen subiungitur L.* q) *excesserunt I. B. R.* r) *vt I. B. R. I. I.* s) *aut quintum I. B. R. aut etiam in P. I. I.* t) *restituitur. Mergis namque I. B. R. restituentur. I. Mergis namque I. I. L.* u) *qui I. B. R. I. I.* x) *nobis G.* y) *placent I. B. R. I. I.* z) *exossa L.* a) *maiorem* om. *L. I. B. R. I. I.* b) *et* def. *I. B. R.* c) *adnotatus L. I. B. R. obnodatus Gr.* d) *adprassus P. adrasus L.* e) *tum I. B. R.* f) *huiusmodi I. B. R.* g) *cum I. B. R.* h) *repullulescant I. I. II. A. Gr. G. St.*

22, 1 SI VERO) Vt editum est initium huius capitis a Iuntarum inde operis, ita legi etiam iubet VRSINVS, quem hinc apparet, quod saepius obseruare me memini, aut nunquam aut certe non semper prae manibus habuisse editiones, quae tamen illo tempore extabant, ipsius etiam Victorii, quem laudat ad Caton. 6.

22, 1 SVB IVGVM MITTI) Formula elegans a militari ignominia desumta, sed non premenda nimis. Potius enim iugo *superponuntur* vel *superiiciuntur* vt Col. 4, 24, 5 palmites, ac tum demum praecipitantur, 4, 20, 34, 24, 8, praef. 4, 26, extr. Ita intelligendum etiam *subiicere* mox §. 4.

22, 1 SI TAMEN PALVS etc.) Spero me non male de hoc loco meritum. Poterit vinea, qualem descripsit noster, sub iugum mitti, *si tamen palus trunco est* satis prope *applicitus.* Tum *enim is palus a vite* aliquantum *submouetur*, vt ea ad illum inflexa non amplius superet iugum transuersum, sed eidem alligari, ac palmites ipsius praecipitari, possint. Quo magis remoueri palus a trunco potest, tanto leniori molliorique flexu vitis procerior ad iugum adduci alligarique potest; tanto acutiori angulo, vt cum Geometris loquamur, a perpendiculo recedit.

22, 2 IN QVARTVM STATVMEN) Id enim vitiosum est. vid Col. 4, 24 ss.

22, 3 HIBERNO TEMPORE) Vid. Pall. Nou. 3 qui hunc locum descripsit.

22, 5 SVPERPOSITAM VALENTEM MAT.) Quod fit in quibusdam insitionibus, vbi plaga

fitam, valentem materiam, qua [i] poſſit inoleſcere, ſolis halitu torretur: mox deinde
roribus putreſcit, et imbribus. Attamen [k] cum eſt vtique vinea recidenda, prius 6
ablaqueare, deinde paullum infra terram conuenit amputare, vt ſuperiecta humus
vim ſolis arceat, et e [l] radicibus nouellos prorumpentes caules tranſmittat, qui [m]
poſſint vel ſua maritare ſtatumina, vel ſiqua ſunt vidua in propinquo, propaginibus
veſtire [n]. Haec autem ita fieri debebunt, ſi vineae altius poſitae nec in ſummo la- 7
bantes [o] radices habebunt, et ſi boni generis erunt. namque aliter incaſſum depen-
ditur [p] opera. quoniam [q] degeneres [r] etiam renouatae priſtinum ſeruabunt inge-
nium; at [s] quae ſumma parte terrae vix adhaerebunt, [eae] deficient ante quam
conualeſcant. Altera ergo [t] vinea fructuoſis potius ſurculis inſerenda erit, altera 8
funditus extirpanda et reſerenda, ſi modo ſoli bonitas ſuadebit. At [u] ſi [cum] eius
vitio conſenuit [x], nullo modo reſtituendam cenſemus. Loci porro vitia ſunt, quae
fere ad internicionem [y] vineta perducunt, macies et ſterilitas, terra [z] ſalſa vel amara,
vligo, praeceps et praerupta poſitio [a], nimium opaca, et ſoli auerſa, valles arenoſae [b],
arenoſus [c] etiam tofus, et [d] plus iuſto ieiunus ſabulo, nec minus terreno carens ac
nuda [e] glarea, et ſiqua eſt proprietas ſimilis, quae vitem non alit. Caeterum ſi va- 9
cat iis [f], et horum ſimilibus incommodis, poteſt ea ratione fieri reſtibilis vinea,
quam [g] priore libro praecepimus. Illa rurſus mali generis vineta, quae quamuis ro-
buſta ſint [h], propter ſterilitatem fructu carent, vt diximus, emendantur [i] inſitione
facta, de qua ſuo loco diſſeremus, cum ad eam [k] diſputationem peruenerimus.

XXIII. NVNC quoniam [a] parum videmur de putatione vinearum locuti, maxime neceſſariam partem propoſiti operis diligentius perſequemur. Placet ergo, ſi mitis

i) *quae I. B. R.* k) *Hac tamen I. B. R.* l) *e* omitt. *I. B. R.* m) *quae I. B. R.* n) *perueſtire P.* o) *labantis I. B. R. labanteis Goeſ. labantes I. I. habenteis G. labentes* al. p) *dependent I. B. R. dependerent operum L.* q) *cum I. B. R.* r) *degeneris it viam P.* s) *atque — adhaerebunt, et deſic.* omnes. t) *vero I. B. R.* u) *cuius cum vitio I. B. R. I. I. Goeſ. L.* x) *conſenuit P.* y) *internecionem Goeſ. I. B. R. internitionem I. I. H. A. G.* z) *terrae ſalſae vel amarae I. B. R.* a) *poſitio* inſ. coniicit *Broukh.* b) *barenoſae I. B. R.* c) *arenoſus* omitt. *I. B. R.* d) *et* om. *I. B. R. vel P.* e) *da P.* f) *bis I. B. R.* g) *qua I. B. R.* h) *ſunt P.* i) *emendentur I. B. R. emendantur inſitione facta, de qua ſuo loco diſſeremus* abſunt *P.* k) *eandem P.* [C. XXIII.] a) *quia I. B. R. quod P.*

plaga tanto coaleſcit facilius, quod permeans ad ſuperiora ſuccus eam paullatim reficit, certo exareſcere non patitur.

22, 7 IN SVMMO LABANTES) Quos auctores huius lectionis habeam, indicaui. *Labant* radices, credo, quae male haerent, et vix ſuſtinere poſſe ſtirpem videntur. Sed ipſe auctor ſatis explicat.

22, 7 AT QVAE — ADHAERERBVNT) Quantum mihi ſumſerim, apparet. Quod ex *atque* reſinxi *at quae*, inuidioſum eſſe non poteſt, quia et in *ea* mutatam compenſabit, ſpero, ſententia commoda. Duas conditiones poſuit vitium, vnam ſi *labantes in ſummo radices habeant*, alteram, *ſi boni generis* non *ſint*: neutris dependi operam vult, quod hae ſeruaturae ſint ingenium, et quod illae priores defecturae ante quam conualeſcant. Hanc auctoris ſententiam eſſe, ita apertum mihi videtur, vt nihil magis. Sed vtrum lectio adhuc recepta illam habeat, an ea, quam tibi nunc damus, bone lector, ipſe videto. Iam haec tradita erant typographis, cum ſuperueniunt notae alterae Clariſſimi Pontederae, in quibus et ipſe *at quae* legi iubet.

22, 8 AT SI EIVS VITIO) Ita legendum cenſemus. Si vinea ſoli vitio ante tempus *conſenuit*, triſtis at ſterilis facta eſt.

22, 8 MACIES ET STERILITAS) Videtur legendum *macies et ſterilitas terrae.* Nam 2, 9 ſic habetur: *Solet autem ſalſam nonnunquam, et amaram vliginem vomere terra,* et 3, 1 *Sed vt vicinum radicibus humorem ſubminiſtres, eumque nec amarum nec ſalſum.* Palladius in menſe Septembri: *Solet terra humorem ſalſum vomere, qui ſegetes necat.* VRSIN.

22, 9 PRIORE LIBRO) 3, 11, 4.

22, 9 DE QVA SVO LOCO) 4, 29.

23, 1 DE PVTATIONE) Pamphilus Geop. 5, 23.

mitis ac temperata permittit in ea regione, quam colimus, caeli clementia, facta vindemia secundum Idus Octobris auspicari putationem: cum tamen aequinoctiales pluuiae praecesserint, et sarmenta iustam [b] maturitatem ceperint [c]. nam siccitas se-
2 riorem putationem facit. Sin autem caeli status frigidus et pruinosus hiemis violentiam denuntiat [d], in Idus Febr. hanc curam differemus. Atque id licebit facere, si erit exiguus possessionis modus. nam vbi ruris vastitas electionem nobis temporis negat, valentissimam quamque partem vineti frigoribus [e]; macerrimam vere, vel autumno: quin etiam per brumam [f] meridiano axi oppositas vites; aquiloni per
3 ver [g] et autumnum deputari conueniet. Nec dubium, quin sit horum virgultorum natura [h] talis, vt quanto maturius detonsa sint, plus materiae; quanto serius, plus fructus afferant.

XXIV. QVANDOCVNQVE [a] igitur vinitor hoc opus obibit, tria praecipue custodiat. Primum, vt quam maxime fructui consulat. deinde, vt in annum sequentem quam laetissimas iam hinc eligat [b] materias; tum etiam, vt quam longissimam perennitatem [c] stirpi acquirat. Nam quicquid ex his omittitur, magnum af-
2 fert domino dispendium. Vitis autem cum sit per quatuor diuisa parteis, totidem caeli regiones aspicit. Quae declinationes cum contrarias inter se qualitates habeant, variam quoque postulant ordinationem pro conditione suae constitutionis [d] a parte vitium. Igitur ea [e] brachia, quae septentrionibus obiecta sunt, paucissimas plagas accipere debent, et magis si putabuntur [f] ingruentibus [g] iam frigoribus, quibus ci-
3 catrices inuruntur. Itaque vna tantummodo materia iugo proxima, et vnus infra eam custos erit submittendus, qui vitem mox in annum renouet. At e contrario per meridiem plures palmites submittantur, qui laborantem matrem feruoribus aestiuis opacent, nec patiantur ante maturitatem fructum inarescere [h]. Orientis atque Occidentis haud sane [i] magna est in putatione differentia, quoniam solem pa-
4 ri horarum numero sub vtroque axe vitis accipit [k]. Modus itaque materiarum is erit, quem dictabit [l] humi atque ipsius stirpis laetitia. Haec in vniuersum; illa per parteis custodienda sunt. Nam vt ab ima [m] vite quasi a quibusdam fundamentis incipiam, semper circa crus dolabella dimouenda [n] terra est. et si soboles, quam rustici suffraginem vocant, radicibus adhaeret, diligenter explantanda [o] ferroque alleuanda est, vt hibernas aquas respuat. Nam praestat ex vulnere sobolem repullescen-

b) *iuxta maturit. L.* c) *coeperint I. B. R. H. A. Gr. G.* d) *denunciat I. B. R. I. I. H.* e) *frigoris P.* f) *pruinam P.* g) *veruerit P.* h) *naturalis P.* [C. XXIV.] a) *Quandoque P. quando I. B. R.* b) *eligat* deest *P.* c) *pernitatem P.* d) *compositionis in partibus Goes. I. B. R.* e) *in I. B. R.* f) *putantur I. B. R.* g) *ingredientibus Goes. I. B. R.* h) *humo vrescere I. B. R. humu legere P. vrescere legere oriens. tis L.* i) *sana R.* k) *accipi Gr.* l) *ditauit P.* m) *vna* omnes; sed *ima Pol.* n) *demouenda I. B. R.* o) *explanida P.*

23, 1 SI MITIS AC TEMPERATA) Haec verba otiosa sunt; sequitur enim *caeli clementia.* VRSIN.

23, 3 QVANTO MATVRIVS) Geop. 3, 14 *Καθόλου δὲ ἡ μετοπωρινὴ κλαδεία τὰς ῥίζας καὶ τὸ κλῆμα γενναιότερον ποιεῖ, ἡ δὲ ἐαρινὴ καρπὸν πλείονα παρέχει.* Obiter nota, *γενναιότερον* hic simpliciter referri ad incrementum et magnitudinem, vt Geop. 5, 22 pr.

24, 2 A PARTE VITIVM) Vetusta edita volumina *in partibus vitium* exhibent, quod libenter amplectimur. PONTED.

24, 4 AB IMA VITE) Vidit VRSINVS, *vna* hic nihili esse, coniecit etiam, *ima* legendum SCHOETTGENIVS, et obtemperaturus eram eis, credo, etiam si non accessisset Florentini codicis auctoritas. Vid. §. 6 extrema.

24, 6 ET

ſcentem vellere, quam nodoſam et ſcabram plagam relinquere. Hoc enim modo
celeriter cicatricem ducit, illo cauatur atque putreſcit. Percuratis [p] deinde quaſi 5
pedibus crura ipſa, truncique circumſpiciendi [q] ſunt, ne aut pampinarius palmes
internatus, aut verucae [r] ſimilis furunculus [s] relinquatur: niſi ſi iugo [t] ſuperiecta
vitis deſiderabit [u] ab inferiore parte reuocari. Si vero trunci pars ſecta [x] ſolis affla-
tu peraruit, aut aquis noxiisue animalibus, quae per medullas irrepunt, cauata vi-
tis eſt, dolabella conueniet expurgare quicquid emortuum eſt: deinde falce eradi [y]
viuo tenus, vt a viridi codice [z] ducat cicatricem. Neque eſt difficile, mox alleua- 6
tas plagas terra, quam prius amurca [a] madefeceris, linire [b]. nam et teredinem for-
micamque prohibet, ſolem etiam et pluuias [c] arcet eiuſmodi litura, propter quae
celerius coaleſcit, et fructum [d] viridem conſeruat. Cortex quoque aridus, fiſſusque
per ſumma trunci dependens, corpore tenus delibrandus [e] eſt. quod et melius vi-
tis quaſi ſordibus liberata conualeſcit, et minus vino faecis affert. Iam vero mu-
ſcus, qui more [f] compedis crura vitium deuincta comprimit, ſituque et veterno ma-
cerat, ferro diſtringendus et eradendus eſt. Atque [g] haec in ima parte [h] vitis. Nec 7
minus ea, quae in capite ſeruanda ſint, deinceps praecipiantur [i]. Plagae [k], quas
in duro vitis accipit, obliquae rotundaeque fieri debent. nam citius conualeſcunt [l],
et quamdiu cicatricem non obduxerint [m], commodius aquam fundunt: transuerſae
plus humoris et excipiunt [n], et continent. eam culpam maxime vinitor fugito. Sar-
menta lata, vetera, male nata, contorta, deorſum ſpectantia, recidito [o]; nouella,
et fructuaria recta [p] ſubmittito [q]. Brachia tenera et viridia ſeruato; arida [r] et vete-
ra falce amputato. Vngues cuſtodum [s] annotinos reſecato. In quatuor ferme pe- 8
des ſupra terram vitem elatam totidem brachiis componito, quorum ſingula ſpe-
ctent [t] decuſſati [u] iugi partes. tum vel [x] vnum flagellum, ſi macrior vitis erit; vel
duo, ſi plenior [y], brachio cuique ſubmittito, eaque iugo ſuperpoſita praecipitato.
Sed meminiſſe oportebit, ne in eadem linea, vnoque latere brachii eſſe duas mate- 9
rias, pluresue patiamur. namque id maxime vitem infeſtat, vbi non omnis pars
brachii pari vice laborat, atque aequa portione ſuccum proli ſuae diſpenſat: ſed ab
vno latere exſugitur. quo fit vt ea vena, cuius omnis humor aſſumitur, velut icta
fulgure [z] areſcat. Vocatur [a] etiam focaneus palmes, qui ſolet in bifurco medius 10
prorepere, et idcirco eum praedicto vocabulo ruſtici appellant, quod inter duo
brachia, qua ſe diuidit vitis, enatus velut fauces obſidet, atque vtriuſque [b] dura-
menti [c] alimenta praeripit [d]. Hunc ergo tanquam aemulum diligenter iidem [e] am-
putant,

p) *percuruatis P. curuatis I. B. R.* q) *circumſpicienda I. B. R.* r) *verruces ſimilis ſurculus fur. L. verrucae I. B. R. H. Gr.* s) *runculus P.* t) *iugum L. iugum ſuper ſecta I. B. R.* u) *ab* defic. *I. B. R.* x) *ſenecta P. euecta L.* forte *pars enecta.* y) *radi I. B. R.* z) *cortice I. B. R.* a) *amurga deficeris P.* b) *lenire I. B. R.* c) *pluuiam I. B. R.* d) forte *truncum.* e) *deliberandus H. A.* f) *vmore concedit P. more comprendis L.* g) *Quae P.* h) *crate P.* i) *praecipiuntur I. B. R.* k) *plagas P.* l) *coaleſcunt Goeſ. I. B. R.* m) *obduxerunt I. B. R.* n) *percipiunt I. B. R. recipiunt Goeſ.* o) *decidito Goeſ I. B. R.* p) *recta* abeſt *I. B. R.* q) *ſummittito brachia. Tenera I. B. R.* r) *aridia I. B. R.* s) *cuſtodito anno tenos reſecato L.* t) *ſpectant I. B. R.* deficit *P.* u) *decuſati I. B. R.* x) *ſingulas* add. *Goeſ.* y) *ab pinguior* marg. *L.* z) *pulgere P. fulgere G.* a) *Videtur I. B. R.* b) *vtriſque Gr.* c) *trabens* inſ. *L. I. B. R.* d) *prorepit I. B. R.* e) *idem amputent I. B. R.*

24, 6 ET FRVCTVM VIRIDEM CONSERVAT) Vox *fructu* hic plane non quaeritur, qui proinde hic eſt *ἀπροσδιόνυσος*, licet de Baccho agatur. Forte *truncum* ſcripſit Columella? Vid. ſ. 12 extr.

24, 7 SARMENTA LATA) Video haec etiam Arb. 10, 2 itemque Palladio auctore Feb. 12, 2 reſecanda: interim quae ſint, aut qualia, neſcio. v. ad Pallad. l. c.

putant, et abnodant [f], priusquam corroboretur. Si tamen ita praeualuit, vt alter-
vtrum brachium afflixerit [g], id quod imbecillius est, tollitur, et ipse focaneus sub-
11 mittitur [h]. Reciso [i] enim brachio, aequaliter vtrique parti vires mater submini-
strat. Igitur caput vitis [k] pede [l] infra iugum constituito [m], vnde se pandant quatuor
(vt dixi) brachia, in quibus quotannis vitis renouetur, amputatis veteribus, et sub-
missis nouis palmitibus [n], quarum delectus scite faciendus est [o]. Nam vbi magna
materiarum facultas est, putator custodire debet, ne aut proximas duro, id est, a [p]
trunco, et [q] capite vitis relinquat, aut rursus extremas. nam illae minimum vinde-
miae conferunt, cum [r] exiguum fructum praebent, similes [s] scilicet pampinariis: hae
vitem exhauriunt [t], quia nimio foetu onerant, et vsque in alterum ac tertium pa-
12 lum, quod vitiosum esse diximus, se [u] extendunt [x]. Quare medio in brachio com-
modissime palmae submittentur, quae nec spem vindemiae destituant, nec emacient
stirpem suam. Non nulli fructus auidius eliciunt, extrema et media flagella submit-
tendo, nec minus proximum duro sarmentum in custodem resecando: quod facien-
dum, nisi permittentibus soli et trunci viribus, minime censeo. Nam ita se induunt
vuis, vt nequeant [y] maturitatem capere [z], si benignitas [a] terrae, atque ipsius trunci
13 laetitia non adsit [b]. Subsidiarius idemque custos in pollicem resecari non debet [c],
cum palmae, ex quibus proximi fructus sperantur, idoneo loco sitae sunt. nam vbi
ligaueris eas, et in terram spectantes deflexeris [d], infra vinculum materias exprimes [e].
14 At si longius, quam ritus agricolarum permittit, et a [f] capite vitis emicuerit, et bra-
chiis in aliena iugorum compluuia [g] perrepserit [h], custodem [i] validum, et quam
maximum [k] iuxta truncum [l] duorum articulorum, vel trium relinquemus, ex quo
quasi pollice, proximo anno citata materia formetur in [m] brachium: vt [n] sic recisa [o]
15 vitis ac renouata [p] intra [q] iugum contineatur. Sed in submittendo custode haec
maxime sunt obseruanda. Primum [r] ne resupina caelum, sed prona potius plaga
terram spectet: sic enim et gelicidiis ipsa se protegit, et ab sole obumbratur [s]. de-
inde ne sagittae, sed [t] vngulis quidem similis fiat resectio: nam illa celerius et la-
tius emoritur, haec tardius et angustius reformidat. Quodque etiam vsurpari vi-
tiosissime

f) *abundant* P. *adnotant* L. *annectant* I. B. R. g) *affixerit* I. B. R. h) *summitur* I. B. R. i) *Resciso* H. k) *vitis* abest P. l) *pede* I. B. R. P. *pendens* al. m) *constet: retunde* P. n) *palmis* I. B. R. *palmis quorum* L. o) *est* om. I. B. R. p) *ab* I. B. R. I. I. *ante* L. q) *et* deest I. B. R. *et a* P. r) *quo* Goes. s) *simile* I. B. R. t) *exhariunt* I. B. R. u) *se* om. L. I. B. R. x) *ostendunt* L. y) *neque ante* I. B. R. z) *facere* I. B. R. a) *begnitas* I. B. R. b) *adsit: subsidiarius* I. B. R. *adsit, subsid.* H. A. Gr. G. c) *debent* P. d) *depresseris* L. e) *exprimis* I. B. R. f) *ante* L. g) *quam pluuia* L. h) *perrepserint* I. B. R. i) *costodem* Gr. k) *quammaxime* I. B. R. l) *truncus* I. B. R. m) *in* abest P. n) *vt* def. I. B. R. o) *rescisa* H. p) *renocata* I. B. R. q) *in* I. B. R. r) *Prominere supina* P. s) *vmbraretur* P. t) *sed nec vngulae similis* I. B. R. *sea ne vngulis simili* L.

24, 11 PEDE INFRA IVGVM) Non auctoritate modo ductus recessi a vulgata lectione, sed etiam loco parallelo 4, 17, 5, vbi *pedali spatio circa*, vel potius *citra iugum vitis compesci* iubetur. it. 4, 21, 1.

24, 11 PALMITIBVS, QVARVM) Meliorne lectio alter *palmis*, cui melius respondet *quarum*? an [illegible] locum habet? an denique emendandum est *quorum*? conf. 4, 27, 4.

24, 12 QVOD VITIOSVM ESSE DIXIMVS) 4, 22, 2.

24, 13 MATERIAS EXPRIMES) Vid. 4, 20, 3.

24, 15 NE SAGITTAE, SED VNGVLIS) Scilicet in illa resectione vulnus longum, pars relicta et vulnerata tenuis: in hac breue et rotundius vulnus, pars vulnerata crassior. Necesse igitur est illic vulneratam partem citius exarescere, et plane emori: hic autem non ita facile, et ad breuius spatium non emori quidem, nam hoc plane non fit, sed *reformidare*, h. e. ab incremento cessare. v. Index.

24, 15 SI-

tiosissime animaduerto, maxime vitandum est. nam dum seruiunt decori, quo sit
breuior custos, et similis pollici [u], iuxta articulum sarmentum recidunt. Id autem 16
plurimum officit, quoniam secundum plagam posita gemma pruinis et frigore, tum
deinde aestu laborat. Optimum est igitur [x] medio fere internodio subsidiarium ton-
dere palmitem, deuexamque resectionem facere post gemmam, ne (vt iam [y] antea [z]
diximus) superlacrymet [a], et gemmantem caecet oculum. Sed [b] si resecis facultas 17
non erit, circumspiciendus est furunculus, qui, quamuis angustissime praecisus [c] in
modum verrucae [d], proximo vere materiam exigat, quam vel in brachium [e], vel in
fructuarium remittamus. Si neque is reperiatur, sauciandа [f] ferro est atque exul-
ceranda vitis in ea parte, qua pampinum studemus elicere [g]. Iam vero ipsos palmi-
tes, quos vindemiae praeparamus, clauiculis ac nepotibus liberandos magnopere
censeo. Sed in iis [h] recidendis alia conditio est, atque alia in iis [h], quae procedunt 18
e trunco. nam quicquid est, quod e duro prominet [i], vehementius applicata [k] falce
abnodatur [l] atque eraditur, quo celerius obducat cicatricem. rursus quicquid e te-
nero processit, sicut nepos, parcius [m] detondetur [n]: quoniam fere coniunctam gerit
ab latere gemmam, cui consulendum est, ne falce destringatur. pressius enim si [o]
abnodes [p] applicato [q] ferro, aut tota tollitur, aut conuulneratur. propter quod pal-
mes, quem mox in germinatione citauerit, imbecillis, ac minus fructuosus erit;
tum etiam magis obnoxius ventis; scilicet quia infirmus de cicatrice prorepserit.
Ipsius autem materiae, quam submittemus, longitudini modum difficile est impo- 19
nere. Plerique tamen in tantum prouocant, vt curuata, et praecipitata per iugum
nequeat terram contingere. Nos subtilius dispicienda [r] illa censemus. primum vi-
tis habitum; nam si robusta est, ampliores materias sustinet [s]: deinde soli quoque
pinguitudinem; quae nisi adest, quamuis validissimam vitem celeriter necabimus
procerioribus emaciatam [t] flagellis. Sed longi palmites non mensura, verum gem- 20
marum numero aestimantur [u]. nam vbi maiora sunt spatia inter articulos, licet eous-
que materiam producere, dum pene terram contingat: nihilo minus enim paucis
frondescet pampinis. at vbi spissa internodia, frequentesque oculi sunt, quamuis
breue sarmentum, multis palmitibus virescit, et [x] numeroso foetu exuberat. quare
modus talis generis necessario [y] maxime est adhibendus, ne procerioribus fructuariis
oneretur [z]. Et vt consideret vinitor, proximi [a] anni magna, necne, fuerit vinde-
mia? Nam post largos fructus parcendum est vitibus, et ideo anguste putandum: 21
post exiguos, imperandum. Super caetera illud etiam censemus, vt duris [b] tenuissi-
misque [c] et acutissimis ferramentis totum istud opus exequamur. obtusa enim et
hebes et mollis falx putatorem moratur, eoque minus operis efficit, et plus laboris
affert

u) *polli* P. x) *ergo* I. B. R. y) *iam* omiss. I. B. R. z) *ante* I. B. R. a) *superlachrymet* I. B. R. I. I. A. G. *superlachrimet* H. b) *Sed* omitt. I. B. R. c) *percisus* P. d) *verucae* I. B. R. I. I. A. G. e) *focaneum* I. B. R. *forcbium vel in fructum* P. f) *faucienda* H. g) *eligere* L. I. B. R. h) *bis* I. B. R. i) *prohiemet* S. *prominet* P. *progemmet* I. B. R. k) *applicita* Goes. l) *adnotatur* I. B. R. *adnodatur* L. P. m) *partius* B. R. n) *detundetur* I. B. R. o) *ne* P. p) *annodes* L. I. B. R. *adnodes* P. q) *adplicito* L. *applicito* I. B. R. r) *despicienda* I. B. R. s) *sustineat* I. B. R. t) *remaciatam* P. u) *existimantur* I. B. R. *estimantur* P. x) *ac* P. *at vniuerso* L. y) *necessarie* I. B. R. z) *oneret* I. B. R. a) *proxime* I. B. R. b) *duris* om. I. B. R. c) *que* deest I. B. R.

24, 25 SIMILIS POLLICI) Non quo non eiusdem rei nomina sint in vite *custos* et *pollex*, quod docet noster Index: sed noster *pollicem* hic accipit pro forma digiti primi, crassiuscula et breuiuscula. *Quo sit breuior custos, et similis pollici*, cuius nomine appellatur videlicet.

affert vinitori. nam ſiue curuatur acies, quod accidit molli; ſiue tardius penetrat,
quod euenit in retuſo et craſſo ferramento; maiore niſu [d] eſt opus. tum etiam pla-
gae aſperae atque inaequales vites lacerant. neque enim vno, ſed ſaepius repetito
22 ictu res tranſigitur. quo plerumque fit, vt quod praecidi debeat perfringatur [e], et
ſic vitis laniata, ſcabrataque putreſcat humoribus, nec plagae conſanentur. Quare
magnopere monendus [f] putator eſt, vt prolixet aciem ferramenti, et quantum poſ-
ſit, nouaculae ſimilem reddat. Nec ignoret in quaque re, qua parte falcis vtendum
ſit. nam plurimos per hanc inſcitiam vaſtare vineta comperi.

XXV. EST autem ſic diſpoſita vinitoriae falcis figura, vt capulo pars [a] proxi-
ma, quae rectam gerit aciem, culter ob ſimilitudinem nominetur; quae flectitur,
ſinus; quae [b] a flexu procurrit, ſcalprum; quae [c] deinde adunca [d] eſt, roſtrum ap-
pellatur; cui ſuperpoſita ſemiformis Lunae ſpecies, ſecuris dicitur. eiusque velut
apex pronus imminens, mucro vocatur [e]. Harum partium quaeque ſuis muneribus
2 fungitur, ſi modo vinitor gnarus eſt [f]. Nam [g] cum in aduerſum preſſa manu deſe-
care quid debet, cultro vtitur: cum autem [h] retrahere, ſinu: cum alleuare, ſcalpro:
cum incauare [i], roſtro: cum ictu caedere, ſecuri: cum in anguſto aliquid expurgare,
mucrone. Maior autem pars operis in vineam [k] ductim potius, quam caeſim fa-
cienda eſt. nam ea plaga quae [l] ſic efficitur, vno [m] veſtigio alleuatur. prius enim pu-
3 tator applicat ferrum, atque ita quae deſtinauit praecidit. qui caeſim vitem petit, ſi
fruſtratus eſt (quod ſaepe euenit) pluribus ictibus ſtirpem vulnerat. Tutior igitur,
et vtilior putatio eſt, quae (vt retuli) ductu falcis non ictu conficitur [n].

a *Capulus.* b *Culter.* c *Sinus.* d *Scalprum.* e *Roſtrum.* f *Securis.* g *Mucro.*



XXVI. HIS [a] peractis, ſequitur (vt ante iam diximus) adminiculandae iugan-daeque vineae cura, cui ſtabiliendae melior eſt ridica palo, neque ea quaelibet: nam eſt praecipua cuneis fiſſa olea [b], quercus, et ſuber, ac ſi qua ſunt ſimilia robora: tertium obtinet locum pedamen [c] teres; idque maxime probatur [d] ex iunipero, et

d) *vi I. B. R.* e) *praefringatur Goeſ. prefrigatur L. I. B. R.* f) *mouendus I.* [C. XXV.] a) *par I. I.* b) *quia ſi. I. B. R. ſinusque a P.* c) *quod I. B. R.* d) *aduncum I. B. R.* e) *appellatur I. B. R.* f) *iis vtendi Goeſ.* g) *cum* interſer. *P.* h) *retrahere autem, ſinu I. B. R. retrahere aut ſinum P.* i) *incuruare I. B. R.* k) *vinea Goeſ.* l) *quaeque I. B. R.* m) *imo I. B. R.* n) figura falcis vinitoriae abeſt *L. I. B. R.* [C. XXVI.] a) *Haec peracta. Sequitur I. B. R.* b) *oleumgetum L.* c) *pedamenta res I. B. R. pedamente es P.* d) *proditur I. B. R. probatur (prodatur) P.*

26, 1 VT ANTE DIXIMVS) Cap. 12 huius libri et ſeqq.

26, 1 TERTIVM OBTINET LOCVM PEDAMEN TERES) Pedamenta apud Columellam ad duo reuocantur genera, ad ridicam nempe et palum, quorum vnum, ridica nimirum ſic commemoratur: *Cui ſtabiliendae melior eſt ridica palo, neque ea quaelibet: nam eſt praecipua cuneis fiſſa olea, quercus et ſuber, ac ſi qua ſunt ſimilia robora;* alterum autem, id eſt palus, minime:

et[e] lauru, et cupressu. recte etiam faciunt ad eam rem siluestres pinus[f], atque etiam
sambuci[g] probabilis[h] vsus. tamen[i] in his haec[k] eorumque similia pedamenta post
putationem retractanda sunt, partesque eorum putres dedolandae[l]. atque alia con- 2
vertenda, quae sinceritatem[m] habent: alia submouenda, quae[n] vel[o] cariosa, vel
iusto breuiora sunt, eorumque in[p] vicem idonea reponenda, iacentia statuenda[q],
declinata corrigenda[r]. Iugo, si non erit opus noua[s] sartura, recentia vincula in-
ferantur: si restituendum[t] videbitur, ante quam vitis palo applicetur, perticis vel
arundinibus connectatur, ac tum demum (sicut in nouella praecipimus) vitem iuxta
caput, infraque[u] brachia colligemus[x] cum ridica: idque facere non oportebit
omnibus annis eodem loco, ne vinculum incidat, et truncum strangulet. Brachia 3
deinde sub stella quadripartito locabimus, tenerosque palmites super iugum ligabi-
mus nihil repugnantes[y] naturae, sed vt quisquis obsequetur, leuiter[z] curuabitur,
ne deflexu[a] frangatur, neue iam tumentes gemmae detergeantur. atque vbi duae
materiae per vnam partem iugi mittentur, media[b] pertica interueniat, directaeque[c]
palmae per iugorum compluuia[d] decurrant, et velut mersae cacuminibus in terram
despiciant[e]. Id vt scite fiat, meminerit alligator, ne retorqueat[f] sarmentum, sed 4
tantum inflexum deuinciat, et[g] vt omnis[h] materia, quae modo[i] potest praecipitari,
iugo superponatur, vt potius innixa[k] perticae, quam e vinculo pendeat[l]. Saepe
enim notaui[m] per imprudentiam rusticos subiicere iugo palmam, et ita colligare, vt
solo vimine suspendeat[n]. quae vinea cum accipit pampini et vuarum pondus,
infringitur.

XXVII. SIC deinde ordinata vineta festinabimus[a] emundare, sarmentisque et calametis[b] liberare[c]. Quae sicco tamen solo[d] legenda sunt, ne lutosa humus incul-

e) *tum ex P. Goes.* f) *pinus* abest *P.* g) *sabuci P.* h) *probabilis vsu statuminis Goes.* i) *Tantum I. B. R.* k) *haec* om. *I. B. R.* l) *Quae atque P. accidendaeque* ins. Goes. m) *proceritatem I. B. R. ceritatem P.* n) *quum B. R.* o) *vel* omitt. *I. B. R.* p) *inuicem iunct. R.* q) *struenda I. B. R.* r) *corrigenda iugo. I. B. R.* s) *nouo sartore I. B. R. nouo sarture: exerentia P. nouo* h. e. secundo coniic. etiam *Broukh.* t) *restituenda I. B. R.* u) *infraque brachia colligemus* om. *L. I. B. R.* x) *vitem iuxta caput* hic repet. *P.* y) *repugnantis naturae est: vt I. B. R.* z) *leniter I. B. R.* a) *deflexus I. B. R.* b) *in ea pertica media I. B. R. in ea pertica ins. Goes. P.* c) *diremptaeque I. B. R. diremque P.* d) *calpurina decurrant L.* e) *despiceant Steph.* f) *torqueat Goes. I. B. R.* g) *Sed I. B. R.* h) *omni materie P.* i) *modo L. I. B. R. nihil* al. *mundo P.* k) *innexa I. B. R.* l) *dependeat P. Goes.* m) *mutaui P.* n) *Suspendeat Goes. I. B. R.* [C. XXVII.] a) *festinauimus P.* b) *calmetis I. B. R. calamitis P. calamentis L. H.* c) *librare* Sphalma *C. St.* d) *loco I. B. R.*

nime: sed transit ad tertium genus, quod de Varronis sententia est arundo, tenellis vitibus pedandis non inutilis. Vid. 1, 8, 4. At ex Columella non arundo est tertium pedamentum, sed id, quod *teres* de *iunipero* fit, *lauro, cupresso*. Hoc autem quid aliud erit nisi *palus?* Est teres, fit ex robustis materiis; praeterea quid aliud pedandis vitibus (si nouellas excipiamus, quas commode arundinibus adminiculantur agricolae) interuire docet Columella, quam ridicam et palum? Propter quod male *tertium obtinet locum pedamen teres*, id est palus, legitur, proxime enim ridicam hic sequitur, rectiusque *alterum* siue *secundum* pro *tertium* subrogarem. PONTEDERA.

26, 1 PROBABILIS VSVS TAMEN IN HIS) Voces *in his* concoquere non poteram; nec tamen, quid eis facerem videbam: cum commodum offertur Goesiani codicis lectio, quam veram arbitror. *Sambuci probabiles vsu statuminis. Haec etc.* vix dubito, inquam, quin recipienda sit haec lectio: malui tamen in eam partem peccare, quae tutior est. Quae etiam causa est scilicet, cur superiorem doctissimi Pontederae coniecturam non receperim.

26, 4 QVAE NIHIL POTEST PRAECIPITARI) Quam obscurus hic locus, hoc vno *nihil* deprauato, nemo non videt. Si Ienonianos et Bruschianos libros adeamus, aperta et clara omnia inueniemus: *quae modo potest praecipitari.* PONTED.

inculcata maiorem fossori laborem praebeat, qui protinus adhuc[e] silentibus vineis
inducendus[f] est. Nam si palmis incipientibus[g] progemmantibusque fossorem im-
miseris[h], magnam partem vindemiae decusseris[i]. Igitur ante quam gemment[k],
per diuortium[l] veris atque hiemis quam altissime fodiendae vineae sunt, quo laetius
atque[m] hilarius pullulent[n], eaeque[o] vbi se frondibus et vuis vestierint[p], teneris
2 caulibus nec dum adultis modus adhibendus[q] est. Idemque vinitor, qui ante fer-
ro, nunc manu decutiet[r], vmbrasque compescet[s], ac superuacuos pampinos
deturbabit[t]. nam id plurimum refert, non inscite[u] facere, siquidem vel magis pam-
pinatio[x], quam putatio vitibus consulit. nam illa quamuis multum iuuat, fauciat[y] ta-
men et resecat[z]: haec clementius[a] sine vulnere medetur, et anni sequentis expe-
3 ditiorem putationem facit. tum etiam vitem minus cicatricosam reddit: quoniam
id ex quo viride[b] et tenerum decerptum[c] est, celeriter consanescit[d]. Super haec[e]
materiae, quae fructum habent, melius conualescunt, et vuae commodius[f] insola-
4 tae percoquuntur[g]. Quare prudentis est, ac[h] maxime callentis[i] vinitoris aestima-
re[k], ac dispicere, quibus locis in annum debeat materias submittere; nec orbos
tantum detrahere palmites, verum etiam frugiferos, si[l] supra modum se[m] nume-
rus eorum profuderit. siquidem euenit, vt quidam oculi trigeminis palmis egermi-
nent, quibus binos detrahere oportet, quo commodius singulos alumnos educent.
5 Est enim sapientis rustici reputare, num maiore fructu vitis se induerit, quam vt
perferre eum possit. Itaque non solum frondem superuacuam debet[n] decerpere,
quod semper faciendum est, verum interdum partem aliquam foetus decutere, vt
vbere[o] suo grauatam vitem leuet. Idque[p] faciet variis de causis pampinator indu-
6 strius, etiam si non erit maior fructus, quam vt maturescere queat. Si autem con-
tinuis superioribus annis dapsili[q] prouentu fatigata vitis fuerit, requiescere ac refici
par[r] erit, et[s] sic[t] futurae materiae consulendum. Nam cacumina flagellorum
confringere[u] luxuriae comprimendae causa[x], vel e[y] dura parte aut[z] a trunco sur-
gentes pampinos submouere [oportebit], nisi ad renouandam vitem vnus atque
alter

e) *ad id vt* interser. *P. velut L.* f) *indicendus P. indulgendus L.* g) *inicientibus P.* h) *miseris P. immisserit R.* i) *decusserit L. I. B. R.* recte. k) *germinent L. I. B. R.* l) *diuertium P.* m) *et I. B. R.* n) *pullente P.* o) *aeque I. B. R. Aeque vuis effodibus P.* p) *euestierint I. B. R.* q) *habendus Goes. I. B. R.* r) *depentet L.* s) *compescat I. B. R.* t) *deturbet I. B. R. decurtabit* coni. *Broukh.* u) *insite Scite P.* x) *pampinationi quam putationi consulit I. B. R.* y) *sautiat R.* z) *regat P.* a) *claementius I.* b) *viridem P.* c) *detentum I. B. R. deceptum P.* d) *consenescit L. I. B. R.* e) *hanc I. B. R.* f) *melius in sole percoquatur L.* g) *percoquantur P.* h) *et I. B. R.* i) *calentis R.* k) *estimare P. existimare ac despicere I. B. R.* l) *si* abest *P. I. B. R.* m) *si I. B. R.* n) *nolet I. B. nollet R. volet P. L.* o) *vberi I. B. R.* p) *Inque P.* q) *dactyli (facili Goes.) probentur: religatam vitem quiescere (requiescere P.) ac etc. P. I. B. R. Goes. dapsilis prou. fatigatam vitem req. ac ref. patitur L.* r) *parueris P.* s) *et* om. *I. B. R.* t) *si I. B. R.* u) *defringe I. B. R.* x) *crura P.* y) *e* omitt. *I. B. R.* z) *vel trunci suos pampinos remouerent: nisi I. B. R. trunci si post pampinos summouerent: si P. vel dum parte trunci sitos pamp. summouerent nisi L.*

27, 2 NAM ILLA — HAEC) Ad propius pertinet *illa*, *haec* ad remotius; vt Plin. 10, 23 f. 31 *E longinquo venire ciconias, non dubium, eodem quo grues, modo; illas hiemis, has aestatis aduenas.* Similia his iam ad Fabri Lexicon adnotata. Non plane, sed aliquo tamen modo huc pertinet Col. 7, 5, 4.

27 4 QVIBVS BINOS) *Binas* legendum ex V. C. monet VRSINVS: recte arbitror; refertur enim ad *palmas*. Sed cum etiam *alumnos* queat respicere, nihil mutaui. conf. 4, 24, 11.

27, 6 PAMPINOS SVBMOVERE OPORTEBIT) Hoc verbum *oportebit* ab aliquo, qui oscitanter haec perlustrauerit, adiectum suspicor. Quod profecto si quis quae hic traduntur, diligenter animo colligat, necessario esse subtrahendum probabit. Postquam enim docuerat Columella, quae in pampinatione a prouido et industrio

alter seruandus est, tum e capite quicquid inter brachia viret explantare, atque eos qui per ipsa duramenta steriles [a], nequicquam [b] matrem occupant [c], palmites detergere [d], cuiuslibet vel pueri est officium.

XXVIII. TEMPVS autem pampinationis ante, quam florem vitis ostendat, maxime est eligendum [a]: sed et postea licet eandem repetere. Medium igitur eorum dierum spatium, quo acini [b] formantur, vinearum nobis aditum negat. quippe florentem fructum mouere non expedit: pubescentem vero, et [c] quasi adolescentem [d] conuenit religare, foliisque omnibus nudare, tum et crebris fossionibus implere: nam fit vberior puluerationibus. Nec infitior [e] plerosque ante me rusticarum rerum magistros tribus fossuris contentos fuisse. ex quibus Graecinus [f], qui sic refert: potest videri satis esse constitutam vineam ter [g] fodere. Celsus quoque, et Atticus consentiunt, tres esse motus in vite, seu potius in omni surculo, naturales: vnum [h], quo germinet; alterum, quo floreat [i]; tertium, quo maturescat. Hos ergo motus censent fossionibus concitari. Non enim natura, quod vult satis efficit, nisi eam labore cum studio iuueris. Atque haec colendarum vinearum cura est [k], quae finitur [l] vindemia [m].

XXIX. REDEO [a] nunc ad eam partem disputationis, qua sum professus vitium inserendarum tuendarumque insitionum praecepta. Tempus inserendi [b] Iulius Atticus tradidit ex Calend. Nouemb. in Calendas Iunias, quoad posse custodiri surculum sine [c] germine affirmat. Eoque debemus intelligere nullam partem anni excipi, si sit sarmenti [d] silentis facultas. Id porro in aliis stirpium generibus, quae firmioris

a) *similes P.* b) diuisim. *G.* c) *optant I. B. R. opacant P. Gesf. L.* d) *detegere I. B. R.* [C. XXVIII.] a) *legendum B. R.* b) *accini R.* c) *et* def. *I. B. R. et q. ad* om. *L.* d) *adulescentem I. B. R.* e) *inficior* ante Commel. omnes. f) *Graecinum quit si P.* g) *perfodere P.* h) *vtrium P.* i) *consloreat I. B. R.* k) *est, quae* om. *L. I. B. R. I. I.* l) *fruitur L.* m) *vindemiare P.* [C. XXIX.] a) *Rideo P.* b) *insertionis L.* c) *sine gemmam* omnes praet. *P. L. et I. I.* d) *sarmentum si senis L.* nobiscum *I. I. sarmentis alendis* rel.

strio vinitore seruanda essent, ea demum, quae non solum a peritis, sed etiam a pueris fieri possint, commemorat. *Nam*, inquit, *cacumina flagellorum confringere luxuriae comprimendae causa, vel e dura parte, aut a trunco surgentes pampinos submouere, nisi si* (particula *si* a nobis adiicitur qua saepe vti solet Columella, vt cap. 29 de eadem re verba faciens: *Nisi si propter penuriam et caluitium loci sumitur in propagines*) *ad renouandam vitem vnus aut alter seruandus est, tum e capite quidquid inter brachia viret, explantare, atque eos, qui per ipsa duramenta steriles nequicquam matrem occupant, palmites detergere, cuiuslibet vel pueri est officium.* In vetustis porro libris, quamvis omnia fere vitiosa, verbum tamen *oportebit* non apparet. PONTED. Distinctionem certe ad mentem Viri Clarissimi conformaui. Nam interpunctum erat ante *tum. Oportet* autem inclusi.

28, 1 VINEARVM NOBIS ADITVM NEGAT) Ante incisum erat post *vinearum:* quod ne monuissemus quidem, nisi indicandum esset idem visum VRSINO.

28, 2 IN OMNI SVRCVLO) Hic *surculi* nomine virgultum siue potius arbor, quae de surculo crescit, vt censet verissime Clar. Morgagnus, intelligitur. Quod etiam aliis locis comprobatur. Vid. 2, 15, 7: 4, 29, 3: 7, 4, 4: 7, 12, 10: 9, 4, 2, PONTED.

29, 1 SVM PROFESSVS) 4, 22, 9.

29, 1 SINE GERMINE – SARMENTI SILENTIS) Notabile hoc exemplum corruptionis et restitutionis velim attendant artis nostrae studiosi. Scriptum fuit *sarmentisilentis*, distinctione vocum neglecta. Haec obscuriora fuere cuidam, qui nesciret, quid esset *sarmentum silens*; ac rusticae praeterea rei imperitus esset. Itaque *sarmentis alendis* fecit. Hic error peperit priorem, vt *sine germine* mutaret idem vel alius in *sine gemmam*. Gratiae itaque habendae sunt hinc Iuntis et ex parte Liphensi, hinc Politiano, qui obliteratam prope veram lectionem, et sententiam elegantissimis verbis expressam nobis seruarunt, quam si non recepissem, magis venia indignus essem, quam reprehensionem mereor, quod

2 firmioris [e] et succosioris libri sunt, posse fieri sane concesserim. In vitibus nimis
temere tot mensium rusticis insitionem [f] permissam dissimulare, non est fidei meae:
non [g] quod [h] ignorem, brumae temporibus aliquando insitam vitem comprehende-
re sed non quid [i] in vno vel altero experimento casu fiat; verum quid certa ra-
tione plerumque proueniat, discentibus praecipere [k] debemus [l]. Etenim si exiguo
numero periclitandum sit, in quo maior cura temeritati medetur, possum aliquate-
3 nus conuenire [m]. cum vero vastitas operis etiam diligentissimi agricolae curam dis-
tendit [n], omnem scrupulum submouere debemus. Est enim contrarium [o], quod
Atticus praecipit. nam idem per brumam negat recte putari vineam. quae res,
quamuis minus laedat [p] vitem, merito tamen fieri prohibetur, quod frigoribus omnis
surculus rigore torpet: nec propter gelicidia [q] corticem mouet, vt cicatricem con-
4 sanet. Atque [r] idem Atticus non prohibet eodem ipso tempore inserere [s], quod
tum, et totius obtruncatione vitis, et cum eiusdem refectionis fissura, praecipit
fieri. Verior itaque ratio est inserendi tepentibus iam diebus post hiemem, cum et
gemmas [t] et corticem [u] naturaliter mouent [x], nec frigus ingruit, quod possit aut
5 surculum insitum, aut fissurae plagam inurere [y]. Permiserim tamen festinantibus
autumno vitem inserere: quia non dissimilis est eius aeris [z] qualitas vernae. Sed
quocunque quis tempore destinauerit inserere, non aliam sciat esse curam surculis
explorandis, quam quae tradita est priore libro, cum de malleolis eligendis prae-
cepimus. quos vbi generosos, et foecundos, et quam maturissimos, viti detraxe-
6 rit, diem quoque tepidum, silentemque a ventis eligat. Tum consideret surculum
teretem, solidique corporis, nec fungosae [a] medullae, crebris etiam gemmis, et
breuibus internodiis. nam plurimum interest non esse longum sarmentum, quod
inseratur; et rursus plures oculos, quibus egerminet, inesse. Itaque si sunt longa
internodia, necesse est ad vnam, vel summum duas gemmas recidere surculum,
ne [b] proceriorem faciamus, quam vt tempestates, et [c] ventos [d], et imbres immo-
7 bilis pati possit. Inseritur autem vitis vel resciffa [e], vel integra perforata terebra.
sed illa frequentior, et pene omnibus agricolis cognita insitio; haec rarior, et pau-
8 cis vsurpata. de ea igitur prius differam, quae magis in consuetudine est. Recidi-
tur vitis plerumque supra [f] terram, nonnunquam tamen et infra, quo loco magis [g]
solida

e) *firmioribus P.* f) *incisionem L.* g) *nec I. B. R.* h) *quid B. R. qui nigriore P.* i) *quidem G.* k) *permiscere P.* l) *debeamus I. B. R.* m) *me contueri I. B. R. meri contueri P. conniuere I. I. H. A. Gr. G. St. L.* n) *distendat* post *I. B. R. distendit atque impedit L.* o) *contrarius P.* p) *dedit P.* q) *gelicidiam L.* r) *atqui* coni. *Broukh.* s) *propter quod cum I. B. R.* t) *gemma se et cortex nat. mouet Goes.* u) *cortex I. B. R.* x) *mouet I. B. R.* y) *inire L.* z) *roris L.* a) *rugosae I. B. R. frigosae L.* b) *ne — quam* absunt *I. B. R.* c) *et* abest *I. B. R.* d) *ventos immobiles P.* e) *recisa Goes. I. B. R.* f) *iuxta P.* g) *maxime I. B. R.*

quod ausus sum a recepta lectione recedere. *Surculum sine germine* esse *sarmentum silens*, index noster docet planissime. Porro illo opus esse ad insitionem, nemo ignorat, nisi qui haec talia ignorat penitus.

29, 2 ALIQVATENVS CONVENIRE) Magis placet *conniuere*, nec bonis auctoribus destitutum est.

29, 4 QVOD TVM ET TOTIVS) Illud *tum* eo minus videtur huic loco conuenire, quod proxime praecessit *eodem ipso tempore*. Quid si legamus *tamen?*

29, 4 TEPENTIBVS IAM DIEBVS) Florentinus Geop. 4, 12 tempus insitionis esse vult ver, quando glacies desiit, et quidem hanc ob rationem, quia tunc succus siue humor vitis neque multus est, neque aquosus, sed densus et crassus, quare vitis non tantum damni patitur. SCHOETTG.

29, 4 AVT SVRCVLVM INSITVM) Intelligen-

solida est, atque enodis. cum iuxta [h] terram insita est, surculus [i] adobruitur [k] cacumine tenus: at cum editior [l] est a terra, fissura [m] diligenter subacto luto linitur [n], atque superposito musco ligatur [o], quod et calores et pluuias arceat. Temperatur ita surculus, vt calamo non absimilis [p], coagmentet fissuram, sub qua nodus in vite desideratur, qui quasi alliget eam fissuram, nec rimam patiatur vltra procedere.
Is nodus etiam si quatuor digitis a resectione [q] absuerit, illigari tamen eum prius 9
quam vitis findatur, conueniet, ne, cum scalpro factum fuerit iter surculo, plus iusto plaga hiet [r]. Calamus autem non amplius tribus digitis debet alleuari, aequaliter [s] ex ea parte, qua raditur, vt sit leuis. eaque rasura ita deducitur, vt medullam contingat vno latere, atque altero paullo vltra corticem destringatur [t], figureturque in speciem cunei, sic vt ab ima [u] parte acutus [x] surculus, latere altero sit tenuior, atque altero plenior: perque tenuiorem partem insertus, eo latere arctetur [y] quo est plenior, et vtrinque contingat fissuram. nam [z] nisi cortex cortici sic
applicetur [a], vt nullo loco transluceat, nequit [b] coalescere. Vinculi genus ad insi- 10
tionem non vnum est alii viminibus obstringunt; nonnulli circumdant libro fissuram; plurimi ligant iunco [c], quod aptissimum. nam vimen, cum inaruit, penetrat, et insecat corticem. propter quod molliora vincula magis probamus, quae cum circumuenere truncum, adactis [d] arundineis cuneolis arctantur [e]. Sed antiquissimum est, et ante haec ablaqueari vitem, radicesque summas, vel soboles amputari; et post
haec adobrui truncum. isque cum comprehendit, aliam rursus exigit [f] curam. nam 11
saepius pampinandus [g] est, cum germinat, frequentiusque detrahendae [h] sunt soboles, quae a [i] lateribus radicibusque prorepunt. tum quod ex [k] insito profundit [l] subligandum, ne vento surculus motus [m] labefactetur, aut explantetur tener pampinus. qui cum excreuit, nepotibus orbandus [n] est, nisi si propter penuriam, et caluitium loci submittitur [o] in propagines [p]. Autumnus deinde falcem maturis palmitibus admo-

h) *supra I. B. R.* i) *surculi P.* k) *adruitur P. obruitur I. B. R.* l) *editiora terra est I. B. R.* forte *editior a* debebat scribi. m) *ipsum I. B. R.* n) *linito: et I. B. R.* o) *ligato I. B. R.* p) *vt repetit. I. B. R. augmentet fixuram sub L.* q) *resectionibus fuerit I. B. R.* r) *Et calamus vt varior amplius P.* s) *Atque is ab ea I. B. R. Atque is ex ea ab ea P. atque is ex ea p. q. r. vt sit ab ea parte leu. Goes. L.* t) *distringatur I. I. H. A. Gr. G. St.* u) *vna I. B. R.* x) *surculus artus I. B. R.* y) *artetur I. B. R.* z) *Nec nisi I. B. R. Nam* [*Nec*] *nec P.* a) *applicatur I. B. R. appellatur P.* b) *ne quid patiatur coalescere I. B. R.* c) *iugo I. B. R.* d) *adactis sit arundines P.* e) *artantur I. B. R.* f) *eligit L.* g) *pampinandum I. B. R.* h) *debracbitendae suboles P.* i) *a* deest *I. B. R.* k) *in exitio P.* l) *profudit I. B. R.* m) *motus* abest *I. B. R.* et *Ms. Heins.* ad Ouid. Met. 3, 729. n) *ordinandus P.* et *Heins. l. c.* o) *Sumitur* omnes praeter *Goes.* p) *propagines. Autumnus deinde I. B. R. I. I. propagines autumnus, deinde H. autumnus: deinde Gr. G. autumnus, deinde Com.*

telligendum ἀπὸ τοῦ κοινοῦ ex eo, quod sequitur, *vrere*.

29, 9 AEQVALITER EX EA PARTE) Nihil hic opus esse videtur voce *aequaliter*. Itaque haud paullo magis placet altera lectio, *atque is etc.*

29, 11 SVBMITTITVR IN PROPAGINES AVTVMNVS) *Sumitur in propagines autumnus.* Quid sit autumnum propagari, aut qua via id fieri possit, si ii qui sic ediderunt (ediderunt autem omnes, quorum libros vidi) aperuissent, acquiescerem. Id vero quoniam neglexere, τὸ *autumnus* sine vlla dubitatione reiicio, et locum suppleo, apposito τῷ *alumnus*. Hoc modo quae praecipiat auctor, intelligo. docet autem insitum surculum cum germinauerit, esse nepotibus orbandum, *nisi si propter penuriam et caluitium loci sumitur in propagines alumnus.* Eleganter sane quod ex insito profunditur, alumnum appellat; per insitionem enim surculus alienae matri tanquam nutrici traditur alendus. PONTED. Nic. Heinsius ad Ouid. Her. 4, 111 ita constituit hunc locum: *Pampinus cum excreuit, nepotibus orbandus est, nisi si propter penuriam et caluitium loci, submittuntur in propagines autumnus.* *Submittuntur*, membranis deberi ait.

admouet. sed putationis insitis custoditur ea ratio, vt vbi nulla desideratur propago, vnus surculus euocetur in iugum; alter ita recidatur, vt adaequetur plaga trunco,
12 sic tamen, ne quid radatur [q] e duro [r]. Pampinandum non aliter est, quam in nouella viuiradice; putandum vero sic, vt [s] vsque in quartum annum parcius imperetur, dum plaga trunci ducat [t] cicatricem. Atque haec per fissuram insitarum est
13 ordinatio. In [u] illa autem quae fit per terebrationem, primum de [x] vicino fructuosissimam oportet [y] considerare vitem, ex qua (velut traducem inhaerentem matri) palmitem attrahas, et per foramen transmittas [z]. haec enim tutior [a] et certior est insitio, quoniam etsi proximo vere non comprehendit, sequente certe, cum increuit, coniungi [b] cogitur, et mox a matre reciditur, atque ita [c] superficies insitae vitis [d]
14 vsque ad receptum surculum obtruncatur. Huius traducis si non est facultas, tum [e] detractum viti quam recentissimum eligitur sarmentum, et leuiter circumrasum, vt cortex tantum detrahatur, aptatur foramini, atque ita luto [f] circumlinitur resecta vitis, vt totus [g] truncus alieni generis viti seruiat. quod quidem [h] non fit in traduce,
15 qui [i] a materno sustinetur vbere, dum inolescat. Sed aliud est ferramentum, quo [k] priores vitem perforabant, aliud quod ipse [l] vsu nunc magis [m] aptum comperi. Nam antiqua terebra, quam solam veteres agricolae nouerant, scobem [n] faciebat, perurebatque [o] eam partem, quam perforauerat. deusta [p] porro raro [q] reuirescebat, vel cum priore coalescebat [r], in [s] eaque nec [t] insitus surculus comprehendebat. tum etiam scobis nunquam sic eximebatur, vt non inhaereret foramini. ea [u] porro inter-
16 ventu suo prohibebat corpus surculi corpori vitis applicari. Nos terebram, quam Gallicam dicimus, ad hanc insitionem commenti, longe habiliorem vtilioremque comperimus. nam sic excauat [x] truncum, ne foramen inurat. quippe non scobem, sed ramenta [y] facit, quibus exemtis [z], plaga leuis relinquitur [a], quae facilius omni parte

q) *aratur P. radatur. Nam e duro pampinandum I. B. R.* r) *duro, pamp. H. duro: pamp. Gr. G.* s) *vt* abest *I. B. R.* t) *ducit P.* u) *Illa fit per I. B. R.* x) *ex I. B. R.* y) *oportet* desic. *I. B. R.* z) *tramittas P.* a) *putatior P.* b) *coniugem P.* c) *ipsa P.* d) *viter P.* e) *cum tractum P.* f) *lato P.* g) *vlceratus surculus B. R. vltratus surc. P.* omiss. *I.* h) *quidam fit P.* i) *quia* iunct. *Goes. I. B. R.* k) *quod prioris P.* l) *in se P. ipse vsus -- comperit L.* m) *matris P.* n) *scrobem P. Goes. L.* hic et p. p. o) *perferebatque P. Goes.* p) *deuineta P.* q) *raro reuirescebat, vel* omitt. *I. B. R.* r) *conualescebat I. B. R.* s) *in eaque* desic. *I. B. R.* t) *et P.* u) *et proprio I. B. R.* x) *vacat P.* y) *tramenta P. rasamenta L.* z) *exemplis G.* a) *relinqui P.*

Autumnas pro *autumnus* coniecturam suam dicit, quam pluribus exemplis firmat ad met. 3, 729, vbi nimirum adiectiue dici *autumnum* docet. Ac de verbo *submittitur* vel *submittuntur* plane non dubito: quorum alterum ad *palmitem*, ad *nepotes* alterum potest referri. Quin reponendum illud esse videramus ante, quam Goesianam lectionem vidissemus, et obseruaueramus ista misceri a librariis ad Colum. 4, 24, 10. Neque de *autumno* adiectiuo dubitandum est. Sed multo tamen blandius est, cum primis editionibus interpungere post *propagines*. Ingeniosae quamuis coniecturae Heinsii tanto magis lectionem nostram praefero, quia illa coegit virum doctissimum etiam quae sequuntur refingere. Siquidem voluit legi, *deinde falcem maturis palmitibus admoue, sed putationis insitis custodiatur ea ratio etc.* vbi nos nihil mutamus. *Autumnus falcem admouet* elegans ratio et Varroniana, cuius plura exempla habet noster Index sub *Metaphora*.

29, 11 INSITIS) Aut omittenda haec vox cum primis editionibus, aut adiiciendum *in*, vt sit *in insitis*.

29, 16 NON SCOBEM SED RAMENTA) Est ergo forte tale genus terebrae, quod nos vocamus *Hohlbohrer*, q. d. *cauam terebram*. Alia est ab hac, quam dicimus *Nagelbohrer* clauorum terebram, quae nimis sauciat vitem et inurit. Optime autem hoc elucebit ex differentia, quam noster inter *scobem* et *ramentum* facit. *Ramentum*, quasi *radimentum* est, quod tenuiter ac leviter sine aliquo vulnere abraditur, sicut *ramenta auri*, *argenti*, quae non vocari possunt *scobes*. *Scobs* autem quasi *scabs*, a *scabendo* dicitur teste Becmanno in Orig. p. 969 et est, quod cum aliqua violentia et vulnere abraditur, quod etiam *scabrum*

parte sedentem surculum contingat, nulla interueniente lanugine, quam excitabat antiqua terebra. Igitur secundum vernum aequinoctium perfectam vitium insitio- 17
nem habeto [b], locisque aridis et siccis nigram vitem inserito, humidis albam. Neque est vlla [eius [c]] propagandi necessitas, si modo tam mediocris est crassitudo trunci, vt incrementum insiti [d] plagam possit contegere; et nisi tamen vacuus locus demortui capitis vitem reposcit. quod cum ita est, alter ex duobus surculis mergitur, alter eductus ad iugum in fructum submittitur [e]. Neque inutile [f] ex ea vite, quam merseris, enascentes in arcu propaginis pampinos educare, quos possis mox, si ita competet, vel propagare, vel ad fructum relinquere.

XXX. QVONIAM [a] constituendis colendisque vineis, quae videbantur vtiliter praecipi posse, disseruimus [b]; pedaminum, iugorumque et viminum prospiciendorum tradenda ratio est. haec enim quasi quaedam dotes vineis ante praeparantur. quibus si deficitur agricola, caussam faciendi vineta non habet, cum omnia, quae sunt necessaria, extra fundum quaerenda sint: nec emtionis tantum (sicut ait Atticus) pretium onerat vitis [c] rationem, sed est etiam comparatio molestissima. conue- 2
henda [d] sunt enim tempore iniquissimo [e] hiberno [f]. Quare [g] radices viminales [h], atque arundineta, vulgaresque [i] siluae, vel consulto consitae [k] e castaneis, prius facienda [l] sunt [m]. Viminalium (vt Atticus putat) singula iugera sufficere possunt [n] quinis et vigenis [o] iugeribus ligandae vineae: arundineti singula iugera vigenis [o] iugandis: castaneti [p] iugerum totidem palandis [q], quot [r] arundineti [s] iugandis. Sali- 3
cem vel riguus ager vel vliginosus [t] optime, nec incommode [u] tamen alit planus et pinguis. atque is [x] debet conuerti bipalio (ita enim praecipiunt veteres) in duos pedes [y] et semissem [z]. [salicto destinatum solum] nec refert cuius generis vimen [a] feras,

b) *habit*[illegible] *habet I. B. R.* c) *eius* abest *I. B. R.* d) *insita Goes. I. B. R. insitam* coni. *Broukh. P. summitur* [illegible] *R.* f) *est* inf. *Goes.* [C. XXX.] a) *Cum I. B. R.* b) *disseruerimus I. B. R.* c) *vicis P. rustici L. I. I. H. vitici Goes.* d) *Conuehendam P.* e) *nequissimo L.* f) *hyberni I. I. H. A.* g) *quali et I. B. R. quale P.* h) *salices* R. Steph. in v. *Viminalis.* i) *vulgares vel P.* k) *consitae. Castaneis I. B. R. L.* qui huc vsque nullum distinctionis vestigium habet, inter *consite* et *castanees* interponit lemma *de castaneis ponendis.* l) *faciendae Goes.* m) *sunt: sicet viminalibus I. B. R. licet vt vimin. L.* n) *posse I. B. R.* o) *vicenis I. B. R.* p) *castaneae et I. B. R.* q) *palmulis I. B. R.* r) *quod vel P.* s) *arundinetis iugandi salicem: I. B. R.* t) *vliginis abundans optime P.* u) *id arundineti: nec incommode: I. B. R. id arundineti* absunt *P.* x) *is* deest *I. B. R.* y) *pedes* om. *I. B. R.* z) *pastinare* inser. *I. B. R. I. I. L.* a) *summerseras L.*

scabrum alias dicitur. Caeterum de terebra Gallica confer etiam Didymum Geop. 4, 13 et Plinium 17, 15. SCHOETTG. *Scobem* tamen adpellat, vbi de hac ipsa re agit Pall. Febr. 17, 6. Caeterum hic locus desumtus ex Arb. 8, 4.

29, 17 VLLA [EIVS] PROPAGANDI) Abesse debet, inclusum ideo, *eius:* Auctor vult, vbi insitione res transigi possit, non opus esse propagatione, quae plus laboris habet. Sed altissimum huic loco vulnus impressum esse, non dubito, quod sanari posse iis quidem, quae habemus, praesidiis non arbitror. Quid enim sibi volunt illa, quae praecedunt, *locisque aridis et siccis nigram vitem inserito; humidis albam?* Quid, inquam ista sibi volunt hoc loco? et quam diuersa sunt ab his, quae disputat noster 3, 1, 4? Porro illud quidem apparet, Moderatum hic docere velle, quando opus sit duos surculos eidem viti rescissae imponere. Non opus est, vbi truncum non nimis crassum incremento vnius surculi insiti contegi posse, et breui coalescere, spes est: opus contra est duobus in vno trunco seminibus, vbi is vastior est, quam vt coire breui tempore totus cum imposito vno sarmento queat: aut vbi demortuo in vicinia capite, opus est illud propagine suppleri. Hanc esse totius loci sententiam, facile consideranti apparet. quibus verbis vsus sit Columella, quibus gradibus facta corruptio, diuinare meum non est.

29, 17 INSITI) Goes. *insita*, vnde Broukhusius coniiciebat *insitam*, quod non improbamus. SCHOETTG.

30, 2 HIBERNO) Addita haec vox videtur ab expositore. VRSINVS.

30, 3 [SALICTO DESTINATVM SOLVM) Tanto magis includenda putauimus haec verba,

4 ras, dum ſit lentiſſimum. putant tamen tria eſſe genera praecipue [b] ſalicis, Graecae,
Gallicae, Sabinae, quam plurimi vocant Amerinam. Graeca flaui coloris [c] eſt; Gallica
obſoleti purpurei, et tenuiſſimi viminis; Amerina ſalix [d] gracilem [e] virgam [f] et
rutilam gerit. Atque hae vel [g] cacuminibus, vel taleis deponuntur. Perticae cacuminum
modicae plenitudinis, quae tamen dipondiarii [h] orbiculi craſſitudinem non
5 excedant [i], optime panguntur eouſque dum ad ſolidum demittantur [k]. Taleae ſeſquipedales
[l] terreno immerſae paullulum obruuntur. Riguus locus ſpatia laxiora
deſiderat, eaque ſenum pedum per quincuncem recte faciunt; ſiccaneus ſpiſſiora;
ſic vt ſit facilis acceſſus colentibus ea. quinum pedum interordinia eſſe abunde eſt,
vt tamen in ipſa linea conſitionis alterna vacuis intermiſſis bipedaneis ſpatiis conſi-
6 ſtant ſemina. Satio eſt eorum priuſquam germinent, dum ſilent virgae, quas arboribus
detrahi [m] ſiccas conueniet. nam [n] roſidas [o] ſi recideris, parum proſpere [p] proueniunt.
ideo [q] pluuii dies in exputanda ſalice vitantur. Fodienda [r] ſunt primo triennio
ſalicta crebrius [s], vt nouella vineta. cum deinde [t] conualuerint, tribus foſſuris
7 contenta ſunt, aliter culta celeriter deficiunt. Nam quamuis adhibeatur cura, plurimae
ſalices intereunt. quarum in loco [u] ex propinquo mergis [x] propagari debent,
curuatis [y], et defoſſis cacuminibus, quibus reſtituatur quicquid intercidit. annicu-
lus deinde mergus decidatur [z] a ſtirpe, vt ſuis radicibus tanquam vitis ali [a] poſſit [b].

XXXI. PERARIDA loca, quae genus id virgultorum non recipiunt, geniſtam
[a] poſtulant. eius [b] cum ſit ſatis firmum, tum etiam laetiſſimum eſt vinculum.
Seritur [c] autem ſemine, quod cum eſt natum, vel defertur bima [d] viuiradix [e], vel relicta
cum id [f] tempus exceſſit, omnibus annis more ſegetis iuxta terram demeti poteſt:
caetera vincula, qualia ſunt ex rubo, maiorem operam, ſed in egeno tamen
2 neceſſariam exigunt. Perticalis fere ſalix eundem agrum, quem viminalis [g], deſiderat;
melior tamen riguo prouenit, atque ea taleis conſeritur, et cum germinauit,
ad vnam perticam ſubmittitur, crebroque foditur, atque exherbatur, nec minus
quam vinea pampinatur, vt in longitudinem ramorum [h] potius, quam in latitudi-
3 nem euocetur [i]. ſic culta quarto demum anno caeditur. Nam [k] quae vinculis praeparatur,
poteſt annicula praecidi ad ſemiſſem ſupra [l] duos pedes, vt e trunco fruticet,
et [m] in brachia velut humilis vinea diſponatur, ſi tamen ſiccior fuerit ager,
bima potius reſecabitur.

XXXII.

b) *praecipuae I. I.* c) *coloris et I. B. R.* d) *ſalius P.* e) *vocant* interſer. *P.* f) *quo* i. e. quoniam interpon. *P.* g) *cum* inſ. *I. B. R.* h) *dipundiarii P. depondiarii G.* i) *exedat P.* k) *dimittatur I. B. R.* l) *ſexquipedales I. B. R. I. I. H. A. G. tale eſt qui pedalem L.* m) *detrahis P.* n) *Nam* defic. *P.* o) *abroſcidas I. B. R.* p) *commode conueniunt I. B. R.* q) *Itaque I. B. R.* r) *facienda Goeſ. I. B. R.* s) *id eſt* inſer. *I. B. R.* t) *inde I. B. R.* u) *locum Goeſ.* x) *mergi I. B. R. mergis L.* y) *curuata et defoſſa cacumina L. I. B. R.* z) *incidatur I. B. R.* a) *ali* abeſt *I. B. R.* b) *proſit I. B. R.* [C. XXXI.] a) *geneſtam L.* b) *quae plus I. B. R.* c) *Seruntur P.* d) *bima* deeſt *I. B. R.* e) *radix Goeſ.* f) *huc P.* g) *vimalis H.* h) *ramorum* omitt. *P.* i) *euocatur P.* k) *Namque vinc. I. B. R.* l) *ſuper I. B. R.* m) *ſed I. B. R.*

verba, quod videmus, BROVKHVSIO gloſſam ea ſapuiſſe, et commodum monet Cl. PONTEDERA idem ſibi videri. Extrinſecus, inquit, acceſſere, propterea abiicienda.

30, 4 GRAECA FLAVI COLORIS) *Rubentem* vocat Plin. 16, 36. SCHOETTG.

30, 4 EO VSQVE DVM AD SOLIDVM DEMITTANTVR) Haec verba a me non intelligi fateor, gratiam habiturus interpretanti. An illud forte, eo vsque imprimenda ſunt cacumina, dum ſolum aequent nullaque adeo eorum ſit ſuperficies?

31, 1 VEL DEFERTVR) Suſpicor *differtur*. Certe ſignificat differtur aut transfertur.

31, 1 EX RVBO) Reſciſſis ſcilicet aculeis Plin. 16, 36. SCHOETTG.

32, 1 BVL-

XXXII. ARVNDO minus alte [a] pastinatur [b], melius tamen bipalio seritur. ea
cum sit viuacissima, nec recuset vllum locum: prosperius resoluto, quam denso;
humido, quam sicco, vallibus, quam cliuis [c]; fluminum ripis, et limitibus ac ve-
pretis [d] commodius, quam mediis agris, deponitur. Seritur bulbus radicis, seritur 2
et talea calami, nec minus toto [e] prosternitur corpore. bulbus tripedaneis interua-
cantibus spatiis [f] obrutus anno celerius maturam perticam praebet. talea [g], et tota
arundo serius praedicto tempore euenit. sed siue recisa in dupondium [h] et semissem
talea, siue totae [i] arundines prostratae deponantur [k], extent earum cacumina opor-
tet [l]: quod [m] si obruta sunt, totae putrescunt. Sed cultus arundinetis primo tri- 3
ennio non alius est, quam caeteris. cum deinde consenuit, repastinandum est. ea
est autem senectus, cum vel exaruit situ, et inertia plurium annorum, vel ita densa-
tum [n] est, vt gracilis, et cannae similis arundo prodeat. Sed illud de integro refo- 4
di debet, hoc potest intercidi, et disrarari [o], quod opus rustici castrationem [p] vo-
cant [q]: quae tamen refectio arundineti caeca est, quia non apparet in terra quid
aut tollendum sit, aut relinquendum: tolerabilius tamen arundo castratur ante
quam caeditur: quatenus [r] calami velut indices demonstrant, quid eruendum sit.
Tempus repastinandi, et conserendi est prius, quam oculi [s] arundinum egerminent. 5
caeditur deinde post brumam: nam vsque in id tempus incrementum capit. ac [t]
tum compescitur [u], cum obriguit [x] hiberno frigore. Fodiendum quoties et vine-
ta [y]. sed et [z] macies eius, cinere vel alio stercore iuuanda est, propter quod caesum
plerique incendunt arundinetum.

XXXIII. CASTANEA roboribus proxima est, et ideo stabiliendis vineis [a]
habilis. eius [b] enim in repastinato nux [c] posita celeriter emicat, et post quinquen-
nium caesa more salicti [d] recreatur, atque [e] in palum formata fere vsque in alteram
caesionem perennat. Ea [f] pullam [g] terram et resolutam desiderat; sabulonem hu-
midum, vel refractum tofum [h] non respuit; opaco, et septentrionali cliuo [i] lae-
tatur; spissum solum [k] et rubricosum [l] reformidat Seritur ab Nouembri mense 2
per totam hiemem sicca terra, et repastinata in altitudinem dupondii et semissis.
nuces [m] in ordinem semipedalibus; ordines autem quinum pedum spatiis dirimun-
tur. in altitudinem dodrantis castanea depressis sulcis committitur. qui vbi nucibus
sunt consiti, priusquam complanentur, breues arundines ab latere castanearum pan-
guntur, vt per hos sationis indices cautius [n] fodi et runcari possint [o]. simulatque se- 3
mina

[C. XXXII.] a) *alto P.* b) *pastinato I. B. R.* c) *dumis P.* d) *vepribus Goes. I. B. R.* e) *toto* om. *P.* f) *satis obruitur P.* g) *Taleae tota I. B. R.* h) *dipendium I. B. R. dupendium P.* i) *tota prostratae P.* k) *deponeretur P. deponentur I. B. R.* l) *oportet* om. *L. I. B. R.* m) *vel I. B. R.* n) *defensatum P.* o) *durari I. B. R. dirarari Goes. P. disradari H. disarari L.* p) *stipationem I. B. R.* q) *vocari P.* r) *quod aliquatenus velud. L.* s) *oculis P.* t) *At I. B. R.* u) *conficitur I. B. R.* x) *obrigant H. A. Gr. G. St. obriguit* coniecerat quoque *Vrs.* y) *vinea I. B. R. vineam P.* z) *et* defic. *I. B. R.*
[C. XXXIII.] a) *vineis tum in rep. I. B. R. vineis habilis tum in Goes. P.* b) *tum ex repastinato L.* c) *nox P.* d) *salictis P. salicis Goes.* e) *neque P.* f) *et I. B. R.* g) *pulsa P.* h) *topbum I. B. R.* i) *cibo P.* k) *solum et rubricosum* desunt *I. B. R.* l) *trubicosum St.* m) *nucem I. B. R.* n) *totius P. tutius L. I. I.* o) *possit I. B. R.*

32, 2 BVLBVS RADICIS) V. Geop. 5, 53 SCHOETTG. Pleraque iam dixerat de Arb. 29.

32, 5 INCENDVNT) Kalendarium rusticum Farnes. Mense Febr. HARVNDINES INCENDVNTVR. IDEM.

33, 1 VSQVE IN ALTERAM CAESIONEM) h. e. Quinquennium, quo exacto caedi denuo castanetum potest.

33, 3 SEMINA STILLAVERINT) Quid sibi hic velit *stillandi* vox, equidem non intelligo.

mina ſtillauerint, etiam bima transferri queunt, interuelluntur, ac bini pedes arbuſculis vacui relinquuntur, ne denſitas plantas emaciet. ſpiſſius [p] autem ſemen [q] propter varios caſus deponitur. nam interdum prius quam enaſcatur, aut ſiccitatibus nux inareſcit, aut aquarum abundantia putreſcit: interdum ſubterraneis animalibus, ſicuti [r] muribus et talpis infeſtatur. propter quae ſaepe nouella caſtaneta calveſcunt: atque vbi frequentanda ſunt, melius ex vicino, ſi [s] competit (mergi [t] more)
4 pertica declinata propagatur, quam exemta reſeritur. haec enim velut immota ſua ſede vehementer germinat. at [u] quae radicitus exemta et depoſita eſt, biennio reformidat. propter quod compertum eſt commodius nucibus, quam viuiradicibus eiusmodi ſiluas inſtitui. Spatia [x] huiuſce ſationis, quae ſupra ſcripta ſunt, capita caſtanearum recipiunt MMDCCCLXXX [y], cuius ſummae (ſicut ait Atticus) ex facili iugera ſingula praebebunt ſtatuminum [z] duodena millia. Etenim taleae [a] propius ſtirpem reciſae [b] quadrifidas [c] plerumque, ac deinde ſecundae taleae [d] eiusdem arboris bifidas ridicas ſubminiſtrant: quod genus fiſſilis adminiculi manet diutius quam teres palus.
5 Cultus idem [e] eſt foſſionis [f] poſitionisque [g] qui vineae. ſupputari debet bima, quin etiam trima: nam bis [h] ferro repetenda eſt veris [i] principio, vt incitetur eius proceritas. Poteſt etiam quercus ſimili ratione ſeri, verum biennio tardius, quam caſtanea deciditur. propter quod ratio poſtulat tempus potius lucrari, niſi ſi [k] dumoſi [l] glareoſique montes, atque ea genera terrae, quae ſupra diximus, glandem magis,
6 quam caſtaneam poſtulabunt. Haec de vineis Italicis, vinearumque inſtrumentis, quantum reor, non inutiliter, et abunde diſſerui: mox agricolarum prouincialium vineaticos, nec minus noſtratis et Gallici arbuſti cultus traditurus.

p) *Ipſius I. B. R.* q) *ſemen* abeſt P. r) *ſicuti muribus* omiſſa P. s) *ſic I. B. R.* t) *merci P.* u) *Atque radicibus P.* *Atque vbi radicibus I. B. R.* *radicibus* etiam *Geſ.* x) *Patria P. L.* y) LXXX abſunt *I. B. R.* ∞ ∞ CCCCLXXX. *Geſ.* z) *ſtatu in vnum L.* a) *talae R.* b) *reſciſae H.* c) *quadripedas P.* d) *talae R.* e) *idem P. L.* *eiusdem* al. f) *foſſionis* deeſt *I. B. R.* g) *que* om. *I. B. R.* *poſitionisque* omitt. *L. P.* forte *putationisque.* h) *ibi I. B. R.* i) *verni L.* k) *ſi* omiſſ. *P.* l) *clinoſi I. B. R.*

ligo. De *ſtilo* h. e. ſurculo tenui, ſi quis *ſtilare* dictum putet, vt a *gemma gemmare*, a *radio radiare*, a *germine germinare*; non illum, credo, ratio fugerit. Viderit auctoritas.

L. IVNII

L. IVNII MODERATI COLVMELLAE
DE RE RVSTICA
LIBER QVINTVS

CAPVT I.

Svperioribvs [a] libris, quos ad te de [b] constituendis colendisque vineis Silvine scripseram, nonnulla defuisse dixisti, quae agrestium operum studiosi desiderarent; neque [c] infitior [d] aliqua me praeteriisse, quamuis inquirentem sedulo [e], quae nostri seculi [f] cultores, quaeque veteres literarum monumentis prodiderunt: sed cum sim [g] professus rusticae rei praecepta, nisi fallor non [h] asseueraueram, quae vastitas [i] eius scientiae contineret, cuncta me dicturum, sed plurima. nam illud in
vnius hominis prudentiam cadere non poterat. neque enim est vlla disciplina aut [k] 2
ars, quae singulari [l] consummata [m] sit ingenio. quapropter vt in magna silua boni venatoris est indagantem [n] feras quamplurimas capere; nec cuiquam culpae fuit non omnes cepisse [o]: ita nobis satis [p] abundeque est, tam diffusae materiae, quam suscepimus, maximam partem tradidisse. quippe cum in ea velut omissa desiderentur, quae non sunt propria nostrae professionis, vt proxime, cum de commetiendis agris rationem M. Trebellius noster a me requireret, vicinum adeo atque coniunctum esse censebat demonstranti quemadmodum agrum pastinaremus [q]: praecipere
etiam pastinatum quemadmodum metiri debeamus. quod ego non agricolae, sed 3
mensoris officium esse dicebam, cum praesertim ne architecti quidem, quibus necesse est mensurarum nosse rationem, dignentur consummatorum aedificiorum, quae ipsi disposuerint, modum comprehendere, sed aliud existiment professioni suae convenire, aliud eorum qui iam extructa metiuntur, et imposito calculo perfecti operis rationem computant. quo magis veniam tribuendam esse nostrae disciplinae censeo [r]; si eatenus progreditur, vt dicat, qua quidque [s] ratione [t] faciendum [u],
non quantum id sit quod effecerit. Verum quoniam familiariter a nobis tu quoque, 4
Siluine, praecepta mensurarum desideras, obsequar voluntati tuae, cum eo, ne dubites

VARIETAS LECTIONIS.

[C.I.] a) *Prioribus Gesf. I. B. R.* b) *de* abest *P.* c) *ego* inf. *Gesf. P.* d) *inficior* al. e) *sedulernum L.* f) *saeculi A. G.* g) *summo festus P.* h) *non* om. *Gesf.* i) *vnitas P.* k) *non P.* l) *consulari P. singulis singulari L.* m) *consumata I. B. R. I. I. H. A.* n) *indaganter* omnes praeter *P. L.* o) *coepisse I. B. R. A.* p) *nobis abunde P.* q) *pastinemus P.* r) *censeo* om. *P. Gesf. L.* s) *quid R.* t) *rationem R.* u) *sit* inser. *I. B. R.*

Lib. V. Hic liber surcularis tertius in Mediceo codice vocatur; recte, quod in prooemio libri de Arboribus dicetur.

1 De toto hoc capite legi meretur explicatio, quam dedit Ian. Cornarius, de re vinitor. p. 180 sqq.

1,2 INDAGANTEM FERAS) Quod coniecerat VRSINVS, confirmarunt Msti, non recipere religioni fuit.

bites id opus geometrarum magis esse quam rusticorum, desque veniam, si quid in eo fuerit erratum, cuius scientiam mihi non vindico. Sed vt [x] ad rem redeam, modus omnis areae pedali mensura comprehenditur, qui digitorum est [y] XVI. pes multiplicatus in passus, et actus, et climata, et iugera, et stadia, centuriasque, mox etiam in
5 maiora spatia, procedit. *Passus* pedes habet V. *Actus minimus* (vt ait M. [z] Varro) latitudinis [a] pedes quatuor, longitudinis habet pedes CXX. *Clima* quoquo versus pedum est LX. *Actus quadratus* vndique finitur pedibus CXX. Hoc duplicatum facit *iugerum*, et ab eo, quod erat iunctum, nomen iugeri vsurpauit [b]: Sed hunc actum prouinciae Baeticae [c] rustici *acnuam* [d] vocant: iidemque [e] triginta pedum lati-
6 tudinem, et CLXXX [f] longitudinem *porcam* dicunt. At Galli *candetum* appellant in areis vrbanis, spatium centum pedum, in agrestibus autem pedum CL. [quod aratores *cadetum* [g] nominant] semiiugerum quoque *arepennem* [h] vocant. Ergo (vt dixi) duo actus iugerum efficiunt longitudine [i] pedum CCXL, latitudine [k] pedum CXX. quae [l] vtraeque summae inter [m] se multiplicatae quadratorum faciunt pedum viginti octo millia et octingentos. *Stadium* deinde habet passus CXXV [n], id est pedes DCXXV, quae [o] octies multiplicata [p] efficit mille passus, sic [q] veniunt quinque
7 millia pedum. *Centuriam* nunc dicimus (vt idem Varro ait) ducentorum [r] iugerum mo-

x) *vt* abest *I. B. R.* y) *est* deest *I. B. R.* z) *magister L.* a) *latitudinem P.* b) *vsurpabit P.* c) *beticae I. B. R. betbicae P.* d) *agmiam L. I. B. R. agnam I. I-St. agnuam Goes.* e) *Itemque Goes. I. B. R.* f) CXXV *I. B. R.* CLXXV *P.* CXXX *L.* g) *candetum L. I. B. R. I. I. H. A. G.* h) *arepenne I. B. R.* i) *longitudinem L. I. B. R. in longitudinem L.* k) *latitudinem I. B. R. in latitudinem L.* l) *quae vtraeque* om. *P.* m) *in I. B. R.* n) CXXXV *Gr.* o) *quae* omitt. *P. mensurae* ins. *P. I. B. R.* p) *multiplicata* om. *I. B. R. mensura Goes.* q) *sunt passus is veniunt P.* r) *numero* inser. *I. B. R.*

1, 4 QVI DIGITORVM EST) Synesis (cuius exempla plura dabit Index noster) ad *pedem* relata.

1, 5 VT AIT M. VARRO) Haec verba hodie non leguntur in Varrone, bene tamen sequentia, vnde coniicimus, quaedam ibi abesse. De caetero conferat hic lector Goesium Ind. Agrar. v. *Actus*. SCHOETTG. Ridiculus est librarius Lips. qui hic *Magistrum* nobis *Varronem* cum liripipio, vt infra 6 pr. 4 *Magistrum Catonem* commentus est. Scilicet nihil noui erat illis hominibus, (vide mihi speciminis causa *Gesta Romanorum cum applicationibus moralisatis*) Magistri summis honoribus ornare Aristotelem, Galenum, et quicunque placeret.

1, 6 AGNVAM) Vid. ad Varr. 1, 10, 2.

1, 5 CLXXX) Isidorus Orig. 15, 15 qui ex nostro sua sumsit, et Auctor antiquus de limitibus p. 291 qui sua habet ex Isidoro, legunt LXXX. quod mihi melius placet, quia etiam in Lips. legitur, CXXX, ita vt numerus centenarius pro quinquagenario ponatur. SCHOETTG. Tanto facilius assentiar viro Cl. quod alioquin metus est, ne spatium, quod *porcam* vocant, simile fiat templo illius equitis, qui cum mille passus longitudini tribuisset, latus illius fodiente seruo, corrigendi mendacii causa vnum modo assignauit passum latitudini.

1, 6 CANDETVM) Isidorus et Anonymus adiiciunt etymologiam, *quasi centetum*, *a centum pedibus*. SCHOETTG.

1, 6 [QVOD ARATORES CADETVM NOMINANT] *Candetum* etiam Isidorus et Anon. Hic ita legit: *Quadratorum iustum candetum vocant*; quae etiam agnoscit Gothofredus in Variis Lectionibus Isidori, ita tamen, vt pro *quadratorum* legat *quadratos*. Vnde puto Columellam nostrum legisse: *Quod aratores iustum candetum nominant*. SCHOETTG. Quidquid sit de origine et scriptione vocis, illud certe apparet, posteriore loco, quam aratorum vocem vocat auctor, aliter scriptam esse, quam priore: vt si *candetum* Gallorum ordinaria vox sit, non ita aratores, sed cum inflexione aliqua vocauerint. De Cl. PONTEDERAE sententia verba haec plane de margine, vbi quid Galli *candetum* appellarent, adnotabatur, defluxerunt, quare etiam includi iussimus.

1, 6 AREPENNEM) De huius vocis etymologia non sumus solliciti, quia vel Gallica est, vt scribit Columella, vel Baetica, vt Isidorus cum Anon. quorum linguas hodie non callemus. Vide tamen, quae habent Salmasius ad Solinum c. 37 p. 481. Car. du Fresne in Glossario, et Goesius in Indice Agrario. SCHOETTG. *Arepennem* s. *arpent* hodieque Gallorum vocem agrimensoriam esse, nemo est qui ignoret. et eam quidem, quae iugero Romanorum respondeat hoc etiam nomine, quod verba inde formant alia.

1, 7 A

modum. olim autem ab centum iugeribus vocabatur centuria; sed mox duplicata nomen retinuit: ficuti tribus dictae primum a partibus populi tripartito diuisi, quae tamen nunc multiplicatae pristinum nomen possident. Haec non aliena, nec pro- 8
cul a ratiocinio, quod tradituri sumus, breuiter praefari oportuit. nunc veniamus ad propositum. Iugeri partes non omnes posuimus [s], sed eas, quae cadunt in aestimationem facti operis. nam minores persequi superuacuum fuit, pro quibus nulla merces [t] dependitur. Igitur (vt diximus) iugerum habet quadratorum pedum viginti octo millia et octingentos: qui pedes efficiunt scripula [u] CCLXXXVIII. Vt au- 9
tem [x] a minima parte, id est ab dimidio scripulo [u] incipiam, pars quingentesima [y] septuagesima sexta pedes efficit [z] quinquaginta; id est iugeri dimidium scripulum. pars ducentesima octogesima octaua pedes centum; hoc [a] est scripulum. pars [b] CXLIIII pedes CC, hoc est, scripula duo. pars septuagesima secunda pedes CCCC, hoc est sextula, in qua sunt scripula quatuor. pars quadragesima octaua [c] pedes DC, hoc est sicilicus, in quo sunt scripula sex. pars vigesima quarta pedes mille ducen- 10
tos, hoc est semuncia, in qua scripula XII [d]. pars duodecima duo millia et quadringentos, hoc est vncia, in qua sunt scripula XXIIII. pars sexta pedes quatuor millia et octingentos, hoc est sextans, in quo sunt scripula XLVIII. pars quarta pedes septem millia et ducentos, hoc est quadrans, in quo sunt scripula LXXII. pars tertia pedes nouem millia et sexcentos, hoc est triens, in quo sunt scripula 11
XCVI. pars tertia et vna duodecima pedes duodecim millia, hoc est quincunx, in quo

s) *possimus I. B. R.* t) *mercede penditur P.* u) *scripula* semper *P.* al. *scrupula.* x) *autem* desic. *I. B. R.* y) CCLXXXVIII. *I. B. R.* DLXXII *P.* z) *efficiunt I. B. R.* a) *quae I. B. R.* b) *pars* LXXII *pedes: pars* XLIIII *pedes* CC *hoc est scrupula duo. Pedes* CCC *hoc est sextula etc. I. B. R. digitorum* XVI *pares multipl. L.* c) XLIIII. *I. B. R.* d) XII. *I. B. R. I. I. H. A.*

* Fatigata hic est nostra patientia, qui varietatem lectionis enotauimus, vt numerorum, qui iam sequuntur, manifestaria peccata, quae in Mss. et quasdam antiquas editiones irrepserant, praetermitteremus: nec vllius vsus est, ea excutere. Veram et sanam hic lectionem proponi, ipsa res, si quem ad calculos sedere non pigeat, docebit. Conuenit etiam in plerisque omnibus Lips.

1, 7 A CENTVM IVGERIBVS) Quidni potius a totidem *herediis* quae Varronis ratio est 1, 10, 3.

1, 8 IVGERVM HABET) Commentarii instar ad hunc locum esse poterit, quam subiiciemus tabellam; e qua porro de lectionis Commelinianae, quam hic seruamus, integritate iudicare licet. Eodem modo totum hunc locum edidit ὁ πάνυ Gronouius P. V. 3, 11 p. 199 sq. Tanto minus opus fuit, corruptos culpa librariorum numeros, et monstra varietatum cum lectoris nausea apponere. Porro *scripulum* retinuimus, non quo non melius putemus *scriptulum*, (Gr. γράμμα vid. Ind.) quod nec in Chrestomathia Pliniana dissimulauimus: sed quia videtur, quod eodem loco diximus, non sola librariorum culpa hanc vocem ab origine sua et etymo detorsisse. Sed ecce tibi tabellam

Scrip.	Pedes.	Pars iugeri id est assis.
$\frac{1}{2}$	50	576
1	100	288 (scripulum)
2	200	144
4	400	72 sextula
6	600	48 sicilicus
12	1200	24 semiuncia
24	2400	12 vncia
48	4800	6 sextans
72	7200	4 quadrans
96	9600	3 triens
120	12000	3 $\frac{1}{12}$ ($\frac{5}{12}$) quincunx
144	14400	2 semis
168	16800	2 $\frac{1}{12}$ ($\frac{7}{12}$) septunx
192	19200	$\frac{2}{3}$ — bes
216	21600	$\frac{3}{4}$ — dodrans
240	24000	$\frac{2}{3}$ et $\frac{1}{6}$ ($\frac{10}{12}$) dextans
264	26400	$\frac{2}{3}$ et $\frac{1}{4}$ ($\frac{11}{12}$) deunx
288	28800	— — — as

1, 10 PARS DVODECIMA DVO MILLIA) Scribatur: Pars duodecima *pedes* vel *p.* nam Ienfonius p. 11 CCCC. PONTED. 2.

1, 11 PARS TERTIA ET VNA DVODECIMA) Scribi iubet *vna* Clarissimus PONTEDERA, hic et paullo post semel atque iterum

Cccc ideo

quo sunt scripula CXX. pars dimidia pedes quatuordecim millia et quadringentos, hoc est semis, in quo sunt scripula CXLIIII. pars dimidia et vna duodecima, pedes sexdecim millia et octingentos, hoc est septunx, in quo sunt scripula CLXVIII. partes duae tertiae pedes decem nouem millia et ducentos, hoc est bes, in quo sunt scripula CXCII. partes tres quartae pedes vnum et viginti millia et sexcentos,
32 hoc est dodrans, in quo sunt scripula CCXVI. pars dimidia et tertia ped. viginti quatuor millia, hoc est dextans, in quo sunt scripula CCXL. partes duae tertiae et vna quarta pedes viginti sex millia et quadringentos, hoc est deunx, in quo sunt scripula CCLXIIII. Iugerum pedes viginti octo millia et octingentos, hoc est As,
33 in quo sunt scripula CCLXXXVIII. Iugeri autem modus si semper quadraret, et in agendis mensuris in longitudinem haberet pedes CCXL, in latitudinem pedes CXX, expeditissimum esset eius ratiocinium. sed quoniam diuersae agrorum formae veniunt in disputationem, cuiusque generis species subiiciemus, quibus quasi formulis vtemur.

II. OMNIS ager aut quadratus, aut longus, aut cuneatus, aut triquetrus, aut rotundus, aut etiam semicirculi [a], vel arcus, non nunquam etiam plurium angulorum formam exhibet [b]. Quadrati mensura facillima est. nam cum sit vndique pedum totidem, multiplicantur in se duo latera, et quae summa ex [c] multiplicatione effecta est, eam dicemus esse quadratorum pedum. Tanquam est [d] locus quoquo
2 versus C pedum: ducimus centies centenos, fiunt decem millia [e]. Dicemus igitur eum locum habere decem millia [e] pedum quadratorum, quae efficiunt iugeri trientem, et sextulam, pro qua portione operis effecti numerationem facere oportebit.
3 At si longior fuerit, quam latior, vt exempli causa iugeri forma pedes habeat longitudinis

[C. II.] a) *semicirculus I. B. R.* b) *exiget P. exibet R.* c) *et I. B. R.* d) *esto P. L.* e) *millia* om. *I. B. R.* $\overline{X}$ *L.* nimirum denarii vel cuique notae numerali imponebant lineolam transuersam ad signandos millenarios. Haec lineola saepe deinde omissa.

ideo credo, vt intelligatur *vna* aduerbium esse, non casum rectum ad *pars* relatum: quod nobis quoque, fateamur enim, ita videbatur.

2, 2 Obseruandum, schemata quae plane omittit Lips. in primis editionibus et Mediceo codice numeris modo Romanis vtcunque dispositis, neque his satis emendatis constare, e. g. primum schema tale est in editis

C   C
C X C in Mediceo [X]
C

Vnde illud certe discimus, millenarii notam saepe omissam, et minori tantum numero expressam, vbi res ipsa satis indicaret scilicet, de millibus sermonem esse. Etiam hoc semel obseruasse iuuerit, quod hic notauit Politianus, in codicibus antiquis pro numerali D saepe occurrere A. vid. ad Col. 4, 33, 4. Denique integriores et saniores numeros esse in Mediceo apparet, in monstrosis licet figuris: vt veram lectionem hic proponi, vel sic illius testimonio appareat.

2, 2 IVGERI TRIENTEM ET SEXTVLAM) Haec iam componere cum laterculo nostro, et ipsa contentione bene se habere vtrinque numeros, licet intelligere. Haec talia porro ostendunt, quam saepe vsus fuerit patribus familias diuisionis assis, et quam apposite Horatius A. P. 325 sq. *Romani pueri longis rationibus assem Discunt in partes centum diducere. dicat Filius Albini, si de quincunce remota est Vncia, quid superat? poteras dixisse, triens. eu! Rem poteris seruare tuam. redit vncia, quid fit? Semis etc.* Caeterum figuris, quae auctoris antea verbis interponebantur, commodiorem spero hic locum adsignauimus. Sit ergo

2, 2 QVADRATI AGRI FORMA



2, 3 IVGERI FORMA



2, 4 LON-

tudinis c c x l, latitudinis pedes [f] c x x, ita vt paullo ante dixi: latitudinis pedes
cum longitudinis pedibus sic multiplicabis. Centies vicies [g] duceni quadrageni fiunt
viginti octo millia [h], et octingenti. Dicemus iugerum agri tot pedes quadratos habere.
Similiterque [i] fiet de omnibus agris, quorum longitudo maior sit latitudine.
Sin autem cuneatus ager fuerit, vt puta longus pedes centum, latus ex vna 4
parte pedes x x, et ex [k] altera pedes x: tunc [l] duas latitudines componemus [m], fiet
vtraque summa pedes x x x. Huius dimidia pars est quindecim [n], quam cum longitudine
multiplicando efficiemus pedes mille et quingentos. Hos igitur in eo cuneo
quadratos pedes esse dicemus, quae pars erit iugeri semuncia et scripula tria.
At si tribus [o] paribus [p] lateribus triquetrum metiri debueris [q], hanc formam seque- 5
ris. Esto ager triangulus pedum [r] quoquo versus tricentorum [s]. Hunc numerum
in se multiplicato, fiunt pedum nonaginta millia [t]. Huius summae partem tertiam
sumito, id est triginta millia [u]. item sumito [x] decumam [y], id est nouem millia [z].
vtramque summam componito. fiunt pedes triginta nouem millia [a]. Dicemus hanc
summam pedum [b] quadratorum esse in eo triquetro, quae mensura efficit iugerum,
et trientem, et [c] sicilicum. Sed si triangulus disparibus fuerit lateribus ager, tan- 6
quam

f) *pedum I. B. R.* g) *vities I. B. R.* h) *millia* abest *I. B. R.* vid. not. *e.* i) *Similiterque omnis longitudinis pedes cum pedibus latitudinis multiplicabimus L. Goes. I. B. R.* pro figura *M.* (*M.* om. *L.*) CCXL. CXX. LXXVIII. DCCC. *Sin autem etc. L. I. B. R.* k) *ex* defic. *I. B. R.* l) *tunc* defic. *I. B. R.* m) *computemus I. B. R.* n) *decies quinquies decies. Et quinquies longitudinem multiplicando I. B. R. decus quinquies decies. Et quinque etc. P.* o) *tribus* om. *L. I. B. R.* p) *paribus* omitt. *P. Goes.* q) *debuerimus I. B. R.* r) *pedes I. B. R.* s) *trecentorum H.* t) XC. *I. B. R.* u) XXX. *I. B. R.* x) *partem* interser. *I. B. R. I. I. H. A. G.* y) *decimam I. B. R.* z) *millia* defic. *I. B. R.* a) XXXVIIII. *I. B. R.* b) *pedum* om. *I. B. R.* c) *et* om. *I. B. R.*

2, 4 LONGVS PEDES C.) Habet hanc speciem vel problema, si lubet, etiam Goesianus mensor p. 313. Sed vel obscure, vel parum accurate loquuntur. Longitudo non intelligenda est *e b* vel *f d*, haec enim non est perpendicularis cum *e f* et *b d*: sed intelligenda *a b* vel *c d*: quo facto vera erit computatio, facile probanda, si resoluas aream in duo triangula et vnum oblongum etc. Sed apparet etiam ex aliis, parum accurate, si rigorem demonstrationis spectes, in artificio suo versatos mensores: cuius rei plura occurrent specimina.

2, 5 TRIBVS LATERIBVS PARIBVS) Quanto hic facilius erat et certius communem geometrarum rationem sequi, et ex altitudine dimidia in basin totam ducta, aut contra, inuenire aream? quam deinde etiam, similem certe, sequitur in triangulo rectangulo: cum ea ratio, quam hic proponit auctor, quamque trigonometria vulgaris comprobat non vera, sed prope veram tantum sit, quod me docuit Clarissimus Hambergerus, cuius verba in calce libri dabo. Rationem aliam habes etiam apud Goesianum mensorem p. 312 sed falsam et ipsam.

2, 4 CVNEATI AGRI FORMA



2, 5 TRIQVETRI AGRI FORMA



quam in fubiecta forma, quae habet rectum angulum, aliter ratiocinium ordinabitur. Efto vnius lateris linea, quae [d] facit angulum rectum, pedum [e] quinquaginta, et alterius pedum centum. Has duas fummas in fe multiplicato [f], quinquagies centeni fiunt [g] quinque millia. Horum pars dimidia duo millia quingeni [h], quae pars
7 iugeri vnciam, et fcripulum efficit. Si rotundus ager erit, vt circuli fpeciem habeat, fic pedes fumito [i]. Efto area rotunda, cuius diametros [k] habeat pedes L X X. Hoc in fe multiplicato, feptuagies feptuageni fiunt [l] quatuor [m] millia et noningenti. Hanc fummam vndecies multiplicato, fiunt pedes quinquaginta tria millia nongenti. Huius fummae quartam decimam fubduco [n], fcilicet pedes tria millia octingenti, et quinquaginta. Hos [o] effe quadratos in eo circulo dico, quae fumma efficit iugeri
8 fexcunciam [p], fcripula duo et dimidium. Si femicirculus fuerit ager, cuius bafis habeat pedes C L X, curuaturae autem latitudo [q] pedes L X X: oportebit multiplicare latitudinem cum bafi. feptuagies [r] centeni quadrageni fiunt nouem millia [s] et octingenti. Haec vndecies multiplicata [t] fiunt centum feptem millia [u] et octingenti. Huius fummae quarta decima eft feptem millia [x] et feptingenti. Hos pedes effe
9 dicemus in femicirculo, qui efficiunt iugeri quadrantem fcripula quinque. Si [y] autem

d) *quae facit angulum rectum* om. *L. I. B. R.* e) *pedes I. B. R.* f) *multiplico P.* g) *fiunt* om. *I. B. R.* h) II. D. *I. B. R.* i) *fummito I. minito* vel *muminito P. minito Goef. munito L.* k) *dimidia metros P. diametros id eft dimenfio habeat L. I. B. R.* l) *fiunt* abeft *I. B. R.* m) IIII. DCCCC. n) *duco pedes* III. DCCCL. *I. B. R.* o) *Hoc P.* p) *fexunciam L. I. B. R.* q) *latitudinem P.* r) *feptuageni I. B. R. feptuagena centena P.* s) VIIII. DCCC. *I. B. R.* t) *multiplicata* om. *L. I. B. R.* u) CVII. DCCC. *I. B. R.* x) VII. DCC. *I. B. R.* y) *Sin P.*

2, 6 ORTHOGONII TRIANGVLARIS AGRI FORMA



2, 7 ROTVNDI AGRI FORMA



* LXXX et IIIIDccc Goef. pro 4400.

2, 7 SI ROTVNDVS AGER ERIT] Haec rectiora, quae habet etiam Goef. p. 314. Ratio enim haec: vt fe habet duplum diametri 14 (ex Archimedea ratione) ad dimidiam peripherian 11, ita quadratum diametri fe habet ad aream circuli. Demonftrationem facilem dedit laudatiffimus Hambergerus, infra etiam fubiiciendam. Quodfi affumas numeros paullo propius accedentes ad proportionem rectarum et curuarum in circulo, f. areae quadratae et circularis, eiusdem illic lateris, hic diametri v. g. 1000, 785 vel 200, 157 et more confueto argumenteris, propius etiam accedes ad verum in problemate propofito. Videbis enim diametro 70 refpondere aream 3846$\frac{2}{3}$.

2, 8 SI SEMICIRCVLVS FVERIT AGER) Confentit hic etiam Goef. p. 314 et confequens eft fuperiori, cum dimidiorum eadem fit, quae integrorum, ratio. Itaque argumentari licet, vt fe habet duplum diametri 14 ad dimidiam peripherian 11, ita factum diametri in radium, (h. e. dimidium quadratum diametri) ad dimidiam aream circuli. Si fumas numeros paullo maiores, de quibus modo dictum, habebis 7693.

2, 8 SEMICIRCVLARIS AGRI FORMA



2, 9 SI AVTEM MINVS) De huius problematis

tem minus quam semicirculus erit, arcum sic metiemur. Esto arcus, cuius basis habeat pedes x v i, latitudo autem pedes i i i i. Latitudinem cum basi pono. fit vtrumque pedes x x. Hoc duco quater. fiunt L x x x. Horum pars dimidia est x L. Item sexdecim pedum, qui sunt basis pars dimidia v i i i. Hi[z] v i i i in se multiplicati, fiunt L x i i i i. Quartam decimam partem duco[a], ea efficit[b] pedes i i i i paullo amplius. hoc[c] adiicies[d] ad quadraginta. fit vtraque summa pedes x L i i i i. Hos in arcu quadratos[e] esse dico, qui faciunt iugeri dimidium scripulum, quinta[f] et vigesima[g] parte minus.

10 Si fuerit sex angulorum, in quadratos pedes sic redigitur. Esto hexagonum quoquo versus lineis pedum[h] x x x. Latus vnum in se multiplico. tricies triceni fiunt[i] D c c c c. Huius summae tertiam partem statuo c c c. eiusdem partem decumam[k] x c. fiunt c c c x c. Hoc sexies ducendum est, qnoniam sex latera sunt, quae consummata efficiunt duo millia trecenteni[l] et quadraginta. Tot igitur pedes quadratos esse dicemus. Itaque erit iugeri vncia dimidio scripulo, et decima parte scripuli minus.

III. HIS igitur velut primordiis talis ratiocinii perceptis[a] non difficiliter mensuras inibimus agrorum, quorum nunc omneis persequi species et longum et arduum est. Duas etiam nunc formulas praepositis adiiciam, quibus frequenter vtuntur agricolae in disponendis[b] seminibus. Esto ager longus pedes mille ducentos, latus pedes c x x. in eo vites disponendae sunt ita, vt quini pedes inter ordines relinquantur. Quaero quot seminibus opus sit, cum quinum pedum spatia inter semina desiderantur.

2 Duco quintam partem longitudinis, fiunt c c x L. et quintam partem latitudinis,

z) *His I. I.* a) *dico cum eff. I. B. R.* b) *efficiet P.* c) *Hos I. B. R.* d) *adiicio P.* e) *quadratus C. quadrato I. B. R.* f) *vnae P.* g) *vicesima I. B. R.* h) *pedes I. B. R.* i) *sunt* neglig. *I. B. R.* k) *decimam I. B. R.* l) *trecentos* corr. Drakenb. ad Liu. 45, 16. [C. III.] a) *praeceptis I. B. R.* b) *dispositis P. Goes. L.*

matis solutione, quam habet quoque Goes. p. 315, Hambergerus meus negat, eam vnquam dare veram magnitudinem, nisi vbi chorda se habet ad sagittam vt 16 ad 4, hinc neque demonstrari posse. Certius proinde fuerit in triangula resoluere aream, dum ad minutias subseciuas veniatur.

2, 9 QVINTA ET VICESIMA PARTE MINVS) Παχυλῶς indicat rationem. Dimidium enim scripulum iugeri sunt pedes 50, cuius $\frac{1}{25}$ sunt 2. sed tota haec ratio, vti diximus, claudicat.

2, 9 MINORIS SEMICIRCVLO AGRI FORMA

2, 10 SI FVERIT SEX ANGVLORVM) Resoluit in VI triangula aequilatera, et toties repetit rationem §. 5 propositam, vbi etiam, quid de illa censendum sit dictum est. Etiam hic eadem tradit mensor Goesianus p. 315.

2, 10 HEXAGONI AGRI FORMA



3, 2 SEMINA INTER QVINOS PEDES) Quae sequuntur schemata in editis a Iuntarum inde diligentia, [superiores enim et MSS. illo lenocinio carent] ea nulli rei prosunt: tamen non omis-

latitudinis, hoc est XXIIII. his vtrisque summis [c] semper singulos asses adiicio [d], qui efficiunt extremos ordines, quos vocant angulares. Fit ergo altera summa ducentorum quadraginta vnius, altera viginti quinque. Has summas sic multiplicato. quinquies et vicies duceni quadrageni singuli, fiunt [e] sex millia et viginti quinque.
3 Totidem dices opus esse seminibus. Similiter inter [f] senos pedes si voles ponere, duces sextam partem longitudinis mille ducentorum [g], fiunt CC. et sextam latitudinis CXX, id est XX. His summis singulos asses adiicies quos dixi angulares esse. fiunt CCI, et XXI. Has summas inter se multiplicabis, vicies et semel ducentos et vnum, atque ita efficies quatuor millia ducentos et viginti vnum. Totidem se-
4 minibus opus esse dices. Similiter si inter [h] septenos pedes ponere voles, septimam partem longitudinis et latitudinis duces, et adiicies asses angulares, eodem [i] modo
5 eodemque ordine consummabis [k] numerum seminum. Denique quotcunque pedum spacia facienda censueris, totam partem longitudinis et latitudinis duces, et praedictos asses adiicies. Haec cum ita sint, sequitur vti [l] iugerum agri, qui [m] habet pedes CCXL longitudinis, et latitudinis pedes CXX, recipiat inter pedes ternos (hoc enim spatium minimum esse placet vitibus ponendis) per longitudinem semina LXXXI, per latitudinem inter quinos pedes semina XXV. qui numeri inter se
6 multiplicati fiunt seminum duo millia [n] et viginti quinque. Vel [o] si [p] quoquo versus inter quaternos pedes vinea erit disposita, longitudinis ordo habebit semina LXI, latitudinis XXXI, qui numeri efficiunt in iugero vites mille octingentas et nonaginta vnam. Vel [q] si in longitudinem qer quaternos pedes, in latitudinem per quinos

c) *semissem per I. B. R. per* etiam *L.* d) *adiicito Goes.* e) *sunt* VI. XXV. *I. B. R.* f) *inter* abest *P.* g) *in ducentos I. B. R.* h) *in P.* i) *eodem modo* desunt *P.* k) *consumabis I. I. A. G.* l) *vt I. B. R.* abest *I. I.* m) *quod Goes. I. B. R.* n) M. M. XXV. *I. B. R.* o) *Versi P.* p) XXII. inser. *I. B. R.* q) *vt I. B. R.*

omittenda censui, ne quis imperitus etiam aliquid hic omissum esse caussari queat. Studui tamen, vt aliquantum accuratiora essent.

3, 2 SEMINA INTER QVINOS PEDES.

```
|  |  |  |  |  |  |  |  |  |
|  |  |  |  |  |  |  |  |  |
|  |  |  |  |  |  |  |  |  |
|  |  |  |  |  |  |  |  |  |
|  |  |  |  |  |  |  |  |  |
```

3, 3 SEMINA INTER SENOS PEDES.*

```
|   |   |   |   |   |   |   |
|   |   |   |   |   |   |   |
|   |   |   |   |   |   |   |
|   |   |   |   |   |   |   |
```

* *Ponentur* apponit *I. B. R.*

3, 4 SEMINA INTER SEPTENOS PEDES.

```
|    |    |    |    |    |    |
|    |    |    |    |    |    |
|    |    |    |    |    |    |
|    |    |    |    |    |    |
```

3, 5 SEMINA INTER TERNOS PEDES.

```
| | | | | | | | | | | | | |
| | | | | | | | | | | | | |
| | | | | | | | | | | | | |
| | | | | | | | | | | | | |
| | | | | | | | | | | | | |
| | | | | | | | | | | | | |
```

4, 1 CAN-

nos pedes fuerit diſpoſita, ordo longitudinis habebit ſemina LXI, latitudinis XXV[r].
Quod ſi inter quinos pedes conſitio fuerit, per longitudinem ordinis habebit ſemina 7
XLIX, et [s] rurſus per latitudinem ſemina XXV. qui numeri duo inter ſe multipli-
cati efficiunt [t] mille [u] ducentum et viginti quinque. At ſi per ſenos pedes eundem
vitibus locum placuerit ordinare, nihil dubium eſt quin longitudini [x] dandae ſint
XLI vites, latitudini autem viginti vna. quae inter [y] ſe multiplicatae efficiunt nu-
merum DCCCLXI. Sin autem inter ſeptenos pedes vinea fuerit conſtituenda [z], 8
ordo per longitudinem recipiet [a] capita triginta quinque, per latitudinem XVIII. qui
numeri inter ſe multiplicati efficiunt DCXXX. Totidem dicemus ſemina praepa-
randa. At ſi inter octonos [b] pedes vinea conſeretur [c], ordo per longitudinem reci-
piet ſemina XXXI [d], per latitudinem autem XVI. qui numeri inter ſe multiplicati
efficiunt CCCCXCVI [e]. At [f] ſi inter nouenos pedes, ordo in longitudinem recipiet
ſemina viginti ſeptem [g], et in latitudinem quatuordecim. hi [h] numeri inter ſe mul-
tiplicati faciunt CCCLXXVIII. At ſi [i] inter denos pedes, ordo longitudinis reci- 9
piet ſemina XXV, latitudinis XIII [k]. hi numeri inter [l] ſe multiplicati faciunt
CCCXXV [m]. et ne in infinitum procedat diſputatio noſtra, eadem portione, vt [n] cui-
que placuerint laxiora ſpatia, ſemina faciemus. Ac de menſuris agrorum, numeris-
que ſeminum dixiſſe abunde ſit. nunc ad ordinem redeo.

IV. VINEARVM prouincialium plura genera eſſe comperi. ſed ex [a] iis, quas
ipſe cognoui, maxime probantur, velut arbuſculae breui [b] crure [c] ſine adminiculo
per ſe ſtantes: deinde quae pedaminibus adnixae ſingulis iugis imponuntur: eas ru-
ſtici canteriatas [d] appellant. Mox quae defixis arundinibus circummunitae per ſtatu-
mina calamorum materiis ligatis in orbiculos gyroſque flectuntur; eas non nulli
characatas [e] vocant. Vltima eſt conditio ſtratarum vitium, quae ab enata ſtirpe 2
confeſtim velut proiectae [f] per humum porriguntur [g]. Omnium autem ſationis fe-
re eadem eſt conditio. Nam vel ſcrobe, vel ſulco ſemina deponuntur. quoniam
paſtinationis expertes ſunt externarum [h] gentium agricolae: quae tamen ipſa pene
ſuperuacua eſt iis [i] locis, quibus ſolum putre [k], et per ſe reſolutum eſt: *namque
hoc imitamur arando* (vt ait Virgilius) quod [l] etiam paſtinando. Itaque Campania, 3
quoniam vicinum ex nobis capere poteſt exemplum, non vtitur hac molitione ter-
rae, quia facilitas eius ſoli minorem operam deſiderat. ſicubi autem denſior ager
prouin-

r) XXII. *I.B.R.* s) *Sed I. B. R.* t) *et ſiunt P. efficunt R.* u) *c.* M.CCXXII. x) *in longitudine I.B.R.* y) *in I. B. R.* z) *conſtituta I. B. R.* a) *recipiat I. B. R.* b) *octenos I. B. R.* c) *conſeritur I. B. R.* d) XXI. *P.* e) CCCCLXVI. *Totidem ſemina dicemus praeparanda. At ſi I. B. R.* f) *Vel inter P.* g) XXIIII. h) *Qui I. B. R.* i) *ſi* abeſt *I. B. R.* k) III. *B. R.* l) *inter ſe* om. *I. B. R.* quod ſupplendum cenſuit *Vrſ.* m) CCCXXII. *I. B. R.* n) *vtcunque I. B. R.* [C.IV.] a) *bis I. B. R.* b) *leui P. Goeſ.* c) *curae Gr.* d) *cantheriatas I. B. R.* e) *chaeracatas Goeſ. carattas L. chareatas P.* adnotauerat Politianus in margine quae ſequuntur. *vulgo apud Inſubres et in Aemilia vignae characiatae.* f) *proiecta I. B. R.* g) *porrigitur I. B. R.* h) *exterarum I. B. R. I. I.* i) *bis I. B. R.* k) *patrem P.* l) *idem L. I. B. R. id eſt etiam P. Goeſ. aut etiam* coni. *Broukh.*

4, 1 CANTHERIATAS) Vid. 4, 12, 1. SCHOETTG.

4, 2 STRATARVM VITIVM) Quae quales ſint, optime ex ipſo auctore cognoſcitur. Hebraei vocant רגליות *pedales* vel *pedeſtres*, quae tam humiles ſunt, vt pedibus conculcari poſſint, Maſſecheth Peah fol. 10, 1. SCHOETTG.

4, 2 VT AIT VIRGILIVS) Ge.2,184. Broukhuſius coniicit, *aut etiam paſtinando*, quod ſenſum facit optimum. SCHOETTG.

4, 3 QVONIAM VICINVM) Qui attenderit, videbit, ſententiam poſtulare *quamquam*.

5, 1 EA-

prouincialis [m] ruſtici maiorem poſcit impenſam, quod nos paſtinando efficimus, ille ſulco facto conſequitur, vt laxius ſubacto ſolo deponat ſemina.

V. SED vt ſingula earum [a] quae propoſui vinearum genera perſequar, praedictum ordinem repetam. Vitis quae ſine adminiculo ſuis viribus [b] conſiſtit, ſolutiore terra [c], ſcrobe; denſiore, ſulco ponenda eſt. ſed [d] et ſcrobes et ſulci plurimum proſunt, ſi in locis temperatis, in quibus aeſtas non eſt perferuida [e], ante annum fiant, quam vineta [f] conſerantur. Soli tamen ante bonitas exploranda eſt [g]. nam ſi ieiuno, atque exili agro ſemina deponentur, ſub ipſum tempus ſationis ſcrobs,
2 aut ſulcus faciendus eſt. Si ante annum fiant, quam vinea conſeratur, ſcrobs [h] in longitudinem altitudinemque defoſſus [i] tripedaneus abunde eſt; latitudine tamen bipedanea: vel ſi quaternum [k] pedum ſpatia [l] inter ordines relicturi ſumus, commodius habemus [m] eandem quoquo verſus dare menſuram ſcrobibus, non amplius tamen quam in tres pedes altitudinis depreſſis. Caeterum quatuor angulis ſemina
3 applicabuntur ſubiecta minuta terra, et ita ſcrobes adobruentur [n]. Sed de ſpatiis ordinum eatenus praecipiendum habemus, vt intelligant agricolae, ſiue aratro vineas culturi ſint, laxiora interordinia relinquenda; ſiue bidentibus, anguſtiora: ſed neque ſpatioſiora, quam decem pedum; neque contractiora, quam quatuor. Multi tamen ordines ita diſponunt, vt per rectam lineam binos [o] pedes, aut, vt [p] plurimum, ternos inter ſemina relinquant; transuerſa rurſus laxiora ſpatia faciant [q], per
4 quae vel foſſor, vel arator incedat [r]. Sationis autem cura non alia debet eſſe, quam quae tradita eſt a me tertio volumine. Vnum tamen huic conſitioni Mago Carthaginienſis [s] adiicit, vt ſemina ita deponantur, ne protinus totus ſcrobs [t] terra compleatur, ſed dimidia fere pars eius ſequente biennio paullatim adaequetur [u]. ſic enim putat vitem cogi deorſum agere radices. Hoc ego ſiccis locis fieri vtiliter non negauerim; ſed vbi aut vliginoſa regio eſt, aut caeli ſtatus imbrifer, minime faciundum [x] cenſeo. nam conſiſtens in ſemiplenis ſcrobibus nimius humor, ante-
5 quam conualeſcant, ſemina necat. Quare vtilius exiſtimo repleri quidem ſcrobes ſtirpe depoſita, ſed [y] cum ſemina comprehenderint, ſtatim poſt aequinoctium autumnale [z] debere diligenter atque alte ablaqueari, et reciſis radiculis, ſi quas in ſummo ſolo citauerint, poſt paucos dies adobrui [a]. ſic enim vtrumque incommodum vitabitur, vt neque [b] radices in ſuperiorem partem euocentur; neque immo-
6 dicis pluuiis parum valida vexentur ſemina. Vbi vero iam corroborata [c] fuerint, ni-

hil

m) *prouincialem ruſticum L. I. B. R.* [C. V.] a) *eorum I. B. R.* b) *moribus L.* c) *terrae* omnes. d) *Sed et* om. *I. B. R.* *Sed ſcrobes* Pol. e) *perferenda I. B. R.* *perferuida. ante* Steph. f) *vinea conſeratur I. B. R. I. I.* g) *eſt. Si ante annum fiant, nam etc. Pol.* h) *ſcrobibus L. I. B. R.* i) *defoſſis tripedaneis habunde L. I. B. R.* k) *quaterna I. B. R.* l) *ſpacia B. R.* m) *habetur I. B. R.* n) *adobruuntur I. B. R.* o) *quinos P.* p) *vt* deficit *I. B. R.* q) *fiant I. B. R.* *fiat* ſeu *faciat P.* r) *incedit P.* s) *cartaginenſis I. B. R.* t) *ſcrobis Lipſ.* et ita ſaepe. u) *adaequatur I. B. R.* x) *faciendum I. B. R.* y) *ſed P.* et reliqui. z) *autumni P.* a) *obrui P.* b) *nec I. B. R.* c) *corroborauerint L. I. B. R. I. I.*

§. 1 EARVM, QVAE PROPOSVI, VINEARVM) Apud Ieni. et Bruſchium: *eorum* videlicet, *generum.* PONTED.

§. 1 QVAE PROPOSVI) Modo c. 4, 1.

§. 1 SOLVTIORE TERRAE SCROBE) Mala lectio. Quisnam enim eſt ſcrobs ſolutior? Quis ſulcus denſior? Sic autem reſtituere locum poſſumus: *Solutiore terra, ſcrobe; denſiore, ſulco ponenda eſt.* PONTED. Mirum eſt, quam conſentiant in *terrae* voce, quos conſuluimus, omnes. Mihi tamen idem quod Clariſſimo Pontederae, olim viſum eſt: quo ſuffragatore non dubitaui tantillam mutationem ſuſcipere.

§. 7 ET

hil dubium eſt, quin caeleſtibus aquis plurimum iuuentur. Itaque locis, quibus clementia hiemis permittit, adapertas vites relinquere, et tota hieme ablaqueatas habere eas conueniet. De qualitate autem ſeminum inter auctores non conuenit. Alii malleolo protinus conſeri vineam melius exiſtimant, alii viuiradice: de qua re quid ſentiam, iam ſuperioribus voluminibus [d] profeſſus ſum. Et nunc tamen hoc 7
adiicio, eſſe quoſdam agros, in [e] quibus non aeque [f] bene translata ſemina, quam immota reſpondeant: ſed iſtud rariſſime accidere. notandum [g] itaque et diligenter explorandum eſſe, *Et* [h] *quid quaeque ferat regio, et* [h] *quid quaeque recuſet.* Depoſitam ergo ſtirpem, id eſt, malleolum, vel viuiradicem formare ſic conuenit, vt vitis ſine pedamine conſiſtat. hoc autem protinus effici non poteſt. Nam niſi admini- 8
culum tenerae viti [i] atque infirmae [k] contribueris, prorepens pampinus terrae ſe applicabit. itaque poſito ſemini arundo adnectitur, quae velut infantiam eius tueatur, atque educet, producatque in tantam ſtaturam, quantam permittit agricola. ea porro non debet eſſe ſublimis: nam vſque in ſeſquipedem [l] coercendum [m] eſt. Cum 9
deinde robur accipit, et iam ſine adiumento conſiſtere valet [n], aut capitis, aut brachiorum incrementis adoleſcit [o]. nam duae ſpecies huius quoque culturae ſunt. alii capitatas vineas, alii brachiatas magis probant. Quibus cordi eſt in brachia vitem componere, conuenit [vt] a ſumma parte, qua deciſa nouella vitis eſt, quicquid iuxta cicatricem citauerit [p], conſeruari, et in quatuor brachia pedalis menſurae diuidere, ita vt omnem partem caeli ſingula aſpiciant. Sed haec brachia non ſtatim 10
primo anno [q] procera ſubmittuntur, ne oneretur exilitas vitis; ſed compluribus putationibus in praedictam menſuram educuntur. deinde ex brachiis quaſi [r] quaedam cornua prominentia relinqui oportet, atque ita totam vitem omni parte in orbem diffundi. Putationis autem ratio [s] eadem eſt, quae in iugatis vitibus: vno tamen 11
differt [t], quod pro materiis longioribus pollices quaternum aut quinum gemmarum relinquuntur: pro cuſtodibus autem bigemmes reſeces [u] fiunt [x]. In ea deinde vinea [y] quam capitatam diximus, iuxta ipſam matrem vſque ad corpus ſarmentum detrahitur, vna aut altera tantummodo gemma relicta, quae ipſi trunco adhaeret. Hoc [z] autem riguis, aut pinguiſſimis locis fieri tuto poteſt, cum vires terrae et fru- 12
ctum et materias valent praebere. maxime autem aratris excolunt, qui ſic formatas vineas habent, et [a] eam rationem ſequuntur detrahendi [b] vitibus brachia, quod ipſa capita ſine vlla extantia neque aratro, neque bubus obnoxia ſunt. nam in brachiatis plerumque fit, vt aut crure, aut cornibus boum [c] ramuli vitium defringantur: ſaepe etiam et [d] ſtiua, dum ſedulus arator vomere perſtringere ordinem, et quam proxi-
mam

d) *voluminibus* om. *Goeſ.* e) *in* om. *Goeſ.* f) *tam P.* g) *Verſibus aliter P.* h) *et* om. *Goeſ. I. B. R.* i) *viti* omitt. *Goeſ. I. B. R.* k) *infirmum P.* l) *ſexquipedem I. B. R. I. I. H. A. Gr. G.* m) *coercenda Goeſ. I. B. R. I. I. H. coercendam A.* n) *valens I. I.* o) *adoleſcit I. B. R.* p) *curauerint Goeſ. I. B. R.* q) *tam* inſ. *I. B. R. I. I. H. A G. tam partem L.* r) *quaedam congrua prom. L.* s) *nam* interſer. *P.* t) *differet P.* u) *re ſic efficiunt (reſeces fiunt) P. reſectae L.* x) *efficiunt in ea. Deinde I. B. R.* y) *vineam I. B. R.* z) *haec* omnes praet. *Goeſ. et P.* a) *et* om. *I. B. R.* b) *detrahendis I. B. R.* c) *bouum R.* d) *et* omiſſ. *I. B. R.*

5, 7 ET QVID) Verſus Virgilii Ge. 1, 53.

5, 9 CONVENIT [VT] A SVMMA PARTE) Hoc *vt* etiam VRSINVS deleri volebat. retinui, quia ſcriptoribus ipſis talia ἀνακόλουθα excidere poſſe nouimus.

5, 12 SINE VLLA EXTANTIA) Neſcio, cur ita legendum eſſe moneat VRSINVS; neque enim alia lectio mihi innotuit. Hoc forte voluit, ne quem vox rarior *extantia* ad emendandum h. e. corrumpendum hunc locum ſolicitet.

 5, 15 PAL-

13 mam partem vitium excolere ſtudet. Atque haec quidem cultura vel brachiatis vel capitatis vitibus [e], antequam gemment [f], adhibetur. cum deinde germinauerint, foſſor inſequitur, ac bidentibus eas partes ſubigit, quas bubulcus non potuit [g] pertingere. Mox vbi materias [h] vitis exigit, inſequitur pampinator, et ſuperuacuos deterget [i], fructuoſoſque [k] palmites ſubmittit, qui cum induruerunt, velut in coronam religantur. hoc duabus ex cauſis fit: vna, ne libero excurſu in luxuriam prorepant [l], omniaque alimenta pampini abſumant [m]; altera, vt religata vitis rurſus adi-
14 tum bubulco foſſorique in excolenda [n] ſe praebeat. Pampinandi autem modus is erit, vt opacis locis humidisque et frigidis aeſtate vitis nudetur, foliaque palmitibus detrahantur [o], vt maturitatem fructus capere poſſit, et ne ſitu putreſcat: locis autem ſiccis calidiſque et apricis, vt [p] e contrario palmitibus vuae contegantur; et ſi parum pampinoſa vitis eſt, aduectis frondibus, et interdum ſtramentis, fructus mu-
15 niatur. M. quidem Columella patruus meus, vir illuſtribus diſciplinis eruditus, ac diligentiſſimus [q] agricola Baeticae [r] prouinciae, ſub ortu caniculae palmeis tegetibus [s] vineas adumbrabat, quoniam plerumque dicti ſideris tempore quaedam partes eius regionis ſic infeſtantur Euro, quem incolae Vulturnum appellant, vt niſi tegminibus [t] vites opacentur [u], velut halitu [x] flammeo fructus vratur. Atque haec capitatae brachiataeque vitis cultura eſt. nam illa, quae vno [y] iugo ſuperponitur, aut quae materiis [z] ſubmiſſis arundinum ſtatuminibus per orbem [a] connectitur, fere eandem
16 curam exigit, quam iugata. Non nullos tamen in [b] vineis characatis animaduerti, et maxime eluenaci generis, prolixos palmites quaſi propagines ſummo ſolo adobruere, deinde rurſus ad [c] arundines erigere, et in fructum ſubmittere, quos noſtri agricolae mergos, Galli candoſoccos [d] vocant, eoſque adobruunt ſimplici ex cauſa, quod exiſtiment [e], plus alimenti terram praebere fructuariis flagellis. itaque poſt vindemiam velut inutilia ſarmenta decidunt, et a ſtirpe ſubmouent. Nos autem praecipimus easdem virgas, cum a matre fuerint praeciſae, ſicubi [f] demortuis vitibus ordines vacent, aut [g] ſi nouellam quis vineam inſtituere velit, pro viuiradice ponere. quoniam quidem partes ſarmentorum quae fuerant obrutae, ſatis multas
17 habent radices, quae depoſitae ſcrobibus, confeſtim comprehendant. Supereſt reliqua illa cultura proſtratae vineae, quae niſi violentiſſimo caeli ſtatu ſuſcipi non debet. nam et difficilem laborem colonis exhibet, nec vnquam generoſi ſaporis vinum praebet. Atque vbi regionis conditio ſolam eam culturam recipit, bipedaneis ſcrobibus malleolus deponitur. qui cum egerminauit, ad vnam materiam reuocatur: eaque

e) *vitibus* om. *P. Goeſ.* f) *progerment P. progemment Goeſ.* g) *putauit P.* h) *materiu Gr.* i) *detergit I. B. R.* k) *que* abeſt *I. B. R.* l) *properent I. B. R.* m) *abſummant R.* n) *excolendam L. I. B. R.* o) *detrabuntur I. B. R.* p) *vt* deſic. *I. B. R.* q) *ſingulariſſimus L.* r) *beticae I. B. R.* s) *tegentibus L. I. B. R.* t) *teguminibus I. B. R. tegiminibus L.* u) *opacantur I. B. R.* x) *alitu B. R.* y) *in I. B. R. vni Goeſ.* z) *materies I. B. R.* a) *ordinem I. B. R.* b) *in* deeſt *I. B. R.* c) *ad* om. *Goeſ. I. B. R.* d) *candoſocos L. B. R. andoeccos P. andoſ. Goeſ.* e) *exiſtimant peius alimenta P.* f) *ſic vti* diuiſ. *I. B. R.* g) *At I. B. R.*

5, 15 PALMEIS TEGETIBVS) Videtur emendatio huius loci deberi Beroaldo: ille certe ita legendum eſſe, monuit.

5, 16 CANDOSOCCOS) Auctor libri (*Aſtruc*) Memoires pour l' hiſt. nat. de Languedoc p. 463. docet *Cand* ſ. *Cowand* ſignificare propaginem, et *ſocco*, ſ. *ſoucro* caput vitis.

5, 16 QVONIAM QVIDEM PARTES) Apparet, credo, longe commodius hic legi *quando quidem.* Alias etiam in hac voce peccare librarium obſeruabam paullo ante 5, 4, 3. Quoties vero *quoniam* et *quando* miſceantur, hic adnotare et longum eſt et ſuperuacaneum.

5, 18 QVAE

eaque primo anno compescitur [h] in duas gemmas: sequente deinde, cum palmites
profudit [i], vnus [k] submittitur, caeteri decutiuntur. at ille qui submissus est, cum
fructum edidit, in eam longitudinem deputatur, vti [l] iacens non excedat [m] inter-
ordinii spatium. nec magna est putationis [n] differentia cubantis [o], et stantis [p] rectae 18
vineae: nisi quod iacenti viti breuiores materiae submitti debent, reseces [q] quoque
angustius in modum furunculorum relinqui [r]. sed [s] post putationem, quam vtique
autumno in eiusmodi vinea fieri oportet, [vt [t]] vitis tota deflectatur [u] in alterum
interordinium: atque ita pars ea quae fuerat occupata, vel foditur, vel aratur, et
cum exculta est, eandem vitem recipit, vt altera quoque pars excoli possit. De 19
pampinatione talis vineae parum inter auctores conuenit. alii negant esse nudandam
vitem, quo melius contra iniuriam ventorum ferarumque fructum abscondat: aliis
placet parcius pampinari, vt et vitis non in totum superuacuis frondibus oneretur,
et tamen fructum vestire aut protegere possit: quae ratio mihi quoque commo-
dior videtur.

VI. SED iam de vineis satis diximus. nunc de arboribus praecipiendum est.
Qui volet frequens et dispositum arbustum paribus spatiis, fructuosumque habere,
operam dabit, ne emortuis arboribus rarescat, ac primam quamque senio aut tem-
pestate afflictam submoueat, et in [a] vicem nouellam sobolem substituat. Id autem
facile consequi poterit, si vlmorum seminarium paratum habuerit: quod, et [b] quo-
modo, et qualis generis faciendum sit, non pigebit deinceps praecipere. Vlmo- 2
rum duo esse genera conuenit, Gallicum, et vernaculum: illud Atinia, hoc nostras
dicitur. Atiniam vlmum Tremellius Scrofa non ferre [c] sameram (quod est semen
eius arboris) falso est opinatus. nam rariorem sine dubio creat, et idcirco pleris-
que et sterilis videtur, seminibus inter frondem, quam prima germinatione edit,
latentibus. itaque nemo iam [d] serit ex samera [e], sed ex sobolibus. Est autem vl- 3
mus longe laetior et procerior, quam nostras, frondemque iucundiorem bubus
praebet: qua cum assidue pecus paueris [f], et postea generis alterius frondem dare
institueris, fastidium bubus affert [g]. Itaque si fieri poterit, totum agrum genere 4
vno Atiniae vlmi conseremus: si minus, dabimus operam, vt in ordinibus disponen-
dis pari numero vernaculas et Atinias alternemus. ita semper mista fronde vtemur,
et quasi hoc condimento illectae pecudes fortius iusta cibariorum conficient. sed
vitem maxime opulus [h] videtur alere [i], deinde vlmus, post etiam fraxinus [k]. Opu- 5
lus

h) *conspicitur P.* i) *profundit I. B. R.* k) *cum* interpon. *I. B. R.* l) *vbi I. B. R. viti P.* m) *excedit I. B. R.* n) *disputationis I. B. R. sputationis P.* o) *curantis P.* p) *statumen Goes. P. ad statumen L. I. B. R.* q) *resices* hic et saepe *Goes.* r) *relictis P.* s) *Et I. B. R.* t) *vt* abest *I. B. R.* u) *deplectitur P.* [C. VI.] a) *inuicem* iunct. *R. I. I. in vice Goes.* b) *et* desic. *I. B. R.* c) *ferentem amaram I. B. R. ferre sarma P. ferreis amaram L. qui* semper *amaram* vel *ameram* sed praecedente sibilo. d) *inserit I. B. R.* e) *amera I. B. R. amere subolibus P.* f) *alueris L.* et editt. praet. *C. palueris P.* 2. *paueris P.* 1. *et Goes.* g) *afferes Goes.* h) *populus I. B. R. L. Goes.* i) *trahere* coni. *Broukh.* k) *fraximus A.*

5, 18 QVAE FVERAT OCCVPATA) Intell. a iacente in ipsa vite.

6, 2 ET IDCIRCO PLERISQVE ETIAM STERILIS VIDETVR etc.) Ita legendum. paullo post: *Itaque nemo eam serit.* VRSIN.

6, 4 POST ETIAM FRAXINVS) Plures commemorat Plinius 17, 23 s. 32 n. 22 nimirum *ficum*, *oleam*, *populum*. Oleae ipse noster etiam meminit 3, 10, 3. De populo multa Plinius l. c. Non valde repugnat *opulum* ex Columella ei substitui. Harduinus ad L. 14 not. mai. 3: *populum* tamen ad Bononiam, Placentiam, Parmam adhiberi

lus [l], quia raram, neque idoneam frondem pecori praebet, a plerisque repudiata
est. Fraxinus [m], quae capris et ouibus gratissima est, nec inutilis bubus, locis
asperis [n], montosis, quibus minus laetatur vlmus, recte feritur. Vlmus, quod [o]
et vitem commodissime patitur, et iucundissimum pabulum bubus affert, variisque
generibus soli prouenit [p], a plerisque praefertur [q]. Itaque cui arbustum nouum
instituere cordi est [r], seminaria vlmorum vel fraxinorum parentur ea ratione, quam
deinceps subscripsimus. nam opuli [s] melius cacuminibus in arbusto protinus depo-
6 nuntur. Igitur pingui solo et modice humido, bipalio terram pastinabimus, ac di-
ligenter occatam et resolutam [t] verno tempore in aream [u] componemus. Sameram [x]
deinde, quae iam rubicundi coloris erit, et compluribus insolata [y] diebus iacuerit,
vt aliquem tamen succum et lentorem habeat, iniiciemus areis, et eas totas semini-
bus spisse contegemus, atque ita cribro putrem terram duos alte digitos incernemus,
et modice rigabimus, stramentisque [z] areas cooperiemus [a], ne prodeuntia cacumi-
7 na seminum ab auibus praerodantur. Vbi deinde prorepserint plantae, stramenta
colligemus, et manibus herbas carpemus: idque [b] leuiter, et curiose faciendum est,
ne adhuc tenerae breuesque radiculae vlmorum conuellantur. Atque ipsas quidem
areas ita anguste compositas habebimus, vt qui runcaturi sunt, medias partes ea-
rum facile manu contingant [c]: nam si latiores fuerint, ipsis seminibus, quae pro-
8 culcata erunt, noxam capient [d]. Aestate deinde prius quam sol oriatur, aut ad ve-
sperum, seminaria [e] conspergi potius [f], quam rigari debent: et cum ternûm pedum
plantae fuerint, in aliud seminarium transferri, ac ne radices altius agant (quae res
postmodum in eximendo magnum laborem affert [g], cum plantas in aliud semina-
rium transferre [h] volumus) oportebit non maximos scrobiculos sesquipede [i] inter se
distantes fodere: deinde radices in nodum, si breues; vel in orbem coronae simi-
lem, si longiores erunt, inflecti, et oblitas fimo bubulo scrobiculis deponi, ac di-
9 ligenter circumculcari [k]. Possunt etiam collectae cum stirpibus plantae eadem ra-
tione disponi: quod in Atinia vlmo fieri necesse est, quae non feritur [l] e samera.
Sed haec vlmus autumni tempore melius, quam vere disponitur; paullatimque ra-
muli eius manu detorquentur, quoniam primo biennio, ferri reformidat ictum.
tertio demum anno acuta falce abraditur [m], atque vbi translationi iam [n] idonea est,
ex

l) *Populus I. B. R. L. Goes.* m) *Fraximus A.* n) *et* interser. *I. B. R. vel I. I. H. A.* o) *quae I. B. R.* p) *vt* inf. *I. B. R.* q) *refertur L. I. B. R. praefertur Goes. referitur* al. r) *erit P.* s) *populi L. Goes. I. B. R.* Et sic per totum caput. t) *humum* inf. *P.* u) *areas Goes.* x) *Ameram I. B. R.* Sic per totum caput. y) *in sole P. insolita lacu erit I. B. R. diebus in sole ita lacu erit L.* z) *trametisque P. trametrisque L.* a) *comperiemus P.* b) *Itaque I. B. R.* c) *contra L.* d) *capient aestate. Deinde I. B. R.* e) *seminario conspargi P.* f) *saepius I. B. R. seminus P.* g) *affert. Tunc cum I. B. R.* h) *transferemus L. I. B. R. I. I.* i) *sexquipedum I. B. R. sesquipedem Goes.* k) *circum calcari Goes.* l) *ex amera I. B. R.* m) *ablanditur I. B. R.* n) *non I. B. R.*

ri copiosissime vitibus maritandis docet. *Opulum*, quo nomine appellari apud nos oporteat, atque adeo verum viuat hodie, disceptant, ipso narrante, herbarii. Officinae apud nos vocant *den Schneeballen-Baum.*

6, 5 A PLERISQVE PRAEFERTVR) Ita Goesianus vt *vidimus*, et ita proxime acceditur ad antiquum *refertur.*

6, 7 FVERINT, IPSIS SEMINIBVS) *An ex ipsis seminibus?* Id probari potest ex iis, quae ab eodem Col. in 11, 3 collata sunt: *Quae tamen areae sic informandae sunt, vt facile runcantium manus ad dimidiam partem latitudinis earum perueniant, ne qui prosequuntur herbas, semina proculcare cogantur.* PONTED. Vide tamen, mi lector, an non satis hic locus sanus sit, cui tenebras obiecisse videtur omissum incisum post *fuerint.* *Areae noxam capient ipsis seminibus*, per ablatiuum partis vel adiuncti.

6, 9 ANTE

ex eo tempore autumni, quo terra imbribus permaduerit, vſque in vernum tem-
pus, antequam radix vlmi in eximendo delibretur, recte ſeritur [o]. Igitur in reſo- 10
luta terra ternûm pedum quoquo verſus faciendi ſcrobes. at in denſa, ſulci eius-
dem altitudinis [p], qui arbores recipiant praeparandi. Sed deinde in ſolo roſido [q]
et nebuloſo conſerendae ſunt vlmi, vt earum rami ad orientem et in [r] occidentem
dirigantur, quo plus ſolis mediae arbores, quibus vitis applicata [s] et religata inniti-
tur, accipiant. Quod ſi etiam frumentis conſulemus, vberi ſolo intra quadraginta 11
pedes; exili [vbi nihil ſeritur] intra viginti, arbores diſponantur. cum deinde ad-
oleſcere incipient [t], falce formandae [u], et tabulata inſtituenda ſunt. hoc enim no-
mine vſurpant agricolae ramos truncosque prominentes [x], eosque vel propius ferro
compeſcunt, vel longius promittunt, vt vites laxius diffundantur: hoc in ſolo pin-
gui melius, illud in gracili. Tabulata inter ſe ne [y] minus ternis pedibus abſint, 12
atque ita formentur, ne [z] ſuperior ramus in eadem linea ſit, qua inferior. nam
demiſſum ex eo palmitem germinantem inferior atteret, et fructum decutiet. Sed
quamcunque arborem ſeueris, eam biennio proximo putare non oportet. poſt dein-
de ſi vlmus exiguum incrementum [a] recipit, verno tempore, antequam librum de-
mittat [b], decacuminanda eſt iuxta ramulum, qui videbitur eſſe nitidiſſimus, ita ta-
men vti ſupra eum trunco [c] ſtirpem dodrantalem [d] relinquas, ad [e] quam ductus et ap-
plicatus ramus alligetur, et correptus [f] cacumen arbori praebeat. Deinde ſtirpem 13
poſt annum praecidi et alleuari oportet. Quod ſi nullum ramulum arbor [g] idoneum
habuerit, ſat erit nouem pedes a terra relinqui, et ſuperiorem partem detruncari,
vt nouae virgae, quas emiſerit [h], ab iniuria pecoris tutae ſint. ſed ſi fieri poterit,
vno ictu arborem praecidi; ſi minus, ſerra deſecari, et plagam falce alleuari opor-
tebit, eamque plagam luto paleato contegi, ne ſole aut pluuiis infeſtetur. Poſt an- 14
num, aut biennium, cum enati ramuli recte conualuerint, ſuperuacuos deputari,
idoneos in ordinem ſubmitti conueniet. Quae vlmus a poſitione bene prouene-
rit [i], eius ſummae virgae falce debent enodari. At ſi robuſti ramuli erunt, ita
ferro

o) *feritur in ſe. In reſol. I. B. R.* p) *et latitudinis Geſ.* q) *roſcido I. B. R. roſſeo Geſ.* r) *in* om. *Geſ. Pol.* s) *applicita I. B. R.* t) *incipiet I. B. R.* u) *formanda I. B. R.* x) *promittentes L. I. B. R.* y) *ne* deeſt *I. B. R.* z) *vt I. B. R.* a) *crementum verno I. B. R.* b) *demit L. I. B. R.* c) *truncum L. I. B. R.* d) *dodrantanitem L.* e) *aquam dubitus L. ad quam dubius I. B. R.* f) *collectus* marg. *Aſc.* g) *arborideum L. I. B. R.* h) *emiſerant I. B. R.* i) *prouenerint, leuiſſime virgae I. B. R. eius ſime virge L. prouenerit, virgae eius ſimae Mſ. Heinſ.* ad Ouid. Faſt. 3,754. quid ſi *imae?*

6, 9 ANTE QVAM RADIX DELIBRETVR) Nota temporis. Vid. ad. ſ. 12 *ante quam librum demittat.*

6, 11 EXILI [VBI NIHIL SERITVR] INTRA VIGINTI) Quae vncinis coërcui, ea ineptum gloſſema arbitror. Sermo eſt de ſolo frumentario: illud aut vber eſt, vt laetiora ſperentur arborum incrementa; itaque maioribus interuallis diſponendae, ne vmbra nimia frugibus noceant: aut exile, vbi minores proueniunt arbores, anguſtioribus proinde interuallis ſerendae.

6, 12 ANTE QVAM LIBRVM DEMITTAT) Credo notam hic temporis indicari, vt paullo ante ſ. 9 *ante quam radix in eximendo delibretur.* quo enim plenior ſucci arbor eſt, tanto facilius auferri librum conſtat.

6, 12 STIRPEM DODRANTALEM) Legendum: *Stipitem dodrantalem*; ineptum enim ſtirpem in ſtirpe relinqui. et paullo poſt: *ſtipitem poſt annum etc.* itemque: *vt exiguum ſtipitem prominentem etc.* PONTEDERA. Vid. Ind. *ſtirps.*

6, 12 CORREPTVS CACVMEN ARBORI PRAEBEAT) Quomodo *correptus?* Scripſit omnino Columella *correctus*, ad quam vocem alludit Aſcenſianus margo vt vidimus. Hanc emendationem haud cunctanter in textum, quem vocamus, recepiſſem, niſi mea eſſet. Res aperiſſima. ramus, qui ante angulum cum ſtirpe acu-
tum

ferro amputentur, vt exiguam ſtirpem prominentem trunco relinquas. Cum dein-
de arbor conualuerit, quicquid falce contingi poterit, exputandum eſt, alleuandum-
15 que eatenus, ne plaga corpori matris [k] applicetur. Vlmum autem nouellam ſic for-
mare conueniet [l]. Loco pingui octo pedes a terra ſine ramo relinquendi, vel in
aruo gracili ſeptem pedes: ſupra quod ſpatium deinde per circuitum in tres partes
arbor diuidenda eſt, ac tribus lateribus ſinguli ramuli ſubmittendi primo tabulato
16 aſſignentur. Mox de ternis pedibus ſuperpoſitis, alii rami ſubmittendi ſunt, ita ne
iisdem lineis, quibus in ſuperiore poſiti [m] ſint. in eademque ratione vſque in cacu-
men ordinanda erit arbor. atque in frondatione cauendum, ne aut prolixiores pol-
lices fiant, qui ex amputatis virgis relinquuntur, aut rurſus ita alleuentur, vt [n] ipſe
truncus laedatur [o], aut delibretur: nam parum gaudet vlmus, quae in corpus nu-
datur [p]. vitandumque ne de [q] duabus plagis vna fiat, cum talem [r] cicatricem non
17 facile cortex comprehendat. Arboris autem perpetua cultura eſt, non ſolum ante [s]
diligenter eadem [t] diſponere, ſed etiam truncum circumfodere, et quicquid frondis
enatum fuerit, alternis annis aut ferro amputare, aut aſtringere, ne aemula [u] vmbra
viti [x] noceat. Cum deinde arbor vetuſtatem fuerit adepta, propter [y] ramum vulne-
rabitur ita, vt excauetur vſque in medullam, qua [z] ſit exitus humori, quem ex ſu-
periore parte conceperit. Vitem quoque antequam ex toto arbor praeualeſcat,
18 conſerere conuenit. At ſi teneram vlmum maritaueris, nouam [a] ſufferet: ſi vetu-
ſtam [b] vitem applicueris, coniugem necabit. ita ſibi pares [c] eſſe aetate et viribus
arbores viteſque conuenit. Sed arboris maritandae cauſa ſcrobis viuiradici fieri
debet, latus pedum duorum, altus [d] leui terra, totidem pedum; graui, dupondio [e]
et dodrante: longus [f] pedum [g] ſex [h], aut minimum quinque. abſit autem hic ab ar-
bore

k) *maturius L. I. B. R.* l) *conuenit I. B. R.* m) *poſitis. In Goeſ. I. B. R.* n) *vt P.* alii omnes *ne.* o) *laetetur P. ledatur G.* p) *nudari P.* q) *de* defic. *I. B. R.* r) *talem* omitt. *I. B. R.* s) *autem I. B. R. ante* om. *Goeſ.* t) *e) Goeſ. eandem I. B. R.* u) *vlla Lipſ. nimia Goeſ.* x) *vitis enoceat I. B. R.* y) *poſterram Goeſ.* z) *quae exitus* Polit. *deturque exitus Goeſ.* a) *onus nam non Goeſ. onus tum non* coni. *Broukh. marit. nam non L.* b) *vetuſtatem* Pol. *vetuſtate Goeſ. vetuſtae* coni. *Broukh.* c) *ſuppares Goeſ.* et *Victor.* in emendandis. d) *aluus I. B. R.* e) *dipondio I. B. R.* f) *longius* Sphalma *Com.* g) *pedes I. B. R. I. I.* ita hic aliquoties pro *pedum* marg. *Aſc.* h) *ſex habet minimum I. B. R.*

tum conſtituebat, nunc erigendus eſt et corrigendus, vt ſubſtitui ſtirpi mox recidendae poſſit.

6, 16 IN SVPERIORE) h. e. in tabulato modo dicto, quod alioquin eſt inferius.

6, 17 AEMVLA VMBRA) *Aemulam* eleganti metaphora vocat aeque ſpiſſam, atque pampinorum in vitibus maritatis eſt.

6, 18 AT SI TENERAM VLMVM MARITAVERIS, NOVAM SVFFERET) Veteres libri: *nam non ſufferet*; hinc lego: *eam non ſufferet*; tradit enim, tenerae vlmo vite iam adulta adnexa, vlmum noxam capere; ita grandiori vlmo nouella appoſita vite, vitem necari; ideoque protinus ſubnectit: *ita ſibi pares eſſe aetate et viribus arbores viteſque conuenit.* Lectio quoque vulgatior *nouam ſufferet* ita poteſt emendari: *noxam ſufferet.* Verum illa potiora nobis videntur. PONTED. Non admodum mihi probatur recepta lectio. Goeſ. legit, *onuſnam non ſufferet* et poſtea pro *vetuſtam* habet *vetuſtate.* Ex quibus veſtigiis adparet periodum hanc ſic eſſe legendam: *At ſi teneram vlmum maritaueris, onus tum non ſufferet: ſi vetuſtae vitem applicaueris, coniugem necabit: ita ſuppares eſſe aetate etc.* SCHOETTG. Ego ita intelligebam hunc locum: *nouam* vitem *ſufferet* tenera, noua et ipſa vlmus, ac tolerabit ſine noxa; *ſi vetuſtam vitem applicueris, coniugem* hanc vlmus *necabit*. Facilius nimirum nouella vitis iuxta arborem iuueneſcentem poſita ſe tuebitur, quam vetuſta, quae difficilius et maiore cum periculo transfertur. Sed vetulae vlmo nouam vitem adiungere nihil, credo, habet periculi: minus etiam veterem vitem vlmo veteri. Sed, ne quid praetermittamus, inuenit N. Heinſius in Codice San Germanenſi, *onus iam non ſufferet, ſi vetuſtate vitem applicueris*: e quibus ipſe exſculpit, *onus nupta non ſufferet. Si vetuſtae vitem applicueris etc.* Idem *ſuppares* etiam legit ex eodem codice ad Ouid. met. 14, 666, vbi multa de *vitis* atque *vlmi nuptiis* ex ſcriptoribus omnis generis collegit.

6, 20 HANC

bore ne minus ſeſquipedali [i] ſpatio. Nam ſi radicibus vlmi iunxeris [k], male vitis
comprehendet, et cum tenuerit, incremento arboris opprimetur. Hunc ſcrobem, 19
ſi res permittit, autumno facito, vt pluuiis et gelicidiis maceretur. Circa vernum
deinde aequinoctium binae vites, quo celerius vlmum veſtiant, pedem inter ſe di-
ſtantes ſcrobibus deponendae: cauendumque ne aut ſeptentrionalibus ventis, aut
rorulentae, ſed ſiccae ſerantur. Hanc obſeruationem non ſolum in vitium poſitio- 20
ne, ſed in vlmorum, caeterarumque arborum praecipio: et vti cum de ſeminario
eximuntur, rubrica notetur vna pars, quae nos admoneat, ne aliter arbores con-
ſtituamus, quam quemadmodum in ſeminario ſteterint. plurimum enim refert, vt
eam partem caeli ſpectent, cui ab tenero conſueuerunt [l]. melius autem locis apri-
cis, vbi caeli ſtatus neque praegelidus, neque nimium [m] pluuius eſt, autumni tem-
pore, et arbores et vites poſt aequinoctium deponuntur. Sed eae [n] ita conſeren- 21
dae ſunt, vt ſummam terram, quae aratro ſubacta ſit, ſemipedem alte ſubſterna-
mus, radiceſque omnes explicemus, et depoſitas [o] ſtercoremus, vt ego exiſtimo; ſi
minus, terra [p] ſubacta [q] operiamus, et circumcalcemus ipſum ſeminis codicem. vi-
tes in vltimo ſcrobe deponi oportet, materiaſque earum per ſcrobem porrigi, dein-
de ad arborem erigi; atque ab iniuria pecoris caueis emuniri. Locis autem ferui- 22
dis [r] ſemina ſeptentrionali parte arbori applicanda ſunt: locis frigidis a meridie, tem-
perato ſtatu caeli, aut ab oriente, aut ab occidente, ne toto die ſolem vel vmbram
patiantur. Proxima deinde putatione melius exiſtimat Celſus ferro abſtineri, ipſoſ-
que coles [s] in modum coronae contortos arbori circumdari, vt flexura [t] materias
profundat, quarum validiſſimum ſequente anno caput vitis faciamus. Me autem 23
longus [u] docuit vſus, multo vtilius eſſe primo quoque tempore falcem vitibus ad-
mouere, nec ſuperuacuis ſarmentis pati ſilueſcere. Sed eam quoque, quae primo
ſubmittetur, materiam ferro coercendam cenſeo vſque in alteram vel tertiam gem-
mam, quo robuſtiores palmites agat: qui cum primum tabulatum apprehenderint,
proxima putatione diſponetur omnibus annis. alioquin in ſuperius tabulatum exci-
tabitur relicta ſemper vna materia, quae applicata trunco cacumen arboris ſpectet.
Iamque [x] viti conſtitutae certa lex ab agricolis imponitur: plerique ima tabulata 24
materiis

i) *ſexquipedali I. B. R. I. I. H. A. G.* k) *vinxeris I. B. R.* l) *conſuerunt P.* m) *nimium eſt: pluvius aut. I. B R.* n) *ea P.* o) *depoſita ſtercorata I. B. R.* p) *certe L. I. B. R.* q) *ſic ſemipedem alte ſubſternamus* inſ. *L.* quae duabus ſyllabis vocis *vacat* incluſit ſecunda manus. r) *praeferuidis P.* et *Goeſ. perferuidis L.* s) *colles I. B. R.* t) *flexuram materiae profundant I. B. R. plexura materiae Goeſ.* u) *longius I. I.* x) *Itaque Goeſ.*

6, 20 HANC OBSERVATIONEM) Contemnit hanc obſeruationem Plinius 17, 11 ſ. 16 ea tantum cauſa prolata, quod Cato eam omiſerit. Sed habet etiam Theophr 2, 7 et Virg. 2, 265. Obſeruamus alias etiam, non nimis aequum Columellae eſſe Plinium. vid. ad 2, 9. 8.

6, 21 DEPOSITAS STERCOREMVS) Conſiderata lectione I. B. R. arbitror ſcripſiſſe Columellam, *depoſitas ſtercorata — ſi minus, certe ſubacta* (intellige e ſuperioribus *terra*) *operiamus.*

6, 21 IN VLTIMO SCROBE) H. e. in parte ſcrobis, quae ab arbore eſt remotiſſima, vt radices remoueantur, quantum poteſt, truncus autem admoueatur.

6, 22 FLEXVRA MATERIAS PROFVNDAT) Nam in *flexura* ſ. *curuatura*, quo nomine alias noſter vtitur, materias exire facilius, obſeruatur. V. Index noſter his vocibus.

6, 23 CVM PRIMVM TABVL.) *Cum primum* aduerbia ſunt. Simul atque palmites ad tabulatum aliquod perducti ſunt, proxima putatione diſponetur vitis per illud tabulatum, eiuſque *ramos* (vid. nota proxima Vrſini) omnes. Vna autem materia erigetur etc.

6, 23 OMNIBVS ANNIS) Sine dubio legendum *ramis.* VRSINVS.

6, 24 VT

materiis frequentant, vberiorem fructum, et magis facilem cultum sequentes. At qui bonitati vini student, in summas arbores vitem promouent: vt quaeque materia [y] se dabit, ita in celsissimum quemque ramum extendunt, sic, vt summa vitis summam arborem sequatur, id est, vt duo palmites extremi trunco arboris applicentur, qui cacumen eius spectent, et prout quisque ramus conualuit, vitem acci-
25 piat [z]. Plenioribus ramis plures palmites alius ab alio separati imponantur, gracilioribus pauciores; vitisque nouella tribus toris ad arborem religetur, vno, qui est in crure arboris a terra quatuor pedibus distans; altero, qui summa parte vitem capit; tertio, qui mediam vitem complectitur. Torum imum [a] imponi tum [b] oportet, cum [c] vires viti adimit. interdum enim [d] necessarius habetur, cum aut arbor
26 sine ramis truncata est, aut vitis praeualens in luxuriam euagatur. Caetera putationis ratio talis est, vt veteres palmites, quibus proximi anni fructus pependit, omnes recidantur: noui, circumcisis vndique capreolis, et nepotibus, qui ex his nati sunt, amputatis [e], submittantur: et si laeta vitis est, vltimi potius palmites per cacumina ramorum [f] praecipitentur; si gracilis, trunco proximi [g]; si [h] mediocris, medii [i]. quoniam vltimus palmes plurimum fructum affert, proximus minimum [k] vitem ex-
27 haurit atque attenuat. Maxime autem prodest vitibus, omnibus annis resolui. nam et

y) *materia sed euetita I. B. R. sedebit ita Goes. materiae se deuectae* al. z) *accipit I. B. R.* a) *vnum I. B. R.* b) *tamen I. B. R. tum* reliquae editt. *non Goes.* c) *quom I. B. R.* d) *tamen Goes. I. B. R.* e) *amputati committantur* omnes. f) *morum I. B. R.* g) *proximis* omnes. h) *si* abest *I. B. R.* i) *incedis: cum I. B. R. medis: quõ P. mediis* reliqui. k) *minimum, vitemque* omnes.

6, 24 VT QVAEQVE MATERIAE SE DEVECTAE) Corruptum, certe obscurum locum intelligere me putabam, si legeretur, *vt quaeque materiae se euectae in celsissimum quemque ramum extendant, sic.* Literam *d*, quae in fronte vocis *euectae*, quam sententia postulat, adhaesit, mollis pronunciatio videbatur peperisse. Verum damnaui hanc coniecturam, cum obseruaui, e Goesiana scriptura, a qua vix latum vnguem discedunt editt. vett. Broukhusium effingere, *materiae se dabunt, ita:* ad quam propius accedit ea, quam nunc vnice veram puto, vel certe proxime a vera abesse, lectio, quam ausus sum recipere, quod literula vnica mutata ad reliquam orationem planissime conuenit. Verba, *vt quaeque materia se dabit* habent ἐπεξήγησιν in illo: *vt summa vitis summam arborem sequatur.* Si *materiae* sit ab antiqua manu, forte scripserit Columella: *materies se dabit.*

6, 25 TORVM IMVM — NECESSARIVS) Legendum *adimit, interdum necessarium habetur.* VRSIN. Locus vitiosus. In vetustis libris: *Torum vnum imponi tamen oportet, quom vires viti adimit.* Lego: *torum imum imponi tum oportet, cum vires viti non adimit.* Hac ratione, quid nos moneat auctor, manifestum. PONTED. Mihi considerata varietate lectionis, quam proposui, ita videbatur legendum: *Torum imum imponi non oportet, quoniam vires viti adimit. interdum tamen necessarius etc.* Negatio adiecta est, et *tum* in *tamen* mutatum ex Goesiano: *quoniam* in *quom* primo correptum a librario, deinde corruptum fuit, (cuius rei exemplum in proximo sub *i* litera dabunt variae lectiones nostrae, et deinde f. 31 inter z et *b*.) Hoc vult. Imo toro tanto minus opus est, cum impediat incrementa vitis ipsa illa constrictione. sunt tamen duae causae, propter quas adhibendus: prima, cum arbor ramos non habet, quos complexa brachiis suis vitis se retineat; altera, cum vitis luxuries ita compescenda est, vt constrictis meatibus, per quos succus ille et spiritus vitalis escendit, non ita multum adfluere alimenti possit.

6, 26 NOVI, CIRCVMCISIS — AMPVTATIS, SVBMITT.) Totus hic locus ita negligenter habitus est a librariis et editoribus, vt aliquanto plus, quam alias, nobis indulserimus, veniamque eius rei nos consecuturos speremus. conf. Pall. Febr. 13, 2 quem proprie fundum huius emendationis habemus. Non dissimulamus tamen, dici forte posse latine, licet non ex vsu Columellae, *amputati nepotibus. Committantur* etiam defendi possit, si intelligas ramis arbusti eos connecti. Sed qui Moderati nostri orationem familiarius nouerit, et non ignoret librarios, illum nobis adsensurum speramus.

6, 26 SI GRACILIS, TRVNCO PROXIMI — MEDII) Ita scripseramus, cum suffragio suo id comprobaret doctiss. PONTED.

6, 26 QVONIAM VLTIMVS PALMES — ATTENVAT) Hic locus mendosissimus mihi apparet. Nam si proximus palmes vitem exhaurit atque extenuat, nimium ferendo fructum; cur huiusmodi palmes in gracili vite relinquitur *si gracilis,*

et commodius enodantur, et refrigerantur, cum alio loco alligatae sunt, minusque
laeduntur, ac melius conualescunt. Atque ipsos palmites ita tabulatis superponi
conuenit, vt a tertia gemma vel quarta religati dependeant, eosque non constringi,
ne sarmentum vimine [l] praecidatur. Quod si ita longe tabulatum est, vti [m] materia 28
parum commode in id perduci possit, palmitem ipsum viti alligatum [n] supra [o] ternam
gemmam religabimus. hoc ideo fieri praecipimus, quia quae pars palmitis praeci-
pitata est, fructu induitur: at [p] quae vinculo adnexa [q], sursum tendit, ea materias
sequente anno praebet. Sed ipsorum palmitum duo genera sunt: alterum, quod ex 29
duro prouenit, quod quia primo anno plerumque frondem sine fructu affert, pam-
pinarium vocant. alterum, quod ex anniculo palmite [r] procreatur: quod quia pro-
tinus creat [s], fructuarium appellant. cuius vt semper habeamus copiam in [t] vinea,
palmitis partes ad tres gemmas religandae sunt, vt quicquid intra vinculum est ma-
terias exigat. Cum deinde annis et robore vitis conualuit, traduces in proximam 30
quamque arborem mittendae, easque post biennium amputare simul [u] atque alias
teneriores transmittere conuenit. nam vetustate vitem fatigant. Nonnunquam
etiam cum arborem totam vitis comprehendere nequit, ex vsu fuit partem aliquam
eius deflexam terrae immergere et rursus ad eandem arborem duas vel tres propa-
gines excitare, quo pluribus vitibus circumuenta celerius vestiatur. Viti nouellae 31
pampinarium dimitti [x] non oportet, nisi necessario loco natus est, vt viduum ramum
maritet. veteribus vitibus loco [y] nati palmites pampinarii vtiles sunt, et plerique ad
tertiam gemmam resecti optime submittuntur. nam insequenti [z] anno materias fun-
dunt [a]. Quisquis autem pampinus loco natus in exputando vel alligando fractus est, 32
modo vt aliquam gemmam habuerit, extolli [b] non oportet: quoniam [c] proximo
anno vel validiorem materiam ex vna creabit [d]. Praecipites palmites dicuntur, qui 33
de

l) *vineae Goes. L. I. B. R.* m) *ni I. B. R.* n) *mite alleuatum* coni. *Broukh.* o) *super tergemma I. B. R.* p) *Atque vinculo I. B. R.* q) *adnexas vsum L. susum* fuit. r) *palmitem P. palmitem procreat I. B. R.* s) *creat* om. *Goes. P.* t) *in ea: palmitem L. P. copiam, palmitum Goes.* u) *nihil P.* om. *Goes.* x) *immitti I. B. R. Goes. L. San Germ.* ap. *Heins.* ad Ouid. Met. 14, 666. y) *loca nati Goes. quouis loco ad nati* coni. *Broukh.* z) *sequenti Goes. in sequ.* diuis. al. a) *effundunt Goes.* b) *ex toto tolli Goes.* c) *cum I. B. R.* ex quom pro *quoniam: qm̄ lunts.* vid. *s.* 25. d) *creauit I. B. R.*

gracilis, trunco proximi? Sed vt rerum rusticarum vsus nos saepe docuit, materiae trunco proximae exiguum dant fructum, non *nimium.* quod cum probe cognitum haberet Columella, vt gracili viti proximi trunco palmites, qui exiguas vuas praebendo matrem non exhaurirent, relinquerentur, praecepit: contra laetae viti vltimos, qui vbertate sua validiori stirpi nocere non possent, submitti voluit. Hoc porro clarius indicatur 4, 24, 11 et 12. Haec cum ita sint, legendum videtur: *Quoniam vltimus palmes plurimum fructum affert vitemque exhaurit atque extenuat; proximus minimum.* PONTED. Confirmat ista Clarissimi viri adnotatio emendationem nostram, quae sententiam parit eandem, sed blandior est verborum seruato ordine, et verosimilior, quia commoda solum vtriusque palmitis docet, quod hic propositum fuisse Moderato, palam est. Non enim sane ideo in laeta vite vltimus palmes eligendus, quia exhaurit vitem atque attenuat; sed ideo in gracili proximus, quia minimum vitem exhaurit atque attenuat. Quo candidior vir es, et ingeniosior, mi Pontedera, tanto facilius, scio, hoc tibi probabo, et reliquis lectoribus, quo quisque tui erit similior.

6, 27 REFRIGERANTVR) H. e. recreantur, ne torus ille adurat aut incidat vitem. Ne mutare hic lubeat aliquid in verbo insolentiore, intercedit Palladius, qui hunc ipsum locum prae oculis videtur habuisse F. 13, 2. conf. idem 1, 6, 11.

6, 28 QVOD SI ITA LONGE) Conf. s. 33.

6, 28 SEQVENTE ANNO) Nonne commodius *sequenti?* casu tertio.

6, 31 DIMITTI) Legendum videtur *immitti.* v. ad V. 1, 31, 3.

6, 33 PRAECIPITES PALMITES) De eadem re hic agitur, de qua s. 28. Itaque noli coniungere verba, *enati in duro,* hi enim non

Eeee essent

de hornotinis [e] virgis enati in duro alligantur. Hi plurimum fructus afferunt, sed
plurimum matri nocent. Itaque nisi extremis ramis, aut si vitis arboris cacumen
34 superauerit [f], praecipitari palmitem non oportet. Quod [g] tamen id genus colis
propter fructum submittere quis velit, palmitem intorqueat. Deinde [g] alliget et
praecipitet. nam et post eum locum quem intorseris, laetam materiam citabit, et
35 praecipitata minus virium in se trahet, quamuis fructu exuberet. Praecipitem vero
plus anno pati non oportet. Alterum est genus palmitis, quod de nouello nascitur;
et in tenero alligatum dependet: (materiam vocamus) ea et fructum et noua flagella
bene procreat: et [h] iam si ex vno capite duae virgae submittantur, tamen vtraque
materia dicitur [i], nam pampinarius quam vim habeat, supra docui. Focaneus [k] est,
qui inter duo brachia velut in furca [l] de medio nascitur. Eum colem deterrimum
esse comperi, quod neque fructum ferat, et vtraque brachia inter quae natus est,
36 attenuet. itaque tollendus est. Plerique vitem validam et luxuriosam falso crediderunt feraciorem fieri, si multis palmitibus submissis oneretur. nam ex pluribus virgis plures pampinos creat, et cum se multa fronde cooperit, peius defloret, nebulasque et rores diutius continet, omnemque vuam [m] perdit. Validam ergo vitem in ramos diducere [n] censeo, et traducibus dispergere atque diradiare [o], caeterosque [p] vinearios coles praecipitare, et si nimis [q] luxuriabitur, solutas materias relinquere,
37 ea ratione [r] vitem feraciorem facere [s]. Sed vt densum arbustum commendabile fructu et decore est, sic vbi vetustate rarescit, pariter [t] inutile [u], et inuenustum est. Quod ne fiat, diligentis patrisfamilias est, primam quamque arborem senio defectam [x] tollere, vt [y] in eius locum nouellam restituere [vitem [z]] queat [a], nec tam [b] viuiradice frequentare [c] (ea etsi [d] sit facultas) quam [e] (quod est [f] longe melius) ex proximo propagare. Cuius vtriusque ratio consimilis est ei [g] quam [h] tradidimus. Atque haec de Italico arbusto satis praecepimus.

VII. EST et [a] alterum genus arbusti Gallici, quod vocatur rumpotinum. Id desiderat arborem humilem, nec frondosam. Cui rei maxime videtur idonea opulus.

c) *annotinis* L. P. f) *superauit* I. B. R. g) *ita* inf. *Goes.* h) forte *etiamsi.* i) *deciditur* P. L. k) *foreaneus* L. l) *furcha* I. B. R. m) *viam* I. B. R. n) *deducere* Goes. I. B. R. o) *durare* L. I. B. R. p) *certos* Goes. L. q) *minus* I. B. R. r) *ratio* P. Goes. L. s) *faceret* Goes. *faxiet* P. L. t) *et* inser. I. B. R. u) *cum vtile* P. x) *desectam* I. I. y) *et* P. z) *vitem* om. L. a) *querat* L. b) *eam* I. B. R. c) *frequente* P. d) *vtsi* P. e) *sed* I. B. R. f) *eae* G. g) *ei* deest P. *ei, quam tradidimus* desunt I. B. R. h) *quod* P. [C. VII.] a) *et* om. I. B. R.

essent hornotini; sed *in duro* vitis *alligantur*, ne fiant praecipites.

6, 37 NOVELLAM RESTITVERE [VITEM] QVEAT) In vicem emortuae arboris non vitis substituitur, sed alia eademque nouella arbor, cui deinde vitis (si adest vetus) annectitur, vel ex propinquis propagatur. Quod et res ipsa docet, et id quod a principio proposuit: *ac primam quamque senio aut tempestate afflictam submoueat, et in vicem nouellam sobolem substituat.* Quapropter non *Vitem* legerem, sed *stirpem* vel potius *item* (sic enim ad receptam vocem *vitem* propius accedet emendatio) Nam si *vitem* esse restituendam censuisset, nunquam fuissent ea ab illo adiecta: *Nec tam viuiradice frequentare (ea et si sit facultas) quam (quod est longe melius) ex proximo propagare.* FONTED. Videndum tamen, an non ita fuerit in antiquissimis libris, *arborem senio defectam tollere, et in eius locum nouellam restituere* (int. arborem) *vitemque. nec eam* (vitem) *viuiradice frequentare,* sed — *ex proximo propagare. Et* pro *vt*, *eam* et *sed* pro *tam* et *quam* ponimus non sine auctoritate. Vocem *queat* vltima syllaba, tanquam inutili cauda, truncamus. Ad nouam vlmum nouam etiam vitem applicandam, supra docuit f. 18.

6, 37 QVAM TRADIDIMVS) E. g. 4. 22.

7, 1 RVMPOTINVM) A *rumpis*, de quibus V. 1, 8, 4 dictum

7, 3 IN

lus [b]. ea est arbor corno [c] similis. quin etiam cornus, et carpinus, et ornus, non
nunquam et salix a plerisque in hoc ipsum disponitur. Sed salix nisi in [d] aquosis [e]
locis, vbi aliae arbores difficiliter comprehendunt, ponenda non est, quia vini saporem infestat. Potest [f] etiam vlmus [g] sic disponi [h], vt adhuc [i] tenera decacumine-
tur [k], ne altitudinem quindecim pedum excedat. Nam fere ita constitutum rum- 2
potinetum [l] animaduerti, vt ad octo pedes locis siccis et cliuosis; ad duodecim, locis planis et vliginosis tabulata disponantur. Plerumque autem ea arbor in tres ramos diuiditur, quibus singulis ab vtraque parte complura brachia submittuntur, tum omnes pene virgae ne vmbrent eo tempore quo vitis putatur, abraduntur.
Arboribus rumpotinis [m] si [n] frumentum non inseritur [o], in vtramque [p] partem vi- 3
ginti pedum spatia interueniunt: at si segetibus indulgetur, in alteram partem quadraginta pedes, in alteram viginti relinquuntur. Caetera simili ratione, atque in arbusto Italico administrantur, vt vites longis scrobibus deponantur, vt eadem diligentia curetur, atque in ramis [q] deducatur, vt [r] noui traduces omnibus annis inter
se ex arboribus proximis connectantur [s], et veteres decidantur. Si tradux tradu- 4
cem [t] non contingit, media virga inter eas deligetur [u]. Cum deinde fructus pondere vrgebit [x], subiectis adminiculis sustineatur. Hoc autem genus arbusti caeteraeque omnes arbores quanto altius arantur et circumfodiuntur, maiore fructu exuberant, quod an expediat patrifamilias [y] facere, cultus [z] docet.

VIII. OMNIS tamen arboris cultus simplicior quam vinearum est, longeque ex omnibus stirpibus minorem impensam desiderat [a] olea, quae prima omnium ar-
borum est. Nam quamuis non continuis annis, sed fere altero quoque fructum af- 2
ferat, eximia tamen eius ratio est, quod leui cultu sustinetur, et cum se non induit, vix vllam impensam poscit. sed et si quam recipit, subinde fructus multiplicat: neglecta compluribus annis non vt vinea deficit, eoque ipso tempore aliquid etiam interim patrifamilias [b] praestat, et cum adhibita cultura est, vno anno emendatur [c].
Quare

b) *populus Goes. L. I. B. R.* c) *cerro I. B. R. cernae P. cerne L. acerne Goes. acerno* coni. *Broukh.* d) *in* om. *Goes.* e) *aquosissimis Goes. P. L.* f) *Post I. B. R.* g) *vlmo P.* h) *disponitur I. B. R.* i) *hue L. P.* k) *cacuminetur L.* l) *rompotinetum I. I. supra I. B. R. super ocinctu L.* m) *rompotinis I. I. ritum potinis L. P.* n) *si* om. *I. B. R.* o) *interseritur* coni. *Broukh.* p) *vtraque parte* et p. p. *altera parte Goes.* q) *ramis deducatur* omnes. r) *non* ins. *L. I. B. R.* s) *committantur Goes. I. B. R.* t) *ducem L. I. B. R.* u) *dirigetur L.* x) *vigebit I. B. R.* y) *patrifamiliae I. B. R.* z) *dictu I. B. R. dieu L. vsus* it. *ritus* in marg. *Ascens. facereditus Goes.* [C. VIII.] a) Hic nouum caput *de olea L.* b) *patrifamiliae I. B. R.* et ita semper *Goes.* c) *emendetur I. B. R.*

7, 3 IN ALTERAM PARTEM QVADRAGINTA) Similis inaequalitas est etiam in oleis 5, 9, 7. Ratio forte illa fuerit quod ita dispositae arbores in fauonium fere directae (vid. Colum. l. c.) per inaequalia ista spatia ab altera certe parte semel in singulos dies totae soli patent, vt radices etiam caleferi possint, quod ita commode non impetratur aequaliter diuisis vtrinque iisdem spatiis. Quantum ad proportionem et *συμμετρίαν*, minime deformis facies, si inter binas arbores sibi propinquiores intercedant spatia aliquantum maiora.

7, 3 ATQVE IN RAMIS DEDVCATVR) Videtur legendum *in ramos diducatur.* VRSIN.

7, 4 MEDIA VIRGA DELIGETVR) Iudaei funiculum vel iuncum adhibuerunt. Kilaim fol. 30. ספקה בחבל אר בגמי h. e. *si quis continuauerit* (traducem) *funiculo vel iunco.* SCHOETTG.

7, 4 CVLTVS DOCET) Primae editiones monent, an forte legendum sit *dicta docent*, nimirum supra 3, 3.

8, 2 CVM SE NON INDVIT) Subaudi *in florem* vel *fructum.* Integram constructionem inuenies apud Virg. Ge. 1, 187 *cum se nux plurima siluis Induit in florem.* Noster cap. sequ. §. 11 *quae alternis annis fructu induantur. Induit* autem *se*, inquit Barthius ad Claudianum p. 534. qui adsciscit formam aliam. Exempla vide ibi. SCHOETTG.

8, 4 BAC-

3 Quare [d] etiam nos in hoc genere arboris diligenter praecipere cenfuimus. Olea-
rum, ficut vitium, plura genera effe arbitror, fed in meam notitiam decem modo [e]
peruenerunt: Paufia [f], Algiana, Liciniana, Sergia, Neuia, Culminia, Orchis [g],
4 Regia [h], Circites [i], Murtea. Ex quibus bacca [k] iucundiffima eft Paufiae [l], fpecio-
fiffima eft [m] Regiae [n], quae potius efcae, quam oleo eft idonea [o]. Paufiae [p] tamen
oleum faporis egregii dum viride eft, vetuftate [q] corrumpitur. Orchis [r] quoque
et Radius melius ad efcam, quam in liquorem ftringitur. Oleum optimum Licinia
dat, plurimum Sergia: omnisque olea [s] maior fere ad efcam, minor oleo eft aptior.
5 Nulla ex his generibus, aut perferuidum [t], aut gelidum ftatum caeli patitur [u]. Itaque
aeftiuofis [x] locis feptentrionali colle, frigidis meridiano gaudet. Sed neque depreffa
loca [y], neque ardua, magifque modicos cliuos amat, quales in Italia Sabinorum, vel
tota prouincia Baetica [z] videmus. Hanc arborem plerique exiftimant vltra [a] millia-
rium [b] fexagefimum [c] a mari, aut non viuere, aut non effe feracem. fed in quibus-
6 dam locis recte valet. Optime vapores fuftinet Paufia [d], frigus Sergia. Aptiffimum
genus terrae eft oleis, cui glarea fubeft, fi fuperpofita creta fabulo admifta eft.
Non minus probabile eft folum, vbi pinguis fabulo eft. Sed et denfior terra, fi
vuida [e] et laeta eft, commode [f] recipit hanc arborem [g]. Creta ex toto repudianda
eft, magis etiam fcaturiginofa, et in qua femper vligo confiftit. Inimicus eft etiam
7 ager fabulo macer, et [h] nuda glarea. Nam etfi non emoritur in eiusmodi folo, nun-
quam tamen conualefcit. Poteft tamen in agro frumentario feri, vel vbi arbutus [i],
aut

d) *Querum I. B. R.* e) *anno P. omnino Goef.* quod verius puto. f) *Pofea (pofita L.) Ecia, fergia etc. P. L.* g) *orces P. orches L.* h) *regiona L. P. I. B. R.* i) *fcrificuli P. ftrififcul L. nafcridis Goef. cercites Morgagni* in proxima nota. k) *vaca P.* l) *pofita P. L. paufia I. B. R.* m) *eft* om. *P.* n) *regia etiam virga, quae I. B. R. regies et virga quae L. P.* o) *et vtraque Goef.* p) *Pofitae L. P.* q) *nam rumpitur I. B. R. ima rumpitur L. in annum rumpitur Goef.* r) *Orches I. B. R. Orcris Goef.* s) *et* inf. editi omnes. t) *praeferuidum P. Goef.* u) *patiatur P.* x) *aeftuofis I. B. R.* y) *locaque ard. Goef.* z) *betica I. B. R.* a) *vfque fexagefimum L.* b) *milliarium* om. *Goef. I. B. R.* c) *centefimum Goef.* d) *pofita P.* e) *viuida I. B. R. et Mf. Heinf.* ad Ouid. Faft. 3, 238. *Goef. L.* f) *commoda R.* g) *barore R.* h) *aut P.* i) *arbuftus Goef. I. B. R. arbuftum L.*

8,4 BACCA IVCVNDISSIMA EST PAVSIAE) Burm. ad Virg. Ge. 2, 86. valde laborat in hoc conciliando cum Virgilii: *amara Paufia bacca.* inclinatque ad legendum apud Virg. *amata.*

8,4 ORCHIS QVOQVE ET RADIVS MELIVS AD ESCAM) Radium inter illa olearum decem genera contineri dicique *cerciten* aperte Vir Opt. Morgagnus comprobauit, non *circiten* vt male in editis libris occurrit. Quae emendatio colligi etiam poteft ex vetufto Florent. codice, in quo non *circites* fed *fercitis* legitur, *s* pro *c* pofito. Praeterea quo hoc in capite eae oliuae ordine recenfentur ad efcam hominibus infervientes, eodem libro *de Arb.* c. 17 commemorantur, fic: *efcae orchis funt et regiae, et radii*; in illo autem: *orchis, regia, cercites, murtea*; ideoque *radio cercites* refpondet. *Orchis* quoque non vno modo dici folet. v. Heinf. ad Virg. Georg. 2,86. nam in codicibus *Orcas*, in editis etiam fed vetuftioribus libris *Orchas*, apud Macrobium item et Ifidorum in plerisque fimiliter Virgilii editis libris memini me hunc verficulum fic legiffe, *Orchades et radii, et amara paufia bacca.* Ab Hefychio denique ὀρχὰς inter oleae fpecies commemoratur. PONTEDERA.

8,4 OMNISQVE OLEA MAIOR FERE) Sic legendum inducta copula *et*, quae fententiam perturbat. VRSIN.

8,5 HANC ARBOREM PLERIQVE) Theophraftus ex horum numero eft, qui in VI libro de his, quae oriuntur e terra, inquit: Παραπλήσιον δὲ τὸ συμβαῖνον τοῦτο καὶ ἐπὶ τῆς ἐλαίας. οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἐκεῖνο δοκεῖ τριακοσίων σταδίων ἀπὸ θαλάσσης ἐκτὸς φύεσθαι. De thymo autem loquebatur. VICTOR. Vid. de hac re Harduinus ad Plin. 15, 1 pr. vbi malit pro *fexagefimo*, LX, hic legi XL fiue *quadragefimum.*

8,5 BAETICA) Baeticas oliuas commendat Plin. Epp. 1, 15, 2. fed *betaceos* ibi repofuit Cortius. Add. Mart. 12, 99.

8,6 APTISSIMVM GENVS TERRAE) Florent. Geop. 9, 4 ἡ δὲ λεπτόγεως ἐπιτηδεία, καὶ μαρτυρεῖ ἡ Ἀττική. Locutus autem antea erat de argilla fiue fabulo. SCHOETTG.

8,7 HA

aut ilex steterant. Nam quercus etiam excisa [k] radices noxias olitueto relinquit, quarum virus enecat oleam. Sed [l] haec in vniuersum de toto genere huius arboris habui vobis dicere. Nunc per partes culturam eius exsequar.

IX. SEMINARIVM olitueto praeparetur caelo libero, terreno [a] modice valido,
sed [b] succoso, neque denso neque soluto solo, potius tamen resoluto. id genus ter-
rae fere nigrae est. quam cum in tres pedes pastinaueris, et alta fossa circumdederis,
ne aditus [c] pecori detur [d], fermentari finito. Tum ramos nouellos proceros, et ni- 2
tidos, quos comprehensos manus possit circumuenire [hoc est manubrii crassitu-
dine [e]] feracissimos arboribus adimito, et ex [f] his quam recentissimas [g] taleas reci-
dito, ita vt [h] ne corticem, aut vllam aliam partem, quam [i] qua serra praeciderit,
laedas. Hoc autem facile contingit, si prius varam [k] feceris, et eam partem, su-
pra quam ramum secaturus es [l], foeno aut stramentis texeris, vt molliter et [m] sine
noxa corticis taleae superpositae secentur. Taleae [n] deinde [o] sesquipedales serra [p] 3
praecidantur, atque earum [q] plagae vtraque parte falce leuentur, et rubrica noten-
tur, vt sic quemadmodum in arbore steterat ramus, ita parte [r] ima terram, et ca-
cumine

k) *excisas I. B. R.* l) *Sed* desic. *I. B. R.* [C. IX.] a) *modo Gesf. L.* b) *et Gesf. L.* c) *traditur L. P.* d) *detur. Infracturi ramos I. B. R. ater. Erecturi ramos P. pecoria ter inferetur ramos L. Gesf.* e) *crassitudinem I. B. R.* f) *ex his* om. *Gesf.* g) *recentissimo Gesf.* h) *vt* om. *I. B. R.* i) *quamquam serra P. quam serra I. B. R. quam quae* al. k) *vara P. L. varia I. B. R. aream* margo *Asc.* l) *est. P.* m) *vt P.* n) *Tali P.* o) *inde I. B. R.* p) *serra L. I. B. R.* q) *illae I. B. R.* r) *pars recte et cacum. L. I. B. R.*

8, 7 HABVI VOBIS DICERE) Τὸ *vobis* vitiosum iudico; legerem *habui quae dicerem*. Nunquam hac voce vsus est Columella; siquidem ad quos referatur non induxit, cum praecepta haec per interlocutiones, vt M. Varro, tradere non instituerit. PONTED. Quid si oblitus Columella, ad Siluinum se scripsisse libros suos, hic lectores in vniuersum suos compellet?

9, 1 Confer cum hoc capite, quae habet Didymus Geopon. 9, 5 et 6.

9, 2 [HOC EST MAN. CRASS.] Formam glossematis ista videbantur habere. Neque enim ταυτολογίας opus hic esse putabamus. conf. 5, 10, 6 et Pall. Mart. 10, 1.

9, 2 FERACISSIMOS — RECENTISSIMAS) *Feracissimis — recentissimis* legendum. VRSIN. Confirmat hanc emendationem Didymus, qui plantaria desumenda scribit ἀπὸ τῶν νέων ἐλαιῶν καὶ εὐφόρων. SCHOETTG. Nihil mutandum. Non modo arbor ipsa vt frugifera sit videndum, sed etiam ille ramus, quo ad semina vti volumus. Vide similia de vite C. 3, 10.

9, 2 QVAM QVA SERRA PRAECIDERIT) Vix opus esse videtur, huius rationem mutationis reddere: ita leuis est, et ita, quod mihi quidem videtur, certa.

9, 2 SI PRIVS VARAM FECERIS) Quid sit in rusticatione *varum facere* siue *varium*, vt apud Ienfonium et Bruschium, prorsus me latet. Planius fortasse quondam scriptum: *si prius quam secueris, eam partem supra quam etc.* Hoc tamen in loco meam non interpono sententiam, neque ita coniecturis indulgeo, vt vera haec esse quae subieci, contendam, satis superque contentus meliora quaerentes de vocis obscuritate monuisse. Illud etiam non subtraham quod a peritissimis agricolis in deponendis oleis vsurpatum vidi, quodque vsu confirmatum habeo. Antequam enim taleam a ramo praecidant, eam partem per quam serra est ducenda, tenui funiculo cingunt, et funiculo tenus hinc et hinc acuto scalpello vsque ad materiam corticem vndequaque secant. deinde, remoto funiculo, circumcisam partem cortice nudant. Hac ratione certior ad dirigendam serram patet arboratori via, nullumque subest periculum ne cortex aut vlla alia pars praeter illam per quam ferrum impellitur, laedatur. Quapropter taleam sic delibrare fortasse *variam facere* dixerunt veteres coloni; fit enim colore varia, vnde et *vuae variae* et *variantes oliuae* cum maturescere incipientes coloribus distinguuntur, appellantur. PONTED. *Si prius varam feceris*, hoc est, si vi ad te ramum flexeris; nam hoc modo distentis fibris, quae per longitudinem in materiam exporrectae iacent, rami facilius praescinduntur. PONTED. 2. *Vara* est pertica furcillata, cui imponitur ramus desecandus paullo infra eum locum, vbi serra applicanda est. Imponitur autem subiecto foeno aut stramine etc. Haec nominis *vara* significatio satis in Fabriano thesauro est exposita et illustrata.

cumine caelum ſpectans deponatur. nam ſi inuerſa [s] mergatur [t], difficulter compre-
hendet [u], et cum validius [x] conualuerit [y], ſterilis in perpetuum erit [z]. Sed opor-
tebit talearum [a] capita, et imas partes miſto fimo cum cinere oblinire, et ita totas [b]
4 eas immergeri [c], vt putris terra quatuor digitis alte [d] ſuperueniat. Sed binis indi-
cibus [e] ex vtraque parte humantur [f]: hi ſunt de qualibet arbore breui ſpatio iuxta
eas poſiti, et in ſumma parte inter ſe vinculo connexi, ne [g] facile ſinguli deiiciantur.
Hoc facere vtile eſt, propter foſſorum ignorantiam, vt cum bidentibus aut ſarculis [h]
5 ſeminarium colere inſtitueris, depoſitae [i] taleae non laedantur. Quidam melius ex-
iſtimant [k] oculis excolere, et [l] chorda [m] ſimili ratione diſponere: ſed vtrumque de-
bet poſt vernum aequinoctium ſeri, et quam frequentiſſime ſeminarium primo anno
ſarriri: poſtero et ſequentibus, cum iam radiculae ſeminum conualuerint, raſtris
excoli. Sed [n] biennio a putatione abſtineri, tertio anno ſingulis ſeminibus binos
6 ramulos relinqui, et frequenter ſarriri ſeminarium conueniet [o]. Quarto anno ex
duobus ramis infirmior amputandus eſt. Sic excultae quinquennio [p] arbuſculae ha-
biles [q] translationi ſunt. Plantae autem in olivueto diſponuntur optime ſiccis mini-
meque [r] vliginoſis agris per autumnum, laetis et humidis verno tempore [s], paullo
7 ante, quam germinent. Atque ipſis ſcrobes quaternum pedum praeparantur anno
ante: vel ſi tempus non largitur, prius quam deponantur arbores, ſtramentis [t] in-
cendantur ſcrobes, vt eos ignis putres [u] faciat, quos ſol et pruina facere debuerat [x].
Spatium [y] inter ordines minimum eſſe debet pingui et frumentario ſolo ſexagenum
pedum in alteram partem, atque in alteram quadragenum; macro, nec [z] idoneo
ſegetibus, quinum [a] et vicenum [b] pedum. Sed in Fauonium dirigi ordines conue-
nit,

s) *immerſa I. B. R.* t) *intergatur.* u) *comprehendit I. B. R.* x) *validis P.* y) *conualuit I. B. R.* z) *eſt I. B. R.* a) *palorum L. I. B. R.* b) *totos eos immederi I. B. R.* c) *immediri L.* d) *altius perueniat* coni. *Broukh.* e) *in ducibus I. B. R.* f) *vniantur P. L.* g) *vt I. B. R.* h) *ſurculis I. B. R.* i) *depoſita et alere non P. dep. et ab aëre P.* k) *exiſtimant ex radicum oculis ſilueſtrium olearum hortulos excol. I. I. exiſtimant oculis excolere I. B. R. Goeſ. L. exiſtimant hortulis excol.* reliqui. l) *et* abeſt *I. B. R.* m) *corde Goeſ. I. B. R. corda H.* n) *et Goeſ.* o) *conuenit I. B. R.* p) *quinquennii I. B. R.* q) *ſtabiles L. P.* r) *et I. B. R.* s) *tepore B. R.* t) *ſarmentis* coni. *Broukh.* vid. 5, 10, 3 not. z. *ſiſtam rectis in Cendantur L. P.* u) *putresque P.* x) *debuerit I. B. R.* y) *Spatium vitis metiri pingui etc. I. B. R.* z) *neque P.* a) *quidem I. B. R. Aſc. I. I. quidem vice et vic. G.* b) *viceſimum P.*

9, 3 IMMERGERI) Poteſt fieri, vt *mergeo* etiam antiqui dixerint. Sed hic non ſola coniugandi inſolentia, ſed ipſa inſuper vox paſſiua offendit, cum *oblinire* praeceſſerit. Reſcriberem confidenter *immergere*, niſi varietas ipſa lectionis aliquid altioris vulneris hic indicare videretur, et vltimam literam *i* proderet.

9, 4 HVMANTVR) Quid ſi *muniantur?* quae vox ab *vniantur* leuiſſime diſtat. Aſcenſiana hic aſteriſcum, corruptionis indicem appoſuit. *Humantur* vtcunque explicamus in Indice. Pro *hi ſunt* malim etiam *ſunto.*

9, 5 OCVLIS EXCOLERE) Hanc lectionem, quam etiam Medicei codicis eſſe Politiani ſilentium oſtendit, veram puto; Iuntinam gloſſemate interpolatam; quod cum tollere aliquis vellet, *hortulis* pro oculis ſubſtituit. Caeterum *oculos* radicum intelligit Iuntinae lectionis auctor, qui neſcio an in olea dicantur; ſed idem non habeo certe dicere, an *oculi* i. e. gemmae cum modica parte corticis et ligni terrae mandentur, niſi quod hoc probabilius videtur cogitanti, in taleis etiam, oculos eſſe, e quibus germina et radices terra prouocet.

9, 5 CHORDA SIMILI RATIONE DISPON.) Legendum aliquando videbatur *chordas:* intelligebam enim indices illos binos ſingularum ibi talearum, hic oculorum, vinculo inter ſe connectendos, quam *chordam* ſatis commode appellari, arbitrabar. Nunc potius *chorda diſponere oculos* ſignificare puto funiculi extenti ope dirigere lineam ſeminum.

9, 7 QVINVM ET VICENVM PEDVM) Ita videtur legendum: nam *quidem* eſt erratum librarii. Deinde ſcribendum *perflatu* pro *proflatu.* VRSIN. De ſpatiorum inaequalitate aliquid diximus ad 5, 7, 3.

9, 8 RV-

nit, vt aestiuo [c] proflatu refrigerentur. Ipsae autem arbusculae hoc modo possunt transferri: antequam explantes [d] arbusculam, rubrica notato partem eius, quae meridiem spectat [e], vt eodem modo, quo in seminario erat [f], deponatur. Deinde vt arbusculae spatium pedale in circuitu relinquatur, atque ita cum suo caespite [g] planta eruatur. Qui caespes [h] in eximendo ne resoluatur [i], modicos [k] surculos virgarum inter se connexos facere oportet, eosque pilae [l], quae eximitur [m], applicare, et viminibus ita nectere [n], vt constricta [o] terra velut inclusa teneatur. Tum subruta [p] parte ima [q] leuiter pilam commouere, et suppositis virgis alligare, atque plantam transferre. 9 Quae antequam deponatur, oportebit solum scrobis imum [r] fodere bidentibus: deinde terram aratro subactam (si tamen pinguior erit summa humus) immittere [s], et ita [t] ordei semina substernere, et si [u] constet in scrobibus aqua, ea [x] omnis haurienda est, antequam [y] demittantur arbores. deinde ingerendi minuti lapides, vel glarea mista [z] pingui solo, depositisque seminibus latera scrobis circumcidenda, et aliquid stercoris interponendum.

10 Quod si cum sua [a] terra planta non conuenit, tum [b] optimum est omni fronde priuare truncum, atque leuatis plagis, fimoque [c] et cinere oblitis [d], in scrobem vel sulcum deponere [e]. Truncus autem aptior translationi est, qui brachii crassitudinem habet. Poterit etiam [f] longe maioris incrementi et robustioris transferri. quem ita conuenit poni, vt si [g] non periculum a pecore habeat, exiguus admodum supra scrobem emineat: laetius enim frondet. si tamen incursus pecoris aliter vitari non poterit [h], celsior [i] truncus constituetur, vt sit innoxius ab iniuria pecorum.

11 Atque etiam rigandae sunt plantae, cum siccitates incesserunt, nec nisi [k] post biennium ferro tangendae [l]. ac primo surculari [m] debent, ita vt simplex stilus altitudinem maximi scrobis excedat; deinde [n] arando

c) *et verno proflatu* Goes. *vt et riuo perflatur frigerentur* L. d) *plantarias arbusculas effodias solo: rubrica etc.* I. B. R. *plantā pars arbuscula sole* P. e) *spectet* I. B. R. f) *et id* P. g) *cespite* I. B. R. I. I. H. A. Gr. G. h) *cespes* I. B. R. I. I. H. A. Gr. G. i) *soluatur* Goes. I. B. R.. k) *modico* Goes. l) *pila* L. I. B. R. *palae* Asc. *pila qua eximia* Goes. m) *eximuntur* L. I. B. R. n) *innectere* praeter C. St. omnes. o) *constrictae terrae* I. B. R. p) *subrupta* I. B. R. q) *vna* I. B. R. r) *copia* L. I. B. R. s) *mittere* I. B. R. t) *ita seminibus substernere* I. B. R. u) *sic.* P. *sic confectis scrobibus* I. B. R. x) *ea* om. I. B. R. y) *nusquam dimittantur* I. B. R. z) *mixta* I. B. R. a) *sua* I. B. R. Goes. L. *ea* al. b) *tamen* I. B. R. c) *acinoque* L. I. B. R. d) *obrutis* L. Goes. I. B. R. e) *deponere truncos. Gratus autem magis est, qui* I. B. R. *autem maturis, qui* P. *truncos gratus autem maturis est qui bachi* L. f) *etiam* I. B. R. Goes. *enim* alii. g) *sui periculum* P. h) *potuerit* P. i) *i. e. depressior* Goes. k) *non* I. B. R. l) *tangeride* P. m) *surcularii* B. R. marg. *Asc.* it. coni. *Sylburgius* in Ind. n) *Dein* P. Goes. *dein ne arando* coni. *Broukh.*

9, 8 RVBRICA NOTATO) De hac obseruatione vid. 5, 6, 20.

9, 8 PILAE QVAE EXIMITVR) *Pilamne* vocat cespitem, cum sua terra? an verior lectio *palae, qua* eximitur surculus? Ita paullo post legendum erit etiam *leuiter palam commouere.*

9, 10 QVOD SI CVM EA TERRA PLANTA NON CONVENIT) Optime a Iensonio et Bruschio formis excusum: *Quod si cum sua terra planta non conuenit*; id est si cum suo cespite planta non eruitur. Hoc autem ex Virgilio: *Et viua sua plantaria terra.* Ex eodem quidem loco, sed ex Seruii commentariis Isidorus accepit quae in 17, 5 digessit: *Plantae raptae sunt de arboribus, plantaria vero quae ex seminibus nata sunt, et cum radicibus, et terra propria transferuntur.* Sic enim videtur scribendum tum ex ipsius libro *differ.* tum ex Seruio; nam editi libri mendosum exhibent locum: *Plantae sunt de arboribus, plantaria vero — et a terra propria transferuntur.* PONTED. *Non conuenit planta cum sua terra* intell. in scrobem, vtpote nimis angustum. Sed ne hoc temere vsu venire possit, f. 7 quaternum pedum eos fieri voluit.

9, 10 POTERIT ETIAM LONGE MAIORIS) Apud Iensonium et Bruschium: *Poterit etiam*: idque optime: non solum enim brachii crassitudine, sed etiam maiores truncos oleagineos deponere expedit. PONTED.

9, 11 ALTITVDINEM MAXIMI SCROBIS)

arando ne [o] coxam bos, aliamue partem corporis offendat. optimum eſt etiam conſtitutas plantas circummunire [p] caueis; deinde conſtitutum iam, et maturum oliuetum in duas partes diuidere [q], quae alternis annis [r] fructu induantur. neque enim
12 olea continuo biennio vberat [s]. Cum ſubiectus ager conſitus non eſt, arbor [t] coliculum agit: cum ſeminibus repletur, fructum affert, ita [u] ſic diuiſum oliuetum omnibus annis aequalem reditum adfert. Sed id minime bis [x] anno arari debet: et bidentibus alte circumfodiri [y]. Nam poſt ſolſtitium cum terra aeſtibus hiat, cu-
13 randum eſt, ne per rimas ſol ad radices arborum penetret. Poſt aequinoctium autumnale ita ſunt arbores ablaqueandae, vt a ſuperiore parte, ſi olea [z] in cliuo ſit [a]; incilia [b] excitentur, quae limoſam [c] aquam ad codicem deducant. Omnis deinde ſoboles, quae ex imo [d] ſtirpe nata eſt, quotannis extirpanda eſt, ac tertio quoque fimo [vel [e]] pabulandae ſunt oleae. Atque eadem ratione ſtercorabitur oliuetum, quam [f] in
14 ſecundo libro propoſui, tamen ſegetibus proſpicietur. At [g] ſi ipſis tantummodo arboribus ſatis ſeruieris [h], ſingulis ſtercoris caprini ſex librae, ſtercoris ſicci modii ſinguli,

o) *ne* abeſt *I. B. R.* p) *circumuenire. Gaudeas deinde L. I. B. R. circumuenire* placet *Heinſ.* ad Virg. Aen. 6, 132. q) *diuidi L. I. B. R.* r) *annis* deeſt *I. B. R.* s) *deberat I. deerat B. R. debeat L.* t) *arbori I B. R.* u) *ita – reditum adfert* deſunt *I. B. R.* x) *vnius L. huius P.* y) *circumfodi L.* z) *oleam cliuoſo P.* a) *cliuoſo I. B. R. Goeſ. L. eſt I. B. R.* b) *incilicia P.* c) *limoſam aquam* om. *I. B. R. limoſam* om. *L. Goeſ.* d) *imo P. Goeſ. B. R.* coni. *Vrſ.* marg. *Aſc. ima L. vno* rel. e) *vel* om. *Goeſ.* f) *qua Goeſ. I. B. R. I. L.* g) *Ac ſi* omn. niſi quod *ſi* omitt. *I.* h) *ſeruaueris* omnes praet. *Goeſ.* qui *ſeruari.*

BIS) Quo diligentius hunc locum conſidero, tanto minus *ſcrobem* hic poſſum concoquere. Quid enim altitudo ſcrobis ad hoc, vt bos non offendat? Ego vero legendum ita puto totum locum: *ſurculari debent* h. e. ramis omnibus et ſurculis acutis purgari, *ita, vt ſimplex ſtilus* ſ. ſtirps arboris *altitudinem maximi* BOVIS *excedat, ne deinde arando coxam bos — offendat.*

9, 12 SED ID MINIME BIS) Pro *minimum* vel librariorum culpa, vel idiotiſmo Moderati noſtri aliquoties eſt in his libris, quod Index noſter condocet. Quod hic monendum etiam, ne quis forte ad emendandum nimis prouolet. Similis ratio eſt eius, quod ſequitur, *circumfodiri.* conſule Ind. v. *fodio.*

9, 13 EX IMO STIRPE) v. Burm. ad Quinctil. 1, 6. p. 72 et quos ibi commemorat.

9, 13 AC TERTIO QVOQVE FIMO VEL PAB.) Aliquid deeſſe, *vel* indicat. Quid autem ſit, facile intelligi poteſt, *amurca* nimirum, ſic: *ac tertio quoque fimo, vel amurca pabulandae ſunt oleae.* amurca enim ab omnibus agricolis ad oleam ſtercorandam laudari ſolet. Varro 1, 55 *Quod circum arborum radices infundi* (amurca) *ſolet, maxime ad oleam.* Pallad. 11, 8 *Et ablaqueatae arbori* (oleae) *amurca infuſa, vel vetus vrina fundatur.* Colum. 2, 15 *Poteſt et vetus amurca quae ſalem non habet permixta huic commode frugiferas arbores, et praecipue oleas rigare.* Quod in hoc ipſo cap. expreſſius ſignificauit: *Vel amurcae in ſingulis congios, etc.* It. *Amurca valentibus infundenda eſt. Nam per hiemem ſi vermes, atque alia ſubeunt animalia, hoc medicamento necantur.* L. 11, 2 *oleis laborantibus circum radices amurcam quae ſalem non habeat, nunc conueniet infundere: maximis ſex congii, mediocribus arboribus vrnae ſatis faciunt, caeteris aeſtimanda erit portio. Sed tamen, quae nihil vitii habuerint, aliquanto laetiores fient, ſi amurca rigentur infuſa.* Quintilii quoque in Geop. 9, 10 id confirmant: εὐγενεστέρας καὶ εὐθαλεστέρας καὶ σφόδρα πολυκάρπους τὰς ἐλαίας ποιήσεις, ἐὰν μετὰ τὸ γυμνῶσαι πρὸς τὰς ῥίζας, ἀμόργης ἀπὸ ἐλαιῶν ἀνάλων μεμιγμένης ὕδατι ποτίμῳ ἐξ ἴσου δύο κοτύλας ἐμβάλῃς ἑκάστῳ στελέχει. κ. λ. PONTED. Locus corruptus et luxatus neſcio an *amurca* ſola ſanari poſſit. Illud apparet, duas quaſi ſpecies proponi ab auctore ſtercorandi oliueti, frumentis conſiti, vt vel ſegetibus proſpiciatur, quam rationem tradidit 2, 5; vel ſatis tantum ſeruiatur arboribus, de qua ratione hic aliquid praecipit. Non haeſiſſem in hoc loco, ſi pro *Atque* legeretur, *Atque ſi* (vel *ac ſi*, vel *ac quum* denique, quod proxime accedit ad *atque*) *eadem ratione —, tantum ſegetibus proſpicietur. At ſi ipſis etc.*

9, 14 AT SI IPSIS — SERVIERIS) Ita legi etiam voluit VRSIN. Primam voculam *At* ſcripſit etiam Cl. Pontedera, cum hunc locum notae proximae totum praemitteret.

9, 14 STERCORIS SICCI) Palladius hunc locum 11, 8 a Columella accipiens non *ſtercus ſiccum* commemorat, ſed *cinerem*, videlicet, *Nunc ſi ſuppetit intermiſſo triennio, ſtercoranda ſunt olineta locis maxime frigidis. Caprini ſtercoris ſex librae vni arbori, vel cineris modii ſinguli ſufficient.* Hinc facile adducor, etiam in Columella non

ſinguli, vel amurcae in ſingulis[i] congius [Stercus] autumno debet iniici, vt permiſtum[k] hiemi radices oleae calefaciat. Amurca valentibus infundenda eſt. nam[l] per hiemem ſi vermes atque alia ſuberunt animalia, hoc medicamento necantur. Plerumque etiam locis ſiccis et humidis, arbores muſco infeſtantur. quem niſi fer- 15
ramento[m] reſecueris, nec fructum nec laetam[n] frondem olea inducet. Quin etiam compluribus interpoſitis annis oliuetum putandum eſt: nam veteris prouerbii meminiſſe conuenit, eum qui aret oliuetum, rogare[o] fructum; qui ſtercoret, exorare; qui caedat, cogere. Quod tamen ſatis erit octauo anno feciſſe, ne fructuarii rami ſubinde amputentur. Solent etiam quamuis laetae arbores fructum non af- 16
ferre. Eas terebrari gallica terebra conuenit, atque ita in foramem viridem taleam[p] oleaſtri demitti[q]. ſic velut inita arbor foecundo ſemine fertilior extat[r]. Sed et[s] ſine[t] ablaqueatione adiuuanda eſt amurca[u] inſulſa cum ſuilla vel noſtra[x] vrina vetere, cuius vtriuſque modus ſeruatur[y]. nam maximae arbori, ni[z] tantundem aquae miſceatur, vrna[a] abunde erit. Solent etiam vitio ſoli fructum oleae negare[b]. Cui 17
rei ſic medebimur. altis gyris[c] ablaqueabimus[d] eas, deinde calcis pro magnitudine arboris plus minusue circumdabimus: ſed minima arbor modium[e] poſtulat. Hoc remedio ſi nihil fuerit effectum, ad praeſidium inſitionis confugiendum erit. quemadmodum autem olea inſerenda ſit, poſtmodum dicemus. Non nunquam etiam in 18
olea vnus ramus caeteris aliquanto eſt laetior. quem niſi reciderís, tota arbor contriſtabitur. Ac de oliuetis hactenus dixiſſe ſatis eſt. Supereſt ratio[f] pomiferarum arborum, cui rei deinceps praecepta[g] dabimus.

X. LO-

i) *ſingulis. Conditum ſtercus I. B. R. ſingulis congius. Stercus autumno* rel. k) *permixtum I. B. R.* l) *eius* inſer. *I. B. R. nam ſi per hiemem* coni. *Broukh.* m) *ea* interpon. *P.* n) *laeta fronde P.* o) *rigare P.* p) *talem oleaſtri partem P.* q) *dimitti I. B. R.* r) *extet I. B. R. I. I.* s) *et* abeſt *I. B. R.* t) *ſi haec P.* u) *amurga quae inſulſa L. P.* x) *natura vetere P. L.* y) *ſeruaturum P.* z) *vt Goeſ.* a) *vncia B. R. vna L.* b) *necare* omnes praet. *Goeſ.* qui *negare.* c) *giris I. B. R. gyras allaqueamus L.* d) *ablaqueamus I. B. R. I. I. H. A. G.* e) *modium Goeſ. modicum* rel. *modum L.* f) *ratio* deeſt *I. B. R.* g) *praeceptabimus P. praecepta videamus L.*

non *ſtercoris* quondam extitiſſe, vt credam, ſed *cineris*, quod verbum poſtquam deprauatum fuit, vt aliquo diſcrimine hoc membrum a ſuperiori ſepararetur, neceſſario alterum verbum *ſicci* nempe, appoſuere. Illud tamen ſine vlla dubitatione adiiciam, tertio membro particulam *vel* eſſe praemittendam; ſiquidem cum ponitur ſtercus caprinum, neque ſiccum ſtercus, neque cinis, neque amurca eſſe neceſſaria videntur. PONTED.

9, 14 CONGIVS [STERCVS] AVTVMNO) Quam vocem vncis coërcui, eam e margine, vbi argumentum deſignare debebat, importune ſe huc intuliſſe arbitror.

9, 14 VT PERMISTVM HIEME) Ita legi vult VRSIN. Certe ſexto caſu vox intelligenda ad quaeſtionem *quando?*

9, 15 INDVCET) Quid ſi *induet?* Hoc certe ſolemne noſtro, *inducere* forte ἅπαξ λεγόμενον.

9, 16 EAS TEREBRARI) Modum luculenter deſcriptum vide Geop. 9, 8 et 10. add. Pall. Mart. 8. Caue autem putes, hunc inſitionis modum eſſe; medicina eſt. Immiſſa enim talea, vel transmiſſa potius per medium truncum, ab vtraque parte reciditur.

9, 16 NI TANTVNDEM AQVAE MISCEATVR) Lego: *Si tantundem etc.* Vrina enim ex aqua excepta ad omnes oleae radices deſcendet, quod ſola non faceret, quia modica. Ita locutus eſt Col. 6, 4 *ſi tantundem aquae miſceat.* PONTED. Ita et Geop. 9, 10 quem locum etiam adducit Pontedera ad l. 13.

9, 17 FRVCTVM OLEAE NEGARE) Ita ſcribendum. Nam *necare* factum eſt ex antiqua ſcriptura, qua *maciſtratus* pro *magiſtratus* ſcribebant. VRSIN.

9, 17 ALTIS GYRIS ABLAQV.) Vid. quae de *orbe ablaqueationis* diſputamus ad Colum. 4, 4, 8.

9, 17 DEINDE CALCIS) Plin. 17, 9 *Nuper repertum, oleas gaudere maxime cinere e calcariis fornacibus.* SCHOETTG.

X. LOCVM [a] pomarii, priusquam semina [b] feras circummunire [c] maceriis [d] opor- A.
tet, vel sepe, vel fossa praecipiti [e], vt [f] non solum pecori, sed et [g] homini transi- 18
tum negare valeat [h]. quoniam si saepius [i] cacumina hominis [k] manu tractata [l], aut
a pecoribus praerosa sunt, in perpetuum semina [m] incrementum capere nequeunt.
2 Generatim autem disponere arbores vtile est, maxime etiam ne imbecilla [n] a valen- 2
tiore prematur, quia nec viribus, nec magnitudine par est, imparique spatio tem-
poris adolescit. Terra, quae vitibus apta est, etiam [o] arboribus est vtilis. Ante A.
annum, quam seminare voles, scrobem fodito [p]. ita sole pluuiisue [q] macerabitur, 19
3 et quod [r] positum est, cito comprehendet [s]. At si eodem anno et scrobem face-
re [t], et arbores serere voles [u], minimum [x] ante [y] duos menses scrobes fodito, post-
ea stramentis [z] incensis calefacito: quos si latiores patentioresque feceris, laetiores
4 vberioresque fructus percipies. Sed scrobis clibano similis fiat [a], cuius [b] imum [c] 2
summo patentius [d] est [e], vt laxius radices vagentur, ac minus frigoris hieme, mi-
nusque aestate vaporis per angustum os penetret, etiam vt [f] cliuosis locis terra, quae
5 in eum congesta est, a [g] pluuiis non abluatur. Arbores raris interuallis serito, vt 3
cum creuerint, spatium habeant quo ramos extendant. nam si spisse posueris, nec
infra serere quid poteris, nec ipsae fructuosae erunt, nisi interuulseris [h]: itaque in-
6 ter ordines [i] quadragenos pedes, minimumque tricenos relinquere conuenit. Se- A.
mina lege crassa non minus quam manubrium bidentis [k], recta, leuia, procera, sine 20
vlceri-

[C. X.] a) *Modium P. Modum L. I. B. R.* b) *semen I. B. R.* c) *circummunire I. B. R. v. Heins.* ad Virg. Aen. 132. h. v. defendentem. d) *maceriis vel sepe P. maceriis vel fossa I. B. R.* e) *praecepi L.* f) *vel saepe (sepe I.) non I. B. R.* g) *et* om. *I. B. R.* h) *valeat* om. *L. I. B. R.* i) *prius* coni. *Vrsin.* k) *hominis* om. *I. B. R. L. Goes.* l) *detracta I. B. R. Goes. et Caesenas* quem laudat et hic probat *Ponted. praefracta L.* m) *seminarium crementum I. B. R* n) *imbecillis* coni. *Vrsin* o) *etiam* deficit *I. B. R.* p) *fodies I. B. R.* q) *pluuiaue I. B. R. pluuiasne P. pruinisue* coni. *Broukh.* conf. 5, 9, 7. r) *qua pedes positum L. P.* s) *competit. Ea P.* t) *facere* omittitur *I. B. R.* u) *prohibes L. P. peribis Goes.* vnde *properabis* coni. *Broukh.* x) *minime L. I. B. R. minimum — fodito* om. *Goes. ante duos menses* om. *L.* y) *ante duos menses scrobes* om. *P.* z) *sarmentis P.* vid. 5, 9, 7 not. *t.* a) *fit I. B. R. situmus summum P.* b) *cuius* abest *I. B. R.* c) *imus I. B. R.* d) *patientior I. B. R.* e) *est* om. *I. B. R.* f) *vt* om. *I. B. R.* g) *a* om. *Goes. I. B. R.* h) *interuolseris L. P. interraseris I. B. R.* i) *ordinem I. B. R.* k) *videtis Goes. L.*

10, 1 Ab huius inde capitis initio ad finem libri repetita sunt omnia ex libro de arboribus a c. 18 ad 28, ita quidem, vt subinde quaedam inter describendum mutata, vt fit, ab auctore opus suum retractante, appareat. Tanto facilius alicui etiam videatur alterum ex altero emendare: qua in re tamen temperamento et moderatione opus fuerit. Mutauit, quod iam occupauimus dicere, plura haud dubie inter describendum ipse Columella. Repetitae autem, vt hoc verbo vtar, praelectionis sunt ista, quae prae manibus iam habemus. Itaque non temere ex libro de Arboribus ea, quae hic leguntur, corrigenda; cum spectandum ante sit, vtrum forte ipse Auctor vel sententiam vel stilum mutauerit. Multo cautius etiam in illo altero agendum, cum scripsisse quaedam potuerit Columella primo impetu, a se ipso postea emendanda. Librarii etiam veteres et primi editores obseruata illa similitudine miscuisse videntur quaedam. et nescio an in toto Columella plus varietatis, quam in hoc loco deprehendatur.

10, 1 TRACTATA) *Perfracta* ex libro de arb. legi rectius videbatur VRSIN. Pro *tractata* l. de Arb. c. 18 legitur *perfracta: Nam si prius cacumina manu perfracta, aut a pecore praerosa fuerint, quam adolescant, in perpetuum corrumpuntur.* Ita Pall. 3, 19 *Sed seruabis ne cacumina aut manu fracta aut erosa non crescant.* Si cui porro *perfracta* minus placet, legat is cum Jens. *detracta.* PONTED. Sed, quid si emendauit sententiam Columella, et quod ante de *praefractis* (ita enim legit Pol.) dixerat cacuminibus, illud etiam de *tractatis saepius* monendum censuit? Inspice etiam varietatem lectionis.

10, 5 INTERVVLSERIS) Hoc exemplum puto comparationis illius et emendandi studii, de quo ad principium huius capitis dictum est. In de arb. *interraseris* legitur sine varietate; nisi quod *volseris* inculcat aliquot verbis post Mediceus, quod reliqui mutant in *versuris.* Hic *interraseris* habent, quod vidimus editt. vett. Vtroque verbo vsum putamus Columellam. *Interuaseris* in libris inuenerat Beroaldus et correxit *interraseris.*

vlceribus, integro libro. ea bene, et celeriter comprehendent [k]. Si ex veteribus
ramis fumes, de iis quoque [l] qui quotannis bonos et vberiores [m] fructus afferunt,
eligito [n]: ac [o] illos magis qui funt contra folem, quam qui [p] vmbris [q], ramis, aut
2 plantis continentur [r]. Sed ante quam arbufculas transferas, nota [s], quibus ventis 7
antea fuerant [t] conftitutae [u], poftea manus admoueto [x], vt de [y] cliuo et ficco in humidum agrum transferas. Trifurcam maxime ponito. Ea extet [z] minime tribus
pedibus. Si eodem fcrobe duas aut tres arbufculas voles conftituere, curato, ne
inter [a] fefe [b] contingant: quoniam [c] mutuo contactu aut computrefcent, aut ver-
3 mibus [d] interibunt [e]. Cum femina depones, dextera finiftraque vfque in imum 8
fcrobem fafciculos farmentorum brachii craffitudinis demittito, ita vt fupra terram
paullulum [f] extent, per quos aeftate paruo labore aquam radicibus fubminiftrare [g]
poffis. Arbores ac femina cum radicibus autumno ferito, hoc eft circa Calendas [h]
et Idus Octob. Primo [i] vere antequam germinent, arbores [k] deponito: ac ne ti- 9
nea molefta fit feminibus ficulneis, in imum fcrobem lentifci taleam inuerfo cacumine

k) *comprehenderit Pol.* l) *quoque* defic. *I. B. R.* m) *vberes L. I. B. R. I. I.* n) *eligito* om. *L. I. B. R.* o) *ab illa qui P. L.* p) *quae P.* q) *vmbris* om. *I. B. R.* r) *conentur Goef. I. B. R.* s) *notabis ventos, quibus I. B. R. nota inuentis quibus L.* t) *erunt I. B. R.* u) *conftitui poffit manus adiuueto P. L.* x) *adbibeto Goef.* y) *praecliuo B. R. pecliuo I.* z) *extent I. B. R.* a) *puter L. P.* b) *fe conftringant L. Goef. I. B. R.* c) *quoniam — computrefcent* om. *L. I. B. R.* d) *verbi aut L. P.* e) *interibunt. Depone dextra L. I. B. R.* f) *paulum I. B. R.* g) *fumminiftra. Arbores I. B. R. fumminiftrare. Arbores P. fumminiftres Goef.* h) *Calendas et* om. *L. I. B. R.* i) *Primo* def. *I. B. R. remoueret aquam germinant R.* k) *alteras* coni. *Broukh.* h. e. fine radicibus.

10, 6 SI EX VETERIBVS RAMIS SVMES) Itane fcripfiffe Columellam exiftimem? *ex veteribus ramis* fumito, in quibus omnia retorrida, afpera, et vlcerofa proueniunt? Lego: *Si ex arboribus ramos fumes.* L. *de Arb. c.* 20. id traditur et non *ramos* fed *femina* expreffum eft: *Semina fi ex arboribus fumes.* At in hoc cap. 10 aperte ramos effe deponendos in feminariis oftendit: *Omnium autem,* inquit, *generum ramos circa Cal. Martias in hortis fubacta et ftercorata terra fuper puluinos arearum difponere conuenit.* PONTED. Videbatur tamen *veteres ramos* oppofuere potuiffe Columella feminibus adhuc defcriptis: *veteres,* inquam, a nouellis arbufculis diuerfos, fed non ideo retorridos etc.

10, 6 VMBRIS RAMIS AVT PLANTIS) *Vmbrofis ramis aut plantis* malit VRSIN. ἓν διὰ δυοῖν forte fecit Columella: *plantas* effe ramorum fynonymon, Index docebit. *Contineri* eft coërceri ab lucis et caloris perceptione.

10, 7 SED ANTEQVAM ARBVSCVLAS TRANSFERAS) Mirum eft, cur ab iis feminibus, quae de arboribus defumuntur, ftatim ad radicatas ftirpes ferendas tranfitum faciat; fed mirari non debemus, non nulla enim quae in L. *de arb.* c. 20 leguntur defiderari poffunt, funt autem haec: *Si cum radice plantam pofueris, incrementum eius futurum, quod et ceteris quas feueris arboribus. Arbos infita fructuofior eft, quam quae infita non eft, id eft, quam quae cum ramis aut plantis ponitur. Prius quam arbufculas transferas.* PONTED. Eft fane totum hoc caput obfcuriufculum, quod non pro vbertate Columellae folemni, vt in viticultura praefertim ab eo factum eft, omnia declarantur, fed proponuntur verbis breuioribus, et ob id ipfum non fatis dilucide.

10, 7 QVIBVS VENTIS) Theophr. hift. plant. 2, 7 τίθεται δὲ καὶ τὴν θέσιν ὁμοίως ὥσπερ εἶχεν ἔνια τῶν δένδρων τὰ πρὸς βορρᾶν, καὶ τὰ πρὸς ἕω καὶ τὰ πρὸς μεσημβρίαν. SCHOETTG. Vid. 5, 9, 8 et praef. 5. 6, 20.

10, 7 POSTEA MANVS ADMOVETO) Videtur legendum: *Poft, ita manus admoueto; vt de cliuo, et ficco in humidum agrum transferas, trifurcam maxime ponito.* VRSIN.

10, 9 PRIMO VERE ANTEQVAM GERMINENT, ARBORES DEPONITO) Non arbores primo vere deponuntur, fed femina, antequam arbores germinent. Locus itaque fic diftinguatur; *primo vere antequam germinent arbores, deponito.* Id patet ex l. *de arb.* c. 20. *Taleas et ramos vere antequam germinare arbores incipiant deponito.* Illa quoque verba *taleas et ramos* funt neceffario τῷ *vere* praemittenda; nam illud *primo* deprauatum eft de *ramos*; quo fublato fatis id intelligitur ex iis: *antequam germinent arbores*; tunc enim ver primum eft cenfendum cum incipit, incipit autem, vt coloni accipiunt, cum in ftirpibus fuccus mouetur, turgefcuntque gemmae. Ienfon. porro τὸ *primo* non habet, reliqua vt in vulgaris. PONTED. v. et eius Epp. p. 468. Liceat nobis etiam paullo mitiorem huic loco medicinam circumfpicere. Broukhufius pro *arbores*

mine demittito [l]: Ficum frigoribus ne ferito. Loca aprica, calculofa, glareofa, A. 21
interdum et faxofa [m] amat. Eiufmodi arbor cito conualefcit, fi fcrobes amplos pa-
10 tentesque feceris. Ficorum [n] genera, etfi fapore atque habitu diftant, vno modo, fed [o]
pro differentia agri feruntur. Locis frigidis [p] autumni temporibus, et [q] aquofis
praecoques ponito, vt ante pluuiam fructum deligas: locis calidis hibernas [r] ferito.
At [s] fi voles ficum, quamuis non natura, feram facere, tum [t] groffulos, priorem-
ve [u] fructum decutito, iterum [x] alterum edet, quem in hiemem differet [y]. Non 2
nunquam etiam, cum [z] frondere coeperunt [a] cacumina fici, ferro fumma prodeft
amputare, fic firmiores arbores et [b] feraciores fiunt [c], ac femper conueniet, fimul-
atque folia agere coeperint, ficus, rubricam amurca diluere, et cum ftercore hu-
11 mano ad radicem infundere [d]. Ea res efficit vberiorem fructum, et farctum [e] fici
pleniorem ac meliorem. Serendae funt autem praecipue Liuianae, Africanae, Chal-
cidicae [g], fulcae, Lydiae, calliftruthiae [h], topiae, Rhodiae, Libycae, hibernae,
omnes

l) *dimittito L. I. B. R.* m) *faxeta Goef.* n) *Fico generata L. P.* o) *id eft L. I. B. R.* p) *et* inf. *Goef.* q) *et* om. *Goef.* r) *hiberna I. B. R.* s) *Aut I. B. R.* t) *tunc I. B. R.* u) *ve* om. *L. I. B. R.* x) *ita alterum det L. P.* y) *differt I. B. R. Gr.* z) *cum* om. *L.* a) *arbores:* inf. *L. I. B. R.* b) *et* deficit *I. B. R.* c) *funt I. B. R.* d) *infundere R.* e) *partum Goef. I. B. R.* f) *et I. B. R.* g) *calcidicae I. I. H. A. Gr. G. St. chalchidicae, falce L.* h) *calliftrutideas P. calliftrutiae* editi praet. *Com.* qui *calliftruthiae. calliftrus traces L.*

arbores malebat *alteras.* Illud quidem apparet, loqui auctorem de altero genere feminum, quod fine radicibus pangitur, verbo de taleis f. ramis, quibus ver aptius effe, exploratum eft.

8, 10 AVTVMNI TEMPORIBVS) Haec verba adulterina funt. VRSIN. Non funt adulterina verba ifta, nam et extant lib. de Arb. l. c. et in Codice Goef. Paullo poft pro *ante pluuiam,* Harduinus ad Plin. 17, 3 malebat *ante brumam,* fed refutatur a l. c. et confenfu codicum. SCHOETTG. Perperam haec fcribuntur; loca enim frigida et per auctumnum aquofa praecocibus funt conferenda vt ex l. de Arb. c. 21 *Locis frigidis et auctumni temporibus aquofis praecoques ferito.* Quare illa fimili modo exaranda videntur: *Locis frigidis et auctumni temporibus aquofis praecoques ponito.* FONTED. Eft haec ipfa Goefiani Codicis lectio. Sed nonne loca *aquofa per autumnum,* eadem *per autumnum* funt *frigida?* Vt adeo nihil aut parum inter vtramque lectionem interfit.

10, 10 TVM GROSSVLOS) *Cum groffulis priorem fructum* legere iubet VRSINVS nefcio quam bene. Neque enim alium priorem in ficu fructum intelligo, quam ipfos *groffulos:* et recte τὴν *ve* ad *priorem* adiectam omitti arbitror.

10, 11 PRAECIPVE LIVIANAE, AFRICANAE) Cuncta fere haec ficorum genera appellat Athenaeus δειπν. lib. III. Calliftrutia in primis miris laudibus in coelum tollit: verba ipfius haec funt: Τῶν δὲ ἐν τῇ καλῇ Ῥώμῃ καλλιστρουθίων καλουμένων σύκων, εἰ ὁ Λυγκεὺς ἐγεύσατο ὥσπερ ἐγὼ ὀξυωπέστερος ἂν ἐγεγόνει πολὺ τοῦ ὁμωνύμου. τοσαύτην ὑπεροχὴν ἔχει ταῦτα τὰ σῦκα πρὸς τὰ ἐν τῇ πάσῃ οἰκουμένῃ γινόμενα. ἐπαινεῖται δὲ καὶ ἄλλα σύκων γένη κατὰ τὴν Ῥώμην γινόμενα. τά τε καλούμενα Χῖα καὶ τὰ Λιβιανά. ἔτι δὲ καὶ τὰ Χαλκιδικὰ ὀνομαζόμενα καὶ τὰ Ἀφρικανά. VICTOR.

10, 11 SVLCAE — TOPIAE) Lipf. *falcae,* vnde forte legendum *Falifcae,* quae ex Falifcorum regione nomen habet. SCHOETTG. Ifta ficorum genera *fulcae* et *topiae* deprauata nomina exiftimo, quippe apud alios auctores, vt mea eft memoria, me legere non memini, neque apud ipfum Columellam in libr. de Hort. Cult. quo horum pleraque numeris eft complexus. Quapropter fi quis non *topiae* legeret, fed *Chiae,* haud quaquam videretur reprehendendus. Etenim celeberrimam apud veteres Chiam ficum extitiffe accepimus de qua M. Varro libr. 1. de R. R. cap. 41: *Sic genera,* inquit, *ficorum Chiae, ac Chalcidicae, et Lydiae et Africanae.* Macrobius item Saturn. 3, 20 inter ficorum genera etiam *Chiam* recenfuit. Plinius fimiliter 15, 18 de ficis *ad nos,* ait, *ex aliis transiere gentibus, Chalcide, Chio, quarum plura genera.* Calphurnius quoque et Martialis *Chias ficus* verfibus celebrarunt; ille quidem fic: *Mille renidenti dabimus tibi cortice Chias:* Hic vero: *Chia feni fimilis Baccho quam Setia mifit. Ipfa merum fecum portat et ipfa falem.* Et alibi: *Nam mihi quae nouit pungere, Chia fapit.* Athenaeus praeterea libr. Deipnofoph. 3 plurimum apud Romanos Chiam ficum in pretio fuiffe teftatur: ἐπαινεῖται δὲ καὶ ἄλλα σύκων γένη κατὰ τὴν Ῥώμην γινόμενα τά δὲ καλούμενα Χῖα, καὶ τὰ Λιβιανά, ἔτι δὲ καὶ τὰ Χαλκιδικὰ ὀνομαζόμενα, καὶ τὰ Ἀφρικανά: *in pretio funt et alia ficuum genera Romae nafcentium nempe Chiae, Liuianae, eae quas vocant Chalcidicas, et Africanae.* Quid plura? Ipfe idem Columella libr. de Hort. cult. eandem verfibus extulit, *Liuia Chalcidicis, et Caunis aemu-*
la

A. omnes etiam biferae et triferae [i] flosculi. Nucem Graecam serito circa Cal. Febr.
22 quae [k] prima gemmascit [l]: agrum durum, calidum, siccum, desiderat. Nam in 12
locis diuersis nucem si deposueris, plerumque putrescit. Antequam nucem deponas, in aqua mulsa [m] nec nimis [n] dulci macerato. ita iucundioris saporis fructum,
2 cum adoleuerit, praebebit, et interim melius atque celerius frondebit. Ternas nu-
ces in trigonum statuito, vt nux [o] a nuce minime palmo absit, et anceps ad Fauonium 13

i) *antiferè L.* k) *quia Goes.* l) *gemma sit I. B. R. Com. gemma scit L.* m) *mulsea P.* n) *ac nimis L. nec minus rel.* o) *nux genimine palmo I. B. R. et nux geminie L.*

la Chiis. Tanto itaque viro consentaneum non videtur fici genus ab omnibus celebratum, praetermissum. De altero vero *sulcae* siue (vt in codicibus veteribus inuenit Bodaeus a Stapel) *salcae* pari modo coniectando non absimilia proferre possumus. Cui autem fici generi respondeat, incertum, nisi si cum *marisca* ficus et antiquissima et notissima apud Latinos fuerit, eandem in *salcam* deprauatam suspicamur. Etenim *Mariscam* vetustissimus auctor M. Cato de R. R. cap. 8 serendam praecepit dicens, *Ficos mariscas in loco cretoso et aperto serito*; de eadem M. Varro 1, 6 *deorsum vt nuces Graecae, ac mariscae fici.* Praeterea Plinius 15, 18: *Liuiae Pompeiae siccatae hae sole in annuos vsus aptissimae cum mariscis.* Martialis etiam: *Non boletis biare non mariscae.* Eandem denique et Columella carminibus suis attigit: *Purpureaeque Chelidoniae, pinguesque mariscae.* Quare cum voces *salcae* siue *sulcae*, et *topiae* obscurae et incertae sint, *Chiae* vero, et *mariscae* celebres ac frequentes, istas potius quam illas incertas ab auctore conuenit. Haec tamen ita posui, magis vt loci deprauationem indicarem, quam emendationem afferrem. PONTED.

10, 11 BIFERAE AC TRIFERAE) Plin. 15, 18 *Ex Chalcidicis* (ficubus) *quarundam trifero prouentu.* SCHOETTG. Male me habet vox *flosculi.* Si florem haberet ficus, putarem, tertium eius florem in vno anno commemorari, serius prodeuntem, quam vt ipsum pomum ad maturitatem peruenire possit. Iam florem ficis negat Plin. 16, 25 f. 40 Macrob. Sat. 2, 16 et quod maximum experientia Superest vt *flosculum* intelligamus primam ficus erumpentis cymam.

10, 12 NVCEM GRAECAM) Vide ad Cat. 8. Paullo post illa, *quae prima gemma sit*, aperte in mendo cubant, lege ex lib. de Arb. c. 22, 1 *quae pruinam nescit*, h. e. quae pruinam pati non potest. Goes. legit *quia*, nec id male. Postea legendum, *nec nimis dulci* non *minus* ex l. c. SCHOETTG. In L. *de arb.* c. 22. hic locus sic exprimitur: *Nucem Graecam serito arcturi signo vel circa Cal. Februarias*: hoc est autumno vel vere. Quae verba *arcturi signo vel* necessaria videntur si de eo Arcturi ortu qui XV. Cal. Octobr. (vt Colum. 11, 2 docet: *XV. Cal. Oct. Arcturus exoritur*) contingit, intelligatur, vt ego arbitror, quo tempore ficus illae quas L. de hort. cult. *sub Arcturi sidere* fructum ferre ita commemorauit, *At grauis Arcturi sub sidere parturit arbos Liuia Chalcidicis et Caunis aemula Chiis, Purpureaeque Chelidoniae pinguesque Mariscae etc.* Poma sua matura reuera exhibent. De fructibus enim, qui sub autumnum maturitatem habent, loquitur, vt patet ex illis: *Sed iam maturis nos flagitat anxius vuis Eurus.* Nam ad alterum Arcturi exortum qui de Columellae sententia est ad 9 *Cal. Mart. prima nocte*, hae arbores maturos fructus nequaquam ferunt. Accedit etiam (vt ad id quod proposui reuertar) quod melior est nucis Graecae satio per autumnum quam per ver, quoniam vt Auctor inquit, *prima gemmascit.* Hinc Pallad. 2, 15 *de amygdalo* (sic etiam *nux Graeca* dicitur) in locis calidis, in quibus citius arbores germinant Octobri et Nouembri nuces Graecas esse serendas praecepit, in aliis Ianuario et Februario: *Amygdalus seritur Ianuario et Februario, item locis calidis Octobri et Nouembri semine et plantis, quae de maioris radice tolluntur.* PONTED.

10, 12 QVAE PRIMA GEMMASCIT) Ita conieceram, eamque coniecturam, cum tantae auctoritates accederent, quas laudamus hic et ad Arb. 22, 1 nihil causae erat, quin sine cunctatione reciperem. *Gemmascere* et *gemmescere* vel Plinio auctore bona verba sunt.

10, 12 NEC NIMIS) Absurdum illud *minus* et redundans tollendum erat, atque in *nimis* mutandum, etsi non suffragaretur lib. de Arb.

10, 13 TERNAS NVCES — AD FAVONIVM SPECTET) Inter primum et alterum membrum haec ex L. *de arb.* c. 22. interponenda videntur: *parsque acutior inferior sit, quia inde radices mittet.* Id imitatus Pallad. *Fodiemus*, inquit, 2, 15 de amygdalo, *ergo altam pede vno semis aream, in qua obruemus amygdala non amplius quatuor digitis, ita vt acumina figamus in terra spatio inter se binorum pedum separata.* PONTED.

10, 13 ANCEPS) Mediam intelligo nucem, quae verticem trigoni constituit. Neque tamen in trigono aequilatero hoc intelligitur, nisi ponamus, reliquarum etiam duarum capita aliquantum versus tertiam nutare; quae ipsa illa caeterarum dispositione verticem trigoni constituere arguatur h. m.

nium spectet. Omnis autem nux vnam radicem mittit, et simplici stilo [p] prorepit. cum ad scrobis solum radix peruenit, duritia humi coercita recuruatur, et ex [q] sum-
14 mo duum [r] ramorum ambas radices emittit. Nucem Graecam, et Auellanam [s] Ta- 3
rentinam facere hoc modo poteris. In quo scrobe destinaueris nuces [t] serere, in eo terram minutam [u] pro [x] modo semipedis ponito, ibique semen ferulae repangito. Cum ferula fuerit enata, eam findito; et in medulla eius sine putamine nucem Graecam aut Auellanam [y] abscondito, et ita adobruito. Hoc ante Calend. Martias facito, vel etiam inter Nonas et Idus Mart. Eodem tempore iuglandem, et pineam,
15 et castaneam serere oportet. Malum Punicum [z] ab eodem tempore vsque in Cal. A.
Aprilis recte seritur. Quod si acidum, aut minus dulcem fructum feret, hoc modo 23
emendabitur. Stercore suillo, et humano, vrinaque vetere radices rigato. ea res et fertilem arborem reddet, et primis annis fructum vinosum, et post quinquennium dulcem, et apyrenum [a] facit. Nos exiguum admodum laseris [b] vino diluimus, et ita cacumina arboris summa obleuimus [c]. ea res emendauit [d] acorem malo-
16 rum. Mala Punica ne in arbore [e] rumpantur, remedio sunt lapides tres, si [f], cum 2
feres arborem, ad radicem ipsam collocaueris [g]. At si iam arborem satam [h] habueris, scillam secundum radicem arboris serito. Alio modo, cum iam matura mala fuerint, antequam rumpantur, ramulos, quibus dependent, intorqueto. eodem modo

p) *stolone I. B. R. stolo P.* q) *ex se modum ramorum duas Goes.* r) *dum I. B. R.* s) *auelanam I. B. R.* t) *necesserere P. L.* u) *inuitam P. in vitem L.* x) *promodum P. prope modum I. B. R.* y) *auelanam I. B. R.* z) *punicum vere vsque I. B. R. a vere bre. L.* a) *aprienum P. apirenum I. I. aprinum Goes.* b) *lasaris G. St.* c) *oblenimus I. B. R.* d) *emendabit* omn. praet. L. qui nobisc. e) *arbore ventre medio rumpantur: lapides I. B. R. ventre medio erit lapides P. L.* f) *si* deest *I. B. R. si cum res L. P.* g) *colueris P. L.* h) *sitam L. Goes. I. B. R.*

10, 13 ET EX SVMMO DVVM RAMORVM) *Extensa in modum ramorum alias radices emittit* legi ex *L. de Arb.* vult VRSIN. Restituit hunc locum ex L. *de arb.* c. 22 Clar. Morgagnus, quod etiam ex Iensonio probatur, apud quem non *duum*, vt in aliis editis libris, sed *dum* tantum quod est altera pars τῦ *modum* prima vetustate elisa, excusum fuit. *Alias* quoque non *ambas* recte in eodem libro *de Arbor.* legitur. Radix enim soli duritie coercita in plures partes diffinditur. PONTED. Aliquanto blandius videbatur ex Goesiano libro et vestigiis scripturae vulgatae ita hunc locum constituere: *Et ex se in modum ramorum amplas radices emittit.* Broukhusius suspicabatur, *ex se modum duum ramorum amba radice emittis.* Iudica lector quid melius.

10, 14 TARENTINAM FACERE) Id est mollem et putamine fragili, (vnde *molluscae* etiam dictae) qua de re passim ex veteribus recentiores v. g. Car. Steph. praed. rust. p. 214. Senftleb. nuc. Saturn. c. 5 p. 36 et c. 6 p. 48. Locus classicus est Macrobii Sat. 3, 18 *Tarentina nux dicitur, quae ita mollis est, vt vix attrectata frangatur etc. Fragile putamen* ei, certe alteri eius generi tribuit Plin. 15, 22 f. 24 Conf. Pall. Ian. 15, 18 et Geop. 10, 66 vbi vocantur γυμνὰ κάρυα ἄχα κελύφων.

10, 14 EODEM TEMPORE) Legatur vt in L. de Arb. c. 22 *Hoc eodem tempore etc.* PONTED.

10, 15 QVOD SI ACIDVM) Comp. Pall. Mart. 10, 3 sq.

10, 15 OBLEVIMVS) *Oblinimus* malit VRSIN. credo, propter id, quod sequitur vulgo, *emendabit*, sed non dubitauimus *emendauit* scribere. Centum credo amplius exempla vel in rusticis nostris sunt, vbi *v* et *b* confusa, v. g. in hoc ipso loco de arbor. recte scribunt *emendauit*, sed primae editiones *emendabit.* De pandecte Florentino res nota.

10, 16 MALA PVNICA NE IN ARBORE) Eadem Africanus Geop. 10, 30 Plin. 17, 11. SCHOETTG. Add. Pall. Mart. 10, 4 et Geop. 10, 29. Caeterum non praetereunda Nic. Heinsii de hoc loco sententia ad Ouid. A. A. 2, 115, qui ex optimis membranis, quibus Lutetiae se vsum dicit, legendum censet, *mala Punica, ne in arbore bient, remedio erit*, cet. In membranis fuit *arborient.* Si rem putes, apparebit, non multum abesse a libro Heinsii scripturam Mediceam; et vnde ortum sit illud *ventre medio*, nimirum ex *bient remedio.* Cum deletum esset illud *bient*, verbum, quod desiderabat sententia, adiecerunt Critici. Videbatur mihi res certa. Sed malui in eam partem peccare, quae cautior plerisque videtur.

A. modo seruabuntur incorrupta [i] etiam toto anno. Pirum [k] autumno ante brumam 17
24 ferito, ita vt minime dies XXV ad [l] brumam superfint. quae vt fit ferax, cum ado-
leuerit, alte eam ablaqueato, et iuxta ipsam radicem truncum findito, et fissuram cu-
neo tedae pineae adigito [m], et ibi relinquito: deinde absumta [n] ablaqueatione, cine-
rem supra terram iniicito. Curandum est autem, vt quam generosissimis piris po- 18
maria conferamus. Ea sunt Crustumina, regia, Signina [o], Tarentina, quae Syria [p]
dicuntur, purpurea, superba, ordeacea [q], Aniciana [r], Naeniana [s], Fauoniana, la-
teritana, Dolabelliana, Turraniana, volema, mulsa, praecocia, venerea, et [t] quae-
A. dam alia, quorum enumeratio nunc longa est. Praeterea malorum genera exqui- 19
25 renda maxime Scandiana [u], Matiana, orbiculata, Sextiana [x], Pelusiana, Amerina,
Syrica, melimela [y], cydonia: quorum genera tria sunt, struthia, chrysomeliana [z],
mustea. Quae omnia non solum voluptatem, sed etiam salubritatem afferunt. Sor-
bi quoque et Armeniaci, atque Persici non minima est gratia. Et mala, sorba, pru-
na, post mediam messem vsque in Idus Feb. ferito. Mororum [a] ab Idib. Feb. vsque 20
ad aequinoctium vernum [b] satio [c] est. Siliquam Graecam, quam quidam κεράτιον [d]
vocant, et Persicum ante brumam per autumnum ferito. Amygdala, si parum fe-
rax erit, forata arbore lapidem adigito [e], et in [f] librum arboris inolescere finito.
2 Omnium autem generum ramos, circa Cal. Martias in hortis subacta [g] et stercorata 21
terra supra puluinos arearum disponere conuenit. Danda est opera, vt dum tene-
ros ramulos habent, veluti pampinentur, et ad vnum stilum primo anno [h] semina
redigantur. et [i] cum autumnus incesserit, ante quam frigus cacumina adurat, omnia
folia decerpere expedit, et ita crassis arundinibus, quae ab vna [k] parte nodos inte-
gros habeant [l], velut [m] pileis [n] induere [o], atque sic [p] a frigore et gelicidiis teneras 22
adhuc [q] virgas tueri. Post viginti quatuor deinde menses siue transferre et dispo-
nere in ordinem voles, siue inserere, satis tute [r] vtrumque facere poteris [s].

A. XI. [a] OMNIS surculus omni [b] arbori inseri potest, si non est ei, qui inseritur [c],
26 cortice [d] dissimilis. si vero etiam similem fructum, et eodem tempore affert, sine
scrupulo

i) *incorrupte H. A. G.* k) *Pirum I. B. R. H.* l) *a bruma Goes.* *ad brumam* om. *L.* m) *adigito B. R.* *adiicito I. L.* n) *adobruta Goes.* o) *signia I. B. R.* p) *syna P. sina L.* q) *hordeacea I. B. R.* r) *anitianea I. anitiana B. R.* *Turriana* inf. *L.* et post om. s) *veniana L. G. naeniana Goes.* t) *et* om. *I. B. R.* u) *gaudiana L. P.* *scaidia mammatiana Goes.* x) *cestina pedusiana P. L.* y) *melemela I.* z) *chrysomelina I. B. R.* a) *Malorum L. P.* b) *vernum* desic. *I. B. R.* c) *sactio P. I.* d) *ceration P.* e) *adiigito B. R.* al. *adiicito.* f) *ita I. B. R.* g) *trusa est L.* h) *acino I. B. R.* i) *Et* om. *Goes.* k) *ima I. B. R.* l) *habeat I. B. R.* m) *quasi tiliae P. L.* n) *sic* inf. *L. I. B. R.* o) *inducere I. B. R.* p) *sic* om. *I. B. R.* q) *adit vt P.* r) *tu te* separ. *G.* *tuto vtrius P.* *tuto verius* s) *poteris* om. *L.* [C. XI.] a) *Sed* praepon. *L. I. B. R.* b) *omni arbori* del. *I. B. R.* c) *arbori* adiic. *I. B. R.* d) *corticae I. I.* *arbori Goes.*

10, 17 FISSVRAM – ADIGITO) *Fissuram cuneum tedae pineae adigito* legi vult VRSIN. forte librarii culpa intercessit; voluitque VRSINVS *in fissuram.*

10, 18 ABSVMTA ABLAQVEATIONE) De hac phrasi dubitat Cl. PONTED. ad Col. arb. 24.

10, 20 LAPIDEM ADIGITO) Obtemperauimus VRSINO, qui hic etiam *adigito* legendum monuit. Librarii *adiicere* posuerunt, quo verbo in medicamentorum et ciborum compositionibus apud nostros sedem esse, index docet. *Adigito* et *adicito*, quod scribebant pro *adiicito*, parum distant et miscentur sexcenties.

10, 21 DANDA EST OPERA – PAMPINENTVR) Cum ante pampinationem stirpes germinare et adolescere debeant, apponerem haec libentius ex l. de Arb. c. 25 deprompta: *deinde cum creuerint*, danda est opera etc. PONTEDERA.

ſcrupulo egregie inſeritur. Tria genera porro inſitionum [e] antiqui [f] tradiderunt.
Vnum, quo reſecta et fiſſa arbor reſectos ſurculos accipit. Alterum, quo reſecta
inter librum et materiam ſemina admittit. quae vtraque genera verni [g] temporis
ſunt. Tertium, quo ipſas gemmas cum exiguo cortice in partem ſui delibratam [h]
recipit, quam vocant agricolae emplaſtrationem; vel [i], vt quidam, inoculationem.
2 Hoc genus inſitionis aeſtiuo [k] tempore optime vſurpatur. Quarum inſitionum [l] 2
rationem cum tradiderimus, a nobis quoque repertam docebimus. Omnes arbo-
res ſimulatque [m] gemmas agere coeperint, luna creſcente inſerito, oliuam autem
3 circa aequinoctium vernum, vſque in Idus Aprilis. Ex qua arbore inſerere voles,
et ſurculos ad inſitionem ſumturus [n] es, videto vt ſit tenera et ferax, nodisque cre-
bris: et cum primum germina [o] tumebunt, de ramulis anniculis [p], qui ſolis ortum
ſpectabunt, et integri erunt, eos legito craſſitudine digiti minimi: ſurculi ſint bi-
furci, vel trifurci. Arborem, quam inſerere [q] voles, ſerra diligenter exſecato ea 3
parte, qua maxime nitida et ſine cicatrice eſt, dabisque operam, ne librum laedas.
4 Cum deinde truncum [r] recideris, acuto ferramento plagam leuato. deinde [s] cuneum
tenuem ferreum vel oſſeum inter corticem et materiem ne [t] minus digitos tres, ſed
conſiderate, demittito [u], ne laedas aut rumpas corticem. Poſtea ſurculos, quos 4
inſerere voles, falce acuta ex vna [x] parte deradito tantum, quantum cuneus demiſ-
5 ſus [y] ſpatii dabit, atque ita, ne medullas, neue alterius partis corticem laedas. Vbi
ſurculos [z] paratos habueris [a], cuneum vellito [b], ſtatimque ſurculos in ea foramina [c],
quae cuneo adacto inter corticem et materiam feceris, demittito [d]. Ea autem fine [e],
qua adraſeris, ſurculos ſic inſerito, vt ſemipede, nec [f] amplius de arbore extent [g].
[in vna arbore duos, vel ſi truncus vaſtior eſt, plures calamos recte inſeres, quatuor
digitorum inter eos ſit ſpatium. pro arboris magnitudine et corticis bonitate haec
6 facito. Cum omnes ſurculos, quos arbor ea patietur, demiſeris, libro vlmi, vel 5
iunco, aut vimine arborem conſtringito: poſtea paleato luto bene ſubacto obli-
nito [h] totam plagam, et ſpatium, quod eſt inter ſurculos, vſque eo [i] dum minime
quatuor digitis inſita [k] extent.] ſupra deinde [l] muſcum imponito, et ita ligato,
ne pluuia dilabatur. Quoſdam tamen magis delectat in trunco arboris locum ſemi-
nibus

e) *inciſionum L.* et ita ſaepe. f) *antiqui B. R. antequi I.* g) *veris I. B. R.* h) *deliberatam H. A. G.* i) *velut* iunct. *I. B. R.* k) *aeſtiuum temporis P.* l) *conſitionum I. B. R.* m) *ſimul P. L.* n) *ſumes L. I. B. R.* o) *germinatum ibunt L. I. B. R. Goeſ.* p) *anniculis* om. *L. I. B. R.* q) *debes ſeu* inſ. *L.* r) *truncam reddideris P. Goeſ.* s) *quaſi* inſer. *Goeſ. I. B. R.* t) *demittito I. B. R.* u) *dimittito. I. B. R.* x) *ima I. B. R.* y) *dimiſſus I. B. R.* z) *dimittito* inſ. *L. P.* a) *ſtraueris L. P.* b) *vel lecto L. P. veliso G.* c) *forma P. Goeſ.* d) *demittito* om. *L.* e) *ſine qua I. B. R.* f) *vel I. B. R.* g) *ima Goeſ.* h) *oblinito: tum Goeſ.* i) *vſque ad eodem Goeſ. eo vt duobus* lib. de arb. k) *iuſta Goeſ.* l) *inde eſt* ſiue *deinde ramuſculum P. ſupra inde eſt deinde ramuſcula Lipſ.*

11, 1 INOCVLATIONEM) Graece ἐνοφθαλμισμόν, Theophr. hiſt. plant. 2, 1 videatur Harduinus ad Plin. 7, 14. SCHOETTG. Noſtri ſane ruſtici hoc genus inſerendi vocant *das oculiren.*

11, 5 IN VNA ARBORE) Quae vncis incluſa ſunt, ex ſolo de Arboribus libro c. 26, 4 et 5 huc reponere cum Cl. SCHOETTGENIO auſi non eſſemus, niſi et in Goeſiano ita eſſet, et mox ſ. 8 ad haec ipſa verba auctor nos remitteret. Adde quod repetitio verbi *extent* manifeſte oſtendit, qui factum ſit, vt, quae inter ea interiecta fuerant, vna cum alterutro *extent* interciderint.

11, 6 QVATVOR DIGITIS) Quod eſt de arb. *duobus digitis,* id inde puto accidiſſe. Semipede, h. e. ſex digitis de arbore extare ſurculos voluit Columella. Lutum ſubactum ſi illinatur *ad duos digitos* extabunt ſurculi *quatuor digitis.* Hos numeros vel ipſe auctor aliud agens miſcuit, vel, quod probabilius eſt, librarii.

11, 6 QVOS-

nibus ferra [m] facere, infectasque [n] partes tenui fcalpello leuare, atque ita furculos
6 aptare. Si pufillam arborem inferere [o] voles, imam abfcindito, ita vt fefquipede [p] 7
e terra extet. et [q] cum deinde praecideris, plagam diligenter leuato: et medium
truncum, acuto fcalpello [r] permodice findito, ita vt fiffura digitorum trium fit in
ea. deinde cuneum quo diducatur, inferito, et furculos ex vtraque parte derafos [s]
demittito [t], fic vt librum feminis libro arboris aequalem facias. Cum furculos di- 8
ligenter aptaueris, cuneum eximito, et arborem, vt fupra dixi, alligato: deinde
terram circa arborem adaggerato vfque ad [u] ipfum infitum. ea res a vento et calore
7 maxime tuebitur. Hoc [x] tertium genus infitionis [y] cum fit fubtiliffimum, non omni
generi [z] arborum idoneum eft, fed fere recipiunt talem infitionem, quae humidum,
fuccofumque, et validum librum habent, ficut ficus. Nam et lactis [a] plurimum 9
8 mittit, et corticem robuftum habet. optime itaque inferitur [caprifici ramus]. Ex
arbore, de qua inferere voles, nouellos et nitidos ramos eligito, in iifdemque [b]
obferuato gemmam, quae bene apparebit, certamque [c] fpem germinis habebit:
eam duobus digitis quadratis circumfignato, vt gemma [d] media fit: et ita acuto
fcalpello circumcidito [e] delibratoque diligenter, ne gemmam laedas. poftea [f] item 10
alterius arboris, quam emplaftraturus es, nitidiffimum [g] ramum eligito, et eiufdem
fpatii corticem circumcidito, et materiam delibrato. deinde in eam partem, quam
9 nudaueris, praeparatum emplaftrum aptato, ita vt alterae delibratae parti [h] conueniat. 11
Vbi ita haec feceris, circa gemmam bene alligato, cauetoque ne laedas ipfum germen.
deinde commiffuras et vincula luto oblinito, fpatio relicto, vt gemma libera vincu-
lo non vrgeatur. arboris autem infitae fobolem et ramos fuperiores praecidito, ne
quid fit, quo [i] poffit fuccus [k] euocari [l], aut ne [m] cui magis quam infito feruiat. poft
XXI diem foluito emplaftrum. et hoc genere optime etiam inferitur olea. Quar- 12
tum [n] illud genus infitionis iam docuimus, cum de vitibus [o] difputauimus. itaque
A. fuperuacuum eft hoc loco repetere traditam rationem terebrationis. Sed cum anti-
27

m) *fera G.* n) *infectasque I. B. R.* o) *ferere I. B. R.* p) *fexquipedem I. B. R. fexquipede H. A. Gr. G.* q) *et* om. *Goef.* r) *fcalpro modice Goef.* s) *adrafos L. P.* t) *demittito I. B. R. I. I. H. A.* al. *dimitt.* u) *in idipfum I. B. R.* x) *Nos I. B. R. Goef.* y) *inuenimus, quod* inf. *I. B. R.* z) *genere arbori P.* a) *latis R.* b) *ea carifici ratione* inf. ex *arb. Goef.* c) *iis deinde feruato I. B. R. ferito L. P. iis dein quaerito Goef.* d) *certaminis babebit P.* e) *gemmae cafite: vt acuto P.* f) *circumcide diligenter n. e. L. delibrato item L.* g) *Delibrato item alteram arborem I. B. R.* h) *nitidum I. B. R.* h) *parco veniat P. parte veniat L.* i) *quod I. B. R.* k) *fuccus* om. *I. B. R.* l) *vocari P. auocari Goef. occari I. B. R.* m) *nec vini P. necui* iunctim *I. I. H. A. nec vim agis G.* n) *Quarum P.* o) *vitis P.*

II, 6 QVOSDAM TAMEN — SVRCVLOS APTARE) Haec, quae in L. *de arbor.* non apparent, non mediocrem mihi dubitationem iniiciunt, vitiofane an contra fint, quoniam ea fufius expreffa apud Palladium inuenio, qui folet plerumque ita excerpere, vt in compendium redacta difponat. Sunt autem 3, 17, 3. Accedit etiam quod in veteri codice non *quosdam tamen* fed *quos tamen* legatur ex quo ita periodus fufpenditur, vt cum ad extremum membrum *atque ita furculos aptare* peruenimus, aliud expectemus. PONTED.

II, 8 ET ARBOREM VT SVPRA DIXI ALLIGATO) Addatur ex l. *de Arb. et oblinito.* PONTED.

II, 9 CAPRIFICI RAMVS) Lege cum libro de Arb. *tali ratione*: vel cum Goef. *optime igitur ea inferitur ratione.* SCHOETTG. Vndecunque fint haec duo verba, huc ea conuenire minime puto. Forte funt ex f. 10. Illa enim altera arbor emplaftranda caprificus eft, vt puto.

II, 11 HOC GENERE) Hoc modo. Caelius Aurelianus Acut. praef. n. 15 de Afclepiade: *Denique in diffinitionum libris alienationem diffiniens hoc genere explicauit etc.* Pluries occurret infra apud Palladium. SCHOETTG.

II, 12 IAM DOCVIMVS) Supra 4, 29, 13.

qui negauerint [p] poſſe omne genus ſurculorum in omnem arborem inſeri, et [q] illam
quaſi finitionem, qua nos paullo [r] ante vſi ſumus, veluti [s] quandam legem ſauxe-
rint [t], eos tantum ſurculos poſſe coaleſcere, qui ſint cortice, ac libro, et fructu
conſimiles iis arboribus, quibus inſeruntur; exiſtimauimus [u] errorem huius opi-
nionis diſcutiendum, tradendamque poſteris rationem, qua poſſit omne genus ſur-
13 culi omni generi arboris inſeri. Quod ne longiore exordio legentem fatigemus,
vnum quaſi [x] exemplum ſubiiciemus, quo poſſit omne genus ſurculi omnibus [y] ar-
boribus inſeri. Scrobem [z] quoquouerſus [a] pedum [b] quatuor ab arbore oliuae tam 2
longe fodito, vt extremi rami oleae poſſint eam contingere. in ſcrobem deinde fici
14 arbuſculam deponito, diligentiamque adhibeto, vt robuſta et nitida fiat. Poſt tri-
ennium [c], cum iam ſatis amplum incrementum ceperit [d], ramum oliuae, qui vide-
tur nitidiſſimus, deflecte, et ad crus arboris ficulneae religa: atque ita amputatis
caeteris ramulis, ea tantum cacumina [e], quae inſerere voles, relinque. tum arbo-
15 rem fici detrunca, plagamque leua, et mediam cuneo finde. cacumina deinde oli- 3
vae, ſicuti matri cohaerent, ex [f] vtraque parte abrade [g], et ita fiſſurae fici inſere,
cuneumque exime, diligenterque [h] ramulos colliga, ne qua vi reuellantur [i]. ſic in-
terpoſito triennio conualeſcit [k] ficus cum olea, et tum demum quarto anno, cum
bene coierint [l], velut propagines, ramulos oliuae a matre reſecabis. hoc modo
omne genus in omnem arborem inſeres. At [m] prius quam finem libri faciamus,
quoniam fere ſpecies ſurculorum omnium [n] perſecuti ſumus prioribus libris, de cy-
tiſo [o] dicere nunc tempeſtiuum eſt.

XII. CYTISVM [a] in agro eſſe quam plurimum maxime referet [b], quod galli- A.
nis, apibus [c], capris, bubus quoque et omni generi pecudum vtiliſſimus [d] eſt: quod 28
ex eo cito pingueſcit, et lactis plurimum praebet [e] ouibus [f]: tum [g] etiam quod [h]
octo menſibus [i] viridi eo pabulo vti, et poſtea arido poſſis [k]. praeterea [l] in quoli-
bet agro, quamuis macerrimo, celeriter comprehendit: omnem iniuriam ſine no-
2 xa patitur. Mulieres quidem ſi lactis inopia premuntur [m], cytiſum aridum in aquam 2
macerari [n] oportet, et cum tota nocte permaduerit, poſtero die expreſſi ſucci ter-
nas heminas permiſceri modico vino, atque ita potandum dari [o]: ſic et ipſae [p] vale-
bunt,

p) *denegauerint I.B.R.* q) *ex illa definitione Goeſ. Lipſ. B.R.. diffinitione I. et extila etc. P.* r) *ante paullo I B.R.* s) *vel antecedentem P.* t) *ſanxerunt I.B.R.* u) *exiſtimabimus I.* x) *quaſi* deficit *I.B.R.* y) *dimiſſis P.L.* z) *Scrobe P.* a) *quoquo verſus Gr. G. St.* b) *pedes I.B.R.* c) *biennium L. Goeſ. I.B.R.* d) *coeperit B.R.* e) *cacuminis relinque P. cacumine relinque L.* f) *ex* om. *Goeſ. I.B.R.* g) *adrade Goeſ.* h) *que* om. *P. et diligenter colliga I.B.R.* i) *reuellatur I.B.R.* k) *coaleſcet Goeſ.* l) *coierit I.B.R. cum enociuerit L.* m) *Ac I.B.R.* n) *omnes perſequimur: priores libros de cythiſo incipere parum: ac tempeſtium fuit. Nunc arboris praecipientes opportune eius meminerimus. I.B.R.* o) *cythiſo incipere paruum ac tempeſtiuum fuit nunc arboris precipientis opportune eius meminerimus.* inſ. *L.* [C. XII.] a) *Cythiſum* a Commel. omnes. Et ſic per totum caput: b) *refert a Vict.* c) *oui-bus* inſer. *Goeſ.* d) *vtiliſſimum Goeſ.* e) *cum etiam ouis octo Goeſ. etiam cum* interpon. *P.* f) *ouis I.B.R.I.I.* om. *L.* g) *tum etiam* om. *P.* h) *quod* defic. *I.B.R. ouis L.* i) *menſis P.* k) *poſſit Goeſ. I.B.R.* l) *Propterea I.B.R.* m) *praemuntur G.* n) *macerare, permiſcere, dare Goeſ.* o) *dare I.B.R.* p) *ipſe R.G.*

11, 12 PAVLLO ANTE) Ipſo principio huius cap.

11, 13 SCROBEM QVOQVO VERSVS) Laudat Plin. 17, 19 ſ. 30, n. 7.

12, 1 GALLINIS, APIBVS) Pro *apibus*, vt eſt in vulgatis codicibus, videtur legendum *ouibus*. Nam ſequitur: *Quod ex eo cito pingueſcit, et lactis plurimum praebet ouis.* ex voce autem *ouibus*, fecit librarius *apibus*, facili lapſu. VRSINVS.

12, 2 IN AQVAM MACERARI) F. *in aqua.*

12, 3 QVA-

3 bunt, et pueri abundantia lactis confirmabuntur. Satio autem cytisi vel autumno
circa Idus Octobris, vel vere fieri potest. Cum terram bene subegeris, areolas fa- 3
cito, ibique velut ocimi [q] semen cytisi autumno serito. Plantas deinde vere dispo- 4
nito [r]: ita vt inter se quoquouersus quatuor pedum spatia distent. Si semen non
habueris, cacumina [s] cytisorum vere [t] deponito, et [u] stercoratam terram circumag-
gerato [x]. Si pluuia non incesserit [y], rigato quindecim proximis diebus: simulatque
nouam frondem agere [z] coeperit, sarrito, et post triennium deinde caedito, et pe-
4 cori praebeto. equo abunde est viridis pondo [a] x v [b], bubus pondo vicena, caete-
risque pecoribus pro portione virium. Potest [c] etiam ante Septembrem [d] satis
commode ramis [e] cytisus seri, quoniam facile comprehendit, et iniuriam sustinet.
Aridum [f] si dabis, parcius praebeto, quoniam vires maiores habet, priusque [g] aqua 5
macerato, et exemtum [h] paleis permisceto. Cytisum cum aridum [i] facere voles,
circa mensem Septembrem, vbi semen eius grandescere incipiet, caedito, paucis-
que horis, dum flaccescat [k], in sole habeto: deinde in vmbra [l] exsiccato [m], et ita
condito [n]. Hactenus de arboribus praecepisse abunde est, reddituro pecoris curam
et remedia sequenti volumine.

q) *ocymi* praeter Comm. omnes. r) *disposito P.* s) *ima* inser. *I. B. R.* t) *vere* omiss. *I. B. R.* u) *et* om. *I. B. R.* x) *circum aggerato* diu. G. *circa aggerato I. B. R.* y) *ingesserit I. B. R. ingresserit Goes. ingarserit L.* z) *agere* deest *P.* a) *pedes P.* b) *XII. L. I. B. R.* c) *autem* ins. *L. P. Goes.* d) *circa saepem agri Goes. etiam setem agri L. septem agri commode P.* e) *ramis cytisus* desunt *I. B. R.* f) *Aridam P.* g) *priusquam H.* h) *exemptam I. B. R. H. A. G.* i) *aridam P.* k) *flaccescat* altera manus *L.* l) *in* om. *Goes.* m) *exiccato I. I. H. siccato Goes.* n) *incondito H.*

12, 3 QVATVOR PEDVM SPATIA) Melius credo *spatio*, vt est in de arb.

AD COLVMELLAE
LIB. V. CAP. II, 5.

Quaesieram, pro amicitiae nostrae iure, ex Celeberrimo Hambergero, I An solutio a Columella 5, 2, 5 proposita demonstrari possit? II An ea transferri possit ad triangula alia aequilatera? Ad haec ille ista, quae inuidere lectoribus nolui, quamvis ipse quaestiones meae confessionem habeant, in erudito illo puluere minus me, quam vellem versatum: et ipse non scripserit eo consilio, vt cum omnibus communicarentur.

Huius quaestionis nulla datur solutio, quia assertum, (quod nempe $\frac{1}{3}$ atque $\frac{1}{10}$ □i lateris △li aequilateri, vel, quod eodem redit, $\frac{10}{30}+\frac{3}{30}=\frac{13}{30}$ eiusdem □i sint areae trianguli aequales) non nisi vero est proximum.

Hoc vt demonstrem, praesuppono, quod, si quantum sub signo radicali multiplicandum sit cum alio quanto absque signo radicali, hoc prius ad □i dignitatem euehi debeat, et dein, multiplicatione quantorum facta, productum sub signo scribendum sit radicali: v. g. sit $\sqrt{9}=3$ multiplicanda per 4, aut ita scribendum $4\sqrt{9}$ aut 4 ad dignitatem □i euehendum, et 9 multiplicatum per $16, = 144$ sub signo radicali ponendum et erit $\sqrt{144}=12=3.4$.

Sit iam Latus △li aequilateri $=a$, erit □ eiusdem aa, et huius pars tertia atque decima $=\frac{1}{3}aa+\frac{1}{10}aa=$ (ex hypoth.) areae trianguli.

Quaeramus hanc aream △li methodo demonstratiua hinc assumamus eiusdem dati trianguli dimidium [figura: c, d, e] cde, erit $ce=a$, □$ce=aa$, $de=\frac{1}{2}a$, □$de=\frac{1}{4}aa$ ego per theor. Pythag. □ $cd=aa-\frac{1}{4}aa$ hinc $cd=\sqrt{aa-\frac{1}{4}aa}$, quod si igitur haec linea cd tanquam perpendiculum per dimidiam basin $de=\frac{1}{2}a$ multiplicatur, prodit area △i $\frac{1}{2}a\sqrt{aa-\frac{1}{4}aa}=\sqrt{\frac{1}{4}a^4-\frac{1}{16}a^4}$ (si nempe, vi praesuppositi, $\frac{1}{2}a$ euehitur ad □i dignitatem et dein $\frac{1}{4}aa$ multiplicatur cum quanto sub signo radicali $aa-\frac{1}{4}aa$, et productum sub signo radicali ponitur.) Cum vero, si diuersae denominationes ad eandem reducuntur, modo dictum factum $\frac{1}{4}a^4-\frac{1}{16}a^4=\frac{4}{16}a^4-\frac{1}{16}a^4=\frac{3}{16}a^4$ erit etiam $\sqrt{\frac{1}{4}a^4-\frac{1}{16}a^4}=\sqrt{\frac{3}{16}a^4}$.

Quod si ergo resolutio Columellae in rigore geometrico daret aream △li, foret $\frac{1}{3}aa+\frac{1}{10}aa=\sqrt{\frac{3}{16}a^4}$ hinc horum quantorum quoque □a forent aequalia i. e. $\frac{1}{9}a^4+\frac{1}{15}a^4+\frac{1}{100}a^4$ foret $=\frac{3}{16}a^4$

$$
\begin{array}{l}
\frac{1}{3}aa+\frac{1}{10}aa\\
\frac{1}{3}aa+\frac{1}{10}aa\\
\hline
+\frac{1}{30}a^4+\frac{1}{100}a^4\\
\frac{1}{9}a^4+\frac{1}{30}a^4\\
\hline
\frac{1}{9}a^4+\frac{1}{15}a^4+\frac{1}{100}a^4
\end{array}
$$

reducantur hae fractiones ad eandem denominationem, dabunt hoc □ $=\frac{1500}{13500}a^4+\frac{900}{13500}a^4+\frac{135}{13500}a^4$ colligantur

gantur hae fractiones in vnam summam et erit $\square = \frac{2535}{13500} a^4 = \square \circ \sqrt{\frac{3}{16} a^4} = \frac{3}{16} a^4$ ergo, cum fractiones sint rationes, si fractiones sunt aequales, erunt etiam rationes aequales; rationes =les dant proportionem, in qualibet proportione geometrica factum extremorum est =le facto mediorum: Hinc si 2535 : 13500 = 3 : 16 foret factum ex 2535 in 16 = 40560 ≠ 40500 i. e. facto ex 13500 in 3. Cum igitur istud, quod ex hypothesi fluit, sit falsum, erit etiam ipsa hypothesis falsa.

De secunda ergo quaestione patet, demonstrationem prioris problematis, quia non datur, ad alia triangula non aequilatera transferri non posse. Tametsi vero demonstratio vniuersalis dari non possit, ipsum tamen problema facillime vniuersale euadit. nam cum △ praesupponatur aequilaterum et vnum latus sit datum, omnia latera data erunt, et sic speciale Columellae problema ad omnia △la applicatum tale erit.

Datis tribus lateribus △li cuiuscunque inuenire aream

Resolutio haec est:

1) A dimidio summae trium laterum subtrahantur latera singula.

2) Idem dimidium multiplicetur per vnam differentiam inuentam.

3) Hoc factum multiplicetur per alteram differentiam inuentam.

4) Hoc factum multiplicetur per tertiam differentiam inuentam.

5) Ex hoc facto extrahatur radix.

Haec erit area desiderata.

Sit v. g. cuius latera 3. 4. 5. erit summa = 12, dimidium summae = 6, differentia inter hoc dimidium et quodlibet latus

	6	6	6
	3	4	5
=	3	2	1

multiplicetur 6 per 1, factum = 6 per 2, hoc factum = 12 per 3 ex hoc facto = 36 extrahatur radix = 6 quae est area desiderata.

Huius solutionis demonstrationem Algebraico-geometricam si scire cupis, dabo.

◆ ◆ ◆

Nolebam fatigare virum eruditissimum, cum ista non parentur Geometris: Sed interrogaui, quod magis ad rem meam tum pertinebat, I An demonstrari possent, quae habet Columella 5, 2, 7? II Itemque ea, quae habet idem 5, 2, 8? et III, quae docet 5, 2, 9? Responsum tuli eiusmodi.

Responsio ad quaestionem primam:

a) Area circuli oritur, si peripheria in 4tam partem diametri, vel integra diameter in peripheriae 4tam partem ducitur.

b) Quadratum diametri oritur, si diameter per diametrum multiplicatur.

c) Sunt ergo □ diametri, atque area circuli facta ex diametro atque ex peripheriae 4ta parte in diametrum, i. e. sunt facta ex duobus numeris multiplicatis per eundem tertium: Talia vero facta sunt vti numeri dati.

d) Ergo etiam □ diametri erit ad aream circuli, vti diameter ad peripheriae quartam partem, siue, cum dupla sint vti simpla, vt duplum diametri ad duplum 4tae partis peripheriae i. e. semiperipheriam.

Ad quaestionem secundam:

Dimidia sunt vti integra. ergo etiam factum ex semidiametro in diametrum, i. e. dimidium diametri quadratum erit ad dimidiam circuli aream, vt totum □ ad totam aream, i. e. vt duplum diametri ad dimidium peripheriae.

Non scio Autorem, qui tales resolutiones dedit. Video quidem B. Sturmium in Mathesis compendiariae Tabul. Geometr. 2da dixisse esse □ diametri ad aream circuli secundum Archimedem vt 14 ad 11. sed dubito an ipse viderit, 14 esse duplum diametri et 11 dimidium peripheriae: hinc an sciuerit □um diametri esse ad circuli aream vti duplum diametri ad dimidium peripheriae.

Tertium problema Columellae agit, (nisi me omnia fallunt) de inueniendа segmenti circuli magnitudine: sed Columellae resolutio nullibi dat veram magnitudinem, nisi in isto speciali casu, vbi chorda habet 16 sagitta vero 4 partes, hinc nec demonstrari potest.

L. IVNII

L. IVNII MODERATI COLVMELLAE DE RE RVSTICA LIBER SEXTVS

PRAEFATIO.

Scio quosdam [a], Publi Siluine, prudentes agricolas pecoris [b] gregariorumque
pastorum abnuisse curam, et eam velut inimicam professionis suae disciplinam
constantissime repudiasse. neque infitior [c] id [d] eos aliqua ratione fecisse, quasi [e] sit
agricolae contrarium pastoris propositum: cum ille quam maxime subacto et puro
solo gaudeat, hic nouali, graminosoque; ille fructum e terra speret, hic e pecore,
ita [f] fit, vt quod arator abominatur [g], contra pastor optet, herbarum prouentum.
Sed in his [h] tam discordantibus votis est tamen quaedam societas, atque coniunctio: 2
quoniam et pabulum e fundo plerumque domesticis pecudibus magis, quam alienis
depascere ex [i] vsu sit, et [k] copiosa stercoratione, quae contingit e gregibus, terre-
stres fructus exuberant [l]. Nec tamen vlla regio est, in qua modo frumenta gignan- 3
tur, quae non, vt hominum [m], ita armentorum adiumento [n] iuuetur. vnde etiam
iumenta [o] nomen a re traxere, quod nostrum laborem, vel onera subuectando, vel
arando iuuarent. Itaque sicut veteres Romani praeceperunt, ipse quoque censeo
tam pecorum quam agrorum cultum pernoscere. Nam in rusticatione vel antiquis- 4
sima est ratio pascendi, eademque quaestuosissima. propter quod nomina quoque et [p]
pecuniae et peculii tracta videntur a pecore: quoniam [q] id solum veteres possede-
runt, et [r] adhuc apud quasdam gentes vnum hoc vsurpatur diuitiarum genus: et
nunc [s] apud nostros quidem colonos alia res vberior [t] nulla est. vt etiam M. [u] Cato
credidit [x], qui consulenti, quam partem rei rusticae exercendo celeriter locupletari
posset? respondit, si bene pasceret [y]: rursusque interroganti, quid deinde faciendo
satis vberes fructus percepturus [z] esset [a]? affirmauit, si mediocriter pasceret. Caete- 5
rum de tam sapiente viro piget dicere, quod eum quidam auctores memorant, eidem [b]
quae-

VARIETAS LECTIONIS.

[Lib. VI. Praef.] a) *libros* inf. *L. Goes.* b) *pecoris abnuisse curam, gregariorumque pastorum velut inimicam I. B. R. I. I. L. Goes.* c) *inficior* praet. Commel. omnes. d) *ideo I. B. R.* e) *qua P. Goes.* f) *ideoque arator I. B. R. I. I. L. Goes.* g) *abominetur. At contra I. B. R. I. I. Goes.* h) *iis I. B. R.* i) *exuestet P. L.* k) *et* abest *I. B. R.* l) *exuberant L. Goes. I. B. R. exuberare* al. m) *ouium I. B. R.* n) *adiuratorio Goes. adiurator iugulatur L. adiurator iuguletur P.* o) *et armenta* inf. *L. Goes.* p) *et* om. *I. B. R.* q) *quod non solum I. B. R. quo id non solum P. copia et non L.* r) *sed I. B. R.* s) *ut Goes. L. I. B. R.* t) *superior vt M. Cato I. B. R. re superior L. et Goes.* u) *magr.* h. e. magister *L.* x) *reddidit P.* y) *ipsas geret P. bene ipsas pasceret geres L.* z) *praecepturus I. B. R.* a) *est P.* b) *quidnam* impressi *eidem Mss.*

3 VNDE ETIAM IVMENTA) Haec et quae sequuntur pleraque sumta sunt e Varrone 2, 1 vbi vide notas. SCHOETTG.

7 PIGET DICERE) Piguit certe Plinium, qui cum 18, 5 f. 6 duas quaestiones et responsiones retulisset, de tertia tacet, cum tamen hyper-
bolarum

quaerenti, quodnam [c] tertium in agricolatione quaestuosum esset? asseuerasse, si quis vel male pasceret; cum praesertim maius dispendium sequatur inertem et inscium [d] pastorem, quam prudentem diligentemque compendium [e]. De [f] secundo tamen responso, dubium non est, quin mediocrem negligentiam domini fructus pecoris exu-
6 peret [g]. Quam ob rem [h] nos quoque hanc partem rei rusticae, Siluine, quanta valuimus industria, maiorum secuti praecepta, posteritati mandauimus. Igitur cum sint duo genera quadrupedum, quorum alterum paramus in consortium operum, sicut bouem, mulam, equum, asinum; alterum voluptatis, ac reditus et custodiae causa, vt ouem, capellam [i], suem, canem: de eo genere primum dicemus, cuius vsus
7 nostri laboris est particeps. nec dubium, quin (vt ait Varro) caeteras pecudes bos honore superare debeat, praesertim autem [k] in Italia, quae ab hoc nuncupationem traxisse creditur, quod olim Graeci tauros Ἰταλὰς [l] vocarent; et in ea vrbe, cujus in [m] moenibus condendis [n] mas et foemina aratro terminum signauerunt [o], velut pecus [p]: quod item [q] Athenis Cereris et Triptolemi fertur minister: quod inter fulgentissima sidera particeps caeli: quod deinde laboriosissimus adhuc hominis socius in agricultura: cuius tanta fuit apud antiquos veneratio, vt tam capitale esset bouem necasse [r], quam ciuem. Ab hoc igitur promissi operis capiamus exordium.

CAPVT I.

QVAE in emendis bubus sequenda, quaeque vitanda sint [a], non ex facili dixerim; cum pecudes pro regionis caelique statu, et habitum corporis, et ingenium

c) *quoidam P. cuidam* impr. *quodnam L. quidam Gesf.* d) *saeuum I. B. R.* e) *comprendi P. L.* f) *Vnde L. I. B. R.* g) *exuberet I. B. R.* h) *causam Gesf. I. B. R.* i) *capellas. Bouem (Ouem I.) tamen de primo genere dicemus I. B. R. caprellas, ouem tamen de eo genere primum dicemus L.* k) *et L. I. B. R.* it. *Mss. Heins.* ad Ouid. Fast. 4, 826. l) *italos L. I. B. R.* m) *in* deest *I. B. R. et Heins. l. c.* n) *si* interser. *I. B. R.* o) *signauerint I. B. R.* p) *petum I. B. R. petam Mss. Heins. l. c.* vnde ipse coniicit *nietam. potum. L.* q) *atticis* inser. *Gesf. I. B. R. atticus L. et Mss. Heins. l. c.* vnde ipse fingit *atticis.* r) *necuisse Gesf.* [C. I.] a) *sunt I. B. R.*

bolarum sit amantissimus. At non piguit Ciceronem, qui Offic. 2, 25 *tertium, male pascere*, et *quartum, arare* adiicit. Nec abhorret illa tertia responsio ab ingenio Catonis, quam imitatus est eius pronepos, qui interrogantibus, quem maxime amaret, respondit *fratrem*, quem secundum, iterum *frat-em* dixit: quem tertium, iterum *fratrem*. Plut. in Vit. Cat. p. 1396. ed. H. Steph. Similia de hypocrisi oratoris Quintil. 11, 3, 6.

7 VT AIT VARRO) 2, 5, 3.

7 CVIVS MOENIBVS CONDENDIS — ARATRO MVRVM SIGNAVERVNT ET PORTAS, QVOD ITEM) Ita hic locus videtur emendandus ex vestigiis antiquae lectionis in codice manuscripto, et ex praefatione lib. 2 Varronis, vbi est: *et quod vrbis, cum condita est, tauro et vacca, qui essent muri et portae definitum.* Videnda, quae ad locum Varronis notauimus. VRSIN. Locus Varronis est 2, 1, 10. Notus etiam est mos condendarum coloniarum in nummis expressus. Caeterum corruptum hunc locum esse nihil dubito. Recte sanatum ab Vrsino, quantum ad fohrobriam certe, arbitror; licet recipere viri ingeniosissimi emendationem non ausim.

7 MAS ET FOEMINA ARATRO) *Mos fuit priscorum in condendis vrbibus, vt conditores taurum, et vaccam simul iungerent, cincti ritu Gabino, tenentes stiuam incuruam, vt glebae omnes intrinsecus caderent, et ita sulco ducto loca murorum designabant, aratrum suspendentes circa loca portarum. Ex hac antiquorum consuetudine tractum est illud Vergilianum:* Interea Aeneas vrbem designat aratro. *Hinc Ouidius quoque scribit in Fastis:* Inde premens stiuam signauit moenia sulco, Alba iugum niueo cum boue vacca tulit. *Videtur Colum. mutuatus esse haec ex M. Varrone ita scribente,* Et aes antiquissimum est, quod conflatum, pecore est notatum, et quod vrbs cum condita est, tauro et vacca qui essent muri et portae definitum. BEROALD.

7 CERERIS — MINISTER) Etiam hoc est Varronis et reliqua huius capitis 2, 5, 3 et 4.

1 De bubus conf. Plin. 8, 54 s. 70.

1, 3 PA-

nium [b] animi, et pili colorem gerant [c]. Aliae formae sunt Asiaticis, aliae Gallicis,
Epiroticis aliae. nec tantum diuersitas prouinciarum, sed ipsa quoque Italia [d] partibus
suis discrepat. Campania plerumque boues progenerat albos et exiles, labori [e] ta-
men et culturae patrii soli non inhabiles. Vmbria vastos, et albos; eademque ru- 2
bros [f]: nec minus probabiles animis, quam corporibus. Hetruria [g] et Latium
compactos, sed ad opera fortes. Appenninus durissimos omnemque difficultatem
tolerantes, nec ab aspectu decoros. quae cum tam varia et diuersa sint, tamen
quaedam quasi communia, et certa praecepta in emendis iuuencis [h] arator sequi de-
bet, eaque Mago Carthaginiensis [i] ita prodidit, vt nos deinceps [k] memorabimus.
Parandi sunt boues nouelli, quadrati, grandibus [l] membris, cornibus proceris, ac ni- 3
grantibus et robustis, fronte lata et crispa, hirtis auribus, oculis et labris [m] nigris,
naribus resimis patulisque, ceruice longa et torosa, palearibus amplis, et pene ad
genua promissis, pectore magno, armis vastis, capaci et tanquam implente vtero,
lateribus porrectis, lumbis latis, dorso recto planoque, vel etiam subsidente [n], clu-
nibus rotundis, cruribus compactis ac [o] rectis, sed breuioribus potius quam longis,
nec genibus improbis, vngulis magnis, caudis longissimis, et setosis pilosisque [p],
corpore denso breuique, colore rubeo [q] vel fusco, tactu corporis mollissimo.

II. TALIS notae vitulos oportet, cum adhuc teneri sunt, consuescere manu
tractari, ad praesepia religari, vt exiguus in domitura labor eorum, et minus sit peri-
culi. Verum neque ante tertium, neque post quintum annum iuuencos domari
placet, quoniam illa aetas adhuc tenera est, haec iam praedura [a]: eos autem, qui [b]
de grege feri [c] comprehenduntur, sic subigi conuenit. Primum omnium spatiosum 2
stabulum praeparetur, vbi domitor facile versari, et vnde digredi [d] sine periculo pos-
sit. Ante stabulum nullae angustiae sint, sed aut campus, aut via late patens: vt
cum producentur iuuenci, liberum habeant excursum, ne pauidi aut arboribus, aut
obia-

b) *ingenii I. B. R.* c) *gerunt I. B. R.* d) *Italiae I. I.* e) *laboris I. B. R.* f) *robios* manus prior *robias* manus secunda *Goes.* g) *Etruria I. B. R.* h) *iumentis I. B. R.* i) *carthaginensis I. B. R. G.* k) *deinde I. B. R.* l) *grandes I. B. R.* m) *labiis I. I. H. A. Gr. G. St.* n) *subidentes I. B. R.* o) *arrectisque I. B. R.* p) *pilosusque Goes.* q) *rubii vel fusci Goes.* [C. II.] a) *praeduros autem quidem L.* b) *quidem P.* c) *feri P.* d) *degredi Goes.*

1, 3 PARANDI SVNT BOVES) Pleraque signa etiam sunt Geop. 17, 2 totum prope hunc locum in suas areolas transtulit Pall. Mart. 11 conf. Col. 6, 20 et 21.

1, 3 ET TANQVAM INCIENTE VTERO) Ita videtur leg. pro vulgari *implente*. Sed non semel in hoc verbo erratum est, cum apud Columellam, tum apud Varronem et Arnobium. Videndus Festus in *Inciens*. VRSIN. Cum nulla hic varietas sit in Mss. et fieri possit, vt intransitiue dixerit, elliptice certe Columella, *implente vtero*. (speciatim hic conceptaculum foetus notante) *ventrem* (latius acceptum) non ausus sum aliquid mutare. Caeterum *incientes* dici bestias partui vicinas, vel Index noster docet.

1, 3 PILOSISQVE, CORPORE DENSO BREVIQVE) Multa hic vitiose scripta; boues enim *corpore denso et breui* ab omnibus improbantur. Varro 2, 5 de bubus ita loquitur, *vt sint bene compositae* (hac pecudes) *vt integris membris, oblongae, amplae.* Sic Pallad. 4, 11 *Vt sint boues nouelli quadratis et grandibus membris et solidi corporis.* Quod etiam in hoc ipso loco praecipit Columella, *Parandi* inquit *sunt boues nouelli quadrati, grandibus membris.* Vitium itaque subest in vulgata lectione. nam τὸ *pilosisque* deprauatum est, de τοῦ *pilo totius*; τὸ vero *corpore* ex τοῦ *corporis* factum. Restitui itaque sic potest locus: *Caudis longissimis et setosis, pilo totius corporis denso breuique.* Haec ex Palladii loco, qui 4, 11 hoc modo legitur, *Caudis longis ac setosis, pilo, totius corporis denso ac breui*, castiganda existimauimus. PONTED.

2, 1 NEQVE POST QVINTVM ANNVM) Hic enim plenum huic generi robor adfert. V. Plin. 8, 45 f. 70 pr.

3 obiacenti [e] cuilibet rei se implicent, noxamque capiant. In stabulo sint ampla prae-
sepia, supraque [f] transuersi asseres in modum iugorum a terra septem pedibus elati
configantur [g], ad quos religari possint iuuenci. Diem deinde, quo domituram au-
spiceris, liberum [h] a tempestatibus et a [i] religionibus matutinum eligito: cannabi-
4 nisque funibus cornua iuuencorum ligato. Sed iaculi [k], quibus capulantur [l], lana-
tis pellibus inuoluti sint, ne tenera [m] fronte sub cornua laedantur. Cum deinde
buculos [n] comprehenderis, perducito ad [o] stabulum, et ad stipites religato ita, vt
exiguum laxamenti habeant, distentque inter se aliquanto spatio, ne in colluctatione
alter alteri noceat. Si nimis asperi erunt, patere vnum diem noctemque desaeuiant.
simulatque iras contuderint [p], manu [q] producantur, ita vt et [r] aliquis ante, et a ter-
go complures, qui sequantur [s], retinaculis eos contineant, et vnus cum claua sali-
5 gnea procedens modicis ictibus subinde impetus eorum coërceat [t]. Sin autem pla-
cidi et quieti boues erunt, vel eodem die, quo alligaueris, ante vesperum [u] licebit
producere, et docere per mille passus composite ac sine pauore ambulare: cum do-
mum perduxeris [x], arcte [y] ad stipites religato, ita ne capite moueri possint. tum
demum ad alligatos boues, neque a posteriore parte, neque a latere, sed aduersus,
placide et cum quadam vocis adulatione venito, vt accedentem consuescant aspice-
6 re. deinde nares perfricato, vt hominem discant [z] odorari. Mox etiam conuenit
tota tergora et tractare [a], et respergere mero, quo familiariores bubulco fiant: ven-
tri [b] quoque, et sub femina manum subiicere, ne [c] ad eiusmodi tactum postmodum
pauescant, et vt ricini [d], qui plerumque feminibus inhaerent, eximantur. itaque [e]
cum

e) *abiacenti I. B. R.* f) *superque Goes. et L.* g) *confingantur I. B. R.* h) *bonum I. B. R. Goes. L.* i) *a* om. *I. B. R.* k) *laquei I. B. R. Goes. L.* l) *copulantur* omnes praet. *P.* m) *tenerae frontes Goes.* n) *bucolas G.* o) *extra stabulum producito* post *I. B. R. perducito stabulum L.* p) *consulerint I. B. R.* q) *mane Goes.* r) *et aliquis ante, et* om. *I. B. R.* s) *sequuntur I. B. R.* t) *coherceat R.* u) *vesperam I. B. R.* x) *reduxeris Goes.* y) *arte I. B. R.* z) *dinoscant H.* a) *craclare I.* b) *vteris* al. *ventris Goes. vteris L. vtens I. B. R.* c) *et P.* d) *redini L. rediuiui I. B. R.* e) *idque Goes.*

2, 3 LIBERVM — RELIGIONIBVS) Nihil aliud puto indicari, quam ne per ferias domitura talis suscipiatur. Vid. Cat. 138 vbi ad certa tantum opera coniungere permittit feriis boues. Conf. Cat. 132 et noster 2, 22.

2, 4 IACVLI QVIBVS CAPVLANTVR) Blanditur vox *laquei* vt notior, et autoritatibus munita non contemnendis. Sed quid si *iaculus*, de laqueo *iniiciendo* bestiae capiendae non minus dixere veteres rustici, quam *iaculum* de rete piscatores? Sed *capulantur* quid sibi vult? verbum probum, nisi fallimur, et Melae vsurpatum 2, 5 sub fin. *in ea regione piscem e terra penitus oriri, qui vbi ex alto huc vsque penetrauit, per ea foramina ictu* CAPVLANTIVM *interfectus extrahitur.* Etiam hic parum aberat, quin periret vox innocua, nisi opem illi et salutem tulisset Vossius. Substituerant enim *captantium*, commodius sane, quam hic *copulantur*. *Capulare* captare est, a *capio* eadem forma deriuatum vt *iaculari* a *iacio*, vel a *specio speculari*. Agit Moderatus noster de capiendis s. comprehendendis de grege feris iuuencis. ad hoc opus est *iaculo* fune, quo *capulentur*, h. e. capiantur cornibus iniecto. Ab hoc ipso verbo etiam *capulator* dictus est, qui *capulet* oleum, i. e. capiat de amurca. vid. ad Caton. 67, 1. *Capulus* gladii est, quo ille capitur: *capulus* mortui hominis eadem fere ratione dictus. Barbari *capulare* pro vulnerare dixere, ex ipsa *capiendi* significatione, vt nostri *einen Fang geben*.

2, 4 NE TENERA FRONTE) *Tenerae frontes* coniiciebat VRSIN.

2, 4 PERDVCITO) Hoc in loco agit de illis buculis domandis, qui de grege feri capti, ad stabulum primo adducuntur: *eos autem*, inquit, *qui de grege feri comprehenduntur, sic subigi conuenit.* Quare legendum: *cum deinde buculos comprehenderis, intra stabulum perducito*, vel vt in vetustis editionibus, *perducito ad stabulum.* Capti enim ad stabulum adducuntur, *in quo si nimis asperi erunt*, vt ait Columella, *patere vnum diem noctemque desaeuiant, simul atque iras contuderint, manu producantur.* Hoc modo et Palladius lib. 4 tit. 12 *Tunc eligis absolutam tempestatibus, et impedimentis omnibus diem, qua capti perducantur ad stabulum.* PONTED. Non oportuit hic discessum a primis editionibus, quibus neque Florentiae contradicitur, quam proinde lectionem reuocare nihil dubitauimus.

2, 6 ET VT RICINI — EXIMANTVR) Sub exemplo

cum fit [f], a latere domitor stare debet, ne calce contingi possit. Post haec didu- 7
ctis [g] malis educito [h] linguam, totumque eorum [i] palatum sale defricato, libralesque
offas in praesulsae adipis [k] liquamine tinctas, lingula demittito, ac vini singulos sex-
tarios per cornu [l] faucibus infundito: nam per haec blandimenta triduo fere man-
suescunt, iugumque quarto die accipiunt, cui ramus illigatur [m], et temonis vice [n]
trahitur [o]: interdum et pondus aliquod iniungitur, vt maiore nisu [p] laboris explo-
retur patientia. Post eiusmodi experimenta vacuo plostro subiungendi, et paulla- 8
tim longius cum oneribus producendi sunt. Sic perdomiti mox ad aratrum insti-
tuantur, sed in subacto agro, ne statim difficultatem [q] operis reformident, neue ad-
huc tenera colla, dura proscissione terrae contundant [r]. Quemadmodum autem bu-
bulcus in arando bouem instituat, primo praecepi volumine. Curandum ne in do-
mitura bos calce aut cornu quemquam contingat. nam nisi haec caueantur [s], nun-
quam eiusmodi vitia, quamuis subacto [t], eximi poterunt. Verum ista sic agenda 9
praecipimus, si [u] veteranum pecus non aderit [x]. nam si aderit, expeditior tutior-
que [y] ratio domandi est, quam nos in nostris agris sequimur. Nam vbi plostro [z],
aut aratro iuuencum [a] consuescimus [b], ex domitis bubus, valentissimum, eundem-
que placidissimum cum indomito iungimus [c]. qui [d] et [e] procurrentem retrahat, et
cunctantem producat. Si vero non pigeat iugum fabricare, quo tres iungantur, 10
hac machinatione consequemur, vt etiam contumaces boues grauissima opera non
recusent. nam vbi piger iuuencus medius inter duos veteranos iungitur, aratroque
iniuncto [f] terram [g] moliri [h] cogitur, nulla est imperium respuendi facultas. siue enim
efferatus prosilit, duorum arbitrio inhibetur: seu consistit, duobus gradientibus
etiam obsequitur [i]: seu conatur decumbere, a valentioribus subleuatus trahitur:
propter quae vndique necessitate contumaciam [k] deponit, et ad patientiam laboris
paucissimis verberibus perducitur. Est etiam post domituram mollioris generis 11
bos, qui decumbit in sulco: eum non saeuitia, sed ratione censeo emendandum. nam
qui stimulis, aut ignibus, aliisque tormentis id vitium eximi melius iudicant, verae
rationis ignari sunt: quoniam peruicax contumacia plerumque saeuientem [l] fatigat.
propter quod vtilius est citra [m] corporis vexationem fame potius et siti cubitorem
bouem

f) *sint I. B. R.* g) *deductis I. B. R.* h) *reducito L. I. B. R.* i) *eius I. B. R. eo sub L. P.* k) *adipis in singula dimittito L. Goes. I. B. R.* l) *cornum L. et Ms. Heins.* ad Ouid. Met. 2, 874. m) *illigatus tem. Goes. I. B. R. et om. L.* n) *vici I.* o) *trahicitur P. traicitur Goes. et pondus aliquod infigitur Lips.* p) *nixu I. B. R.* q) *difficultate L.* r) *tundantur B. R. tundant I. condant L. P.* s) *cauentur I. B. R.* t) *subacta* edd. *subactis* coni. *Broukh.* u) *siue ranum L. siue ramum I. B. R.* x) *oderit. Ideoque expeditior I. B. R. adierit adeoque exp. L.* y) *et tutior I. B. R.* z) *plaustro I. B. R. I. I. H. A. Gr. G.* a) *iuuencam Com.* b) *consuessimus R.* c) *iniungimus I. B. R.* d) *qui* def. *I. B. R.* e) *et* def. *I. B. R.* f) *infecto P. L. Goes.* g) *terra I. B. R. terre L.* h) *molli L. I. B. R. molliri G.* i) *inbibetur P. inuitus obsequitur Goes.* k) *contumatiam G.* l) *seuientem B. R.* m) *circa I. B. R.*

exemplo docet, opus interdum esse, vt non ad tactum omnem paueſcant boues: eximendi enim nonnunquam ricini. Possis itaque illud *et vt* interpretari, *etiam* ne paueſcant, *licet* ricini eximantur.

2, 6 ITAQVE CVM FIT) Veteres libri: *Itaque cum sint*. Legendum: *idque cum sit*. PONTED. Obtemperassem ita bonis auctoribus, nisi *que* ad *ita* adiuncta, vt alias in optimis auctoribus, vim copulandi videretur habere.

2, 7 LINGVLA DEMITTITO) Quid *lingula* opus ad offam, adipatam praesertim et leuem? Legendum ex Pall. Mart. 12, 3 *in gulam* demittito.

2, 8 QVAMVIS SVBACTO) Ita rescribere pro vulgato *subacta* visum est, quod locum habere non posse vidit Broukhusius, et *subactis* restitui voluit. Nimirum ad *bubus* ille, vt nos ad *boui* retulimus. Add. Col. Morg. 1, 23.

2, 9 NAM VBI PLOSTRO) Vid. Plin. 8, 45. SCHOETTG.

2, 10 IVGVM, QVO TRES) Vno iugo duos

bouem emendare. nam eum vehementius afficiunt naturalia desideria, quam plagae.
12 Itaque si bos decubuit, vtilissimum est sic pedes eius vinculis [n] obligari, ne aut insi-
stere, aut progredi, aut pasci possit. quo facto inedia et siti compulsus deponit igna-
viam; quae tamen [o] rarissima est in pecore vernaculo: longeque omnis bos indige-
na melior est quam peregrinus. nam neque aquae, nec pabuli, nec caeli mutatione
tentatur, neque infestatur conditione regionis, sicut ille, qui ex planis et campestri-
13 bus locis in montana et aspera perductus est, vel ex montanis in campestria. Itaque
etiam, cum [p] cogimur ex longinquo boues arcessere curandum est, vt ex [q] similibus
patriis locis traducantur [r]. Item custodiendum est [s], ne in corporatione [t], vel sta-
tura, vel viribus impar cum valentiore iungatur. nam vtraque res inferiori celeriter
14 affert exitium. Mores huius pecudis probabiles [u] habentur, qui sunt propiores
placidis, quam concitatis [x]; sed non inertes: qui sunt verentes plagarum, et accla-
mationum; sed fiducia virium, nec auditu, nec visu pauidi, nec ad ingredienda flu-
mina aut pontes formidolosi: multi cibi edaces; verum in eo conficiendo lenti. nam
hi melius concoquunt, ideoque robora corporum citra maciem conseruant, qui
15 ex commodo, quam qui festinanter mandunt. Sed [y] tam vitium est bubulci pin-
guem quam exilem bouem reddere: habilis [z] enim et modica corporatura pecoris
operarii debet esse, neruisque et musculis robusta, non adipibus obesa, vt nec sui
tergoris mole, nec labore operis degrauetur. Sed quoniam quae sequenda sunt in
emendis domandisque bubus [a] tradidimus, tutelam eorum praecipiamus.

III. BOVES calore sub diuo, frigoribus intra tectum manere oportet. itaque hibernae [a] stabulationi eorum praeparanda sunt stramenta, quae mense Augusto intra dies triginta sublatae messis [b] praecisa, in aceruum extrui debent. Horum defectio cum [c] pecori, tum agro est vtilis: liberantur arua sentibus, qui [d] aestiuo tempore per Caniculae ortum recisi, plerumque radicitus intereunt, et stramentis pecoris [e] subiecti plurimum stercoris efficiunt. haec cum ita curauerimus, tum et omne genus pabuli praeparabimus, dabimusque operam, ne penuria cibi macrescat pecus.

n) *sinculis P.* o) *et amarissima I. B. R.* p) *cui P.* q) *in simili Gesf. I. B. R.* r) *traducatur I. B. R.* s) *est* om. *P. Gesf.* t) *incorporatione* coni. *Gr. Com. in comparatione G.* u) *prouiles Gesf.* x) *concitati* Sphalma *Com.* y) *Sed* abest *I. B. R.* z) *habilis Gesf. L. Pol. Vrs. I. B. R. I. I. humilis* al. a) *bouas Gesf. I. I H. A. Gr. G.* [C. III.] a) *hiberna stabulatio I. B. R. stabulatis Lips.* b) *mensis praecreus L.* c) *tum I. B. R* d) *quae* Sphalma *Com.* e) *pecori subiectis* coni. *Broukh.*

et tres etiam boues iungi potuisse probat Schefferus de re vehic. 1, 11. IDEM.

2, 13 IN CORPORATIONE) Videndum, an legi debeat *in comparatione*, qua voce vsus est 2, 2 cum dixit: *Recurrendum est igitur ad qualitatum inter se diffidentium, quasi quasdam coniunctiones, quas Graeci συζυγίας ἐναντιοτήτων, nos discordantium comparationes tolerabiliter dixerimus.* VRSIN. Elegans et digna ingenio Vrsini obseruatio, quam fulcit lectio Gymnici, et verbi *comparare* significatio, in quantum ad arenam et gladiatores pertinet. Certe *incorporatione* sphalma vltimarum editionum arbitror. *Corporatio* etiam Tertulliani et Martiani Capellae auctoritatem habet; *incorporatio* insolens, et propter compositionem rei, de qua agitur, significandae vix conveniens. Putamus igitur *corporationem* idem hic significare Columellae, quod mox *corporatura*. Monet Facciolatus, rationem latini sermonis hic postulare *incorporationem*; sed eam rationem non explicat, nec mihi succurrit, quae sit.

2, 14 QVAM CONCITATIS) Si vel vnum suffragatorem inuenissem Commelini, pro sphalmate non haberem *concitati*; videtur enim reconditae cuiusdam elegantiae. porro sequitur vox ab *s* incipiens, et potest videri aliquis *concitatis* inflexisse ad *placidis*.

3, 1 ET STRAMENTIS) *Stramenta pecori subiecta* coniicit VRSIN. Sed quidni ad *sentes* referamus? De stramentis quidem non opus erat denuo praecipere.

3, 5 VEL

cus. **Boues autem recte pascendi non vna ratio est. nam si vbertas regionis viride** 2
pabulum subministrat, nemo dubitat quin id genus cibi caeteris praeponendum sit:
quod tamen nisi [f] riguis, aut roscidis [g] locis non contingit. itaque in iis ipsis vel
maximum commodum est, quod sufficit vna opera duobus iugis, quae eodem die
alterna temporum vice vel arant, vel pascuntur [h]. Siccioribus agris ad praesepia 3
boues alendi sunt, quibus pro conditione regionum cibi praebentur: eosque nemo
dubitat, quin optimi sint vicia in fascem ligata, et cicercula, itemque pratense foenum.
minus commode tuemur armentum paleis, quae vbique, et quibusdam regionibus [i] solae [k], praesidio sunt. eae [l] probantur maxime ex milio, tum ex ordeo [m],
mox etiam ex tritico. Sed iumentis iustam [n] operam reddentibus, ordeum [o] praeter
has praebetur. Bobus [p] autem pro temporibus anni pabula [q] dispensantur. Ianua- 4
rio mense singulis [r] fresi [s] et aqua macerati erui quaternos sextarios mistos paleis
dare conuenit, vel lupini macerati modios, vel cicerculae maceratae semodios, et
super haec affatim paleas. Licet etiam [t], si sit leguminum inopia, et eluta [u] et sic-
cata [x] vinacia [y], quae de lora [z] eximuntur, cum paleis miscere. nec dubium est [a], quin 5
ea longe melius cum suis folliculis, ante quam eluantur, praeberi possint. nam et
cibi, et vini vires habent, nitidumque, et hilare, et corpulentum pecus faciunt.
Si grano abstinemus, frondis aridae corbis pabulatoria [b] modiorum viginti sufficit,
vel foeni pondo triginta, vel si non, modius [c] viridis laureae et iligneae frondis. sed
his, si regionis copia [d] permittat, glans adiicitur: quae nisi ad satietatem detur [e], scabiem parit. potest etiam si prouentus vtilitatem facit, semodius fabae fresae praeberi.
Mense Februario plerumque eadem cibaria [f] sufficiunt. Martio et Aprili 6
debet ad foeni pondus adiici, quia terra proscinditur: sat autem erit pondo quadragena singulis dari. ab Idibus tamen mensis Aprilis vsque in Idus Iunias viride
pabulum recte secatur: potest etiam [g] in Calend. Iulias frigidioribus locis idem praestari: a quo tempore in Calend. Nouemb. tota aestate, et deinde autumno satientur
fronde; quae tamen non ante est vtilis, quam cum maturuerit vel imbribus, vel
assiduis roribus: probaturque [h] maxime vlmea, post fraxinea, et ab hac populnea.
vltimae

f) *in I. B. R.* g) *roscidis Goes. Com. rosidis* al. h) Ita dist. *vett. editt. et Lips. Aliae* interpungunt post *agris.* i) *regionis B. R.* k) *sole R.* l) *et I. B. R. ea P. I. I. H. A.* m) *hordeo I. B. R.* n) *iuxta* h. e. *iusta operum L.* recte. o) *hordeum I. B. R.* p) *bubus I. B. R. I. I.* q) *pabulo P.* r) *singulis* om. *L. I. B. R.* s) *fresi* deest *P.* t) *autem sit I. B. R.* u) *elata P. G. clara L.* x) *ficata H.* y) *vinatia I. vinacea B. R.* z) *colore P. de lora* omitt. *I. B. R.* a) *est* om. *Goes. I. B. R.* b) *pabulatoribus L. I. B. R.* c) *modo iuris laurea et lignea quae frondes et his si L. I. B. R. viris laurea etc. P.* d) *copia* abest *I. B. R.* e) *datur I. B. R.* f) *sunt cibaria I. B. R. Goes. Lips.* g) *enim I. B. R.* h) *que* abest *I. B. R.*

3, 5 VEL SI NON, MODIVS VIRIDIS LAVREAE) Si *optimae frondis aridae, corbis pabulatoria* modiorum viginti datur, cur minus alibilis modius, qui vix oui sufficit? Libro 9, dum eadem iterum bubulcis inculcat, *viridem frondem ex ilice et lauro affatim esse praebendam,* tradit. Quare cum minoris cibi sit ilignea et laurea frons, quam vlmea, populea, fraxinea; cumque optimae notae frondis modios XX vni iugo dandos ostendat; sequitur, deterioris maiorem modum esse praebendum. Ideo suspicor, quondam scriptum *modi XL,* ex quo immutatis literis factum *modius.* PONTED. 2. Mihi id ipsum difficultatem videbatur habere, cur modio admetiatur Columella lauream? Itaque suspicabar *modus is* vel *modus dictus laureae,* vt tantundem frondis viridis velit dari, quantum siccae praeceperat, *viridis* inquam. Cum ilex non minus quam laurus, in calidioribus quidem regionibus, toto anno vireat.

3, 5 QVAE NISI AD SATIETATEM DETVR) Poteras suspicari potius legendum, *si ad satietatem detur.* Nam deinde etiam §. 8 singulos modios glandis praescribit. Et videtur in glande potius copia vitanda bubus, quam modus.

 3, 7 ILI-

7 vltimae sunt ilignea, et quernea, et laurea: sed [i] post aestatem necessariae [k] deficien-
tibus caeteris. Possunt etiam et folia ficulnea probe dari, si sit eorum [l] copia, aut
stringere arbores expediat. Ilignea tamen [vel] melior est quernea, sed eius gene-
ris, quod spinas non habet. nam id [m] quoque, vti iuniperus, respuitur a pecore
8 propter aculeos. Nouembri mense, ac Decembri, per sementem, quantum appe-
tit bos, tantum praebendum est: plerumque tamen sufficiunt singulis modii glandis
et paleae ad satietatem datae, vel lupini macerati modii, vel erui aqua consperfi
sextarii VII permisti paleis, vel cicerculae similiter conspersae sextarii XII misti
paleis, vel singuli [n] modii vinaceorum, si iis, vt supra dixi, large [o] paleae adiician-
tur; vel si nihil horum est, per se foeni pondo quadraginta.

IV. SED non proderit cibis satiari pecora, nisi omni [a] adiuuentur diligentia,
vt salubri sint corpore, viresque conseruent: quae vtraque custodiuntur large dato
per triduum medicamento, quod componitur pari pondere triti [b] lupini, cupressi-
que, et cum aqua, nocte vna sub diuo habito [c]; idque quater anno fieri debet vlti-
2 mis temporibus veris, aestatis, autumni, hiemis. saepe [d] etiam languor [e] et nausea
discutitur, si integrum gallinaceum crudum ouum ieiunis [f] faucibus inseras, ac po-
stero die spicas vlpici, vel allii cum vino conteras, et in naribus infundas: neque
haec tantum remedia salubritatem faciunt. Multi [g] et [h] largo sale miscent pabula;
quidam marrubium [i] dederunt [k] cum oleo et vino, quidam porri fibras, alii grana
thuris [l], alii sabinam herbam rutamque [m] cum mero diluunt [n]. eaque medicamenta
3 potanda praebent. Multi caulibus vitis albae, et valuulis [o] erui [p] bubus medentur:
nonnulli pellem serpentis obtritam cum vino miscent. Est [q] etiam remedio, cum
dulci vino tritum serpyllum [r], et concisa et in aqua macerata scilla [s]. Quae omnes
praedictae potiones trium heminarum singulis diebus per triduum datae, aluum
4 purgant, depulsisque [t] vitiis, recreant vires. maxime tamen habetur salutaris amur-
ca, si tantundem aquae misceas, et ea pecus insuescas; quae protinus dari non
potest, sed primo cibi asperguntur; deinde [u] exigua portione medicatur aqua, mox
pari mensura mista datur ad satietatem [x].

V. NVLLO autem tempore, et minime aestate vtile [a] est boues in cursum
conci-

i) *eae* inf. *Goes.* k) *necessarie I. I. H. A. G.* l) *ea I. B. R.* m) *quod iuniperus I. B. R. id quod iu-perius Pol. id quod eruis Goes. id quod iuniperus L.* n) *singulis.* o) *largae I. B. R.* [C. IV.] a) *omnis adhibeatur Goes.* b) *tristis Goes. tristis cupressique L. I. B. R.* c) *habetur I. B. R. Goes.* d) *Semper I. B. R.* e) *langor I. B. R. I. I. A. Gr. G. St.* f) *ieiuni L.* recte. g) *multo Goes. L.* h) *et* om. *I. B. R.* i) *maru-bium R.* k) Forte *deserunt.* l) *turis I. B. R.* m) *putaque vini cum L. I. B. R. rutamque vini tam P. Goes.* n) *dilluunt I. B. R.* o) *balbulis Iens. L.* p) *albis I. B. R.* q) *Sed I. B. R.* r) *serpillum Gr. St.* s) *scylla I. B. R. --- St.* t) *repulsisque I. B. R.* u) *De P.* x) *saturitatem I. B. R.* [C. V.] a) *Vtilius I. B. R.*

3, 7 ILIGNEA TAMEN [VEL] MELIOR) Particula *vel* videtur abundare VRSINO.

3, 8 SVFFICIVNT SINGVLIS MODII) *Singuli* malit VRSIN. vt paullo post *singuli modii vinaceorum.* verba, *vt supra dixi* pertinent ad §. 4 huius capitis.

4, 1 SED NON PRODERIT) Haec et sequentia vsque ad cap. 10 fere ad verbum extant in Vegetio Artis Vet. 3, 1 seqq. vbi tamen Io. Faber notat [post finem cap. 4.] omnia ista in vetustiore codice non legi. Ergo ab aliquo, fortasse talium curioso, ex Columella adscripta, qui, praecipue circa initium, multa interpolauit. Occurrent tamen quam plurima, quae Columellae restituendo vsui esse possunt. SCHOETTG. Cel. Morgagnus diligenter ac ingeniosa felicitate in hac vtriusque an eiusdem? scriptoris comparatione versatus est, cuius epistolas magnum huius editionis decus, in numeros suos diuisas suis locis laudamus.

5 Comparandus Vegetius 3, 2, 12 sq.

5, 1 MV-

concitari: nam ea res aut [b] cit aluum, aut [c] mouet febrem. Cauendum quoque
eſt, ne ad praeſepia ſus [d] aut gallina perrepat. Nam hoc quod decidit, immiſtum
pabulo, bubus affert necem: et [e] id praecipue, quod egerit ſus [f] aegra, peſtilen-
tiam [g] facere valet. quae cum in gregem incidit, confeſtim mutandus eſt caeli ſtatus,
et in plures partes diſtributo [h] pecore longinquae regiones petendae ſunt, atque ita
ſegregandi a ſanis morbidi, ne quis interueniat, qui contagione caeteros labefaciat.
Itaque cum ablegabuntur, in ea loca perducendi [i] ſunt, quibus nullum impaſcitur 2
pecus, ne aduentu ſuo etiam illis tabem afferant. Euincendi ſunt autem quamuis
peſtiferi morbi, et exquiſitis remediis propulſandi. Tunc panacis et eryngii [k] radi-
ces foeniculi ſeminibus miſcendae, et cum defruti ac moliti tritici farina, candenti
[que [l]] aqua conſpergendae, eoque medicamine ſaliuandum aegrotum pecus. Tunc 3
paribus caſiae myrrhaeque et thuris ponderibus, ac tantundem ſanguinis marinae
teſtudinis miſcetur potio cum vini veteris ſextariis tribus, et ita per [m] nares infundi-
tur. Sed ipſum medicamentum ponderis ſexcunciae [n] diuiſum, portione aequa [o]
per triduum cum vino dediſſe ſat erit. Praeſens etiam remedium cognouimus radi-
culae, quam paſtores conſiliginem vocant. ea in [p] Marſis montibus plurima naſcitur,
omnique pecori maxime eſt ſalutaris. Laeua [q] manu effoditur ante ſolis ortum. ſic
enim lecta maiorem vim creditur habere. Vſus eius traditur talis. aenea ſubula [r] 4
pars auriculae latiſſima circumſcribitur, ita vt manante ſanguine tanquam O [s] lite-
rae [t] ductus [u] appareat orbiculus [x]. Hoc et intrinſecus, et ex ſuperiore parte auri-
culae cum factum eſt, media pars deſcripti orbiculi eadem ſubula [y] tranſuitur, et
facto foramini praedicta radicula inſeritur; quam cum recens plaga comprehendit,
ita continet, vt elabi [z] non poſſit: in eam deinde auriculam omnis vis morbi, peſti-
lensque virus elicitur, donec pars, quae ſubula [a] circumſcripta eſt, demortua exci-
dit

b) *aut alium met aut frequ? L. aut* abeſt *B. R. acit I. cit* om. *P.* c) *meti vt* (relicto quodam ſpatio) *Cauendum I. B. R.* d) *ſua Goeſ. Ienſ.* e) *et id – egerit* om. *L. I. B. R.* f) *Sue I. B. R. ſua Goeſ.* g) *peſtilentia face I. B. R.* h) *diſtributo R.* i) *perducenda erunt I. B. R.* k) *et acre vngii L. ereungii I. B. R. rungii Goeſ.* l) *candenti aequa Goeſ. candentiaque L.* m) *parua res G.* n) *ſex vnciae* al. *ſeſcunciae Goeſ.* o) *aqua H.* p) *in* om. *I. B. R. in arſis L.* q) *Leua I. B. R. I. I. A.* r) *ſibula I. B. R. Goeſ. L.* s) *O* deeſt *I. B. R. elicte reductum L.* t) *olitae I. liturae B. R.* u) *reductum I. B. R.* x) *orbiculus* omiſſ. *I. B. R.* y) *ſibula L. I. B. R.* z) *ea labi L. I. B. R.* a) *ſibula L. I. B. R.*

5, 1 MVTANDVS CAELI STATVS) Vid. Col. 5, 7, 2.

5, 1 CONTAGIONE LABEFACIAT) Quid ſi *tabefaciat?* vt ſtatim, *tabem afferant.* Sed neque alterum damnare auſim.

5, 2 EVINCENDI SVNT) Ita etiam Veget. 3, 2, 24.

5, 2 CANDENTIQVE AQVA) Non dubito, quin legendum ſit *candenti aqua*, quod tum conſtructionis ratio, tum ipſa varietas lectionis ſupra propoſita ſuadet. *Candens aqua* etiam alias noſtro ponitur pro *feruente*, quam hic habet Vegetius. Vid. 12, 53, 4.

5, 3 AC TANTVNDEM SANGVINIS) Legendumne *ad tantundem ſanguinis*, an *tantundem* ἄκλιτον hic eſt intellectu ablatiui caſus poſitum? Vid. ad 12, 25, 3. Sed adi Cl. Morgagni Epiſt. I, 24.

5, 3 PER NARES INFVNDI) Dubitabat forte auctor lectionis e Gymnici editione prolatae de via, qua infundi medicina iubetur. Sed ita etiam eſt mox ſ. 5 itemque 6, 8, 2 et apud Vegetium, non modo 3, 2, 25, ſed etiam 1, 10, 1. 3, 15, 12 et 19 et 23. add. Geopon. 17, 14 et 15 et 18 vbi de boum medicina fere ſimilia.

5, 3 SEXCVNCIAE) Ita legi volebat VRSINVS, cui cum ſuffragaretur praeter Goeſianam Vegetius, qui habet *vnam ſemis vnciam*, quae eſt ipſa *ſeſquiuncia* vel mutata ſcribendi ratione *ſexcuncia*, vt *ſextertius* etc. non dubitaui ita reponere. Vid. Morg. Epiſt. I, 25.

5, 4 TANQVAM O LITERAE) Beroaldus coniiciebat: *tanquam liturae ductus appareat.*

5, 4 AENEA SVBVLA) *Fibula* C. Barthol. de inaur. vet. c. 9 p. 129 Rhod. de Acia Celſi c. 6 p. 60, ſed nihil mutandum. ALMELOV. *Ad acum vel acutum cuprinum* Veg. 3, 2, 27. conf. id. Veget. 1, 12, 2.

6 Compa-

5 dit [b], et minimae partis iactura caput conferuatur. Cornelius Celfus etiam vifci fo-
lia cum vino trita per nares infundere iubet. Haec facienda, fi gregatim pecora
laborant: illa deinceps, fi fingula.

VI. CRVDITATIS figna funt crebri ructus, ac ventris fonitus, faftidia cibi,
neruorum intentio, hebetes oculi. Propter quae bos neque ruminat, neque lingua
fe deterget. Remedio erunt aquae calidae duo congii, et mox triginta braffìcae cau-
2 les [a] modice cocti, et ex aceto dati. fed vno die abftinendum eft alio cibo. Quidam 2
claufum intra tecta [b] continent, ne pafci poffit. tum lentifci oleaftrique [c] cacuminum
pondo IIII, et libram mellis vna trita permifcent aquae congio, quam nocte [d] vna
fub [e] dio habent, atque ita faucibus infundunt. Deinde interpofita hora macerati
3 erui quatuor libras obiiciunt, aliaque potione prohibent. Hoc per triduum fieri
debet [f], dum omnis caufa languoris [g] difcutiatur. Nam fi neglecta cruditas eft; et 3
inflatio ventris, et inteftinorum maior dolor infequitur, qui nec capere cibos finit,
gemitus exprimit, locoque ftare non patitur, faepe decumbere, et agitare caput [h],
caudamque crebrius agere cogit [i]. Manifeftum remedium eft proximam clunibus
partem caudae vinculo vehementer obftringere, vinique fextarium [k] cum olei hemi-
4 na faucibus infundere, atque ita citatum per mille et quingentos paffus agere. Si 4
dolor permanet, vngulas circumfecare, et vncta [l] manu per anum [m] inferta fimum
extrahere, rurfusque agere currentem. Si nec haec [n] profuit res, caprifici aridae
conteruntur, et eum dodrante [o] aquae calidae dantur. Vbi nec haec [p] medicina
proceffit, myrti fylueftris foliorum duae librae deligantur, totidemque fextarii cali-
dae aquae mifti per vas ligneum faucibus infunduntur. atque ita fub cauda fanguis
emittitur. qui cum fatis profluxit, inhibetur papyri ligamine. Tum concitate agi-
5 tur pecus eoufque, dum anhelet. Sunt et ante detractionem fanguinis illa reme- 5
dia; Tribus heminis vini tres [q] vnciae pinfiti allii [r] permifcentur [s], et poft eam po-
tionem currere cogitur. Vel falis fextans cum cepis decem conteritur, et admifto
melle decocto collyria [t] immittuntur aluo, atque ita citatus [u] bos agitur [x].

VII. VEN-

b) *excidat* poft *I. B. R.* [C. VI.] a) *medicae caules I. B. R.* b) *tectum I. B. R.* c) *oleaftri, qua P.* d) *noctem vnam I. B. R.* e) *fubfidio P.* f) vid. *Morg. III*, 2. g) *langoris I. B. R. I. I. A.* h) *coepit Goef.* i) vid. *Morgag. I*, 25 *et III*, 3. k) *feftarium R.* l) *cuncta Mf. Heinf.* ad Ouid. A. A. 1, 662. it. *Goef.* m) *annum R.* n) *hoc profuit, tres caprifici aridi Goef.* o) *ante* repet. *P.* p) vid. *Morgagn. I*, 26. *III*, 3. q) *tribus pinf. I. B. R.* r) *alii I. B. R.* s) *permifcetur I. B. R.* t) *colliria I. B. R.* u) *citatius Goef.* x) *agetur I. B. R.*

6 Comparandus Veget. 3, 3, 1 fqq.

6, 2 LIBRAM MELLIS) Ita legendum eft, fi fententia fibi conftare debet: et abforpfit vltimam *m*, eadem proximam incipiens: inprimis cum fequatur *trita*, quod neutrum effe plur. non obferuarat librarius.

6, 4 DELIGANTVR — INFVNDVNTVR) Veget. pro eo, quod hic eft *deligantur*, habet *tunduntur in pila*, h. e. verbo Columellae *laeuigantur*, quo hic vfum fufpicor, vel folitario, vel poft *deligantur*. nam *deligantur* vix concoquo. Sed vid. Cl. Morgagnum Ep. III, 3.

6, 4 PAPYRI LIGAMINE) Nota eft planta Aegyptia *papyrus*, quae variis vfibus, et inter hos etiam vinculis feu ligaminibus inferuiit. Iuvenalis Sat. 4, 24 *Succinctus patria, quondam, Crifpine, papyro.* Anacreon Oda 4 Ὁ δ' ἔρως χιτῶνα δήσας Ὑπὲρ αὐχένος παπύρῳ Μέθυ μοι διακονείτω. Videatur Bodaeus a Stapel ad Theophr. hift. plant. 4, 9 qui copiofe et folide de papyro agit, et Guilandinus de papyro, praecipue c. 7 p. 214. SCHOETTG. De vfu papyri medico ad ligamenta Io. Rhodius ad Scribon. 180, p. 269. Si quis argumentari cum nupero Anacreontis editore voluerit, etiam in Aegypto fcripfiffe Columellam dicet, itemque Palladium, et Vegetium. Vid. Ind.

6, 5 PINSITI ALLII) Vegetius legit: *Contriti olei.* Emenda ex noftro: *contriti allii.* SCHOETTG.

7, 1 VISV

6 VII. VENTRIS quoque et inteſtinorum dolor ſedatur viſu nantium, et maxi-
me anatis. quam ſi conſpexerit [a], cui inteſtinum dolet, celeriter tormento liberatur.
7 Eadem anas maiore profectu mulos [b] et equinum genus conſpectu ſuo ſanat. Sed
interdum nulla prodeſt medicina. Sequitur torminum [c] vitium, quorum ſignum
eſt cruenta et mucoſa ventris proluuies. Remedia [d] ſunt cupreſſini quindecim coni, 2
totidemque gallae, et [e] vtrorumque ponderis vetuſtiſſimus caſeus. quibus in vnum
tunſis admiſcentur auſteri vini quatuor ſextarii, qui pari menſura per quatriduum [f]
diſpenſati [g] dantur: nec deſint lentiſci, myrtique [h], et oleaſtri cacumina viridis [i].
8 Aluus [k], corpus ac vires carpit, operique inutilem reddit. quae cum accident, pro-
9 hibendus erit bos potione per triduum [l], primoque die cibo abſtinendus. ſed mox 3
cacumina oleaſtri, et arundinis, item baccae lentiſci et myrti [m] dandae; nec pote-
10 ſtas aquae, niſi quam parciſſime facienda eſt. Sunt qui tenerae [n] laurus caulium
libram, cum [o] abrotoni [p] macerati pari portione dent [q], cum aquae calidae duobus
ſextariis, atque ita faucibus infundant, eademque pabula, vt ſupra diximus, obii-
ciant. Quidam vinaceorum duas libras torrefaciunt, et ita conterunt, et [r] cum 4
totidem ſextariis [s] vini auſteri, potandum [t] medicamentum praebent, omnique [u] alio
11 humore prohibent, nec minus cacumina praedictarum arborum obiiciunt. Quod ſi
neque ventris reſtiterit [x] citata proluuies, neque inteſtinorum ac ventris dolor, ci-
boſque reſpuet; et praegrauato capite, ſi [y] ſaepius, quam [z] conſueuit, lacrymae [a]
ab oculis, et pituita a naribus profluent: vſque ad oſſa frons media vratur, aures-
que ferro ſcindantur [b]. Sed vulnera facta igne [c] dum ſaneſcunt [d], defricare bubula
vrina conuenit. at ferro reſciſſa melius pice et oleo curantur.

12 VIII. SOLENT etiam faſtidia cibo [a] afferre vitioſa incrementa linguae, quas
ranas veterinarii vocant. Haec ferro reciduntur, et ſale cum allio [b] pariter trito
vulnera defricantur, donec laceſſita pituita decidit [c]. Tum vino perluitur [d] os, et
interpoſito vnius horae ſpatio virides herbae, vel frondes dantur, dum facta vlce-
ra [e] cicatrices ducant. Si neque ranae fuerint, neque aluus citata, et nihilo minus 2
cibos non appetet, proderit allium pinſitum cum oleo per nares infundere, vel ſale,
vel

[C. VII.] a) *conſpexit I. B. R. quaſi conſpexit L.* b) *mulcum L.* c) *minus L. I. B. R.* d) *Remedio Geſ. I. B. R.* e) *et virorum, quae ponderis vetuſtiſſimus caſei: quibus etc. L. I. B. R. ponderis* etiam *Geſ.* vid. *Morg. III, 5. pondere* coni. *Vrſin.* f) *quadriduum I. B. R. H.* g) *diſpenſat I. I. diſpenſari H. A. G.* h) *myrtiſque Geſ.* i) *viridia* coni. *Vrſin.* k) *aluos I. B. R. albos L.* l) *biduum I. B. R.* m) *multi P.* n) *teneram laurum coloni L. I. B. R.* o) *et abrotanum cerati cum pari L. I. B. R.* p) *abrotani I. I. H. A. Gr. G. St.* q) *dederint I. B. R.* r) *et* deeſt *I. B. R.* s) *ſextariis I. B. R.* t) *que* adiicitur *I. B. R.* u) *omnia in humo res ſupra dixi: nec etc. L. I. B. R.* x) *creuerit I. B. R. creſcet L.* vid. *Morgag. III, 7.* y) *ſi* om. *Geſ. I. B. R.* z) *quam* om. *Geſ. L. I. B. R.* a) *lacrymaque Geſ. lachrymaque et oculis pituita nari I. B. R.* b) *decidantur I. B. R. L. Geſ.* c) *interdum L. I. B. R.* d) *interdum* repet. *I. B. R.* [C. VIII.] a) *ciborum afferre vitia L. cibi* vel *ciborum* coni. ex *Veg.* b) *alio I.* c) *decidit* abeſt *L. I. B. R.* d) *proluitur Geſ.* e) *vulnera Veget.*

7, 1 VISV NANTIVM) Habet eadem Veg. 3, 3, 7 ſeq.

7, 1 CRVENTA) Hinc facile eſt videre quid ſibi velit Vegetii *cruentus et mucoſus venter.*

7, 2 PER QVATRID. DISPENSATI DANTVR) Ita legi iuſſit etiam VRSIN.

8, 1 QVAS RANAS) *Ranulas* vocat Veg. 3, 3, 12.

8, 1 LACESSITA PITVITA DECIDIT) Hoc vult, puto, fricandam tamdiu linguam, dum non iam ſanguis, ſed pituita conſequatur. Vegetius tamen, *vt omnis humor exeat prouocatus.* Noſtram rationem fulcire videtur, quod quidam illud *decidit* plane omittunt.

vel [f] cunela defricare fauces, vel eandem partem allio tunso [g], et hallecula linire. Sed haec si [h] solum fastidium est [i].

IX. FEBRICITANTI [a] boui conuenit abstineri cibo vno die, postero dein-
de exiguum sanguinem ieiuno sub cauda emitti [b], atque interposita hora [c] modicae
magnitudinis coctos brassicae coliculos triginta ex oleo et garo saliuati [d] more de-
mitti [e], eamque escam per quinque dies ieiuno dari. praeterea cacumina lentisci, aut 2
oleae, vel tenerrimam quamque frondem, aut pampinos vitis obiici, tum etiam
2 spongia [f] labra detergeri, et aquam frigidam ter die praeberi potandam. Quae me-
dicina sub tecto fieri debet, nec ante sanitatem bos emitti. Signa febricitantis, ma- 3
nantes [g] lacrimae, grauatum caput, oculi compressi, fluidum [h] saliuis os, longior
et cum quodam impedimento tractus spiritus, interdum et cum gemitu.

X. RECENS tussis optime saliuato [a] farinae ordeaceae [b] discutitur. Interdum 4
magis prosunt gramina concisa, et his admista [c] fresa faba. Lentis [d] quoque valuu-
lis [e] exemtae, et minute [f] molitae, miscentur aquae calidae [g] sextarii duo, factaque
sorbitio per cornu infunditur. Veterem tussim sanant duae librae hyssopi macerati 5
sextariis aquae tribus. Nam id medicamentum teritur, et cum lentis minute [h], vt
dixi, molitae [i] sextariis quatuor more saliuati [k] datur, ac postea aqua hyssopi [l] per
2 cornu infunditur. Porri etiam succus [m] oleo, vel ipsa fibra cum ordeacea [n] farina 6
contrita remedio est. Eiusdem radices [o] diligenter lotae, et cum farre triticeo pin-
sitae, ieiunoque [p] datae, vetustissimam tussim discutiunt. Facit idem pari mensura
eruum sine valuulis cum torrefacto [q] ordeo molitum, et saliuati [r] more in fauces
demissum [s].

XI. SVP-

f) *et P. L.* g) *tonso L.* h) *si Goes. bis* alii. i) *sollent I. I. est* reliqui. [C. IX.] a) *Fabricanti P,* b) *mitti I. B. R.* c) *hora* abest *L. I. B. R.* d) *saluiati* praeter Pol. et Com. omnes. e) *dimitti I. B. R.* f) *spongea I. B. R.* g) *manentes Gr.* h) *fluuidum L. I. B. R.* [C. X.] a) *saluiato* praet. *Goes.* et. *Com.* omnes. b) *hordeaceae I. B. R.* c) *admixta I. B. R.* d) *Lentis P.* al. *lentes.* e) *balbulis I. B. R. valuis L.* ita *c.* 14, 2 *voluulis.* f) *minutae* al. g) *callidae Steph. calidae. Sextarii H. calidae Sext.* sine puncto *I. I. A. G.* h) *minute H.* recte, puto: *minutae* al. i) *molita sestariis I. B. R.* k) *saluiati* vid. *a.* l) *Ysopi* hic et alias *L.* m) *succum I. B. R. I. I. H. A. Gr. G.* vid. *Morgag. I,* 27. n) *hordeacea I. B. R.* o) *radicis I. B. R.* p) *vinoque L. I. B. R.* q) *torreo Goes. L. I. B. R.* r) *saluiati* vid. *a.* s) *dimissum I. B. R.*

8, 2 HAEC SI SOLVM FASTIDIVM EST) Secutus sum Goesiani codicis lectionem, quod propius ea abest a fide vetustarum editionum. Iuntina lectio non absurda, sed suspecta, ne correctoris magis ingenio, quam libris debeatur.

9 Conf. Veget. 3, 4, 1.

9, 1 BRASSICAE COLICVLOS) Hinc corruptos apud Vegetium puto 3, 4 pr. *paruos aculeos,* quos febricitanti boui iubet praeberi. Ita cacumina *lentium* pro *lentisci* etc. Sed copiose ista Cel. Morg. III, 8.

9, 1 SALIVATI MORE) Antea in excusis *saluiati,* et hic, et pluribus aliis locis corrupte: in antiquis recte *saliuati. Saliuatum* appellat, quod Apsyrtus, et alii, qui de medicina equorum scripserunt, *προπότισμα* vocant, et saliuare, quod illi *προποτίζειν.* Crebrum autem hoc verbum apud ipsos. VICTOR. Vid. Ind.

10, 1 LENTIS QVOQVE VALVVLIS) Ita rescribendum erat, vel absque suffragio optimi Codicis, propter ea, quae hac ipsa sectione dicuntur, *lentis minutae, vt dixi.*

10, 1 SEXTARII DVO) *Sestertiis duobus* legendum videtur VRSINO. *Sestertiis* credo vel non cogitanti excidisse VRSINO vel operis, cum *sextariis* vellent. Quid si *lentis duo sextarii* miscentur *aquae calidae,* quantum satis est, vt inde fiat sorbitio? Hoc vereor, ne magna nimis portio lentis alicui videatur. Sed bos est.

10, 2 PORRI ETIAM SVCCVS) Ita voluit etiam VRSIN. it. Morg. III, 11.

10, 3 CVM TORREFACTO HORDEO) Ex scriptura veteri *torreo, torrido* legendum coniicit N. Heins. ad Ouid. Fast. 2, 24.

11 XI

7 XI. SVPPVRATIO melius ferro rescinditur, quam medicamento [a]. Ex-
pressus deinde sinus [b] ipse, qui eam continebat, calida bubula vrina eluitur, atque [c]
8 linamentis [d] pice liquida et oleo imbutis colligatur. Vel si colligari [e] ea pars non
potest, lamina candenti [f] seuum [g] caprinum aut bubulum instillatur [h]. Quidam,
cum vitiosam partem [i] inusserunt, vrina vetere eluunt, atque ita aequis ponderibus
incocta pice liquida cum vetere axungia linunt.

9 XII. SANGVIS demissus [a] in pedes claudicationem affert. quod [b] cum acci-
dit, statim vngula inspicitur. tactus autem feruorem demonstrat: nec bos vitiatam
partem vehementius premi patitur. Sed si sanguis adhuc supra vngulas in cruri-
bus est, fricatione assidua discutitur; vel cum ea nihil profuit, scarificatione demitur.
10 At si iam in vngulis est, inter duos vngues cultello leuiter aperies [c]. Postea lina- 2
menta [d] sale atque aceto imbuta applicantur, ac solea spartea pes induitur [e], maxi-
11 meque datur opera, ne [f] in aquam pedem mittat, et vt sicce [g] stabuletur. Hic idem
sanguis nisi emissus fuerit, saniem [h] creabit, qui si suppurauerit [i], tarde percurabi-
tur [k]: ac primo ferro circumcisus et expurgatus, deinde pannis [l] aceto et [m] sale et
oleo madentibus inculcatis, mox axungia vetere et seuo [n] hircino pari pondere decoctis,
12 ad sanitatem perducitur. Si sanguis in inferiore parte vngulae est, extrema pars 3
ipsius vnguis ad viuum resecatur, et ita emittitur, ac linamentis [o] pes inuolutus
spartea munitur. Mediam vngulam ab inferiore parte non expedit aperire, nisi eo
13 loco iam suppuratio facta est. Si dolore neruorum claudicat, oleo et sale genua
poplitesque et crura confricanda [p] sunt, donec sanetur. Si genua intumuerint [q], 4
calido aceto fouenda sunt, et lini semen [r] aut milium detritum, conspersumque aqua
mulsa

[C. XI.] a) *medicamento expresso. Deinde I. B. R.* b) *fasinus L.* c) *ita* infer. *P. Goes.* d) *linimentis I. B. R.* e) *collui* omnes, praet. *Goes.* f) *candente I. B. R.* g) *faenum H.* h) *instilatur B. R.* i) *partem minus feruntur in babeture rane luunt L.* [C. XII.] a) *dimissus* omn. praet. *Goes.* et *Vrs.* Conf. *Col.* 6, 30, 6. b) *quae I. B. R.* c) *aperiri et Goes.* d) *linimenta I. B. R.* e) *inducitur P.* f) *bos* inf. *Goes.* g) *sic pes I. B. R. fuget L.* h) *famicem P. V.* i) *super cum erit L.* k) *percurauit. Ob P.* l) *paneis et I. B. R. paneis ex ac: P.* m) *et sale, et oleo* desic. *I. B. R. et sale* om. *L.* n) *sebo Goes. seuo grcino L.* o) *linimentis I. B. R. lineamentis H.* p) *explicanda I. B. R.* q) *intumuerunt I. B. R.* r) *semine P.*

11 SI COLLIGARI EA PARS) Cum Goesiani codicis lectioni non Vegetius tantum suppetias ferret, sed ipsa etiam ratio, recipere illam non fuit religio. Quid enim? qui locus vrina collui non potest, ei instillabitur seuum? Sed colligari quaedam partes nequeunt, quibus instillare seuum licet. Sed non dissimulandum aliter videri Cl. Morgagno III, 12.

12, 1 SCARIFICATIONE) *Scarificare*, vt vbique apud Plinium scribitur, et *scarificatio*, non est Latinum, licet *scarificare* vulgo dicant τῶν χειρουργῶν παῖδες. Graece σκάριφος τὴν ξέσιν, τὴν γραφὴν significat, et σκαριφῶ, rado, scindo, scalpo. Hesychius: σκαριφᾶσθαι, ξύειν, σκάπτειν, γράφειν, ὅθεν καὶ ὁ σκάριφος. Vnde latinum *scarifo*. Glossae *scarifat*, κατασχίζει, κατακνίζει, καταχαράσσει. *Scarifo*, χαράσσω, κατακνίζω. Quae Plinio *scarifatio*, Theophrasto dicitur σχάσις. In libris legitur *scariphatio*. Ita omnibus locis reponendum, vbicunque *scarificatio* aut *scarificare* vulgati legunt. Haec Salmasius ad Solinum c. 35 p. 417. Mss. quoque Pliniani 17, 27 Harduino teste, *scariphatio* legunt. Confer eundem ad 22, 23 [Add. Var. lect. ad C. 6, 17, 3 lit. r] Nollem tamen auctoritatem tot codicum in nostro et aliis auctoribus ex argumento leuiculo in dubium vocare, sed vtramque potius scriptionem tolerandam esse dicerem. SCHOETTG.

12, 2 PERCVRABITVR) *Procurabitur* malit VRSIN. Sed habet hoc verbum etiam hoc in argumento Vegetius, et significat plenam curationem.

12, 2 DECOCTIS) Disertius longe Vegetius 3, 4, 11 *ferro candenti stillantibus*, quod vix dubito verum esse. *Incoctum* tamen in simili medicamento est mox 14, 5 vbi etiam Veg. *concoquitur*.

mulsa, imponendum: spongiae [s] quoque feruenti aqua imbutae [t] et expressae, atque
melle litae, recte genibus applicantur, ac fasciis [u] circumdantur. Quod si tumori 14
subest aliquis humor, fermentum [x], vel farina ordeacea ex passo aut aqua mulsa de-
cocta imponitur: et cum maturuerit [y] suppuratio, rescinditur ferro, eaque emissa, vt
5 supra docuimus, linamentis [z] curatur. Possunt etiam (vt Cornelius Celsus praeci- 15
pit) lilii radix, aut [a] scylla cum sale, vel sanguinalis herba, quam πολύγονον [b] Graeci
appellant, vel marrubium [c] ferro reclusa [d] sanare. Fere autem omnis dolor corpo-
ris, si sine vulnere est, recens melius fomentis discutitur; vetus vritur, et supra vstum
butyrum, vel caprinus [e] instillatur [f] adeps.

XIII. SCABIES extenuatur trito allio defricto [a], eodemque remedio curatur 16
rabiosae [b] canis vel lupi morsus, qui tamen et ipse imposito vulneri vetere salsamento,
aeque bene sanatur [c]. Et ad scabiem praesentior alia medicina est. cunila [d] bubula,
et sulphur [e] conteruntur, admistaque [f] amurca cum oleo, aqua, aceto incoquuntur.
deinde tepefactis scissum alumen tritum spargitur [g]. id medicamentum candente sole
2 illitum maxime prodest. Vlceribus gallae tritae remedio [h] sunt. nec minus succus 17
marrubii cum fuligine. Est et infesta pestis bubulo pecori, coriaginem rustici appel-
lant, cum pellis ita tergori adhaeret, vt apprehensa manibus deduci a costis non
possit. Ea res non aliter accidit, quam si bos aut ex languore [i] aliquo ad maciem
perductus est; aut sudans in opere faciendo refrixit [k], aut si sub onere pluuia made-
3 factus est. Quae quoniam perniciosa sunt, custodiendum est, vt cum ab opere bo- 18
ves redierint [l], adhuc aestuantes anhelantesque vino aspergantur, et offae [m] adipis
faucibus eorum inserantur [n]. Quod si praedictum vitium inhaeserit, proderit deco-
quere laurum, et ea calda fouere terga, multoque oleo et vino confestim subigere,
ac per omnes partes apprehendere et attrahere pellem [o]. idque optime fit sub dio,
sole feruente. Quidam fraces [p] vino et adipe [q] commiscent, eoque medicamento 19
post fomenta praedicta vtuntur.

XIV. EST etiam illa grauis pernicies, cum pulmones exulcerantur. inde tussis 20
et macies, et ad vltimum phthisis inuadit. Quae ne mortem afferant, radix consili-
ginis

s) *spongiam feruenti I. B. R. phongio P.* t) *imbuta et expressa linita aeque melle recte I. B. R. imbuta et expressa litaque melle Goes. L.* u) *fasciis Veg. fasceis Col.* x) *frumentum L.* y) *maturuit I. B. R.* z) *limimentis I. B. R.* a) *vt P.* b) *polygona I. B. R. polugonam Goes. poligena L.* c) *marubium B. R.* d) *reclausa L. I. B. R.* e) *caprina I. B. R. caprine L.* f) *instilatur B. R.* [C. XIII.] a) *deflicto L.* vid. h. Balbus vel dictauit vel scripsit. b) *rabies Goes.* c) *sanentur P.* d) *cunilabubula* iunct. *B. R. cunila, bubula H. cum culabula I. L. cum cunculabula P. cunicula bub. Goes.* Vera lectio debetur *Beroaldo.* v. not. e) *sulfur I. I. H. A. G.* f) *admixtaque I. B. R.* g) *spergitur Goes.* h) *remedium L. P.* i) *langore I. B. R. I. I. A. Gr.* k) *reflixit I. L.* vid. a. l) *reddiderint P.* m) *offa I. B. R.* n) *inferatur I. B. R.* o) *pelle Goes.* p) *flocces I. B. floces R. flactes L. flaces Goes. feces Veget.* q) *adipi Goes.*

13 Conf. Veget. 3, 4, 16 sqq.

13, 1 CVNILA BVBVLA) Emendo vulgatum *cumculabula, cunila bubula.* hoc enim nomine appellatur herba, cuius plura sunt genera. Est enim *cunila* quae *bubula* appellatur, cuius semen contra serpentes vino bibitur. Est alia *cunila gallinacea* appellata a nostris, a Graecis *origanum Heracleoticum.* Tertium genus est eius, quae a Graecis *mascula*, a nostris *cunilago* vocatur. Vires cunilae vehementissimas in omnibus his generibus tradunt. BERO.

13, 1 TRITVM SPARGITVR) Lectio Goesiana primo nos admonuit, docuit deinde Vegetius l. 16 scriptum a Columella *inspergitur.* *m* claudens vocem praecedentem hausit syllabam primam sequentis.

14, 1 RADIX CORYLI INVSTA ITA) Videtur legendum, *Radix consiliginis, ita etc.* Nam [illegible] designat

ginis [a] ita, vt supra docuimus, perforatae auriculae inseritur, tum [b] porri succus instar heminae pari olei mensurae miscetur, et cum vini sextario potandus datur diebus
21 compluribus. Interdum et tumore [c] palati cibos respuit, crebrumque suspirium [d] 2
facit, et hanc speciem praebet, vt bos in [e] latus [f] pendere videatur. ferro palatum opus [g] est sauciare, vt sanguis profluat, et [h] exemtum valuulis [i] eruum maceratum,
22 viridemque frondem, vel aliud molle pabulum, dum sanetur praebere. Si [k] in opere 3
collum contusum [l] erit, praesentissimum est remedium sanguis de aure emissus: aut
23 si id factum non erit, herba, quae vocatur auia [m], cum sale trita et imposita. Si cervix

[C. XIV.] a) *corib' in hiis L. confitus in his P. coryli inusta* reliqui. b) *et I. B. R.* c) *tumor Goes. I. B. R.* d) *suspiri P.* e) *in* abest *L. I. B. R.* f) *laetus I. B. R. lotus L.* g) *opus est* omitt. *I. B. R.* h) *et* deest *I. B. R.* i) *voluulis L.* vt c. 10, e. k) *Sin opere I. B. R.* l) *contuderis Goes. L. I. B. R.* m) *babia I. B. R. L. Goes.*

designat locum superiorem 6, 5, 3. Infra etiam 7, 5, 14 meminit huius loci, cum ait: *Ouem pulmonariam similiter etc.* Hanc Vegetius in *Mulomedicina* pulmonariam appellat. Hermol. in coroll. lib. 2. *Telephion.* VRSIN. Coniectura bona Vrsini, nunc demonstratio est, quatenus in his rebus illi voci locus est. Vestigia codicis Medicei fauent: Vegetius, qui hunc locum descripsit, aperte habet *consiliginis* 3, 4, 20. Vt adeo inuidere Columellae huius loci integritatem non potuerim, *ὡς ὄνος κερτικὸν εἰπεῖν.* Sed vid. etiam Cl. Morg. Epist. III, 28.

14, 2 VT BOS IN LATVS PENDERE) Quid si legamus *inflatus*, quod ex crebro suspirio colligitur. Sed ne sic quidem vel mihi satisfacio, nedum aliis. *Os in flatus pandere* h. e. aperire quasi ad flandum ad sententiam satis bene congruere videtur, sed nimis forte a scriptura recepta recedit. Vegetius hoc comma omittit. Sed vid. Cl. Morgag. II, 21.

14, 3 HERBA QVAE VOCATVR AVIA) De herba hac nondum quidquam inuenire potui apud rei herbariae scriptores. Ego crediderim eandem esse ac *senecionem*, quam ita Latini appellant, quod vere canescat, et quodammodo senex fiat; qua ratione eam Graeci dixere *ἠριγέρων.* Coniecturam hanc confirmare videtur Apuleius de herb. c. 75. vbi ait, Seneciones flores a Graecis *πάππους* vocari, a nobis *auos* dici posse. FACCIOLATVS. Quid fuerit haec herba *Auia* siue Stabia ap. veteres, quam rursus Auctor ad hunc modum commemorat: *Celsus quidem tumenti ceruici herbam, quae vocatur Auia, vt supra dixi, contundi et imponi iubet*, hac aetate ignoratur. Neque certiora habemus ex Vegetio *Art. Vet.* 3, 4, 23 qui haec transcripsit: *quae vocatur amati amaticum.* Item: *Celsus quidem tumenti ceruicem herba quae vocatur aua (vt supra dixi) contundi et imponi iubet.* Verum si haec Vegetii minus vitiosa censenda sint, quam illa, quae in editis et manu exaratis Columellae voluminibus leguntur, aliquid coniectando proferre possumus; invenio enim apud illum auctorem, qui Apuleii nomine circumfertur, de Virt. Herb. cap. 23. Chamaemelum a Campanis *Amaleciam* vocatum, ex qua voce deprauatum fortasse est illud *Amaticum.* Ille quoque Pseudoaemilius Macer de Chamaemelo haec numeris est complexus: *Anthemium magis* (an *magnis*) *commendat laudibus auctor Asclepius: quam camimelum nos vel camomillam Diximus: haec multum redolens est et breuis herba. Herbae tam similis, quam iusto nomine vulgo Dicit amariscam quod foetem, et sit amara.* Hinc apparet, *Amariscam*, (quae fortasse erit *Amalecia* supra commemorata) dictam illam Chamaemeli speciem, quae appellatur *Chamaemelum foetidum.* C. B. *Pin.* [voluit ne Casparis Bauhini Pinaca laudare? ita puto] Gignitur haec vulgo in areis et compitis aptissimum adu. contusiones et tumores; fibrae siquidem dolorifico sensu distentae ab oleo foetido, quo haec stirps abundat, inunctae mollescunt. PONTED. Iis quae de ista herba *auia* coniectando proposui, nunc necessario nonnulla sunt addenda; incidi enim, dum haec scriberem, in commentarios Ioannis Bodaei a Stapel ad libr. 9 Theophr. qui de tam obscuro, et fortasse vitioso Columellae loco haec asserere non dubitauerat. *Columella quod auium pennas* (filix) *referat, auiam* vocat libr. 6 cap. de R. R. 14. Filicem igitur *auiam* esse constituit, cui non assentior equidem; quoniam inter filicem et aues ea non intercedit similitudo, qua ab auibus filix nomen inueniat. Graeci sane ob folia, quae alarum modo expandantur, filicem *πτερὶς* appellarunt, *ὀρνιθίδα* vero id est *auiariam* nequaquam. Eadem ratione apud Latinos si propriam nomenclaturam ab ipsis etiam agricolis vsurpatam (qua ipsis mulierculis apud nos ad hoc tempus innotescit) a vetustissimis vsque temporibus *filix* non inuenisset, Graecorum exemplo dici poterat vel *ala*, vel *alaris*, vel *pinna* vel quid item, *auis* vero, aut *auia* nullo modo. Praeterea si filix dicta fuit etiam *auia*, quod nomen minus frequens fuisse censendum, (nam in iis, quae supersunt, veterum scriptorum monumentis nusquam occurrit) reine consentaneum videtur, Corn. Celsum tam excellentis ingenii et perspicuitatis virum voce obsoleta vti maluisse quam communi, et remedium

pluribus

vix mota et deiecta eſt, conſiderabimus quam in [n] partem declinet, et ex diuerſa auri-
cula [o] ſanguinem detrahemus. Ea porro vena, quae in aure videtur eſſe ampliſſima,
ſarmento prius verberatur. deinde cum ad ictum intumuit, cultello ſoluitur; et po-
ſtero die iterum ex eodem loco ſanguis emittitur, ac biduo ab opere datur vacatio.
4 tertio deinde die [p] leuis [q] iniungitur labor, et paullatim ad iuſta perducitur. Quod 24
ſi ceruix in neutram partem deiecta eſt, mediaque [r] intumuit, ex vtraque auricula
ſanguis emittitur. qui cum intra biduum [s], cum [t] bos vitium cepit [u], emiſſus [x] non
eſt, intumeſcit collum, neruique tenduntur, et inde nata duricies [y] iugum non pati-
5 tur. Tali vitio comperimus aureum [z] eſſe medicamentum ex pice liquida, et bubula 25
medulla, et hircino ſeuo, et vetere oleo aequis ponderibus compoſitum, atque inco-
ctum. Hac compoſitione ſic vtendum eſt. Cum disiungitur ab opere, in ea [a] piſci-
na [b], ex qua bibit, tumor ceruicis aqua madefactus ſubſiccatur [c], praedictoque medi-
6 camento defricatur, et illinitur. Si ex toto propter ceruicis tumorem iugum recuſet, 26
paucis diebus requies ab opere danda eſt. tum ceruix aqua frigida defricanda, et
ſpuma argenti illinenda [d] eſt. Celſus quidem tumenti ceruici herbam, quae vocatur
Auia [e], vt ſupra dixi, contundi et imponi iubet. Clauorum, qui fere ceruicem infe-
7 ſtant, minor moleſtia eſt: nam facile operanti [f] lucerna inſtillatur. Potior tamen 27
ratio eſt cuſtodiendi, ne naſcantur, neue colla calueſcant [g], quae non aliter glabra
fiunt, niſi cum ſudore aut pluuia ceruix in opere madefacta eſt. itaque cum id acci-
dit, veteri lateri later [h] conteritur, eoque intrito prius, quam disiungantur [i], colla
conſpergi [k] oportet: deinde [l] cum id [m] ſiccum erit [n], ſubinde oleo imbui.

XV.

n) *in* def. *I. B. R.* o) *viiculi P.* p) *die* negligitur *I. B. R.* q) *leuis L. I. R. R.* Morg. *III.* 23. al. *leuius.* r) *media quae I.* s) *triduum L. Goeſ. I. B. R.* t) *quam L.* u) *cepit B. I. I. H. coepit* al. x) *emiſſum I. B. R.* y) *durities H.* z) *autem L. I. B. R. Goeſ. aptum* a) *ea* abeſt *I. B. R. aepaſciena Goeſ.* b) *paſcua I. B. R. praſſina L.* c) *ſubiicitur I. B. R. ſubicitur L. Goeſ.* d) *illinienda I. B. R.* e) *babia B. R. auia L.* f) *operantem lucernam inſtillato L. I. B. R. nam facit eo per lucernam medentem inſtillatio potior eſt Goeſ.* vid. *Veget.* g) *calueſcant, quae — disiungantur, colla* def. *I. B. R.* h) *latericio trito prius L. Goeſ. et P. puluere latericio trito Veget.* i) *diiungantur* vel *iungantur colle P.* k) *conſpergi I. B. R.* l) *et* inſ. *Goeſ.* m) *ad Goeſ. I. B. R.* n) *erunt I. B. R.*

pluribus docere *herbam, quae vocatur auia,* quam paucis vel potius vno verbo *filicem*; idque vitium non declinatur a Columella qui tamen *felicem* toties commemorat *filicis* nomine, non *auiae?* Sed haec ad coniecturas ſpectant: rem propius videamus. *Cur*, pergit Bodaeus, *auia dicatur, dixi, ſed vt certius lectori conſtet filicem eam eſſe, Dioſcorides filicem ſiue πτέριν foeminam ad id malum, commendat* l. 4 cap. 186. ξηραὶ δὲ ἐπὶ τῶν δυσαλθῶν καὶ καθύγρων ἑλκῶν ἐπιπάσσονται λόφους τε ὑποζυγίων ἰῶνται. *earundem farina praehumidis, et aegre ſaneſcentibus vlceribus inſpergitur, ac iumentorum quoque ceruicibus medetur. Plinius loco citato: farina earum tetris vlceribus inſpergitur, et iumentorum quoque in ceruicibus.* Trita itaque filicis foeminae radix iumentorum ceruici medetur, cum vlceribus manantibus, et aegre ſaneſcentibus officitur: at Corn. Celſus, et Columella aduerſus contuſam ceruicem, vel tumentem *auiam* herbam commendant. Quantum itaque diſcrimen inter tumores contuſionesque, ac vlcera tetra intercedat, quis ignorat? Accedit etiam quod *auia* herba non ipſius radix ad contuſiones cum ſale trita ſit imponenda; contra tumores vero contuſa tantum: vlceribus autem ſordidis detergendis ſanandisque filicis radicis farina, hoc eſt, radix exſiccata et in puluerem redacta inſpergitur. Cum itaque diſſimiles ſint morborum affectiones, et diſſimiles remediorum praeparationes, partes, ac nomina; diſſimilis quoque ac alia erit filix foemina ab *auia*. PONTED. Add. Morgagnius V. C. Ep. III, 25.

14, 5 AVREVM ESSE REMEDIVM) Scio, quomodo *aurei* appellatione abutantur ſaepe ſcriptores. Sed multo tamen magis dicere puto Columellam, quod eſt in Vegetio *aptum remedium.*

14, 5 EX QVA BIBIT) Magis Latine Vegetius praepoſitionem *in* habet, licet alioquin corrupte legatur *in quolibet.*

14, 6 NAM FACILE OPERANTI) Si inuenirem vt *opus* et *operarius*, ita et *operari* de aratoribus bubus dici; intelligerem, vel inter opus, certe ita vt nihil operis intermittatur, poſſe inſtillari clauis de lucerna oleum. Poſſis etiam ſuſpicari,

28 XV. SI talum aut vngulam vomer [a] laeserit, picem [b] duram et axungiam
cum sulfure et lana succida inuolutam candente ferro supra vulnus inurito. Quod
idem remedium optime facit exemta stirpe, si forte surculum calcauerit, aut acuta
testa vel lapide vngulam pertuderit [c], quae tamen si altius vulnerata est, latius ferro
circumciditur, et ita inuritur, vt supra praecepi [d]: deinde spartea calceata per tri-
29 duum suffuso aceto curatur. Item si vomer [e] crus sauciarit, marina lactuca, quam 2
Graeci τιθύμαλλον [f] vocant, admisto [g] sale imponitur [h]. Subtriti pedes eluuntur
calefacta bubula vrina: deinde fasce sarmentorum incenso, cum iam ignis in fauil-
lam recidit, feruentibus [i] cineribus cogitur insistere, ac pice liquida cum oleo vel
axungia cornua eius linuntur. Minus tamen claudicabunt armenta, si [k] opere dis-
iunctis [l] multa frigida lauentur pedes; et deinde suffragines, coronae [m], ac discri-
men ipsum, quo diuisa est bouis vngula, vetere axungia defricetur.

30 XVI. SAEPE etiam [a] vel grauitate longioris [b], vel [cum [c]] in proscindendo,
aut [d] duriori solo, aut obuiae radici obluctatus [e], conuellit armos. Quod cum acci-
dit, e prioribus cruribus sanguis mittendus est: si dextrum armum laesit, in sini-
stro [f]; si laeuum [g], in dextro; si vehementius vtrumque vitiauit, item in posteriori-
31 bus cruribus venae [h] soluentur. Praefractis cornibus linteola sale atque aceto et 2
oleo imbuta superponuntur, ligatisque per triduum eadem infunduntur. Quarto
demum [i] axungia pari pondere cum pice liquida, et [k] cortice [l] pineo [m], leuigato
[que [n]] imponitur. Et ad vltimum cum iam cicatricem ducunt, fuligo infricatur.
Solent etiam neglecta vlcera scatere vermibus: qui si mane perfunduntur aqua fri-
gida, rigore contracti decidunt, vel si hac ratione non possunt eximi, marrubium aut
porrum

[C. XV.] a) *vomere L. I. B. R.* b) *pice dura et axungia c. f. lana fucida inuoluta et L.* c) *per-tulerit L. I. B. R.* d) *praecipi Iuntt.* e) *vomere I. B. R.* f) *tithymallum P. L. tithymalum I. B. R.* g) *ad-mixto I. B. R.* h) *imponatur subtrita. Pedes I. B. R.* i) *feruenti P.* k) *ab* inf. *ex Veg. Morg. III.* 27. l) *disiuncti I. B. R.* m) *conaeue P. concuet L.* [C. XVI.] a) *bos* infer. *Iuntt.* b) *longiore I. B. R. longi laboris I. I.* quam lectionem probat *Morg. III,* 28. c) *cum* abest *Iuntt.* d) *aut* deest *Iuntt.* e) *ob-luctando Iuntt.* f) *finistrum I. B. R.* g) *lene L. leuum I. B. R. I. I. A.* h) *bene I. B. R.* i) *die ex* Ve-getio inf. *Morg. III,* 29. k) *et* defic. *Iuntt.* l) *cortici Iuntt.* m) *pineolo ingata L. I. B. R.* n) *leuigato lita Iuntt. que* om. *Morg. III,* 29.

suspicari, *nam facili opera de lucerna etc.* Vid. Morgag. III, 25.

14, 7 DISIVNGANTVR) Placet Vegetianum *delungatur*.

15 Conf. Veget. 3, 4, 28.

15, 1 QVOD IDEM REMEDIVM OPTIME FACIT, EXEMTA STIRPE) Legerem: *exem-to stipite*; sequitur enim *si forte surculum calca-uerit*, id est, ligni frustulo exemto, quod nos ver-nacula lingua *sterpe* appellamus. PONTED. Sed ipsa hodierna Italorum appellatio potest ab illis inde temporibus, quibus Columella scripsit, esse tracta; quod tanto mihi fit verisimilius, quia ali-quoties sine varietate in hoc auctore legitur.

15, 2 IN FAVILLAM RECIDIT) Nic. Heins. ad Ouid. Her. 17, 190 legi vult *residit*.

15, 2 CORNVA EIVS) *Corona* suspicatur Cl. Morgagnus III, 27. Sed videnda etiam quae ciuis ipsius doctissimus de *cornu* in iumentorum pedi-bus disputat ad V. 2, 7, 2.

16 Conf. Veget. 3, 4, 30.

16, 1 GRAVITATE LONGIORIS) Locus sine dubio mendosus. Itaque legendum: *Saepe vel grauitate longi oneris, vel — obluctatur, con-vellit armos*, deinde: *tum in posterioribus etc.* et paullo post: *pineo leuigato impon.* VRSIN. *Iti-neris* addo ex Vegetio, qui ita habet: *Frequenter etiam vel ab asperitate longioris itineris, vel proscindendo duritiam soli — conuellit armos.* SCHOETTG. His verbis vsus est Ruellius ad Theomnesti Graeca reddenda Hippiatr. 1, 25 p. 33, a.

16, 2 FVLIGO INFRICATVR) Videtur legendum *infriatur*, quo verbo vtitur et Varro et Columella de hac ipsa re 12, 30 *Postea terito, et pondo quadrantem amphoris singulis infriato; et oblinito*; et hoc ipso libro cap. 31. *Maxime prode-rit fuligo ex aheno vlceri infriata*, VRSIN. *In-fricatur* etiam habet Vegetius.

17 Conf.

porrum conteritur, et admisto [o] sale imponitur. id celerrime necat praedicta animalia.
3 Sed expurgatis vlceribus, confestim adhibenda sunt linamenta [p] cum pice et 32
oleo. vetereque axungia, et extra vulnera eodem medicamento circumlinienda [q]; ne infestentur a muscis, quae vbi vlceribus insederunt, vermes creant.

XVII. EST etiam mortifer [a] iis serpentis ictus, est [b] et minorum [c] anima- 33
lium noxium virus. nam et vipera, et caecilia [d] saepe cum in pascuo [e] bos improuide supercubuit, lacessita onere morsum imprimit. Musque araneus, quem [f] Graeci μυγαλῆν [g] appellant, quamuis exiguis dentibus, non exiguam pestem molitur. Verena viperae depellit super scarificationem ferro factam [h] herba, quam vocant per-
2 sonatam [i], trita et cum sale imposita. Plus etiam eiusdem radix contusa prodest, 34
vel Simonianum [k] trifolium. quod inuenitur confragosis [l] locis, efficacissimum traditur [m], odoris grauis, neque absimilis bitumini, et idcirco [n] Graeci eam ἀσφάλτιον [o] appellant; nostri autem propter figuram vocant acutum trifolium: nam longis et
3 hirsutis foliis viret, caulemque robustiorem facit, quam pratense. Huius herbae 35
succus

o) *admixto I. B. R.* p) *linimenta L. I. B. R.* q) *circumlinenda Gesf. I. B. R.* [C. XVII.] a) *mortiferus serp. I. B. R. L. Gesf. Veget. Morg. III,* 30. b) *est* om. *I. B. R.* c) *magnorum* omnes. d) *cecilia I. B. R.* e) *pascuo Gesf. pascuis Veg. pascua* al. f) *quem* omiss. *I. B. R. it. Ms. S. Germ.* apud Burm. ad Quintil. 5, 11 pr. g) συντάλην *a.* Commel. λυγάλην *Gesf. grutaan L.* h) *capta I. B. R.* i) *persona: L. I. B. R.* k) *Simonianum I. B. R. Symonianum I. I. H. A. Gr. G. St. vel si montanum trifolium inuenitur, quod confragosis locis efficacissimum nascitur Gesf.* l) *fragosis I. B. R. quo a fragosis P.* m) *nascitur P. L. Veg.* n) *iccirco I. B. R. I. I. H. A.* o) ἀσφάλτιον *Gesf.*

17 Conf. Veget. 3, 4, 39.

17, 1 MAGNORVM ANIMALIVM) Lego *minorum*, scilicet quam serpens. Minora enim sunt vipera et caecilia. Occasionem emendandi dedit Vegetius: *Serpentis quoque ictus mortiferus est bobus, sed et minorum animalium noxium virus.* Idem tamen postea comperi emendasse Hadr. Iunium in epistolis. SCHOETTG. Locus Iunii est epist. 207 p. 377 quem ad h. l. laudauit ALMEL. Eadem vidit Cl. Morg. III, 30. *Mortifer iis* reliqui, quod putarem pronomen ad *bobus* referri. Neque tamen dedecet Columellam *mortiferus*, cum Celsum, quo alias vtitur, ab eo non abhorruisse constet.

17, 1 ΜΥΓΑΛΗΝ) Ita veteres libri habent, et ita sane legi debet. Antea in excusis, συντάλην mendose: cum idem mendum Dioscoridis caput, quo de eo agitur, occupasset, studio ac diligentia Marcelli Vergilii eruditissimi, et optimi viri sublatum fuit. Quin Graeci μυγαλῆν appellent, quem *murem araneum* Latini dixerunt, dubitari non potest. Plinius certe quae Graeci μυγαλῇ tribuunt, muri araneo assignat: in libro enim XXIX cap. IIII de mure araneo loquens, inquit: *Est et contra morsum eius remedio terra ex orbita: ferunt enim non transiri ab eo orbitam, torpore quodam naturae.* Aelianus libro II cap. XXXVII Περὶ μυγαλῆς. Ἐὰν δὲ εἰς ἁρματοτροχίαν ἐμπέσῃ, οἱονεὶ πέδῃ κατείληπται καὶ μάλα ἀκρατεῖ καὶ τέθνηκε. δηχθέντι δὲ ὑπὸ μυγαλῆς φάρμακον ἐκεῖνο, ἐκ τῆς τῶν τροχῶν διαδρομῆς ἡ ψάμμος ἀρθεῖσα ἐπιπλασθεῖσα τῷ δήγματι καὶ ἄκεσις παραχρῆμα. VICTOR. Repetitur haec animaduersio in emendandis edit. Gryph. 1541. Ita legi quoque voluit VRSIN. Nec mediocriter confirmat hanc lectionem Vegetius, apud quem *migalem* legitur. Sed hoc etiam iam obseruatum Iunio l. c. indicat ALMEL. vid. Morg. I, 28 et III, 30.

17, 1 SCARIFICATIONEM FERRO FACTAM) Hinc inter alia colligit Io. Rhodius ad Scribon. c. 55 p. 96 fuisse etiam scarificationis aliud genus a vulgari diuersum, de quo ibi disputat.

17, 2 SIMONIANVM TRIFOLIVM) Lego: *Siler montanum*, nam hoc serpentibus aduersari testatur Plinius. Corruptus etiam est is locus apud Vegetium, cuius verba sunt lib. III. c. IV. *Creditur radix si contusa conatur, vel siler montanum reperiatur, trifolium semonianum, quod fragosis locis etc.* in manuscripto ita, *Cuius efficacior creditur radix, si contusa ponatur, vel siler montanum reperiatur, trifolium confragosis locis etc.* irreptitium virus illud *Simonianum*, pro silere montano. Neque vero trifolium aliquod est Symonianum, quum dicat acutum trifolium a figura dici Romanis, quod ab odore graui ἀσφάλτιον Graeci. Haec Hadr. Iunius in epistolis apud Crenium animadu. part. 10 p. 40. Contrarium tamen statuunt Bodaeus a Stapel ad Theophrasti hist. plant. 4, 11 et Harduinus ad Plinium H. N. 21, 9 qui a Simo medico, quem Plinius indice lib. 21 laudat, nomen trifolii Simoniani deducunt. Sed de hoc disquirant medicorum filii. SCHOETTG. Vid. mihi Cel. Morg. III, 31.

17, 3 IN

succus vino [p] mistus infunditur faucibus, atque ipsa folia, cum sale trita malagmatis [q] more, scarificationi intenditur: vel si hanc herbam viridem tempus anni negat, semina eius collecta, et leuigata cum vino dantur potanda, radicesque cum suo caule tritae [r], et farina [s] et sale commistae [t] ex aqua mulsa scarificationi [u] superponun-
36 tur. Est etiam [x] praesens remedium, si conteras fraxini tenera [y] cacumina quinque 4
librarum, cum totidem vini et duobus sextariis olei, expressumque succum faucibus infundas; itemque cacumina eiusdem arboris cum sale trita laesae parti superponas. Caeciliae [z] morsus tumorem, suppurationemque molitur. idem facit etiam muris aranei. sed illius sanatur noxa subula [a] aenea, si locum laesum compungas, creta-
37 que cimolia ex aceto linas. Mus perniciem, quam intulit, suo corpore luit: nam 5
animal ipsum oleo mersum necatur, et cum imputruit, conteritur, eoque medicamine [b] morsus muris aranei linitur. Vel si id non adest, humorque [c] ostendit iniuriam dentium, cuminum conteritur, eique [d] adiicitur exiguum picis liquidae et axungiae,
38 vt lentorem malagmatis habeat. Id impositum perniciem commouet [e]. Vel si an- 6
tequam tumor discutiatur [f], in suppurationem conuertitur, optimum est ignea lamina conuersionem [g] resecare, et quicquid vitiosi est, inurere, atque ita liquida pice cum oleo linire. Solet etiam ipsum animal viuum creta figulari circumdari; quae cum siccata est, collo boum suspenditur [h]. ea res innoxium pecus a morsu muris
39 aranei praebet. Oculorum vitia plerumque melle sanantur. nam siue intumuerunt, 7
aqua mulsa triticeae farinae conspergitur, et imponitur [i]: siue album in oculo est, montanus sal, Hispanus [k], vel Ammoniacus [l], vel etiam Cappadocus [m], minute [n] tritus [o] et immistus melli, vitium extenuat. facit idem trita sepiae testa, et per fistulam ter die oculo inspirata. facit et radix, quam Graeci σίλφιον [p] vocant, vulgus au-
40 tem nostra consuetudine laserpitium appellant. huius quantocunque ponderi decem [q] 8
partes salis ammoniaci adiiciuntur, eaque pariter trita oculo similiter infunduntur, vel eadem radix contusa, et cum oleo lentisci inuncta vitium expurgat. Epiphoram supprimit polenta conspersa mulsa [r] aqua, et in [s] supercilia genasque imposita, pa-
41 stinacaeque [t] agrestis semina, et succus armoraceae, cum melle conlinita [u] oculorum 9
sedant

p) *vino A. G. St. Gr.* q) *malagmatis incendunt vel L. I. B. R.* r) *tritae farinae L. I. B. R.* s) *bordeacea farina Goes. it. Veget.* t) *commixtae I. B. R.* u) *scarificationis I. scariphationis P. scarifactionis L.* x) *et I. B. R.* y) *terna L. I. B. R.* z) *Ceciliae I. B. R. celi L.* a) *fibula Goes. L. I. B. R.* b) *quandoq.* inf. *Goes. quum L.* c) forte *tumorque* Vid. Not. d) *eoque P.* e) *submouet Veget.* recte. f) *discuteretur L. I. B. R.* g) *conuersionem* om. *G.* h) *suspendatur I. B. R.* i) *componitur I. B. R.* k) *spanus Goes.* l) *amoniacus I. B. R. armaniacus L.* m) *capadocis I. B. R.* n) *minutae B. R.* o) *tritum, et immixtum I. B. R.* p) φιλον ἄλφιον *P.* μαγουδάριν *I. B. R.* ολφιον *L.* ϕιον *Goes.* q) *decimam partem L.* r) *mulsae impositas Goes.* s) *insuper olea L.* t) *pastinacae quoque Goes. et Veg.* u) *conleuata Goes. L. I. B. R. circum leuata Ms. S. Germ. circumleuigata* coni. Heins. *circumlita* coni. Burm. ad Quintil. decl. 13, 5 p. 277.

17, 3 INTENDITVR) Sententia postulat *intenduntur:* et huc pertinet, credo *incendunt*, quod habent editiones vett. Veget. *imponantur*. Etiam hic subuenit laudatissimus Morg. I, 29 et III, 32.

17, 4 CAECILIAE MORSVS) Vid. Pignorius Symbol. epist. 31. ALMEL.

17, 4 SVBVLA AENEA) Rhod. de acia p. 6 p. 77 ex Cod. Vaticano legit *fibula ahena*. ALMEL. *acu aerea* Veget.

17, 5 HVMORQVE OSTENDIT) Vix dubito, quin legendum sit *tumor*, quod visum etiam VRSINO. Fauet ipsa Columellae oratio, fauet praecedens *t*, fauet Vegetius 3, 4, 43, fauet denique Cl. Morg. I, 30 et III, 34.

17, 6 CONVERSIONEM RESECARE) Videtur legendum *reserare*. Nam ita habet infra cap. 32. *Suppuratio melius ignea lamina, frigido ferramento reseratur.* VRSIN. Veget. *collectionem aperire*.

17, 7 MONTANVS SAL) *Fossilem* dicit Vegetius, et pro *Ammoniaco Armeniacum* substituit.

sedant dolorem. Sed quotiescunque [x] mel, aliusue succus remediis adhibetur, circumliniendus [y] erit oculus pice liquida cum oleo, ne a muscis infestetur. nam et ad dulcedinem [z] mellis, aliorumque medicamentorum non hae solae, sed et apes aduolant.

XVIII. MAGNAM etiam perniciem saepe [a] affert hirudo [b] hausta cum aqua. 42
ea adhaerens faucibus sanguinem ducit, et incremento suo transitum cibis praecludit. si tam [c] difficili loco est, vt manu detrahi non possit, fistulam, vel arundinem inserito, et ita calidum oleum infundito: nam eo contactu animal confestim decidit.
2 Potest etiam per fistulam deusti [d] cimicis nidor [e] immitti: qui vbi superponitur [f] igni, 43
fumum emittit, et [g] conceptum nidorem fistula vsque ad hirudinem perfert; isque [h] nidor depellit [i] haerentem. Si tamen vel stomachum, vel intestinum tenet, calido aceto per cornu [k] infuso necatur. Has medicinas quamuis bubus adhiberi [l] praeceperimus [m]; posse tamen ex his plurima etiam omni maiori pecori conuenire, nihil dubium est.

XIX. SED et machina fabricanda est, qua clausa, iumenta bouesque curen- 44
tur, vt et propior accessus ad pecudem medentibus [a] sit, nec in ipsa curatione quadrupes reluctando remedia respuat [b]. est autem [c] talis machinae forma. Roboreis axibus [d] compingitur solum, quod habet in longitudinem pedes nouem, et in lati-
2 tudinem pars prior dupondium [e] semissem, pars posterior quatuor pedes. huic solo septenum pedum stipites recti ab vtroque latere quaterni applicantur. ii autem in ipsis quatuor angulis affixi sunt, omnesque transuersis sex temonibus [f] quasi vacer-
rae inter se ligantur, ita vt a posteriore parte, quae latior est, velut in caueam qua- 45
drupes possit induci, nec exire alia parte prohibentibus aduersis axiculis [g]. Primis autem duobus statuminibus imponitur firmum iugum, ad quod iumenta capistran-
3 tur, vel boum cornua religantur. vbi [h] possunt [i] etiam numelli [k] fabricari, vt inserto capite descendentibus per foramina regulis ceruix [l] teneatur. caeterum corpus laqueatum et distentum temonibus [m] obligatur, sicque [n] immotum [o] animal medentis

x) *quotienscunque* I. B. R. *quotiensque* P. L. *quotiesque* Goes. y) *circumlinendus* Ms. San Germ. ap. Burm. *l. c.* z) *et ad oculorum* ins. P. Goes. [C. XVIII.] a) *saepe* abest I. B. R. b) *harundo austa* L. c) *iam* H. d) *deusticae cimicis odor* P. *deustici mitis* L. *deusticae nucis odor* I. *deustice etc.* B. R. e) *odor* Goes. f) *superponuntur* P. *superpositus* Goes. g) *et* deficit I. B. R. h) *bisque* R. i) *depelies* I. B. R. k) *cornua* I. B. R. l) *adhiberi* om. L. I. B. R. *adhibendas* Goes. m) *praeceperim* I. B. R. [C. XIX.] a) *tutus* I. B. R. *medenti tussit* P. L. b) *respuet* I. B. R. c) *enim* I. B. R. d) *assibus* I. B. R. *asseribus* L. e glossa. c) *dipondium* L. I. B. R. f) *themonibus* I. B. R. g) *assiculis* I. B. R. h) *vbi possunt — obligatur* om. Goes. i) *potest* P. k) *numellae* B. R. l) *ceruicax tenetur* P. m) *themonibus* I. B. R. n) *sicque* om. L. I. B. R. o) *immotumque* I. B. R.

18 Conf. Veg. 3, 4, 42.

18, 2 DEVSTI CIMICIS NIDOR) Aliter Vegetius: *Odor quoque cimini super carbones impositi, vt sanguisugam adflauerit, euellet a vulnere.* Puta tamen eum ex nostro emendari debere. Vide et Apsyrtum Geop. 16, 19. SCHOETTG. Vid. Cl. Morg. Ep. III, 36. Contra *ἀντιστρέφον* quasi remedium aduersus cimices commendat Pallad. 1, 35, 4 *odorem sanguisugae accensae.*

18, 2 ACETO CALIDO) Optimum remedium contra haustam sanguisugam sunt aqua calida et alii liquores, qui eam statim necant. Vnde Iudaei in Auoda Sara fol. 12, 2 permittunt Sabbatho aquam calefieri pro eo, qui sanguisugam deglutiuerit. Confer Apsyrtum l. c. IDEM.

19 Conf. Veg. 3, 4, 44.

19 Haec machina ita luculenter a Columella describitur, vt vix idea depicta opus sit.

En

tis arbitrio est expositum. Haec ipsa machina communis erit omnium maiorum quadrupedum.

XX. QVONIAM de bubus satis praecepimus, opportune [a] de tauris vaccisque dicemus. Tauros maxime membris amplissimis, moribus placidis, media [b] aetate, probandos censeo. caetera fere eadem omnia in his obseruabimus, quae in bubus eligendis. neque enim alio distat bonus taurus a castrato, nisi quod huic torua facies est, vegetior aspectus, breuiora cornua, torosior ceruix, et ita vasta, vt sit maxima portio corporis, ventre paullo substrictiore, qui magis rectus [c], et ad ineundas foeminas habilis sit.

XXI. VACCAE quoque probantur altissimae formae, longaeque, maximis vteris, frontibus latissimis, oculis nigris et patentibus [a], cornibus venustis et [b] leuibus et [c] nigrantibus, pilosis auribus, compressis malis, palearibus et caudis amplissimis, vngulis modicis, et modicis [d] cruribus. Caetera quoque fere eadem in foeminis, quae et in maribus, desiderantur, et praecipue vt sint nouellae: quoniam, cum excesserint [e] annos decem, foetibus inutiles sunt. rursus minores bimis iniri non [f] oportet. Si ante tamen conceperint [h], partum earum remoueri placet, ac per triduum, 2
ne laborent, vbera exprimi, postea mulctra prohiberi.

XXII. SED et curandum est omnibus annis in [a] hoc aeque atque in reliquis gregibus pecoris, vt delectus habeatur. nam et enixae [b], et vetustae [c], quae gignere desierunt, summouendae sunt, et vtique taurae [d], quae locum foecundarum occupant,

[C.XX.] a) *oportune H.A.G.* b) *medietate Goes.* c) *reus L. treus Goes.* quid si *teres?* [C.XXI.] a) *patentissimis: I.B.R.L. patentibus cornibus, I.I.H.A.G.* b) *ac P.* c) *ac P.* d) *modicis* om. *Goes. L.I.B.R. Iuntt.* e) *excesserunt I.B.R.* f) *non* desic. *I.B.R.* g) *concoeperint R. conaeperint Iuntt.* [C.XXII.] a) *in hoc* abest *L.I.B.R.* b) *nixae I.B. nixe R. nise L.* c) *vetustate I.B.R.* d) *tauro I.B.R.*

En tamen illam, vtcunque delineatam



AB latitudo anterior, vbi etiam iugum.
CD latitudo posterior.
A, E, G, C itemque *B, F, H, D* loca stipitum ab vtroque latere (quorum quatuor in ipsis angulis defixi) qui sex temonibus (ternis sibi ad perpendiculum imminentibus) iunguntur. Inter *C* et *D* nihil opus cum laquei sufficiant, inter *A* et *B* sunt axiculi et iugum, vel numelli.

Compara nunc lector Vegetianam descriptionem, ac deprehendes nihil fieri posse corruptius, et ea ipsa causa obscurius, discesque inde, quantam cladem libris bonis intulerint librarii.

20 Ad hoc et proximum caput conferenda bovis descriptio supra c. 1, 3 huius libri.

20 BONVS TAVRVS) *Bos taurus* legendum. vid. VRSIN.

20 NISI QVOD HVIC) Non ad proximius respicit, sed ad remotius. vid. Col. 4, 27, 2.

22, 1 NAM ET ENIXAE ET VETVSTAE, QVAE GIGNERE DESIERVNT) Alterum membrum ita emendatur ex vetustis editionibus. *et vetustate quae gignere desierunt.* Sed quid dicemus de primo? *Enixae* ne submouendae? His vero submotis, quid retinebitur? Quod enim concipit, enititur, ideo reiicitur. quod vero vel natura, vel aetate sterile, quia non concipit,

cupant, ablegandae, vel aratro domandae; quoniam laboris et operis non minus
2 quam iuuenci, propter vteri sterilitatem [e], patientes sunt. Eiusmodi armentum maritima, et aprica hiberna desiderat; aestate [f], opacissima nemorum [g], ac montium alta [h] magis, quam plana pascua. nam melius nemoribus herbidis, et frutetis [i], et carectis [k], quam lapidosis [l] locis durantur vngulae. Nec tam fluuios riuosque desiderant, quam lacus manu [m] factos; quoniam [n] fluuialis [o] aqua, quae fere frigidior est, partum abigit, et caelestis [p] iucundior est. Omnis tamen externi [q] frigoris tolerantior equino armento vacca est, ideoque facile sub dio hibernat.

XXIII. SED laxo spatio consepta facienda sunt, ne in angustiis conceptum [a] altera alterius elidat, et vt inualida fortioris ictus effugiat. Stabula sunt optima saxo aut glarea strata, non incommoda tamen etiam sabulosa. illa, quod imbres respuant; haec, quod celeriter sorbeant [b], transmittantque. sed vtraque deuexa sint, vt humorem effundant; spectentque ad meridiem, vt facile siccentur, et frigidis
2 ventis non sint obnoxia. Leuis autem cura pascui est. nam vt laetior herba consurgat, fere vltimo tempore aestatis incenditur. ea res et teneriora pabula recreat, et [c] sentibus [d] vstis [e] fruticem [f] surrecturum in altitudinem compescit [g]. Ipsis vero corporibus affert salubritatem iuxta conseptum saxis et canalibus sal superiectus, ad quem saturae pabulo libenter recurrunt, cum pastorali signo quasi receptui canitur.
nam

e) *sterilites Goes. P. L.* f) *certatim opicis P. costatim opicis morum L.* g) *nemorum, ac* om. *I. B. R.* h) *ac lacta I. B. R.* i) *fructus P. fructibus L.* k) *caretis I. B. R. H. A. G. curetis P. L.* l) *lapidiosis Gr.* m) *manufactos* iunct. *I. B. R. I. I.* n) *et* inser. *P.* o) *pluuialis L.* p) *caelesti L.* q) *externi L. P. Goes. extremi* al. [C. XXIII.] a) *conseptum Gr.* b) *exorbem Goes. exorbens transmittuntque L. I. B. R.* c) *et* omiss. *I. B. R.* d) *dentis P.* e) *duris et L. I. B. R. duribus et P.* f) *fructicem R. frutione L.* g) *compescuit I. B. R.*

pit, neque enititur, item reiicitur: Nihil igitur aliud superest quam mares et buculae. Vitiosa itaque illa vox *enixae*, siue (vt in veteribus editionibus) *nixae*, nisi aliquid addatur, e. g. *saepe*, vt *saepe enixae*; quae vtique submouendae sunt, et acre permutandae antequam per aetatem deteriores fiant: vel *male*, videlicet, *male enixae*; nam quae partus difficultate tentantur, reiicere prouidi est armentarii. Denique ne plura colligam, hoc in loco id est intelligendum, quod infirmum et imbecille in armento reperitur; siquidem taurae, vetulae, et imbecilles reiiciendae sunt. Quod et Varro Georg. 17, 10, praecipit: Τὰς δὲ ταύρας, καὶ τὰς ἀσθενεῖς, καὶ τῇ ἡλικίᾳ προβεβηκυίας ἐκβαλεῖν ἐκ τῶν βουκολίων: *Tauras autem et imbecilles, et aetate prouectiores ex armentis eiiciendum.* PONTED. Ego suspicabar, *enixas* hic dici vt *effoetas*, et illud alterum, *quae gignere desierunt*, vel ἐπεξήγησιν esse auctoris, vel *plane alterius glossam.*

22, 2 EIVSMODI ARM.) Intellige *foecundum* quod partus et fructus causa habetur, vt indicant, quae sequuntur.

22, 2 NAM MELIVS NEMORIBVS) *Nam melius nemoribus herbidis, et frutetis, et carectis quam lapidosis locis durantur vngulae.* Mendosissimus locus; in herbidisne aquosisque locis (carex siquidem paludosis, vtique vliginosis, innascitur) magis durantur vngulae, quam in lapidosis tractibus? Non propterea iuuenculae mulae in montes abiguntur, vt saxis vngulas durent? De mulis enim sapientissimus auctor Varro libr. de R. R. 2, 8. *Hi* (muli) inquit, *si in palustribus atque vliginosis locis nati, habent vngulas molles: Iidem si exacti sunt aestiuo tempore in montes, quod fit in agro Reatino, durissimis vngulis fiunt.* Idem ipse Columella 7, 37 de mulis: *Annicula mula recte a matre repellitur, et amota montibus, aut feris locis pascitur, vt vngulas duret.* Videtur itaque legendum non *durantur vngulae*, sed *saturantur iuuencae.* Quod etiam ex his, quae sequuntur, apparet: *nec tam fluuios riuosque desiderant.* *Vngulaene* riuos desiderant ac fluuios, an potius *iuuencae?* Sed quo clarius haec innotescant, conferantur, quae in hoc loco a Columella traduntur cum iis, quae Palladius 4, 11, 7 immutatis nonnullis, verum seruata sententia, transscripsit. singula singulis respondent praeter illa, *durantur vngulae*; quae si immutentur in *saturantur iuuencae*, apud vtrumque auctorem eadem erit sententia. PONTED. Forte propius ad literas vulgatae lectionis accederet *durant iuuenculae.*

24, 1 QVA-

nam id quoque femper crepufculo fieri debet, vt ad fonum buccinae pecus, fi quod 3
in filuis fubftiterit, fepta repetere confuefcat. fic [h] enim recognofci grex poterit,
numerusque cenferi [i], fi veluti [k] ex militari difciplina intra ftabularii [l] caftra manfe-
rint. Sed non eadem in tauros exercentur imperia, qui freti viribus per nemora
vagantur, liberosque egreffus reditusque [m] habent, nec reuocantur, nifi ad coi-
tus [n] foeminarum.

XXIV. Ex his, qui quadrimis [a] minores funt, maioresque quam [b] duodecim
annorum, prohibentur admiffura: illi, quoniam quafi puerili aetate feminandis ar-
mentis parum habentur idonei; hi, quia [c] fenio funt effoeti. Menfe Iulio foemi-
nae maribus plerumque permittendae, vt eo tempore conceptos proximo [d] vere adul-
tis iam pabulis edant. Nam decem menfibus ventrem perferunt, neque ex impe- 2
rio magiftri, fed fua fponte marem [e] patiuntur. Atque in id fere quod dixi tempus,
naturalia congruunt defideria, quoniam nimietate [f] verni pabuli pecudes exhilaratae
lafciuiunt. Quod [g] fi aut foemina recufat, aut non appetit taurus, eadem ratione,
qua faftidientibus equis mox praecipiemus [h], elicitur cupiditas odore genitalium ad-
moto naribus. Sed et pabulum circa tempus admiffurae fubtrahitur [i] foeminis, ne 3
eas fteriles reddat nimia corporis obefitas; et tauris adiicitur, quo fortius ineant.
vnumque marem quindecim vaccis fufficere abunde [k] eft. qui vbi iuuencam fuperue-
nit, certis fignis comprehendere licet, quem fexum generauerit: quoniam fi parte [l]
dextra defiluit [m], marem feminaffe manifeftum eft; fi laeua [n], foeminam [o]. id tamen [p]
verum effe non aliter apparet, quam vbi [q] poft vnum coitum forda non admittit
taurum: quod et ipfum raro accidit. Nam quamuis plena foetu non expletur libi- 4
dine, adeo vltra naturae terminos etiam in pecudibus plurimum pollent blandae vo-
luptatis illecebrae. Sed non dubium eft, vbi pabuli fit laetitia [r], poffe omnibus
annis partum educari; at vbi penuria eft, alternis fubmitti: quod maxime in ope-
rariis [s] fieri placet, vt et vituli annui temporis fpatio lacte fatientur, nec forda fimul
operis et vteri grauetur onere. quae cum partum edidit, nifi cibis fulta eft, quam-
vis bona nutrix, labore fatigata nato fubtrahit alimentum. Itaque et foetae cytifus 5
viridis, et torrefactum ordeum [t], maceratumque eruum praebetur, vel [u] tenero ole-
re, commifto torrido molitoque [x] milio, et per [y] vnam [z] noctem lacte macerato [a]
faliua-

h) *Hic Goef. L. I. B. R.* i) *conftare L. I. B. R.* k) *velut I. B. R.* l) *ftabulorum Goef. L.* m) *et redi-tus I. B. R.* n) *coetus Pol.* [C. XXIV.] a) *quadrinis L.* b) *quam* om. *I. B. R. cum P.* c) *quō P.* d) *proximos G.* e) *maremque patitur P.* f) *fietate Goef. fietate L.* forte *fatietate.* g) *quam P.* h) male hic interpungebatur ante *Com. vid. Morg. I, 31.* i) *fubtrahitur: foeminas ne fteriles I. B. R.* k) *ha-bunde B.* l) *pax P.* m) *defiliuit I. B. R. I. I. H. A. G.* n) *leua I. B. R. I. I. A.* o) *foemina I. B. R.* p) *tam P.* q) *fi I. B. R. in P.* r) *laeticia I.* s) *vaccis* add. *Goef.* t) *in orreum Goef.* u) *et tenerius olus torrido L. I. B. R. et tenuem vitulus torrido Goef.* x) *mollitoque L. I. I. H. A. G.* y) *permixto Goef.* z) *vnam lacte I. B. R. miam lacta P. imam lacte L.* a) *macerato* om. *Goef. L. I. B. R.*

24, 1 QVADRIMIS MINORES) Ita vt boues maximos haberet Pyrrhus in Epiro confecutus eft *non ante quod rimatum ad partus vocando.* Vid. Plin. 8, 45 f. 70 vbi de toto hoc argumento.

24, 1 MENSE IVLIO) Vid. Pall. hoc menfe 4, 1.

24, 3 QVEM SEXVM GENERAVERIT) Plin. l. c. et Geop. 17, 6.

24, 5 VEL TENERO OLERE COMMISTO) Locus inquinatus: materne foeta milio ex lacte macerato faliuatur, an potius vitulus: Apud Ienfonium et Brufchium alio modo locus editus: *Et tenerius olus torrido molitoque milio etc.* Quae vtique vitiofa, propius tamen ad vera accedunt, quam vulgatiora Sic autem emendandum iudico: *et tener vitulus torrido molitoque milio,*

ſaliuatur [b]. Melius etiam in hos vſus Altinae vaccae probantur [c], quas eius regionis incolae Ceuas appellant. eae ſunt humilis ſtaturae, lactis abundantes, propter [e] quod remotis earum [d] foetibus, generoſum pecus alienis educatur vberibus: vel ſi hoc praeſidium non adeſt, faba freſa, et [f] vinum recte tolerat, idque praecipue in magnis gregibus fieri oportet.

XXV. SOLENT autem vitulis nocere lumbrici, qui fere naſcuntur cruditatibus. Itaque moderandum eſt, vt bene concoquant: aut ſi iam tali vitio laborant, lupini ſemicrudi conteruntur, et offae ſaliuati [a] more faucibus ingeruntur. Poteſt etiam cum arida fico [b], et eruo conteri herba Santonica [c], et formata in offam, ſicut ſaliuatum [a] demitti [d]. Facit idem axungiae pars vna tribus partibus hyſſopi permiſta. Marrubii quoque ſuccus et porri valet eiuſmodi necare animalia.

XXVI. CASTRARE vitulos Mago cenſet, dum adhuc teneri ſunt, neque id ferro facere, ſed fiſſa [a] ferula comprimere teſticulos, et paullatim confringere. idque optimum genus caſtrationum putat, quod adhibetur aetati tenerae ſine vulnere. nam vbi iam induruit, melius bimus, quam anniculus caſtratur. idque facere vere [b] vel autumno luna decreſcente praecipit, vitulumque ad machinam deligare [c]: deinde prius quam ferrum admoueas, duabus anguſtis ligneis regulis (veluti forcipibus [d]) apprehendere [e] teſtium neruos, quos Graeci κρεμαστῆρας [f] ab eo appellant, quod

b) ſic *Goeſ. P. Col. ſalaiatur* rel. c) *parantur Goeſ.* d) *Hae I. B. R.* e) *eorum I. B. R.* f) *et* defic. *I. B. R.* [C. XXV.] a) vid. *c.* 24 *b.* b) *ſicco I. B. R.* c) *centonicha L.* d) *dimitti Goeſ. L. I. B. R.* [C. XXVI.] a) *ipſa P. L.* b) *vere* inſ. *Goeſ.* al. om. c) *religare L.* d) *forcibus P. forſicibus Goeſ. L. porſicibus Mſ. Heinſ.* ad Ouid. Met. 6, 555. e) *apprehendere: et ipſos neruos L. I. B. R.* f) κρεμαστῆρας *R.*

et reliqua. Eodem fere modo Palladius 5, 7 de vitulis alendis loquitur: *ipſis autem vitulis toſtum molitumque milium cum lacte miſceatur ſaliuati more praebendum.* PONTED. Poſtea ex Caeſenate Codice haec accepimus: *Et teneruit olus torrido molitoque miſio.* Nempe *et tener vitolus etc.* PONTED. a. Plane mihi dubium non eſt, quin recte curatus ſit a Clariſſimo viro Columella, ſuffragante in primis Goeſiano codice. Illud *commiſto* a manu Critici alicuius eſſe puto, qui nollet ablatiuos reliquos ita deſtitui. Recepiſſem reſtitutam opera Celeb. viri lectionem, niſi in cautiorem peccare partem mallem.

24, 5 ALTINAE VACCAE) Legi vult Harduinus ad Plin. 8, 45 p. 274 *Alpinae.* Nam, inquit, ſi ab *Altino* Italiae oppido, de quo Plin. 3, 18 nomen hae haberent, non *Altinae* quidem, ſed *Altinates* dicerentur, vti nominum ratio poſtulat, et ipſe Columella 7, 2 *Altinates oues* commendat. Haec Harduinus. Similia habet Bochartus Hieroz. 1, 2, 29 qui duo loca adducit ex Varrone et Gratio, quibus confirmatur terminatio *Altinas*, non *Altinus.* SCHOETTG.

24, 5 CEVAS) Fere coincidit haec vox cum noſtra Kühe, vel, vt ruſtici pronunciant, Küne, inde argumentari licet, Alpinas illas vaccas eſſe Helueticas, quibus id nomen ſua lingua fuit. Vide Bochartum l. c. IDEM.

26 Vid. Pall. Mai. 7.

26, 2 FACERE VERE VEL AVTVMNO) Ita videtur legendum inſerta voce *vere.* Nam infra 7, 11 ſic dixit: *Caſtrationis autem in hoc pecore duo tempora ſeruantur, veris et autumni.* VRSIN. Τὸ *vel* aliquid intercidiſſe oſtendit, id autem eſt *vere* vel *verno*; nam per autumnum et ver optime vituli caſtrantur. Pall. 6, 7 integrum locum ſeruat; *ſed hoc luna decreſcente verno vel autumno fieri debere praecepit.* Veteres ſaepe his vocibus non adiecto *tempore* vtuntur. Vt Cat. 52 *Verno arare incipito.* c. 54 *Vbi verno dare coeperis.* c. 131 *Poſtea verno arare incipito.* Colum. 4, 10 *Neque vtique verno recidenda.* It. *Sed nec vtique verno omnibus regionibus melior putatio eſt.* Pallad. 2, 15 *Et ſeruantur vaſculis in hybernum.* 3, 26 *Verno magis cum lactent nouella virentia.* 4, 10 *Circumfodi autumno debet et verno.* 5, 8 *Quod ſi verno fiat.* 6, 7 *Sed hoc luna decreſcente verno vel autumno fieri debere praecepit.* 10, 13 *Quae per vernum ſeminibus impleturus es.* 11, 11 *Nunc porrum verno ſatum transferre debemus.* 12, 8 *Quae auferenda non ſunt, quia ſeruantur hyberno.* Plin. 19, 3 *Tenerrima verno eſſe.* c. 5 *Mirum imas eius radices creſcere hyeme, verno minui ac contrahi.* PONTED. *Vere* praetuli, quod vltimae literae verbi *facere* omiſſioni locum dediſſe videbantur.

26, 2 AD MACHINAM) Deſcriptam c. 19.

26, 2 FER-

quod ex illis genitales partes dependent [g]. quibus comprehensis, statim testes ferro resecare, et expressos ita rescindere [h], vt extrema pars eorum adhaerens [i] praedictis neruis relinquatur. Nam hoc modo nec eruptione sanguinis periclitatur iu- 3
vencus, nec in totum effoeminatur [k] ademta omni virilitate; formaque [l] seruata maris [m] generandi vim deposuit, quam tamen ipsam non protinus amittit. nam si patiaris eum a recenti curatione [n] foeminam inire, constat ex eo posse generari. sed minime id permittendum, ne profluuio sanguinis intereat. Verum vulnera eius sarmentitio [o] cinere cum [p] argenti spuma [q] linenda sunt, abstinendusque eo die ab humore, et exiguo cibo alendus. Sequenti [r] triduo velut aeger cacuminibus arbo- 4
rum, et defecto viridi pabulo oblectandus, prohibendusque multa potione. Placet etiam pice liquida et cinere, cum [s] exiguo oleo vlcera ipsa post triduum linire [t], quo et celerius cicatricem ducant, nec a muscis infestentur. Hactenus de bubus dixisse abunde est.

XXVII. QVIBVS cordi est educatio generis equini, maxime conuenit prouidere auctorem industrium, et pabuli copiam, quae vtraque vel mediocria possunt aliis pecoribus adhiberi; summam sedulitatem, et largam satietatem [a] desiderat equinum [b] pecus [c]. quod ipsum tripartito diuiditur. Est enim generosa materies, quae circo, sacrisque certaminibus equos [d] praebet. est mularis, quae pretio foetus sui comparatur generoso. est et vulgaris, quae mediocres foeminas maresque progenerat. Vt quaeque est praestantior, ita vbere campo pascitur. Gregibus autem spa- 2
tiosa, et palustria, nec [non [e]] montana pascua eligenda sunt, rigua, nec vnquam siccanea [f], vacuaque [g] magis quam stirpibus impedita, frequenter mollibus [h] potius quam proceris herbis abundantia. Vulgaribus equis passim maribus ac foeminis [i] 3
pasci permittitur, nec admissurae certa tempora seruantur [k]. Generosis circa vernum aequinoctium mares iungentur, vt eodem tempore, quo conceperint [l], iam laetis et herbidis campis post anni [m] messem paruo cum labore foetum educent. nam

g) *dependent comprehensos. Deinde testes I. B. R. L.* h) *recidere I. B. R.* i) *adhaerens B. R.* k) *effeminatur I B. R.* l) *formamque seruat Goes. L. I. B. R.* m) *cum* inf *Goes.* n) *castratione Morg. I*, 32. o) *sarmencitio P. sarmentino L.* p) *cum argenti spuma* desunt *I. B. R.* q) *summa P.* r) *sequens P.* s) *ex* interser. *H.* t) *linere Ms. San Germ.* apud Burm. ad Quinct. decl. 13, 5. *p.* 277. [C. XXVII.] a) *sanitatem L.* b) *equitum P. equitium Goes.* c) *pecus* om. *Goes. L. I. B. R.* d) *equos* om. *L.* e) *non* om. *L.* f) *siccana I. B. R.* g) *vacuaue* omn. praeter *Goes. et Vrs.* h) *mollis I. B. R.* i) *finibus I. B. R.* k) *seruentur I. B. R.* l) *ceperint P.* m) *annum mensem L. Goes.* vnde *annum emensum* coni. *Broukh. anni mensem I. B. R.*

26, 2 FERRO RESECARE) Legendum esse *reserare*, satis aperte intelligitur ex iis non tantum, quae praecedunt, sed et quae sequuntur: *et expressos ita rescindere etc.* VRSIN. Fauet Vrsino ratio Moderati nostri 6, 34, 1 *Reseratur suppuratio*, et 6, 12, 5 *reclusa ferro.*

26, 4 DESECTO) *Delecto* mauult Barth. Adu. 37, 3 SCHOETTG. Sed *desecto* etiam est 6, 37, 9 et potest ad copiam et minorem laborem pecudis referri.

27, 1 AVCTOREM INDVSTRIVM) Puto intelligi equum marem s. admissarium, qui gignendo auctor est equini generis. SCHOETTG. Ego putabam legendum *actorem*, et illud seruorum genus intelligi, de quo non vno loco noster mentionem facit. Vid. Ind. Vt ita putarem vox *industrium* me permouebat.

27, 2 NEC NON MONTANA) Itane scripsit Columella? Quid si *ἵππον εἰς πεδίον* potius mittamus cum Varrone 2, 7, 7 etc. deleta posteriori negatione, quae ex varia lectione esse potest. Certe Lipsiensis Codicis auctoritas tantum valere debuit, vt intra vncos negationem alteram continerem.

27, 3 POST ANNI MESSEM) Videtur legendum *Post annum enixae paruo cum labore fetum educent.* nam infra c. 27 sic ait: *Feminam bimam recte concipere, vt post tertium annum enixa,*

num menſe duodecimo partum edunt. Maxime itaque curandum eſt praedicto tempore anni, vt tam foeminis quam admiſſariis deſiderantibus coeundi [n] fiat poteſtas, quoniam id praecipue armentum ſi prohibeas, libidinis extimulatur furiis, vnde etiam veneno inditum eſt nomen ἱππομανὲς, quod equinae cupidini ſimilem mortalibus amorem accendat.
4 Nec dubium, quin aliquot regionibus tanto [o] flagrent ardore coeundi foeminae, vt etiam ſi marem non habeant, aſſidua et nimia cupiditate figurantes[p] ſibi ipſae venerem (cohortalium more auium) vento concipiant. Quae[q]
5 enim poeta [r] licentius dicit: *Scilicet ante omnes furor eſt inſignis equarum.* *Et [s] mentem Venus ipſa dedit, quo tempore Glauci Potniades malis membra abſumſere quadrigae. Illas ducit amor trans Gargara, transque ſonantem Aſcanium, ſuperant montes et flu-*
6 *mina tranant, Continuoque auidis vbi ſubdita flamma medullis [t], Vere magis, quia vere calor redit oſſibus [u], illae Ore omnes verſae in [x] Zephyrum ſtant rupibus altis, Exceptantque leueis auras, et ſaepe ſine vllis Coniugiis, vento grauidae (mirabile dictu) Saxa [y] per et ſcopulos, et depreſſas conualles Diffugiunt, non Eure tuos neque ſolis ad ortus; In Boream, Caurumque, aut vnde nigerrimus Auſter Naſcitur, et pluuio con-*
7 *triſtat frigore caelum.* Cum ſit notiſſimum etiam in Sacro [z] monte Hiſpaniae, qui procurrit in occidentem iuxta Oceanum, frequenter equas ſine coitu ventrem [a] pertuliſſe [b], foetumque educaſſe, qui tamen inutilis eſt, quod triennio [c], prius quam adoleſcat, morte abſumitur. Quare, vt dixi, dabimus operam, ne circa aequino-
8 ctium vernum equae [d] deſideriis naturalibus angantur [e]. Equos autem pretioſos reliquo tempore anni [f] remouere oportet a feminis, ne aut cum volent, ineant, aut ſi id facere prohibeantur [g], cupidine ſolicitati [h] noxam contrahant. itaque vel in longinqua paſcua marem placet ablegari, vel ad praeſepia contineri: eoque tempore, quo vocatur [i] a foeminis, roborandus eſt largo cibo, et [k] appropinquante vere ordeo eruoque ſaginandus, vt veneri ſuperſit, quantoque fortior inierit, firmiora
9 ſemina praebeat futurae ſtirpi. Quidam etiam praecipiunt eodem ritu, quo mulos,

n) *ineundi L.* o) *tacito I. B. R.* p) *figurantibus I. figurandus ſibi bene rem L.* q) *neque Goeſ.* r) *poetica P.* s) *Et mentem — quadrigae* om. *Goeſ. L. I. B. R.* t) *medulis B. R.* u) *omnibus L. I. B. R.* x) *ad Goeſ.* y) *Saxa — frigore caelum* om. *Goeſ. L. I. B. R.* z) *ſaco L.* a) *ventum I. B. R.* b) *pertuleriſſe P.* c) *triennis Goeſ. triennii L.* qui etiam om. *abſumitur.* d) *aeque B. R.* e) *aguntur Goeſ. P. L. iungantur I. diiungantur B. R.* f) *cum* inſ. *P.* g) *prohibentur I. B. R.* h) *ſolicitationis Goeſ. ſolicitationi obnoxiam contrahunt L.* i) *vacatur L.* recte puto. k) *et* om. *I. B. R.*

xa, fetum educet etc. VRSIN. Quid ſi *poſt vndenum menſem?* Plin. 8, 42, ſ. 66 *Partum vndenis menſibus ferunt, duodecimo gignunt. Coitus verno aequinoctio, bimo vtriusque, vulgaris: ſed a trimatu firmior partus.*

27, 5 QVAE ENIM POETA) Cum in V. C. ſcriptum ſit, *Quae n. poeta*, id eſt: *Quae noſter poeta etc.* ex illo *n.* fecit librarius *enim*; ſed legendum *noſter.* Sic enim hoc verbum in vetuſtis libris per librarios vnica tantum littera, hoc eſt, prima deſignari ſolet. VRSIN. Non placet haec Fuluii coniectura: recte Goeſ. *Neque enim poeta licentius dicit:* quae verba, ſi poſt citationem Virgilii legere pergas, optimum ſane ſenſum ſubminiſtrant. Locus autem extat Ge. 3, 266. ſ. vnde repete, quae ibi commentatores habent. SCHOETTG. *Quod etiam* coniiciebat ALMEL. Sed conſtabit etiam mens Moderati, ſi nihil mutes, et verba *Quae po. lic. dicit*, in parentheſi dicta accipiens, *enim* et *nimirum* idem valere putes.

27, 7 IN SACRO MONTE HISPANIAE) Ita legendum. Nam apud Varr. 2 male legitur, *monte Tagro*, vt ibi diximus. VRSIN. Vid. not. ad Varr. 2, 1, 19 et la Cerda ad Virgilii l. c. it. Lud. Carrio emend. 1, 18.

27, 9 EODEM RITV QVO MVLOS) Veteres editiones habent *mulas.* Sed quoniam neque muli neque mulae aut ineunt, aut ineuntur, legerem potius *quo tauros*, qui idem ante admiſſuram largioribus firmantur cibis. De Tauris enim M. Varro libr. de R. R. 2, 5 *contra*, inquit, *tauros duobus menſibus ante admiſſuram herba et palea ac foeno facio pleniores.* Et Columella cap. huius

los [l], admiſſarium ſaginare, vt hac ſagina hilaris plurimis foeminis ſufficiat. verum 6
tamen nec minus quam quindecim, nec rurſus plures quam viginti, vnus debet implere, isque admiſſurae poteſt [m] trimus [n] adhiberi, et vſque ad [o] annos viginti plerumque idoneus eſſe. Quod ſi admiſſarius iners in venerem eſt, odore perfricatur [p] 10
deterſis ſpongia foeminae locis, et admota naribus equi. rurſus ſi equa marem non patitur, detrita ſcilla naturalia eius linuntur, quae res accendit libidinem. Nonnunquam ignobilis quoque [q] vulgaris elicit cupidinem coeundi. Nam vbi admotus [r] fere tentauit obſequium, foemina abducitur [s], et iam patientiori generoſior equus imponitur. Inde maior praegnantibus adhibenda cura eſt, largoque paſcuo firmandae. Quod ſi frigore hiemis herbae defecerint, tecto contineantur, ac ne- 11
que opere, neque curſu exerceantur, neque [t] frigori committantur, nec in anguſto clauſoue [u], ne aliae aliarum conceptus elidant: nam haec omnia incommoda foetum abigunt. Quod tamen [x] ſi aut partu, aut abortu [y] equa laborauit, remedio erit filicula [z] trita, et aqua tepida permiſta [a], dataque per cornu. Sin autem proſpere 12
ceſſit, minime manu contingendus pullus [b] erit. nam laeditur etiam laeuiſſimo contactu. Tantum [c] cura adhibebitur, vt et amplo et calido loco cum matre verſetur, ne aut frigus adhuc infirmo noceat, aut mater in anguſtiis eum obterat. Paullatim deinde producendus erit, prouidendumque, ne ſtercore vngulas adurat. Mox cum firmior fuerit, in eadem paſcua, in quibus mater eſt, dimittendus, ne deſiderio partus ſui laboret equa. nam id praecipue genus pecudis amore natorum, niſi fiat 13
poteſtas, noxam trahit. Vulgari foeminae ſolenne eſt omnibus annis parere, generoſam conuenit alternis continere, quo firmior pullus lacte materno laboribus certaminum praeparetur.

XXVIII.

l) *mulas Goeſ. L.* m) *poſt trimatum ad annos viginti plerumque idoneus eſt Goeſ. bisque poſterrima vſque in annos L.* n) *trimus adhiberi* om. *I. B. R.* o) *in I. B. R.* p) *proritatur deterſis – naribus. Equa rurſus ſi qua marem Goeſ.* q) copulam add. coni. *Morg. I, 33.* r) *admote I. B. R.* s) *adducitur I. B. R.* t) *nec I. B. R.* u) *clauſo Goeſ. I. B. R.* x) *ſi tamen I. B. R.* y) *aborſu L.* z) *felicula Goeſ. I. B. R.* a) *permixta adacta I. B. R.* b) *polluerit P.* c) *Tanta I. B. R.*

huius libri 24: *et tauris adiicitur* (cibus) *quo fortius ineant.* Inter Graecos Didymus id etiam tradidit Geop. 17, 3 dicens: Τοὺς *ταύρους πρὸ τῆς ὀχείας πρὸ δύο μηνῶν οὐκ ἐατέον συννέμεσθαι ταῖς βουσὶ, πληρωτέον δὲ αὐτοὺς χλόης. καὶ εἰ μὴ ἀρκέσειε τὸ τῆς νομῆς, ἐρεβίνθων, ἢ ὀρόβων, ἢ κριθῶν διαβεβρεγμένων δοτέον. Tauri duobus menſibus ante admiſſuram non ſunt emittendi cum vaccis ad communia paſcua, ſed implendi herba, et ſi pabulum hoc non ſufficit, cicere, vel eruo, vel ordeo, macerato.* PONTED.

27, 9 NEC MINVS QVAM QVINDECIM) Plin. 8, 42 ſ. 66. *Nec tamen quindecim initus eiusdem anni valet tolerare.* Vbi diſtingui vult Harduinus inter *coitus* et *initus* h. e. impletiones, pluribus interdum coitibus perficiendas. Ab Ariſtotele tricenas etiam equas equo vni aſſignari, idem obſeruat.

27, 10 DETERSI SPONGIA FOEMINAE LOCI, ET ADMOTA NARIBVS) Ita legendus hic locus. Nam *equi*, vox videtur adiecta ab expoſitoribus. Pro *perfricatur* autem, vt vulgo legitur, rectius forte legeretur *vellicatur*. VRSIN. Mihi placet lectio Goeſiani.

27, 10 IGNOBILIS QVOQVE VVLGARIS) Vox *vulgaris* adiecta eſt ad verbum *ignobilis*, ex loco inferiore. vel addenda particula *et*, deinde legendum: *obſequium foeminae, abducitur etc.* infra c. 36. *Id ne fiat, degener et vulgaris aſellus admouetur, qui ſollicitet obſequia foeminae.* VRSIN.

27, 11 DATAQVE) Codex Arondel. habet *addita*, et recte quidem, ait Waſſe ad Salluſt. Catil. c. 60. mihi vero contra videtur. Nam non opus eſt hac emendatione, quam nec ſenſus poſtulat, nec reliqui codices confirmant. SCHOETTG. De vſu verbi *addita* in ſignificatione iniiciendi, infundendi, vid. Ind. noſter, itemque in *adiicere*.

27, 12 NE DESIDERIO PARTVS) Plin. 8, 42 ſ. 66 *Praeter ceteras fetum diligit.* Ibidem agit de nobili illo hippomane.

XXVIII. MAREM putant minorem trimo non esse idoneum admissurae, posse vero vsque ad [a] vigesimum annum progenerare; foeminam bimam recte concipere, vt post tertium annum enixa foetum educet: eamque post [b] decimum non esse vtilem, quod ex [c] annosa matre tarda sit atque iners proles. quae siue vt foemina, siue vt masculus concipiatur, nostri arbitrii fore Democritus affirmat, qui praecipit, vt, cum progenerari marem velimus, sinistrum testiculum admissarii lineo funiculo, alioue quolibet obligemus; cum foeminam, dextrum. idemque in omnibus pene pecudibus faciendum censet [d].

XXIX. CVM vero natus est pullus, confestim licet indolem aestimare [a], si hila-
ris, si intrepidus, si neque conspectu, nouaeque rei auditu terretur, si ante gregem
procurrit, si lasciuia et alacritate interdum et cursu certans [b] aequales exuperat, si
fossam sine cunctatione [c] transilit, pontem [d] flumenque transcendit. haec erunt ho-
2 nesti animi documenta. Corporis vero forma constabit exiguo capite, nigris oculis,
naribus apertis, breuibus auriculis et arrectis, ceruice molli lataque nec longa,
densa iuba et per dextram partem profusa, lato et musculorum toris numeroso pe-
ctore, grandibus armis et rectis, lateribus inflexis, spina [e] duplici, ventre substricto,
testibus paribus et exiguis, latis lumbis et subsidentibus [f], cauda longa et setosa [g]
3 crispaque, aequalibus [h] atque altis rectisque cruribus, tereti genu paruoque neque
introrsus spectanti, rotundis clunibus, feminibus [i] torosis ac numerosis, duris vn-
gulis et altis et concauis rotundisque, quibus coronae mediocres superpositae [k]
sunt. sic vniuersim [l] corpus compositum, vt sit grande, sublime, erectum, ab aspe-
ctu quoque agile, et ex longo, quantum figura permittit, rotundum. Mores au-
4 tem laudantur, qui sunt ex placido concitati [m], et ex concitato mitissimi. nam hi et
ad obsequia reperiuntur habiles, et ad certamina [n] laborum patientissimi. Equus
bimus [o] ad vsum domesticum recte domatur; certaminibus autem, expleto trien-
nio: sic tamen vt post quartum demum annum labori committatur. Annorum no-
tae

[C. XXVIII.] a) *in vicesimum Goes. I. B. R.* b) *eandemque Goes. I. B. R.* c) *sex annos a matre tardarit L. I. B. R.* d) *censeo L.* [C. XXIX.] a) *existimare I. B. R.* b) *certaminis I. B. R.* c) *conctatione R. contractione Gymn.* d) *pontones* male legi ait *Heins.* ad Virg. Georg. 3, 78. e) *spina duplici* deficiunt *I. B. R.* f) *subridentibus I. B. R. subrigentibus L.* g) *secta L. I. B. R.* h) *mollibus Goes. B. R. Iuntt. molibus I.* i) *foeminibus I. I. H. A. G.* k) *superpositae sunt: sic vniuers. - - - erectum* desunt *Reg.* l) *vniuersum I. B. I. I. H. A. G.* m) *concitati* om. *omn.* praet. *Goes.* n) *certaminum laborem. Equus I. B. R. certamina laboremque promtissimi Goes. patientissimi* om. *L.* o) *bimus* abest *P. L.*

28 MINOREM TRIMO) Vid. Plin. 8, 42 f. 66.

28 DEMOCRITVS) Extant haec sub nomine Africani in Geop. 17, 6 sub Democriti nomine tamen etiam citat Palladius. SCHOETTG. Sub Africani etiam nomine in Hippiatricis 1, 15 p. 23, a Ruell. Add. 7, 3, 12 et 6, 24, 3. it. Plin. 8, 45 f. 70. Stolidam de sinistris dextrisque partibus persuasionem, foeminarum illis, his vero marium conceptioni destinatis, neque hodie inter mulieres certe, exoleuisse mirum esset, nisi habitus, quem vocant scholastici, rationem haberent apud vulgum superstitio et nugae.

29, 1 INDOLEM AESTIMARE) Adde Varronem 2, 7, 6. Virgilium Ge. 3, 75 sqq. ad quem locum omnia conduxit arguta Lacerdae diligentia, quae vel dedita opera hac de re scripsere veteres, vel obiter commemorarunt. Apsyrtum Geop. 16, 1.

29, 3 EX PLACIDO ET CONCITATO MITISSIMI) Videtur legendum *misti*. VRSIN. Medicinam ex Goesiano codice attulit huic loco felicissimam SCHOETTG. Eadem vox repetita etiam hic omissioni locum dedit. Mobiles animos postulat, vt ardorem *colligat ac ponat* subito equulus.

29, 4 AD CERTAMINA LABORVM) Apud Iensonium et Bruschium legitur sic: *ad certaminum laborem*; deest vox *patientissimi*, quam nos quoque superuacaneam existimamus. PONTED.

29, 4 DVM

tae cum corpore mutantur. nam dum bimus et sex mensium est, medii dentes supe-
riores et inferiores cadunt. cum quartum agit annum [p], iis, qui canini appellantur,
deiectis, alios affert. intra sextum deinde annum, molares superiores [q] cadunt. sexto 5
anno, quos primos mutauit, exaequat. septimo omnes explentur aequaliter, et ex
eo cauatos gerit. nec postea quot annorum sit, manifesto comprehendi potest. de-
cimo tamen anno tempora cauari incipiunt, et supercilia nonnunquam canescere,
et dentes prominere. Haec, quae ad animum, et mores, corpusque et aetatem
pertinent, dixisse satis habeo. Nunc sequitur curam recte, et minus valentium
demonstrare.

XXX. SI sanis [a] est macies, celerius [b] torrefacto tritico, quam ordeo refici-
tur. sed et vini potio danda est, ac deinde paullatim eiusmodi cibi subtrahendi im-
mistis [c] ordeo furfuribus, dum consuescat faba et puro ordeo ali. Nec minus quo-
tidie corpora pecudum, quam hominum defricanda sunt: ac saepe plus prodest
pressa manu subegisse terga [d], quam si largissime [e] cibos praebeas. Multum autem 2
refert robur corporis, ac pedum [f] seruare [g]. quod vtrumque custodiemus, si idoneis
temporibus ad praesepia, ad aquam, ad exercitationem pecus duxerimus; curae-
que fuerit vt stabulentur sicco loco, ne humore madescant vngulae. quod facile eui-
tabimus, si aut stabula roboreis axibus [h] constrata, aut diligenter subinde emunda-
ta [i] fuerit humus, et paleae [k] superiectae [l]. Plerumque iumenta [m] morbos conci- 3
piunt lassitudine, et aestu, nonnunquam et frigore, et cum suo tempore vrinam
non fecerint; vel si sudant, et a concitatione confestim biberint; vel si cum diu
steterint, subito ad cursum extimulata sunt. Lassitudini quies remedio [n] est, ita
vt in fauces oleum, vel adeps vino mista [o] infundatur. frigori fomenta adhibentur [p],
caputque et spina tepenti adipe vel vino [q] liniuntur. si vrinam non facit, eadem fe- 4
re remedia sunt. nam oleum immistum [r] vino super [s] ilia et renes infunditur: et si
hoc parum profuit, melle decocto, et sale, collyrium [t] tenue inditur foramini, quo
meat [u] vrina, vel [x] musca viua, vel thuris mica, vel de [y] bitumine collyrium inse-
ritur naturalibus. Haec eadem remedia adhibentur [z], si vrina [a] genitalia decusse-
rit: Capitis dolorem indicant lacrymae, quae profluunt, auresque flaccidae. et cer- 5
vix cum capite aggrauata, et in terram summissa. Tum rescinditur vena, quae sub
oculo est, et os calda fouetur, ciboque abstinetur primo [b] die. In [c] postero autem [d]
potio ieiuno tepidae aquae praebetur, ac viride gramen, tum vetus foenum, vel
molle

p) *annum* omitt. *I. B. R.* q) *et inferiores* inf. *Goes.* [C. XXX.] a) *satis L. I. B. R.* b) *torrefacto celerius et I. B. R.* c) *immixtis hordeo et I. B. R.* d) *equi* inser. *P.* e) *longissime Gr. St.* f) *pecudum L. I. B. R.* g) *conseru. Goes.* h) *assibus I. B. R. afferibus L.* et ex coniectura *Sylb. in Ind.* i) *emondata R.* k) *palea superiecta I. B. R.* l) *concitati* inf. *Goes.* alii non habent. m) *medicina iumentorum* interser. *P.* n) *remedium I. B. R.* o) *mixta I. B. R.* p) *et calefacto oleo lumbi rigantur,* add. *Goes.* q) *vncto Goes. L.* r) *immixtum I. B. R.* s) *supra I. B. R.* t) *collurium P.* u) *manat Goes.* x) *vel in quae canina, vel I. B. R. vel in canilia L.* y) *de* omitt. *I. B. R.* z) *adhibebuntur I. B. R.* a) *vrina* om. *Goes. I. B. R.* b) *prima I. B. R.* c) *Inde Goes. I. B. R.* d) *autem* om. *I. B. R. ante Goes. P.*

29, 4 DVM BIMVS) Ista Vegetius 4, 5 ad verbum fere descripsit. Noster autem fere secutus est Varronem 2, 7, 2.

29, 4 MOLARES SVPERIORES) *et inferiores* addit Goes. recte. Ita enim Apsyrtus: *τελειοῦς δὲ τὰ δ' ἔτη, καὶ τοῦ ε ἐπιλαβόμενος, τοὺς λοιποὺς ἐκβάλλει ἄνωθεν καὶ κάτωθεν ἐξ ἑκατέρου ἕνα.* SCHOETTG.

30 In hoc caput et aliquot sequentia amplissimi commentarii instar est Vegetii liber tertius, quem semel hic laudasse satis est.

30, 1 SI SANIS EST MACIES) Apsyrt.

molle ſtramentum ſubſternitur, crepuſculoque aqua iterum datur, parumque ordei
6 cum viciae [e] lib. II. s. [f] vt perexigua portione [g] cibi ad iuſta perducantur. Si equo
maxillae dolent, calido aceto fouendae, et axungia vetere confricandae ſunt, ea-
demque medicina tumentibus adhibenda eſt. Si armos laeſerit, aut ſanguinem de-
miſerit [h], medio fere in vtroque crure venae ſoluantur, et thuris polline cum eo
qui profluit [i], ſanguine immiſto [k], armi linantur [l], et ne plus iuſto exinaniatur,
7 ſtercus ipſius iumenti fluentibus venis admotum [m] faſciis [n] obligetur. Poſtero quo-
que die ex iiſdem [o] ſanguis detrahatur, eodemque [p] modo curetur, ordeoque abſti-
neatur exiguo foeno dato. Poſtridie [q] deinde vſque in diem ſextum porri ſuccus in-
ſtar trium cyathorum miſtus cum olei hemina faucibus per cornu infundatur. Poſt
ſextum diem lente ingredi cogatur, et cum ambulauerit, in piſcinam demitti [r] eum
conueniet, ita vt natet: ſic paullatim firmioribus cibis adiutus [s] ad iuſta perducetur.
8 At ſi bilis moleſta iumento eſt, venter intumeſcit, nec emittit ventos. Manus vncta
inſeritur aluo [t], et obſeſſi [u] naturales exitus adaperiuntur, exemtoque ſtercore, poſt-
ea [x] cunila bubula et herba pedicularis [y] cum ſale trita et decocta melli miſcentur,
atque ita facta collyria [z] ſubiiciuntur, quae ventrem mouent, bilemque omnem de-
9 ducunt. Quidam myrrhae [a] tritae quadrantem cum hemina vini faucibus infundunt,
et anum liquida pice oblinunt [b]. Alii marina aqua lauant aluum, alii recenti mu-
ria. Solent etiam vermes quaſi [c] lumbrici nocere inteſtinis, quorum ſigna ſunt, ſi
iumenta cum dolore crebro volutantur, ſi admouent caput vtero, ſi caudam ſaepius
10 iactant. Praeſens medicina eſt, ita vt ſupra ſcriptum eſt, inſerere manum, et
fimum eximere; deinde aluum marina aqua, vel muria dura lauare; poſtea radicem
capparis [d] tritam cum ſeſtario aceti faucibus infundere, nam hoc modo praedicta in-
tereunt animalia.

XXXI. OMNI autem imbecillo pecori alte ſubſternendum eſt, quo mollius [a] cubet [b]. Recens tuſſis celeriter ſanatur, pinſita [c] lente et a valuulis ſeparata minuteque [d] molita. Quae cum ita facta ſunt, ſextarius aquae calidae in eandem menſuram lentis miſcetur, et faucibus [e] infunditur; ſimilisque medicina triduo adhibetur,

e) *vitiae Iuntt. vitialibus: vt I. B. R.* Lectionem noſtram habent etiam *Goeſ. et L.* Sed affinem ei, quam habent primae editt. f) *iis Iuntt. iis* praecedente, *G. I. I. S. H. A.* g) *potiones I. B. R.* h) *dimiſſerit I. B. R.* i) *profluebuit P.* k) *immixto P. mixto I. B. R.* l) *liniantur I. B. R.* m) *ad motum* diuiſ. *I. I. H. A. Gr. G.* vid. *Morg. I, 34. it. III, 38.* n) *faſceis L. I. B. R.* o) *locis* inſer. *Goeſ.* p) *eodem I. B. R.* q) *Poſt triduum L. I. B. R. I. I.* r) *dimitti I. B. R.* s) *adbitis* vnde coni. *Broukh. adhibitis.* t) *ano L.* u) *obſepti* malit *Heinſ.* ad Ouid. A A. 1, 662. x) *poſita ea P. poſtea Goeſ. poſita* al. *poſita ea cum bubula L.* y) *paedicularis A. praedicularis Gymn. pediuncularis L.* z) *colyria H. A. G. St.* a) *murrhae P murre L.* b) *obliniunt L I. B. R.* c) *in qua L. Goeſ.* forte *inquam P.* d) *caparis I. B. R.* [C. XXXI.] a) *molius R.* b) *Et* interſer. *I. B. R.* c) *inſita L.* d) *minutaque I.* e) *pluribus Goeſ.*

Geop. 16, 3. SCHOETTG. Sic omnino legendum.

30, 5 PARVMQVE ORDEI CVM VICIALIBVS) Videndum an pro *vicialibus* legendum ſit, *viciae libris* IIS. Nam ſcriptum fortaſſe fuit, *viciae lib.* iis. VRSIN. Quam bene coniecerit vir doctiſſimus, indicio eſt V. L. ſupra propoſita.

3 ,6 AVT SANGVINEM) Videtur legendum *ita vt ſanguinem demi neceſſe ſit, tumidiores in vtroque crure etc.* VRSIN. Nihil mutandum. *Sanguinem in pedes demiſſum* claudicationis cauſam in bubus habemus Col. 6, 12, 1. itemque mulis Col. 6, 38, 3 quomodo id fieri poſſit, niſi rupta in ipſo loco arteriola, neſcio. Sed forte alium tumorem huic cauſae adſignarunt veteres.

30, 8 POSTEA CVNILA) Ita videtur legendum pro *poſita.* VRSIN.

31, 1 RECENS TVSSIS) Hierocl. Geop. 16, 11 SCHOETTG.

31, 1 LENTIS MISCETVR) Videtur legendum *lenti.* VRSIN.

31, 2 IM-

tur, ac viridibus herbis, cacuminibusque arborum recreatur aegrotum pecus. Vetus autem tussis discutitur porri succo trium cyathorum cum olei hemina faucibus [f] infuso, iisdemque, vt supra monuimus, cibis praebitis. Impetigines, et quicquid 2
scabies occupat [g], aceto et alumine defricantur. Nonnunquam, si haec [h] permanent, paribus ponderibus permistis nitro, et scisso alumine, cum aceto linuntur. Papulae [i] feruentissimo sole vsque eo strigile raduntur, quoad eliciatur sanguis. tum ex aequo [k] miscentur radices agrestis herbae, sulfurque [l] et pix liquida cum alumine. et [m] eo medicamine [n] praedicta vitia curantur.

XXXII. INTERTRIGO bis in die subluitur [a] aqua calida. Mox decocto ac [b] trito sale cum adipe defricatur, dum saniei [c] vis emanat. Scabies mortifera huic quadrupedi est, nisi celeriter succurritur: quae, si leuis est, inter initia candenti [d] sub sole vel cedria [e] vel oleo lentisci linitur, vel vrticae semine, et oleo detritis, vel vnguine ceti, vel [f] quod in lancibus salitus thynnus remittit. praecipue tamen huic 2
noxae salutaris est adeps marini vituli. Sed si iam inueterauerit [g], vehementioribus opus est remediis. propter quod bitumen [h], et sulfur, et veratrum pici liquidae, axun-

f) *compluribus L. I. B. R.* g) *occupat* omitt. *I. B. R.* h) *haec* deest *I. B. R.* i) *Pabulo L. I. B. R.* k) *equo B. R.* l) *sulphurque I. B. R. sulpurque P.* m) *Et* abest *I. B. R.* n) *medicamina B. R.* [C. XXXII.] a) *soluitur I. B. R.* b) *agrico I. B. R.* c) *saneius P. sanguis emanet I. B. R. Gesn. dum sanetur L.* d) *candentis sobolis I. B. R. candentis sobole L. candentis subsoles P. candenti sole Ms. Heins.* ad Ouid. Trist. 1, 1, 5 forte *sebo.* e) *cedre P. caedria I. B. R. I. I. H. A. Gr. G. St. cedro Gesn. et Ms. Heins. l. c.* quod pro *cedria* poni vult *Heinsius.* f) *vel* abest *I. B. R.* g) *inueterauit I. B. R.* h) *bitumine et sulphure et veratro I. B. R. sulpure P.*

31, 2 IMPETIGINES) Vid. Pelagonius Geop. 16, 18. SCHOETTG.

31, 2 RADICES AGRESTIS HERBAE) Vid. leg. *agrostis.* VRSIN. Quaenam haec sit *agrestis herba* nisi quid aliud adiicitur, mortalium scire neminem existimo; sunt enim innumerae agrestes herbae. Quare de huius loci vitio minime est dubitandum, sed quidem de modo, quo tolli possit. Quatuor stirpes aduersus pecorum scabiem commemorabo, nihil tamen, nisi ex coniecturis assumens; quoniam huic lectioni tam facile accommodari non possunt. Prima est trifolium quod vocant asphaltium, nam Vegetium video *Art. Vet.* 3, 71 huiusmodi remedium contra boum scabiem praecepisse: *Asphaltum sulphurque viuum, picem liquidam in butyrum aequis ponderibus pariter deteris, et in sole diutissime confricans totum iumenti corpus perunges.* Item aliud: *Asphaltum et sulphur aequaliter conteris addita adipe porcina, et olei veteris tantundem quae cum decoxeris, perunges in sole.* Non ignoro aliud esse Asphaltum, aliud Asphaltium, sed hic non de re, verum de vi loquimur: propterea enim *acutum Trifolium* vocatum accepimus Asphaltium, quoniam partibus, quibus Asphaltum componitur, constat, vt odore deprehenditur. Altera planta erit *Cucumis agrestis*, cuius radix aduersus scabiem facit. Vegetius laud. loco eandem ita commendat: *Cucumeris syluatici radices lauas, et tundis in cacabo nouo cum oleo quantum sufficit, decoques et vteris.* Florentinus quoque in Geop. 18, 29 in pediculari boum morbo eandem radicem adhibendam praecepit hoc modo: *ἢ σικύου ἀγρίου ξηροῦ ῥίζαν συγκόψαντας ἅμα σύκοις δίδου φαγεῖν* etc. Tertia est veratrum, ex quo fit contra equorum scabiem vnguentum, vt docet Colum. c. proximo 32, [§. 2.] Contra ouium scabiem elleborum quoque prodesse ipse l. 7. c. 5. fatetur. Quod a Virgilio fortasse accepit, qui huiusmodi compositionem scabiosis ouibus illiniendam 3 *Georg.* versibus significauit: *Idaeasque pices et pingues vnguine ceras, Scyllamque, elleborosque graues, nigrumque bitumen.* Quarto loco Capparim exhibeo, si forte pro *agrestis herbae* scripserit auctor *capparis vstae.* Huius enim radicem vstam Pelagonius Geop. 16, 18 scabiosis equis mederi literis tradidit: *ἢ καππάρεως ῥίζης καυθείσης τῇ σποδιᾷ, ξηρᾶς οὔσης μεγίστης, προσμιχθεῖσα κονίᾳ καταχριστέον.* PONTED. Ego putabam gramen vulgare significari, *agrostin, ἄγρωστιν* dictum botanicis, quae vox idem fere quod *agrestis* notat, quam *ἁμαξίτην* etiam *ἀγριὸν*, *sanguinalem, vniolam* dici notat Dodonaeus; de qua Dioscor. 4, 30 apposite ad h. l. *ἡ ῥίζα καταπλαττομένη λεία τραύματα κολλᾷ.* Quum autem huius ipsius sint species, parum, ad hanc quidem rem referre, qua earum vti vel commodum sit, vel placeat.

32, 1 DVM SANIEI VIS EMANAT) Iensonius et Bruschius: *Dum sanguis emanet.* Ita Columella c. 31. *Papulae feruentissimo sole vsque eo strigile raduntur, quoad eliciatur sanguis.* PONTEDERA.

 32, 3 IN-

axungiaeque veteri commiſta [i] pari pondere incoquuntur, atque ea compoſitione
3 curantur, ita vt prius ſcabies ferro eraſa, perluatur vrina. Saepe etiam ſcalpello
vſque ad viuum reſecare et amputare ſcabiem profuit, atque ita factis vlceribus me-
deri liquida pice, atque oleo, quae expurgant [k]. et replent vulnera aeque [l]. quae
cum [m] expleta ſunt, vt celerius cicatricem et pilum ducant, maxime proderit fuligo
ex aheno vlceri infricata.

XXXIII. MVSCAS quoque vulnera infeſtantes ſummouebimus pice, et oleo,
vel vnguine miſtis [a], et infuſis. caetera erui farina recte curantur. Cicatrices ocu-
lorum ieiuna ſaliua et ſale defricatae [b] extenuantur: vel cum foſſili [c] ſale trita ſepiae [d]
teſta, vel ſemine agreſtis paſtinacae pinſito, et per linteum ſuper oculos expreſſo.
2 Omniſque dolor oculorum inunctione ſucci plantaginis cum melle acapno [e], vel ſi
id non eſt, vtique thymino [f] celeriter leuatur. Nonnunquam etiam per nares pro-
fluuium ſanguinis periculum attulit, idque repreſſum eſt infuſo naribus viridis co-
riandri ſucco.

XXXIV. INTERDVM et [a] faſtidio ciborum langueſcit pecus. Eius remedium eſt genus ſeminis quod git [b] appellatur. cuius duo cyathi triti adiunguntur [c] olei cyathis tribus, et vini ſextario, atque ita faucibus infunduntur. Et [d] nauſea diſcutitur [e] etiam, ſi caput allii tritum cum vini hemina ſaepius potandum praebeas. Sup-

puratio

i) *commixta I. B. R.* k) *purgant Goeſ.* l) *aquae I. B. R.* m) *quae* om. *Goeſ.* [C. XXXIII] a) *miſtis et* deeſt *I. B. R.* b) *defriſtae Goeſ. defricata I.* c) *foſſili Goeſ.* al. *fuſili.* d) *ſaepiae B. R. ſepi ac L.* ex *ſepiae.* e) *caprio Goeſ. acapris* ſiue *acapno P.* qui laudat *Plin.* 23, 4 editi *Attico.* f) *thymo I. B. R* g) *reprehenſum L. I. B. R.* [C. XXXIV.] a) *et* abeſt *I. B. R.* b) *gis P. L.* c) *diluuntur Goeſ.* d) *Det* forte *ſed* vt coniicit *Polit.* e) *diſcutitur: ſi I. B. R. diſcutitur, etiamſi I. I. H. A. Gr. G.*

32, 3 INFRICATA) Videtur legendum *infriata.* Nam ſupra c. 15 dixit: *Et ad vltimum, cum iam cicatricem ducunt, fuligo infriatur.* VRSIN.

33, 1 CICATRICES OCVLORVM) Apſyrt. Geop. 16, 5 SCHOETTG.

33, 1 CVM FOSSILI SALE) Ita iam videbatur legendum VRSIN. et ita coniecerat in indice SYLBVRGIVS.

33, 1 VEL SEMINE AGRESTIS PASTINACAE PINSITO) Cum aduerſus oculorum cicatrices acriora apta ſint, vt ſal, ſepiae teſta, piper, crocum, ramenta de cortice viburni abraſa. quibus nunc veterinarii vti ſolent, haereo, ſitne legendum *paſtinacae*, an potius *Sinapi*, vt tradidit Vegetius 2, 22, 10 cuius haec ſunt verba: *Cicatricibus oculorum medetur ieiuna ſaliua ſi cum ſale mandetur in ore, et expuatur in oculum. Sal quoque tritum cum oſſe ſepiae et ſinapis* (legitur in codd. *napii*) *agreſtis ſemine.* PONTED.

33, 2 CVM MELLE ACAPNO) Ita emendaui, ſecutus fidem antiquorum codicum: in excuſis, *Attico.* Qui mel quoddam acapnon appellari neſciebant, *Attico*, hic, vt arbitror, improbe ſcripſerant: nam *Acapno*, legi debere pluribus argumentis doceri poſſet. Quod enim Columella addit, *vel ſi id non eſt*, hoc etiam demonſtrat: non enim facile erat *mel acapnon* inuenire. Plinius lib. XXIII cap. IIII. *Oculorum claritati confert aliquid cum pari portione mellis acapni.* Quod *mel acapnon* eſſet, et cur ita appellaretur, idem etiam Plinius XVI capite libri XI declarauit. Apud veterinariae ſcriptores huius quoque mellis mentio eſt, maxime ad oculorum vitia pellenda. VICT. Confirmant lectionem Victorii veſtigia codicis Goeſiani, vbi legitur *capnio*, quod ex *acapno* procul dubio deriuatum eſt. Idem tamen vitium adhuc extat in Geoponicis l. c. vbi expreſſe: Ἄλλο πρὸς ὀφθαλμὸν φλεγμαίνοντα· Λιβανωτοῦ, ἀμύλου, μέλιτος Ἀττικοῦ. SCHOETTG. Eſt hic inter eos locos, vbi non obſecutae ſunt Victorio operae et editores poſteriores. *Acapnon mel* etiam laudat Plinius 11, 16 ſ. 16. Strabo *ἀκάπνιστον* appellat l. 9. p. 400. genus mellis Attici, quod circa argenti fodinas confieret, idque dici ait ἀπὸ τοῦ τρόπου τῆς σκευασίας, credo quod *fumus non* adhiberetur ad repellendas apes, quo aliquantum vitiari mel neceſſe eſt. Cum igitur *Acapnon* ſit idem *Atticum*; forte nihil vitii eſt in loco Geopon. quem laudat cl. Schoettg. Ex vita Ioannis Eleemoſyn. a. d. XXIII Ian. ap. Bolland. c. 4. inſcriptam laguncelam, *mel optimum, mel ſine fumo* adfert Hard. ad Plin. l. c. ſunt etiam *ligna acapna*, de quibus dicimus ad Caton. c. 130.

36 De

puratio [f] melius ignea lamina, quam frigido ferramento referatur [g], et expressa
postea linamentis curatur. Est etiam illa pestifera labes, vt intra paucos dies equae 2
subita macie, et deinde morte corripiantur. quod cum accidit, quaternos sextarios
gari singulis per nares infundere vtile est, si minoris formae sunt: nam si maioris,
etiam congios. ea res omnem pituitam per nares elicit, et pecudem expurgat.

XXXV. RARA quidem, sed et haec [a] est equarum nota [b] rabies, vt cum in
aqua imaginem suam viderint, amore inani capiantur, et per hunc oblitae pabuli,
tabe cupidinis [c] intereant. Eius vesaniae [d] signa sunt, cum per pascua veluti exti-
mulatae concursant, subinde vt [e] circumspicientes requirere [f] ac desiderare aliquid
videantur [g]. Mentis error discutitur, si deducas ad aquam. Tum demum specula- 2
tae deformitatem suam, pristinae imaginis abolent memoriam. Haec de vniuerso
equarum genere satis dicta sunt. Illa proprie praecipienda sunt iis, quibus mularum
greges curae est submittere.

XXXVI. In educando genere mularum antiquissimum est diligenter exquire-
re, atque explorare [a] parentem futurae prolis foeminam, et marem: quorum si al-
ter non est idoneus, labat etiam quod ex duobus fingitur. Equam conuenit [b] in 2
annos decem, quousque [c] amplissimae atque pulcherrimae formae sit, membris for-
tibus patientissimam laboris eligere, vt discordantem vtero suo generis alieni stir-
pem insitam facile recipiat ac perferat, et ad foetum [d] non solum corporis bona, sed
et ingenii [e] conferat. nam cum difficulter iniecta genitalibus locis animentur semi-
na, tum etiam concepta diutius [f] in partum adolescunt [g], vt [h] quae peracto [i] anno
mense tertiodecimo vix eduntur [k], natisque inhaeret plus socordiae paternae, quam
vigoris materni. Veruntamen vt equae dictos in vsus minore cura reperiuntur [l], 3
ita maior est labor eligendi maris [m]: quoniam saepe iudicium probantis frustratur [n]
experimentum. Multi admissarii specie tenus mirabilissimam sobolem forma vel se-
xu progenerant. nam siue parui corporis foeminas fingant [o]; siue etiam speciosi [p]
plures mares, quam foeminas: reditum patrisfamiliae minuunt [q]. At quidam con-
temti [r] ab aspectu pretiosissimorum seminum feraces sunt. Nonnunquam aliqui ge-
nerositatem suam natis exhibent, sed hebetes [s] voluptate, rarissime [t] solicitantur ad
venerem. Huiuscemodi [u] mari [x] sensim [y] magistri subadmouere debent generis 4
eiusdem

f) *Supporatio I. B. R.* g) *resecatur I. B. R.* [C. XXXV.] a) *haec* deest *I. B. R. haec eequarium P. ea quarum non nunquam rab. L.* b) *nota* om. *I. B. R. non P.* c) *cupidis P.* d) *viase sapie L.* e) *vt* abest *I. B. R.* f) *requirunt I. B. R.* g) *videntur I. B. R.* [C. XXXVI.] a) *explicare L.* b) *conuenit (quoniam vsque in annos decem ampl. atque pulch. formae est) I. B. R.* c) *quousque* et *sit* om. *Goes.* d) *sectam L.* e) *ingenium I. B. R.* f) *dilatius Goes.* g) *adolescant I. B. R.* h) *vtque P. atque peracto I. B R.* i) *peracto anno* om. *Goes.* k) *ordinetur L.* l) *periuntur: maior P.* m) *magis P.* n) *frustratur I. B. R. frustretur* al. o) *fingunt P.* p) *specioso Goes. I. B. R.* q) *minus vt quidam L.* r) *contēti B. R.* s) *hebesi L. P.* t) *rarissimi I. B. R.* u) *huius P.* x) *maribus subadmota generis I. B. R. magister sub amota generis L.* y) *sensium Pol.*

36 De mulis V, 2, 8. Plin. 8, 44.

36, 2 QVOVSQVE AMPLISSIMAE—SIT) *Est* legendum censet VRSIN.

36, 2 MENSE TERTIO DECIMO) Plinius *duodecimam* habet, quidam tamen eius codices cum Columella consentiunt. SCHOETTG.

36, 3 MIRABILISSIMAM SOBOLEM) *Mirabiles pessimam* sobolem legi vult VRSIN. Quid si *mirabiles imam* h. e. infimam, contemtissimam? Certe leuissima mutatione ita constabit sententia.

36, 4 SVB-

eiusdem foeminam [z], quoniam similia similibus familiariora fecit natura. Ita [a] enim efficitur, vt eius obiectu, cum mas etiam superiectu eblanditus est, velut incensus et obcaecatus cupidine, subtracta quam petierat, fastiditae imponatur [b] equae.

XXXVII. EST et alterum genus admissarii furentis in libidinem, quod nisi astu inhibeatur, affert gregi perniciem. Nam et saepe vinculis abruptis grauidas inquietat, et cum admittitur, ceruicibus dorsisque foeminarum imprimit morsus. quod ne faciat, paulisper ad molam vinctus [a] amoris saeuitiam labore temperat, et
2 sic veneri modestior admittitur. Nec tamen aliter admittendus est etiam clementioris [b] libidinis, quoniam multum refert naturaliter sopitum pecudis ingenium modica exercitatione [c] concuti, atque excitari, vegetioremque factum marem foeminae iniungi, vt tacita quadam vi semina ipsa principiis agilioribus figurentur [d].
3 Mula autem non solum ex equa et asino, sed ex [e] asina et equo, itemque onagro et equa generatur. Quidam vero non dissimulandi auctores, vt Marcus Varro, et ante eum Dionysius ac [f] Mago prodiderunt, mularum foetus regionibus Africae adeo non prodigiosos haberi, vt tam familiares sint incolis partus earum, quam sint
4 nobis equarum. Neque tamen vllum est in hoc pecore aut animo aut forma praestantius, quam quod seminabit [g] asinus. quanquam [h] possit huic aliquatenus comparari [i], quod progenerat onager, nisi et indomitum, et seruitio [k] contumax siluestri [l] more, strigosum [m] patris praeferat [n] habitum. Itaque eiusmodi admissarius nepotibus [magis] quam filiis vtilior est. nam vbi asina et onagro [o] natus admittitur equae, per gradus infracta feritate quicquid ex eo prouenit, paternam formam et modestiam,
5 fortitudinem celeritatemque auitam refert. Qui ex equo et asina concepti generantur, quamuis a patre nomen traxerint, quod hinni vocantur, matri per omnia magis similes sunt. Itaque commodissimum est asinum destinare mularum generi se-
6 minando, cuius [vt dixi] species experimento est speciosior [p]. Veruntamen ab aspectu non aliter probari debet, quam vt sit amplissimi corporis, ceruice valida, robustis ac latis costis, pectore musculoso et vasto, feminibus [q] lacertosis, cruribus compactis, coloris nigri vel maculosi [r]. nam murinus cum sit in asino vulgaris, tum
7 etiam non optime [s] respondet in mula. Neque nos vniuersa quadrupedis species decipiat [t], si qualem probamus, conspicimus. nam quemadmodum arietum, quae sunt in linguis et palatis maculae, plerumque in velleribus agnorum deprehenduntur: ita si discolores pilos asinus [u] in palpebris aut auribus gerit, sobolem quoque frequen-

z) *foemina I. B. R.* a) *Itaque obiectu asinae cum superiectu eblanditi sunt, velut incensum et occaecatum L. I. B. R. itaque obiectu asinam cum superiectu Goes.* b) *imponunt I. B. R.* [C. XXXVII.] a) *iunctus Goes. vinctis ad maioris seuiciam laborare L.* b) *claementioris I. B. R.* c) *excitatione P.* d) *figuretur R.* e) *ex* om. *Goes.* f) *P.* inf. *L.* g) *seminabitur insinus possit huic L.* h) *quamquam* desic. *I. B. R.* i) *comperari R. compari P.* k) *seruire I. B. R. seruili L. P.* l) *siluestiis P. L.* m) *strigosunt qua patris P. L.* n) *praeferret I. B. R. Iunts.* o) *onager P.* p) *pretiosior L.* q) *foeminibus I. B. R. I. I. H. A. G.* r) *macilis I. B. R. magilis Goes.* s) *optume P.* t) *decipiet I. B. R.* u) *asinos B. R.*

36, 4 SVBTRACTA, QVAM PETIERAT) Vid. Pall. Mart 14, 1.

37, 1 AMORIS SAEVITIAM) Plinius *mares fatigatos melius implere* dicit, h. e. labore aliquo afflictos melius inire. SCHOETTG.

37, 3 M. VARRO) RR. 2, 1, 27 Conf. Plinium l. c. et Barthium Adu. 42, 43. IDEM.

37, 5 QVAMVIS A PATRE NOMEN) ab equi scilicet *hinnitu hinni* dicti. Vide Hard. ad Plin. l. c. et Bochartum Hieroz. 1, 2, 20. IDEM. *Ginni* vocantur Mart. 6, 77. ALMELOV.

37, 7 IN PALPEBRIS AVT AVRIBVS) Plin. 8, 43 f. 68.

37, 9 ET

frequenter facit diuersi coloris, qui et ipse, etiam si diligentissime in admissario ex-
ploratus est, saepe tamen dominum [x] decipit. nam interdum etiam citra praedicta
signa dissimiles sui mulas fingit quod accidere non aliter reor, quam vt auitus co-
lor primordii [y] seminis mistu reddatur nepotibus. Igitur qualem descripsi asellum, 8
cum est [z] a partu [a] statim genitus, oportet [b] matri statim subtrahi, et ignoranti
equae subiici. Ea [c] optime tenebris fallitur. nam obscuro loco partu eius amoto [d],
praedictus [e] quasi ex ea natus alitur. Cui deinde cum decem diebus insueuit equa,
semper postea destinanti [f] praebet vbera. Sic nutritus [g] admissarius equas diligere
condiscit. Interdum etiam, quamuis materno lacte sit educatus, potest [h] a tenero
conuersatus [i] equis familiariter earum consuetudinem appetere. Sed [k] non opor- 9
tet minorem [l] quam trimum [m] admitti. atque idipsum si concedatur [n], vere fieri
conueniet, cum et defecto viridi pabulo, et largo ordeo firmandus, nonnunquam
etiam saliuandus [o] erit. Nec tamen tenerae foeminae committetur. nam nisi prius
ea marem cognouit [p], adsilientem admissarium calcibus proturbat, et iniuria depul-
sum etiam caeteris equis reddit inimicum. Id ne fiat, degener et vulgaris asellus ad-
mouetur, qui solicitet obsequia foeminae: neque is [q] tamen inire sinitur. sed, si iam
est equa veneris patiens, confestim abacto viliore, pretioso mari [r] iungitur. Locus est 10
ad hos vsus extructus (machinam vocant rustici) qui [s] duos parietes aduerso cliuulo [t]
inaedificatos habet [u], et [x] angusto interuallo sic inter se distantes [y], ne foemina con-
luctari, aut admissario ascendenti auertere se possit. Aditus est ex vtraque parte,
sed ab inferiore clatris munitus: ad quae [z] capistrata [a] imo cliuo constituitur equa,
vt et prona [b] melius ineuntis semina recipiat, et facilem sui tergoris ascensum ab
editiori [c] parte minori quadrupedi praebeat. quae cum ex asino conceptum edidit,
partum sequenti anno vacua nutrit. id enim vtilius est, quam quod quidam faciunt,
vt et foetam nihilominus admisso equo impleant. Annicula mula recte a matre re- 11
pellitur, et amota montibus aut feris locis pascitur, vt vngulas duret, sitque post-
ea [d] longis itineribus habilis. nam clitellis aptior mulus. illa quidem [e] agilior: sed
vterque sexus et viam recte graditur, et terram commode proscindit; nisi [f] pretium
quadrupedis rationem rustici oneret [g], aut campus graui gleba [h] robora boum
deposcat [i].

XXXVIII. MEDICINAS [a] huius [b] pecoris plerumque iam in aliis generibus edocui: propria tamen quaedam vitia mularum non omittam, quorum remedia subscripsi.

x) *domini spem Goes.* y) *primordiis seminum mixtus I. B. R. Goes.* z) *a* abest *I. B. R.* a) *proti I. B. R. protri P. L.* b) *oporteat I. B. R.* c) *ac I. B. R.* d) *admoto* post *Vict.* e) *est* interser. *P.* f) *desideranti Goes.* g) *nutritur P.* h) *potestate vero L.* i) *conuersatur P. L.* k) *ei* ins. *L. P.* l) *minori P. L.* m) *trimo mare mitti L. trimo inane mitti P.* n) *concidatur P.* o) *saginandus I. B. R.* p) *concinit Goes. concuit I.* q) *bis I. B. R.* r) *maris iniungitur P. subiungitur Goes.* s) *qui* deest *I. B. R.* t) *cliuolo I. B. R. clino Goes.* u) *habet* omitt. *I. B. R.* x) *qui I. B. R.* y) *distant Goes. I. B. R.* z) *quod Goes. I. B. R.* a) *in* add. *Goes.* b) *pronam I.* c) *editiore I. B. R.* d) *postmodum L. I. B. R.* e) *quia P. viae* coniect. *Vrs.* f) *si* interpon. *I. B. R.* g) *onerat I. B. R.* h) *crebra Pol. L.* i) *deposcit I. B. R.*
[C. XXXVIII.) a) *Medicina I. Medicinam B. R.* b) *hii P.*

37, 9 ET INIVRIA DEPVLSVM) Vox *iniuria* suspecta est, et fortasse scribendum, *initura* Sed 9, 9, 2 cum scriptum sit: *Sin autem defuit custos, velut iniuria repulsa peregrinam regionem petit*; poterit vulgata lectio ex eo loco defendi. Videndus tamen Columella hoc ipso libro c. 26 nam ibi de hac ipsa re accurate disserit. VRSIN. Videtur non cogitasse vir doctissimus, *iniuriam* ad offensionem omnem pertinere iustam iniustamque; quod cum hodie peruulgatum sit, exemplis probare nihil attinet.

subscripsi. Febrienti [c] mulae cruda brassica datur. Suspiriosae sanguis detrahitur,
et cum sextario [d] vini atque olei thuris [e] semuncia, marrubii succus instar heminae [f]
2 mistus infunditur. Suffraginosas ordeacea farina imponitur, mox suppuratio [g] ferro
reclusa linamentis [h] curatur: vel gari [i] optimi sextarius cum libra olei per narem
sinistram demittitur [k], admisceturque huic medicamini trium vel quatuor ouorum
3 albus liquor separatis vitellis. Femina [l] secari, et interdum inuri solent. Sanguis
demissus [m] in pedes, ita vt in equis emittitur [n]: vel si est herba, quam veratrum
vocant rustici, pro pabulo cedit. Est ὑοσκύαμος [o], cuius semen detritum, et cum
vino datum praedicto vitio medetur. Macies et languor [p] submouetur saepius data
potione, quae recipit semunciam triti [q] furfuris [r], ouumque crudum, et tritae [s]
myrrhae [t] pondus denarii. Haec tria [u] vino admiscentur, atque ita faucibus infun-
4 duntur. Sed et tussi, dolorique ventris eadem ista aeque medentur. Ad maciem
nulla res tantum, quantum Medica potest. ea herba viridis, nec [x] tarde tamen [y]
arida foeni vice saginat iumenta: verum modice danda, ne nimio sanguine strangu-
letur pecus. Lassae et aestuanti [z] mulae adeps [a] in fauces demittitur [b], merumque
in os suffunditur. Caetera exequemur in mulis, sicut [c] prioribus huius voluminis
partibus tradidimus, quae curam boum [d] equarumque continent.

c) *Equienti I. B. R. Gesf. L.* d) *sestario I. B. R.* e) *turis I. B. R.* f) *eminae I. B. R.* g) *suppera-
tio B. R.* h) *linimentis I. B. R.* i) *cari P.* k) *dimittitur I. B. R.* l) *Foemina I. R. I. I. H. A. G.*
m) *dimissus I. B. R.* n) *admittitur I. B. R.* o) *δοσκύαμος I. B. R.* p) *langor I. I. G.* q) *triti* om.
Gesf. I. B. R. r) *sulphuris I. B. R. L. sulpuris P. sulfuris I. I. H. A. G.* s) *tritae* om. *I. B. R. Gesf. L.*
t) *murrhae P.* u) *trita P. L. Gesf.* x) *non* inf. ex coniect. *Vrs.* y) *tantum I. B. R.* z) *aestinanti H.*
a) *ad os I. B. R. ad eos P.* b) *dimittitur I. B. R.* c) *sic vt* diss. *Vrs.* d) *bouum R.*

38, 3 SANGVIS DEMISSVS) Vid. ad Col. 6, 30, 6.

L. IVNII

L. IVNII MODERATI COLVMELLAE
DE RE RVSTICA
LIBER SEPTIMVS[a]

CAPVT I.

De minore pecore dicturis[b], P. Siluine, principium tenebit minor[c] Arcadiae vi-
lis hic vulgarisque asellus, cuius plerique rusticarum rerum auctores[d] in emen-
dis tuendisque iumentis praecipuam rationem volunt esse; nec iniuria. Nam
etiam[e] eo[f] rure, quod pascuo caret, contingi potest, exiguo[g] et qualicunque pa-
bulo contentus. quippe vel foliis spinisque, vel perticis[h] salignis[i] alitur, vel obiecto
fasce sarmentorum[k]. Paleis vero, quibus[l] pene omnes[m] regiones abundant[n],
etiam gliscit. Tum imprudentis custodis negligentia[o] fortissime sustinet: plaga- 2
rum et penuriae tolerantissimus: propter quae tardius deficit, quam vllum aliud
armentum. nam laboris et famis maxime patiens, raro morbis afficitur. Huius ani-
malis tam exiguae tutelae plurima et necessaria opera supra portionem respondent,
cum[p] et facilem terram qualis in Baetica totaque Libye[q] sit, leuibus aratris pro-
scindat, et non nimio[r] pondere vehicula trahat. Saepe etiam, vt celeberrimus 3
poeta memorat, - *tardi costas agitator aselli, Vilibus aut onerat pomis, lapidemque
reuertens Incusum*[s], *aut atrae massam picis vrbe reportat.* Iam vero molarum, et
conficiendi frumenti pene solennis est huius pecoris labor. Quare omne rus tan-
quam maxime necessarium[t] desiderat asellum, qui, vt dixi, pleraque vtensilia et ve-
here

VARIETAS LECTIONIS.

[Colum. Lib. VII.] a) *Liber Iuni Moderati Columellae, Rei rusticae liber VII. veterinarius Medicinalis liber II de minore pecora, liber VIII haec continet.* (Octauum vocat computato illo de arboribus) [C. I.] b) *dicturis I. B. R. dicturus* al. c) *minora* interier. *P.* d) *authores I. I. H. A. autores Gr. G.* e) *et iam* diu. *I. B. R.* f) *eorum re P.* g) *exiguo R.* h) *praticis P. Goes.* i) *salignis* omitt. *I. B. R.* k) *stramentorum I. B. R.* l) *quae I. B. R. Goes.* m) *omnibus regionibus I. B. R. Goes.* n) *habundant R.* et ita saepe *L.* o) *neglegentiam quae fortissime P.* p) *cum I. B. R. tum* al. *v. Morg. I,* 35. q) *lybia I. B. R. Lybiae H. G. libreri P.* r) *minima pondera Goes.* s) *sit* abest *P. sic I. B. R.* s) *Incussum* ante Vict. t) *instrumentum I. B. R. Goes. L.*

1, 1 DE MINORE PECORE) Videtur legendum *dicturi*, et *minor Arcadico vilis etc.* Varro 2, 1 de asinis Arcadicis ita scribit: *Hoc enim nomine asini Arcadici in Graecia nobilitati etc.* VRSIN. Cl. PONTEDERA cum illud *dicturis* reuocari vult, quod factum, tum pro *tenebit* legi *praebebit*.

1, 2 LEVIBVS ARATRIS PROSCINDAT) Testatur Plin. 8, 43 asinos arando etiam viui esse posse. In sequenti commate Schefferus de re vehic. 1, 8 legit: *non minima pondere*, quae extant in Goes. SCHOETTG. Similem Plinii l. c. et Columellae orationem obseruasse sibi videtur Harduinus f. 68 no. 3. Sed ego me ita oculatum non esse fateor. De re vna vnumquemque suo modo locutum arbitror.

1, 3 POETA) Virg. Georg. 1, 273. SCHOETTGENIVS.

1, 3 MOLARVM) Vid. ad Cat. 10, 4. IDEM.

1, 3 MAXIME NECESSARIVM DESIDERAT) Mallem cum Iensonio et Bruschio: *Tanquam maxime necessarium instrumentum desiderat etc.* Idcirco et Cat. 10 et Varr. 1, 19 *inter rustica instrumenta asinum vel maxime recensent.* PONTED.

 1, 3 DE

here in vrbem, et reportare collo vel dorſo commode poteſt. Qualis autem ſpecies eius vel cura probatiſſima ſit, ſuperiore libro, cum de pretioſo praeciperetur, ſatis dictum eſt.

II. POST [a] maiores quadrupedes ouilli pecoris ſecunda ratio eſt, quae prima ſit, ſi ad vtilitatis magnitudinem referas. Nam id praecipue nos contra frigoris violentiam protegit, corporibusque noſtris liberaliora praebet velamina [b]. Tum etiam caſei lactiſque [c] abundantia non ſolum agreſtes ſaturat, ſed etiam elegantium menſas
2 iucundis et numeroſis dapibus exornat. Quibusdam vero nationibus frumenti expertibus victum commodat, ex quo Nomadum Getarumque [d] plurimi *γαλακτοπόται* [e] dicuntur. Igitur id pecus, quamuis molliſſimum ſit, vt ait prudentiſſime Celſus, valetudinis [f] tutiſſimae eſt, minimeque peſtilentia [g] laborat. Verum [h] tamen eligendum eſt ad naturam loci: quod ſemper obſeruari non ſolum in hoc, ſed etiam in tota ruris diſciplina Virgilius [i] praecipit, cum ait: *Nec vero terrae ferre omnes omnia poſſunt.* Pinguis et campeſtris ſitus proceras oues tolerat; gracilis et colli-
3 nus [k] quadratas; ſilueſtris et montoſus exiguas: pratis planisque noualibus tectum pecus commodiſſime paſcitur. Idque non ſolum generibus, ſed etiam coloribus plurimum refert. Generis eximii [l] Mileſias [m], Calabras, Appulasque [n] noſtri exiſtimabant, earumque optimas Tarentinas. Nunc Gallicae pretioſiores [o] habentur, earumque praecipue [p] Altinates. Item [q] quae circa Parmam et Mutinam Macris ſta-
4 bulantur campis. Color albus cum ſit optimus, tum etiam eſt vtiliſſimus, quod ex eo [r] plurimi fiunt, neque hic ex alio. Sunt etiam ſuapte natura pretio commendabiles [s] pullus, atque fuſcus, quos praebent in Italia Pollentia, in Baetica Corduba. Nec minus Aſia rutilos [t], quos vocant ἐρυθρέας [u]. Sed et alias varietates in hoc pecoris genere docuit vſus exprimere. nam cum in municipium Gaditanum ex vicino Africae miri coloris ſilueſtres ac feri arietes, ſicut aliae beſtiae munerariis deportarentur, M. Columella patruus meus acris vir ingenii, atque illuſtris agricola, quos-
5 dam mercatus in agros tranſtulit, et manſuefactos tectis ouibus admiſit. Eae primum hirtos [x], ſed paterni coloris agnos ediderunt, qui deinde et ipſi Tarentinis ouibus impoſiti, tenuioris velleris arietes progenerauerunt. Ex his rurſus quicquid conceptum

[C. II.] a) *Poſt quadrupedis ouili I. B. R.* b) *vellamina R. veleminatur. Etiam P.* c) *latisque habundantia R.* d) *cetarumque P.* e) *γαλακτοπῶται galactopotae L. I. B. R.* ΓΑΛΑΚΟΠΩΤΑΙ *P.* f) *valitudinis I. B. R.* g) *peſtilentiae P.* h) *Veruntamen I. B. R. I. I. H. A.* i) *Vergilius P. Gr. G.* k) *colinus Gymn.* l) *et* inſ. *Goeſ.* m) *mileſias* deficit *I. B. R.* n) *apulasque milites noſtri I. B. R.* o) *preciofiores I. praecioſiores B. R.* p) *praecipuae I. B. R. I. I. H. A. G.* q) *Itemque Pol. Itaque circa I. B. R.* r) *hoc P.* s) *commendabilis I. B. R.* t) *rutillos A.* u) *eritbreos* adpon. *I. B. R.* ἐρυθρεὺς *H.* ΕΡΥΘΡΑΙΩΣ *erythraeos P. quos voc. ἐρυθ.* om. *L.* x) *ortos Goeſ. I. B. R.*

1, 3 DE PRETIOSO) Qui pater mulorum fieri poſſit, de quo agit c. 36 ſq. et 37, 11 inter alia dixit, *niſi pretium quadrupedis rationem ruſtici oneret.*

2 Ad hoc et proximum caput conferri meretur Plin. 8, 47 ſ. 72.

2, 2 VIRGILIVS) Georg. 2. 89.

2, 3 TECTVM PECVS) Vid. Plin. 8, 47. Deinde legendum: *plurimum differt.* VRSIN.

2, 3 MACRIS STABVLANTVR CAMPIS) Videndum an ſit ſcribendum *pabulantur.* et de *macris campis* legendus Varro (2 pr. 6) IDEM.

2, 4 POLLENTIA) *Nigri velleris praecipuas habet Pollentia iuxta Alpes: iam Aſia rutili, quas Erythraeas vocant: item Baetica etc.* Plin. 8, 48 ſ. 73.

2, 4 ΕΡΥΘΡΟΥΣ) Ἐρυθραίους videtur legendum ex loco inferiori. VRSIN. Vid. SCHOETTG. ad Col. 7, 3, 2.

2, 6 VEL

conceptum est, maternam mollitiem [y], paternum et auitum retulit colorem. Hoc modo Columella dicebat, qualemcunque speciem, quae fuerit in bestiis, per nepotum gradus mitigata feritate, rediisse. Ad propositum reuertar. Ergo duo genera 6
sunt ouilli [z] pecoris, molle et hirsutum. Sed in vtroque vel emendo plura communia, quaedam tamen sunt propria generosi, quae obseruari conueniat. Communia in emendis gregibus fere illa. Si candor lanae maxime placet, nunquam non [a] candidissimos mares legeris: quoniam ex albo saepe fuscus editur partus; ex [b] erythraeo [c] vel pullo nunquam generatur [d] albus.

III. ITAQVE non solum ea ratio est probandi arietis, si vellere candido vestitur, sed etiam si palatum atque lingua concolor lanae est. nam cum hae corporis partes nigrae, ant maculosae sunt, pulla vel etiam varia nascitur proles, idque inter caetera eximie [a] talibus numeris significauit [b] idem qui supra: *Illum autem, quamvis aries sit candidus ipse, Nigra subest vdo tantum cui lingua palato, Reiice* [c], *ne maculis infuscet vellera pullis Nascentum* [d]. Vna eademque ratio est in erythraeis 2
et nigris arietibus, quorum similiter (vt iam dixi) neutra pars esse debet discolor lanae, multoque minus ipsa vniuersitas tergoris maculis variet. ideo nisi lanatas [e] oues emi non oportet, quo melius vnitas coloris appareat: quae nisi praecipua est in arietibus, paternae [f] notae plerumque natis inhaerent [g]. Habitus autem maxime 3
probatur,

y) *mollitiem I. B. R. I. I. H. A. G.* z) *ouili I. B. R.* a) *non* omitt. omn. praeter *B. R.* pro *non* habet *nisi Goes.* b) *ex* deest *P. L.* c) *erythreo R.* d) *genetur I. generetur B. R.* [C. III.] a) *eximia H.* b) *significauit idem Iuntt. significauit idemque H. significauit. Idemque A. significauit: idemque Gymn.* c) *reice L.* d) *Nascentium P.* e) *lauatas L.* f) *paternae* om. *L.* g) *inhaeret I.*

2, 6 VEL EMENDO) *Vel* hoc indicare videtur alterum desiderari, v. c. *vel tuendo* vid. Col. 7, 3, 7 et 8 qui locus ad hunc videtur referri.

2, 6 NVNQVAM NON CAND.) *Non* post *nunquam* interseri iubet VRSIN. Haec, nisi quam maxime fallor, vitio inquinata sunt. Commendatur in lana candor, et candidissimi arietes legendi non sunt? Deficere videtur in altero membro particula negatiua *non* hoc modo: *Si candor lanae maxime placet, nunquam non candidissimos mares legeris*, hoc est, *semper*. Nam candidi arietes semper probati sunt, propter quod sic tertium caput incipit Columella: *Itaque non solum ea ratio probandi arietis, si vellere candido vestitur, sed etiam si palatum atque lingua concolor lanae est.* Quod monitum ex Virgilii metris desumsit, qui Georg. 3 [384 seq.] sic cecinit: *Continuoque greges villis lege mollibus albos etc.* Ad quem locum Seruius: *Lana enim*, inquit, *alba pretiosior est.* Palladius item nostram emendationem confirmat 8, 4, 2 vbi Columellae sententiam transcribit. PONTED. Quod ipsa ratio a Cl. Pontedera prolata euincere potuit, quod faciendum Vrsinus viderat, vt negationem interponeremus, hoc veteres editiones comprobant, et Goesiani codicis autoritas, quam secutus Cl. Schoettgenius τὸ *nisi* inculcauerat eadem sententia. Vtram vocem adhibueris Columella, vix ausim dicere. De re ipsa vid. etiam Calpurn. ecl. 2, 36.

3, 1 RATIO EST PROBANDI ARIETIS) Vid. Varr. 2, 2, 4 Pall. Iul. 4, 2. Arist. H. A. 6, 19 *Λευκὰ δὲ τὰ ἔγγονα καὶ μέλανα, ἐὰν ὑπὸ τῇ τοῦ κριοῦ γλώττῃ λευκαὶ φλέβες ὦσιν ἢ μέλαιναι. λευκὰ μὲν, ἐὰν λευκαὶ, μέλανα δὲ, ἐὰν μέλαιναι.* Ad ouium praegnantium linguas respici iubet Democritus Geop. 8, 6 Sed arietum spectari ora etiam iubet Plin. 8, 47. f. 72, *quia cuius coloris sub lingua habuere venas, eius et lanicium est in fetu.*

3, 1 SIGNIFICAVIT IDEM QVI SVPRA) Ita iam videbatur legendum VRSINO. Locus est Georg. 3, 387.

3, 2 ERYTHRAEIS) Solinus c. 33 pr. *Vltra Pelusiacum ostium Arabia est, ad rubrum pertinens mare, quod Erythraeum ab Erythra rege, Persei et Andromedae filio, non solum a colore adpellatum Varro dicit, qui adfirmat in litore maris illius fontem esse, quem si oues biberint, mutent vellerum qualitatem, et antea candidae amittant, quod fuerint vsque ad haustum, ac furuo postmodum nigrescant colore.* SCHOETTG.

3, 2 LANATAS) An vnquam non *lanatae* sunt igitur? *Lanatas* non indignum Columella verbum. Res ipsa clara videtur. *Lotura* enim ostendit lanae ipsius maculas. Sed conf. tamen f. 7 quae tuetur receptam lectionem *intonsae* enim sunt *lanatae*.

probatur, cum eſt altus, atque procerus, ventre promiſſo atque lanato, cauda longiſſima, denſique velleris [h], fronte lata, teſtibus amplis, intortis cornibus: non quia magis hic ſit vtilis, (nam eſt melior mutilus aries) ſed quia minime nocent intorta potius, quam ſurrecta [i] et patula cornua. quibusdam [k] tamen [l] regionibus, vbi caeli ſtatus vuidus ventoſusque eſt, capros et arietes optauerimus vel ampliſſimis cornibus, quod [m] ea porrecta altaque maximam partem capitis a tempeſtate defendant.
4 Itaque ſi plerumque eſt atrocior hiems [n], hoc genus eligemus: ſi clementior, mutilum probabimus marem: quoniam eſt illud incommodum in cornuto, quod cum ſentiat ſe velut quodam naturali [o] telo capitis armatum, frequenter in pugnam procurrit, et fit in foeminas quoque procacior. nam riualem (quamuis ſolus admiſſurae non ſufficit) violentiſſime perſequitur [p], nec ab alio tempeſtiuum [q] patitur iniri [r]
5 gregem, niſi cum eſt fatigatus libidine. Mutilus autem, cum ſe tanquam exarmatum intelligat, nec ad rixam promptus [s] eſt, et in venere mitior. Itaque capri vel arietis [t] petulci ſaeuitiam paſtores hac aſtutia repellunt. Menſurae pedalis robuſtam tabulam configunt aculeis, et aduerſam fronti cornibus religant. ea res ferum pro-
6 hibet a rixa, cum ſtimulatum ſuo ictu ipſum ſe ſauciat. Epicharmus autem Syracuſanus, qui pecudum medicinas diligentiſſime conſcripſit, affirmat pugnacem arietem mitigari terebra ſecundum auriculas foratis cornibus, qua curuantur in flexu [u]. Eius quadrupedis aetas ad progenerandum optima eſt trima: nec tamen inhabilis vsque in annos octo. Foemina poſt bimatum maritari debet, iuuenisque habetur quin-
7 quennis: fatiſcit poſt annum ſeptimum. Igitur, vt dixi, mercaberis [x] oueis intonſas [y]: variam et canam comam [z] improbabis, quod ſit incerti coloris. Maiorem trima dente minacem ſterilem repudiabis. eliges bimam vaſti corporis, ceruice [a] prolixa, prolixi villi, nec aſperi, lanoſi et ampli vteri. nam vitandus eſt glaber et exiguus.

h) *in* infer. *P.* i) *ſubrecta Goeſ. L.* k) *quibus P. L.* forte omittendum etiam ſequens *vbi.* l) *tamen* omittitur *I. B. R.* m) *quae tam profecto (prouecta B. prefecto L.) altoque L. I. B. R. Heinſ.* ad Virg. Aen. 10, 587. *quod ea proiecta lataque maximam partem etc.* v. locum. n) *biemis Goeſ. L.* o) *naturali telo Goeſ. naturae loco* alii. *vid. Morg. I, 37.* p) *proſequitur I. B. R.* q) *tempeſtiue I. B. R. Goeſ. L.* r) *inire I. B. inira R.* s) *promptus, et eſt I. B. R.* t) *arietes P.* u) *flexum Goeſ. L.* recte. x) *mercaris P. L.* y) *intonſis P.* z) *conamque P.* a) *torui et prolixi villi I. B. R. cerui et P. cornu et L.*

3, 4 MVTILVM PROBAB.) *Mutilus vtilior* Plin. l. c.

3, 4 NATVRALI TELO] Fortaſſe ſcribendum: *naturae ioco caput eſſe armatum.* Sed haec lectio non plene ſatisfacit, et fortaſſe inducenda vox *capitis,* vel legendum: *Quodam naturali ceſtu.* VRSIN. Nihil hic valent Vrſini coniecturae: Goeſ. optime: *Quodam naturali telo.* SCHOETTG. Adſcripſit hanc emendationem Nic. Heinſius ad Sil. 7, 566.

3, 6 EPICHARMVS SYRACVS.) Eadem Africanus Goeſ. 18, 5. SCHOETTG. Itemque Plin. l. c.

3, 7 VT DIXI) c. 2 vbi *lanatas* vocat.

3, 7 CERVICE PROLIXA PROLIXI VILLI, NEC ASPERI,) Ceruix prolixa in oue improbanda magis videtur, quam laudanda; neque id traditum a Columella exiſtimo, cuius indicium certiſſimum faciunt principes editiones, in quibus non *ceruix prolixa,* ſed *torui* tantum reperitur. Si enim ceruix oblonga laudaretur in oue eadem et in ariete eſſet probanda: at neque Varro, neque Palladius, neque ex Graecis Florentinus, neque ipſe Columella (hoc vno excepto loco, de quo ſane nunc quaerimus) huiusmodi ſignum aut in ariete aut in oue commemorant; ſequitur itaque oblongam ceruicem ad ouium probationem non pertinere. Quare deprauata iſta credere licet: qua autem via ſint vera eruenda, conabimur indicare. M. Varro lib. 2. cap. 2 de eligenda oue quae eſſent attendenda ſic praecepit: *De forma: Ouem eſſe oportet corpore amplo: quae lana multa ſit et molli, villis altis et denſis toto corpore, maxime circa ceruicem, et collum, ventrem quoque vt habeat piloſum.* Et deinde: *eſſe oportet cruribus humilibus, caudis obſeruare, vt ſint in Italia prolixis, in Syria breuibus.* Florentinus item libr. 18 Geop. cap. de Lectione ouium: *ἄρισται εἰσι, τοκάδες, αἷς ἔρια φύεται πολλὰ καὶ μαλακὰ, τοὺς μαλλοὺς βαθεῖς πεπυκνωμένους καθ' ὅλον μὲν*

exiguus. Atque haec fere communia sunt [b] in comparandis ouibus [c]. illa etiam 8
tuendis [d]: humilia facere stabula, sed in longitudinem potius, quam in latitudinem
porrecta [e], vt simul [f] hieme calida sint, nec angustiae foetus oblidant [g]. ea poni de-
bent contra medium diem: namque id pecus, quamuis ex omnibus animalibus [h] ve-
stitissimum, frigoris tamen impatientissimum est, nec minus aestiui vaporis. itaque
cohors [i] clausa sublimi macerie [k] praeponi [l] vestibulo debet, vt sit in eam tutus exi-
tus aestiuandi [m]. deturque opera, ne quis humor subsistat [n], vt semper quam ari-
dissimis [o] filicibus, vel culmis stabula constrata sint, quo purius [p] et mollius [q] incu-
bent foetae. Sint quala [r] mundissima, ne [s] qua earum valetudo, quae praecipue 9
custodienda est, infestetur vligine. Omni autem pecudi larga praebenda sunt ali-
menta. Nam vel exiguus numerus, cum pabulo satiatur [t], plus domino reddit,
quam maximus grex, si senserit [u] penuriam. Sequeris [x] autem noualia non solum
herbida, sed quae plerumque vidua sunt spinis, vtamur [y] enim saepius auctoritate
diuini carminis: *Si tibi lanitium curae [z] est, primum aspera silua [a] Lappaeque tribuli-
que absint.* Quoniam ea res, vt ait idem, scabras oues reddit, *cum tonsis illotus [b]* 10
adhaesit [c] Sudor: et hirsuti secuerunt corpora vepres: cum [d] etiam quotidie minuitur
lana [e], quae quanto prolixior in pecore concrescit, tanto magis obnoxia [f] est rubis,
quibus velut hamis inuncata [g], a pascentium tergoribus auellitur. Molle vero pe-
cus etiam velamen [h], quo protegitur, amittit, atque id non paruo sumtu repara-
tur [i]. Inter auctores fere constat [k], primum esse admissurae [l] tempus vernum Pa- 11
rilibus

b) *sunt. In I. B. R.* c) *ouibus illa I. B. R.* d) *tuenda I. B. R.* e) *prouecta I. B. R. profectu L.* f) *et* interp. *I. B. R. in yieme L.* g) *obligant L. I.* h) *Sit* inf. *Goes.* i) *chors Goes.* k) *materie L. I. B. R.* l) *preponi L. B. R.* m) *aestuandi I. B. R. Goes.* n) *consistat I. B. R. Goes. L.* o) *ardissimis L.* p) *plenius L.* q) *molius B. R.* r) *quala Goes. caula* in margine *Gr. St. sint quale mund.* om. *L.* s) *neque* iunct. *I. I H. A. Neque I. B. R.* t) *patiatur Goes.* u) *sensit I. B. R.* x) *sequaris* coni. *Vrs.* y) *Vtamur enim I. B. R. Goes. vtamurq.* al. *mutamus enim L.* z) *cura I. B. R.* a) *sylua I. I. H. A. Gr. G.* b) *inlutus L. I. B. R. illutus Goes.* c) *chirsuti I. B. R. I. I. H. A. G. hyrsutis L.* d) *Tum I. B. R. I. I. tum H. A. Gr. G.* e) *lanae fructus Goes.* f) *obnoxium L. I. B. R.* g) *inuncatria pasc. t. euellitur L. a* om. *Goes.* h) *vellamen R.* i) *requiritur L.* k) *constitit I. B. R.* l) *admissurae tempus* defic. *Pol. L.*

μὲν τὸ σῶμα, μάλιστα δὲ περὶ τὸν τράχηλον καὶ τὰς αὐχένας· ἐχέτωσαν δὲ καὶ τὴν κοιλίαν ὅλην δασεῖαν ἐρίων πλήθει καὶ μαλακότητι, καὶ ὁμοχροίᾳ· εἶναι δὲ χρὴ αὐτὰς εὐοφθάλμους, καὶ μακροσκελεῖς, καὶ μακροκέρκους. *Optimae sunt matrices, quae lanas ferunt multas, et molles, et vellera alta condensata per totum quidem corpus, maxime vero circa ceruicem et collum. Et habeant ventrem totum lana densum et multa et molli, ac eodem colore praestanti. Sint autem oculis magnis, et cruribus longis* (Varro *cruribus humilibus* ideoque fortasse legendum μικροσκελεῖς) *et longis caudis.* Itaque cum apud hosce auctores cauda prolixa laudetur ad eligendas oues, quod in ariete etiam et Varro, et Columella et Palladius recensent, purior videtur lectio *cauda prolixa*, quam *ceruice prolixa.* Illud tamen quod obiici potest, neque ignoro, neque infitior etiam, ceruicem videlicet cum a Varrone tum a Florentino, et circa ceruicem vellera densa in allatis locis probari; ideo ex vulgatis etiam libris aliam loci emendationem petere. Quod sane mihi a principio animo obuersabatur; sed subinde diligentius perpendens, cum plura esse immutanda, multa addenda deprehenderem, ab hac sententia sum reuocatus. PONTED. Codex Caesenas et Vaticanus: *Eliges bimam, vasti corporis, ceruí et prolixi villi.* Videlicet *ceruui et prolixi villi.* PONTED. 2. Cogitabam si forte *ceruix prolixa* esset lanata.

3, 9 SINT QVALA MVNDISSIMA) *quala* hic plane ἀπροσδιόνυσα cum sint, *caula* (forte *caulas*) in margine notauit H. Stephanus credo. Sed ita legendum esset *caulae mundissimae:* Deinde non videtur Columella vel quisquam nostrorum hac voce vsus esse, cuius tamen frequentissima erat occasio. Ego coniiciebam, *sintque illa* (nim. *stabula*, de quibus sermo) *mundissima.*

3, 9 DIVINI CARMINIS) Georg. 3, 384 et 442.

3, 10 MOLLE VERO PECVS) h. e. tectum, pellitum, Graecum, Tarentinum, de quo cap. prox.

3, 11 SIN

rilibus [m], si sit ouis matura; sin vero foeta, circa Iulium mensem. Prius tamen
haud dubie probabilius, vt messem vindemia [n], fructum deinde vineaticum foetura
pecoris excipiat, et totius autumni pabulo satiatus agnus ante moestitiam frigo-
rum, atque hiemis ieiunium, confirmetur. Nam melior est autumnalis verno, sicut
ait verissime Celsus, quia [p] magis ad rem pertinet, vt ante aestiuum quam hibernum
solstitium conualescat: solusque ex omnibus animalibus bruma commode [q] nascitur.
12 Ac [r] si res exigit, vt plurimi mares progenerandi sint, Aristoteles vir callidissimus
rerum naturae praecipit [t] admissurae tempore obseruare siccis diebus halitus septem-
trionales, vt contra ventum gregem pascamus, et eum spectans admittatur pecus:
at si foeminae generandae sunt [u], austrinos flatus captare, vt eadem ratione matrices
ineantur. Nam illud, quod priore libro docuimus, vt admissarii dexter, vel etiam
13 sinister vinculo testiculus obligetur, in magnis gregibus operosum est [x]. Post foe-
turam deinde longinquae regionis pascua [y] petiturus opilio [z], fere omnem sobolem [a]
pastioni reseruet suburbanae: villicus [b] enim teneros agnos, dum adhuc herbae sunt
expertes, lanio tradit [c], quoniam et paruo sumptu deuehuntur, et iis [d] submotis,
fructus lactis ex matribus non minor [e] percipitur. Submitti tamen etiam in vicinia
vrbis quandoque [f] oportebit. nam vernaculum pecus peregrino longe est vtilius:
14 nec committi debet, vt [g] totus grex effoetus [h] senectute dominum destituat: cum
praesertim boni pastoris vel prima cura sit annis omnibus in demortuarum vitiosa-
rumque ouium locum totidem, vel etiam plura capita, substituere: quoniam saepe
frigorum

m) *paribus sit. sit eius natura sincera, feta L. paribus* etiam *P.* n) *vindemiam I. B. R. MS. Heins. ad Ouid. met.* 3, 729. p) *qui Pol.* q) *comate L.* r) *At lunt.* t) *praecepit I. B. R.* u) *erunt Pol.* x) *est post I. B. R.* y) *pascua petiturus* om. *L. I. B. R.* z) *vpilio P. villicus* ins. *L. Pol.* a) *subolem pastione reseruat P.* b) *villicus enim* defic. *L. I. B. R.* c) *tradet I. B. R.* d) *his I. B. R.* e) *minor* om. *Goes.* f) *quicunque Pol. et Lips. quintum quemque Goes.* g) *vt* abest *P.* h) *effectus I. effetus B. R. affectus L.*

3, 11 SIN VERO FOETA) *Foetam* intelligo, quae proximo vere peperit, cui aliquantum proinde parcendum. Aliquando suspicabar *fera* scripsisse Columellam, quam vocem in *feta* primum, deinde in *foeta* transire potuisse, non obscurum est. Ita quidem opponeretur *maturae*.

3, 11 VT MESSEM VINDEMIA) *Vindemiam* probat Heinsius, loco quem supra laudamus. Non optime, vt nobis quidem videtur. Ponamus in ipsa phrasi nihil esse difficultatis: at videtur Moderatus noster gradatione quadam vti, et tria magna negotia rusticorum sibi subiungere, distinguereque adeo a *messe vindemiam*, συνωνύμως vero huic dicere *fructum vineaticum*: quod vltimum sane locum non habet, si *messis vindemia* per appositionem dicitur.

3, 11 MELIOR EST AVTVMNALIS) Plin. 8, 47 f. 72 *Multi praeferunt hibernos agnos vernis, quoniam magis intersit ante solstitium, quam ante brumam firmos esse, solumque hoc animal vtiliter bruma nasci.*

3, 12 ARISTOTELES — PRAECIPIT) Vid. Pall. Iul. 4, 4.

3, 12 OBSERVARE HALITVS SEPTENTRIONALES) *Plinius:* Qui mares concipi volet, in aquilonem pascito, vt sic in eundem ineant: qui foeminas concipi volet, in austrum spectantes inire cogito. *Tradunt omnes ferme scriptores hoc fieri, sed cur fiat, minime causas explicant: videor itaque facturus operae pretium, si ea, quae apud Albertum Magnum rerum naturae consultissimum legi, conducentia ad hanc rem, hoc in loco explicauero, qui in libris de animalibus tradit, ideo* flante Aquilone concipi mares, *quia is ventus calorem naturalem intus cohibet, et ita corpora fiunt valentiora firmioraque, et ipsum semen siue sperma meliorescit, contra flante austro corpora fatiscunt, et resoluto calore fiunt imbecillia; vnde foeminae tunc facilius concipiuntur, qui foetus est quam masculus longe imbecillior, molliorque.* BERO.

3, 12 PRIORE LIBRO) 6, 28. Adde, non operosum modo, sed stultum etiam, vanumque et periculosum esse.

3, 13 QVANDOQVE OPORTEBIT) Non indigna Columellae aeuo vox *quandoque* pro interdum posita, quando vsus illa est Seneca nat. quaest. 1, 1 extr. *quandoque igitur fiunt trabes, quandoque clypei.*

3, 15 NISI

frigorum atque hiemis saeuitia pastorem decipit, et eas [i] oues interimit, quas ille
tempore autumni ratus adhuc esse [k] tolerabiles, non submouerat. quo magis etiam 15
propter hos casus, nisi [l] validissima, quae non comprehendatur hieme [m], nouaque
progenie repleatur numerus. quod qui faciet, seruare debebit, ne minori quadri-
mae, neue ei [n], quae excessit annos octo, prolem submittat. neutra [o] enim aetas ad
educandum est idonea: tum etiam quod ex vetere materia nascitur, plerumque con-
generatum parentis senium [p] refert. nam vel sterile vel imbecillum est. Partus 16
vero incipientis pecoris non secus, quam obstetricum more custodiri debet. neque
enim aliter hoc animal, quam muliebris [q] sexus enititur, saepiusque etiam quanto
est omnis rationis ignarum, laborat in partu. quare veterinariae medicinae prudens
esse debet pecoris magister, vt, si res exigat, vel integrum conceptum, cum trans-
versus haeret locis genitalibus, extrahat: vel ferro diuisum, citra matris perniciem,
partum [r] educat, quod Graeci vocant ἐμβρυουλκεῖν [s]. Agnus autem, cum est edi- 17
tus, erigi debet, atque vberibus admoueri, tum [t] etiam [u] eius diductum os pressis
humectare papillis, vt condiscat maternum trahere alimentum. sed prius quam hoc
fiat, exiguum emulgendum [x] est, quod pastores colostram [y] vocant: ea nisi aliqua-
tenus emittitur, nocet agno: qui [z] biduo quo natus est [a], cum matre clauditur [b],
vt et [c] ea [d] partum suum [e] foueat, et ille matrem agnoscere condiscat. Mox de- 18
inde quamdiu non lasciuit, obscuro et calido septo custodiatur. postea luxuriantem
virgea cum comparibus area claudi oportebit, ne velut puerili nimia exultatione
macescat: cauendumque est, vt tenerior separetur a validioribus, quia robustus [f]
angit

i) *ex eo vis interemit I. B. R. et ex e ouis Goes. et ex eo vix L.* k) *essem* Polit. l) *nisi quae validissimo: et non I. B. R. nisi quo validissima non L.* vid. *Morg. I,* 38. m) *hyemi I. B. R.* n) *eique I. B. R.* o) *ne vltera L. f. ne altera h. e. neutra.* p) *senimium Pol.* q) *mulieribus I. B. R.* r) *partibus ducat L. I. B. R. partibus educat Goes.* s) *ἐμβεύγαιος I. B. R.* *ἐμβρύω ἄκος* editt. al. et vestigia satis aperta *L.* *ἐμβρυωυκεῖν Goes. et P.* qui coni. *ἐμβρυουλκεῖν* quod probauit etiam in Emendandis *Vict.* t) *cum P.* u) *etiam* om. *Goes. I. B. R.* x) *emulgendus P.* y) *colastram P.* z) *qui ino biduo Goes. monoiduo Lips. f. primo bid.* a) *est* om. *I. B. R.* b) *claudatur I. B. R.* c) *et* omiss. *I. B. R.* d) *ea deficit P. ei I. B. R.* e) *suum mox deinde etc.* reliqua desunt *I. B. R.* f) *robustius Gymn.*

3, 15 NISI VALIDISSIMA, QVAE NON) Locus si non corruptus, certe mihi obscurus, (Iam suspectus fuit Lambino ad Cic. LL. I, 20. et Gronou. ad Liu. 34, 16. *Nonnisi* legi vult Wieling. in Lectt. I. C. 1, 8. nempe sic et Morgagnus.) quem intelligere me puto, si traiecta modo τῷ *quae* legatur, *nisi quae validissima non comprehendatur hieme*, h. e. seruetur per hiemem. Fauet Cod. Lips.

3, 16 INCIPIENTIS PECORIS) Referendum praesertim credo ad primiparas, licet generatim [illegible]rientes, si vim verbi spectes, intelligi posse certum sit. Nimirum *incipientis* subauditur coniugata vox nominis *partus*. Fuerit tamen haud paullo commodius, si legamus *incientes*: praesertim cum 8, 11, 8 etiam *incipientes* pro hac voce posuerint librarii. Sed praecepit hanc obseruationem Vrsinus ad Varr. 2, 2, 8.

3, 16 QVANTO EST OMNIS RATIONIS) Lege *quando* pro quandoquidem, siquidem. Plautus Cistell. 1, 1, 118 *Quando ita tibi lubet, vale ac salue.* Idem Rudente 4, 4, 10 *Tuus hic seruus est?* DAE. *meus est.* TR. *hem! istuc optime, quando tuus est.* SCHOETTG. Seruaui tamen *quanto*, quia habere comparationem videtur oratio, omissa τῷ *magis*, vel positiuo *ignarum* stante pro comparatiuo *ignarius*. Comparationem certe indicant verba, *neque aliter — quam etc.*

3, 16 EMBPTOTAKEIN) Antiqua, et vera lectio: Graeca dictio antea deprauata: Columellae priora verba ita, etiam sine testimoniis veterum librorum, legendum esse probant: cum enim inquit, *extrahere conceptum*, et *educere partum*, vim graeci verbi expressit. VICTOR. Ita legi voluit etiam VRSIN. Hadr. Iun. epist. 201 p. 377 legit ἐμβρυουλκεῖν. ALMEL. Omnis fere diuersitas in eo est, quod Λ et Λ in veteribus libris facillime confunduntur.

3, 17 HVMECTARE) Nisi legendum, quod suspicor, *humectari*, certe verbum *humectare* intransitiue capiendum est, vt Plinianum illud *humectant oculi.* Caeterum de toto negotio hoc vid. Pall. Nou. 13, 1.

19 angit imbecillum. satisque [g] est mane prius quam grex procedat in pascua; deinde etiam crepusculo redeuntibus saturis ouibus admiscere agnos. qui cum firmi esse coeperint [h], pascendi sunt intra stabulum cytiso [i], vel Medica, tum etiam furfuribus, aut, si permittat annona, farina ordei, vel erui: deinde, vbi conualuerint [k], circa meridiem pratis aut noualibus [l] villae continuis [m] matres admouendae sunt, et a se-
20 pto [n] emittendi agni, vt condiscant [o] foris pasci [p]. De genere pabuli [q], vt et ante diximus, et [r] nunc eorum, quae omissa sunt, meminerimus [s], iucundissimas herbas esse, quae aratro proscissis aruis nascantur; deinde quae pratis vligine carentibus; palustres siluestresque minime idoneas haberi. nec tamen vlla sunt tam blanda pabula, aut etiam pascua, quorum gratia non exolescat [t] vsu continuo, nisi pecudum fastidio pastor occurrerit praebito sale, quod velut [u] ad pabuli condimentum per aestatem canalibus ligneis impositum, cum e pastu redierint [x] oues, lambunt, atque
21 eo sapore cupidinem bibendi pascendique concipiunt. At contra penuriae hiemis succurritur obiectis intra tectum per praesepia cibis. aluntur autem commodissime repositis vlmeis, vel ex fraxino [y] frondibus, vel autumnali foeno, quod cordum vo-
22 catur. nam id mollius, et ob hoc iucundius est, quam maturum. Cytiso [z] quoque et satiua vicia [a] pulcherrime pascuntur. necessariae [b] tamen, vbi caetera [c] defecerunt, etiam ex leguminibus paleae. nam per se ordeum [d], vel fresa cum suis [e] valvulis faba, vel [f] cicercula, sumptuosior est, quam vt suburbanis regionibus exiguo [g]
23 pretio [h] possit praeberi: sed si vilitas [i] permittit [k], haud dubie [l] sunt optima. De temporibus autem pascendi, et ad [m] aquam ducendi non aliter sentio, quam vt prodidit Maro [n]: *Luciferi primo cum sidere* [o] *frigida rura Carpamus, dum mane nouum, dum gramina canent, Et ros in tenera pecori gratissimus herba. Inde vbi quarta sitim caeli collegerit hora, Ad puteos, aut* [p] *alta greges ad stagna* - perducamus, medioque die, vt idem, ad vallem, *Sicubi magna Iouis antiquo* [q] *robore quercus Ingenteis tendit ramos, aut sicubi nigrum Ilicibus* [r] *crebris sacra* [s] *nemus accubat vmbra.* Rursus

g) *statisque est P. Statimque etiam I. B. R. statimque est L.* h) *coeperunt I. B. R.* i) *cythiso* plerique edd. *cythiso* om. *P.* k) *conualuerit I. B. R.* l) *naualibus P.* m) *continuis L. I. B. R. nobiscum Goes. et Arond.* apud Wass. ad Sall. Catil. *c.* 21. *p.* 71. n) *se mittendi L. I. B. R.* o) *condiscat H. A.* p) *pasci de I. B. R.* q) *pabuli. Nam et I. B. R. pabuli. An et L. Pol. etiam ante diximus Goes.* r) *ut L. Polit.* s) *meminimus I. B. R.* t) *excolescat P.* u) *vel atque ac pabuli L. Pol. Goes.* x) *redierunt I. B. R.* y) *fragine L.* z) *Cythiso* pleriq. edd. *Cytissum P. cythisum Goes.* a) *vitia I. B. R.* b) *necessario I. B. R.* c) *caeterae* sphalma *Com.* d) *hordeum I. B. R.* e) *suis valuulis* om. *Goes. L. I. B. R.* f) *vel* om. *Goes. I. B. R.* g) *salubri L. I. B. R.* quod probat cum Heinsio Burm. ad Grat. cyn. 121. v. et *Heins. ad Virg. Georg.* 3, 176. h) *potio P. L. precio I. R. praecio B.* i) *cubilitas P. L. vtilitas G. si iubilitas Goes.* k) *mittit I. B. R.* l) *dubium est I. B. R. est* etiam *Goes.* m) *ad* abest *P. et aq. duc. per aestatem L.* n) *Marro P.* o) *fidere* praeter Com. et Steph. omnes. p) *ad I. B. R. et ad L.* q) *antiqua I. B. R.* r) *Illicibus R. I. I. H. A.* s) *atra I. B. R. Goes. arta Lips.*

3, 20 VT ANTE DIXIMVS, ET — MEMINERIMVS) Si vera est haec lectio, de quo nihil confirmauerim, certe suspectam facit varietas: si igitur vera est lectio Commelini, *ŭ vt* duplicem quasi personam sustinet: ad verbum enim *diximus* relata, comparandi aduerbium est; ad *meminerimus*, coniunctio. Praeterea post *meminerimus* tamen subaudiendum est, *sciendum*, vel simile quid, vel ipsum adeo *meminerimus* geminam et ipsum personam sustinebit. Haec ego non concoquo, et si scripta sint a Columella, aliud agenti excidisse puto: sed illud tamen obseruo, duplicem vsum habere videri etiam *vis ut* apud Varronem nostrum 2, 1, 4 qui videatur; et altero Columellae loco, 8, 2, 6 bis, itemque 11, 2, 47 et denique Cic. Tusc. 4. 8 *Terrorem metum concutientem* (definiunt Stoici) *ex quo fit,* VT *pudorem rubor,* SIC (hoc enim inserunt Vict. et Bentl.) *terrorem et tremor et dentium crepitus consequatur.* Facile et hic fuit a *fit vt* elisam esse *sicut*. *Vt* pro *vtut* positam videri obseruauimus etiam supra Col. 1, 1, 19. De altero Columellae loco infra dicetur.

3, 23 MARO) Georg. 3, 324. sq.

3, 24 ETIAM

Rursus deinde iam mitigato [t] vapore compellamus [u] ad [x] aquam. [etiam per aesta- 24
tem id faciendum [y],] et iterum ad [z] pascua [a] producamus. *Solis ad occasum, cum frigidus aera vesper Temperat, et saltus* [b] *reficit iam rosida* [c] *luna.* Sed obseruandum est sidus [d] aestatis per emersum Caniculae, vt ante meridiem grex in occidentem spectans agatur, et in eam partem progrediatur, post meridiem in orientem. siquidem plurimum refert, ne [e] pascentium capita sint obuersa [f] soli, qui plerumque nocet animalibus oriente praedicto sidere. Hieme, et vere matutinis temporibus in- 25
tra septa contineantur, dum dies aruis gelicidia detrahat. nam pruinosa iis diebus [g] herba pecudi grauedinem [h] creat, ventremque proluit. quare etiam frigidis humidisque temporibus anni semel tantum [i] ei potestas aquae facienda est. Tum qui sequitur gregem circumspectus ac vigilans (id quod omnibus et omnium quadrupedum custodibus praecipitur) magna clementia moderetur. idemque [k] duci [l] propior 26
quam [m] domino, et in cogendis [n] recipiendisque ouibus adclamatione ac baculo minetur: nec vnquam telum [o] emittat in eas: neque ab his longius recedat: nec aut recubet [p], aut considat. nam nisi procedit, stare debet, quoniam [grex] [q] quidem custodis officium, sublimem, celsissimamque oculorum veluti speculam desiderat, vt neque tardiores, et [r] grauidas, dum cunctantur [s], neque agiles et foetas, dum procurrunt, separari [t] a caeteris sinat; ne fur, aut bestia hallucinantem [u] pastorem decipiat. Sed haec communia fere sunt in omni pecore ouillo [x]. nunc quae sunt generosi propria dicemus.

IV. GRAECVM pecus, quod plerique Tarentinum vocant, nisi cum domini praesentia est, vix expedit haberi: siquidem et curam et cibum maiorem desiderat. nam cum sit vniuersum genus lanigerum caeteris pecudibus mollius, tum ex omnibus Tarentinum est mollissimum, quod nullam domini, aut magistrorum inertiam [a] sustinet,

t) *mitigatae H.* u) *compellamur P. I. compellamus Goes. B. R. compellantur* al. x) *ad* def. *P. L.* y) *est* add. *I. B. R.* z) *ad* omitt. *P.* a) *pabulum producamus I. B. R. pabula producamus Goes. pabulo producamus L. Polit. producendum* al. b) *saltus* omiss. *P.* c) *roscida Goes. I. B. R.* d) *sydus I. B. R.* e) *ne Goes. I. B. R. vt* al. f) *aduersa Goes. Lips. I. B. R. obserua* sph. Gr. *auersa* coni. *Lichtenb.* g) *diebus* om. *I. B. R.* h) *glaudinem P. grandem L.* i) *tantum* omiss. *I. B. R.* k) *Idem P.* l) *duci* om. *L. I. B. R.* m) *quia silent* et *I. B. R. quae silent etiam ag. P. quae silent et inducendis recip. L.* n) *agendis I. B. R.* o) *taelum I. B. tellum R.* p) *recauet L.* q) *grex* om. *I. B. R.* r) *et* om. *I. B. R.* s) *cunctatur I.* t) *separare P. seperari R.* u) *halucinantem I. B. halucinensem R.* x) *ouilo B. R. ouili L.* [C. IV.] a) *ineptiam L. Goes. I. B. R.*

3, 24 ETIAM PER AESTATEM) Hoc vltimum membrum delendum existimo; insertum enim ab aliquo; siquidem per aestatem tantum haec seruanda; hieme autem et vere semel oues ad aquam compellendae sunt, vt idem docet § 25. Varro item 2, 2, 11; item Palladius Nou. 13, 4 sq. Sed quid plura adducimus, cum ipse Columella hoc tantum per aestatem esse seruandum diserte in eodem loco significauerit? *De temporibus autem pascendi, et ad aquam ducendi per aestatem non aliter sentio, quam vt prodidit Maro.* PONTED.

3, 25 DVM DIES ARVIS) *Dies* pro sole. Nam quando sol ascensu suo facit diem, tunc gelicidia aruis detrahuntur. Sic Lucretius 1, 148 *lucida tela diei* i. e. radii solares. Calpurnius Ecl. 4, 3 *iuuat humida forsan Ripa, leuatue diem vicini spiritus amnis.* SCHOETTG.

3, 25 SEMEL TANTVM EI) Nescio cur *semel tamen die* legi velit VRSINVS. Certe omnia sana.

3, 26 QVONIAM [GREX] QVIDEM) Legendum *quoniam grex, quod est custodis officium, sublimem celsissimamque oculorum veluti speculam desiderat.* VRSIN. Cum *grex* absit ab antiquissimis editionibus: nihil autem frequentius sit, quam *quoniam* et *quando* confundi a librariis, suspicabar legendum *quandoquidem custodis* etc.

3, 26 AGILES ET FETAS) *Effetas* suspicatur VRSIN. *Fetae*, quae iam onere vteri leuatae sunt agiliores sunt grauidis.

4, 2 FO-

2 ſuſtinet, multoque minus auaritiam; nec aeſtus, nec frigoris patiens. Raro foris,
plerumque domi alitur, et eſt auidiſſimum cibi; cui [b] ſi [c] detrahitur fraude villici,
clades ſequitur gregem. Singula capita per hiemem recte paſcuntur ad praeſepia
tribus ordei, vel freſae cum ſuis valuulis fabae, aut ciceruclae quatuor ſextariis, ita [d]
vt et aridam frondem praebeat, aut ſiccam vel viridem Medicam, cytiſumue [e], tum
3 etiam cordi foeni [f] ſeptena pondo, aut leguminum paleas adfatim [g]. Minimus
agnis vendundis in hac pecude, nec vllus lactis reditus [h] haberi poteſt. nam et qui
ſubmoueri debent, pauciſſimos poſt dies quam editi ſunt, immaturi fere mactantur;
orbaeque natis ſuis matres [i] alienae ſoboli praebent vbera. quippe ſinguli agni binis
nutricibus ſubmittuntur, nec quicquam ſubtrahi ſubmiſſis expedit, quo ſaturior la-
ctis agnus [k] celeriter confirmetur, et parta nutrici conſociata minus laboret in edu-
catione foetus ſui. quam ob cauſam diligenti cura ſeruandum eſt, vt et [l] ſuis quoti-
4 die matribus, et alienis non amantibus, agni ſubrumentur. Plures autem in eius-
modi gregibus, quam in hirtis [m] maſculos enutrire oportet [n]. nam prius quam foe-
minas inire poſſint mares caſtrati, cum bimatum expleuerint [o], enecantur [p], et pel-
les eorum propter pulchritudinem lanae maiore pretio, quam alia vellera, mercan-
tibus traduntur. Liberis autem campis, et omni ſurculo ruboque vacantibus ouem
Graecam paſcere meminerimus, ne, vt ſupra dixi, et lana carpatur, et tegumen [q].
5 Nec tamen ea minus ſedulam curam foris, quia non quotidie procedit in paſcua,
ſed maiorem [r] domeſticam poſtulat. nam ſaepius detegenda [s] et refrigeranda eſt:
ſaepius eius lana diducenda [t], vinoque et oleo inſuccanda: nonnunquam etiam tota
eſt eluenda, ſi diei permittit apricitas: idque ter anno fieri ſat eſt. ſtabula vero fre-
quenter euerrenda, et purganda, humorque omnis vrinae diuerrendus [u] eſt, qui
commodiſſime ſiccatur perforatis tabulis, quibus ouilia conſternuntur [x], vt grex ſu-
6 percubet. Nec tantum [y] coeno [z], aut ſtercore, ſed exitioſis quoque ſerpentibus
tecta

b) *cum detrahitur I. B. R.* c) *quid* inſ. *Goeſ.* d) *ita* om. *Goeſ. P. ſextariis aut aridam I. B. R.* e) *cythiſumue B. R. I. I. H. A. Gr. G. St. cytiſſimum Pol.* f) *feni H. A.* g) *affatim B. R.* h) *redditus L.* vt ſaepe. i) *matres* deeſt *I. B. R.* k) *agnus* omitt. *I. B. R.* l) *eſt in I. B. R.* m) *hircis I. B. R.* n) *opret I.* o) *expleuerunt I. B. R.* p) *enarantur L.* q) *tegumenta I. B. R.* r) *maioris Pol.* s) *detegenda L. deterg.* al. t) *deducenda Goeſ. I. B. R. it. MS. Heinſ. ad Ouid. met.* 4, 311. u) *deuerrendus* editi al. x) *conſtruuntur I. B. R.* y) *tamen I. B. R.* z) *ceno I. B. R. caeno H.*

4, 2 FORIS — DOMI) *Foris* eſt extra ſtabulum in paſcuis, et *domi* contra, vt deinde ſ. 5. quod animaduertere nihil opus erat, niſi aliquis in hoc loco *domi* vrbanam domum interpretatus eſſet, et *foris* villas, ac de Atticis apibus ſimilia prodidiſſet, laudato ſententiae ſuae auctore Viro ſummo Nic. Heinſio ad Petron. c. 38 quod quidem viro elegantiſſimo in mentem nunquam veniſſe, quin docuiſſe illum eo loco contraria et vera, liquido conſtat. De apibus magis etiam ridiculum.

4, 2 AVIDISSIMVM CIBI) quid igitur ſibi vult Plinius, qui 8, 47 extr. *Colonicum* genus ouium, quod *tecto* opponit hoc ait *delicatius, quippe cum tectum rubis veſcatur*.

4, 3 ALIENIS NON AMANTIBVS) *alentibus*, vel certe *lactantibus* legi vult VRSIN. Ego vero *amantibus* verum eſſe puto. His enim ſubrumari agnos tanto magis neceſſarium eſt, dum condiſcant vtrinque et nutrix et agnus, illa pati alumnum, hic nutricem appetere.

4, 4 QVAM IN HIRTIS) Sic et legi volebat Beroaldus.

4, 4 MARES CASTRATI, CVM) Quamuis hanc ſcriptionem in omnibus editis libris inueniam, ſic tamen eam diſtinguendam eſſe cenſeo: *mares caſtrati cum bimatum etc.* PONTED. Quidquid ſit de inciſo, quod reliquimus, certe bimulos arietes caſtrari iubet. Nam *huius quadrupedis aetas optima ad progenerandum eſt trima* Col. 7, 3, 6.

4, 5 DETEGENDA) Ita legi etiam vult VRSIN. Scilicet ſermo eſt de ouibus *pellitis* ſ. tectis aliena pelle: quod non cogitauit feſtinans emendator.

4, 5 HVMOR DIVERRENDVS) *deriuandus* legi vult VRSIN. Nihil mutandum *Diuerro* vel *deuerro* aptum huic rei verbum.

4, 6 DI-

tecta liberentur: quod vt fiat, *Diſce et odoratam*[a] *ſtabulis incendere cedrum*[b], *Galbaneoque*[c] *agitare graues nidore chelydros*[d]. *Saepe ſub immotis praeſepibus aut mala tactu Vipera delituit, caelumque exterrita fugit: Aut tecto aſſuetus coluber.* Quare, vt idem iubet, *- cape*[e] *ſaxa manu, cape robora paſtor, Tollentemque*[f] *minas, et ſibila*[g] *colla tumentem Deiice*[h]. vel ne iſtud cum periculo facere neceſſe ſit, muliebres[i] capillos, aut ceruina ſaepius vre cornua: quorum odor maxime non patitur ſtabulis praedictam peſtem conſiſtere. Tonſurae certum tempus anni per 7
omnes regiones ſeruari non poteſt: quoniam nec vbique tarde, nec celeriter aeſtas ingruit: et eſt modus optimus conſiderare[k] tempeſtates, quibus ouis neque frigus, ſi lanam detraxeris, neque aeſtum, ſi nondum[l] detonderis[m], ſentiat. Verum ea quandocunque[n] detonſa fuerit, vngi debet tali medicamine. ſuccus[o] excocti lupini, veteriſque vini fex[p], et amurca pari menſura miſcentur, eoque liquamine tonſa ouis imbuitur, atque vbi[q] per triduum delibuto tergore medicamina[r] perbiberit, 8
quarto die, ſi eſt vicinia maris, ad littus[s] deducta merſatur: ſi minus eſt[t], caeleſtis aqua ſub dio ſalibus in hunc vſum durata paullum decoquitur, eaque grex perluitur. hoc modo[u] curatum pecus[x] anno ſcabrum fieri non poſſe Celſus affirmat: nec dubium eſt, quin etiam ob eam rem lana quoque[y] mollior atque prolixior renaſcatur.

V. ET quoniam recenſuimus[a] cultum, curamque recte valentium, nunc quemadmodum vitiis, aut morbo laborantibus ſubueniendum ſit, praecipiemus: quanquam pars haec exordii pene tota iam exhauſta[b] ſit[c], cum de medicina maioris pecoris priore libro diſputaremus. quia[d] cum ſit fere eadem corporum[e] natura minorum maiorumque quadrupedum, paucae, paruaeque morborum et remediorum differentiae poſſunt inueniri: quae tamen quantulaecunque ſint[f], non omittentur[g] ano.

a) *odoratum Pol. ordeatum L.* b) *caedrum I. B. R. I. I. H. A. Gr. G.* c) *Chalbaneoque I. B. R. Ghalbaneoque Pol.* d) *celydros I. B. R. colidros L.* e) *cape ſaxa manu* om. *Goeſ. Pol.* f) *Tolentemque I. B. R.* g), interpon. *I. I. H. A. Gr. G.* h) *Deiice* om. *Goeſ. Pol.* i) *muliebris capillus Pol.* k) *conſyderare I. I. - - - St.* l) *non dum* diuiſum *I. I. H. A.* m) *det odoris Pol.* n) *quandoque L. I. B. R.* o) *ſucus excoleti P. exoleti Lipſ.* p) *faex I. B. R.* q) *vbique I. B. R.* r) *media ſudabunt I. B. R. media peruiuit (perbibit)* Polit. *media peribit L.* s) *litus I. B. R. I. I. H. A.* t) *ea et guſtis aqua ſubſidio L. Pol. ſubſidio* etiam *Goeſ.* u) *modum P.* x) *toto* inſ. *Goeſ. I. B. R. I. I. H. A.* y) *quoque* om. *Goeſ.* [C. V.] a) *cenſuimus I. B. R.* b) *excauſa Pol.* c) *eſt I. B. R.* d) *qua P.* e) *corporis Goeſ. I. B. R.* f) *ſunt I. B. R.* g) *obmittuntur I. B. R. obmittentur P. I. I. H. A. G.*

4, 6 DISCE ET) Virg. Georg. 3, 414. SCHOETTG.

4, 7 TONSVRAE) Vid. Didymus Geop. 18, 8 IDEM.

4, 7 EXCOCTI LVPINI) Nihil turbare nos debet librorum circa hanc vocem varietas, Didymus l. c. *χυλῷ παρῶν θέρμων ἀφεψηθέντων.* add. 7. S. 7.

4, 8 DVRATA) *Aqua durata ſalibus* ea dicitur, quae dura facta eſt, id eſt, ſalſa, et acida, cui rei plurimum confert ſol. In qua duri ſales, id eſt, valde ſalſi liquefacti ſunt, et *dura* dicitur aqua ac *durata*, vt *dura muria*. Inde et *ſale durati piſces* pro ſalitis, vel ſale duro, vel muria dura conditis. Et fallitur Turnebus, qui *duram muriam* dictam putat, quia *durare* poſſit, et conſeruare cibos ſale. Immo ſale *durati* cibi, qui ſale *duro* vel *dura* muria ſalſi ſunt. Nec enim duriores efficiuntur piſces, qui ſaliti ſunt, ſed interdum etiam liquefacti in muria ſic vocabantur. Vnde *ταριχεύειν, τήκειν* Graeci exponunt: et *ταριχευτὸν, τηκτόν.* Erant quidem et *ξηροταριχεῖον*, ſed *durum*, aut *durare* de his non proprie dicebatur. Virgilius in Moreto: *Sale durus adeſo Caſeus.* Caſeum ſalſum ſimpliciter ſignificat ſale duro aſperſum, ſale durum factum, id eſt, ſalſum. *Dura* igitur *muria* valde ſalſa, *ἡ εὔτονος καὶ δριμεῖα.* vt *durum acetum τὸ δριμὺ, τὸ εὔτονον*, praeualidum et forte. Haec Salmaſius ad Solinum c. 27. p. 245. SCHOETTG.

5, 1 PARS HAEC EXORDII) *Exordio* legi vult VRSIN. ſcilicet non obſeruauit vir doctiſſimus, quid ſit apud Columellam *exordium*, de quo Index noſter conſulendus.

 5, 2 ANTE

2 a nobis. Si aegrotat vniuerſum pecus, vt et ante praecepimus, et nunc (quod [h]
remur eſſe maxime ſalutare [i]) iterum adſeueramus, in hoc caſu [k] [quod eſt reme-
dium praeſentiſſimum [l]] pabula mutemus, et aquationes totius regionis, et [m] alium
quaeramus ſtatum caeli, curemusque, ſi ex calore et aeſtu concepta peſtis inuaſit,
3 vt opaca rura: ſi [n] inuaſit frigore, vt eligantur aprica. ſed modice ac ſine feſtina-
tione perſequi [o] pecus oportebit, ne imbecillitas eius longis itineribus aggrauetur:
nec [p] tamen in totum pigre ac ſegniter agere. nam quemadmodum feſſas morbo
pecudes vehementer agitare et extendere non conuenit, ita conducit mediocriter
exercere, et quaſi torpentes excitare, nec pati veterno conſeneſcere, atque extin-
gui. cum deinde [q] grex ad locum fuerit perductus, in lacinias colonis [r] diſtribuatur.
4 nam particulatim facilius quam vniuerſus conualeſcit, ſiue quia ipſius morbi halitus [s]
minor eſt in [t] exiguo numero, ſeu quia expeditius cura maior adhibetur paucióri-
bus. Haec ergo, et reliqua (ne nunc eadem repetamus) quae ſuperiore exordio
5 percenſuimus, obſeruare debemus, ſi vniuerſae laborabunt: illa [u], ſi ſingulae. Oues
frequentius, quam vllum [x] aliud animal infeſtantur ſcabie; quae fere naſcitur,
ſicut noſter memorat poeta, *Cum frigidus imber Altius ad viuum perſedit, et hor-
rida cano Bruma gelu.* vel poſt tonſuram [y], ſi remedium praedicti medicaminis non
adhibeas, ſi [z] aeſtiuum ſudorem mari vel flumine non abluas, ſi tonſum gregem pa-
tiaris [a] ſilueſtribus rubis ac ſpinis ſauciari [b], ſi ſtabulo vtaris, in quo mulae aut equi,
aut aſini [c] ſteterunt: praecipue tamen exiguitas cibi maciem, macies autem ſca-
6 biem facit. haec vbi coepit irrepere, ſic intelligitur: vitioſum locum pecudes aut
morſu ſcalpunt, aut cornu, vel vngula tundunt, aut arbori adfricant, parietibuſue [d]
detergent: quod vbi aliquam facientem videris, comprehendere oportebit, et la-
nam [e] diducere; nam ſubeſt aſpera cutis, et velut quaedam prurigo [f]. cui primo
quoque

h) *quaeremus I. B. R. querimus L.* i) *ſalutare. Iterum I. B. R. Item L.* k) *(quod eſt reme. praeſentiſſimum)* includit *H.* l) *praeſentis ſummum P. L. praeſens et ſummum I. B. R.* m) *et* deficit *I. B. R.* n) *ſinuaſit Goeſ.* o) *proſequi P. L.* p) *Non I. B. R.* q) *debinc I. B. R.* r) *coloniis Goeſ.* s) *alitus I. B. R.* t) *ex I. B. R.* u) *illas in I. B. R. illas in ſingulis L.* x) *nullum Pol.* y) *tonſuras I. B. R.* z) *ea* inſ. *Goeſ. ſi extiuum L.* a) *patiaris: ſi I. B. R.* b) *ſauciaris: ſtabulo I. B. R.* c) *aſinae I. B. R.* d) *parietibus vel Pol.* e) *lana rudi ducere I. B. R. L. lana rudi deiicere Mſ. Heinſ. ad Ouid. met.* 4, 311. f) *at porigo* Anonymus adſcripſerat in marg. Reg. *porrigo Goeſ.*

5, 2 ANTE PRAECEPIMVS) ſupra 6, 5, 1.

5, 2 [QVOD EST REM. PRAES.] Redundare haec verba arbitror, ipſius forte auctoris quadam incuria, qui parentheſin binam eiusdem ſententiae inculcauerit, cum vna tantum opus eſſet.

5, 3 IN LACINIAS) *Laciniam* Lexica noſtra dicunt partem extremam ſiue fimbriam veſtimenti, ſed pace eorum, qui ita volunt, dico illos minus bene ſentire, dum a vulgata quadam ſignificatione primariam volunt elicere. Nam *lacinia* proprie notat *ἀπόσπασμα*, partem detractam aut abſciſſam ab aliqua re. Probamus hoc ex ipſa Etymologia. Nam *lacinia* deriuatur a *lacino* vel *lancino*, quod idem eſt ac lacero, quod etiam ſtatuunt Becmannus in Orig. p. 594. et Salmaſius ad Solinum c. 7. p. 99. 100. Certe *laciniae* apud Apuleium Metam. 1. p. 105. ſunt panni veteres, ſciſſi et detriti. et lib. 2. p. 122. *laciniis cunctis ſuis renudata* adparet veſtes eſſe lacinias. Petronius vero c. 12. differentiae cauſa *extremam laciniam* dixit, quia plures vtique dantur in veſtibus matronarum laciniae, quod et hodie videmus, et noſtra lingua *falbeln* dicimus. Non autem negamus vltimam ſeu extremam veſtis fimbriam ſaepiſſime laciniam vocari. Apud noſtrum auctorem catachreſtice *laciniae* dicuntur diuiſiones ouium in minores greges, vt eo melius a ſcabie liberari poſſint, ſi paucae alias non poſſint inficere. Exemplum ſimile apud auctorem quendam nondum ſuccurrit. SCHOETTG. Nolui perire viro cl. obſeruationem ſuam. Caeterum qui conferre volet, quae de *lacinia* a nobis primo in Pliniana Chreſtomathia diſputata, ac deinde in Fabrianum theſaurum relata ſunt, videbit vix opus eſſe, vt notitia vocis huius aliunde petatur.

5, 5 POETA) Georg. 3, 441.

5, 6 PRVRIGO) *porrigo* legi iubet VRS. et
videri

quoque tempore occurrendum est, ne totam progeniem coinquinet, et [i] quidem
celeriter, cum et alia pecora, tum praecipue oues contagione vexentur. sunt au- 7
tem complura medicamina, quae idcirco [k] enumerabimus [l], non quia cunctis vti [m]
necesse sit, sed quoniam [n] nonnullis regionibus quaedam reperiri nequeunt, ex plu-
ribus aliquod inuentum remedio sit. Facit autem commode primum ea composi-
tio, quam paulo ante demonstrauimus, si ad fecem [o], et amurcam, succumque de-
cocti lupini misceas portione aequa detritum album elleborum [p]. potest etiam sca- 8
briciem tollere succus viridis cicutae: quae verno tempore, cum iam caulem nec
adhuc semina facit, decisa contunditur [q], atque expressus humor eius fictili vase re-
conditur, duabus vrnis liquoris, admisto [r] salis torridi semodio. quod vbi factum
est, oblitum vas in sterquilinio defoditur, ac toto anno fimi vapore concoctum, mox
promitur: tepefactumque medicamentum linitur scabrae parti, quae [s] prius aspera
testa, vel pumice defricta [t] redulceratur. eidem remedio est amurca duabus [u] par- 9
tibus decocta: item vetus hominis vrina testis candentibus inusta. quidam [x] tamen
hanc [y] ipsam subiectis ignibus quinta parte minuunt, admiscentque pari mensura
succum viridis cicutae: deinde figularibus [z] tritis, et picis liquidae [a], et fricti salis
singulos sextarios infundunt. facit etiam sulfuris [b] triti, et picis liquidae modus 10
aequalis igne lento coactus [c]. sed Georgicum carmen affirmat, nullam esse praestan-
tiorem medicinam, *Quam si quis ferro potuit rescindere summum Vlceris os: alitur
vitium, viuitque tegendo.* Itaque reserandum est, et vt [d] caetera vulnera medica-
mentis curandum [e]. Subiicit deinde aeque prudenter, febricitantibus ouibus de talo
vel inter duas vngulas sanguinem emitti [f] oportere: nam plurimum id quidem [g]
Profuit incensos aestus auertere, et inter Ima ferire pedis salientem sanguine venam.
Nos etiam sub oculis, et de auribus sanguinem detrahimus. Claui [h] quoque dupli- 11
citer infestant [i] ouem, siue [k] cum subluuies, atque intertrigo in ipso discrimine vn-
gulae nascitur: seu cum idem locus tuberculum habet, cuius media fere parte ca-
nino similis extat pilus, eique subest vermiculus [l]. Subluuies, et intertrigo pice 12
per

i) *Sed quidam I. B. R. si quidem Goes.* k) *iccirco I. B. R. I. I. H. A.* l) *enarrabimus I. B. R. enummerabimus H.* m) *vt I. B. R.* n) *quia I. B. R.* o) *faecem I. B. R.* p) *eleborum I. B. R. belleboreos Goes.* q) *contenditur R.* r) *admixto I. B. R.* s) *tamen* ins. *Goes.* t) *defricta* abest *I. B. R. def. vel pum. Goes.* u) *duobus P.* x) *quadam P.* y) *hac ipsa P. haec ipsa I. B. R.* z) *singularis triti I. B. R. Goes.* a) *liquaminis: singulos fricti salis sext. I. B. R. et picis eius liquaminis, et singulos fricti salis Goes.* b) *sulphuris I. B. R. H.* c) *coctus Goes. L. I. B. R.* d) *et vlcera med. cur.* editi omnes *et L. vt cetera vlcera Goes. et vlcera vulnera Pol.* e) *curandum subiicit. Deinde I. B. R.* f) *mitti Goes. mitti oportet I. B. R.* g) *quod Pol.* h) *Clodi Goes. Cladi P.* i) *infestato P.* k) *seu P.* l) *mermiculus P.*

videri Celsum de medic. 2, 7. et 6, 2. *porriginem* etiam praefert Graeu. ad Heins. in Sylloge Burm. To. 4 p. 295 it. ad Iusti. 36, 2.

5, 6 NE TOTAM PROGENIEM) Iuuenalis Sat 2, 78 — *dedit hanc contagio labem, Et dabit in plures: sicut grex totus in agris Vnius scabie cadit, et porrigine porci.* SCHOETTG.

5, 7 EX PLVRIBVS ALIQVOD) *vt* praeponit huic commati VRS. recte arbitror.

5, 7 PAVLLO ANTE) 7, 4, 7.

5, 9 FIGVLARIBVS TRITIS) Vix dubito, quin legendum, *figularis triti.*

5, 10 GEORGICVM CARMEN) 3, 453 SCHOETTG.

5, 10 VLCERIS OS) Seruius: *Ergo tunc secandum est, cum os habuerit.* Os itaque h. l. summa est vlceris apertura. Verba duo, quae statim sequuntur, *vt cetera*, defuerunt hactenus in editis, nos autem ex Goes. reposuimus. SCHOETTG.

5, 10 ET VT CETERA VVLNERA) Qui varietatem lectionis a nobis propositam considerauerit, hos quasi gradus corruptionis deprehendet. Primo *vtcetera* coniunctim cum scriptum esset manu difficili, aliquis descriptor emendaturus *vlcera* fecit, quo facto *vulnera* erant otiosa etc.

5, 13 PER

per [m] se liquida, vel alumine et sulfure atque aceto mistis litae [n] eruentur, vel tenero [o] punico malo, prius quam grana faciat, cum alumine pinsito, superfusoque aceto, vel aeris aerugine [p] infriata [q], vel combusta galla cum austero vino leuigata,
13 et superposita [r]. Tuberculum, cui subest vermiculus [s], ferro quam cautissime [t] circumsecari oportet, ne, dum amputatur, etiam, quod infra est, animal vulneremus [u]: id enim cum sauciatur, venenatam saniem mittit, qua [x] respersum vulnus ita insanabile facit, vt totus pes [y] amputandus sit: et [z] cum tuberculum diligenter
14 circumcideris, candens seuum [a] vulneri per ardentem tedam [b] instillato. Ouem pulmonariam similiter vt suem curari conuenit, inserta per auriculam, quam veterinarii consiliginem vocant: de ea iam diximus, cum maioris pecoris medicinam tradidimus [c]. sed is morbus aestate plerumque concipitur, si defuit aqua, propter
15 quod vaporibus omni quadrupedi largius bibendi potestas danda [d] est. Celso placet, si est in pulmonibus vitium, acris aceti tantum dare, quantum ouis sustinere possit: vel humanae veteris vrinae tepefactae trium heminarum [e] instar per sinistram
16 narem corniculo infundere, atque axungiae sextantem [f] faucibus inserere. Est etiam insanabilis sacer ignis, quam pusulam [g] vocant pastores: ea nisi compescitur intra primam pecudem, quae tali malo correpta est, vniuersum gregem contagione prosternit: siquidem [h] nec medicamentorum nec ferri remedia patitur. nam pene ad omnem tactum excandescit: sola tamen [ea] fomenta non aspernatur lactis caprini, quod infusum tantum [i] valet, vt eblandiatur [k] igneam saeuitiam, differens magis
17 occidionem gregis, quam prohibens. Sed Aegyptiae [l] gentis auctor [m] memorabilis Bolus [n] Mendesius, cuius commenta, quae appellantur Graece ὑπομνήματα [o], sub nomine Democriti falso produntur, censet propter hanc [p] saepius ac [q] diligenter

m) *per se* omitt. *I. B. R.* n) *rite* editi *lite P. Goes.* o) *tero P. austero Goes.* p) *rubigine L. Goes. I. B. R.* q) *infricata Goes.* r) *mixta I. B. R. insita Goes. inita L.* s) *mermiculus Pol.* t) *acutissime Com.* u) *vlneremus Jens.* x) *quae repressum I. B. R. res pressum L.* y) *per I. B. R.* z) *sed Goes.* a) *saeuum I. B. R. G.* b) *taedam I. B. R. G.* c) *tradimus I. B. R.* d) *data I. B. R.* e) *eminarum I. B. R.* f) *sestantem I. B. R.* g) *punsulam Goes.* h) *sic quidem nec I. B. R. L. si quidem nec Goes. sic quidem quod al.* i) *tactus volet L. Pol. tantum veles Gym.* k) *et blandiatur* omnes. l) *Egyptiae Hern.* m) *auctorem memorabis.* n) *Dolus* omnes: *Medensius R.* o) *[illegible] Goes.* p) *pestem* inf. *Goes.* q) *ac* def. *I. B. R. adligantur L.*

5, 13 PER ARDENTEM TEDAM) Placeret magis, *per candentem testam.* Sed 8, 5 dixit: *atque ardente teda perlustrant.* VRS.

5, 14 IAM DIXIMVS) 6, 5, 3.

5, 16 VT EBLANDIATVR) Ita corrigendus hic locus. VRS. Obsecutus nimirum sum viro doctissimo in mutatione adeo leui et ita eadem necessaria, vt absque ea plane intelligi, quid sibi velit auctor, nequeat. Fomentum lactis *eblanditur* h. e. blando calore suo euocat, et hoc ipso mitigat igneam saeuitiam.

5, 17 BOLVS MENDESIVS) Ita legendum ostendit Reinesius V. L. 1, 25 p. 122, qui suo more h. e. diligenter de Bolis duobus egit, et ante eum Marsil. Cagnatus Var. Obs. 2, 7, quos iam laudauit SCHOETTG. Vidit hoc etiam Galeus ad Iambl. de myster. p. 183, quem cum Reinesio huc aduocauit ALMEL. Sed vt reciperem hanc lectionem in ipsum autoris nostri contextum, perpulit me Medicei libri auctoritas, in quo altero Columellae loco, nimir. 11, 3, 53 *volus* legitur, solenni labialium literarum confusione. Jensonius autem edidit *populum*, quod indicat ipsum quoque, per labialem scribendum esse hoc nomen.

5, 17 ΥΠΟΜΝΗΜΑΤΑ) Minime praetermittenda Codicis Goesiani scriptura. Sunt etiam apud Plinium 24, 17 s. 102 Democriti *chirocineta* an *chirocmeta*. In hoc fere inclinat animus, cum χειρόκμητα aliis quoque vsurpatam vocem videam, χειροκμήτων auctoritas adhuc desideretur; significatio autem vtriusque non male titulo operis eius conueniat, vbi prodigiosa quaedam artificia manuum motu et labore peragenda proponuntur. Qui Lipsiensem codicem exarauit, prodigiose ille quidem deformauit vocem, neque tamen effecit, vt non ὑπομνήματα fuisse in libro, quem descripsit, appareat.

5, 17 SV-

ter ouium terga perſpicere, vt ſi forte ſit in aliqua tale vitium deprehenſum, confe-
ſtim ſcrobem defodiamus in limine ſtabuli, et viuam pecudem, quae fuerit puſuloſa [r],
reſupinam obruamus, patiamurque ſuper [s] obrutam meare [t] totum gregem, quod
eo facto morbus propulſetur. Bilis aeſtiuo tempore non minima [u] pernicies po- 18
tione depellitur humanae veteris vrinae, quae ipſa remedio eſt etiam pecori arcuato [x].
At ſi moleſta pituita eſt, cunelae [y] bubulae, vel nepetae [z] ſylueſtris ſurculi [a] lana
inuoluti naribus inſeruntur, verſanturque donec ſternutet [b] ouis. Fracta pecudum
non aliter quam hominum crura [c] ſanantur, inuoluta lanis oleo atque vino inſucca-
tis [d], et mox circumdatis ferulis conligata. Eſt etiam grauis pernicies herbae ſan- 19
guinariae, quam ſi paſta eſt ouis, toto ventre diſtenditur, contrahiturque, et ſpu-
mam [e] quandam tenuem tetri odoris expuit [f]. Celeriter ſanguinem mitti oportet
ſub cauda in ea parte quae proxima eſt clunibus, nec minus in labro ſuperiore vena
ſoluenda eſt. Suſpirioſe [g] laborantibus, auriculae ferro reſcindendae, mutandaeque
regiones; quod in omnibus morbis ac peſtibus fieri debere cenſemus. Agnis quo- 20
que ſuccurrendum eſt vel febricitantibus, vel aegritudine alia affectis [h]. qui vbi
morbo laborant, admitti ad matres non debent, ne in eas perniciem transferant.
itaque ſeparatim [i] mulgendae ſunt oues, et caeleſtis aqua pari menſura lacti miſcen-
da eſt, atque ea potio febricitantibus danda. multi lacte caprino iiſdem medentur,
quod per corniculum infunditur faucibus. Eſt etiam [k] mentigo, quam paſtores 21
oſtiginem [l] vocant, mortifera lactentibus. ea plerumque fit, ſi per [m] impruden-
tiam [n] paſtoris emiſſi agni, vel etiam hoedi [o] roſidas herbas depauerint [p], quod mi-
nime committi oportet. Sed cum id [q] factum eſt, velut ignis ſacer, os atque labra
foedis vlceribus obſidet. Remedio ſunt hyſſopus [r] et ſal aequis ponderibus contrita. 22
nam

r) *puſiloſa I. B. R. puſilloſa Goeſ. puſulloſa L.* s) *ſub I. B. R. ſuperobrutam* iunct. *Heru.* t) *meare Goeſ. L. Mſ. Heinſ. I. B. R. meiere* rel. u) *nimia P.* x) *arquato Goeſ.* y) *cunulae Heru.* z) *neptae R.* a) *ſurculi* om. *Goeſ.* b) *ſternuet I. B. R. I. I. H. A. G.* it. *Mſ. Heinſ.* c) *cura L.* d) *inſucatis R. inſucatis Goeſ. L.* e) *ſpumat quaedam tenui P.* f) *expernit L. P. Goeſ.* g) *Suſpirioſae R. Suſpiriore P.* h) *defectis P. et Mſ. Heinſ. ad Ouid. Faſt.* 3, 674. *infectis L.* i) *ſi* interp. *L. I. B. R. ſeparatis mulg. Goeſ.* k) *autem P.* l) *oſtigenem I. B. R. Gr.* m) *per* omittitur *P.* n) *prudentiam Pol.* o) *baedi roſcidas Goeſ. I. B. R.* p) *depauerunt I. B. R.* q) *infectum I. B. R. infactum P.* r) *hyſopus I. B. R. hyſopum P. yſopum L.*

5, 17 SVPER OBRVTAM MEARE) Ridiculum mendum vocat Nic. Heinſius ad Ouid. Her. 19, 151 eluendum ex membranis veterrimis, illud, quod nos ex primis editionibus iam correxeramus ante quam ad nos perueniret Heinſianae emendationis aut aliorum Mſſ. notitia. Illud *meiere*, credo, peperit frequens vrinae in Sympatheticis, quas vocant, curationibus mentio. Sed intercedit ex transuerſo O. Borrichius in Hermetis Aegyptiorum et Chemicor. Sapientia 7, 7 p. 165 cuius interpretationem non audire nefas fuerit. *Relinquitur*, inquit, *in ſcrobe ouicula ad limen caulae, vt excipiat perſultantis congeneris gregis vrinam, qua abluta ſenſim conualeſcit, nec contagium propagat. At obruitur*, inquies! *Sed non tradit Mendeſius terra pecudem obrui, ſufficit pertuſis aſſeribus claudi in ſcrobe, vt admittat eo promtius ſerum illud ſalutare. Reſupina iacet, quod in ventre et ad inguina minus velleris, eoq. facilius ibi penetret lotium.* Laudat deinde lotium, tanquam nitro praegnans. Poterat prouocare ad Didymum Geop. 18, 15 τὴν ψῶραν τῶν προβάτων θεραπεύσεις οὔρῳ πλύνων. Interim non perſuadet, hanc eſſe ſententiam Columellae: niſi is parum dilucide, et plane contra ſuam conſuetudinem, quid ſibi vellet, elocutus eſt.

5, 18 MOLESTA PITVITA EST) Ludit, credo, Horatii verbis 1 ep. 1 extr. *niſi cum pituita moleſta eſt.*

5, 18 FERVLIS) vid. Veget. 2, 47, 4.

5, 19 SVSPIRIOSE LABORANTIBVS) Erat cum putarem legendum *ſuſpirio laborantibus*, et illud *ſuſpirioſo* vel *ſuſpirioſe* lemma ex margine adſumtum improuide. Sed nihil mutare auſim.

5, 22 HYSSOPVS ET SAL) *Aeſypus* legi vult VRS. Forte *Oeſypum* voluit, *ſordes pecudum, ſudoremque feminum et alarum adhaerentes lanis,*

nam ea miſtura [s] palatum, atque lingua [t], totumque os perfricatur [u]. mox vlcera lauantur aceto, et tunc pice liquida, cum adipe ſuillo perlinuntur [x]. Quibusdam placet aeruginis [y] tertiam partem duabus veteris axungiae portionibus commiſcere, tepefactoque vti medicamine. Non nulli folia cupreſſi [z] trita miſcent aquae, et ita perluunt vlcera, atque palatum. Caſtrationis autem ratio iam tradita eſt. neque enim alia in agnis, quam in maiore quadrupede ſeruatur.

VI. ET quoniam de ouiario [a] ſatis dictum eſt, ad caprinum pecus nunc re-
vertar. Id autem genus dumeta potius, quam campeſtrem ſitum deſiderat: aſpe-
riſque etiam locis ac ſilueſtribus optime paſcitur. Nam nec rubos auerſatur, nec
vepribus [b] offenditur, et arbuſculis, frutetisque maxime gaudet. ea ſunt arbutus [c],
atque alaternus [d], cytiſuſque [e] agreſtis, nec minus iligneі querneique frutices [f], qui
2 in altitudinem non proſiliunt [g]. Caper, cui ſub maxillis binae verruculae [h] collo
dependent, optimus habetur, ampliſſimi corporis, cruribus craſſis [i], plena et breui
ceruice, flaccidis et praegrauantibus [k] auribus, exiguo capite, nigro, denſoque [l],
et nitido, atque longiſſimo pilo. nam et ipſe tondetur [m] *Vſum in caſtrorum ac miſe-*
3 *ris velamina* [n] *nautis.* Eſt autem menſium ſeptem ſatis habilis ad procreandum [o]:
quoniam immodicus [p] libidinis, dum adhuc vberibus [q] alitur, matrem ſtupro ſu-
peruenit, et ideo celeriter [r], et ante ſex annos [s] conſeneſcit, quod immatura vene-
ris cupidine primis pueritiae temporibus exhauſtus eſt. itaque quinquennis parum
4 idoneus habetur foeminis implendis. Capella praecipue probatur ſimillima [t] hirco,
quem deſcripſimus [u], ſi etiam eſt vberis maximi, et lactis abundantiſſimi. Hanc pe-
cudem mutilam [x] parabimus quieto caeli ſtatu: nam procelloſo atque imbrifero cor-
nuta ſemper. Nam et omni regione maritos gregum mutilos [y] eſſe oportebit: quo-
5 niam [z] cornuti fere pernicioſi [a] ſunt propter petulantiam. Sed numerum huius ge-
neris maiorem, quam centum capitum [b] ſub vno clauſo non expedit habere, cum
lanigerae mille pariter commode ſtabulentur. Atque vbi caprae primum compa-
rantur,

s) *mixtura I. B. R.* t) *linguam I. B. R. I. I. G.* u) *perforatur L.* x) *perliniuntur I. B. R.* y) *rubiginis aeneae I. B. R. L.* z) *cupreſſina miſcent I. B. crupreſcina R. cumpreſſurita P.* [C. VI.] a) *ouiarico I. B. R. I. I. H. A. Gr. G.* b) *febribus P. L.* c) *arbuſtus I. B. R.* d) *alternus L.* e) *cythiſuſque* praeter Com. omnes. f) *fructices R.* g) *proſilierunt Goeſ. I. B. R.* h) *verruculae B. R.* i) *craſis P. L.* k) *praegrauantis P. L.* l) *denſo I. B. R.* m) *tundetur I. B. A. Gr. G. tondetur Goeſ. Pol.* n) *velamine R.* o) *progenerandum Goeſ.* p) *in modicus R.* q) *vberius I. B. R.* r) *celeriter, et* defic. *I. B. R.* s) *celeriter* hic inſer. *Pol.* t) *ſimilima Gr. G.* u) *praeſcripſ. L.* x) *mila Pol. mitilam Goeſ.* y) *mutiles P.* z) *qui I. B. R.* a) *pernitioſi I. B. R.* b) *cubitum ſub vno clauſos L.*

lanis, quae Plinii definitio eſt 29, 2 ſ. 10. quo loco, velut claſſico, vt et Dioſcor. 2, 84 parandi eius rationem et vtilitates praecipuas commemorat, in his etiam *hulcera oculorum et oris.* Idem remedium commendat ad inflammationes 26, 12 ſ. 79 et ad hulcera manantia 26, 14 ſ. 87

6 De capris pleraque habet Plin. 8, 50.

6, 2 CAPER, QVI SVB MAXILLA) Comparandi Pall. Nou. 13, 7. Florent. Geop. 18, 9.

6, 2 BINAE VERRVCVLAE) Sunt illae papillae, quae a collo caprorum dependent. Varro 2, 3, 2. *mammulas penſiles*, Plin. 8, 50 *lacinias a ceruice dependentes binas* adpellat. Reineſ. Var. Lect. 2, 14 p. 244. SCHOETTG.

6, 2 VSVM IN CASTRORVM) Virg. Ge. 3, 313 vbi congeſſit Cerda more ſuo diligentiſſime, quidquid ad vtrumque vſum laudant ſcriptores veteres. Maro reſpexiſſe videtur Varronem noſtrum 2, 11, 11 et 12.

6, 3 MENSIVM SEPTEM) quando adhuc lactentes ſunt. Plin. 8, 50.

6, 4 CAELI STATV) *Coeli ſtatu: procelloſo, atque imbrifero cornutam. nam ſemper, et omni — oportebit.* Ita videtur corrigendum ex loco ſimili, qui habetur ſupra cap. 3. *Itaque ſi plerumque eſt atrocior hiems, hoc genus eligemus; ſi clementior, mutilum probabimus marem, quoniam eſt illud incommodum in cornuto etc.* VRS.

6, 5 QVAE

rantur, melius est vnum gregem totum [c], quam ex pluribus particulatim mercari,
vt nec in pastione separatim laciniae diducantur [d], et in caprili maiore concordia
quiete [e] consistant. Huic pecudi nocet aestus, sed magis frigus, et praecipue foe-
tae, quae [f] gelicidio hiemis conceptum fecit. Nec tamen [g] ea sola creant [h] abortus [i],
sed etiam glans cum citra satietatem data est. itaque nisi potest affatim praeberi, non
est gregi permittenda. Tempus admissurae per autumnum fere ante mensem De- 6
cembrem praecipimus, vt [k] propinquante vere, gemmantibus frutetis [l], [cum pri-
mum siluae noua [m] germinant fronde,] partus edatur. Ipsum vero caprile vel na-
turali saxo, vel manu constratum eligi debet, quoniam huic pecori nihil substernitur.
diligensque pastor [n] quotidie stabulum conuerrit, nec patitur stercus aut humorem
consistere [o], lutumue fieri, quae cuncta sunt capris inimica. Parit autem, si est ge- 7
nerosa proles, frequenter duos, nonnunquam trigeminos. pessima est foetura cum
matres binae [p], ternos hoedos [q] efficiunt. Qui vbi editi sunt, eodem modo, quo
agni educantur, nisi quod magis hoedorum lasciuia compescenda, et arctius [r] cohi-
benda est. Tum super lactis abundantiam samera, vel cytisus, aut edera [s] prae-
benda, vel etiam cacumina lentisci, aliaeque [t] tenues frondes obiiciendae sunt. Sed
ex geminis singula capita, quae videntur esse robustiora, in supplementum gregis
reseruantur, caetera mercantibus [u] traduntur. Anniculae vel bimae capellae (nam 8
vtraque aetas partum edit) submitti hoedum [x] non oportet. neque enim educare
nisi trima debet. Sed anniculae confestim depellenda soboles. bimae tamdiu ad-
mittenda [y], dum possit esse vendibilis. nec vltra octo annos matres seruandae sunt,
quod assiduo [z] partu fatigatae [a], steriles existant. Magister autem pecoris acer, du- 9
rus, strenuus, laboris patientissimus, alacer atque audax esse debet, et [b] qui per
rupes, per solitudines, per vepres facile vadat, et non, vt alterius generis pastores,
sequatur, sed plerumque vt antecedat gregem. quare [c] eum esse maxime strenuum
opus [d] est. Capellae, dum [e] dumeta pascunt, capris [f] cedunt. subinde quae cedit
compesci

c) *tuum Gymn.* d) *diducantur Iunt. ded.* alii. e) *quietae I. B. R. I. I.* f) *q3 pti gelicior L. quia gelicior P. quia gelicodior hi. conc. vitiat Goes.* g) *tantum I. B. R.* h) *creat I. B. R.* i) *abortat P.* k) *iam* ins. *Goes.* l) *a. frutectis n. fructetis Pol.* m) *noua* abest *I. B. R.* n) *est q. die Goes.* o) *consciscere R. Steph. in Thes.* p) *binae P. B. R. G.* Morg. 1, 3. *bimae* al. q) *baedos I. B. R. edos L.* hic et al. r) *artius I. B. R.* s) *baedera I. B. R.* t) *altaeque tenue P.* u) *mercatibus I. B. R.* x) *baedum I. B. R. edum L.* y) *admittenda* deest *I. B. R.* z) *assidue P.* a) *fatiga est exteriles P.* b) *vt I. B. R.* c) *quare eum esse* desunt *I. B. R.* d) *pecus I. B. R.* e) *dum dumeta pascunt* om. *I. B. R.* f) *caprae cedent I. B. R.*

6, 5 QVAE GELICIDIO HIEMIS) Bene monet Cl. Schoettgenius, non negligendam lectionem Goesianam. Forte scripsit Columella, *quia gelicidium biemis conceptum vitiat*, syllaba *or* in *um* per compendium literarum notum mutata; vel quod propius ad vestigia Medicei codicis accedit, *quia gelidior biems conc. vitiat. Fecit* ex *vitiat* rustica vũę *i* et correpta pronuntiatio peperit. Haec scripseram, cum animaduerti, Nic. Heinsium ad Ouid. Nucem, 23 ex veteri Codice (is forte idem est, e quo Goesianas lectiones laudat Schoettgenius) restituere hunc locum ita, *quia gelicidio biemis conceptum vitiat.* Illud *quia* certe tenendum vtique.

6, 6 TEMPVS — PRAECIPIMVS) *praeci-puum* legi vult VRSIN.

6, 6 CVM PRIMVM — FRONDE) Quis non videt haec esse ab interpretibus illud *gemmantibus frutetis* in margine explicantibus. PONTED. 2.

6, 7 MATRES BINAE) Ita legendum viderat etiam VRS. *Bimae* plane absurdum.

6, 7 SVPER LACTIS ABVNDANTIAM) Si lectio sincera est, ꝗ *super* peculiarem habet intellectum: significat enim *propter* vel ad impetrandam abundantiam.

6, 9 CAPRIS CEDVNT SVBINDE. QVAE) Ita distinxi hunc locum. ante erat, *capris cedunt. Subinde quae* etc. Hoc vult, credo, capri, petulans genus, et Veneris desideriis irrequietum, subinde incessunt capellas, hae, quod pudicas decet, cedunt. Ne autem nimis et praeter ca-

sam,

compesci debet, ne procurrat [g], sed placide ac lente pabuletur, vt et largi sit vberis, et non strigosissimi corporis.

VII. [a] ALIA [namque] [b] genera pecorum, cum pestilentia vexantur, prius morbo et languoribus [c] marcescunt [d], solae capellae quamuis opimae [e] atque hilares subito concidunt, velut aliqua ruina gregatim prosternantur [f]. id accidere [g] maxime solet vbertate pabuli. Quamobrem statim [h] cum vnam vel alteram pestis perculit, omnibus sanguis detrahendus: nec tota die pascendae, sed mediis [i] quatuor horis
2 intra septa claudendae. Sin alius languor [k] infestat, pabulo [l] medicantur arundinis, et albae spinae radicibus, quas cum ferreis pilis diligenter contuderimus [m], admiscemus aquam pluuialem [n], solamque potandam pecori praebemus. Quod si ea res [o] aegritudinem non depellit, vendenda sunt pecora; vel, si neque id contingere potest, ferro necanda saliendaque [p]. Mox interposito spatio, conueniet alium [q] gregem reparare. nec tamen antequam pestilens tempus anni, siue id [r] fuit hyemis,
3 vertatur aestate, siue autumni [s], vere mutetur. Cum vero [t] singulae domo laborabunt, eadem remedia, quae etiam ouibus, adhibebimus [u]. nam cum distendetur aqua [x] cutis, quod vitium Graeci vocant ὕδερωπα [y], sub armo pellis leuiter incisa
4 perniciosum transmittet [z] humorem, tum factum vulnus pice liquida curetur. Cum effoetae [a] loca genitalia tumebunt, aut secundae non responderint, defruti [b] sextarius

g) *procurret I. B. R.* [C. VII.] a) *Atque* praepon. *I. B. R. P. Goes. L.* b) *namque* om. iid. c) *langoribus I. B. R. I. I. A. Gr. G.* d) *macescunt I. B. R. --- G.* e) *optimae I. B. R.* f) *prosternatur P. Goes.* g) *actum cedere P. L.* h) *adhuc cum eas pestis I. B. R. adhuc caudas pestis L. Pol.* i) *melius B. R.* k) *langor I. B. R. I. I. A. Gr. G.* l) *poculo L. I. B. R.* m) *contundimus I. B. R.* n) *pluuiatilem P. Goes. L.* o) *in* interser. *Iunt.* p) *salendaque I. B. R. sellendaque I. I. H. A. G. salendaque. Quae Mox P.* q) *olim P. L.* r) *vel I. B. R.* s) *autumnum verum vtetur P. L.* t) *vere P.* u) *adhibuimus I. B. R.* x) *aquae P.* y) *ὕδερον I. B. R.* z) *transmittat P.* a) *et foetae I. B. R. et facte P. effocta Gryph.* b) *defrutis I. B. R. defrilis est annus L.*

sam, quod ille ait, fugiant, compesci debent etc. Sed aud[i]mus etiam Clariss. Pontederam. GESN. *Capellae dum dumeta pascunt, capris cedunt, subinde quae cedit compesci debet, ne procurrat.* Non ea quae *cedit* capra cohibenda videtur, *ne procurrat*, sed quae *antecedit*. Ideoque non est haec syncera lectio, cuius facilis tamen est emendatio: *Capellae dum dumeta pascunt, capris antecedunt, subinde quae antecedit, compesci debet ne procurrat.* Quapropter caprilis pecoris pastores, non vt alterius generis magistros, sequi solent gregem, sed antecedere, hac de causa, vt procurrentes capellas compescant, et lente ac placide pabulari cogant. PONTED. In dubium haec reuocauimus. verum nunc secus censemus; nam *cedere capris* ante capros procurrere accipimus. PONTED. 2.

7, 2. PABVLO MEDICANTVR ARVNDINIS, ET ALBAE SPINAE RADICIBVS.) In veteribus editionibus inuenio non *pabulo* sed *poculo*: an potius *potu* legendum, quod ex his, quae proxima sunt, patet: *quas* (radices) *cum ferreis pilis diligenter contuderimus, admiscemus aquam pluuialem, solamque potandam pecori praebemus.* Siquis tamen τὸ *poculo* retinere velit (nam illud *pabulo* nulla ratione defendi potest) id accipiat pro potu, siue potione, vt in illo a Georg. Virgilii. *Pocula si quando saeuae infecere nouercae:* Et in primo: *Poculaque inuentis Acheloia miscuit vuis.* PONTED. Aptissimus h[u]ic rei locus nostri 7, 10, 7 *large canalibus immissa praebenda sunt pocula.*

7, 2 SIVE AVTVMNI, VERE MVTETVR) Propositam a nobis lectionem Mediceam e veteribus etiam membranis profert Heins. ad Ouid. met. 3, 729 et inde effingit *siue autumnum verno mutetur. vernum* non insolens nostris, index docebit, qui etiam *hibernum* dabit. De *autumno* aliquid dictum ad Cato. 5, 8.

7, 3 DOMO LABORABVNT) Quid sibi hic velit *domo*, qui me docuerit, magnam a me inibit gratiam. Forte *domi* scripsit auctor, hoc est, in stabulo, vt supra 7, 4, 2 et ita ordinauit voces, *cum vero sing. laborabunt, domi* etc. Cogitabam etiam *denuo*: sed neutrum satis placet.

7, 4 CVM EFFOETAE) h. e. enixae, foetae, quod monendum duximus, ne cui pruriat manus primam syllabam tollere, quod nobis etiam visu venisse fatemur, cum nondum obseruata nobis essent loca, quae iam in Indicem coniecimus.

7, 4 AGE-

…rius [c]; vel cum id defuerit, boni vini tantundem faucibus infundatur, et naturalia cerato [d] liquido repleantur. Sed ne nunc singula persequar, sicut in ouillo [e] pecore praedictum est, caprino medebimur.

VIII. CASEI quoque faciendi non erit omittenda cura, vtique longinquis regionibus, vbi mulctram [a] deuehere non expedit. Is porro si [b] tenui liquore conficitur, quam celerrime [c] vendendus est, dum adhuc viridis succum retinet: si pingui et opimo [d], longiorem patitur [e] custodiam. sed lacte fieri debet sincero [f] et quam recentissimo. nam requietum vel mistum [g], celeriter acorem concipit [h]. id plerumque cogi agni aut hoedi coagulo, quamuis possit et agrestis [i] cardui flore conduci, et seminibus cneci [k], nec minus ficulneo lacte, quod emittit arbor, si eius virentem saucies [l] corticem. Verum optimus caseus [m] est, qui exiguum medicaminis habet. 2
minimum autem coagulum [n] recipit sinum lactis argentei [o] pondus denarii [p]. Nec [q] dubium quin fici ramulis glaciatus caseus iucundissime sapiat. Sed mulctra [r], cum 3
est repleta lacte, non sine tepore aliquo debet esse. nec tamen admouenda est flammis, vt quibusdam placet, sed haud [s] procul igne constituenda, et confestim cum concreuit liquor, in fiscellas aut in calathos, vel formas transferendus est. nam maxime refert primo quoque tempore serum percolari, et a concreta materia separari. Quam ob causam rustici nec [t] patiuntur [u] quidem sua sponte pigro humore 4
defluere,

c) *sestarius* B.R. *est anus* I. *est annis* P. d) *ageratori* L. I. B. R. *geratori* P. e) *ouilo* L. I. B. R. [C. VIII.] a) *multra* I. B. R. *multa* L. b) *sic* I. B. R. c) *cellerrime* Iunt. d) *optimo* I. B. R. e) *patimur* I. B. R. f) *sincaero* I. *syncero* I. I. H. A. Gr. G. St. g) *maximum* I. B. R. *quam* inf. Goes. h) *concipiat id* absque puncto I. B. R. i) *agrestius cardius* P. k) *gneci* P. *greci* L. *gneti* al. l) *sauties* I. B. R. m) *caesus* P. n) *coagulo* P. Goes. o) *argentes* P. *argenteis* Goes. L. p) *denares* P. *denariis* L. q) *Non* I. B. R. r) *multra* I. B. R. *mulctrat* P. s) *aut* I. B. R. t) *ne* I. B. R. u) *patiantur* I.

7, 4 AGERATORI) Vtinam tam facile veras dictiones possem inuenire, quam facile falsas, adulterinasque cognosco, qualis est haec explosa procul a Latinitate, futilis, cassa, nihili dictio, obelo fodienda. Cuius in locum substituo *laserato*, vt sit sensus medicamento ex lasere, et laserpitio, de quo affatim suo loco dictum est. Vel potius corrige *cerato*: quod et magis quadrat: et tali medicinae est accommodatius. Nam *ceratum liquidum*, ait, *immittendum esse intra locos caprae genitales.* A *cera*, *ceratum* dictum, quod vulgo *ceratum* nuncupant. Plinius: *Non fecit*, inquit, *cerata, malagmata, emplastra, collyria, antidota, parens illa, ac diuina rerum artifex: officinarum, immo verius auaritiae commenta sunt.* BERO.

8, 1 MVLCTRAM DE VEHERE) Hoc est ipsum lac in mulctra vel sino in forum deferre, quae ratio et incommoda est, locis non suburbanis, et periculosa: cum dulce lac in ipsa via acescat etc. Hic igitur praestat caseos facere, quorum et vectura commodior est, et facilior tutela.

8, 1 REQVIETVM) quod diu stetit, antequam ad caseos conficiendos adhibitum est. Sic *requieti porri* Apicio Art. Coqu. 3, 2 et 4, 5 sunt; qui postquam e terra euulsi sunt, aliquo tempore adseruati sunt. Vide Barthium Adu. 40, 2. Sic *requiescere* res dicuntur, quae per tempus aliquod immotae manent eidem Apicio 1, 4 *vt per dies septem in vino requiescant*: et c. 5. *Post haec aliquanto tempore patere requiescere.* Palladius simplici vtitur 12, 18 *cum quieuerit.* SCHOETTG.

8, 1 ID PLERVMQVE COGI) subaudi ἀπὸ τοῦ κοινοῦ *debet.*

8, 1 SEMINIBVS CNECI) Legatur non *gneti* sed *cnici*, vt emendatum accipimus in Geop. a Pe. Needhamo 18, 19. *Cnici* enim semen a Dioscoride et Berytio, qui multa a Columella transscripsit, ad lac cogendum commendatur. PONT. Quibus autoribus *c* in secunda syllaba admiserim, indicatum est. Itaque Sylburgius iam coniecerat in indice *gneci* f. *cneci* legendum. Porro *g* et *c* solenniter prope confundi, notius est, quam vt hic inculcandum videatur. Vid. Ind. lit. C.

8, 2 RECIPIT SINVM LACTIS ARGENTEI PONDVS DENARII) Quidsi legamus *sinus lactis*, vt sententiae ambiguitas tollatur, quippe sinus lactis recipit minimum coagulum argentei denarii pondus? Est autem sinus vasis genus, de quo Poeta ecl. 7. *Sinum lactis, et haec tibi liba Priape quotannis Expectare sat est.* Apud Varronem libr. de ling. lat. 4 dicitur *sinum* neutrum, nisi si locus ille vitio non caret. PONT.

8, 4 PIGRO HVMORE) Nescio cur malit *humori* VRS. Serum defluit *pigro humore*, h. e. tardo

defluere, sed cum paulo solidior [x] caseus factus est, pondera superponunt, quibus
exprimatur serum: deinde vt formis aut calathis [y] exemptus est, opaco, ac frigido
loco, ne possit vitiari, quamuis mundissimis tabulis componitur, aspergitur tritis
salibus, vt exudet [z] acidum liquorem: atque vbi duratus est, vehementius premitur,
vt conspissetur. et rursus torrido sale contingitur, rursusque ponderibus condensa-
5 tur. Hoc cum per dies nouem factum est, aqua dulci [a] eluitur, et sub vmbra cra-
tibus in hoc factis, ita ordinatur, ne alter alterum caseus contingat, et vt modice
siccetur: deinde, quo tenerior permaneat, clauso, neque ventis obnoxio loco sti-
patur, per complura tabulata. Sic neque [b] fistulosus, neque salsus, neque aridus
prouenit. quorum vitiorum primum [c] solet accidere, si parum pressus; secundum,
6 si nimio sale imbutus; tertium [d], si sole exustus est. Hoc genus casei potest etiam
trans maria permitti. Nam is, qui recens intra [e] paucos dies absumi debet, leuio-
re [f] cura conficitur. quippe fiscellis exemptus, in salem muriamque [g] demittitur [h], et
mox in sole paulum siccatur. Nonnulli antequam pecus numellis inducant [i], viri-
des pineas nuces in [k] mulctram [l] demittunt, et mox super eas emulgent, nec sepa-
rant [m], nisi cum transmiserint [n] in formas coactam materiam. Ipsos quidam [o] viri-
7 des conterunt nucleos, et lacti permiscent, atque ita congelant [p]. Sunt qui thy-
mum contritum, cribroque colatum cum lacte cogant. Similiter qualiscunque velis
saporis efficere possis, adiecto quod elegeris condimento. Illa vero notissima est
ratio faciendi [q] casei, quem dicimus manu [r] pressum. namque [s] is paulum gelatus [t]
in [u] mulctra dum est tepefactus [x], rescinditur, et feruente aqua perfusus, vel manu
figuratur [y], vel buxeis formis exprimitur. Est etiam non ingrati saporis muria per-
duratus [z], atque ita malini [a] ligni, vel culmi fumo coloratus. Sed iam redeamus
ad originem.

IX. IN

x) *solidius I. B. R.* y) *calatis I. B. R.* z) *exsudet I. H.* a) *a. dulci ebibitur a. dulcia bibitur P. dulci abluitur Goes. dulci elubitur L.* b) *igneas P.* c) *primus I. B. R.* d) *tertio P.* e) *inter I. B. R.* f) *leniore I. B. R.* g) *murtamque P.* h) *dimittitur I. B. R.* i) *indurat P. L. Goes. induant* coni. *Broukh.* k) *in* om. *P.* l) *multram dimittunt I. B. R. multa di. L. mulctra dim.* m) *separant R.* n) *transmiscerint R. transfierunt P.* o) *quidem I. B. R.* p) *concelant P.* q) *faciundi I. B. R. I. I. H. A. Gr. G. St.* r) *manupressu P. Goes.* s) *Nam quis L. I. B. R.* t) *caelatus Goes. I. B. R. celatus L.* u) *immultrandum I. immulctrandum P. in multram dum* diu. *B. R.* x) *tepefacta I. B. R. ne res fata P.* y) *figuratus I. B. R.* z) *praeduratus I. preduratus B. R.* a) *malinis lignis I. B. R. mallinis Goes. L. maligni ligni Gr.*

tardo fluxu, et vt passim interstitia relinquantur, in quibus haereat pars aliqua seri, quae deinde putredini faciliorem occasionem praebeat.

8, 6 PECVS NVMELLIS INDVCANT) Mulgendi causa, arbitror, ne fugere possit.

8, 7 MALINI LIGNI) Cum Baeticae prouinciae hoc vocabulum esse, quanquam de alia re (de *prunis malo* arbori *insitis*) vsurpatum testetur Plin. 15, 13 f. 12: tanto facilius arbitrari licet, etiam *malina ligna* dixisse Columellam nostrum Gaditanum. Sed nec absurdum fuerit legere *maligno ligni vel culmi fumo* h. e. parco, vt Mart. 10, 96 *tepet igne maligno Hic focus, ingenti lumine lucet ibi.* Nimirum *auget gratiam casei fumus*, quod Plinius idem docet 11, 42 f. 97 et Martial. 13, 32 *Non quemcunque focum, nec fumum caseus omnem, Sed Velabrensem qui bibit, ille sapit.* Eadem de re ICti l. 8. §. 5. *ff. si seruitus* vindic. (8, 5) *Aristo Cerellio Vitali respondit, non putare se, ex taberna casearia fumum in superiora aedificia iure immitti posse* etc. et p. p. *eum, qui tabernam caseariam a Minturnensibus conduxit, a superiore probiberi posse fumum immittere. Fumo* autem opus fuisse videtur ad eam rem *maligno*, aut leui flamma, vt Martialis, quem modo laudauimus, de caseis Trebulanis, *Trebula nos genuit, commendat gratia duplex, Siue leui flamma, siue domamur aqua.*

8, 7 MALIGNIS LIGNIS) A malo arbore pomifera *malignum lignum* dici arbitror. Plin. *malinum vnguentum* celebrat, ex eo dictum quod ex malis cotoneis fit. Nam μῆλον Graece malum appellatur. BERO.

8, 7 AD ORIGINEM) pecoris f. foeturam. Nam praecipit statim de legendis maribus ad progeniem.

9, 1 TO-

IX. IN omni genere quadrupedum ſpecies maris diligenter eligitur, quoniam
frequenter [a] patri ſimilior eſt progenies, quam matri. Quare etiam in ſuillo pe-
core [b] probandi [c] ſunt totius quidam [d] corporis amplitudine [e] eximii, et qui quadrati
potius [f], quam [g] qui longi, aut rotundi [h] ſunt [i], ventre promiſſo, clunibus vaſtis,
nec perinde [k] cruribus aut vngulis proceris, amplae et glanduloſae ceruicis, roſtris [l]
breuibus, et reſupinis [m]. maximeque quod [n] ad rem pertinet, quam ſalaciſſimos 2
oportet [o] eſſe mares, qui [p] et ab annicula aetate commode progenerant, dum qua-
drimatum agant: poſſunt tamen etiam ſemeſtres implere foeminam. Scrofae pro-
bantur longiſſimi ſtatus, et [q] vt ſint reliquis membris ſimiles deſcriptis verribus. Si 3
regio frigida, et pruinoſa eſt [r], quam duriſſimae, denſaeque, et nigrae ſetae grex
eligendus eſt. ſi temperata, atque aprica, glabrum [s] pecus, vel etiam piſtrinale [t]
album poteſt paſci. Foemina ſus habetur ad partus edendos idonea fere vſque in
annos ſeptem, quae quanto foecundior [u] eſt, celerius ſeneſcit. Annicula non im-
probe concipit, ſed iniri debet menſe Februario. Quatuor quoque menſibus foeta, 4
quinto parere; cum iam herbae ſolidiores ſunt, vt et firma lactis maturitas porcis
contingat, et cum deſierint vberibus ali, ſtipula paſcantur, caeteriſque leguminum
caducis frugibus. Hoc autem fit longinquis regionibus, vbi nihil niſi ſubmittere
expedit. nam ſuburbanis lactens porcus aere mutandus eſt: ſic enim mater non edu-
cando, labori ſubtrahitur, celeriusque iterum conceptum partum edet. idque bis [x]
anno faciet. Mares, vel cum primum ineunt ſemeſtres, aut cum ſaepius progene-
rauerunt, trimi [y] aut quadrimi caſtrantur, vt poſſint pingueſcere. Foeminis quo- 5
que vuluae ferro exulcerantur, et cicatricibus clauduntur, ne ſint genitales. quod
facere [z], non intelligo, quae ratio compellat, niſi penuria cibi. nam vbi eſt vbertas
pabuli, ſubmittere prolem ſemper expedit. Omnem porro ſitum ruris [a] pecus hoc 6
vſurpat. nam et montibus, et campis commode paſcitur, melius tamen paluſtribus
agris, quam ſitientibus. Nemora ſunt conuenientiſſima, quae veſtiuntur [b] quercu,
ſubere,

[C. IX.] a) *frequentius Goeſ.* b) *verres* inſ. *Goeſ.* c) *reprobandi I. B. R.* d) *quidem I. B. R. Iunt.* e) *amplitudinem eximit P.* f) *poſitius P.* g) *quam qui* defic. *I. B. R.* h) *rotondi R.* i) *ſint P.* k) *pro-inde I. B. R.* l) *roſtribus breuis P.* m) *reſupina. Maxime quae P.* n) *quod* deeſt *I. B. R.* o) *oportet* deficit *I. B. R. ſalaciſſ. effeminant elat. L.* p) *qui* abeſt *I. B. R.* q) *eſt P.* r) *eſt vt ſint reliquis mem-bris ſimiles deſcribtis verribus ſi regio frigida et pruinoſa eſt, qſ. duriſſimae adenſaque* repetit *Pol.* s) *glectrum P.* t) *piſtrinale* in margine Gr. St. *it.* Goeſ. *priſtinale* alii. u) *foecundior R.* x) *vis P.* y) *primi quadrimi P.* z) *facere P. et Goeſ. al. facile.* a) *roris P.* b) *vertuntur P.*

9, 1 TOTIVS QVIDAM CORPORIS) *Qui-dam* pro *quidem* legi volebat etiam VRSINVS. Sed mihi, diligenter conſiderata huius loci varietate, et comparato Pall. Feb. 26, 1 ita conſtituenda lectio videtur: *Quare etiam i. ſ. p. probandi ſunt* (intellige *ἀπὸ τοῦ κοινοῦ mares*) *totius quidem corporis amplitudine eximii; ſed qui quadrati potius, aut rotundi quam longi ſint* etc.

9, 3 PISTRINALE) Conjecturae felici Beroaldi cum ſuccenturiata quaſi veniret Goeſiani codicis fides, et alterum illud *priſtinale* plane videretur nihili, religioni non fuit recipere vocabulum ſatis commodum, et tum veterum conſuetudini, de qua Plautus Beroaldo iam laudatus Capt. 4, 2, 27, tum hodiernae reſpondens.

9, 4 QVATVOR QVOQVE MENSIBVS) Legendum videtur, *quatuor quippe menſibus foeta quinto* (int. *debet*:) *parere.*

9, 4 AERE MVTANDVS) Vir doctus ap. Kuhnium ad Pollu[illegible]. 7, 164 legi volebat *aere nutricandus* quem refellit recte Coll. Pall. F. 26, 2.

9, 5 VVLVAE FERRO EXVLCERANTVR) Plinius 8, 51 *Caſtrantur foeminae quoque ſicut cameli, poſt bidui inediam ſuſpenſae pernis primoribus* vulua reciſa: celerius ita pingueſcunt. SCHOETTG.

9, 5 QVOD FACERE NON INTELLIGO, QVAE RATIO COMPELLAT) nimirum qua ratione ducti hoc faciant, non intelligo, niſi penuria cibi. Sic loquitur 12, 50 *Quod fieri poſſe non intelligo.* PONTED.

9,6 OLEA.

ſubere [c], fago, cerris, ilicibus, oleaſtris, tamaricibus [d], corylis, pomiferiſque ſil-
veſtribus, vt ſunt albae ſpinae, Graecae ſiliquae, iuniperus, lotos [e], pinus [f], cornus,
arbutus [g], prunus, et paliurus, atque achrades pyri [h]. haec enim diuerſis tempori-
7 bus miteſcunt, ac pene toto anno gregem ſaturant. At vbi penuria eſt arborum,
terrenum pabulum conſectabimur, et ſicco limoſum praeferemus, vt paludem ri-
mentur, effodiantque lumbricos, atque in luto volutentur, quod eſt huic pecori [i]
gratiſſimum; quin etiam [k] vt aquis abuti poſſint: namque et [l] id feciſſe maxime per
aeſtatem profuit, et dulceis eruiſſe radiculas aquatilis ſiluae, tanquam ſcirpi [m], iun-
8 cique, et degeneris arundinis, quam vulgus cannam [n] vocat. nam cultus quidem
ager opimas [o] reddit ſues, cum eſt graminoſus [p], et pluribus generibus pomorum
conſitus, vt per anni diuerſa tempora, mala, pruna, pyrum [q], multiformes nuces
ac ficum praebeat. nec tamen [r] propter haec parcetur horreis. nam ſaepe de manu
dandum eſt, cum foris deficit pabulum. propter quod plurima glans vel ciſternis in
9 aquam, vel fumo tabulatis recondenda [s] eſt. Fabae quoque, et ſimilium legumi-
num, cum vilitas permittit, facienda eſt poteſtas [t], et vtique vere, dum adhuc
lactent [u] viridia pabula, quae [x] ſuibus [y] plerumque nocent. itaque mane priusquam
procedant in paſcua, conditiuis [z] cibis ſuſtinendae ſunt, ne immaturis herbis cite-
tur aluus [a], eoque vitio pecus emacietur [b], nec [c] vt caeteri greges vniuerſi claudi
debent, ſed per [d] porticus [e] harae faciendae ſunt, quibus aut a partu [f], aut etiam
praegnantes includantur. nam praecipue ſues cateruatim atque [g] inconditae cum
10 ſint pariter incluſae, ſuper alias aliae cubant, et foetus elidunt. Quare, vt dixi,
iunctae parietibus harae conſtruendae ſunt in altitudinem pedum quatuor [h], ne ſus
tranſilire ſepta queat. nam contegi non debet, vt a ſuperiore parte cuſtos nume-
rum [i] porcorum recenſeat, et ſi quem decumbens mater oppreſſerit, cubanti ſub-
trahat. Sit [k] autem vigilans [l], impiger, induſtrius, nauus [m]. omnium, quas paſcit,
et

c) *ſuberi Goeſ.* d) *termitibus L. I. B. R. terimitibus Goeſ.* e) *lotus P.* f) *pampinus L. I. B. R.* g) *abrutus P.* h) *piri I. B. R. H.* i) *pecudi P. Goeſ.* k) *et aquis I. B. R.* l) *et* omittitur *I. B. R.* m) *ſcyrpi I. B. R. I. I. H. A. G. ſtirpi Goeſ.* n) *canam Gy. cannos L.* o) *optimas I. B. R.* p) *grammoſus P.* q) *pirum I. B. R. H.* r) *tantum P.* s) *a . . . recunda n. recondita L. P.* t) *poteſtatis P.* u) antiq. *lanctiunt* nou. *laciunt. P. lautiunt Goeſ. lanciunt L. lactant viridia I. B. R. lactant. Viridia* poſt *I. B. R.* x) *quae* om. poſt *I. B. R.* y) *ſubus P.* z) *conditis L.* a) *aluus. Eoque I. B. R.* al. praet. *Com.* b) pro. *I. I. H. : Gr. G.* c) *Ne P.* d) *per* deeſt *P.* e) *porticos faciendae P.* f) *parte P. aperte L.* g) *ac I. B. R.* h) *quattuor I. B. R.* i) *numeros I. B. R.* k) *Si I. B. R.* l) *vigilax P. Goeſ. it. Mſ. Heinſ. ad Ouid. met. 2, 779.* m) *nauus omnium, quas paſcit. Et matric.* omnes.

9, 6 OLEASTRIS, TAMARICIBVS etc.) Inter pomiferas glandiferasque ſtirpes *Tamarix* commendatur perperam, cuius fructus lanugine obducti tam exigui ſunt, vt iis magis nocere ſuillo pecori quam inſeruire poſſit. *Tamaricibus* profecto vitioſa vox; Ienſonius edidit *termitibus*, cui facile aſſentior, ſed id cum altero verbo *oleaſtris* eſt iungendum ſic: *Oleaſtri termitibus.* Termes enim oleaginea talea proprie appellatur, vnde Horat. *Epod.* 16. *Germinat et nunquam fallentis termes oliuae.* PONTED.

9, 8 NAM CVLTVS QVIDEM AGER) Quanquam leue eſt, indicabo tamen, lectum adhuc eſſe, *nam quidem cultus ager etc.*

9, 8 VEL CISTERNIS IN AQVAM) Vitium manifeſte latet in illa voce *in aquam*; nullum enim ſeminis genus in aquis diu ſeruatur, niſi quod in aquis naturaliter gignitur. Glans itaque non aquoſi generis quam ſubinde praecepit in *fumoſis* (nam et τὸ *fumo* mendoſum exiſtimo) *tabulatis ſeruandam* eſſe, cur in *aquam* ſit recondenda non intelligo. Ego igitur ſic legendum hunc locum cogito: *Propter quod plurima glans vel ciſternis ſine aqua* (id eſt in quibusdam *veluti ſiris*) *vel fumoſis tabulatis recondenda eſt.* Huiusmodi autem fumoſa tabulata 1, 6 de villae poſitione agens, indicauit. PONTED.

9, 9 DVM ADHVC LACTENT VIRIDIA) Rationem huius lectionis reddimus ad Pall. Feb. 26, 3.

9, 9 INCUNDITAE CVM SINT PARITER) Melius legeretur *incondite cum ſunt.*

9, 10 NAVVS. OMNIVM, QVAS) Diſtinctione

et [n] matricum et iuniorum [o] meminisse debet, vt vniuscuiusque partum consideret [p].
Semper obseruet enitentem, claudatque [q] vt [r] in hara foetum edat. Tum denotet 11
protinus quotque et quales sint [s] nati, et curet maxime [t] ne quis sub nutrice alie-
na [u] educetur [x]: nam facillime [y] porci, si euaserint haram, miscent se, et scrofa
cum decubuit, aeque alieno ac suo praebet vbera. Itaque porculatoris [z] maximum 12
officium est, vt vnamquamque cum sua prole claudat. qui si memoria deficitur, quo
minus agnoscat cuiusque progeniem, pice liquida eandem notam [a] scrofae et por-
cis imponat [b], et siue per literas, siue per alias formas vnumquemque foetum cum
matre distinguat [c]. nam in maiore numero diuersis notis opus est, ne confunda-
tur memoria custodis. Attamen quia id facere gregibus amplis videtur operosum; 13
commodissimum est haras ita fabricare, vt limen [d] earum in tantam [e] altitudinem
consurgat, quantum [f] possit nutrix euadere, lactens autem [g] supergredi non possit.
sic nec alienus irrepit, et in cubili suam quisque matrem [h] nidus [i] expectat, qui ta-
men [k] non debet octo capitum numerum excedere. non quia [l] ignorem foecundita-
tem scrofarum maioris esse numeri; sed quia celerrime fatiscit, quae plures educat.
atque eae [m] quibus partus submittitur, cocto sunt ordeo [n] sustinendae, ne ad ma-
ciem summam perducantur, et ex ea ad aliquam perniciem. Diligens autem por- 14
culator frequenter suile [o] conuerrat, et saepius haras. nam quamuis praedictum ani-
mal in pabulationem [p] spurce versetur, mundissimum tamen [q] cubile desiderat [r].
Hic fere cultus est pecoris suilli recte valentis.

X. SEQVITVR vt dicamus, quae sit cura vitiosi. Febricitantium signa sunt,
cum obstipae sues transuersa capita ferunt, ac per pascua subito, cum paululum
procurrerunt, consistunt, et vertigine correptae concidunt. Earum notanda sunt 2
capita, quam in partem proclinentur [a], vt ex aduersa [b] parte de auricula sanguinem
mittamus. item sub cauda duobus digitis [c] a clunibus intermissis venam feriamus,
quae est in eo loco satis ampla, eamque sarmento prius oportet verberari, deinde
ab [d] ictu virgae tumentem [e] ferro rescindi, detractoque sanguine colligari [f] saligneo
libro, vel etiam vlmeo. Quod cum fecerimus, vno aut altero die sub tecto pecu- 3
dem continebimus, et aquam modice calidam quantam volent, farinaeque ordea-
ceae [g] singulos sextarios [h] praebebimus. Strumosis sub lingua sanguis mittendus est,
qui cum profluxerit, sale trito [i] cum farina triticea confricari [k] totum os conueniet.
Quidam praesentius putant esse remedium cum per cornu [l] singulis ternos cyathos
gari [m] demittunt [n]. deinde fissas taleas ferularum lineo funiculo religant: et ita
colle

n) *nutricum I. B. R.* o) *minorum I. B.R. L. Gesf. et Heinf. l. c.* p) *consyderet I. J. H. A. G.* q) *claudat I. B. R.* r) *vt* abest *P.* s) *sunt I. B. R.* t) *maximo* om. *I. B. R. nutrix equis P.* u) *aliene P.* x) *educatur I. B. R.* y) *facilime Gr. G.* z) *proculatoris G.* a) *note P.* b) *innotat I. B. R. inrotat* siue *imponas P.* c) *distinguit I. B. R.* d) *limine P. limenarium in L.* e) *tamen I. B. R.* f) *quantam Gesf.* g) *vt I. B. R.* h) *matre I.* i) *nidos P.* k) *tantum I. B. R.* l) sic *Gesf. quin* rel. m) *hae I. B. R.* n) *hordeo I. R.* o) *suillae conuerrit saepius I. B. R. suillae conuerrat et Gymn. conuertit L.* p) *pabulatione* coni. *Vrs.* q) *tantum I. B. R.* r) *desyderat I. I. H. A. Gr.* [C. X.] a) *proclinent Gesf.* b) *diuersa Gesf. I. B. R.* c) *dignis P.* d) *ad ictum I. B. R.* e) *tumentum Gr.* f) *coligari R.* g) *hordeaceae I. B. R.* h) *sestarios I. B. R.* i) *tricto R.* k) *in* intersc. *I. B. R.* l) *cornum Ms. Heinf. ad Ouid. met. 8, 874.* m) *cari P.* n) *dimittant I. B. R.*

ctione ita mutata, non opus est, quod videbatur Cl. Schoettgenio, *nauus* mutare in *gnarus*.

9, 11 OBSERVET ENITENTEM) scribendum *incientem*. In quo verbo diximus supra non semel erratum esse a librariis apud Varronem et alios scriptores.

4 collo fuspendunt, vt ftrumae ferulis contingantur. Naufeantibus quoque [o] falutaris habetur eburnea fcobis fali [p] fricto, et fabae minute frefae commifta [q], ieiunisque [r] prius quam in pafcua prodeant obiecta [s]. Solet etiam vniuerfum pecus aegrotare ita, vt emacietur [t], nec cibos capiat, productumque [u] in pafcua medio campo
5 procumbat, et quodam veterno preffum fomnos aeftiuo fub fole captet. quod cum facit, totus grex tecto [x] clauditur ftabulo, atque vno die abftinetur potione, et pabulo: poftridie radix anguinei [y] cucumeris trita et commifta [z] cum aqua datur fitientibus: quam cum pecudes biberunt, naufea correptae [a] vomitant, atque expurgantur, omnique bile depulfa, cicercula, vel faba dura muria confperfa, deinde
6 (ficut hominibus) aqua calida [b] potanda permittitur. Sed cum omni quadrupedi per aeftatem fitis fit infefta, tum fuillo [c] maxime eft inimica. quare non vt capellam vel ouem, fic et hoc animal bis [d] ad aquam duci praecipimus [e]: fed fi fieri poteft, iuxta flumen, aut ftagnum per ortum [f] Caniculae detineri: quia cum fit aeftuofiffimum [g], non eft contentum potione aquae, nifi obefam illuuiem [h], atque diftentam [i] pabulis aluum demerferit, ac [k] refrigerauerit: nec vlla re magis gaudet, quam
7 riuis atque coenofo [l] lacu volutari. Quod fi locorum fitus repugnat, ne [m] ita fieri poffit, puteis extracta et [n] large canalibus immiffa praebenda funt pocula, quibus nifi affatim fatientur [o], pulmonariae fiunt. Iſque [p] morbus optime fanatur auriculis inferta [q] confiligine: de qua radicula diligenter, ac faepius iam [r] locuti fumus.
8 Solet etiam [s] vitiofi fplenis dolor eas infeftare, quod accidit, cum ficcitas [t] magna prouenit, et [u], vt Bucolicon [x] loquitur poëma, *Strata iacent paffim fua quaeque fub arbore poma.* Nam pecus infatiabile [y] eft. fues enim [z], dum dulcedinem pabuli confectantur [a] fupra modum, aeftate fplenis incremento laborant. Cui fuccurritur [b], fi fabricentur canales ex [c] tamaricibus [d], et rufco, repleanturque aqua, et [e] deinde [f] fitientibus

o) *quodque P.* p) *fale — minutae* omn. q) *commixta I. B. R. commifto Iunt.* r) *ieiunique H.* s) *abiecta P.* t) *acietur P.* u) *productúrque I.* x) *tecto* deeft *I. B. R.* y) *fanguinei P. Goef.* fibilus adhaefit ex praecedentis vltima litera. z) *commixta I. B. R.* a) *correpta I. B. R.* b) *calda Goef.* c) *fuilo R.* d) *bis* deeft *I. B. R. vis adam duci P.* e) *praecepimus I. B. R.* f) *totum P.* g) *eftuofiffimum B. R.* h) *ingluuiem L.* i) *diftentum pabulo I. B. R. diftem pabuli valuum P.* k) *et I. B. R.* l) *cenofo I. B. R.* m) *vt I. B. R.* n) *et* abeft *I. B. R.* o) *faciantur I. B. R.* p) *Quique P.* q) *exarta Goef.* r) *iam* deficit *I. B. R.* s) *iam I. B. R.* t) *ficitas R.* u) *et* omitt. *I. B. R.* x) *bucolicum P.* y) *inexitiabile fues L. I. B. R. inexitiabiles bis P.* z) *enim, dum* defic. *I. B. R.* a) *et* inf. *I. B. R.* b) *fuccuritur I. B. R.* c) *ex* omiff. *I. B. R.* d) *tamaricis I. B. R. tramarios L. tamaricus P.* e) *et* deeft *I. B. R.* f) *et* inf. *P. deinde* om. *Goef.*

10, 4 SALI FRICTO etc.) Ita legitur in V. C. VRSIN.

10, 5 CONSPERSA) hic inferi vult *datur* VRSIN. Sed poteft etiam e fuperioribus intelligi. Conf. Didymus Geop. 19,7 et Plin. 8, 51.

10, 7 DE QVA RADICVLA) vid. 5, 6, 5. 6, 14, 1, 7, 5, 14.

10, 8 BVCOLICON) Virg. ecl. 7, 54. SCHOETTG.

10, 8 NAM PECVS INSATIABILE) Ita legendum iudicauit Vrfin. Veram lectionem *inexfatiabile* iudicat Heinfius ad Virg. Aen. 5, 781. Recte.

10, 8 CONSECTANTVR SVPRA MODVM) Ita diftingui h. l. iuffit etiam VRSIN.

10, 8 TAMARICIBVS) Vide copiofe Bodaeum a Stapel ad Theophr. hift. plant. 4, 7 p. 408 qui etiam adfert Herm. Barbari emendationem: *canales tamaricis e trunco.* E rufco canales fieri nequeunt, inepta ad illud planta. SCHOETTG. Haec lectio nunc recipitur, vetus quae apud Hermolaum Barbarum extat libro cui titulum fecit *corollarii* l. c. 124 haec: *fi fabricentur canales tamaricis et rufco.* Hanc vir ille optimus fic emendauit: *fi fabricentur canales tamaricis è trunco.* Cui nos acquiefcimus, praefertim cum ap. Diofcoridem haec inueniam: *κατασκευάζουσι δὲ ἔνιοι καὶ κύλικας ἐκ τοῦ πρέμνου. αἷς ἐπὶ τῶν σπληνικῶν χρῶνται ἀντὶ ποτηρίων, ὡς τοῦ δι᾽ αὐτῶν πόματος ὠφελοῦντος.* Ad quem locum Marcell. Virgilius in *notis* haec ex Columella commemorat: *Nos, inquit, auctore Columella plantarum et Romani fermonis*

ſitientibus admoueantur. quippe ligni ſuccus medicabilis, epotus inteſtinum tumo-
rem compeſcit.

XI. CASTRATIONIS autem in [a] hoc pecore [b] duo tempora ſeruantur, ve-
ris, et autumni: et eius adminiſtrandae duplex ratio. prima illa, quam iam tradidi-
mus, cum duobus vulneribus impreſſis per vnamquamque plagam ſinguli exprimun-
tur teſticuli. altera eſt ſpecioſior [c], ſed magis periculoſa, quam tamen non omittam.
Cum virilem partem vnam [d] ferro reſectam [e] detraxeris, per impreſſum vulnus ſcal- 2
pellum inſerito, et mediam quaſi cutem, quae interuenit duobus membris genitali-
bus, reſcindito, atque vncis digitis alterum quoque teſticulum educito: ſic fiet vna
cicatrix adhibitis caeteris remediis, quae prius docuimus. Illud autem, quod per-
tinet ad religionem patrisfamilias [f], non reticendum [g] putaui. Sunt quaedam ſcro- 3
fae, quae mandunt foetus ſuos: quod cum ſit, non habetur prodigium. nam ſues
ex omnibus pecudibus [h] impatientiſſimae famis ſunt [i], ita vt aliquando ſi [k] indigeant
pabuli [l], non tantum [m] alienam (ſi liceat) ſobolem, ſed etiam ſuam [n] conſumant [o].
De armentis, caeteriſque pecudibus, et magiſtris [p], per quos quadrupedum greges
humana ſolertia [q] domi foriſque curantur, atque obſeruantur, (niſi fallor) ſatis ac-
curate diſſerui.

XII. NVNC vt exordio priore ſum pollicitus, de mutis cuſtodibus loquar.
quamquam canis falſo dicitur mutus cuſtos. nam quis hominum clarius, aut tanta
vociferatione beſtiam vel furem praedicat, quam iſte latratu? quis famulus aman-
tior [a] domini? quis fidelior comes? quis cuſtos incorruptior? quis excubitor inue-
niri poteſt vigilantior? quis denique vltor aut vindex conſtantior? Quare vel in pri-
mis hoc animal mercari, tuerique debet agricola, quod et villam, et fructus, fami-
liamque, et pecora cuſtodit. Eius autem parandi tuendique triplex ratio eſt. nam- 4
que

[C. XI.] a) *in* omittitur *P.* b) *opere I. B. R.* c) *ſpecifior R.* d) *vtramque Geſ. I. B. R. vtram vtramq. L.* e) *reſecatam L. P.* f) *patrisfamiliae I. B. R.* g) *reiciendum L.* h) *pecudibus* deficit *P.* i) *ſunt, ita vt* deſunt *I. B. R. L.* k) *ſic indigent I. B. R. L.* l) *vt* inſeritur *I. B. R.* m) *tantam P.* n) *ſuum H.* o) *conſumat P.* p) *magiſtitris R.* q) *ſollertia I. B. R.* [C. XII.] a) *amantio* ℞ *Reg.*

ſermonis grauiſſimo teſte, tamaricem libere et intrepide diximus. Is enim de ſuillo pecore eiusque morbis libro octauo agens, ſolere ait ſues vitioſi ſplenis dolore infeſtari, acciderequé id malum magnis ſiccitatibus, quo tempore ſtratis paſſim ſub ſua arbore pomis, ſues inexplebile quoddam pecus dulcedinem pabuli conſectantes ſplenis incremento laborant; ſuccurrique huic morbo dixit, ſi e trunco tamaricis fabricentur canales, impleanturque aqua, deinde ſitientibus admoueantur. Quippe ligni ſuccus medicabilis epotus inteſtinum lienis *tumorem compeſcit.* Plinius quoque hanc Tamaricis facultatem 24, 9 hoc modo celebrauit: *Arbitrantur quidam hanc eſſe tamaricem: ſed ad lienem praecipua eſt, ſi ſuccus eius expreſſus in vino bibatur: adeoque mirabilem eius antipathiam contra ſolum hoc viſcerum faciunt, vt affirment, ſi ex alveis factis bibant ſues, ſine liene inueniri. Et ideo homini quoque ſplenico cibum potumque dant in vaſis ex ea factis.* PONTED. De tamaricis hac vi add. Io. Rhodius ad Scribon. c. 128. p. 202.

11, 1 IAM TRADIDIMVS) ſupra 6, 26.

11, 3 NON HABETVR PRODIGIVM) Plin. 8, 51. et quos ibi laudat Hard. Ariſt. H. A. 5, 13 Aelia. H. A. 10, 16 Experientia hodierna id confirmat.

12, 1 EXORDIO PRIORE) h. e. libro ſuperiore 6, 1, 6. Nimirum *exordium* pro libro integro ponit: quod obſeruamus in Indice.

12, 1 FALSO DICITVR MVTVS CVSTOS) de cuſtodis appellatione vid. Scalig. ad Varro. SCHOETTG. De toto autem argumento ipſe Varro 2, 9. Veterum de canibus elogia, et quidquid fere ad hoc argumentum pertinet, congeſſit la Cerdae diligentia ad Virg. Georg. 3, 404. Exempla ſingularis fidei Rorarius ſuppeditat paſſim in opere, *quod animalia bruta ratione* etc.

12, 1 QVIS CVSTOS INCORRVPTIOR) V. Plin. 8, 40. SCHOETTG.

que vnum genus aduerſus hominum [b] inſidias eligitur, et id villam, quaeque iuncta
ſunt villae, cuſtodit. at alterum [c] propellendis iniuriis hominum ac ferarum; et id
obſeruat domi ſtabulum, foris pecora paſcentia. tertium venandi gratia comparatur;
idque non ſolum nihil agricolam iuuat, ſed et auocat deſidemque ab opere ſuo red-
3 dit. De villatico [d] igitur et paſtorali dicendum eſt: nam venaticus nihil pertinet ad
noſtram profeſſionem. Villae cuſtos eligendus eſt ampliſſimi corporis, vaſti latra-
tus canorique, vt [e] prius auditu maleficum [f], deinde etiam conſpectu terreat, et ta-
men nonnunquam, ne viſus quidem, horribili fremitu ſuo fuget inſidiantem. Sit
autem coloris vnius, iſque magis eligatur albus in paſtorali, niger in villatico: nam
varius in neutro eſt laudabilis. paſtor album probat [g], quoniam eſt ferae diſſimilis,
magnoque opus interdum diſcrimine eſt in propulſandis lupis ſub obſcuro mane vel
etiam crepuſculo, ne ſi [h] non ſit albo colore conſpicuus, pro lupo [i] canem feriat.
4 Villaticus, qui hominum maleficiis opponitur, ſiue luce clara fur aduenerit, terri-
bilior niger conſpicitur: ſiue nocte, ne conſpicitur [k] quidem propter vmbrae ſimi-
litudinem, quamobrem tectus tenebris [canis] tutiorem acceſſum [l] habeat ad inſi-
diantem. Probatur quadratus potius quam longus aut breuis, capite tam magno, vt
corporis videatur pars maxima, deiectis [m] et propendentibus auribus, nigris vel
glaucis oculis acri lumine radiantibus, amplo villoſoque pectore, latis armis, cruri-
bus craſſis et hirtis, cauda breui, veſtigiorum articulis [n] et vnguibus ampliſſimis,
5 qui Graece δρακαὶ [o] appellantur. Hic erit villatici canis [p] ſtatus praecipue laudan-
dus. Mores autem neque mitiſſimi [q], neque rurſus truces atque crudeles; quod illi
furem quoque adulantur [r], hi etiam domeſticos inuadunt. ſatis eſt ſeueros eſſe nec
blandos [s], vt nonnunquam etiam conſeruos [t] iratius intueantur, ſemper excande-
ſcant in exteros. Maxime autem debent in cuſtodia vigilaces [u] conſpici, nec erro-
nei [x], ſed aſſidui, et circumſpecti [y] magis quam temerarii. nam illi niſi quod certum
compererunt, non indicant: hi [z] vano ſtrepitu, et falſa ſuſpicione [a] concitantur.
6 Haec idcirco memoranda credidi, quia [b] non natura tantum, ſed etiam diſciplina
mores facit, vt cum emendi poteſtas fuerit, eiuſmodi probemus; et cum educabi-
7 mus domi natos, talibus inſtitutis formemus. Nec [c] multum refert an villatici cor-
poribus graues, et parum [d] veloces ſint: plus enim cominus [e] et in gradu [f], quam [g]
eminus

b) *et ferarum* interſer. *I. B. R.* c) *laterum P.* d) *venatico P.* e) *prius vt I. B. R.* f) *maleficium I. malificium P.* g) *probet P.* h) *ſi non ſit albo colore conſpicuus* om. *Goeſ. I. B. R.* i) *beſtia I. B. R. veſtio Goeſ.* forte ex *veſtia* pro *beſtia.* k) *conſpiciatur I. B. R.* l) *aceſſum A.* m) *deiectus P.* n) *auriculis P. aurec. Goeſ.* o) *δράκες P. Goeſ. δράκας I. δρακας I. B. R. δρακάς Iunt. δρακαὶ H. A. G.* p) *canis* abeſt *I. B. R.* q) *mitiſſi R.* r) *adulant V. C. ap. Pigbium ad Val. Max.* 4, 3. *extr. adulentur B. R. aduletur I.* s) *blaudos I. blaudus Pol.* t) *conſeruari ratius* ſiue *ſatius Pol.* u) *vigilantes L. Goeſ. I. B. R.* x) *errorei P.* y) *circumſepti I. B. R.* z) *Ni R.* a) *ſuſpitione I. B. ſupitione R.* b) *qui P.* c) *Non I. B. R.* d) *pares P.* e) *comminus I. B. R. I. I. H. A.* f) *gradum I. B. R.* deeſt *Pol.* g) *quem P.*

12, 3 VASTI LATRATVS) Varro Geop. 19, 1 βαρεία τῇ ὑλακῇ καὶ καταπληκτικῇ χρώμενοι. Fronto 19, 2 ὕλαγμα ἔχοντες βαρύτατον. SCHOETTG.

12, 4 TECTVS TENEBRIS [CANIS] Vocem incluſam abeſſe vult VRSIN.

12, 4 QVI GRAECE ΔΡΑΚΑΙ APPELL.) δράκες placet VRSIN. Abſunt haec verba a Lipſ. Δρὰξ, δρακὸς, δράγμα, quantitatis adpellatio, pugillus, manipulus: et δρακαὶ in genere canino veſtigiorum articuli, et vngues. Reineſ. Var. Lect. 3, 15 p. 573. Heſychius: Δρακὸς, τῆς παλάμης τῆς χειρός. Videatur copioſe Vlitius ad Gratium v. 276 qui oſtendit δρακὰς eſſe canes latis veſtigiis, qui latine *planti* vocantur. SCHOETTG.

12, 5 ETIAM CONSERVOS) Vide mihi contemtum ſeruorum, qui conſerui canum vocentur.

12, 7 SA-

eminus et in ſpatioſo curſu facere debent. nam ſemper circa ſepta, et intra aedifi-
cium conſiſtere [h], imo ne longius quidem recedere debent, ſatiſque pulchre fun-
guntur officio, ſi et [i] aduenientem ſagaciter odorantur [k], et latratu conterrent [l], nec
patiuntur propius accedere, vel conſtantius appropinquantem violenter inuadunt.
primum eſt enim non adtentari, ſecundum eſt laceſſitum fortiter et perſeueranter
vindicari. Atque haec de [m] domeſticis cuſtodibus, illa de [m] paſtoralibus [n]. Pecua- 8
rius canis neque tam [o] ſtrigoſus aut pernix debet eſſe, quam qui damas ceruoſque,
et velociſſima ſectatur animalia, nec tam obeſus aut grauis, quam villae [p] horrei-
que [q] cuſtos: ſed et robuſtus nihilominus [r], et aliquatenus promptus, ac ſtrenuus,
quoniam et ad rixam [s], et ad pugnam, nec minus [t] ad curſum comparatur, cum et 9
lupi [u] repellere [x] inſidias, et raptorem ferum conſequi fugientem, praedam [y] ex-
cutere, atque auferre debeat. quare ſtatus eius longior productiorque, ad hos caſus
magis habilis eſt, quam breuis, aut etiam quadratus: quoniam (vt dixi) nonnun-
quam neceſſitas exigit celeritate [z] beſtiam conſectandam [a]. caeteri artus ſimiles mem-
bris villatici canis aeque probantur. Cibaria fere eadem ſunt vtrique generi prae- 10
benda. nam ſi tam laxa rura ſunt, vt ſuſtineant pecorum greges, omnes [b] ſine diſcri-
mine canes ordeacea [c] farina cum ſero commode paſcit. ſin autem ſurculo conſitus
ager ſine paſcuo eſt [d], farreo vel triticeo pane ſatiandi ſunt, admiſto [e] tamen liquore
coctae fabae, ſed tepido: nam [f] feruens rabiem creat [g]. huic quadrupedi neque 11
foeminae, neque mari, niſi poſt annum permittenda venus eſt [h]: quae ſi [i] teneris
conceditur, carpit [k] et corpus et vires [l], animoſque degenerat. Primus effoetae par-
tus admouendus eſt, quoniam tiruncula nec recte [m] nutrit, et educatio [n] totius ha-
bitus aufert incrementum. Mares iuueniliter vſque in annos decem progenerant:
poſt id tempus ineundis [o] foeminis non videntur habiles, quoniam [p] ſeniorum pigra
ſoboles exiſtit. Foeminae concipiunt vſque in annos nouem [q], nec ſunt vtiles poſt
decimum. Catulos ſex menſibus primis, dum corroborentur, emitti non oportet, 12
niſi ad matrem luſus ac laſciuiae cauſa. poſtea et [r] catenis [s] per diem continendi, et [t]
noctibus [u] ſoluendi [x]. Nec vnquam eos [y], quorum generoſam volumus indolem
conſeruare, patiemur alienae nutricis vberibus educari: quoniam ſemper et lac, et
ſpiritus maternus longe magis ingenii, atque incrementa corporis auget [z]. quod ſi 13
effoeta

h) *conſiſtant I. B. R. conſiſtunt P. L.* i) *et* omittitur *I. B. R.* k) *adoriantur I. B. R. odorantur L. Goeſ. Pol. adoriuntur* al. l) *conterent I.* m) *de* deeſt *I. B. R.* n) *paſtoribus. Pecuaris P.* o) *tamen P.* p) *illae P.* q) *boreique R.* r) *nihilo minus* diuiſ. *I. I. H. A. G. nihilominus R.* s) *rixam pugnamque P.* t) *tamen P.* u) *rupi P.* x) *reppellere R.* y) *praedamque I. I. H. A. G. predamque I. B. R.* z) *celerrime I. B. R. a. celeritatem n. celeritate beſtji confectam dicere artus P.* a) *conſectandi L. I. B. R.* b) *hominis ſine diſeriminea bord. P.* c) *hordeacea I. R.* d) *et* abſque, *I. B. R.* e) *admixto I. B. R.* f) *non ad feruenti P.* g) *membra ſuillatica* adiic. *P.* h) *eſt* abeſt *I. B. R.* i) *ſit generis P.* k) *carpendo corpus Goeſ.* l) *veteres: animos P. Goeſ.* m) *tecte P.* n) *educatione Goeſ.* o) *in eundis* diuiſ. *I. B. R.* p) *quorum Gr.* q) *nouem ſunt I. B. R.* r) *et* deeſt *I. B. R.* s) *cathenis* praet. Steph. et Com. omnes. t) *et noctibus ſoluendi* deficiunt *P.* u) *notibus R.* x) *ſoluendis I.* y) *hos P.* z) *agit Goeſ.*

12, 7 SAGACITER ODORANTVR) Ita legendum odoratus fuerat VRSIN. ita adſcripſeram et ego: Sed rem conficiunt laudati codices.

12, 8 VILLAE HORREIQVE CVSTOS) *areaeque* malit VRSIN.

12 11 ANIMOSQVE DEGENERAT) Non tantum poëtarum iſtam conſtructionem eſſe Propertii, Ouidii, Statii, ipſius Virgilii docet Heinſ. ad Ouid. ex Ponto 3, 1, 45 ſed praeterea Capitolini, cui Quintilianum Burmannus adiicit.

12, 11 PRIMVS PARTVS) Plinius 8, 40 ſ. 62. *ab ea, quae femina ſit ex primipara genita, Faunos cerni* aliena fide refert. Quod ſi verum eſt, operae pretium videtur, primos etiam partus educare. Sed opus fuerit, vt loqui talem canem doceamus.

effoeta [a] lacte deficitur, caprinum maxime conueniet praeberi catulis [b]; dum fiant mensium quatuor. Nominibus autem non longissimis appellandi sunt, quo celerius quisque vocatus exaudiat: nec tamen [c] breuioribus, quam quae duabus syllabis enuntientur [d], sicuti Graecum est σκύλαξ, Latinum *ferox*, Graecum λάκων, Latinum *celer*: vel foemina, vt sunt Graeca σπουδή [e], ἀλκή, ῥώμη: Latina [f], *lupa*, *cerua*, *tigris*.
14 Catulorum caudas post diem quadragesimum, quam sint editi, sic castrare conueniet. neruus est, qui per articulos spinae prorepit vsque ad vltimam partem caudae: is mordicus [g] comprehensus, et aliquatenus eductus abrumpitur: quo facto, neque in longitudinem cauda foedum capit incrementum, et (vt plurimi pastores affirmant) rabies arcetur letifer [h] morbus huic generi.

XIII. FERE autem per aestatem sic muscis aures canum exulcerantur, saepe vt totas amittant: quod ne fiat, amaris nucibus contritis liniendae sunt. quod si vlceribus iam praeoccupatae [a] fuerint, coctam picem liquidam suillae adipi [b] vulneribus stillari conueniet. hoc eodem medicamine contacti ricini decidunt. nam manu
2 non sunt vellendi, ne, vt ante praedixeram, faciant [c] vlcera [d]. Pulicosae cani remedia sunt: siue [e] cyminum [f] tritum pari pondere, cum veratro, aquaque mistum [g] et inlinitum [h]. seu [i] cucumeris anguinei [k] succus [l]: vel si haec non sunt, vetus amurca per totum corpus infusa. Si scabies infestabit [m], cytisi [n] et sisami [o] tantundem conterito, et cum pice liquida permisceto [p], vitiosamque partem linito: quod medicamentum putatur etiam hominibus esse conueniens. eadem pestis, si fuerit vehementior [q], cedrino liquore aboletur [r]. reliqua vitia sicut in caeteris animalibus
3 praecepimus [s], curanda sunt. Hactenus de minore pecore. mox de villaticis pastionibus, quae continent [t] volucrum, pisciumque [u], et siluestrium quadrupedum curam, sequenti volumine praecipiemus.

a) *et foeta I. B. R.* b) *catulus quod fiat P.* c) *in I. B. R.* d) *enuntiantur I. enunciantur B. R. enuncientur H.* e) *σπουδήσπουδαλκηρωμη I. B. R.* cum lectione nostra conueniunt ductus detorti *P.* et *L.* f) *latine B. R.* g) *modice compressus Goes. I. B. R. mordicus compressus P.* h) *laetifer R.* [C. XIII.] a) *praeocupatae I. B. R.* b) *mistum* infer. *Iunt.* c) *faciunt P.* d) *a. vltra n. vulnera Pol.* e) *siue P. sume* alii. f) *syminum Gy.* g) *impetum L.* h) *inlitum L. I. B. R. I. I. H. A. G.* i) *se Gy.* k) *sanguinei Goes. P. anguineis R.* l) *succus I. B. R. succum* al. m) *infestauit I. B. R.* n) *gypsi Goes. I. B. R. cythisi I. I. H. A. Gr. G. St.* o) *sesami I. B. R. I. I. A.* p) *permiscito L.* q) *cedrino, vehementior P.* r) *adoletur P. L.* s) *praecipimus I. B. R.* t) *conueniens: volucrumque I. B. R.* u) *piscemque P.*

12, 13 NOMINIBVS NON LONGISSIMIS) Idem praeceptum est Oppiani Cyn. 1, 443 vbi vid. Rittersh. no. p. 41.

12, 14 CATVLORVM CAVDAS) Laudat hunc Columellae locum Plinius 8, 41. f. 63.

13, 1 SVILLAE ADIPI) Ita videtur legendum adscripsit ad h. l. VRSIN. Credo excidisse operarum vitio *mixtam*. Nam alioqui nihil varietatis fuerit.

13, 1 RICINI DECIDVNT) Cum hic libri quidam veteres haberent *redini*, hinc orta barbara vox Gazae et aliis imposuit Voss. de Vit. Ser. 1, p. 12.

13, 1 VT ANTE PRAEDIX.) Forte 7, 5, 13.

13, 2 REMEDIA SVNT: SIVE) Cum in vetustis codicibus *sunt* bis fortasse scriptum legeretur, ex altero *sume* de Medicorum schedis effictum opinor; quod delerem, legeremque: *Pulicosae cani remedia sunt cyminum tritum pari pondere cum veratro aquaque mistum, et illitum, seu cucumeris anguinei succus*; nam pro *succus* (vt legitur in vetustis excusis libris) *succum* posteriores reddidere ad verbum *sume* respicientes. Quod vltimum etiam membrum *vetus amurca per totum corpus effusa* si deprauassent, difficiliorem ad restituendum locum reliquissent. PONTED. Vides lector, scrupulum doctissimi Viri autoritate Codicis Medicei ratione non multum diuersa sublatum, quam coniecturae, licet ingeniosae, praeferri, non indignabitur vir humanissimus. Et commodum veniunt curae ipsius secundae, in quibus ita: Quae super hunc locum commentatus sum, nunc ex Veneto et Caesenate exemplaribus, in quibus scriptum est, *Pulicosae cani remedia sunt* siue *cyminum — seu cucumeris anguinei sucus* confirmantur.

L. IVNII

L. IVNII MODERATI COLVMELLAE

DE RE RVSTICA

LIBER OCTAVVS.

CAPVT I.

QVAE[a] fere consummabant[b], Publi Siluine, ruris exercendi[c] colendique[d]
scientiam, quaeque pecuariae negotiationis[e] exigebat[f] ratio, septem memo-
rauimus libris. hic nunc sequentis numeri titulum possidebit: nec[g] quia proximam
propriamque rustici curam desiderent[h] ea, quae dicturi sumus, sed quia non alio
loco, quam in agris aut villis[i] debeant[k] administrari, et tamen agrestibus magis,
quam vrbanis prosint. quippe villaticae pastiones, sicut pecuariae[l], non minimam 2
colono stipem conferunt, cum et auium stercore macerrimis vineis, et omni surculo
atque aruo medeantur; et eisdem familiarem focum mensamque pretiosis dapibus
opulentent[m]; postremo venditorum animalium pretio villae reditum[n] augeant[o].
Quare de hoc quoque genere pastionis dicendum censui. Est[p] autem id fere[q] vel 3
in villa, vel circa villam. In villa est, quod appellant Graeci ὀρνιθῶνας[r], καὶ περι-
στερεῶνας. atque etiam cum datur liquoris[s] facultas ἰχθυοτροφεῖα[t], sedula cura ex-
ercentur. ea sunt omnia, vt Latine potius loquamur, sicut auium cohortalium sta-
bula, nec minus earum quae conclauibus septae[u] saginantur, vel aquatilium anima-
lium receptacula. rursus circa villam ponuntur μελισσῶνες[x] καὶ χηνοτροφεῖα[y], quin[z] 4
etiam λαγοτροφεῖα[a] studiose administrantur, quae nos similiter appellamus apum
cubilia, apiaria, vel nantium volucrum[b], quae stagnis piscinisque laetantur, auiaria;
vel etiam pecudum siluestrium, quae nemoribus clausis custodiuntur, viuaria.

II. PRIVS

VARIETAS LECTIONIS.

Colum. Lib. VIII. Inter finem VII et initium VIII libri haec sunt in Pol. *Iuni Moderati Columellae rei rusticae VIII veterinariis medicinalis de minori pecore liber II. Liber Iuni Moderati Columellae rei rusticae liber VIII de villaticis pastionibus auiarius et piscator. Eadem fere Lips.* [C. I.] a) *Quare H.* b) *consumabant I. B. R. I. I. H. A. G.* c) *experiendi P. Goes.* d) *colendique* def. *P. experiendique I. B. R.* e) *negociationis I. B. R.* f) *exibat P.* g) *nec* deest *P,* h) *desideret P. desiderant I. B. R. desyderent I. I. H. A. Gr. G.* i) *vilis I. B. R.* k) *debeat Gryph.* l) *pecunariae P.* m) *opulentet Goes. opulentant I. B. R.* n) *redditum L. Gr.* o) *augeantque de P. augeant. Quo Goes. augens* al. p) *Est* abest *P.* q) *ferre P.* r) *ορνιθῶνα αἱ P. ὀρνιθῶνας, περιστεῶνας, ἰχθυοτρόφια: atque I. B. R.* s) *littoris Iunt.* t) *ἰχθυοτροφία P. ἰχθυοτρόφια I. B. R.* u) *saeptae Gr.* x) *μελισθῶνες B. R. μελισσῶνας I. I. H. A. G.* y) *χηνοτρόφια I. B. R. χηνοβοσκια L. P. χηνοτροφεῖα H. Gr. χηνοβοσκεῖα* etiam *Victor* in emend. z) *Quod I. B. R.* a) *λαγοτρόφια I. B. R.* b) *volucrum* deest *P. volacrum L.*

Ad totum hoc caput comparandus Varro 3, 9. Geopon. 14, 7—17.

1, 2 ET EISDEM FAMIL.) si recte retulit pronomen ad praecedens *colono* Columella, scripsit *eidem.* Sed noui, quid accidat etiam diligentissimis: et dixerat *agrestibus magis, quam vrbanis prosint.*

1, 2 MENSAMQVE PRETIOSIS) Vid. leg. *mensasque pretiosas.* Supra 7, 2 *Sed etiam elegantium mensas iucundis, et numerosis dapibus exornat.* pp. legendum μελισσῶνες. VRSIN.

2, 2 RV-

II. PRIVS igitur de his praecipiam, quae intra septa villae pascuntur. ac de
aliis quidem forsitan ambigitur, an sint agrestibus possidenda: gallinarum vero ple-
rumque agricolae cura solennis est. Earum genera sunt vel cohortalium [a], vel ru-
2 sticarum vel Africanarum. Cohortalis est auis, quae vulgo per omnes fere villas
conspicitur: rustica, quae non dissimilis villaticae per aucupem decipitur; eaque
plurima est in insula, quam nautae [b] in [c] Ligustico mari sitam [d] producto nomine ali-
tis Gallinariam [e] vocitauerunt: Africana est, quam plerique Numidicam dicunt, Me-
leagridi [f] similis, nisi quod rutilam [g] galeam [h], et cristam capite gerit, quae vtraque
3 sunt in Meleagride caerulea. Sed ex his tribus generibus cohortales foeminae pro-
prie appellantur gallinae, mares autem galli, semimares capi [i], qui hoc nomine vo-
cantur, cum sint [k] castrati libidinis abolendae causa. Nec tamen [l] id patiuntur
amissis genitalibus, sed ferro candente calcaribus inustis, quae cum ignea vi consum-
4 pta sunt, facta vlcera dum consanescant [m], figulari [n] creta linuntur. Huius igi-
tur villatici generis non spernendus est reditus, si adhibeatur educandi scientia, quam
plerique Graecorum, et praecipue celebrauere Deliaci [p]. sed et ii, quoniam procera
corpora, et animos ad praelia pertinaces requirebant, praecipue Tanagricum genus
et Rhodium probabant, nec minus Chalcidicum [q] et Medicum, quod [r] ab imperito
5 vulgo litera mutata Melicum appellatur. Nobis [s] nostrum vernaculum maxime pla-
cet: omisso tamen illo studio Graecorum, qui ferocissimum quemque alitem certa-
minibus et pugnae praeparabant. nos enim censemus instituere vectigal industrii pa-
trisfamilias [t], non rixosarum auium lanistae, cuius plerumque totum patrimonium,
pignus

[C. II.] a) *chortalium Goes.* b) *nauitae I. B. R.* c) *e P.* d) *fit si tamen fit pro dulcio nomine P.* e) *gallinarium P. gallinarum R.* f) *μελεαγρίδες P.* g) *rutilem Gr.* h) *galeam et* desic. *L. I. B. R. galeam et crura macerit P. 1. galeam cristam etc. Pol. 2.* i) *qui capi I. B. R.* k) forte leg. *sunt.* l) *tantum Goes.* m) *consanescunt C. St.* n) male olim *figurali apud. Iun. ep. 20. p. 377.* Almel. o) *hi I. B. R.* p) *delsarede et hi Goes.* q) *Calchidicum I. B. R.* r) *quodam imperito P.* s) *Nouis P.* t) *patrisfamiliae I. B. R.*

2, 2 RVSTICA) Vid. Var. 3, 9, 16 et 17.

2, 2 RVTILAM GALEAM) Videtur legendum *paleam.* Nam infra in hoc ipso capite sic scribit: *Paleae ex rutilo albicantes.* VRSIN. Tanto verisimilior est Vrsini coniectura, quia etiam infra §. 9. quem locum hic laudat, *galea* et *palea* miscentur. Caeterum ad Varr. 3, 9, 18 iam fassi sumus, nobis non liquere de diuersis harum gallinarum generibus. Neque adeo iudicare audemus de his, quae disputantur ab Illustrissimo Fontanino ad Achatem Isiacum: et quae contra ipsius sententiam dicuntur in Actis Erud. Lips. A. CIƆIƆCCXXX p. 182. Neque ad naturam harum auium et hodierna nomina multum facere videntur Laur. Begeri Meleagrides et Aetolia.

2, 3 AMISSIS GENITALIBVS) quae hodie vsurpatur ratio, perniciosa interdum pullis. Abscindunt praeterea cristas et paleas: relinquunt calcaria. Vtraque ratio Plinio innotuit 10, 21 §. 25 *lumbis adustis candente ferro, aut imis cruribus, mox hulcere oblito figlina creta.* Posterioris tantum Varro mentionem facit 3, 9, 3 cum tamen prior iam Aristoteli nota fuerit Hist. An. 9, 79 Igitur probabilis, coniectura tamen, Vrsini, cum legi vult pro *tamen tantum*, quod visum etiam erat Schoettgenio. Miratur denique Menagius Men. T. 2 p. 108 qui factum, quod castrandi feminas etiam gallinas rationem ignorauerint veteres. neque puto ea Germanis frequentatur, et vt rem singularem a se visam commemorat Menagius. In porcis feminis eam vsurpari notum est. vid. C. 7, 9, 5.

2, 4 DELIACI) vid. Plin. 10, 50. SCHOETTG.

2, 4 TANAGRICVM) Plin. 10, 21. *Ex his quidam ad bella tantum et proelia assidua nascuntur, quibus etiam patrias nobilitarunt, Rhodum, ac Tanagram.* Hinc Lucianus Gallo p. 162. Ὅπως ἡμῖν ἀντὶ μὲν ἀνθρώπου ὄρνις, ἀντὶ δὲ Σαμίου ταναγραῖος ἀναπέφηνας.

2, 5 AVIVM LANISTAE) Sicut *lanista* comparat familias gladiatorum, easque edocet armorum disciplinam, vt mox vendat munerariis, ita per translationem dicuntur *lanistae auium*, qui gallinas parant, instruuntque ad certamen, qui mos hodieque durat apud Boëmos: vbi primores praeparant gallos gallinaceos pugnae quasi gladiatoriae,

pignus aleae, victor gallinaceus pyctes abstulit. **Igitur cui placebit sequi nostra prae-** 6
cepta, consideret oportet primum quam multas, et [u] cuiusmodi parare debeat matrices; deinde qualiter eas tueri [x] et pascere; mox quibus anni temporibus earum partus excipere; tum demum vt incubent et excludant efficere; postremo vt commode pulli educentur operam dare. his enim curis et ministeriis exercetur ratio co-
hortalis, quam Graeci vocant ὀρνιθοτροφίαν. Parandi autem modus est ducentorum 7
capitum, quae pastoris vnius curam distendant [y]: dum tamen anus sedula vel puer adhibeatur custos vagantium, ne obsidiis hominum, aut insidiosorum [z] animalium diripiantur. Mercari porro nisi foecundissimas aues non expedit. Eae sint rubicundae vel fuscae [a] plumae, nigrisque pennis: ac si fieri poterit, omnes huius, et ab hoc proximi coloris eligantur. sin aliter, euitentur [b] albae; quae fere cum sint molles [c] ac minus viuaces, tum ne foecundae [d] quidem facile reperiuntur [e]: atque etiam conspicuae, propterque [f] insigne [g] candoris ab accipitribus et aquilis saepius
abripiuntur. Sint ergo matrices probi [h] coloris [robusti [i] corporis], quadratae, 8
pectorosae, magnis capitibus, rectis rutilisque [k] cristulis, albis auribus, et sub hac specie quam amplissimae, nec paribus [l] vngulis: generosissimaeque creduntur, quae quinos habent digitos, sed ita ne cruribus emineant transuersa calcaria. nam quae hoc virile gerit [m] insigne, contumax ad concubitum dedignatur [n] admittere marem,
raroque foecunda, etiam cum incubat, calcis aculeis oua perfringit. Gallinaceos [o] 9
mares nisi salacissimos habere non expedit. atque in his quoque sicut in [p] foeminis, idem color, idemque [q] numerus vnguium, status altior quaeritur: sublimes, sanguineaeque [r], nec [s] obliquae cristae: rauidi [t], vel nigrantes oculi: breuia et adunca rostra: maximae candidissimaeque aures: paleae [u] ex rutilo albicantes, quae velut incanae barbae dependent: iubae [x] deinde variae, vel ex auro flauae, per colla [y]
ceruicesque in humeros diffusae: tum lata et musculosa pectora, lacertosaeque [z] si- 10
miles

u) *Secundum I. B. R. Sed P.* x) *tutari Goes. I. B. R.* y) *disperdat I. B. R. distendant P. et Goes. dispendant* al. z) *insidiatorum I. B. R.* a) *infuscae Goes.* b) *vitentur I. B. R. viterbitentur P.* c) *molles R.* d) *facundae H.* e) *reperiantur I. B. R.* f) *propterque insigne I. B. R. propter quod* alii. g) *insignae sunt.* h) *probi coloris* om. *I. B. R. robii coloris Goes.* i) *robusti corporis* omitt. *P. Goes. L.* k) *rutulisque R. cristis L.* l) *partibus vnguibus P. vnguibus* etiam *G.* m) *gerit* abest *P.* n) *dedignatam P.* o) *Galinaceos R.* p) *in* abest *I. B. R.* q) *idem I. B. R.* r) *aequae* interser. *I. B. R.* s) *vel I. B. R.* t) *Rubidi P. Goes. rubidi L.* u) *Galeae P. Goes.* x) *Vel P.* y) *cola R.* z) *lacertosque I. B. R. lacertos aeque* alii, nisi quod *aequae sunt.*

diatoriae, fiuntque sponsiones pretii non parui, dum vnusquisque pecuniam largam deponit, quam aufert dominus victoris gallinacei. BERO. qui laudat etiam locum Plinii. Exstat ille 10, 21 s. 24 *Pergami omnibus annis spectaculum gallorum publice editur ceu gladiatorum.* Adscripsimus iam in Chrestomathia Pliniana originem similis spectaculi apud Athenienses ex Aeliano V. H. 2, 28.

2, 6 VT INCVBENT ET EXCLVD.) si attendas, videbis sententiam postulare tum hic, tum commate proximo, vt ante hanc *vt* intelligatur ex superioribus *quomodo* vel VT *debeat.* Videtur igitur hic etiam *τὸ vt* duplicem quasi personam sustinere, aduerbii et coniunctionis. Vide quae diximus ad C. 7, 3, 20.

2, 7 CVRAM DISTENDANT) vt nunc ex Mss. restituimus legi iam volebat VRSIN.

2, 7 PROPTERQVE INSIGNE CANDORIS) *τὸ quod* abundare iam iudicarat Vrsinus, et ortam esse ex *que*, nimis manifestum est.

2, 8 NEC PARIBVS VNGVLIS) *impares digitos* Varro postulat; *περιττοδάκτυλοι* sunt Geop. 14, 7.

2, 9 INCANAE BARBAE) *In cane* legendum videtur Vrsino: quam bene, alii viderint: si barbatum animal nominare volebat, quidni caprum potius dixisset.

2, 10 LACERTOSAEQVE) Hanc lectionem seu distinctionem potius, nam est ipsa Commeliniana aliter incisa, iam coniectura praecepit Vrsinus, tanto magis recipiendam, quod cum re

miles brachiis [a] alae [b], tum procerissimae caudae, duplici ordine singulis vtrinque prominentibus pinnis [c] inflexae: quinetiam vasta femina [d] et frequenter horrentibus plumis [e] hirta: robusta crura, nec longa, sed infestis velut sudibus nocenter
11 armata. Mores [f] autem quamuis non ad pugnam, neque ad victoriae laudem praeparentur, maxime tamen generosi probantur [g], vt sint elati [h], alacres, vigilaces [i], et ad saepius canendum promti, nec qui facile terreantur: nam interdum resistere debent, et protegere coniugalem gregem: quin [k] attollentem minas serpentem, vel
12 aliud noxium animal interficere. Talibus autem maribus [l] quinae singulis foeminae comparantur [m]. nam Rhodii [n] generis, aut Medici [o] propter grauitatem, neque patres nimis [p] salaces [q], nec foecundae matres: quae tamen ternae singulis maritantur. et cum pauca oua posuerunt, inertes ad incubandum, multoque magis ad excludendum [r], raro foetus suos educant. Itaque quibus cordi est ea genera propter corporum speciem possidere, cum exceperunt oua generosarum, vulgaribus galli-
13 nis subiiciunt, et [s] ab his [t] exclusi pulli nutriuntur [u]. Tanagrici [x] plerumque Rhodiis [y] et Medicis amplitudine pares, non multum moribus a vernaculis distant, sicut et Chalcidici [z]. Omnium tamen horum generum nothi [a] sunt optimi pulli, quos conceptos ex peregrinis maribus, nostrates ediderunt. nam et paternam speciem
14 gerunt, et salacitatem foecunditatemque vernaculam retinent. Pumiliones [b] aues, nisi quem humilitas earum delectat, nec propter foecunditatem, nec propter alium reditum nimium probo [c], tam hercule, quam nec pugnacem [d], nec rixosae [e] libidinis marem. nam plerumque caeteros infestat, et non patitur iniri foeminas, cum
15 ipse pluribus sufficere non queat. Impedienda est itaque procacitas eius ampullaceo [f] corio; quod cum in orbiculum formatum est, media pars eius rescinditur, et [g] per excisam partem galli pes inseritur: eaque quasi compede cohibentur feri mores. Sed, vt proposui, iam de tutela [h] vniuersi generis praecipiam.

III. GALLINARIA constitui debent parte villae, quae hibernum spectat orientem: iuncta sint ea furno, vel culinae, vt ad auem perueniat fumus, qui est huic generi praecipue salutaris. Totius autem officinae, id [a] est ornithonis, tres conti-

a) *brachii Gymn.* b) *alae tum procerissimae: caudae etc.* Ita vel similiter disting. omnes. c) *pennis Goes.* d) *foemina* editi. *vid. Morg. I, 41.* e) *plumis. Hirta robustaque I. B. R.* f) *mares* al. *Broukh.* g) *probentur I. B. R.* h) *telati Goes.* i) *vigilantes L. I. B. R.* k) *et* inf. *Goes.* l) *manibus P.* m) *comparamur P.* n) *berodi P.* o) *n. Melici P.* p) *minus R.* q) *satages P.* r) *excudendum P. Gy.* s) *vt I. B. R.* t) *his qui excusi P.* u) *nutriantur I. B. R.* x) *Tanagraci B.* y) *bordiis P.* z) *Calcidici P. Calchidici I. B. Chalchidici R.* a) *noti sunt. Optimi sunt pulli I. B. R.* b) *Pumiles L. I. B. R. H. pumileas Goes.* c) *probatum hercule P.* d) *pugnacem P.* e) *rixo Pol.* f) *ampulaceo Reg.* g) *et per excisam partem galli pes inseritur* deest in antiquo *P.* h) *tutella R.* [C. III.] a) *i. gernithonis L.*

re ipsa et descriptionibus aliorum conuenit. Ita Varro 3, 9, 5 *caudas magnas frequentibus pinnis* poscit; Florentinus autem Geop. 14, 16 *οὐρὰς μεγάλας* [illegible]. Denique intelligi non potest, qui sint *lacerti* in Gallo ab *alis* et *feminibus* diuersi, quae separatim commemorantur: *lacertosae* autem *alae* proprie et eleganter dicuntur h. e. torosae musculosaeque.

2, 11 ATTOLLENTEM MINAS) Virgiliana formula Ge. 3, 421 *Tollentemque minas, et sibila colla tumentem.* Talia saepe sunt apud nostrum, quibus tanquam gemmis orationem distinguit.

2, 15 AMPVLLACEO CORIO) Vel ex ampulla veteri coriacea secto, (tales enim fuisse etiam Casaubonus docet ad Theophr. Charact. p. 169 non ex Graecis modo, sed ex Plauto etiam et Festo) vel certe ita inflexo, quasi ex ampulla vel bulla sectum esset.

3, 2 QVAE

continuae[b] extruuntur cellae[c], quarum, ficuti dixi, perpetua frons orienti[d] fit ob-
verfa. In ea deinde fronte exiguus detur vnus omnino aditus mediae cellae; quae 2
ipfa[e] tribus minima effe debet in altitudinem[f], et quoquouerfus pedes feptem. in
ea finguli dextro laeuoque pariete aditus ad vtramque cellam faciendi[g] funt, iuncti
parieti, qui eft intrantibus aduerfus. Huic autem focus applicetur tam longus[h],
vt nec impediat praedictos aditus, et ab eo fumus perueniat in vtramque cellam:
eaeque[i] longitudinis, et[k] altitudinis duodenos pedes habeant, nec plus latitudi-
nis, quam media[l]. fublimitas diuidatur[m] tabulatis, quae fupra fe quaternos, et 3
infra feptenos liberos pedes habeant, quoniam ipfa fingulos occupant. vtraque ta-
bulata gallinis feruire[n] debent, et ea paruis ab oriente fingulis illuminari feneftellis,
quae et ipfae[o] matutinum exitum[p] praebeant auibus[q] ad cohortem, nec minus
vefpertinum introitum. fed curandum erit, vt femper noctibus claudantur, quo[r]
tutius aues maneant. intra[s] tabulata maiores feneftrae[t] aperiantur, et eae[u] clatris 4
muniantur, ne poffint noxia irrepere animalia: fic tamen, vt illuftria fint loca, quo
commodius habitent[x]. auiariufque fubinde debet fpeculari aut incubantis, aut par-
turientis foetus. nam etiam in iis ipfis locis ita craffos parietes aedificare conuenit,
vt excifa per ordinem gallinarum cubilia recipiant: in quibus aut oua edantur, aut
excludantur[y] pulli: hoc enim et falubrius, et elegantius eft, quam illud, quod
quidam faciunt, vt palis in parietes[z] vehementer actis, vimineos[a] qualos fuper-
imponant[b]. Siue autem parietibus, ita, vt diximus, cauatis, fiue[c] qualis vimineis 5
praeponenda erunt veftibula, per quae matrices ad cubilia vel pariendi, vel incu-
bandi caufa perueniant. neque enim debent ipfis nidis inuolare[d], ne dum adfiliunt,
pedibus oua confringant. Afcenfus deinde auibus ad tabulata per vtramque cellam[e] 6
datur iunctis parieti modicis afferculis[f], qui paulum formatis gradibus afperantur,
ne fint aduolantibus lubrici. fed ab cohorte forinfecus praedictis feneftellis fcandu-
lae fimiliter iniungantur, quibus irrepant aues ad requiem nocturnam. Maxime[g]
autem curabimus[h] vt et haec auiaria et caetera, de quibus mox dicturi fumus, in-
trinfecus et[i] extrinfecus poliantur opere tectorio, ne[k] ad aues feles habeant aut
coluber acceffum[l], et aeque noxiae prohibeantur peftes. Tabulatis infiftere dormien- 7
tem auem non expedit, ne fuo laedatur ftercore; quod cum pedibus vncis adhaefit,
podagram creat. ea pernicies vt euitetur, perticae dolantur in quadrum, ne teres
leuitas

b) *continue B. R.* c) *caellae* hic et faepius *I. I. A. G.* d) *orientem P.* e) *ipfe L. Goef. ipfa e* coni. *Broukh.* f) *leuoque I. B. R. I. I. H. A.* g) *iaciundi L. P. I. I.* h) *longe* coni. *Vrfin.* i) *aeque I. B. R.* k) *ad* interf. *I. B. R.* l) punctum abeft in edit. m) *diuidatur: tabulatisque fupra I. B. R. diuidantur tabulatis* al. n) *feruire I. B. R.* o) *ipfe G.* p) *exitum* deeft *P.* q) *animos P.* r) *quo-tius Goef. quoties aues meant* coni. *Broukh.* s) *infra Goef.* t) *faeneftrae R. feneftellae P. Goef. maio-re feneftra* coni. *Broukh.* u) *e P.* x) *habitet auiarius: qui I. B. R.* y) *excudantur P.* z) *parietem I. B. R.* a) *viminimos P.* b) *fuperponant I. B. R. fuperfonant L.* c) *fiue qualem vimineos P. aut qua-lis* alii. d) *inbolare P.* e) *caellam I. I. A.* f) *adforculis L.* g) *Maxum P.* h) *curauimus P.* i) *et extrinfecus def. I. B. R.* k) *neque aues P.* l) *tum* inf. *Goef.*

3, 2 QVAE IPSA TRIBVS) *e tribus* malit Vrfinus, et vt fupra pofitum eft Broukhufius.

3, 3 SVBLIMITAS DIVIDATVR) Secuti fumus Vrfini interpunctionem, qua lux affunditur loco, vt erat ante diftinctus vel difcerptus potius, obfcuriffimo.

3, 5 SIVE QVALIS) Coniecturam Vrfini autoritate Medicei codicis confirmatam recepimus.

3, 6 FELES HABEANT) concinnius videtur *habeat.* Videtur librarios fefelliffe cafus in *es* in nomine *feles*, quem fingularis etiam numeri effe, non cogitabant.

leuitas [m] earum superſilientem [n] volucrem non recipiat. conquadratae deinde fortis duobus aduerſis parietibus induuntur [o], ita vt [p] tabulato pedalis altitudinis, et
8 inter ſe bipedalis latitudinis ſpatio diſtent. Haec erit cohortalis officinae diſpoſitio. caeterum cohors ipſa, per quam vagantur, non tam ſtercore, quam vligine careat. nam plurimum refert aquam non eſſe in ea niſi [q] vno loco, quam bibant, eamque mundiſſimam: nam ſtercoroſa pituitam concitat. puram tamen ſeruare non poſſis, niſi clauſam [r], vaſis in hunc vſum fabricatis. ſunt autem, qui aut aqua replentur, aut cibo plumbei canales, quos magis vtiles eſſe ligneis [s], aut fictilibus compertum eſt.
9 Hi [t] ſuperpoſitis operculis clauduntur, et a lateribus ſuper mediam partem altitudinis per ſpatia palmaria modicis forantur cauis, ita vt auium capita poſſint admittere. nam niſi operculis muniantur, quantulumcunque aquae vel ciborum ineſt, pedibus euerritur [u]. Sunt qui a ſuperiore parte foramina ipſis operculis imponant, quod fieri non oportet. nam ſuperſiliens auis proluuie ventris cibos et aquam conſpurcat.

IV. CIBARIA gallinis praebentur optima, pinſitum ordeum et vicia [a], nec minus cicercula [b], tum etiam milium, aut panicum: ſed haec vbi vilitas annonae permittit. vbi vero ea eſt carior, excreta tritici minuta [c] commode dantur. nam per ſe id frumentum, etiam quibus locis viliſſimum eſt, non vtiliter praebetur, quia obeſt auibus. poteſt etiam lolium decoctum obiici, nec minus furfures modice a farina excreti: qui ſi nihil habent farris, non ſunt idonei [d], nec tantum [e] appetuntur [f].
2 Ieiunis [g] cytiſi folia, ſeminaque maxime probantur, et ſunt huic generi gratiſſima: neque eſt vlla regio, in qua non poſſit huius arbuſculae copia eſſe vel maxima. Vinacea quamuis tolerabiliter paſcant [h], dari non debent, niſi quibus temporibus
3 anni auis foetus [i] non edit: nam et partus raro [k], et oua faciunt exigua. ſed cum plane [l] poſt autumnum ceſſant a foetu, poſſunt [m] hoc cibo ſuſtineri. Attamen quaecunque dabitur eſca per cohortem vagantibus, die incipiente, et iam in veſperum declinante [n], bis diuidenda eſt, vt et mane non protinus a cubili [o] latius euagentur, et ante crepuſculum propter cibi ſpem temporius ad officinam redeant, poſſitque numerus capitum ſaepius recognoſci. nam volatile pecus facile paſtoris
4 cuſtodiam decipit. Siccus etiam puluis et cinis vbicunque cohortem porticus vel tectum protegit, iuxta parietes reponendus eſt, vt ſit quo aues ſe perfundant. nam his rebus plumam pennaſque [p] emundant: ſi modo credimus Epheſio Heracleto [q],
5 qui ait ſues coeno [r], cohortales aues puluere, vel cinere lauari. Gallina poſt primam

m) *breuitas I. B. R.* n) *superſilentem G.* o) *induunt* antiq. *Pol. L.* et *Ienſ.* p) *a* inſer. *I. B. R.* q) *in* inſ. *Goeſ.* r) *clauſum fabricans L.* s) *ligneis aut fictilibus Goeſ. Pol. ligneis aut fictiles L. ligneos aut fictiles* al. t) *His I. B. R.* u) *euerritur Goeſ. I. B. R.* et *Vrſ. euertitur* al. [C. IV.] a) *uitia I. B. R. vinacia P. Goeſ.* b) *acercula H.* c) *minuta Goeſ. P. I. I. minute* alii. d) *idonei. Nec I. B. R.* e) *tamen Goeſ. I. B. R.* f) *aptuntur Gy.* punctum abeſt *I. B. R.* g) *ieiuniis R.* h) *paſcat P.* i) *foetum I. B. R.* k) *rares* coni. *Broukh.* l) *plene P.* m) *poteſt P.* n) *declinato I. B. R.* o) *cubilitatius P.* p) *pinnasque* om. praet. *Com.* q) *Heraclito Goeſ.* r) *ceno I. B. R.*

3, 7 INDVVNTVR) *inducuntur* legi vult VRSIN.

3, 9 SVNT AVTEM) Aptius videtur *ſunto.*

4, 1 CIBARIA) Vid. Florent. Geop. 14, 7. SCHOETTG.

4, 2 CYTISI FOLIA) Vid. deinde 8, 5, 2.

4, 3 NAM ET PARTVS RARO) *Nam et pariunt raro* videtur legendum. VRSIN. Ego putabam *partus raros.* SCHOETTG.

5 Hiſto-

mam emitti, et ante horam diei vndecimam claudi debet: cuius vagae cultus hic, quem diximus, erit: nec tamen alius clausae, nisi quod ea non omittitur [s], sed intra ornithonem ter die pascitur maiore mensura. nam singulis capitibus quaterni cyathi diurna cibaria sunt, cum vagis [t] terni [u], vel bini praebeantur [x]. Habere [y] 6
etiam clausam oportet amplum vestibulum, quo prodeat, et vbi apricetur [z]: idque sit retibus munitum, ne aquila vel accipiter [a] inuolet. quas impensas et [b] curas [c], nisi locis [d], quibus harum rerum vigent pretia [e], non expedit adhiberi. Antiquissima est autem cum in [f] omnibus pecoribus, tum in hoc, fides pastoris; qui nisi eam domino seruat, nullus [g] ornithonis quaestus vincet [h] impensas. De tutela satis dictum est: nunc reliquum ordinem prosequemur.

V. CONFECTA bruma parere [a] fere [b] id genus auium consueuit. Atque earum quae sunt foecundissimae, locis tepidioribus circa Calend. Ian. oua edere incipiunt; frigidis autem regionibus, eodem mense post Idus. Sed cibis idoneis foecunditas earum elicienda [c] est, quo maturius partum edant. optime praebetur ad 2
satietatem ordeum semicoctum: nam et maius facit ouorum incrementum, et frequentiores partus. sed [d] is cibus quasi condiendus est interiectis cytisi foliis, ac semine eiusdem, quae vtraque [e] maxime putantur augere foecunditatem auium. Modus autem [f] cibariorum sit, vt dixi, vagis binorum cyathorum ordei. aliquid tamen admiscendum erit cytisi [g], vel si id non fuerit, viciae aut milii. Curae autem 3
debebit esse custodi, cum parturient [h] aues, vt habeant quam mundissimis paleis constrata cubilia, eaque subinde conuerrat [i], et alia stramenta quam recentissima reponat. nam pulicibus, aliisque similibus animalibus replentur, quae secum affert auis, cum ad idem cubile reuertitur. Assiduus autem debet esse custos, et speculari [k] parientes, quod se facere gallinae testantur crebris singultibus interiecta voce acuta. obseruare itaque dum edant oua, et confestim circumire oportebit cubilia, 4
vt quae nata sunt recolligantur, notenturque quae quoque die sint edita, vt quam recentissima supponantur glocientibus [l]: sic enim appellant rustici aues eas quae volunt incubare. caetera vel reponantur, vel aere [m] mutentur. Aptissima porro sunt ad excludendum recentissima quaeque. possunt tamen etiam requieta supponi, dum ne vetustiora sint [n], quam dierum decem. Fere autem, cum primum partum con- 5
summauerint [o] gallinae, incubare cupiunt ab Idibus Ianuariis, quod facere non omnibus permittendum est; quoniam quidem nouellae magis edendis, quam excubandis [p] ouis vtiliores sunt: inhibeturque cupiditas incubandi [q] pinnula per nares traiecta. Veteranas igitur aues ad hanc [r] rem eligi oportebit, quae [s] iam saepius 6
id

s) *emittetur I.B.R.* t) *magis I.B.R.* u) *terni vel* def. *P.* x) *praebeatur P.* y) *Habeat tamen etiam clausa I.B.R. habeat tamen clausa oportet L.* z) *applicetur L. I. B. R.* a) *ancipiter L.* b) *et* deficit *P.* c) *curam P.* d) *et* interier. *P.* e) *precia I. B. R. al. G.* f) *in* deest *I. B. R.* g) *a. nullis n. nullius Pol. L.* h) *iungit I. B. R.* [C. V.] a) *parere* deest ant. *P.* b) *fere* deest in nouo *P.* c) *eligenda L.* d) *Et I. B. R. ex his Goes.* e) *vtraque* om. *Goes. I. B. R.* f) *autem* deest *I. B. R.* g) *vt* inf. *I. B. R.* h) *parturiens P.* i) *conuertat.* k) *specularientes Goes. speculari parietes Gr.* l) *gluzientibus P.* m) *remittentur L. I. B. R.* n) *sunt I. B. R.* o) *consumauerunt I. B. R. consumauerint L. I. H. A.* p) *excludendis I B. R. excudendis Goes.* vid. *Morg. I*, 42. q) *incubando pinnulla per nasi et a traiecta* antiqu. *P.* r) *hanc* deest *I. B. R.* s) *et* inf. nou. *Pol.*

: 5 Historiam naturalem ouorum et incubationis videre licet Plin. 10, 52 sq. f. 73 sq.

5, 2 VEL SI ID NON FVERIT) quod vix tamen vsu venire dicit c. 4. f. 2.

id fecerint; moresque earum maxime pernosci, quoniam aliae melius excubant [t],
aliae editos pullos commodius educant [u]. at e contrario quaedam et [x] sua et aliena
oua comminuunt atque consumunt, quod facientem protinus submouere conue-
7 niet [y]. Pulli autem duarum aut trium auium exclusi [z], dum adhuc teneri sunt, ad
vnam, quae sit [a] melior nutrix, transferri debent, sed primo quoque die, dum ma-
ter suos et alienos propter similitudinem dignoscere [b] non potest. Verumtamen
seruare oportet modum. neque enim debet maior esse quam triginta capitum. ne-
8 gant enim hoc ampliorem gregem posse ab vna nutriri. Numerus ouorum, quae
subiiciuntur, impar obseruatur, nec semper idem. nam primo tempore, id est
mense Ianuario, quindecim, nec vnquam plura subiici debent: Martio XIX, nec
his pauciora: vnum [c] et viginti Aprili: tota deinde aestate vsque in Calendas Octo-
bris totidem [d]. postea superuacua est huius rei cura, quod frigoribus exclusi [e] pulli
9 plerumque intereant. Plerique [f] tamen etiam ab aestiuo solstitio non putant bo-
nam pullationem, quod ab eo tempore etiam si facilem [g] educationem habent,
iustum tamen non capiunt incrementum. Verum suburbanis locis, vbi a matre
pulli non exiguis [h] pretiis [i] veneunt, nec [k] plerumque intereunt, probanda est
aestiua educatio. Semper autem, cum supponuntur oua, considerari debet [l], vt
luna crescente a [m] decima vsque ad quintamdecimam id fiat. nam et ipsa suppositio
per hos fere dies est commodissima, et sic administrandum est, vt rursus cum exclu-
10 duntur pulli, luna crescat. Diebus quibus animantur oua, et in speciem volucrum
conformantur, ter septenis opus est gallinaceo generi [n]. at pauonino et anserino,
paulo amplius ter nouenis. quae si quando fuerint supponenda gallinis, prius eas
incubare decem diebus foetibus alienigenis patiemur. tum demum sui generis qua-
tuor oua, nec plura quam quinque fouenda recipient. sed et haec quam maxima:
11 nam ex pusillis aues minutae nascuntur. Cum deinde quis volet quam plurimos
mares excludi, longissima quaeque et acutissima oua subiiciet: et rursus cum foemi-
nas, quam rotundissima. Supponendi autem consuetudo tradita est ab iis [o], qui re-
ligiosius

t) *excludant I. B. R. excudant Goes.* u) *educent Goes. I.B.R.* x) *est vt P.* y) *conueniunt I.B.R.* z) *excussi P. excusi Goes.* a) *est P.* b) *dinoscere I.B.R.* c) *XI. I.B.R. vndecim L.* d) *XIII. I.B.R. tredecim L.* e) *excussi Pol.* f) *Plerumque I. B. R.* g) *facile I. B. R.* h) *pulli plerumque P.* i) *preciis I. B. R. A. G. C.* k) *nec pl. int.* om. *Goes.* l) *debebit P.* m) *a abducamusque n. ab decuma vsque P.* n) *genere I. B. R.* o) *bis I. B. R.*

5, 6 MELIVS EXCVBANT) Videndum an melius sit *excludunt*. VRSIN. Videbatur Cl. Schoettgenio ex Goesiano reponendum hic et reliquis huius capitis locis *excudendi* verbum. Ego rem integram esse malebam; cum *excubare* ad alterum *incubare* videatur referri non absurde posse. *Excubandis* etiam habent primae editiones 8, 14, 7. Ita modo f. 5 *excubandis* habuimus.

5, 10 PRIVS EAS INCVBARE) Multo disertius eadem inculcat noster deinde 8, 11, 11 vnde huius loci sententia petenda.

5, 11 LONGISSIMA QVAEQVE) Vide Brodaeum Misc. 3, 25 qui plura de ouis philosophatur. Ob hanc ipsam caussam Catii praeceptor Horatianus Sat. 2, 4, 12 *Longa quibus facies ouis erit, ille memento Vt succi melioris, et vt magis alma rotundis Ponere. namque marem cohibent callosa vitellum.* Vsus est hoc loco etiam Plin. 10, 52 f. 74 vbi Aristotelem etiam in eadem sententia fuisse ex Alberto magno hist. an. 6, 1 p. 189 probat Harduinus contra Scaligerum. Nimirum transscriptorum vitio transposita sunt verba, quae nunc leguntur apud Philosophum hist. an. 6, 2 p. 643 *Ἔτι δὲ τὰ μὲν μακρὰ καὶ ὀξέα τῶν ᾠῶν θηλέα· τὰ δὲ στρογγύλα, καὶ περιφέρειαν ἔχοντα κατὰ τὸ ὀξύ, ἄῤῥενα.* Caeterum falsam et ineptam sententiam vocat Bentleius ad Horat. l. c. de quo bene meritus est, cum *alma* substituit, vbi ante legebatur *alba*. *Alma* sunt alibilia, et boni succi.

5, 11 FA-

ligiosius haec administrant, eiusmodi. Primum quam secretissima cubilia eligunt [p],
ne incubantes matrices ab aliis auibus inquietentur: deinde antequam consternant
ea [q], diligenter emundant, paleasque, quas substraturi sunt, sulfure [r] et bitumine,
atque ardente teda [s] perlustrant, et expiatas cubilibus iniiciunt, ita factis concaua-
tis [t] nidis, ne ab [u] aduolantibus, aut etiam [x] desilientibus euoluta [y] decidant oua.
Plurimi etiam infra cubilium stramenta graminis aliquid, et ramulos lauri, nec mi- 12
nus allii [z] capita cum clauis ferreis subiiciunt: quae cuncta remedia [a] creduntur esse
aduersus tonitrua, quibus vitiantur oua, pullique semiformes interimuntur ante
quam toti [b] partibus suis consummentur. Seruat autem qui subiicit, ne singula 13
oua [c] in cubili [d] manu componat [e], sed totum ouorum numerum in alueolum li-
gneum conferat, deinde vniuersum leniter in praeparatum nidum transfundat. In- 14
cubantibus autem gallinis iuxta ponendus [f] est cibus, vt saturae studiosius nidis im-
morentur, neue longius euagatae refrigerent oua, quae quamuis [g] pedibus ipsae
conuertant, auiarius [h] tamen cum desilierint matres, circumire debet, ac manu
versare, vt aequaliter [i] calore concepto facile animentur. quin etiam si qua vngui-
bus laesa vel fracta sunt, vt remoueat. idque [k] cum fecerit, die [l] vndeuigesimo [m]
animaduertat, an pulli rostellis oua percuderint [n], et auscultetur, si pipiant [o]. nam
saepe propter crassitudinem putaminum [p] erumpere non queunt. Itaque haeren- 15
tes pullos manu eximere oportebit, et matri fouendos subiicere [q], idque non am-
plius triduo facere. nam post vnum et vigesimum diem silentia oua carent animali-
bus: eaque remouenda sunt, ne incubans inani [r] spe diutius detineatur [s] effoeta.
Pullos autem non oportet singulos, vt quisque natus sit, tollere, sed vno die in
cubili sinere cum matre, et aqua ciboque abstinere, dum omnes excludantur.
Postero [t] die, cum grex fuerit effoetus, hoc modo deponitur [u]. Cribro viciario [x], 16
vel etiam loliario, qui iam fuerit in vsu, pulli superponantur, deinde pulegii sur-
culis

p) *legunt P.* q) *eam Ienſ.* r) *sulphure I. B. R. Gr.* s) *taeda I. B. R.* t) *concabantis P. concabunis Goeſ.* u) *ab* deest *I. B. R.* x) *etiam* deest *I. B. R.* y) *obuoluta P. L.* om. *Goeſ. I. B. R.* z) *alii I.* a) *remedio Goeſ.* b) *totis L.* c) *oua in* deest *P.* d) *cubilia P.* e) *componant P.* f) *supponendus P.* g) *q ipsa conferre, auiarius P.* h) *auiariis R.* i) *equaliter Gy.* k) *Itque P.* l) *duo de viginti diebus vnde vicessime P.* m) *inde vigesimo L.* n) *percud. Goeſ.* o) *pipunt Goeſ.* p) *putaminarum rumpere n. inrumpere P.* q) *subicere R.* r) *nonani P.* s) *retineatur P. detinantur G.* t) *postremo Gr.* u) *deponatur I. B. R.* x) *vitiario I. B. R. A. G. St.*

§. 11 FACTIS CONCAVATIS NIDIS) Videtur addendum *et.* nisi vero *concauatis* est a glossatore.

§. 12 NEQVE MINVS ALLII CAPITA) Nescio cur *alii* malit VRSINVS. Certe allium in supellectili superstitiosorum esse, apparet etiam ex Pers. 5, 188, *si non Praedictum ter mane caput gustaueris alli.* vbi fatetur Casaubonus, se de allio nihil quod huc faciat, meminisse.

§. 14 DIE VNDEVIGESIMO) Plinius 10, 53 *Vicesimo die si moueatur ouum, iam viuentis intra putamen vox auditur.* SCHOETTG.

§. 14 SI PIPIANT) an pipiant. Significatio haec etiam Graecis et hodie Italis nota est. Notauimus de hac ad Iuuencum. add. Rittershusius ad Guntheri Ligurinum 1, 13 et Pareus Lex. Crit. p. 1149 SCHOETTG.

§. 15 ABSTINERE) significatio transitiua, curare vt abstineant, prohibere, coercere. Apud ecclesiasticos scriptores *abstinere* idem est, quod a communione ecclesiastica arcere et prohibere, quae notio saepe in Cypriano epist. 3, 4, 41, 47, 68 etc. occurrit. Retinet etiam significationem in passiuo. Coelius Aurel. Acut. 2, 196 *Plurimus sudor non solum cedentis aeris verum etiam irruentis tanquam repercussu abstinetur.* Et n. 214 *Sudoris quoque fluor non frigidus dehinc abstinetur.* IDEM.

§. 16 CVM GREX FVERIT EFFOETVS) Legendum *effectus.* Nam 8, 11 sic ait: *donec quinque et viginti capitum grex efficiatur.* et cap. 14 *et longe maior grex efficitur.* VRSIN. Similiter ap. Virgil. Georg. 2, 417 *effoetus* vitiose est pro *effectus*, quod Mss. habent.

§. 16 QVI IAM FVERIT) *quod* videtur legendum, vt ad *cribrum* referatur.

§. 19 IN-

culis fumigentur. ea res videtur [y] prohibere pituitam, quae celerrime teneros in-
17 terficit. Post haec [z] cauea cum matre claudendi sunt, et farre [a] ordeaceo cum aqua
incocto, vel adoreo farre [a] vino resperso [b], modice alendi. nam maxime cruditas
vitanda est: et ob hoc [c] tertia die cauea cum matre continendi sunt, priusque,
quam emittantur ad recentem cibum, singuli tentandi, ne quid hesterni [d] habeant
in gutture [e]. nam si [f] vacua non est ingluuies, cruditatem significat, abstinerique
18 debent, dum concoquant [g]. Longius autem non est permittendum teneris euagari,
sed circa caueam continendi sunt, et farina ordeacea pascendi dum corroborentur:
cauendumque ne a serpentibus adflentur, quarum [h] odor tam pestilens est [i], vt in-
terimat vniuersos. id vitatur saepius incenso [k] cornu ceruino [l], vel galbano [m], vel
19 muliebri capillo; quorum omnium fere nidoribus praedicta pestis submouetur. Sed
et curandum erit, vt tepide habeantur. nam nec calorem, nec frigus sustinent [n].
optimumque est intra [o] officinam clausos haberi cum matre, et post quadragesimum
diem potestatem vagandi fieri. Sed primis quasi infantiae [p] diebus pertractandi
sunt, plumulaeque sub cauda clunibus [q] detrahendae, ne stercore coinquinatae [r]
20 durescant, et naturalia [s] praecludant. quod quamuis caueatur, saepe tamen euenit,
vt aluus [t] exitum non habeat. itaque pinna pertunditur, et iter digestis [u] cibis prae-
betur. Sed [x] et iam validioribus [y] factis, atque ipsis matribus etiam vitanda pitui-
tae pernicies [z] erit. quae ne fiat, mundissimis vasis, et quam purissimam praebebi-
mus aquam: nec minus gallinaria semper fumigabimus, et [a] emundata [b] stercore
21 liberabimus. Quod si tamen pestis peruaserit [c], sunt qui spicas [d] allii [e] tepido ma-
defactas [f] oleo [g] faucibus inferant. quidam hominis vrina tepida rigant ora, et tam-
diu comprimunt, dum eas amaritudo cogat per nares emoliri pituitae nauseam [h].
Vua [i] quoque, quam Graeci ἀγρίαν ςαφυλὴν [k] vocant, cum cibo mista prodest [l].
22 vel eadem pertrita, et cum aqua potui data. Atque haec remedia mediocriter la-
borantibus adhibentur. nam si pituita circumuenit oculos, et iam [m] cibos auis re-
spuit, ferro rescinduntur [n] genae, et coacta sub oculis sanies omnis exprimitur:
23 atque ita paulum triti [o] salis vulneribus infriatur [p]. Id porro vitium maxime nasci-
tur cum frigore et penuria cibi laborant aues: item cum per aestatem consistens in
cohortibus [q] aqua potatur [r]: item cum ficus aut vua immatura nec ad satietatem [s]
permissa

y) *videatur* P. z) *hoc* P. a) *fare* R. b) *asperso* I. B. R. c) *iam* inf. *Goes.* d) *externi* I. B. R. e) *guttere* P. f) *si* deest P. g) *coquant* ant. P. h) *quorum* I. B. R. i) *est* deest I. B. R. k) *incensu* P. l) *cerbino* P. m) *calbano* P. n) *substinens* I. B. R. o) *infra* omn. *intra* coni. *Broukh.* p) *infartis* P. q) *crunibus* P. r) *conquinatae* P. s) *maturalia percludant* P. t) *albus* P. u) *degestis* Gryph. x) *Saepe etiam iam* I. B. R. *saepe iam iam Goes. Sed etiam iam* P. y) *remediis* inseritur I. B. R. z) *pernities* R. a) *et* deest P. b) *emendata* P. c) *permanserit* L. *Goes.* I. B. R. d) *micas* P. *Goes.* e) *alli* I. B. R. *alsi* P. f) *madefaciat* P. g) *et* inf. P. h) *nausa aqua quoq. Goes.* i) *Aqua* P. k) *ταφυλην* I. B. R. *ςαφύλην* I. I. H. A. Gr. G. St. l) *prodens* P. m) *iam* deest I. B. R. n) *rescinditur* P. o) *attriti* I. B. R. p) *infricantur* P. q) *fuit* inf. P. r) *potatur* deest P. s) *facietatem* I. B. R.

5, 19 INTRA OFFICINAM) Ita vid. leg. VRSIN.

5, 20 FVMIGABIMVS) Plin. 10, 57 f. 78 *Medicina in fame, et cubitus in fumo, vtiq. si ex lauro aut herba salina fiat etc.* sunt enim pluscula.

5, 21 FAVCIBVS INFERANT) Ita omnes, nisi quod, vt supra annotatum est, Iuntinae prioris exemplum ita obscure literam, de qua quaeritur, exprimit, vt legi etiam possit *inferant*, quod fere commodius est.

5, 21 AMARITVDO) Columella salsum et amarum confundere videtur. Vrina enim non perhibetur amara, sed salsa. Et tamen eo loco, quod obiter monendum, rectius forte legetur, *pituitam nausea.* Nam et in Ms. est *nausea*, non *nauseam.*

permiſſa eſt, quibus ſcilicet cibis abſtinendae ſunt aues: eoſque [t] vt faſtidiant efficit
vua labruſca de vepribus immatura lecta, quae cum farre [u] triticeo minuto [x] cocta
obiicitur eſurientibus [y], eiuſque [z] ſapore offenſae aues, omnem aſpernantur vuam.
Similis ratio eſt etiam caprifici, quae decocta cum cibo praebetur auibus, et ita [a] fici
faſtidium creat. Mos [b] quoque, ſicut in caeteris pecoribus, eligendi [c] quaeque 24
optima, et deteriora vendendi, ſeruetur [d] etiam in hoc genere, vt [e] per autumni tem-
pus omnibus annis, cum fructus earum ceſſat, numerus quoque minuatur. Sub-
mouebimus [f] autem veteres, id eſt, quae trimatum exceſſerunt: item quae aut [g] pa-
rum foecundae, aut parum bonae nutrices ſunt, et praecipue quae oua vel ſua, vel
aliena conſumunt: nec minus, quae velut [h] mares cantare, atque [i] etiam calcare
coeperunt: item ſerotini pulli, qui ab [k] ſolſtitio [l] nati capere iuſtum incrementum
non potuerunt. In maſculis autem [m] non eadem ratio ſeruabitur; ſed tamdiu cu- 25
ſtodiemus generoſos, quamdiu foeminam implere potuerint [n]. nam rarior eſt in his
auibus mariti bonitas. Eodem quoque tempore cum parere deſinent aues, iſt eſt, ab
Idib. Nouemb. pretioſiores cibi ſubtrahendi ſunt, et vinacea praebenda, quae ſatis
commode paſcunt, adiectis interdum tritici excrementis [o].

VI. OVORVM quoque longioris temporis cuſtodia non aliena eſt huic cu-
rae: quae commode ſeruantur per hiemem, ſi paleis obruas, aeſtate, ſi furfuribus.
quidam prius trito ſale ſex horis adoperiunt: deinde eluunt, atque ita paleis aut [a]
furfuribus obruunt. nonnulli ſolida, multi etiam freſa faba coaggerant: alii ſali-
bus integris adoperiunt: alii muria tepefacta [b] durant [c]. Sed omnis [d] ſal, quemad- 2
modum non patitur putreſcere, ita minuit oua, nec ſinit plena permanere: quae
res ementem deterret. Itaque ne [e] in muriam [f] quidem qui dimittunt [g], integrita-
tem ouorum conſeruant.

VII. PINGVEM quoque facere gallinam, quamuis fartoris [a], non ruſtici [b]
ſit officium, tamen quia [c] non aegre contingit, praecipiendum putaui. Locus ad
hanc rem deſideratur calidus maxime, et minimi luminis, in quo ſingulae caueis an-
guſtioribus,

t) *eo vſque P.* u) *hordeo I. B. R. Goeſ.* x) *minuta cocto P.* y) *exurientibus R.* z) *conſque P.* a) *vere* interſ. *P.* b) *Mos Goeſ. L. P. mox* alii. c) *eligendi quamque optimam et deteriorem vendendi Goeſ. L. P. eligenda vendenda* al. d) *ne* inſ. *P.* e) *vt* deeſt *I. B. R.* f) *ſummouimus P.* g) *aui P.* h) ant. *vel mane* nou. *vel vt manes P.* i) *atq. et calc.* om. *Goeſ.* k) *ab* deeſt *P.* l) *ſolſtionati* iunct. *P.* m) *autem* deeſt *P.* n) *potuerunt I. B. R.* o) *incrementis L.* [C. VI.] a) *ac P.* b) *tepefactam R.* c) *adueant P. adudant Goeſ. coagregant L.* d) *omne P.* e) *ne* abeſt *P.* f) *muria P.* g) *demitt. Goeſ.* [C. VII.] a) *farturis P.* b) *paſtici P.* c) *quia* deficit *P.*

nauſeam. Haec et plura de *amari* et *ſalſi* diſcrimine Goeſius ad Sic. Flaccum p. 137. Conf. Salmaſius ad Solinum c. 5. p. 80, 81. SCHOETTG.

5, 23 CVM FARRE TRITICEO) *cum furfure* legendum. Nam vox *farre* mendoſe fluxit ex *furfure.* VRSIN. Sed *far adoreum*, *far hordeaceum* cum habeat noſter, quidni etiam *triticeum?* v. Ind.

5, 24 MOS QVOQVE) Ita vt ex Pol. reſtituimus, legendum viderat etiam VRSIN.

6 Vid. Leonti. Geop. 14, 11.

6, 2 SAL — MINVIT OVA) Huius phaenomeni neſcio an cauſa dari probabilior poſſit, quam ex Hambergeri, clariſſimi hodie apud Ienenſes Phyſici philoſophia, et eo, quod ipſe adhaeſionis principium vocat, quo leuiora omnis fluida applicant ſe ad corpora grauiora. Itaque grauitati ſalis etiam tribuendum videtur, quod locis vſtis, cuticula tamen integra, impoſitus ardorem ſedat h. e. particulas igneas, et ipſum adeo ſerum conſiſtens intra cuticulam, euocat. Idem praeſtat in pedum tumoribus humidis. Ex eadem cauſa ipſe liqueſcit in aëre humido poſitus. Sed hic non eſt talia diſputandi locus.

7, 1 LOCVS AD HANC REM) V. 3, 9, 19.

guſtioribus, vel ſportis incluſae pendeant aues, ſed ita coarctatae [d], ne verſari poſ-
2 ſint. Verum habeant ex vtraque parte foramina: vnum, quo caput exeratur; alterum, quo cauda cluneſque; vt et cibos capere poſſint, et eos digeſtos ſic edere, ne ſtercore coinquinentur. Subſternatur autem mundiſſima palea, vel molle [e] foenum, id eſt, cordum. nam ſi dure cubant, non facile pingueſcunt. Pluma omnis e capite, et ſub alis atque clunibus detergetur [f]: illic [g], ne pediculum [h] creet; hic,
3 ne ſtercore loca naturalia exulceret. Cibus autem praebetur ordeacea farina, quae cum eſt aqua conſperſa et ſubacta, formantur offae, quibus aues [i] ſaginantur [k]. eae [l] tamen primis diebus dari parcius debent, dum plus concoquere [m] conſueſcant. nam cruditas vitanda eſt maxime, tantumque praebendum, quantum digerere poſſint: neque ante recens admouenda eſt, quam tentato gutture apparuerit nihil vete-
4 ris eſcae remanſiſſe. Cum deinde ſatiata eſt auis, paululum depoſita [n] cauea dimittitur, ſed ita ne vagetur, ſed potius, ſi quid eſt quod eam ſtimulet aut mordeat, roſtro perſequatur. Haec [enim [o]] fere communis eſt cura farcientium. nam illi qui volunt [p] non ſolum opimas, ſed etiam teneras aues efficere, mulſea recente aqua praedicti generis farinam conſpergunt, et ita farciunt: nonnulli tribus aquae partibus vnam boni vini miſcent, madefactoque triticeo pane obeſant [q] auem; quae prima [r] luna (quoniam id quoque cuſtodiendum eſt) ſaginari coepta, vigeſima [s] pergli-
5 ſcit. Sed ſi faſtidiet cibum, totidem diebus minuere oportebit, quot iam farturae proceſſerint: ita tamen, ne tempus omne opimandi quintam et vigeſimam [t] lunam ſuperueniat [u]. Antiquiſſimum eſt autem maximam quamque auem lautioribus epulis deſtinare. ſic enim digna merces ſequitur operam et impenſam.

VIII. HAC eadem ratione palumbos columbaſque cellares [a] pinguiſſimos facere contingit: neque eſt tamen in columbis farciendis tantus reditus, quantus in educandis. nam etiam [b] horum [c] poſſeſſio non abhorret a cura boni ruſtici. ſed id genus minore tutela paſcitur longinquis regionibus, vbi liber egreſſus auibus permittitur: quoniam vel ſummis turribus, vel editiſſimis aedificiis aſſignatas ſedes fre-
2 quentant [d] patentibus feneſtris, per quas ad requirendos cibos euolitant. Duobus tamen aut tribus menſibus acceptant conditicia [e] cibaria, caeteris ſeipſas paſcunt ſeminibus agreſtibus. Sed hoc ſuburbanis locis facere non poſſunt, quoniam intercipiuntur variis aucupum inſidiis. itaque clauſae intra tectum paſci debent, nec in plano [f] villae loco, nec [g] in frigido: ſed in edito fieri tabulatum oportet, quod aſpi-
4 ciat hibernum meridiem. eiuſque parietes, ne iam dicta iteremus, vt in ornithone praecepi-

d) *coartatae I. B. R.* e) *mole R.* f) *detergeatur I. B. R. detergentur P. detergitur L.* g) *Illi P.* h) *peduculum P.* i) *auis Goeſ. I. B. R.* k) *ſaginatur I. B. R.* ant. *ſalibatur* nou. *ſalinatur Pol. ſalinatur* etiam *Goeſ. L.* l) *Haec I. B. R. Ita P.* m) *conquoquere R.* n) *depoſitae caueae dem. Goeſ.* o) *enim* om. *Goeſ. P.* p) *colunt P.* q) *obeſcant I. B. R.* r) *primo tunauiuoniam P.* s) *viceſima I. B. R. vicenſima L.* t) *viceſimam L. I. B. R.* u) *ſuperueniunt I. B. R.* [C. VIII.] a) *celares I. B. R. caellares I. I. A. G.* b) *et I. B. R.* deficit in ant. *P.* nouus facit nobiſcum. c) *harum* ant. *P.* d) *frequentet P.* e) *conditiua Goeſ.* f) *plane P.* g) *ne P.*

7, 3 AVES SAGINANTVR) *auis ſalinatur* corrigit Victorius, in omiſſis.

7, 4 SED POTIVS — PERSEQVATVR) Omiſſa ne *ſi vt* ſcriptoris aut librarii incuria, an reuocanda ex praemiſſa *ne*, quae idem valet quod *vt non*? Vltimum puto verius. Nepos 25, 22, 2 *Ne id, ad quod natura cogeret, ipſe quoque accelararet; et — ſe ſibi ſuiſque reſeruaret.*

7, 4 PERGLISCIT) Ea de re ſimplex *gliſcit* adhibet noſter 8, 9, 1.

8, 2 CONDITITIA) Vid. Florent. Geop. 14, 1.

8, 2 HIBERNVM MERIDIEM) Vide quae diſputamus

praecepimus, continuis cubilibus excauentur: vel ſi ita non competit, paxillis [h] adactis tabulae ſuperponantur, quae vel loculamenta [i], quibus nidificent aues, vel fictilia columbaria recipiant, praepoſitis veſtibulis, per quae ad cubilia perueniant. Totus autem locus et ipſae columbarum cellae [k] poliri debent albo tectorio, quoniam eo colore praecipue delectatur hoc genus auium. nec minus extrinſecus leui- 4
gari parietes, maxime circa feneſtram: et ea ſit ita poſita, vt maiore [l] parte hiberni diei ſolem [m] admittat, habeatque appoſitam ſatis amplam caueam retibus emunitam, quae excludat accipitres [n], et recipiat egredientes ad apricationem columbas, nec minus [in agros] emittant matrices, quae ouis vel pullis incubant [o], ne quaſi graui perpetuae cuſtodiae ſeruitio contriſtatae ſeneſcant. nam cum paulum circa aedificia 5
volitauerint, exhilaratae recreantur, et ad foetus ſuos vegetiores redeunt, propter quos ne longius quidem euagari, aut fugere conantur. Vaſa, quibus aqua praebeatur, ſimilia eſſe debent gallinariis, quae colla bibentium admittant, et cupientes lauari propter anguſtias non recipiant. nam id facere eas nec ouis nec pullis, quibus plerumque incubant, expedit. Caeterum cibos iuxta parietem conueniet ſpargi, 6
quoniam fere partes eae columbarii [p] carent ſtercore. Commodiſſima cibaria putantur [q] vicia, vel eruum, tum etiam lenticula, miliumque, et lolium, nec minus excreta tritici, et ſi qua ſunt alia legumina, quibus etiam gallinae aluntur. Locus autem ſubinde conuerri et emundari debet. nam quanto eſt cultior, tanto laetior [r] auis conſpicitur, eaque tam faſtidioſa eſt, vt ſaepe ſedes ſuas peroſa, ſi detur [s] euolandi poteſtas, relinquat [t]. quod frequenter in his regionibus, vbi liberos habent egreſſus, accidere ſolet. Id ne fiat, vetus eſt Democriti praeceptum genus accipi- 7
tris tinunculum [u] vocant ruſtici, qui [x] fere in aedificiis nidos facit. eius pulli ſinguli fictilibus [y] ollis conduntur, ſpirantibusque [z] opercula ſuperponuntur [a], et gypſo lita [b] vaſa in angulis columbarii [c] ſuſpenduntur [d]: quae res auibus amorem loci ſic conciliat [e], ne vnquam deſerant. Seligendae [f] vero ſunt ad educationem neque vetulae, nec nimium nouellae; ſed corporis maximi: curandumque, ſi fieri poſſit, vt pulli, quemadmodum excluſi ſunt, nunquam ſeparentur [g]. nam fere ſi ſic maritatae ſunt, plures educant foetus. ſin aliter, certe nec alieni generis coniungantur [h], 8
vt Alexandrinae [i] et [k] Campanae [l]. minus enim impares [m] ſuas diligunt, et ideo nec multum

h) *taxillis Goeſ. P.* i) *lorum lamenta P.* k) *caellae I. I. A. G.* l) *maiorem partem P.* m) *ſolis admittant P.* n) *aucipitres L.* hic et al. o) *incumbant I. B. R.* p) *columbari I. B. R.* q) *reputantur vitia I. B. R.* r) *laetitior P.* s) *de turri volandi L.* t) *Id* praepon. *I. B. R.* u) *trinungulum B. R. triſtiungulum L. titiuculum P. titunculum Goeſ. tinungulum I.* x) *qui* om. *Goeſ. I. B. R.* y) *fictibus ſolis P.* ant. z) *ſtipantibusque L. I. B. R. ſpiratibus* ant. *P. ſpiraculis* e veſtigiis *V. C. Heinſ. ad Virg. Aen.* 10, 291. *ſpirantibus Goeſ. ſtipantiaque ſunt.* a) *ſuperponuntur Goeſ. I. B. R. I. I. ſuppon.* al. b) *lyta ſunt.* c) *columbariis I. B. R.* d) *ſuperponuntur P.* e) *vt* inſ. *Goeſ.* f) *Cligendo P.* g) *ſeperentur I. B. R.* h) *coniungantur P. B. R. I. I. coniugantur Ienſ. coniunguntur* al. i) *alexandrina Pol.* k) *nec* nou. Pol. l) *campane* ant. *P. campaneae I. B. R.* et nou. P. m) *pares Lipſ. I. B. R.*

diſputamus ad 1, 6, 2 Hic forte παχυλῶς et ruſtice locutus Columella locum ſignificauit, qui quacunque de cauſa per hiemem ſit tepidior, et videtur ipſe ita παραφράζων l. 4. Conf. 9, 5, 1.

8, 4 NEC MINVS [IN AGROS] EMITTANT) In tanto librorum conſenſu nihil equidem mutare auſim: ſed diſſimulare non poſſum, mihi verba *in agros* ſuſpecta videri, et praeterea legendum ſingulariter *emittat.* Nimirum *cauea,* quam deſcripſit, *emitatt matrices* h. e. exeundi, et mouendi corporis facultatem illis praebeat, non *in agris* quidem, ſed vt ſtatim docet Moderatus, *circa aedificia.*

8, 5 SIMILIA GALLINARIIS) de quibus paullo ante 8, 3, 9.

8, 7 TINVNCVLVM) V. Plin. 10, 37 qui ex noſtro ſua habet. SCHOETTG.

8, 8 MINVS ENIM IMPARES SVAS) comparet

multum ineunt, nec saepius foetant. Plumae color non semper, nec omnibus idem
9 probatus est: atque ideo qui sit [n] optimus, non facile dictu est. Albus, qui vbique vulgo [o] conspicitur, a quibusdam non nimium laudatur [p]; nec tamen vitari debet in iis [q], quae clauso continentur. nam in vagis maxime est improbandus, quod eum facillime speculatur accipiter. Foecunditas autem, quamuis longe minor [r] sit quam est gallinarum, maiorem tamen refert [s] quaestum. nam et octies anno pullos educat, si est bona matrix; et pretiis eorum domini [t] complent arcam, sicut eximius auctor M. Varro nobis affirmat, qui prodidit etiam illis feuerioribus suis tem-
10 poribus paria singula, millibus singulis sestertiorum solita venire [u]. Nam nostri pudet seculi [x], si credere volumus, inueniri qui quaternis millibus [y] nummum [z] binas [a] aues mercentur [b]. Quamquam vel hos magis tolerabiles putem [c], qui oblectamenta deliciarum [d] possidendi habendique causa, graui aere et argento pensent, quam illos qui Ponticum Phasim [e], et Scythica stagna Maeotidis [f] eluant [g]. Iam nunc Gan-
11 geticas et Aegyptias aues temulenter eructant. Potest tamen etiam [h] in hoc auiario, sicut dictum est, sagina exerceri. nam si quae steriles, aut sordidi coloris interueniunt, similiter vt gallinae farciuntur. Pulli vero facilius sub matribus pinguescunt, si iam firmis, prius quam subuolent, paucas subtrahas [i] pinnas, et obteras crura, vt vno loco quiescant, praebeasque copiosum [k] cibum parientibus [l], quo et se, et
12 eos abundantius alant. Quidam leuiter obligant crura: quoniam si frangantur, dolorem, et ex eo maciem fieri putent [m]. sed nihil ista res pinguitudinis [n] efficit. nam dum vincula exerere conantur, non conquiescunt [o]. et hac quasi exercitatione corpori nihil adiiciunt. Fracta crura non plus quam bidui, aut summum tridui dolorem afferunt, et spem tollunt euagandi.

IX. TVRTVRVM educatio superuacua est: quoniam id [a] genus in ornithone nec parit, nec excludit [b]. a volatura ita vt capitur, farturae destinatur: eoque [c] leviore cura, quam caeterae aues saginatur: verum non omnibus temporibus [d]. per hiemem, quamuis adhibeatur opera, difficulter gliscit [e]. et tamen, quia maior est turdi

n) *sit* praeter Com. omnes. o) *vulgus P.* p) *laudatus est I. B. R.* q) *bis I. B. R.* r) *minorem quam P.* s) *perfert P. praefert I. B. R.* t) *cum* interf. *P. dominicam* Goes. u) *vaenire H.* x) *saeculi I. B. R.* y) *milibus I. B. R.* z) *nummorum P. numum I. I. H. A. G.* a) *duas I. B. R.* b) *mercantur* Com. c) *putens I. B. R.* d) *delitiarum I. B. R. I. I. H. A. G.* e) *phasym B.* f) *Maeotis I. B. R.* g) *beluantur* Angl. h) *etiam* deficit *P.* i) *detrahas pennas Goes.* k) *copiosus cibus P.* l) *parentibus Goes.* m) forte *putant.* n) *pinguedinis.* o) *quiescunt Goes. I. B. R.* [C. IX.] a) *ingenuus P.* b) *excludit volatura. Ita L. I. B. R. excudit Goes.* c) *eaque I. B. R. I. I. H. A. G. eo Goes.* d) *Nam* inf. *P. Goes.* e) *crescit P. Goes.*

compares videtur legendum Vrsino. Quidsi charientismus quidam est in voce *impares* q. d. *pares impares* aut *non pares.* Lectio *enim pares* orta videtur vel ex librarii negligentia, vel ex antiquo scribendi genere, quo *im* syllaba semel posita maiusculis literis, geminata erat intelligenda.

8, 9 M. VARRO) 3, 7, 10 et 11.

8, 10 PONTICVM PHASIM) De hac luxuria conqueritur Petronius c. 119 — *iam Phasides vnda Orbata est auibus: mutoque in litore tantum Solae desertis adspirant frondibus aurae.* Plura ibi notat Brassicanus. SCHOETTG.

8, 10 STAGNA MAEOT. ELVANT) Verbum ex antiquitate repetitum, et dignum Columellae elegantia. *Eluere* a quo et *beluones* quidam dictos volunt, est consumere, prodigere, dissipare. Plautus Rud. 2 7, 20 sq. *an te poenitet In mari quod elaui, ni hic in terra iterum eluam.* Eodem intellectu *proluendi* verbo vsi Gellius atque Tacitus.

8, 11 OBTERAS CRVRA) V. 3, 7, 10 vnde apparet etiam illud *parientibus*, quod statim sequitur, verum esse nec mutandum in *parentibus: matribus* enim est apud Varronem.

9, 1 NEC PARIT NEC EXCLVDIT) Contra ea Varro vtrumque confirmat 3, 8.

9, 1 DIFFICVLTER GLISCIT) Ne quis festinet ad emendandum ex Mediceo Codice, licet

turdi copia, pretium turturum minuitur. rurſus aeſtate vel ſua ſponte, dummodo 2
ſit facultas cibi, pingueſcit. nihil enim aliud, quam [f] obiicitur eſca, ſed praecipue milium: nec quia tritico vel aliis frumentis minus craſſeſcant; verum quod ſemine huius [g] maxime delectantur. hieme tamen offae panis vino madefactae, ſicut etiam palumbos, celerius opimant, quam caeteri cibi. Receptacula non tanquam colum- 3
bis, loculamenta, vel cellulae [h] cauatae [i] efficiuntur, ſed ad lineam mutuli [k] per parietem defixi, tegeticulas cannabinas accipiunt, praetentis retibus, quibus prohibeantur volare: quoniam ſi id [l] faciant, corpori detrahunt. In his autem aſſidue paſcuntur milio, aut tritico. ſed ea ſemina dari niſi [m] ſicca non oportet. ſatiatque ſemodius cibi in diebus ſingulis vicenos et centenos turtures [n]. Aqua ſemper recens, et quam mundiſſima vaſculis, qualibus columbis atque gallinis, praebetur. tegeticulaeque mundantur [o], ne ſtercus vrat pedes, quod [p] tamen et [q] [id] ipſum 4
diligenter reponi debet ad cultus agrorum arborumque, ſicut et omnium auium, praeterquam nantium. Huius auis aetas ad ſaginam non tam vetus eſt idonea, quam nouella. Itaque circa meſſem, cum iam confirmata eſt pullities, eligitur.

X. TVRDIS maior opera et impenſa praebetur, qui omni quidem rure, ſed ſalubrius in eo paſcuntur, in quo capti ſunt. nam difficulter in aliam regionem transferuntur, quia caueis clauſi plurimi deſpondent [a]: quod faciunt etiam cum eodem momento temporis a rete in auiaria coniecti ſunt. itaque ne id accidat, veterani debent intermiſceri, qui ab aucupibus in hunc vſum nutriti, quaſi allectores [b] ſint captiuorum, moeſtitiamque [c] eorum mitigent interuolando. ſic enim conſueſcent et aquam et cibos appetere feri, ſi manſuetos id facere viderint. Locum aeque muni- 2
tum et apricum, quam columbi deſiderant: ſed in eo transuerſae perticae perforatis parietibus aduerſis aptantur, quibus inſideant, cum ſatiati cibo requieſcere [d] volunt, eae perticae non altius a terra debent ſubleuari, quam hominis ſtatura patiatur [e], vt a ſtante contingi poſſint. Cibi ponuntur fere partibus his ornithonis, quae 3
ſuper ſe [f] perticas non habent, quo mundiores permaneant. ſemper autem arida ficus diligenter pinſita et permiſta polline, praeberi debet, tam large quidem vt superſit.

f) *quam* omitt. *I. B. R.* g) *cuius P.* h) *caellulae I. I. A. G.* i) *cauata efficiunt P. L.* k) *mutili P. I. I. H. A. G.* l) *adfaciant P.* m) *ni P.* n) *turtures* om. *Goeſ.* o) *emendantur P.* p) *quo P. Goeſ.* q) *et* om. *P. Goeſ.* r) *menſem I. B. R.* [C. X.] a) *dependent L.* b) *ablectores I. B. R. allectatores Goeſ. adlectatores L.* c) *maeſtitiamque H.* d) *requieſcere R.* e) *patitur I. B. R.* f) *ſe* omiſ. *P.*

cet optimo, *creſcit*, obſtat vſus huius verbi compoſiti apud noſtrum paullo ante 8, 7, 4. Caeterum cum rarioris vſus verbum ſit, et tantum non ἀγενεαλόγητον, veniebat in mentem aliquando, ſi non originem ei dederit olim balba verbi cognati *creſco* pronunciatio.

9, 2 PRAECIPVE MILIVM) Didymus Geop. 14, 23. SCHOETTG.

9, 3 VASCVLIS QVALIBVS COLVMBIS) *qualis* videtur legendum Vrſino, ſcilicet μονότονον offendit virum acutiſſimum. Sed reſpicit Columella, ſi nolumus illum nihil dicere, non ad aquam, ſed ad *vaſcula*, vid. 8, 8, 5 et 8, 3, 9. Igitur *qualibus*, quod habent omnes libri, ſervandum. Facilius obtemperauimus illi, cum pro vulgato *mundentur* reſcribi voluit, quod factum vides, *mundantur*.

9, 4 ET [ID] IPSVM) Incluſi *id*, quod ortum puto ex praecedenti *et*.

10 Comparandus V. 3, 5 et Pall. 1, 26.

10, 1 DESPONDENT) votis domini ſui non reſpondent, vt optime explicat Vlitius ad Gratium V. 60. SCHOETTG. At mihi videbatur *deſpondere* eſſe eliptice poſitum, omiſſo nomine *animum*, qua formula in hoc ipſo negotio vtitur V. 3, 5, 6 it. de apibus 3, 16, 15. *Deſpondent* igitur eſt deſiderio libertatis ſeneſcunt et moriuntur. Deeſſe vocem *animum* in poſterioribus annotationibus ſuſpicatur Cl. Pontedera, et praeter loca iam laudata Varronis, prouocat etiam ad Liu. 3, *Nec ipſi ſolum deſponderent animum.*

4 ſit. Hanc quidam mandunt, et ita obiiciunt. ſed iſtud in maiore numero facere vix
expedit, quia nec paruo conducuntur qui mandunt [g], et ab iis [h] ipſis aliquantum
propter iucunditatem conſumitur. Multi varietatem ciborum, ne vnum faſtidiant,
praebendam putant. ea eſt, cum obiiciuntur myrti et lentiſci ſemina; item oleaſtri,
5 et ederaceae [i] baccae [k], nec minus arbuti [l]. fere enim etiam in agris ab eiuſmodi vo-
lucribus haec [m] appetuntur [n], quae in auiariis quoque deſidentium [o] detergent faſti-
dia, faciuntque auidiorem volaturam, quod maxime expedit. nam largiore cibo ce-
lerius pinguefcit. Semper tamen etiam canaliculi milio repleti apponuntur, quae
6 eſt firmiſſima eſca. nam illa quae ſupra diximus, pulmentariorum vice dantur. Vaſa,
quibus recens et munda praebeatur aqua, non diſſimilia ſint gallinariis. Hac im-
penſa curaque M. Terentius ternis ſaepe denariis ſingulos emtitatos eſſe ſignificat
auorum temporibus, quibus qui triumphabant, populo dabant epulum. At nunc
aetatis noſtrae luxuries quotidiana fecit [p] haec pretia: propter quae ne ruſticis qui-
dem contemnendus [q] ſit hic reditus. Atque ea genera, quae intra ſepta villae ci-
bantur, fere perſecuti ſumus. nunc de his dicendum eſt, quibus etiam exitus ad agre-
ſtia pabula dantur.

XI. PAVONVM educatio magis vrbani patrisfamiliae [a], quam tetrici ruſtici
curam poſcit [b]. Sed ne haec tamen aliena eſt agricolae captantis vndique volupta-
tes acquirere, quibus ſolitudines [c] ruris eblandiantur [d]. Harum autem decor auium
etiam exteros nedum dominos oblectat. itaque genus alitum nemoroſis et paruulis
inſulis, quales obiacent Italiae, facillime [e] continetur. nam quoniam nec ſublimiter
poteſt, nec per longa ſpatia volitare, tum etiam quia furis, ac noxiorum animalium
rapinae metus [f] non eſt, ſine cuſtode [g] tuto [h] vagatur, maioremque pabuli partem
2 ſibi acquirit. Foeminae quidem ſua ſponte tanquam [i] ſeruitio liberatae, ſtudioſius
pullos enutriunt: nec curator aliud [k] facere debet, quam vt [l] diei certo tempore
ſigno dato, iuxta villam gregem conuocet, et exiguum ordei concurrentibus obiiciat,
3 vt nec auis eſuriat [m], et numerus aduenientium recognoſcatur. Sed huius poſſeſ-
ſionis rara conditio eſt. quare mediterraneis locis [n] maior adhibenda cura eſt: ea-
que [o] ſic adminiſtretur. Herbidus ſilueſtriſque ager planus ſublimi clauditur [p] ma-
ceria, cuius tribus lateribus porticus applicantur, et in quarto duae cellae [q], vt ſit
altera cuſtodis habitatio, atque altera ſtabulum pauonum. ſub porticibus deinde per
ordinem fiunt arundinea ſepta in modum cauearum, qualia [r] columbarii [s] tectis ſu-
perponun-

g) *mandant I. B. R. I. I. H. A. Gr. G. St.* h) *bis I. B. R.* i) *bederaceae Iunt.* k) *bacae H. A. G.* l) *arbuſti Goeſ. Ienſ.* m) *haec* omiſſ. *P.* n) *adepetuntur P. appetunt Gr.* o) *deſidentum* nou. *ſidentes* ant. *Pol.* p) *facit I. B. R.* q) *continendus. R.* [C. XI.] a) *patris familiae* diu. *H.* b) *poſſit R.* c) *ſolitudini ruſeublandiantur Goeſ.* d) *ſeublindiatur P.* e) *facilime Gr. G.* f) *meatus I. B. R.* g) *cuſtodia I. B. R.* h) *toto Gy. Goeſ.* i) *quam P.* k) *alliud R.* l) *vt* abeſt *I. B. R.* m) *exuriat Ienſ.* n) *locis* abeſt *P.* o) *ea I. B. R.* p) *cluditur.* q) *caellae I. I. A. G.* r) *quales P.* s) *columbariae P. Ienſ. columbaria B. R.*

10, 5 VOLATVRAM) vid. leg. *volucrem* VRSIN. Niſi tamen volaturam pro volucribus poſuit noſter, vt *miniſteria* pro *miniſtris* etc.

10, 6 GALLINARIIS) de quibus 8, 3, 9.

10, 6 M. TERENTIVS) Varro 3, 2, 15 et 3, 5, 7.

11, Vid. V. 3, 6 Palladius 1, 28.

11, 1 ACQVIRERE, QVIBVS SOLITVDINES) Videndum an ita potius legendus ſit hic locus *ac requiem, quibus ſolicitudines.* VRSIN. Mihi certe pro *eblandiantur*, quod neſcio an paſſiue capi poſſit, ſingulari numero legendum videbatur *eblandiatur* h. e. blande vincat, ſuperet.

11, 1 ITAQVE GENVS) Puto ſcripſiſſe Columellam *idque.*

11, 3 HVIVS POSSESSIONIS) vt aliquis inſulam habeat Italiae proximam.

11, 4 LIN-

perponuntur. ea septa distinguuntur [t] velut clatris [u] intercurrentibus calamis, ita vt
ab vtroque latere singulos aditus habeant. Stabulum autem carere debet vligine, cu- 4
ius in solo per ordinem figuntur [x] breues paxilli [y], eorumque partes summae lingu-
las edolatas [z] habent, quae transuersis foratis perticis inducantur. hae porro qua-
dratae perticae esse [a] debent, quae paxillis superponuntur, vt auem recipiant adsi-
lientem [b]. sed idcirco [c] sunt exemptiles [d], vt cum res exigit, a [e] paxillis [f] deductae
liberum aditum [g] conuerrentibus stabulum praebeant. Hoc genus auium, cum tri- 5
matum expleuit, optime progenerat. siquidem tenerior aetas, aut sterilis, aut pa-
rum foecunda est. Masculus pauo gallinaceam salacitatem habet, adque ideo quin-
que foeminas desiderat [h]. nam si vnam, vel alteram foetam saepius compressit; vix
dum [i] concepta in aluo vitiat oua, nec ad partum sinit perduci: quoniam immatura
genitalibus locis excidunt. Vltima parte hiemis concitantibus libidinem cibis vtrius- 6
que sexus accendenda venus est. maxime facit ad hanc rem, si fauilla leui torreas fa-
bam, tepidamque des ieiunis quinto quoque die. nec tamen excedas modum sex
cyathorum [k] in singulas aueis. haec cibaria non omnibus promiscue [l] spargenda sunt,
sed in singulis septis, quae arundinibus intexi [m] oportere proposueram [n], portione
seruata quinque foeminarum, et vnius maris, ponenda sunt cibaria, nec minus aqua,
quae sit idonea potui. quod vbi factum est, mares sine [o] rixa deducuntur in sua quis- 7
que septa cum foeminis, et aequaliter vniuersus grex pascitur. nam etiam in hoc
genere pugnaces inueniuntur masculi, qui et a cibo, et a coitu prohibent minus va-
lidos, nisi sint hac ratione separati. Fere autem locis apricis ineundi cupiditas exer-
cet mares [p], cum Fauonii spirare coeperunt, id est, tempus ab Idib. Februar. ante
Martium mensem. Signa sunt extimulatae libidinis [q], cum semetipsum veluti [r] mi- 8
rantem caudae gemmantibus pinnis protegit: idque cum facit, rotare [s] dicitur. Post
admissurae tempus confestim [t] matrices custodiendae sunt, ne alibi quam in stabulo
foetus edant: saepiusque digitis loca foeminarum tentanda sunt. nam in promtu ge-
runt oua, quibus iam partus appropinquat. itaque includendae sunt enitentes [u], ne
extra clausum foetum [x] edant: maximeque temporibus iis, quibus parturiunt, plu- 9
ribus stramentis exaggerandum [y] est auiarium, quo tutius integri foetus excipiantur.
nam fere pauones, cum ad nocturnam requiem venerunt, praedictis perticis insi-
stentes [z] enituntur [a] oua, quae quo propius [b] ac mollius deciderint, illibatam ser-
vant

t) *distinguntur I. I. H. A.* u) *claris H.* x) *finguntur I. B. R.* y) *taxilli Gesf. P.* z) *dolatas P.* a) *esse debent, quae* abest *I. B. R.* b) *assulientem I. B. R.* c) *iccirco I. B. R. I. I. A.* d) *exemptibiles P.* e) *a* abest *P.* f) *taxillis P.* g) *adictum R.* h) *desyderat I. I. H. A. Gr. G.* i) *vix dum* diuisim *I. B. R. I. I. H. A. G.* k) *quintborum P.* l) *promisce lens.* m) *contexi P.* n) *proposueram* abest *P.* o) *sine rixa* abest *P.* p) *marem P.* q) *cupidinis L. P.* r) *e P.* s) *rotari I. B. R.* t) *confestim* abest *P.* u) *incipientes I. B. R. implentis L.* x) *factum R.* y) *exaggerendum R.* z) *existis L.* a) *enituntur I. B. R.* b) *prius I. B. R.*

11, 4 LINGVLAS EDOLATAS) Fabri nostri vocant *Zapfen*, pars est tenuior trabis, quae in foramen alterius conuenit, et plerumque clauo traiecto per vtramque trabem figitur. Ita *lingula vectis* intelligenda et *lingua* apud Vitruu. 10, 8. Ita *tabuli* apud eundem 8, 7 *lingulati ab vna parte, vt alius in alium inire conuenireque possint.* In his omnibus nimirum *lingua*, *lingula* et *ligula* est pars tenuior, quae recipi a caua alia possit.

11, 5 CVM TRIMATVM EXPLEVIT) Didymus Geop. 14, 18. Plinius 10, 59. SCHOETTG.

11, 8 ENITENTES) Haec vox est mendosa, et pro ea *incientes*, hic quoque vt supra reponendum VRSIN. Fauet Vrsino lectio primarum editionum, *incipientes* enim scripsit, qui, quid verbi esset *incientes*, nesciret. vid. ad Col. 7, 3, 16.

vant integritatem. Quotidie ergo diligenter mane temporibus foeturae ſtabula circumeunda erunt, et iacentia oua colligenda. quae quanto recentiora gallinis ſubiecta ſunt, tanto commodius excluduntur[c]: idque fieri maxime patrisfamilias[d] rationi[e]
10 conducit. nam foeminae pauones, quae non incubant, ter anno fere partus edunt: at[f] quae fouent oua, totum tempus foecunditatis aut excludendis, aut etiam educandis pullis conſumunt. Primus eſt partus quinque fere ouorum; ſecundus qua-
11 tuor[g]; tertius aut trium, aut duorum. Neque eſt quod committatur, vt[h] Rhodiae[i] aues pauoninis incubent, quae ne ſuos[k] quidem foetus commode nutriunt. ſed veteres maximae[l] quaeque gallinae vernaculi generis eligantur: eaeque nouem diebus a primo lunae incremento, nouenis ouis incubent. ſintque ex his quinque pauonina,
12 et caetera gallinacei generis. decimo deinceps die omnia gallinacea ſubtrahantur, et[m] totidem recentia eiuſdem generis ſupponantur, vt trigeſima[n] luna, quae eſt fere noua, cum pauoninis excludantur. Sed cuſtodis cura non effugiat[o] obſeruare deſilientem matricem, ſaepiuſque[p] ad cubile peruenire, et pauonina oua, quae propter magnitudinem difficilius a gallina mouentur, verſare manu: idque quo diligentius faciat, vna pars ouorum notanda eſt atramento, quod ſignum habebit auiarius, an a
13 gallina conuerſa ſint. Sed, vt dixi, meminerimus cohortales quam maximas ad hanc rem praeparari. quae ſi mediocris habitus ſunt, non debent amplius quam terna pauonina, et ſena generis ſui fouere. cum deinde fecerit pullos, ad aliam nutricem gallinacei debebunt transferri[q], et ſubinde qui nati fuerint pauonini ad vnam con-
14 gregari, donec quinque et viginti capitum grex efficiatur. Sed cum erunt editi pulli, ſimiliter vt gallinacei primo die non amoueantur[r]: poſtero die cum educatrice transferantur[s] in caueam: primiſque diebus alantur ordeaceo farre vino reſperſo, nec minus ex quolibet frumento cocta pulticula, et refrigerata. poſt paucos deinde dies huic[t] cibo adiiciendum[u] erit conciſum porrum Tarentinum, et caſeus mollis vehe-
15 menter expreſſus. nam ſerum nocere pullis manifeſtum eſt. Locuſtae quoque pedibus ademtis vtiles cibandis pullis habentur, atque iis paſci debent vſque ad ſextum menſem: poſtmodum ſatis eſt ordeum de manu praebere. Poſſunt autem poſt quintum et trigeſimum[x] diem quam nati ſunt, etiam in agro ſatis tuto educi, ſequiturque grex velut matrem gallinam ſingultientem. ea[y] cauea clauſa fertur in agrum a paſtore, et emiſſa[z] ligato pede longa linea gallina cuſtoditur, ad quam circumuolant pulli. qui cum ad ſatietatem paſti ſunt, reducuntur in villam perſequentes, vt dixi,

c) *excuduntur I. B. R.* et fere ſemper ita *L.* d) *patrisfamiliae L. I. B. R.* e) *ratione* omnes. f) *atque I. B. R.* g) *quattuor I. B. R.* h) *aut Gy.* i) *odicree P.* k) *quidem ſuos I. B. R.* l) *maxime* omn. m) *et* abeſt *I. B. R.* n) *triceſima I. B. R.* o) quid ſi *defugiat?* p) *ſaepius I. B. R.* q) *transferi R.* r) *moueantur I. B. R.* s) *transferrantur I. B. R.* t) *hoc P.* u) *adiiciundum I. B. R. I. I. H. A. G.* x) *triceſimum I. B. R.* y) *Ex cauſa cauſaque P.* z) *paſtore miſſa I. B. R. paſtore et miſſa P.*

11, 10 RATIONI CONDVCIT) Non tam Vrſino, quam rationi obſequentes ita ſcripſimus pro *ratione.*

11, 10 TEMPVS FOECVNDITATIS) quo proinde oua periturae erant, niſi in fouendi aut educandi labore occupatae eſſent: cum autem vicaria opera incubari et excludi poſſint oua, potius eſt vt partui ſoli vacare ſinat pauones paterſamilias. Conf. noſter 8, 5, 10 et praeſertim Pall. 1, 28, 3. Similia de anſeribus C. 8, 14, 4.

11, 11 VETERES MAXIMAE) Ita legi iubet ipſe noſter ſ. 13. Forte etiam poſuerat ipſe copulam inter vtrumque verbum.

11, 13 QVINQVE ET VIGINTI) contradicit Pall. 1, 28, 5. *quindecim* ſatis eſſe confirmans.

11, 15 LONGA LINEA GALLINA) *gallina* pro *cannabina* mendoſe legitur. VRSIN.

dixi, nutricis ſingultus. Satis autem conuenit inter auctores [a], non debere alias gal- 16
linas, quae pullos ſui generis educant; in eodem loco paſci. nam cum conſpexe-
runt pauoninam prolem, ſuos pullos diligere deſinunt, et immaturos relinquunt,
peroſae videlicet, quod nec magnitudine, nec ſpecie pauoni [b] pares ſint. Vitia
quae gallinaceo [c] generi nocere ſolent, eadem has aueis infeſtant: ſed nec remedia
traduntur alia, quam quae gallinaceis adhibentur. nam et pituita et cruditas, et ſi
quae aliae ſunt peſtes, iisdem [d] remediis, quae propoſuimus [e], prohibentur. Se- 17
ptimum deinde menſem cum exceſſerunt, in ſtabulo cum caeteris ad nocturnam re-
quiem debent includi. ſed [f] erit curandum, ne humi [g] maneant. nam qui ſic cubi-
tant, tollendi ſunt, et ſupra perticas imponendi, ne frigore laborent.

XII. NVMIDICARVM eadem eſt fere, quae pauonum educatio. Caeterum ſilueſtres gallinae, quae ruſticae appellantur, in ſeruitute non foetant: et ideo nihil de his praecipimus, niſi vt cibus ad ſatietatem praebeatur, quo ſint conuiuiorum epulis aptiores.

XIII. VENIO nunc ad eas aues, quas Graeci vocant ἀμφίβια [a], quia non
tantum terreſtria, ſed aquatilia quoque deſiderant [b] pabula, nec magis humo quam
ſtagno conſueuerunt [c]. eiusque generis anſer praecipue ruſticis gratus eſt, quod nec
maximam curam poſcit, et ſolertiorem cuſtodiam praebet quam canis. nam clan- 2
gore prodit inſidiantem, ſicut etiam [d] memoria tradidit in obſidione Capitolii, cum
aduentu [e] Gallorum vociferatus eſt, canibus ſilentibus. Is autem non vbique ha-
beri poteſt, vt exiſtimat veriſſime Celſus, qui ſic ait. Anſer neque ſine aqua, nec
ſine multa herba facile ſuſtinetur, neque vtilis eſt locis conſitis, quia quicquid tene-
rum contingere poteſt, carpit. Sicubi [f] vero flumen aut lacus eſt, herbaeque co- 3
pia, nec minus iuxta ſatae fruges, id quoque genus nutriendum eſt. quod etiam
nos facere cenſemus, non quia magni ſit fructus, ſed quia minimi [g] oneris: At-
tamen praeſtat ex ſe pullos atque plumam, quam non, vt in ouibus lanam, ſemel
demetere [h], ſed bis anno, vere et autumno, vellere licet. atque ob has quidem cau-
ſas, ſi permittit locorum conditio, vel paucos vtique oportet educare, ſinguliſque
maribus ternas foeminas deſtinare. nam propter grauitatem plureis inire non poſ-
ſunt. Quinetiam intra [i] cohortem, vt protecti ſint [k], ſecretis angulis haras facere
oportet [l], in quibus cubitent et foetus edant.

XIV. QVI vero greges nantium poſſidere ſtudent, chenoboſcia [a] conſtituant, quae tum demum vigebunt, ſi fuerint ordinata ratione tali. Cohors ab omni caetero

a) *autheres A. anteres H. Gr. G.* b) *pauoninis P.* c) *gallinacei generis P.* d) *hiſdem I. B. R.* e) *praepoſuimus* praeter C. St. omnes. f) *Et P.* g) *humi* abeſt *P.* [C. XIII.] a) *ἀμφίβιοια P. ἀμφίβιον lenſ. ἀμφιβίων B. R. ἀμφιβιους L.* hoc probat et Victor. in omiſſis. b) *deſyderant I. I. H. A. G.* c) *conſueruns P. conſerunt L.* d) *et I. B. R.* e) *aduentum I. B. R.* f) *Sic vbi* diu. *I. B. R.* g) *nimis I. B. I. I. H. A. G.* h) *demettere H. dimittere L. demittere Gy.* i) *intrutellis circa ſecretis P.* k) *ſunt Gy.* l) *oportet* deeſt *P.* [C. XIV.] a) *χηνοβοσκίων P.*

13, 3 BIS ANNO) Plinius 10, 22 *Candidorum alterum vectigal in pluma. Velluntur quibusdam locis bis anno.* SCHOETTG.

13, 3 SECRETIS ANGVLIS) *ſecretas ſingulis* videtur legendum VESIN.

14 Vid. Varro 3, 10. Pall. 1, 30. Plin. 10, 22 ſ. 26 it. 10, 59 ſ. 79. et quae ibi Hard.

caetero pecore secreta clauditur, alta nouem pedum, maceria porticibusque circum-
data, ita vt in aliqua parte sit cella custodis. sub porticibus deinde quadratae harae
caementis [b], vel etiam laterculis extruuntur: quas singulas satis est habere quoquo-
versus pedes ternos, et aditus singulos firmis ostiolis [c] munitos: quia per foeturam
2 diligenter claudi debent [d]. Et extra villam [e] deinde non longe ab aedificio si est
stagnum, vel flumen, alia [f] non quaeratur [g] aqua: sin aliter, lacus, piscinaque ma-
nu fiant, vt sint quibus inurinare [h] possint aues. nam sine isto praesidio [i] non magis
quam sine terreno recte viuere queunt. Palustris quoque, sed herbidus ager desti-
netur [k], atque alia pabula conserantur, vt vicia, trifolium, foenum Graecum, sed
praecipue genus intubi, quod σέρις [l] Graeci appellant. lactucae quoque in hunc
vsum semina vel maxime serenda sunt, quoniam et mollissimum est olus, et liben-
3 tissime ab his auibus appetitur. tum etiam pullis vtilissima est esca. Haec cum [m]
praeparata sunt, curandum est, vt mares foeminaeque quam amplissimi corporis, et
albi coloris eligantur. nam est aliud genus varium, quod a fero [n] mitigatum domesti-
cum factum est. id neque aeque foecundum est, nec tam pretiosum: propter quod
4 minime nutriendum est. Anseribus admittendis [o] tempus aptissimum est a bruma;
mox ad pariendum, et ad incubandum a Calen. [p] Februarii vel Martii vsque ad solsti-
tium, quod fit vltima parte mensis Iunii. Ineunt autem non, vt priores aues, de
quibus diximus, insistentes humi: nam fere in flumine, aut piscinis id faciunt: sin-
gulaeque ter anno pariunt, si prohibeantur foetus suos excludere, quod magis ex-
5 pedit, quam quum [q] ipsae [r] suos fouent [s]. nam et a gallinis melius enutriuntur [t], et
longe maior grex efficitur. pariunt autem singulis foetibus oua, primo quina, se-
quenti quaterna, nouissimo terna: quem partum nonnulli permittunt ipsis matribus
educare, quia reliquo tempore anni vacaturae sunt a foetu. Minime autem conce-
dendum est foeminis extra septum parere, sed cum videbuntur sedem quaerere,
comprimendae sunt atque tentandae. nam si appropinquant [u] partus, digito tangun-
tur oua, quae sunt [x] prima parte locorum genitalium. quamobrem perduci ad ha-
6 ram debent, includique vt foetum edant: idque singulis semel fecisse satis est, quo-
niam vnaquaeque [y] recurrit eodem, vbi primo peperit. Sed nouissimo foetu cum
volumus ipsas incubare, notandi erunt vniuscuiusque partus, vt suis matribus subii-
ciantur: quoniam negatur anser aliena excludere [z] oua, nisi subiecta sua quoque ha-
buerit. Supponuntur autem gallinis huius generis oua [a], sicut pauonina, plurima
7 quinque, paucissima tria: ipsis autem [b] anseribus paucissima VII, plurima XV. Sed
custodiri

b) *cementis I. B. R. I. I. H. A. G.* c) *bostiolis I. B. R.* d) *debent et I. B. R. debent, et I. I. H. A. Gr. G. debent, Et Steph.* e) *villam. Deinde I. B. R. I. I. villam: deinde H. A. Gr. G.* f) *alta I. B. R.* g) *quaeritur P.* h) *innare L.* i) *primordio L. I. B. R.* k) *destinatur I. B. R.* l) *cepi* nouus *P.* m) *quom I. B. R.* n) *ferro R.* quid si *e fero?* o) *ad admittendum P.* p) *Kalendis februarii vel Martii I. B. R. februariis vel Martiis P. Lips.* reliqui *Febr. vel.* omitt. q) *cum I. B. R. quod* al. r) *ipse P. ipsi I. B. R.* s) *foueant Iunt.* t) *nutritur P.* u) *appropinquat I. B. R. I. I.* x) *in* interser. *I. B. R. I. I. H. A. G.* y) *vna quaeque* diu. *I. B. R. I. I. H. A.* z) *excudere L. I. B. R. I. I. H. A. G.* a) *oua* deficit *P.* b) *deinde I. B. R.*

14, 1 ALTA NOVEM PEDVM) Videtur legendum *alte nouem pedum* etc. Nam c. 15 dixit, *Isque munitur sublimiter pedum quindecim maceria.* VRSIN.

14, 4 QVVM IPSAE SVOS FOVENT) *quod foueant* legi vult VRSIN. Et sane si *quod* seruandum sit, praestat *foueant* legere: puto autem potius *quum* errore facili in *quod* mutatum.

14, 6 PLVRIMA XV) Quintilii Geop. 14, 22 *plurima vndecim* dicunt. Verba eorum sunt: Δεῖ δὲ ὑποτιθέναι κα' ἕως τῶν θ' ἢ τὸ μήκιστον ια. Et ita quoque Plinius 10, 59 qui tamen sua ex nostro

custodiri [c] debet [d], vt ouis subiiciantur radices [e] vrticarum, quo quasi remedio me-
dicantur, ne noceri possit [f] excusis [g] anserculis [h], quos [i] enecant vrticae, si teneros
pupugerint [k]. pullis autem formandis excudendisque [l] triginta diebus opus est, cum
sunt frigora: nam tepidis x x v satis est. saepius tamen anser trigesimo die nasci-
tur [m]. Atque is dum exiguus est [n], decem primis diebus pascitur in hara clausus 8
cum matre: postea cum serenitas permittit, producitur in prata, et ad piscinas. ca-
vendumque est, ne aut aculeis vrticae compungatur [o], aut esuriens [p] mittatur in
pascuum: sed ante concisis intubis, vel lactucae foliis saturetur. nam si [q] adhuc pa-
rum firmus, et [r] indigens ciborum peruenit in pascuum, fruticibus [s] aut solidiori-
bus herbis obluctatur ita pertinaciter, vt collum abrumpat. Milium quoque aut
etiam triticum mistum cum aqua recte praebetur. atque vbi se paulum confirmauit,
in gregem [t] coaequalium compellitur, et ordeo alitur: quod et [u] matricibus prae-
bere non inutile [x] est. Pullos autem non expedit plures in singulas haras, quam 9
vicenos adiici; nec rursus omnino cum maioribus [y] includi, quoniam validior ene-
cat infirmum. Cellas, in quibus incubitant [z], siccissimas esse oportet, substratas-
que [a] habere paleas: vel si eae non sunt, gratissimum [b] quoque [c] foenum. Caetera
eadem, quae in aliis generibus pullorum seruanda sunt, ne coluber, ne [d] vipera, fe-
lesque [e], aut etiam mustella [f] possit aspirare: quae fere pernicies [g] ad internecio-
nem [h] prosternunt teneros. Sunt qui ordeum maceratum incubantibus apponant, 10
nec patiantur matrices saepius nidum relinquere. deinde pullis exclusis primis quin-
que diebus polentam vel maceratum [i] far, sicut pauonibus obiiciunt. Nonnulli
etiam viride nasturtium confectum [k] minutatim cum aqua praebent, eaque eis est
esca iucundissima. Mox vbi quatuor mensium [l] sunt, farturae maximus quisque
destinatur, quoniam tenera aetas praecipue habetur ad hanc rem aptissima: et est 11
facilis harum auium sagina: nam praeter polentam, et pollinem ter die nihil sane
aliud dari necesse est, dummodo large bibendi potestas fiat, nec [m] vagandi facultas
detur: sintque calido et tenebroso [n] loco: quae res ad creandas adipes multum
confe-

c) *custodire P. custodiri H.* d) *debent, vbi subiiciantur I. B. R.* e) *herbae L. I. B. R.* f) *possint I. B. R.* g) *excussis* praeter St. C. omnes. h) *anseribus I. B. R.* i) *quo Gy.* k) *pupugerunt I. B. R.* l) *excubandisque I. B. R. excludendisque Gr.* m) *nascitur R.* n) *est. Decem I. I. H. A. G. est, decem Gryph. est decem B. R. St.* o) *compungantur I. B. R.* p) *exuriens R.* q) *est* interser. *I. B. R.* r) *et* deficit *P.* s) *frusticibus R.* t) *graegem Bon.* u) *in* interser. *I. B. R.* x) *vtile I. B. R.* y) *matribus I. B. R.* z) *incubant I. B. R.* a) *substratusque P.* b) *crassimum P.* c) *quodque I. I. H. A. Gr. G. St.* d) *et I. B. R.* e) *felesque* deficit *I. B. R. philesq. L.* f) *mustela Gr. G.* g) *pernices H. A.* h) *internicionem I. B. R. internetionem I. I. H. A. G.* i) *caratum farris P.* ant. k) *confectum I. B. R.* l) *facti* intersf. *P.* m) *nec I. B. R. ne* al. n) *tenebricoso P.*

nostro hausit, vt statuam fere, emendandum esse nostrum, autoritate horum scriptorum. SCHOETTG.

14, 7 ENECANT VRTICAE) At nostrae rusticae in primis cibis vrticas concisas anserculis obiiciunt.

14, 7 SATIS EST) *sunt* vid. leg. VRSIN.

14, 8 VT COLLVM ABRVMPAT) Etiam hoc ita mirum videtur, quos interrogaui, rerum peritis, vt mendacii postulare Columellam non vereantur. Forte alia ingenia anserculis Italicis. Eadem certe Plin. 10, 59 f. 79 et Varro 3, 10, 5. Sed videtur legendum *obrumpant* v. Ind. in h. v.

14, 9 GRATISSIMVM QVOQVE) *aridissimum quodque* legi vult VRSIN.

14, 9 VICENOS ADIICI) *adigi* legi vult VRSIN. vel *adici*, vt esse ait in V. C. Nimirum *adicere*, *subicere*, simplici tantum *i* scribi fere perpetuum est etiam in Mediceo Codice, quem contulit Politianus: et nos idem de Lipsiensi obseruauimus.

14, 9 VIPERA) *viuerra* leg. VRSIN. Recte puto, vt statim c. 15, 2.

conferunt. hoc modo duobus mensibus pinguescunt, et [o] ea propter etiam tenerrima pullities [p] saepe XI. diebus redditur opima [q].

XV. NESSOTROPHII [a] cura [b] similis, sed maior impensa est. nam clausae
pascuntur anates, querquedulae [c], boscides [d], phalerides [e], similesque volucres,
quae [f] stagna et paludes rimantur. Locus planus eligitur, isque munitur sublimiter [g] pedum quindecim maceria: deinde clatris superpositis, vel grandi macula retibus contegitur, ne aut euolandi sit potestas domesticis auibus, aut aquilis, vel [h]
2 accipitribus inuolandi. Sed ea tota maceries opere tectorio leuigatur extra intraque, ne feles, aut viuerra [i] perrepat. media deinde parte nessotrophii [k] lacus defoditur [l] in duos pedes altitudinis, spatiumque longitudini datur et latitudini quan-
3 tum loci conditio permittit. Ora lacus ne corrumpantur [m] violentia restagnantis [n] vndae, quae semper interfluere [o] debet, opere signino consternuntur, eaque non in gradus oportet erigi, sed paulatim cliuo subsidere, vt tamquam e litore [p] descendatur in aquam. Solum autem stagni per circuitum, quod sit instar modi totius duarum partium, lapidibus inculcatis, ac tectorio muniendum est, ne possit herbas

o) *etiam propter nimiam pullitiem saepe L. I. B. R.* p) *pulities I. B. R. C.* q) *optime redditur L.* [C. XV.] a) *Nossotrophi L. P. Neossotrophui H. Neossotropheij A. Gy. neossotrophii* al. *Non minus anatum I. B. R.* b) *tura* ant. *P.* c) *quercuedulae P.* d) *boschides* praeter Commel. omnes. e) *plargides* ant. *philagrides* nouus *Pol. et L.* f) *quae* om. *I. B. R.* g) *similiter L.* h) *aut I. B. R. et P.* i) *vierra P.* in ant. *vipera* omnes al. k) *nessotrophii I. B. R.* add. no. a. l) *deffoditur I. B. R.* m) *comprimantur I. B. R.* n) *restagnatae I. B. R. sunt* inser. *P.* o) *influere I. B. R.* p) *littore I. B. R. Gr.*

15, 1 NESSOTROPHII) *Nesotrophii* legendum tum hic, tum paullo post, vbi est: *Media deinde parte nesotrophei* etc. ita enim vtrobique scribendum. Nam *nessotrophei* mendum est, quod irrepsit etiam in Varr. 3, 11 apud quem Graece id verbum prolatum est, sed scriptum mendose νεοσσοτροφεῖον, cum νησσοτροφεῖον, vt ad eum locum notauimus, scribendum sit. VRSIN. Vide quae diximus ad Varr. 3, 11, 1 et varietatem lectionis p. p. f. 2 et 7.

15, 1 BOSCIDES) *Boscades*, βοσκάδας malit H. Steph. in Thesauro h. v. Βοσκὰς enim nota Aristoteli, *Boscis* nusquam, credo. Nostrum non est discrimina adsignare auibus, quae hic commemorantur, tacentibus praesertim qui hoc ipsum agunt.

15, 2 FELES AVT VIVERRA) Ita emendaui ope veterum codicum: excusi olim libri insulse *vipera* habebant. quis enim audiuit vnquam viperam in sublimiores domus partes ascendisse? cum potius illa sub terra se abdere soleat, quemadmodum docte cecinit noster Poeta,

Saepe sub immotis praesepibus aut mala tactu
Vipera delituit, coetumque exterrita fugit.

Ita autem scripserunt, qui, quid *viuerra* esset, ignorabant. De *viuerris*, et cur ita appellatae, et quo munere gratae hominibus esse soleant, docuit Plinius 8, 55 VICTORIVS. Ita legi etiam voluit VRSIN. Consuluerat de h. l. Columellae, et emendatione Victorii M. Aur. Severinum, Medicum Neapolitanum Tho. Bartholinus. Hic multis verbis, rationibusque et exemplis demonstrat, omnino in alta etiam conniti viperam, falsumque adeo emendatione sua Victorium. Habetur epistola copiosa atque erudita inter Medicinales Bartholini ipsius Cent. 1 n. 41. p. 179 sqq. Mihi non videtur tam quaerendum, quid possit, si res ita ferat, vipera, (certe ipse Columella 9, 7, 1 a tali laeuigatione praesidium petit aduersus *lacertos* et *angues*) quam quid soleat maxime paterfamilias metuere *chorti* aut *nessotropheo?* Nemo autem, credo, dubitat quin vipera hostis sit minus metuendus hac parte, quam viuerra,

Pernicies et tempestas barathrumque macelli

illius pennati. Itaque librum etiam vnum Victorii, qui forte idem est, quem Politianus contulit, pluris facio, quam consensum vulgatorum.

15, 3 QVOD SIT INSTAR MODI TOTIVS) Locus paullo difficilior. Primo *instar* hic significat *fere*, vt saepe apud nostros vsurpari, index docet. Deinde quia *media terrena pars duabus partibus* opponitur; illae duae partes videntur duae tertiae. Vult itaque Columella, solum stagni ita diuidi atque institui, vt duae tertiae longitudinis totidemque latitudinis in circuitu lapidibus inculcatis solidentur, ne herbas creent; quod reliquum est in medio, instar insulae

herbas euomere, praebeatque nantibus aquae [q] puram superficiem. media rursus terrena pars esse debet, vt colocasiis conseratur, aliisque familiaribus aquae [r] viridibus, quae inopacant auium receptacula. sunt enim quibus cordi est vel in siluulis [s] tamaricum, aut sirporum [t] frutetis immorari. Nec ob hanc tamen causam totus locus [u] siluulis [x] occupetur, sed vt dixi, per circuitum vacet, vt sine impedimento, cum apricitate diei gestiunt aues, nandi velocitate concertent. nam quemadmodum desiderant esse vbi irrepant, et vbi delitescentibus fluuiaticis [z] animalibus insidientur; ita offenduntur [a], si non sunt libera spatia, qua [b] permeent [c]. Extra lacum deinde per vicenos vndique pedes gramine ripae vestiantur: sintque post hunc agri modum, circa maceriam, lapide fabricata et expolita tectoriis pedalia in quadratum cubilia, quibus nidificent aues: eaque contegantur intersitis buxeis aut [d] myrteis fruticibus [e], qui non excedant altitudinem parietum. statim deinde perpetuus canaliculus humi depressus construatur, per quem quotidie misti [f] cum aqua cibi [g] decurrant [h]: sic enim pabulatur id genus auium. Gratissima est et esca terrestris leguminis panicum et milium, necnon et ordeum [i]: sed vbi copia est, etiam glans ac vinacea praebeantur. Aquatilibus autem cibis, si sit facultas, datur cammarus [k], et riualis allecula, vel si qua sunt [l] incrementi parui fluuiorum animalia. Tempora concubitus eadem [m] quae caeteri siluestres alites [n] obseruant Martii, sequentisque mensis: per quos festucae surculique in auiariis passim spargendi sunt, vt colligere possint aues, quibus nidos construant [o]. Sed antiquissimum est, cum quis νησσοτροφεῖον [p] constituere volet, vt praedictarum auium circa paludes, in quibus plerumque foetant, oua colligat [q], et cohortalibus gallinis subiiciat [r]. sic enim exclusi [s] educatique pulli deponunt ingenia siluestria [t], clausique viuariis haud dubitanter progenerant. nam si modo captas aues, quae consueuere libero victu, custodiae

4 (beside "terrena pars esse debet … aquae viri-") · 5 (beside "mento, cum apricitate …") · 6 (beside "aut myrteis fruticibus …") · 7 (beside "lia. Tempora concubitus …")

q) *ad aquam P.* r) *atque I. B. R.* s) *insulis I. B. R. syluulis I. I. H. A. Gr. G.* t) *syrporum I. B. R. scyrporum frutectis P. scirporum fructetis L.* u) *lacus P.* x) *syluulis I. I. H. A. Gr. G.* z) *fluuialibus P.* a) *effodiuntur I. B. R.* b) *quam R.* om. *P.* c) *premeent P. Iens.* d) *vel P.* e) *fructicibus R.* f) *mixti I. B. R.* g) *tibi sphalma Steph. et Com.* h) *decurant Reg.* i) *hordeum I. R.* k) *canimarus I. B. R.* l) *in* inser. *B. R.* m) *eademque caeteri I. I. H. A. G.* n) *illices L. aliter H. A. G.* o) *construunt P.* p) *nessotrophion I.* [illegible] *nessotrophion P.* νησσοτροφεῖον al. q) *colligant I. B. R.* r) *subiiciant I. B. R.* s) *excussi L. I. B. R.* t) *syluestria I. I. H. A. Gr. G.*

fulae conferatur viridibus; vt adeo talis fere figura existat:



*15, 3 AQVAE PVRAM SVPERFICIEM) Intellige eo sensu, quo apud ICtos, et nostrum etiam solo opponitur, et significat, quidquid vltra illud eminet.

15, 5 QVA PERMEENT. EXTRA) Ita interpunxi, non inuita, spero, Mineruа rustica. Ante erat, *qua permeent extra lacum. deinde* etc.

15, 6 AQVATILIBVS AVTEM CIBIS) Videndum an legi debeat; *aquatilis autem cibi?* VRSIN. Etiam nobis aut ita legendum videbatur, aut *ex aquatilibus cibis.*

15, 6 RIVALIS ALLECVLA) Legendum *vilis allecula.* Nam 8, 17 sic ait: *Itaque praeberi conuenit tabentes aleculas* etc. et paullo post: *Nam et alecula modo capta, et cammarus exiguusque gobio, et quisquis denique est incrementi minuti piscis maiorem alit.* VRSIN.

15, 7 TEMPORA CONCVBITVS, EADEM QVAE CETERI SILVESTRES ALITES OBSERVANT etc.) Ita sine dubio legendum. Nam locus est corruptus, vt vulgo legitur. et p. p. scribendum: νησσοτροφεῖον. VRSIN. In caeteris recte,

ſtodiae [u] tradere velis, parere cunctantur in ſeruitute. Sed de tutela nantium volucrum ſatis dictum eſt.

XVI. VERVM opportune [a], dum meminimus aquatilium animalium, ad
curam perueniemus piſcium, quorum reditum quamuis alieniſſimum agricultoribus
putem (quid enim tam contrarium excogitare [b] queam, quam terrenum fluido?)
tamen [c] non omittam: nam et harum ſtudia rerum maiores noſtri celebrauerunt,
adeo quidem, vt etiam dulcibus aquis [d] marinos [e] clauderent piſces, atque eadem
cura mugilem ſcarumque [f] nutrirent, qua nunc muraena [g] et lupus educantur [h].
2 Magni enim aeſtimabat [i] vetus illa Romuli et Numae ruſtica progenies, ſi vrbanae
vitae comparetur villatica, nulla parte copiarum defici. quamobrem non ſolum piſci-
nas, quas ipſi conſtruxerant, frequentabant, ſed etiam quos rerum natura lacus fe-
cerat, conuectis [k] marinis ſeminibus replebant. Inde Velinus, inde etiam Sabati-
nus, et [l] item Vulſinenſis [m], et Ciminus [n] lupos auratasque procreauerunt, ac ſi
3 qua ſint [o] alia piſcium genera dulcis vndae tolerantia. Mox iſtam curam ſequens
aetas aboleuit, et lautitiae [p] locupletum maria ipſa Neptunumque clauſerunt, et [q]
iam cum [r] auorum memoria [s] circumfertur Marcii [t] Philippi (velut vrbaniſſimum,
quod erat luxurioſiſſimum [u]) factum atque dictum. Nam is forte Caſſini [x], cum
apud hoſpitem coenaret, appoſitumque e vicino flumine lupum deguſtaſſet, atque
expuiſſet, improbum factum dicto proſecutus, Pereain, inquit, niſi piſcem putaui.
4 Hoc igitur periurium multorum ſubtiliorem fecit [y] gulam, doctaque et erudita pa-
lata faſtidire docuit fluuialem lupum, niſi quem Tiberis [z] aduerſo torrente deſati-
gaſſet. Itaque Terentius Varro, Nullus eſt, inquit, hoc ſeculo [a] nebulo [b], ac rhin-
thon

u) *cuſtodie B. R.* [C. XVI.] a) *opertune I. B. R. H.* b) *excogitare queam* om. *P.* c) *tamen* omiſſ. *P. non omittam tamen I. B. R.* d) ant. *aquibus a fluuiatilis cludens P.* e) *fluuiales I. B. R.* f) *ſcaurumque I. I. G.* g) *murena I. B. R. I. I. H. A. Gr. G.* h) *educatur I. B. R. I. I. H. A. G.* i) *exiſtimabat I. B. R.* k) *confectis P.* l) *et* omiſſ. *I. B. R.* m) *volſinenſis I. B. R.* n) *Ciminius* e V. C. *Heinſ. ad Aen.* 7, 697. o) *ſunt I. B. R.* p) *lauticiae I. B. R.* q) *et* om. *P.* et *Mſ. Heinſ. ad Ouid. faſt.* 3, 695. r) *tum I. B. R.* et *Mſ. Heinſ. l. c.* s) *memoria cum circumferetur I. B. R.* t) *Marcii P. M.* al. u) *luxurioſe P. Heinſ.* x) *caſini I. B. R. Heinſ.* y) *f[illegible]t. C.* z) *Tyberis I. B. R. H. A. Gr. G. St. Tybyeris Iunt.* a) *ſaeculo I. B. R. Gy.* b) a. *nebullus P. nebulus L.*

recte, puto. De [illegible] ſub initium capitis, et ad V. 3, 11, 1.

16, 1 AD CVRAM PERVENIEMVS) *peruenimus* videtur leg. VRSIN.

16, 1 SCARVMQVE NVTRIRENT) V. C. habet *ſqualumque*, et ſic Varro 3, 3 *ſqualos ac mugiles.* Nam Plinius 9, 18 refert Optatum Tiberii Claudii imperatoris libertum, primum ſcaros litoribus Italiae ſeminaſſe etc. ex quibus verbis apparet, *ſcarum* hic non habere locum. VRSIN. *Principatus dabatur ſcaro* Plinii aetate, qui noſtro ſuppar eſt 9, 17 ſ. 29 quem ipſum locum Vrſinus etiam laudare videtur voluiſſe. Columella autem antiquum quiddam narrat a ſuorum temporum viu et guſtu abhorrens. Idem ſentit Lud. Nonnius de re cibar. 3, 5 qui videndus etiam 3, 22 Balbutientes *ſcarum* et *ſqualum* facile confundunt. Vix dubito quin vera ſit viri doctiſſimi emendatio.

16, 3 ET IAM CVM AVORVM) Ex Ienſoniano Bruſchianoque libris ad hunc modum ſcribendum coniicio: *mox iſtam curam — clauſerunt, etiam tum auorum memoria cum circumferretur.* PONTED.

16, 3 MARCII PHILIPPI) Vid. Varro 3, 3, 9 vnde haec ſumta. Caeterum gentile nomen *Marcii* ſcripſimus non praenomen M. ex auctoritate Medicei libri. *Philippus* alias etiam cognomen gentis *Marciae*, v. c. ille *Q. Marcius Philippus cenſor* de quo Plin. l. 7 extr.

16, 3 FACTVM ATQVE DICTVM) N. Heinſius loco quem laudamus in V. L. coniicit *factum aeque atque dictum:* et mox, *pari dicto proſecutus.*

16, 4 QVEM TIBERIS — FATIGASSET) Quae de *Tiberino lupo inter duos pontes capto* dici poſſunt, praecepit idem, quem laudabamus modo Nonnius 3, 16.

16, 4 NI-

thon [c], qui non iam ducat [d], nihil sua interesse, vtrum eiusmodi piscibus, an ranis
frequens [e] habeat viuarium. Attamen iisdem temporibus, quibus hanc memorabat 5
Varro [f] luxuriem [g], maxime laudabatur [h] seueritas Catonis, qui nihilo minus et
ipse tutor [i] Luculli grandi aere sestertium millium [k] quadringentorum piscinas pu-
pilli sui [l] venditabat. iam [m] enim celebres erant deliciae [n] popinales, cum ab [o]
mari deferrentur [p] viuaria, quorum studiosissimi, velut ante deuictarum gentium
Numantinus et Isauricus, ita Sergius Orata [q], et Licinius Muraena [r] captorum
piscium laetabantur vocabulis. Sed quoniam sic mores obcalluere [s], non vt haec 6
vsitata, verum vt maxime laudabilia et honesta iudicarentur: nos quoque ne videamur
tot iam [t] seculorum [u] seri [x] castigatores, hunc etiam quaestum villaticum [y] patris-
familias [z] demonstrabimus [a]. Qui siue [b] insulas, siue maritimos agros mercatus [c],
propter exilitatem soli, quae plerumque litori [d] vicina est, fructus terrae [e] perci-
pere [f] non poterit [g], ex mari reditum constituat. Huius autem rei quasi primor- 7
dium est, naturam loci contemplari, quo piscinas facere [h] constitueris. non enim
omnibus litoribus [i] omne genus piscium [k] haberi potest. Limosa regio planum
educat piscem, velut soleam, rhombum, passerem. eadem quoque maxime idonea
est conchyliis [l], muricibus [m], et ostreis, purpurarumque, tum [n] concharum [o] pe-
ctunculis [p], balanis [q], vel sphondylis [r]. At arenosi [s] gurgites planos quidem non 8
pessime, sed pelagios melius pascunt, vt auratas, ac dentices, Punicasque et indi-
genas,

c) *minthe P. L. rinthon B. R. rhynthon I. I. St. rhynton H. A. Gr. G.* d) *dicat I. B. R. I. I.* e) *flere quis P.* f) *Varri Iens.* g) *luxoriam P.* h) *lauda P.* i) *tutior Gr. G.* k) *milium I. B. R. G.* l) *piscinas inuenditabat P.* m) *Tum I. B. R.* n) *deliciae I. B. R. Gr. delitiae* al. o) *ad mare I. B. R. L.* p) *deferebantur I. B. R.* ant. *defertur*, no. *deferantur P. L.* q) *Aurata L. I. B. R.* r) *Murena I. B. R. I. I. H. A. G.* s) *occalluere B. R. obcaluere Steph.* t) *iam* omiss. *P.* u) *saeculorum I. B. R. G.* x) *fieri I. B. R.* y) *villationi L.* z) *patrisfamiliae I. B. R.* a) *demonstraremus P.* b) *in* interl. *P.* c) *mercabitur I. B. R.* d) *littori I. B. R. Gr.* e) *ferre P.* f) *percipere I. B. R.* it. *Ms. Heins. ad Ouid. Fast.* 4, 940. *percipuerit, vt ex P. praecipere* al. g) *vt* interier. *I. B. R.* h) *facile* in marg. *Gr. et St.* i) *littoribus I. B. R. Gr.* k) *piscium* omiss. *P.* l) *conchiliis B. R.* m) *muricis I. B. R.* n) *tum* omiss. *I. B. R.* o) *choncarum I. B. R.* p) *petiunculis I. B. R. pectiunculi P.* q) *blanis P.* r) *sphondilis* praeter Com. omnes. s) *harenosi I. B. R.*

16, 4 NIHIL SVA INTERESSE) Vox *sua* vid. abundare VRSIN. Nisi forte *sua* significat suo iudicio, ad suum palatum.

16, 5 SESTERTIVM MILLIVM QVADRING.) XXXXHS, seu *quadragies sestertium* legendum hic iterum monet, qui ad Varronem iam ita disputauerat VRSIN. Et sane confirmat hanc obseruationem tum librariorum solennis fere circa numeros stupor ac negligentia, tum pretii, quod magnum esse debet, ratio, tum denique Mss. Plinii auctoritas, quos laudat ad 9, 54 s. 80 no. mai. 135. Harduinus. *Quadragies* HS s. 200000 floreni imperiales, aut 400000 librae Turonenses, pretium sunt nomine *grandis aeris*, cum sermo est de Lucullo, dignum: contemnendum, certe non commemorabile CCCCM i. e. decima tantum pars superioris: ridiculum plane XXXXM, h. e. decima huius s. 2000 floreni.

16, 5 CVM AB MARI DEFERRENTVR) Videtur legendum *cum ad mare proferrentur*, quae lectio confirmatur loco simili apud Varronem 3, 3 in quo est, *ac piscinas protulit ad mare.* VRSIN. Sed quidni *a mari deferri* etiam dicantur piscinae, in quas e mari aqua immittitur, quae ratio capite proximo tractatur.

16, 7 PLANVM EDVCAT PISCEM) *Marinos pisces* Plinius 9, 20 s. 36 in *planos* et *longos* diuidit, et in priori genere *rhombos*, *soleas*, *passeres* laudat. Caeterum piscium, quae hic laudantur, nomina in Indice, quantum eius fieri potuit, explicata damus. *Denticem* quidem et *umbram* ipse ignorat Plinius, qui nullam eorum rationem habeat in catalogo piscium CLXXIV, quem texit 32, 11 s. 53. Exquisitiorem disputationem relinquimus his, qui de piscibus agere se profitentur.

16, 8 AVRATAS etc.) Auratas ac dentices litorales esse docet Saluianus de pisc. p. 175. c.

16, 8 PVNICASQVE ET INDIGENAS VMBRAS) Ita legendum omisso *ve*, etiam vidit VRSIN. Sed non praetereundus Lud. Nonnius, qui de re cibar. 3, 22 contendit legendum *Phycidasque et Iulidas*, *Vmbrasque.* Nulli enim sunt, inquit,

genas, vmbras [t]: verum conchyliis [u] minus apti. Rursus optime saxosum mare
nominis sui pisces nutrit, qui scilicet, quod in petris stabulentur, saxatiles dicti
9 sunt, vt merulae, turdique, nec minus melanuri [x]. Atque vt [y] litorum [z], sic et
fretorum differentias nosse oportet, ne nos alienigeni [a] pisces decipiant. non enim
omni mari potest omnis esse, vt helops [b], qui Pamphylio [c] profundo, nec alio pasci-
tur: vt Atlantico [d] faber, qui [e] et in nostro Gadium [f] municipio generosissimis pisci-
bus adnumeratur, eumque [g] prisca consuetudine Zeum [h] appellamus: vt scarus [i],
qui totius Asiae, Graeciaeque litoribus [k] Sicilia tenus frequentissimus exit, nun-
10 quam in Ligusticum, nec per Gallias enauit ad Hibericum mare. Itaque ne si capti
quidem perferantur in nostra viuaria, diuturni queant possideri. Sola ex pretiosis
piscibus muraena [l], quamuis Tarsensis [m], Carpathiique [n] pelagi, quod est vltimum,
vernacula, quouis hospes freto peregrinum mare sustinet. Sed iam de situ piscina-
rum dicendum est.

XVII. STAGNVM censemus eximie optimum, quod [a] sic positum est, vt
insequens maris vnda priorem submoueat, nec intra conseptum sinat remanere ve-
terem. namque id simillimum [b] est pelago, quod agitatum ventis assidue renouatur,
nec concalescere potest: quoniam gelidum ab imo fluctum reuoluit in partem supe-
riorem. Id autem stagnum vel exciditur in petra, cuius [c] rarissima est occasio, vel
2 in litore [d] construitur opere Signino. Sed vtcunque fabricatum est, si semper in-
fluente gurgite riget, habere debet specus iuxta solum, eorumque alios simplices,
et rectos, quo secedant [e] squamosi greges, alios in cochleam retortos, nec nimis [f]
spatiosos [g], in quibus muraenae [h] delitescant. quamquam nonnullis commisceri eas
cum alterius notae piscibus non placet: quia si rabie vexantur, quod huic generi
velut canino solet accidere, saeuissime [i] persequuntur squamosos [k], plurimosque
3 mandendo consumunt. itineraque, si loci natura permittit, omni lateri [l] piscinae dari
conuenit. facilius enim vetus submouetur vnda, cum quacunque parte fluctus
vrget,

t) *vmbras P. vmbrasue* al. u) *conchiliis B. R.* x) *melanuria I. B. R. mel anuri* diuis. *Iunt.* y) *hic* intersер. *P.* z) *littorum I. B. R. Gr.* a) *alienigenae I. alienigene B. R.* b) *elops I. B. R.* c) *pamphilio I. B. R. I. I. H. A. G.* d) *Athlantico I. B. R. I. I. H. A. G.* e) *qui generosissimis piscibus adnumeratur: in nostro gadium municipio: L. I. B. R.* f) *gaudium L.* g) *zaeumque P.* h) *raeum P. I. B. R.* i) *Scarus I. B. R. scaurus* al. *scarrus L.* k) *littoribus I. B. R. Gr. littore P.* l) *murena I. B. R. I. I. H. A. G.* m) *tartesiaci I. B. R. tarsensi P. tharsensis Iunt.* n) *parte sit P. carpathiisque H.* [C. XVII.) a) *quodque P.* b) *similimum* Gr. *G.* c) *cuique: I. B. R.* d) *litore I. B. R. Gr.* e) *secedent I. B. R.* f) *minus I. B. R.* g) *spatiosus P.* h) *murenae I. B. R. I. I. H. A. Gr. G.* i) *saeuissimae B. R.* k) *squamossos Reg.* l) *latere I. B. R.*

inquit, pisces *Punicae* et *Indigenae*. De *Phycide* et *Iulide* ipse satis copiose.

16, 9 HELOPS) De quo propter hoc Ouidius halieut. vs. 96 *Et pretiosus helops nostris incognitus oris.*

16, 9 FABER) Suspectum fuit nomen Sylburgio in Indice. Sed eadem de *fabro* s. *zeo* commemorat Plin. 9, 18 s. 32 repetitque in Catalogo, quem modo laudauimus. Sed non solius Atlantici maris incolam esse docet Hippolytus Saluianus de Hist. aquat. p. 205. vid. et nos ad Quintil. 5, 10, 21.

16, 10. TARSENSIS) *Tartesii* legit Nonius de re cibar. 3, 17. v. inpr. Oudend. ad Suet. Vitell. 13 qui hanc lectionem firmat.

17, 2 SI SEMPER — RIGET) Videndum an rectius sit *viget*? VRSIN. Sed est etiam *vigoris quam recentissimi aqua* apud nostrum 9, 17, 4.

17, 2 SI RABIE VEXANTVR) Suspicatur Io. Rhodius ad Scribo. 171 p. 257 auctorem cultissimum hyperbole voluisse mordacitatem huius pecudis aquatilis exprimere; cum causa rabiei, intemperies calida et sicca in animal, cui aqua stabulum perpetuum praebet, non cadat.

17, 3 PER

vrget [m], per aduerſam patet exitus. Hos autem meatus fieri cenſemus per imam
conſepti partem, ſi loci ſitus ita competit, vt in ſolo piſcinae poſita libella ſeptem
pedibus ſublimius eſſe maris aequor oſtendat: nam piſcibus ſtagni [n] haec in altitudi-
nem gurgitis menſura abunde eſt. nec dubium, quin quanto magis imo mari venit
vnda, tanto ſit frigidior, quod eſt aptiſſimum nantibus. Sin autem locus, vbi viua- 4
rium conſtituere cenſemus, pari libra cum aequore maris eſt, in pedes nouem defo-
diatur piſcina, et infra [o] duos a ſumma parte cuniculus [p] riui perducatur [q] curan-
dumque eſt [r], vt quam [s] largiſſime veniant [t], quoniam modus ille [u] aquae iacentis
infra libram maris non aliter exprimitur, quam ſi maior recentis freti vis inceſſerit [x].
Multi putant in eiuſmodi [y] ſtagnis longos piſcibus receſſus, et flexuoſos [z] in lateri- 5
bus ſpecus eſſe fabricandos, quo ſint opaciores aeſtuantibus latebrae. Sed ſi recens
mare non ſemper ſtagnum permeat, id facere contrarium eſt. nam eiuſmodi rece-
ptacula nec facile nouas admittunt aquas, nec [a] niſi [b] difficulter [c] veteres emittunt [d]:
pluſque nocet putris vnda, quam prodeſt opacitas. Debent tamen [e] ſimiles [f] velut 6
cellae [g] parietibus excauari, vt ſint, quae protegant refugientes ardorem ſolis, et
nihilominus facile, quam conceperint aquam, remittant. Verum meminiſſe oporte-
bit, vt riuis per quos exundat piſcina, praefigantur aenei [h] foraminibus exiguis can-
celli, quibus impediatur fuga piſcium. Si vero laxitas permittit, e littore [i] ſcopu-
los, qui praecipue herbis [k] algae veſtiuntur, non erit alienum per ſtagni ſpatia diſ-
ponere, et quantum comminiſci valet hominis ingenium, repraeſentare faciem veri [l]
maris, vt clauſi quam minime cuſtodiam ſentiant. Hac ratione ſtabulis ordinatis 7
aquatile pecus inducemus. ſitque nobis antiquiſſimum meminiſſe etiam in fluuiatili
negotio [m], quod in terreno praecipitur, *Et quid quaeque ferat regio* [n]. neque enim
ſi velimus, vt in mari non nunquam conſpeximus, in viuario multitudinem mullo-
rum [o] paſcere queamus, cum ſit molliſſimum [p] genus, et ſeruitutis indignantiſſimum [q].
raro itaque vnus, aut alter de multis millibus [r] clauſtra patitur: at contra frequen- 8
ter animaduertimus intra ſepta pelagios [s] greges inertis mugilis et rapacis lupi.
Quare, vt propoſueram, qualitatem litoris [t] noſtri contemplemur, ſi vitemus [u] ſco-
pulos,

m) *vigeat Iunt.* n) *loci ſitus* interſeritur *I. B. R.* o) *intra I. B. R.* p) *cuniculis I. I. H. A. cuniculos Ienſ. cuniculo B. R.* q) *perducantur I. B. R. I. I. H. A.* r) *eſt* abeſt *I. B. R.* s) *quam* abeſt *P.* t) *veniat* coni. *Morg.* 1, 43. u) *illae B. R.* x) *inceſerit R.* y) *huiuſmodi I. B. R.* z) *flexuoſos I. B. R. Hern. fluxuoſos* al. a) *et Pol.* b) *niſi* abeſt *L. I. B. R.* c) *difficiliter P. difficias L.* d) *emitunt R.* e) *tamen* abeſt *P.* f) *ſilens P. Ienſ.* g) *caellae I. I. A. G.* h) *abenei I. B. abeni R.* i) *litore H. A. G.* k) *a. Veluenis ac leue ſciuntur* n. *verbenis ac etc. Pol. verbenis algae L.* l) *veri* abeſt *Pol.* m) *negocio I. B. R.* n) *oportet, ſi quis in ea* interſ. *P.* o) *mullorum Ienſ. et Gryph. mulorum* al. p) *nobiliſſimum I. B. R.* q) *indigniſſimum I. B. R. it. Mſ. Heinſ. ad Ouid. Tr.* 4, 3, 55 quod tamen approbare ſe audere negat. r) *milibus I. B. R.* s) *pelagios I. B. R. pelagicos* al. t) *litteris I. B. R. I. I. Gr. St.* u) *videmus I. B. R.*

17, 3 PER IMAM CONSEPTI PARTEM) Nimirum hic agitur de piſcina non depreſſa h. e. effoſſa, ſed cui agger operis Signini circumdatus eſt, quod *conſeptum* hic vocat Columella, qui felicior poſitus eſt, cum emitti facilius aqua et recens e mari immitti poſſit. *Solum piſcinae* ante effoſſionem intelligitur, ipſa terrae ſuperficies mari depreſſior, cuius vnda obiectu litoris altioris, vel rupis interpoſitae, arcetur; ſed cuniculis actis admitti poteſt. Poſtquam de hoc genere praecepit, demum ſ. 4 de altero agit effodiendo.

17, 5 ET FLEXVOSOS) ſic magis placet, quam *fluxuoſos.* VESIN.

17, 6 DEBENT TAMEN SIMILES) Vox *ſimiles* ſuſpecta eſt, et fortaſſe pro ea *ſimplices* reponendum. IDEM.

17, 8 SI VITEMVS SCOPVLOS, AN) *Si videmus ſcopuloſam, probemus* videtur legendum EIDEM.

pulos, an probemus. Turdi complura [x] genera, merulasque et auidas mustellas [y],
tum etiam sine macula (nam sunt et varii) lupos includemus [z]. Item flutas [a], quae
maxime probantur, muraenas [b], et si quae sint [c] aliae [d] saxatilis [e] notae, quarum
9 pretia vigent. nam vile ne captare quidem, nedum [f] alere conducit. Possunt ista
eadem genera etiam littoris [g] arenosi stagnis contineri. nam quae limo coenoque [h]
lutescunt, vt ante iam dixi, conchyliis [i] magis et iacentibus apta sunt animalibus.
Neque est eadem lacus positio, quae recipit cubantes: atque eadem praebentur ci-
baria, et [k] prostratis piscibus, et [l] erectis. namque soleis ac rhombis, et simillimis [m]
animalibus [n], humilis in duos pedes piscina deprimitur in [o] ea parte littoris, quae
10 profluo [p] recessu nunquam destituitur. Spissi deinde clatri marginibus infiguntur,
qui super aquam semper emineant, etiam cum maris aestus intumuerit. Mox prae-
iaciuntur in gyrum [q] moles, ita vt complectantur sinu suo, et [r] tamen excedant
stagni modum. sic enim et maris atrocitas obiectu crepidinis frangitur, et in tran-
quillo consistens piscis sedibus suis non exturbatur, neque ipsum viuarium repletur
11 algarum [s] congerie, quam tempestatibus eructat pelagi violentia. Oportebit autem
nonnullis locis moles intercidi more [t] Maeandri, paruis sed angustis itineribus, quae
quantalibet hiemis saeuitia mare sine fluctu transmittat. Hinc [u] esca iacentium mol-
lior esse debet, quam saxatilium. nam quia dentibus carent, aut lambunt cibos, aut
12 integros hauriunt, mandere quidem non possunt. Itaque praeberi conuenit tabenteis
haleculas [x], et salibus exesam chalcidem, putremque sardiniam, nec minus scaro-
rum [y] branchias [z], vel quicquid intestini pelamis aut lacertus gerit: tum [a] scombri,
carcharique [b] et [c] elacatae [d] ventriculos [e], et ne per singula enumerem salsamento-
rum omnium purgamenta, quae caetariorum [f] officinis euerruntur. Nos autem
plura nominauimus genera, non quia cuncta cunctis littoribus [g] exeunt, sed vt ex
his

x) *cum plura* diu. *I. B. R.* y) *mustelas I. B. R. Gr. G.* z) *includamus I. B. R.* a) *plantas P.* b) *mu-renas I. B. R. I. I. H. A. G.* c) *sunt* praeter Commel. omnes. d) *alia H.* e) *saxatiles L.* f) *ne dum* diuis. *H. A. G.* g) *litoris L. H. A. G.* h) *cenoque I. B. R.* i) *conchiliis H. A. Gr. G. St.* k) *et* abest *I. B. R. I. I.* l) *quae Iunt.* m) *similimis Gr. G. simillibus P.* n) *animalibus. Humilis Gymn.* o) *in* abest *P.* p) *profundo L. I. B. R. frondi recensu* ant. *Pol.* q) *girum I. B. R.* r) *et I. B. R. nec* alii. s) *algarum* abest *I. B. R.* t) *in ore meandi I. B. R. morem ac meandri P.* u) *Hic I. B. R.* x) *aleculas I. B. R.* y) *scaro-rum B. R. H. scancorum L. aurorum P. scaurorum* al. z) *branchiam I. B. R. blacchiam L.* a) *tum* abest *I. B. R.* b) *charcharique I. B. R. H. A. Gr. G. St. charcarique Iunt.* c) *et* abest *I. B. R.* d) *cloato L.* e) *ven-terculos L. I. B. R.* f) *caetariorum I. B. R. I. I. caeterorum H. G. caeteriorum Ald.* g) *litoribus H. A. G.*

17, 8 QVARVM PRETIA) *quorum* legi vult IDEM. Sed plura videntur mutanda: vel legendum, *si quae sint aliae saxatiles notae*, vt *nota Cressa* pro vino Cretico etc. ita maneret *quarum*: vel *si qui sint alii saxatilis notae*, *quorum* etc.

17, 9 ATQVE EADEM PRAEBENTVR) Sententia videtur postulare *neque*.

17, 10 ET TAMEN EXCEDANT STAGNI MODVM) h. e. altiores esse debent illae moles aqua tum ipsius maris, etiam cum intumuit fluctus, tum quae in piscina est etc. Illa altera lectio *nec tamen excedat*, nescio an aliquid non ineptum significare possit.

17, 11 MORE MAEANDRI) *Maeander* fluvius est Phrygiae, qui in Aulocrene oritur, et flexuoso admodum cursu Cariam, Ioniam aliasque regiones peragrat. Plinius 5, 29. Inde *Maeander* in genere pro quouis flexuoso ac sinuoso loco vsurpatur, vt h. l. Prudentius Cathem. 7, 123 de Iona a ceto deuorato: *Errabat illic per latebras viscerum, Ventris Maeandros circuibat tortiles Anhelus, extis intus aestuantibus.* Vel etiam pro agitatione ac motione tali. Hesychius: Μαίανδρος, εἶδος [illegible], κατὰ [illegible]. Vel pro fraudibus et dolis. Prudentius Cathem. 6, 141. *O tortuose serpens, Qui mille per Maeandros Fraudesque flexuosas Flagitas* [*agitas* omnes libri] *quieta corda*. SCHOETTG.

17, 12 PRAEBERI CONVENIT) Florent. 20, 1. IDEM.

17, 13 SCARORVM) Ita legendum BEROALDVS etiam et VRSINVS viderunt.

17, 15 EXI-

his aliqua, quorum erit facultas, praebeamus. Facit etiam ex pomis viridibus ad- 13
aperta ficus; et nuces [h] digitis infractae sunt dandae: nec minus elixum [i] molle sorbum; quique sunt cibi sorbilibus proximi, vt e [k] mulctra [l], recens caseus, si loci conditio, vel lactis annona permittit. nulla tamen aeque, quam praedictae salsurae pabula commode dantur, quoniam odorata sunt. omnis enim iacens piscis magis [m] 14
naribus escam, quam oculis vestigat. nam dum [n] supinus semper cubat, sublimius [o] aspectat, et ea quae in plano sunt dextra laeuaque [p] non facile peruidet [q]. itaque cum salsamenta obiecta sunt, eorum sequens odorem, peruenit ad cibos. Caeteri autem saxatiles aut pelagici satis ex his, sed ex [r] recentibus melius pascuntur. Nam et halecula [s] modo capta, et cammarus [t] exiguusque gobio [u], et [x] quisquis [y] denique est incrementi minuti piscis, maiorem alit. Siquando tamen hiemis saeuitia [z] 15
non patitur eius generis escam dari, vel sordidi panis offae, vel siqua sunt temporis poma concisa praebentur. Ficus quidem arida [a] semper obiicitur, eximia si sit (vt Baeticae [b], Numidiaeque regionum [c]) larga. Caeterum illud committi non debet, quod multi faciunt, vt nihil praebeant, quia semetipsos etiam diu clausi tolerare [d] possint. nam nisi piscis domini cibariis saginatur, cum ad piscatorium [e] forum perlatus est, macies indicat eum non esse libero mari captum, sed de custodia elatum, propter quod plurimum pretio detrahitur. Atque haec villatica pastio finem prae- 16
senti disputationi faciat, ne immodico volumine lector [f] fatigetur. Redibimus [g] autem sequenti exordio ad curam siluestrium [h] pecorum, cultumque apum [i].

h) *mitis digitus infractus vinedo, nec P.* i) *elisum Iunt. L.* k) *e* habent *P. I. I.* omitt. alii. l) *multra I. B. R. multis P.* m) *magis* abest *I. B. R.* n) *dum* abest *P.* o) *sublimior P. sublimes expectat L.* p) *leuaque I. B. R. I. I. H. A.* q) *prouidet I. B. R.* r) *ex* abest *I. B. R.* s) *allecula I. B. R.* t) *cantarus I. B. R.* u) *gubio Iens. cobio P.* x) *et* abest *P. I. B. R.* y) *quisque I. B. R.* z) *seuitia R.* a) *derida L.* b) *beticae I. B. R.* c) *regionibus* absque ( ) *I. B. R.* d) *tolerari I. B. R.* e) *piscatorum I. B. R. piscatoris P.* f) *delector P.* g) *Rediemus I. B. R.* h) *syluestrium I. I. H. A. Gr. G.* i) *apium I. B. R.* *Iuni Moderati Columellae rei rusticae liber VIIII de villaticis pastionibus auiarius et piscator. Liber Iuni Moderati Columellae rei rusticae liber decimus de villaticis pastionibus Macellarius et Apiarius Pol.* similia sed vitiosiora *Lips.*

17, 15 EXIMIA SI SIT LARGA) Legendum puto: *eximie*, vt L. 1 *stagnum eximie optimum.*

17, 16 REDIBIMVS) Quidsi legas, *reddemus — curam* etc. Hec vsu verbi nihil est apud Plinium frequentius; nec est ille nostris incognitus. *Redibimus* parum commodum videtur, quia nondum ibi fuit; nisi tamen respici dicamus ad finem libri septimi, vbi siluestrium quadrupedum curam octauo libro et ipsam destinauerat.

L. IVNII MODERATI COLVMELLAE
DE RE RVSTICA
LIBER NONVS.

PRAEFATIO.

Venio nunc ad tutelam pecudum siluestrium et [a] apium educationem: quas et
ipsas, Publi [b] Siluine, villaticas pastiones iure dixerim, siquidem mos [c] anti-
quus lepusculis capreisque, ac similibus [d] feris iuxta villam plerumque subiecta do-
minicis habitationibus ponebat viuaria, vt et conspectu suo [e] clausa venatio possiden-
tis [f] oblectaret oculos, et cum exegisset vsus epularum, velut e cella promerentur.
2 Apibus quoque dabatur [g] sedes adhuc nostra memoria, vel in ipsis villae parietibus
excisis, vel in protectis porticibus ac pomariis. Quare quoniam [h] tituli, quem [i] scri-
psimus [k] huic disputationi, ratio reddita est, ea nunc quae proposuimus [l] singula
persequamur [m].

CAPVT I.

Ferae pecudes, vt capreoli, damaeque, nec minus orygum [a] ceruorumque
genera et aprorum, modo lautitiis [b] et voluptatibus dominorum seruiunt, modo
quaestui ac reditibus. Sed qui venationem voluptati suae claudunt, contenti sunt,
vtcunque competit proximus aedificio loci situs, munire viuarium, semperque [c] de
manu cibos, et aquam praebere: qui vero quaestum reditumque desiderant, cum est
vicinum villae nemus (id enim refert non procul esse ab oculis domini) sine cuncta-
2 tione praedictis animalibus destinant [d]. Et si naturalis defuit [e] aqua, vel inducitur
fluens,

VARIETAS LECTIONIS.

[Colum. Lib. IX. *Praefatio*] a) *et* omittitur *P.* b) *Publii R.* c) *max I. I.* d) *subus P. L.* e) *sui P.* f) *possidentes H. possidenti G.* g) *dabantur I. B. R. I. I. H. A. G.* h) *quando I. B. R.* i) *quemadmodum Hern.* k) *inscripsimus* coni. VRSIN. *construitur Lips.* l) *praeposuimus I. B. R.* m) *prosequamur I. B. R.* [C. I.] a) *origum I. B. R. I. I. H. A. G. ericum L.* b) *lauticiis L. I. B. R.* c) *perque P.* d) *destinant I. B. R. destinatur* al. e) *defuerit I. I.*

Prooemium.

1 AC SIMILIBVS FERIS) In vetusto codice inuenit scriptum Rob. Steph. *suibus feris.* Quod optimum videtur; nam si vulgata lectio retineatur, necessario sequitur, Oryges, Damas, Ceruos in viuariis nutriuisse veteres; hae siquidem fere ad Capreas plurimum accedunt. Cui rei praecipue Columellae sententia repugnat, qui veterum leporaria, cum angustiora essent, paucas feras, lepores nimirum, capreas, et apros conclusos habuisse significare videtur. De quibus septis ita Varro, 3, 3 *Sic alterum genus illud venaticum duas habet diuersas species, vnam in qua est aper, caprea, lepus;* It. *Sic in secunda parti ac leporario pater tuus, Axi, praeterquam lepusculum e venatione vidit nunquam. Neque enim erat magnum id septum quod nunc, vt habeant multos apros ac capreas, complura iugera maceriis concludunt.* PONTED. Victorius quoque *immissis* legi iubet *suibus feris.* Conf. omnino Cap. 1, 1.

1 VIVARIA) de animalibus. Vide Paulum Alex. Maffeum in explicatione Inscriptionis cuiusdam in Giornale de Letterati d'Italia Tom. 12 p. 105. SCHOETTG.

2 AC POMARIIS) Videtur legendum *ac alueariis* siue *ac apiariis.* Nam infra c. 3 sic habet: *Itaque ne hoc in toto apiario fiat* etc. VRSIN. Quin in *pomariis* ponuntur *apiaria.*

I, 3 ET

fluens, vel infoſſi [f] lacus Signino conſternuntur [g], qui receptam pluuiatilem conti-
neant. Modus ſiluae [h] pro cuiuſque facultatibus occupatur, ac ſi lapidis et operae
vilitas ſuadeat, haud [i] dubie caementis [k] et calce formatus circumdatur murus: ſin
aliter; crudo latere, ac luto conſtructus. Vbi vero [l] neutrum patrifamiliae [m] con- 3
ducit, ratio poſtulat vacerris includi: ſic enim appellatur genus clatrorum: idque fa-
bricatur ex robore, quercu [n], vel ſubere [o]. nam oleae rara eſt occaſio. quidquid de-
nique ſub iniuria pluuiarum magis diuturnum eſt, pro conditione regionis ad hunc
vſum eligitur. Et ſiue [p] teres arboris truncus, ſiue [q] vt [r] craſſitudo poſtulat [s], erit [t]
fiſſilis [u] ſtipes, compluribus locis per [x] latus efforatur, et in circuitu viuarii certis
interuenientibus ſpatiis defixis erigitur: deinde per tranſuerſa laterum caua [y] trans-
mittuntur ramices, qui exitus ferarum obſerent. Satis eſt autem vacerras inter pe- 4
des octonos defigere, ſeriſque tranſuerſis ita clatrare [z], ne ſpatiorum laxitas, quae
foraminibus interuenit, pecudi praebeat [a] fugam. Hoc autem modo [b] licet etiam
latiſſimas regiones, tractuſque [c] montium claudere, ſicuti [d] Galliarum [e], necnon et
in aliis quibuſdam prouinciis locorum vaſtitas patitur. nam et fabricandis ingens eſt
vacerris [f] materiae copia, et caetera in hanc rem feliciter [g] ſuppetunt. quippe cre-
bris fontibus abundat ſolum, quod eſt maxime praedictis generibus ſalutare: tum 5
etiam ſua ſponte pabula feris benigniſſime [h] ſubminiſtrat [i]: praecipueque ſaltus eli-
guntur, qui et terrenis foetibus, et arboreis [k] abundant. nam vt graminibus, ita fru-
gibus roburneis [l] opus habent [m]: maximeque laudantur, qui ſunt feraciſſimi quer-
neae glandis, et iligneae, nec minus cerreae [n], tum [o] et arbuti [p], caeterorumque
pomorum ſilueſtrium, quae diligentius perſecuti ſumus, cum de cohortalibus pecu-
dibus [q] diſputaremus. nam eadem fere ſunt pecudum ſilueſtrium pabula, quae do-
meſticarum. Contentus tamen non debet eſſe diligens paterfamilias [r] cibis, quos ſu- 6
apte natura terra gignit; ſed temporibus anni, quibus ſiluae pabulis carent, condita
meſſe clauſis ſuccurrere [s], ordeoque alere, vel adoreo farre, aut faba, plurimum-
que etiam vinaceis, et [t] quicquid denique viliſſime conſtiterit, dare. idque vt [u] in-
telligant ferae praeberi, vnam vel alteram domi manſuefactam [x] conueniet immit-
tere,

f) *in foſſi* diuiſ. *R. G.* g) *conſtruuntur I. B. R.* h) *vt* interſeritur P. i) *ita vt dubii P.* k) *cementis I. B. R. I. I. H. A. G.* l) *vero* deeſt *I. B. R.* m) *patrisfamiliae R. G.* n) *querceo L. I. B. R.* o) *ſubereo L. I. B. R.* p) *ſi veteris* omn. q) *ſiue* deeſt *R.* r) *qui Gr.* s) *poſtulauit I. B. R.* t) *eris* deeſt *I. B. R.* u) *fiſſilus H. A. faſſilis L.* x) *perlatus* iunct. *R. H. A. Gr. G.* y) *cauea lenſ. cuca P.* z) *glatrare P.* a) *praebeat R.* b) *non I. B. R.* c) *tratuſque R.* d) *ficus I. B. R.* e) *Gallicarum P.* f) *materiae vacerrus P.* g) *foeliciter I. B. R H.* h) *benigniſſimae R.* i) *ſubminiſtrant I. B. R.* k) *arbore P. arboribus I. B. R.* l) *robur: ne his* diu. *R. robur ne iis I. B.* m) *habet I. B. R. eſt P.* n) *acernae* in margine Gryph. et Steph. o) *cum I. B. R.* p) *arbuſti I. B. R.* it. *Lipſ.* qui ſaepe ita. q) *pecudibus* deeſt *I. B. R.* r) *paterfamiliae I. B. R.* s) *ſuccurere R.* t) *et* deeſt *I. B. R.* u) *vt* abeſt *Gy.* x) *manſuefactum G.*

I, 3 ET SIVE TERES) Ita elegans, ita blanda eſt VRSINI iſta coniectura; ita frigida porro et parum digna elegantiſſimo ſcriptore, vulgata lectio, vt non dubitarim eam recipere, cum praeſertim indicare veterem non intermiſerim.

I, 3 EFFORATVR) *perforatur* vult VRSIN. Et eſt forte *efforatur* ἅπαξ λεγόμενον.

I, 4 VACERRAS INTER PEDES) Videtur legendum *vacerras tres in pedes octonos.* VRSIN. Quin nihil mutandum. Iuſtum ſane vacerris binis interuallum, et breue potius quam longum, octoni pedes. De *ſeris tranſuerſis* vid. Ind.

I, 4 SICVTI GALLIARVM) Videndum, an legi debeat, *ſicut in Gallia Alp. nec non et in aliis quibusdam prouinciis.* VRSIN.

I, 5 ET ILIGNEAE) Hanc enim impinguandis animalibus multum conferre teſtatur experientia quotidiana, et probat locis auctorum in medium productis Iungermannus ad Longum lib. 3 p. 218, 219. SCHOETTG.

tere, quae peruagata totum viuarium cunctantes ad obiecta cibaria pecudes perducat.
7 Nec solum istud per hiemis penuriam fieri expedit, sed cum etiam foetae partus
ediderint, quo melius educent natos. itaque custos viuarii frequenter speculari debe-
bit, si iam effoetae sint, vt manu datis sustineantur [y] frumentis. nec vero patiendus
est [z] oryx, aut aper, aliusue quis ferus [a] vltra quadrimatum senescere. nam vsque in
hoc tempus capiunt incrementa, postea macescunt senectute. quare dum viridis aetas
8 pulchritudinem corporis conseruat, aere mutandi sunt. Ceruus autem [b] complu-
ribus annis [c] sustineri potest. nam diu iuuenis possidetur, quod aeui longioris vitam [d]
sortitus est. De minoris [e] autem incrementi [f] animalibus, qualis est lepus [g], haec
praecipimus, vt in iis [h] viuariis, quae maceria [i] munita sunt, farraginis, et olerum
ferae [k] intubi [l] lactucaeque semina paruulis areolis per diuersa spatia factis iniician-
tur. itemque Punicum cicer, vel hoc vernaculum, nec minus ordeum, et cicercula
condita ex horreo promantur, et aqua caelesti macerata obiiciantur. nam sicca non
9 nimis ab lepusculis appetuntur. Haec porro animalia, vel similia his (etiam silente [m]
me) facile intelligitur, quam non expediat conferre [n] in id viuarium, quod vacerris
circumdatum est: siquidem propter exiguitatem corporis facile clatris subrepunt, et
liberos nacta [o] egressus fugam moliuntur.

II. VENIO nunc ad alueorum curam, de quibus neque diligentius quidquam
praecipi potest, quam ab Hygino [a] iam dictum est, nec ornatius quam Virgilio, nec
elegantius [b] quam Celso. Hyginus veterum auctorum placita secretis dispersa moni-
mentis [c] industrie [d] collegit [e]: Virgilius poeticis floribus illuminauit: Celsus vtrius-
2 que memorati adhibuit modum. Quare [f] ne attentanda quidem nobis fuit haec dis-
putationis materia, nisi quod consummatio [g] susceptae professionis hanc quoque sui
partem desiderabat, ne vniuersitas inchoati operis nostri, velut membro aliquo re-
ciso [h], mutila [i] atque imperfecta conspiceretur. Atque ea, quae Hyginus fabulose
tradita de originibus apum non intermisit, poeticae magis licentiae, quam nostrae
3 fidei concesserim. Nec sane rustico dignum est sciscitari, fuerit ne mulier pulcher-
rima specie Melissa [k], quam Iupiter [l] in apem conuertit, an (vt Euhemerus [m] poeta
dicit) crabronibus et sole genitas apes, quas nymphae Phryxonides [n] educauerunt [o],
mox

y) *sustinentur B. R.* z) *est* deest *I. B. R.* a) *verus R.* b) *tamen P. I. I.* c) *anni R.* d) *vitem Ald.* e) *minoribus P.* f) *incrementis P.* g) *lupus Iens.* h) *bis I. B. R.* i) *materia L.* fere semper hic etiam G. k) *fere* omn. l) *intubae I. B. R.* m) *silenter et I. B. R.* lacunam inter *silentem et* antiq. *et* habet L. n) *confere R.* o) *nactae I. B. I. I. H. A. Gr. G.* deest *Reg.* [C. II.] a) *Hyginio* omn. b) *eligantius Iunt.* c) *monumentis I. B. R.* d) *industria Herv.* e) *colligit P. L.* f) *Qua in re attentanda R.* g) *consumatio L. I. B. R. I. I. H. A. G.* h) *resciso H.* i) *mutilata I. B. R.* k) *Mellissa* praeter Com. omnes. l) *iuppiter B. R.* m) *Heubemerus L. Homerus Iens.* ant. et nouus Politiani nobiscum facit. n) *phruxonides L. I. I. I. H. A. G. phrixonides B. R.* o) *educauerunt I. B. R.*

1, 8 FERAE INTVBI) Ita legendum. nam infra cap. 4. ait: *rapistrique olus, et intubi siluestris.* et li. 10. *palmitibusque feris laetatur.* VRSIN.

2, 1 QVAM VIRGILIO—QVAM CELSO) Vt in secundo membro periodi *ab Hygino*, ita in tertio et quarto legerem: *quam a Virgilio, quam a Celso.* PONTED.

2, 3 MELISSA) Melissei Cretensium Regis filia, quae Iouem puerum vna cum sorore sua nutriuit lacte caprino et melle, vnde fabula nata est, illum a capra lacte sustentatum esse, nec non apes aduolasse, atque os pueri melle complesse. Lactantius 1, 22, 19. SCHOETTG.

2, 3 EVHEMERVS) Vid. ad V. 1, 48, 2.

2, 3 NYMPHAE PHRYXONIDES) Nescio an harum vsquam memoria praeter hunc locum supersit. Fabulam, vel fabulas potius prope infinitas de Ioue nutrito a capra, ab apibus, a columbis, ab aquila, quid amplius? *a sue* etiam, non attingimus. Petet eas, qui volet tum ab his,
qui

mox Dictaeo specu Iouis extitisse nutrices, easque pabula munere dei fortitas qui-
bus ipsae paruum educauerant alumnum. Ista enim, quamuis non dedeceant poë-
tam, summatim tamen, et vno tantummodo versiculo leuiter attigit Virgilius[p], cum
sic ait: *Dictaeo caeli*[q] *regem pauere sub antro.* Sed ne illud quidem pertinet ad 4
agricolas, quando et in qua regione primum natae sint[r]: vtrum in Thessalia sub
Aristaeo, an in insula Cea, vt scribit Euhemerus[s], an Erichthonii[t] temporibus in
monte Hymetto[u], vt Euthronius[x]; an Cretae Saturni temporibus, vt Nicander:
non magis quam vtrum examina, tanquam caetera videmus animalia, concubitu so-
bolem procreent, an haeredem[y] generis sui floribus eligant, quod affirmat noster
Maro[z]: et vtrum euomant[a] liquorem mellis, an alia parte reddant. Haec enim, 5
et his similia, magis scrutantium rerum naturae latebras, quam rusticorum est inqui-
rere. studiosis quoque literarum[b] gratiora sunt ista in otio[c] legentibus, quam nego-
tiosis[d] agricolis. quoniam neque in opere, neque in re familiari quidquam iuuant.

III. QVARE reuertamur ad ea, quae alueorum cultoribus magis[a] apta sunt.
Peripateticae sectae conditor Aristoteles in iis[b] libris, quos de animalibus conscri-
psit, apum siue examinum genera complura demonstrat, earumque alias[c] vastas,
sed glomerosas, easdemque nigras et hirsutas apes[d] habent: alias[e] minores[f] qui-
dem, sed aeque[g] rotundas, et infusci coloris, horridique pili[h]: alias[i] magis exi- 2
guas, nec tam rotundas, sed obesas tamen, et latas[k], coloris meliusculi: nonnullas[l]
minimas, gracilesque, et acuti aluei[m], ex aureolo[n] varias atque leues: eiusque
auctori-

p) *Vergilius* post Vict. q) *coeli* praeter St. C. omnes. r) *sunt I. B. R.* s) *Homerus I. B. R.* t) *Erech-tei P.* sic et Victor. in omissis. *Ericebonii L.* u) *Hymeto a. V. Eumetio L. hyemetio a. hymetio* n. *P.* x) *Euporius Lips.* y) *heredem Heru.* z) *Varro L.* a) *elomant L.* b) *litterarum I. B. R. Iunt.* c) *ocio I. B. R.* d) *negociosis I. B. R.* [C. III.] a) *aptae P.* b) *his B. R.* c) *alia Heru. alia quae Lips.* d) *alas Iunt.* e) *alia Heru.* f) *maiores P. L.* g) *neque P.* h) *pilli I. B. R.* i) *alia Heru.* k) *lotas* coni. *Vrsi.* l) *nonnulla Heru.* m) *alui* coni. *Morg. I, 44.* n) *aureolo Iens. auriolo P.*

qui profitentur, cum praesertim a Lud. de la Cerda ad Virg. Georg. 4, 150.

2, 4 IN THESSALIA SVB ARISTAEO) quod statuunt Virgilius Georg. 4, 283. Iusti. 13, 7, 10. SCHOETTG.

2, 4 AN CRETAE) Hinc in Cretensium argenteis numismatibus videmus ex vna parte apis simulacrum expressum, ex altera incerti animalis caput cornutum cum litteris ΕΛΤΡΙΩΝ, qui populi sunt Cretae. VRSIN.

2, 4 FLORIBVS ELIGANT) pro *legant e floribus.* Duriusculum, modo ita scripserit Columella. De re ipsa ex Maraldi et Leeuwenhoekii obseruationibus probabile sit feminam esse in hoc genere solam, quam *regem* appellant Latini, quae oua in cellis omnibus ponat; *fucos*, mares; in reliquis sexum plane non apparere. Iucundissime ista proponuntur, et venustate gentis propria, ab auctore spectaculorum naturae T. I P. I Coll. 6 p. 142. sq.

2, 4 MARO) Ge. 4, 202 vbi copiosus et liberalis more suo est Cerda.

2, 4 VTRVM EVOMANT) Statuunt hoc Plinius 11, 12. *Ore enim vomunt*: et Trimalchio apud Petronium c. 56 *Apes ego diuinas bestias puto, quae mel vomunt, etiamsi dicuntur illud a Ioue adferre.* SCHOETTG.

3, 1 ARISTOTELES) Hist. an. 5, 22. SCHOETTG. Otia et hic fecit, si quis conferre sententias veterum, nominatim nostri Columellae et Aristotelis tum verba tum sententias velit, diligentissimus la Cerda ad Virg. 4, 95 sq. vbi de suo addidisse multa Moderatum nostrum obseruat.

3, 1 EARVMQVE ALIAS VASTAS) *Eorumque* (examinum) *alia* (genera) *vastas* — *habere* legi vult Vrsinus. Et vidit tale quid etiam, qui praefuit editioni Heruagianae, qui etiam *alias* bis in *alia*, et *nonnullas* in *nonnulla* mutauit. Sed sine librorum suffragiis nihil ausus sum mutare, cum *examina* subaudiri, *alias* autem et *nonnullas* commode ad apes referri possint.

3, 2 COLORIS MELIVSCVLI) Cogitabam, num *melleusculi* forte legendum sit. Plinius certe in hoc argumento 11, 16 s. 16 *mellei coloris* regem vocat.

3, 3 VIR.

auctoritatem sequens Virgilius [o], maxime probat paruulas, oblongas, leues [p], nitidas, *Ardentes auro*, *et* [q] *paribus lita corpora guttis*, moribus etiam placidis. nam quanto
3 grandior apis, atque etiam [r] rotundior, tanto peior. Si vero saeuior [s], maxime pessima est [t]. sed tamen iracundia notae melioris [u] apium [x] facile delinitur assiduo interuentu eorum qui curant [y] aluearia. nam cum saepius tractantur, celerius mansuescunt, durantque si diligenter excultae sunt, in annos decem, nec vllum examen hanc aetatem potest excedere, quamuis in demortuarum locum quotannis pullos substituant. nam fere decimo ab internicione [z] anno, gens vniuersa totius aluei consu-
4 mitur. Itaque ne hoc in toto apiario fiat, semper propaganda erit soboles, obseruandumque vere cum se noua profundent [a] examina, vt excipiantur, et domiciliorum numerus augeatur. nam saepe morbis intercipiuntur, quibus quemadmodum mederi oportet, suo loco dicetur.

IV. INTERIM per has notas, quas iam diximus, probatis apibus destinari debent pabulationes, eaeque sint secretissimae, et [a] vt noster praecipit Maro [b], viduae pecudibus, aprico, et minime procelloso caeli statu: *Quo* [c] *neque sit ventis aditus; nam pabula venti Ferre domum prohibent: neque oues, hoedique* [d] *petulci Floribus insultent, aut errans bucula campo Decutiat* [e] *rorem, et surgentes atterat herbas.*
2 eademque regio foecunda sit fruticis exigui, et maxime thymi, aut origani, tum [f] etiam thymbrae [g], vel nostratis cunilae, quam satureiam [h] rustici vocant. Post haec frequens sit incrementi maioris surculus, vt rosmarinus, et vtraque cytisus. est enim satiua, et altera suae spontis. itemque semper virens pinus, et minor ilex: nam prolixior ab omnibus improbatur. ederae [i] quoque non propter bonitatem recipiun-
3 tur, sed quia praebent plurimum mellis. Arbores [k] vero sunt probatissimae, rutila [l] atque alba ziziphus [m], nec minus amarantus [n], tum etiam amygdalae, et [o] persici, atque

o) *Vergilius Gr. G.* p) *breues L.* q) *et* deest *I. B. R.* r) *etiam* abest *I. B. R.* s) *feuerior I. B. R.* t) *est* deest *I. B. R.* u) *meliores P.* x) *apium* deest *I. B. R.* y) *currant. Nam P.* z) *internitione B. R. I. I. H. A. G. ab internicione* deest *Lips.* a) *perfundent I. B. R. H.* [C. IV.] a) *vt et* praeter Steph. et Com. omnes. b) *Varro L.* c) *Quod P.* d) *baedique I. B. R. A. edique L.* e) *decutiet I. B. R.* f) *aut I. B. R.* g) *tymbrae L. et a V.* h) *satyreiam P.* i) *Hederae I. B. R.* k) *Arborum P.* l) *rutilia I. B. R.* m) *xicippus L.* n) *amaricus I. B. R. amaracus Pol. amaranthus I. I. H. A. Gr. G. St.* o) *et* deficit *I. B. R.*

3, 2 VIRGILIVS) Ge. 4, 98. SCHOETTG.

3, 3 SI VERO SAEVIOR) scribendum, *si vero saeuiat, maxima pessima est.* VRSIN. Totum hoc incisum mihi suspectum sit, cum nihil nouum dicat. itaque suspicabar e glossa ortum vel lemmate.

3, 3 IN ANNOS DECEM) Plin. 11, 20. SCHOETTG. Aristot. Hist. An. 5, 19 Βίος δὲ τῶν μελιττῶν ἔτη ἕξ. ἔνιαι δὲ καὶ ἑπτὰ ἔτη ζῶσιν. ἐὰν δὲ σμῆνος διαμείνῃ ἔτη ἐννέα ἢ δέκα, εὖ δοκεῖ διαγεγενῆσθαι.

3, 3 AB INTERNICIONE) Quid si loco non suo posita sint duo verba, alterum etiam abundet? Commodius certe videtur legi: *decimo anno gens uniuersa totius aluei internicione consumitur.*

4, 1 QVO NEQVE SIT) Georg. 4, 9. SCHOETTG.

4, 2 REGIO FOECVNDA SIT) Vid. Pall. 1, 37, 2 sq.

4, 2 SEMPER VIRENS PINVS) Salmasius ad Solinum c. 23, p. 198. cum sibi non constare affirmasset, quaenam sit illa *pinus*, quam *semper virentem* noster, et *semper floridam* Virgilius adpellat; tandem emendat, et legit h. l. *tinus*. Nam *pinus* est arbor, hic autem refertur inter frutices, quae mediae sunt inter arbores et herbas. Est autem *tinus* lauri siluestris genus, quod ideo semper viret, et quia siluestris est, minor quoque est, et sic optime inter frutices numeratur. SCHOETTG. Vide, quae dicimus ad 9, 5, 6.

4, 3 AMARANTVS) Non est inter arbores, sed potius herbas, quapropter Bodaeus a Stapel ad Theophr. hist. plant. 4, 7 ex veteri codice, qui habet *amaricus* substituit *tamarica* vel *tamariscus*, quae inter arbusculas est, et cuius historia prolixe

atque pyri [p], denique pomiferarum pleraeque [q], ne fingulis immorer. At filue-
ftrium commodiffime faciunt glandifera robora, quin etiam terebinthus [r], nec dif-
fimilis huic lentifcus, et odorata cedrus [s]. At [t] tiliae folae ex omnibus funt nocen-
tes: taxi repudiantur. Mille praeterea femina vel crudo caefpite [u] virentia, vel 4
fubacta fulco, flores amiciffimos apibus creant, vt funt in irriguo [x] folo frutices
amelli, caules acanthini [y], fcapus afphodeli, gladiolus narciffi [z]. At in hortenfi
lira [a] confita nitent candida lilia, nec his [b] fordidiora leucoia, tum punicae [c] rofae,
luteolaeque, et Sarranae violae, nec minus caeleftis numinis hyacinthus [d], Cory-
cius [e] item Siculufque bulbus croci deponitur, qui coloret odoretque mella. Iam 5
vero notae vilioris innumerabiles nafcuntur herbae, cultifque atque pafcuis regioni-
bus, quae fauorum ceras [f] exuberant: vt vulgares lapfanae, nec his pretiofior [g] ar-
moratia [h], rapiftrique olus, et intubi filueftris, ac nigri papaueris flores, tum agre-
ftis paftinaca, et eiufdem nominis edomita, quam Graeci σταφυλῖνον [i] vocant. Ve- 6
rum ex cunctis, quae propofui, quaeque omifi [k] temporis compendia fequens (nam
inexpu-

p) *piri I. B. R. Ald.* q) *pleraque I. B. R.* r) *terebinthus I. B. R.* s) *caedrus a. V.* t) *Attiliae* iunct. *Hern.* u) *cefpite a. V.* x) *virgineo P. a.* et *L. virginio P. n.* y) *acantini Reg. achantini L.* z) *narcifi I. B. R. nartis L.* a) *lyra I. B. R.* b) *hic I. B. R.* c) *punicee* h. e. *puniceae L.* d) *iacynthus I. B. R.* e) *corytius. Item I. B. R. coritius I. I. H. St.* f) *caeras I. B. R.* g) *preciofior I. praeciofior B. R.* h) *aremorana L.* i) *στάφυλινῳ I. B. R. σταφυλῖνον P. et Iunt.* k) *obmifi I. B. R.* — *A. G.*

prolixe recenfetur a viro laudato. Iuuat et nonnihil Lipf. qui habet *amaracus*. SCHOETTG. Male in vulgatis libris legitur *amarantus*, non arbor, fed herba, eaque, ut Botanici loquuntur, annuae naturae, nulloque odore infignis apibusque inutilis. Quare cum Hermolao Barbaro (qui Coroll. 1, 125 hunc locum reftituit) expuncto τῷ *amarantus* fubrogetur *tamarix*, circum quam apes omne genus dum floret, circumuolant. PONTED.

4, 3 AT TILIAE SOLAE) At Plin. 11, 13 extr. *forbetur optimum* (mel) *et minime fronde infectum, e quercus, tiliae, arundinum foliis. Tiliam* etiam Poeta laudat, 4, 141.

4, 3 TAXI REPVDIANTVR) Virg. Ecl. 9, 30 *Sic tua Cyrnaeas fugiant examina taxos.* Bodaeus a Stapel l. c. 3, 10 SCHOETTG. Adde Plin. 11, 8.

4, 4 IN IRRIGVO SOLO) Codex Longobardus, *Virgineo*, alter *virgeneo*. Receptam lectionem loco fuo tenui; quid tamen in Mff. invenerim, tegere nolui. VICT. Etiam hic apparet, eosdem effe codices Mediceos, quibus Politianus, et quibus Victorius vfi funt.

4, 4 GLADIOLVS NARCISSI) Hic locus a pofterioribus male accipi poteft, qui Gladiolum a Narciffo feiungunt; et reuera ftirpes diffimiles funt tum radicum, tum foliorum florumque forma (loquor autem de iis narciffis, quos plurimos hac aetate in hortis colimus, nam veterum Narciffus quae fuerit planta, incertum eft.) Adde quod Palladius Columellam non obfcure imitans 1, 37 Narciffum ab Hyacintho, qui *Iris* vel *Gladiolus* dicebatur, diftinguit: *Afphodilum, citraginem, amaracum, hyacinthum, qui iris vel gladiolus dicitur fimilitudine foliorum. narciffum, crocum ceterasque herbas fuauiffimi odoris et floris.* Idem Columella hyacinthum infra commemorans: *nec minus caeleftis numinis hyacinthus*, eundem feparat a narciffo. Idcirco gladiolum de hyacintho hic fufpicari non poffumus, neque etiam de gladiolo proprie dicto: legendum enim effet *gladiolus*, *narciffus*, quod elegans illa loquendi forma, *frutices amelli*, *caules acanthini*, *fcapus afphodeli*, negare videtur. Relinquitur itaque vt *gladiolus* de Columellae fententia hoc in loco narciffi pars fit, folium nimirum, *gladiolus* ob fimilitudinem appellatum. PONTED.

4, 4 TVM PVNICAE ROSAE) Vid. leg. *Tum vero puniceae rofae luteolaeque.* VRSIN. Non tamen vult *luteolae* rofarum epitheton effe Vrfinus; violarum ifta duo genera *luteolae* et *Sarranae* h. e. purpureae etc.

4, 4 COELESTIS NVMINIS HYACINTHVS) *Nominis* fcribendum, non *numinis*. Eft autem coelefte hyacinthi nomen, quod vocatur *iris*, vt oftendit Salmafius de homonymis hyles iatricae c. 22. SCHOETTG. Nihil fere dubito, quin legendum fit *luminis* h. e. coloris; caerulei coloris eam effe commendationem apparet. Et video idem placere Cl. Morg. l, 45.

4, 5 CVLTISQVE ATQVE PASCVIS) Legendum: *cultis aeque atque pafcuis regionibus, quae fauorum cellas exuperant.* VRSIN.

4, 5 CERAS EXVBERANT) h. e. vt in indice exponit Sylburgius, vberes reddunt. Sic Tertullianus de pallio c. 2 *Scythae exuberant Perfas*, i. e. tanquam ex vbere produxerunt: vbi Salmafius hunc locum noftrum laudat. SCHOETTG.

inexputabilis erat numerus) saporis praecipui mella reddit thymus. thymio [l] deinde
proxima [m] thymbra [n], serpyllumque [o], et origanum. tertiae notae, sed adhuc ge-
nerosae, marinus ros, et nostras cunila [p], quam dixi satureiam. mediocris deinde
gustus amarantini [q], ac ziziphi [r] flores, reliquaque, quae proposuimus, cibaria.
7 Sed ex omnibus deterrimae notae mel habetur nemorense, quod ex sparto atque
arbuto [s] prouenit: villaticum, quod nascitur in oleribus, et stercorosis herbis. Et
quoniam [t] situm pastionum, atque etiam genera pabulorum exposui, nunc de ipsis
receptaculis [u] et domiciliis examinum loquar.

V. SEDES apibus collocanda est contra brumalem meridiem procul a tu-
multu, et coetu hominum ac pecudum, nec calido loco, nec frigido: nam vtraque
re [a] infestantur. haec autem sit ima parte vallis, et vt vacuae cum prodeunt pabu-
latum apes, facilius editioribus [b] aduolent, et collectis vtensilibus, cum onere per
procliuia non aegre deuolent. Si villae situs ita competit, non est dubitandum,
quin aedificio iunctum apiarium maceria circumdemus, sed in ea parte, quae tetris
2 latrinae, sterquiliniique, et balinei [c] libera est odoribus. Verum si positio repugna-
bit, nec maxima tamen incommoda congruent, sic quoque magis expedit, et sub
oculis domini esse apiarium. sin autem cuncta fuerint inimica, certe vicina vallis oc-
cupetur, quo saepius descendere non sit graue possidenti. nam res ista maximam
fidem desiderat; quae quoniam rarissima est, interuentu domini tutius custoditur.
Neque ea curatorem fraudulentum tantum, sed etiam immundae segnitiae perosa
est. aeque enim dedignatur, si minus pure habita est, ac si tractetur fraudulenter.
3 Sed vbicunque fuerint aluearia [d], non editissimo claudantur muro. qui si metu prae-
donum sublimior placuerit, tribus elatis ab humo [e] pedibus, exiguis in ordinem
fenestellis apibus sit peruius: iungaturque tugurium, quo et custodes habitent, et
condatur instrumentum: sitque maxime repletum praeparatis alueis ad vsum nouo-
rum

l) *Tymo R. eximio* ant. *P.* m) *proximum P. a. proximi P.* n. n) *thybra P. a. tymbra I. B. R. I. I. H. A. G. St.* nouus Pol. et Gryph. faciunt cum Commel. o) *serpillumque* extra Iunt. et Com. omnes. p) *cunela I. B. R.* q) *amaranthini* praeter Reg. et Com. omnes. r) *ziziphili L.* s) *arbusto I. B. R.* t) *quom I. B. cum R.* u) *eceptaculis Iunt.* [C. V.] a) *re* omittitur *I. B. R.* b) *editionibus Iens.* c) *balnei R. Gy.* d) *albearia Pol.* ant. e) *ymo L.*

4, 6 AMARANTINI,) Detecto supra in illo *nec minus amarantus* vitio, hic quoque facilis inueniri potest. In qua quidem re Hermolaum Barbarum non sequar, qui *amaracini* legit; *Amaracus* enim cum aromatica herba sit, optimae notae mel exhibet, non *mediocris gustus*, vt ait Columella. Quapropter legendum videtur *Tamaricis, et ziziphi flores*; vtraque sane arbor, vtraque supra vna commemorata; vtraque inferioris notae mella exhibens. Si quis vero quaerat, cur hic ziziphi flores *mediocris gustus* appellauerit, quorum arbores *probatissimas* dixerit; is sciat, ziziphos dici probatissimas inter arbores, mediocris autem gustus, dum harum arborum flores cum thymi, thymbrae, serpilli, origani, roris marini, satureiae floribus, qui praestantius mel exhibent, conferuntur. PONTED. Legit iterum Bodaeus a Stapel *tamaricini*. SCHOETTG.

4, 7 MEL NEMORENSE) Rusticum videtur esse Palladio 1, 37, 3.

4, 7 QVOD EX SPARTO) Plin. 8, 8 *Falso excipitur et spartum, quippe cum in Hispania multa in spartariis mella herbam eam sapiant.* SCHOETTG.

5, 1 SEDES APIBVS) Vid. P. 1, 37, 1.

5, 1 BRVMALEM MERIDIEM) Vid. S. ad 8, 8, 2 et copiose ad 1, 6, 2 Potest hic *brumalem meridiem* spectare dici locus, cui nihil obstat, quo minus etiam brumae tempore radiis meridiani solis collustrari queat: ita aestiuum spectaret meridiem, cui oppositum quidem aliquid, sed non ita altum, vt non in summo axe constitutus sol illud superet.

5, 4 PAL-

rum examinum [f], nec minus herbis ſalutaribus, et ſiqua ſunt alia, quae languenti-
bus adhibentur. *Palmaque veſtibulum, aut ingens oleaſter obumbret, Vt cum prima* 4
noui [g] *ducent examina reges, Vere* [h] *ſuo, ludetque fauis emiſſa iuuentus: Vicina*
inuitet decedere ripa calori, Obuiaque hoſpitiis teneat frondentibus arbos. Tum 5
perennis aqua, ſi eſt facultas, inducatur, vel extructo [i] canali [k] manu detur, ſine
qua [l] neque faui, neque mella, nec pulli denique figurari queunt. Siue igitur, vt
dixi, praeterfluens vnda, vel putealis canalibus immiſſa fuerit, virgis ac lapidibus
aggeretur apum cauſa, *Pontibus vt crebris poſſint conſiſtere, et alas Pandere ad*
aeſtiuum ſolem, ſi forte moranteis Sparſerit, aut praeceps Neptuno [m] *immerſerit Eurus.*
Conſeri deinde circa totum apiarium debent arbuſculae incrementi parui, maxime- 6
que propter ſalubritatem. nam ſunt etiam remedio languentibus cytiſi [n], tum dein-
de caſiae, atque pini, et roſmarinus: quin etiam cunilae [o], et thymi frutices: item-
que violarum, vel quaecunque vtiliter deponi patitur qualitas terrae. Grauis, et
tetri odoris non ſolum virentia, ſed et quaelibet res prohibeantur, ſicuti cancri ni-
dor, cum eſt ignibus aduſtus, aut odor paluſtris coeni [p]. nec minus vitentur cauae
rupes, aut valles argutae, quas Graeci ἠχοῦς [q] vocant.

VI. IGITVR ordinatis ſedibus, aluearia [a] fabricanda [b] ſunt [c] pro conditio-
ne regionis. ſiue illa ferax eſt ſuberis, haud dubitanter vtiliſſimas aluos faciemus ex
corticibus, quia nec hieme rigent [d], nec candent aeſtate: ſiue ferulis exuberat [e], iis
quoque, cum ſint naturae corticis ſimiles aeque [f] commode vaſa texuntur. ſi neu-
trum aderit, opere [g] textorio [h] ſalicibus connectuntur: vel ſi nec haec ſuppetent,
ligno cauatae [i] arboris, aut in tabulas deſectae fabricabuntur. Deterrima eſt con- 2
ditio

f) *ageraminum L.* g) *vere I. B. R.* h) *Vere ſuo ludetque fauis emiſſa iuuentus* omittuntur *I. B. R.* i) *extructa I. B. R. Herm.* k) *canali* omitt. *L. I. B. R.* l) *aqua L. I. B. R.* m) *neptunno Ienſ.* n) *cythiſi II — St.* o) *cunelae I. B. R. cunellae* hic et ſaepe *L.* p) *ceni I. B. R.* q) *ἠχοῦς Ienſ.* ἠχυς ſine acc. *P.* ηχους ſine ſpir. et acc. *B. R.* ἤχους *I. I. H. A. Gr. G. St.* [C. VI.] a) *albaria* ant. *P.* b) *ordinanda I. B. R.* c) *et fabricanda* interſer. *I. B. R.* d) *frigent P.* e) *exuberat: bis I. B. R.* f) *quibus I. B. R. e quibus edd. rell. aeque commode L. P. 2. aequibus commode* nouus Pol. g) *operarios ali cibos* a. *P.* h) *iiſtorio connectuntur P.* n. *sectorio I. B. R. nectorio L.* i) *cauae P.*

5, 4 PALMAQVE) Virg. Ge. 4, 20.

5, 5 PONTIBVS) Virg. Ge. 4, 27.

5, 6 CASIAE) Cneorum hoc eſſe, κνέωρον, apibus propter odorem apprime vtile, obſeruat ad Geop. 15, 2 Cl. Needhamus.

5, 6 ATQVE PINI) Vid. ad 9, 4, 2 vbi obſeruatum damnari a Salmaſio *pinum*, et *tinum* ſubſtitui: non recte arbitror, ſiue cum Pe. Victorio V. L. 25, 5 herbam intelligas, χαμαίπιτυν dictam Graecis, quaſi tu *humilem pinum* appelles; ſiue, quod magis placet, *pinum* ipſam arborem, in hortis etiam poni ſolitam, quam ſententiam tuetur ad Ge. 4, 112 doctiſſimus la Cerda. Nam poeta etiam non vno loco *pinum* commendat vt gratam apibus. Conf. Heinſ. ad Ouid. A. A. 3, 692 et ad Virg. Ecl. 7, 65.

5, 6 CANCRI NIDOR) Cf. P. 1, 37, 5 Virg. Ge. 4, 47 Plin. 11, 18 ſ. 19 extr. *Cancrorum etiam odore ſi quis iuxta coquat, examinantur.* Neque vero de coquendis ad menſarum vſum cancris loqui Plinium credibile eſt, ſed de vrendis ad vſum non vnum medicum cancris v. g. ad morſum canis rabidi Plin. 32, 5 ſ. 18 et 19, ad ſphacelum ibid. c. 10 ſ. 40, ad defluuium capillorum ibid. ſ. 47. Quin aduerſus carbunculum arborum et pruinas noxias commendant Plinius 18, 29 ſ. 70 itemque Apuleius Geop. 5, 31 fumum cancris ſub dio aduſtis excitandum. Haec in Chreſtomathia Pliniana me iam monere memini, ne miraretur quiſpiam, cur cancros adurere prohibeamur, quod nemo temere facturus videatur.

5, 6 CAVAE RVPES) Legendum videtur, *cauae rupis aut vallis argutiae, quas Graeci ἠχοῦς vocant.* VRSIN. Conf. V. 3, 16, 12.

6, 1 SIVE ILLA FERAX) Videtur legendum: *Sique illa:* deinde, *ſi vero ferulis exuberat*, — *natura corticibus ſimiles aeque commode.* Nam vt vulgo legitur, locus mendoſiſſimus eſt. VRSIN. Certe quantum ad illud *aeque commode*, obtemperandum putaui non tam Vrſino, quam membranis antiquiſſimis.

6, 2 IGNI-

ditio fictilium, quae et accenduntur aestatis vaporibus, et gelantur hyemis frigori-
bus. Reliqua sunt aluεorum genera duo, vt [k] vel [l] ex fimo [m] fingantur, vel late-
ribus extruantur: quorum alterum iure [n] damnauit Celsus, quoniam maxime est
ignibus obnoxium; alterum probauit, quamuis incommodum eius praecipuum non
3 dissimulauerit, quod, si res postulet, transferri [o] non possit. Itaque non assentior
ei, qui putat nihilo minus eius generis habendas esse aluos: neque enim solum id
repugnat rationibus domini, quod immobiles sint, cum vendere aut alios agros in-
struere [p] velit; (hoc enim commodum [q] pertinet ad vtilitatem solius patrisfami-
lias [r]) sed quod ipsarum apium causa fieri debet, cum aut morbo, aut sterilitate, aut
penuria locorum vexatas [s] conueniat in aliam regionem mitti [t], nec propter [u] prae-
4 dictam causam [x] moueri poterunt. hoc maxime vitandum est. Itaque quamuis
doctissimi viri autoritatem [y] reuerebar, tamen ambitione submota, quid ipse cense-
rem, non omisi [z]. Nam quod [a] maxime mouet Celsum, ne sint stabula [b] vel igni,
vel furibus obnoxia, potest vitari opere lateritio [c] circumstructis aluis, vt impedia-
tur rapina praedonis, et contra flammarum violentiam protegantur [d]: easdemque [e],
cum fuerint mouendae, resolutis structurae compagibus, licebit transferre.

VII. SED quoniam plerisque videtur istud operosum, qualiacunque vasa pla-
cuerint collocari [a], debebit suggestus lapideus extendi per totum apiarium in tres
pedes altitudinis, totidemque crassitudinis; isque [b] sic extructus [c], diligenter opere
tectorio leuigari [d], ita ne ascensus lacertis, aut anguibus, aliisue noxiis animalibus
2 praebeatur. superponuntur deinde, siue (vt Celso placet) lateribus facta domicilia,
siue (vt nobis) aluearia, praeterquam a tergo circumstructa [e]: seu quod pene omnium
in vsu est, qui modo diligenter ista curant, per ordinem vasa disposita legantur, vel
laterculis, vel caementis [f], ita vt singula binis parietibus angustis contineantur, li-
beraeque frontes vtrinque sint. nam et qua procedunt, nonnunquam patefaciendae
3 sunt, et multo magis a tergo, quia [g] subinde curantur examina. Sin autem nulli
parietes aluis [h] interuenient, sic tamen collocandae erunt, vt paulum altera ab al-
tera distet, ne, cum inspiciuntur, ea, quae in curatione tractatur [i], haerentem sibi
alteram

k) *vt* om. *I. B. R.* l) *vel* om. *P.* m) *limo I. B. R.* n) *mire I. B. R.* o) *transferi R.* p) *insti-tuere* n. *P.* q) *modium P.* r) *patrisfamiliae I. B. R.* s) *e a speritas L.* forte *exasperatas.* t) *miti R.* u) *propter* omiss. *P.* x) *tausam B.* y) *auctoritatem I. B. R. authoritatem I. I. A.* z) *omissi R.* a) *quid R.* b) *stabla R.* c) *circumcinctis vel* interser. *I. B. R. circumcinctis* solum *L.* d) *proteguntur I. B. R.* e) *Easdem I. B. R.* [C. VII.] a) *collocari debebunt. Suggestus I. B. R. Lips.* b) *isque sic* abest *I. B. R.* c) *extructus R. Isque* interpon. *I. B. R. Lips.* d) *leuigatur I. B. R. Lips.* e) *circum structa* diu. *In.* f) *cementis I. B. R. I. I. H. A. G.* g) *qua* coni. *Morg. I, 47.* h) *aluis Hern. alueis* al. i) *tractantur o.*

6, 2 IGNIBVS OBNOXIVM) Itaque minus etiam probaturus videatur, si reuixerit Celsus, aluearia ex stramine puro eleganter texta, quibus bonam partem vtitur Germania.

6, 3 ALVOS) *alueos* hic et infra substitui vult Vrsin. Nihil mutauerim. Ita etiam Varro 3, 16, 15 vbi etymologiam tradit, et foeminino generi perpetuo iungit, tacente ibi viro doctissimo. Et promiscue *alueum aluumque* in hoc argumento adhiberi, ex Gronouii Gudiique obseruatione ad Fabri thesaurum adnotatum est. Itaque *aluum* scribere nihil dubito, quoties foeminina adiectiua habet.

7, 1 SVGGESTVS LAPIDEVS) Podia vocat P. I, 38, 2.

7, 2 SIVE (VT NOBIS) ALVEARIA) Si nihil deest, e superioribus intelligendum est, *siue* ita facta *vt nobis* placet *aluearia.*

7, 3 NE, CVM INSPICIVNTVR, EA — TRACTATVR) Ita emendandum h. l. videra Vrsin. Superiores etiam omisso inciso ante *ea* collocando peccauerant.

7, 4 LVTO

alteram concutiat, vicinasque apes conterat, quae omnem motum imbecillis[k] ce-
reis operibus suis, tanquam ruinam[l] timent. Ordines quidem vasorum superin-
structos in altitudinem treis esse abunde est, quoniam summum sic quoque parum
commode curator inspicit. Ora cauearum, quae praebent apibus[m] vestibula, pro- 4
niora sint quam terga, vt ne influant[n] imbres, et si forte tamen ingressi[o] fuerint,
non immorentur, sed per aditum effluant[p]. propter quod conuenit aluearia[q] por-
ticibus supermuniri. sin aliter, luto Punico frondibus illinitis[r] adumbrari[s], quod
tegmen[t] cum frigora et pluuias, tum aestus[u] arcet. Nec tamen ita nocet huic
generi caloris aestus[x], vt hiems. itaque semper aedificium sit post apiarium, quod
Aquilonis excipiat iniuriam, stabulisque praebeat teporem[y]. nec minus ipsa domi- 5
cilia, quamuis aedificio protegantur, obuersa[z] tamen ad hibernum orientem com-
poni debebunt, vt apricum habeant apes matutinum egressum, et sint experrectio-
res[a]. nam frigus ignauiam creat. propter quod etiam foramina, quibus exitus aut
introitus datur, angustissima esse debent, vt quam minimum frigoris admittant:
eaque satis est ita forari, ne possint capere plus vnius apis incrementum. sic nec ve-
nenatus stellio, nec obscaenum scarabei vel[b] papilionis genus, lucifugaeque blat-
tae[c], vt ait Maro[d], per laxiora spatia ianuae[e] fauos populantur[f]. atque vtilissi- 6
mum[g] est pro frequentia domicilii, duos vel tres aditus in eodem operculo distan-
tes inter se fieri contra fallaciam lacerti, qui velut custos[h] vestibuli[i] prodeuntibus
inhians[k] apibus affert exitium, eaeque pauciores intereunt, cum licet[l] vitare pe-
stis obsidia[m] per aliud vadentibus effugium[n].

VIII AT-

k) *imbecillis: vt caereis quidem scilicet operibus I. B. R. imbecillis vt cereis L.* l) *operibus* interponitur *I. B. R.* m) *auibus vest. promota L.* n) *impluant* coniect. *Heinsii ad Ouid. met.* 1, 573. o) *incesserit* a. *ingesserint* (vel *incesserit*) n. *P. incesserint ms. Heins. ad Ouid. met. I,* 537 p) *efluant R.* q) *alueria R.* r) *inlimates P.* a. *inlimatis P.* n. *L.* s) *abumbrari I. B. R.* t) *tegimen L. I. B. R.* u) *estatus* ant. *P.* x) *vt hiemis astus* n. *hyemalibus* a. *P.* y) *tepore I. tempore* a. *P.* z) *obuersa I. B. R. I. I. H. A. obuerse Gr. G. obuersae* al. a) *experrectiores Heru.* b) *nec I. B. R.* c) *blactae I. B. R.* d) *Varro L.* e) *ianua R.* f) *populabuntur* a. *P.* g) *vtillissimum R.* h) *costos R.* i) *vestibula L.* forte *vestibulo.* k) *in hac* a. *P.* l) *liceant P.* m) *obsidis P.* in ant. n) *effugiunt H. A. G.*

7, 4 LVTO PVNICO) h. e. craticium opus praetexendum, ad quod vtile inprimis est *lutum Punicum*, argillae illi pinguissimae simile, quam *Letten* nostri appellant. Cum videam, ridicule in hac re erratum esse, semel quid sit *lutum Punicum* vel *impensa Punica* de qua Pall. 1, 13, 2 explicabo. Atque *impensa* quid sit, facile intelliges, si quis loca in Indice nostro indicata comparare inter se voluerit. Talis *impensae* genus etiam est *lutum Punicum*, quod pingue et humoris patiens fuisse, tum ex ipso nostro discas 11, 3, 54 tum ex Plinio 35, 14 f. 48. *Quid? non in* Africa (vides, cur *Punicum* lutum dicatur) *Hispaniaque ex terra parietes, quos appellant formaceos* (vid. Pall. 1, 34, 4) *quoniam in forma, circumdatis vtrimque duabus tabulis inferciuntur verius quam instruuntur, aeuis durant, incorrupti imbribus, ventis, ignibus, omnique caemento firmiores. — Illini quidem crates parietum luto, et lateribus crudis exstrui, quis ignorat?* Adhibetur igitur *lutum Punicum* ad *craticium* parietem caelo libero expositum, cuius operis rationem nemo est, qui non viderit, et describit Vitruu. 7, 3 extr. vbi videndus Philander, itemque ad 2, 8 extr.

7, 5 HIBERNVM ORIENTEM) Plin. 21, 14 *orientem aequinoctialem* vult. SCHOETTG.

7, 5 VENENATVS STELLIO) Ge. 4, 243.

7, 5 PAPILIONIS GENVS) Plin. 11, 19 f. 21 *Papilio ignauus et inhonoratus, luminibus accensis aduolitans, pestifer nec vno modo. Nam et ipse ceras depascitur, et relinquit excrementa, quibus teredines gignuntur. Fila etiam araneosa obtexit.*

7, 6 PESTIS OBSIDIA) *pestis* pro *hostis* mendose legitur. VRSIN. Mihi vero non ita videtur. Adi, qui dubitas, indicem.

7, 6 IN EODEM OPERCVLO) quo operitur maius foramen in aluo relictum.

VIII. ATQVE haec de [a] pabulationibus, domiciliis [b], et sedibus eligendis
abunde diximus: quibus prouisis, sequitur vt examina desideremus. ea porro vel
aere parta, vel gratuita contingunt. Sed quas pretio comparabimus [c], studiosius [d]
praedictis comprobemus notis, et earum frequentiam prius quam mercemur, aper-
2 tis aluearibus consideremus: vel si non fuerit inspiciendi facultas, certe id quod
contemplari licet, notabimus: vt [e] in vestibulo ianuae complures consistant, et
vehemens sonus intus murmurantium exaudiatur. atque etiam (si omnes intra do-
micilium silentes forte conquiescant) labris foramini aditus admotis, et inflato spi-
ritu ex respondente earum subito fremitu poterimus aestimare [f] vel multitudinem,
3 vel paucitatem. Praecipue autem custodiendum est [g], vt ex vicinia potius, quam
ex peregrinis regionibus petantur, quoniam solent caeli nouitate lacessiri. quod si
non contingit, ac necesse habuerimus longinquis itineribus aduehere, curabimus ne
salebris solicitentur [h], optimeque noctibus collo portabuntur [i]. nam diebus requies
danda est, et infundendi [k] sunt grati [l] apibus liquores, quibus intra clausum alan-
4 tur. Mox cum perlatae domum fuerint, si dies superuenerit, nec aperiri, nec col-
locari [m] oportebit alueum, nisi vesperi, vt apes [n] placidae [o] mane post totius noctis [p]
requiem egrediantur: specularique debemus fere triduo, an [q] vniuersae se profun-
dant. quod cum faciunt, fugam meditantur. ea remedia, quibus debeant inhiberi,
5 mox praecipiemus. At [r] quae dono, vel aucupio contingunt, minus scrupulose [s]
probantur: quamquam nec sic quidem velim [t] nisi optimas possidere, cum et im-
pensam [u] et eandem operam custodis postulent bonae, atque improbae: et [x] quod
maxime refert, non sunt [y] degeneres intermiscendae [z], quae infament generosas.
6 nam minor fructus mellis respondet [a], cum segniora interueniunt examina. Verum-
tamen quoniam interdum propter conditionem locorum vel mediocre pecus (nam
malum [b] nullo quidem modo) parandum est, curam vestigandis examinibus hac
7 ratione adhibebimus [c]. Vbicunque saltus sunt idonei, mellifici, nihil antiquius
apes [d], quam, quibus vtantur, vicinos eligunt fontes. eos itaque conuenit plerum-
que ab [e] hora secunda obsideri, specularique quae turba sit aquantium. nam si pau-
cae admodum circumuolant [f] (nisi tamen [g] complura capita riuorum diductas [h] fa-
ciunt

[C. VIII.) a) *de* deest *P.* b) *domicilibusque P.* in nouo. c) *comperabimus R.* d) *scrupulosius P.* in a. e) *vt* deest *I. B. R.* f) *existimare I. B. R.* g) *est* deest *I. B. R.* h) *sollicitentur I. B. R.* i) *portantur I. B. R.* k) *nisi videndi L.* l) *gratia prius* a. *P.* m) *colocari Reg.* n) *auis* ant. *P.* o) *placide Reg.* p) *quien noctis* ant. *P.* q) *quid I. B. R.* r) *Et I. B. R.* s) *scrupulosae R.* t) *vellim R.* u) *impensum Gr.* x) *et* deest *I. B. R.* y) *sint I. B. R.* z) *immiscendae I. B. R.* a) *corrũdes L.* b) *mallum R.* c) *adhiberimus P.* d) *apes quam quibus I. B. R. quam quibus apes I. I. H. quam apes quibus* al. e) *arbora* ant. *P.* f) *cur cumulant Herm.* g) *tamen* deest *I. B. R.* h) *deducta eas L.*

8, 4 SI DIES SVPERVENERIT) *superfuerit* legendum videtur Vrsino. Non recte. Noctibus portari apes iubet Columella, die requiescere. Itaque si paulo post exortum diem aduenerint apes, h. e. *si dies superuenerit*, non statim aperiri conuenit alueum etc.

8, 5 NON SVNT DEGENERES) Contra Trimalchio apibus Atticis vernaculas iussit misceri, vt meliores fierent. Petronius c. 38. SCHOETTG. Excusum est ab Iensonio Bruschioque, *non sint deg.* videlicet: *cum et impensam et eandem operam custodis postulent bonae ac improbae, et* (cum) *quod maxime refert, non sint degeneres intermiscendae.* PONTED.

8, 7 MELLIFICI, NIHIL ANTIQVIVS) Legendum videtur *Mellificio nihil antiquius, apes quam* etc. VRSIN. Neque hic assentiri possum viro doctissimo. *Saltus idonei, mellifici*, per ἀνεξήγητον dicuntur, vt mox hic et Pall. Apr. 8 *locus mellificus. Nihil antiquius apes* (faciunt) *quam eligunt* etc. Hoc ingenium apum praemittit Columella, et inde concludit, quomodo indagandae sint.

LL

ciunt rariores) intelligenda eſt earum [i] penuria, propter quam locum quoque non
eſſe mellificum ſuſpicabimur [k]. At ſi commeant frequentes, ſpem quoque aucu- 8
pandi [l] examina maiorem faciunt, eaque ſic inueniuntur. Primum quam longe ſint
explorandum [m] eſt, praeparandumque [n] in hanc rem liquida rubrica: qua [o] cum [p]
feſtucis illitis contigeris [q] apum terga fontem libantium [r], commoratus eodem loco
facilius redeuntes agnoſcere poteris; ac ſi non tarde id facient, ſcias eas in vicino [s]
conſiſtere: ſin autem ſerius, pro morae [t] tempore aeſtimabis [u] diſtantiam loci. Sed 9
cum animaduerteris [x] celeriter redeuntes, ſi [y] non aegre perſequeris iter volan-
tium, ad ſedem perduceris examinis. In iis [z] autem quae longius meare videbun-
tur, ſolertior [a] adhibebitur cura, quae talis eſt. Arundinis internodium cum ſuis
articulis exciditur [b], et terebratur ab latere talea, et [c] per id [d] foramen exiguo
melle vel defruto inſtillato [e], ponitur iuxta fontem. deinde cum [f] ad odorem dulcis
liquoris [g] complures apes irrepſerunt [h], tollitur talea, et appoſito [i] foramini pollice
non emittitur, niſi vna, quae cum euaſit, fugam ſuam demonſtrat obſeruanti [k]:
atque is, dum ſufficit [l], perſequitur euolantem. Cum deinde conſpicere deſiit [m] 10
apem, tum alteram emittit: et ſi eandem petit caeli partem, veſtigiis prioribus in-
haeret [et [n]] ſi minus, aliam quoque [o] atque aliam foramine adaperto patitur egre-
di; regionemque notet, in quam plures reuolent [p], et eas perſequatur, donec ad
latebram perducatur examinis. quod ſi eſt abditum ſpecu, fumo elicitur [q], et cum
erupit, aeris ſtrepitu coercetur. Nam ſtatim ſono territum [r], vel in frutice, vel in
editiore ſiluae fronde conſidet, et [s] a veſtigatore praeparato vaſe reconditur. Sin 12
autem ſedem habet arboris cauae, et aut extat ramus, quem obtinent, aut [t] ſunt in
ipſius arboris trunco, tunc, ſi mediocritas patitur, acutiſſima ſerra, quo celerius id
fiat, praeciditur [u] primum ſuperior pars, quae ab apibus vacat; deinde inferior,
quatenus videtur inhabitari. tum reciſus [x] vtraque parte mundo veſtimento conte-
gitur, quoniam hoc [y] quoque plurimum refert, ac ſi quibus rimis hiat, illinitur [z],
et [a] ad locum perfertur: relictiſque paruis (vt [b] iam dixi) foraminibus, more caete-
rarum aluorum collocatur. Sed indagatorem conuenit [c] matutina tempora veſti- 12
gandi eligere, vt ſpatium diei habeat, quo exploret commeatus apum. ſaepe enim,
ſi ſerius coepit eas denotare, etiam cum in propinquo ſunt, iuſtis operum peractis,
ſe recipiunt, nec remeant ad aquam: quo euenit vt veſtigator ignoret, quam
longe

i) *eorum Ienſ.* k) *ſuſpicabuntur I. B. R.* l) *aucupandi* hic et al. *L.* m) *explorantur P.* n) *explorandaque I. B. R.* o) *quam* ant. *P.* cui adſtipulatur Anonymus quidam in Regienſi. p) *tunc I. B. R.* q) *contigerit I. B. R.* r) *leuantium P.* s) *vicinio I. B. R. I. I.* t) *mora temporis Lipſ.* u) *exiſtimabis I. B. R.* x) *aduerteris I. B. R.* y) *ſi* om. *L. I. B. R.* z) *his I. B. R.* a) *ſollertior I. B.* b) *intercidiatur L.* c) *et* om. *I. B. R.* d) *quod L. I. B. R.* e) *inſtilato R.* f) *quom I. B. R.* g) *liquaminis I. B. R.* h) *inſperſerunt P.* i) *impoſito P.* k) *obſeruari I. B. R.* l) *ſufficit poſt Vict.* m) *poſſit apertum: alteram* a. *P.* n) *et* om. *I. B. R.* o) *quoque* deeſt *I. B. R.* p) *reuoluent eas P.* ant. *conuolent L.* q) *elicietur L. I. B. R.* r) *teritum R.* s) *vt H.* t) *aut ipſius trunci, (: ſi I. B. R. aut ipſius trucis in eo ſunt, ſi P. aut ipſius trunci, ſi in eo ſunt, med. L.* u) *praeciditur. Primum I. B. R.* x) *reſciſus Herv.* y) *haec I. B. R.* z) *illitis: I. B. R. in littus ad locum L. forte* inlitus. a) *et* abeſt *B. R. ad Ienſ.* b) *vtum dixi certaminis more certarum P.* c) *conueniet I. B. R.*

8, 8 LIQVIDA RVBRICA) *liquidam rubricam* legi vult VRSIN. Et ſane aut ita legendum, aut *praeparandum* mutare oportet in *praeparanda*. Sed vid. etiam Cl. Morg. I, 47.

8, 9 TEREBRATVR AB LATERE TALEA) Si non gloſſa eſt librarii, certe ἐπεξήγησις eſt *internodii cum ſuis articulis* h. e. nodis vtrinque canalem claudentibus, exciſi.

8, 13 TRI-

13 longe a [d] fonte diſtet examen. Sunt qui per initia veris apiaſtrum, atque (vt ille vates ait) *Trita meliphylla* [e], *et cerinthae* [f] *ignobile gramen*, aliaſque colligant ſimiles herbas, quibus id genus animalium delectatur, et ita aluos perfricent, vt odor et [g] ſuccus vaſi [h] inhaereat: quae deinde mundata [i] exiguo melle [k] reſpergant, et per nemora non longe a fontibus diſponant [l], eaque cum repleta ſunt exa-
14 minibus, domum referant [m]. ſed hoc niſi locis, quibus abundant [n] apes, facere non expedit. nam ſaepe [o] inania [p] vaſa nacti [q], qui forte praetereunt, ſecum auferunt: neque tamen [r] eſt tanti vacua perdere complura, vt vno vel altero potiare pleno. at in maiore copia, etiam [s] ſi [t] multa intercipiuntur, plus eſt quod in repertis apibus acquiritur. Atque haec eſt [u] ratio capiendi ſilueſtria examina.

IX. DEINCEPS talis altera eſt vernacula retinendi. ſemper quidem cuſtos ſedule circumire debet aluearia. neque enim vllum tempus eſt, quo non curam deſiderent; ſed eam poſtulant diligentiorem [a], cum vernant et exundant nouis foetibus [b], qui niſi curatoris obſidio protinus excepti ſunt, diffugiunt. quippe talis eſt apium natura, vt pariter quaeque plebs generetur cum regibus; qui vbi euolandi vires adepti ſunt, conſortia dedignantur vetuſtiorum, multoque magis imperia: quippe cum rationabili generi [c] mortalium, tum magis egentibus conſilii [d] mutis [e]
2 animalibus, nulla ſit regni ſocietas. Itaque noui duces procedunt, cum ſua iuuentute, quae vno aut altero die in ipſo domicilii veſtibulo glomerata conſiſtens, egreſſu ſuo propriae [f] deſiderium [g] ſedis oſtendit; eaque [h] velut patria contenta eſt, ſi a [i] procuratore [k] protinus aſſignetur. ſin autem defuit cuſtos, velut iniuria repulſa,
3 peregrinam regionem petit. quod ne fiat, boni curatoris eſt vernis temporibus obſeruare alueos in octauam fere diei [l] horam, poſt [m] quam non temere ſe noua proripiunt agmina; eorumque [n] egreſſus regreſſuſque vt diligentius cuſtodiat. nam
4 quaedam ſolent, cum ſubito euaſerunt, ſine cunctatione ſe proripere. Poterit exploratam fugam praeſciſcere veſpertinis temporibus aurem [o] ſingulis alueis admovendo. ſiquidem fere ante triduum, quam eruptionem facturae ſint [p], velut militaria ſigna mouentium tumultus, ac murmur exoritur: ex quo, vt veriſſime dicit Virgilius, *Corda licet vulgi praeſciſcere. namque morantes Martius ille aeris rauci canor*

d) *a* deeſt *Gr. St.* e) *melipbilla Steph. meliſſophila I. B. R. mellifila L.* f) *cherinthae B. R. caerinthae I. I. H. A. G. St. cherinthe L. I. caerinthe Gryph.* g) *ac fucus in vaſis P.* h) *vaſis I. B. R.* i) *mandata Hern.* k) *mele R.* l) *diſponant ea. Quae I. B. R.* m) *refferant R.* n) *habundant R.* o) *vel* interpon. *P.* p) *inantia P.* q) *nancti P.* r) *tamen* abeſt *I. B. R.* s) *etiam* deeſt *I. B. R.* t) *ſimulata P.* u) *eſt* deeſt *I. B. R.* [C. IX.] a) *dilligentiorem R.* b) *faetibus R.* c) *genere I. B. R. I. I. H. A. Gr. G.* d) *conſilium* a. *P.* e) *muta* a. *P.* f) *propria R. I. I. H. A. G.* g) *deſyderium I. I. H. A. G.* h) *Eadem tanquam* ant. *P.* i) *a* deficit *I. B. R.* k) *procuratori I. B. R.* l) *diei: poſt quam horam I. B. R.* m) *poſt quam* diuiſ. *H. A. poſtquam* al. *vid. Morg. I.* 48. n) *eoque regreſſus diligenter* ant. *P. regreſſusq.* etiam om. *E.* o) *aures ſing. al. admouende* forte *aure — admouenda.* p) *ſunt I. B. R.*

8, 13 TRITA MELIPHYLLA) Virg. Ge. 4, 63. Heinſius *meliſphylla* probat et recepit Burm. ſic et h. l. iudicat Victorius in omiſſis.

9, 2 SI A PROCVRATORE) ſuſpicor ſcripſiſſe Columellam *quae*, vel *ſiqua a procuratore aſſignetur.*

9, 2 VELVT INIVRIA REPVLSA) Ita vulgati: Codex peruetuſtus, quo vſus ſum, *repulſam.* Videtur reliquiſſe Columella: *velut irritata iniuria repulſae.* Ita *apes iniuria contriſtatae profugiunt* eidem, eodem libro c. 14. Haec Nic. Heinſius ad Petro. c. 22. SCHOETTG.

9, 3 VT DILIGENTIVS CVSTODIAT) Legendum *diligentius cuſtodire.* VRSIN. Ita quidem Syntaxis ordinaria poſtulat. Sed quis ſcriptor eſt tam caſtigatus, qui ſibi non in talibus aliquid non nunquam permiſerit?

9, 4 VIRGILIVS) Ge. 4, 70. SCHOETTG.

9, 6 IDEM

canor increpat, et vox Auditur fractos sonitus[q] *imitata tubarum.* Itaque maxime 5
obseruari[r] debet, quae istud faciunt, vt siue ad pugnam eruperint, (nam inter se
tanquam ciuilibus bellis, et cum alteris, quasi cum exteris gentibus praeliantur)
siue fugae causa se proripuerint, praesto sit ad vtrumque casum paratus custos.
Pugna quidem vel vnius inter se diffidentis, vel duorum examinum discordantium 6
facile compescitur: nam vt idem ait, *Pulueris exigui iactu compressa quiescit*: aut
mulso[s], passoue, aut alio[t] quouis[u] liquore simili resperso, videlicet familiari dul-
cedine saeuientium iras mitigante. nam eadem mire[x] etiam diffidentes reges con-
ciliant. sunt enim saepe plures vnius populi duces, et quasi procerum seditione
plebs in partes diducitur[y]: quod frequenter fieri prohibendum est, quoniam inte-
stino bello totae gentes consumuntur[z]. Itaque si constat principibus gratia, ma- 7
net pax incruenta. sin autem saepius aciem[a] dimicanteis notaueris[b], duces seditio-
num interficere curabis: dimicantium vero praelia praedictis remediis sedantur.
ac deinde cum[c] agmen glomeratum in proximo frondentis arbusculae ramo con-
sederit; animaduertito, an totum examen in speciem vnius vuae dependeat: idque
signum erit aut vnum regem inesse, aut certe plures bona fide reconciliatos; quos[d] 8
sic patieris, dum in suum reuolent[e] domicilium. sin autem duobus, aut etiam
compluribus velut vberibus diductum[f] fuerit examen, ne dubitaueris et plures
proceres, et adhuc iratos esse. atque in iis[g] partibus, quibus maxime videris apes
glomerari, requirere duces debebis. itaque succo praedictarum herbarum, id est,
melissophylli[h], vel apiastri manu illita, ne ad tactum diffugiant, leuiter inseres
digitos, et diductas[i] apes scrutaberis, donec auctorem[k] pugnae, quem elidere de-
bes, reperias.

X. SVNT autem ii reges maiores paulo, et oblongi magis quam caeterae
apes, rectioribus cruribus, sed minus amplis[a] pinnis, pulchri coloris, et nitidi,
leuesque, ac sine pilo, sine spiculo, nisi quis forte pleniorem quasi capillum,
quem in ventre gerunt, aculeum putet[b], quo et ipso tamen ad nocendum non
vtuntur. quidam etiam infusci atque hirsuti reperiuntur, quorum pro habitu damna-
bis[c] ingenium. *Namque*[d] *duae regum facies, duo corpora gentis*[e]. *Alter erit ma-* 2
culis auro squallentibus[f] *ardens, Et rutilis*[g] *clarus squamis insignis, et ore.* Atque
hic maxime probatur[h], qui est melior: nam deterior sordido sputo similis tam
foedus

q) *tonitus L.* r) *obseruare I. B. R.* s) *aqua mulsa I. B. R.* t) *aliquore simplici resperso P.* in ant. u) *quo I. B. R.* x) *mire* deficit *I. B. R.* y) *deducitur I. B. R.* z) *consumantur I. B. R.* a) *acie* vel *acies* coni. *Morg. I, 49. acie dimicantis L.* recte. b) *vocaueris I. B. R.* c) *examen vel* inf. *I. B. R.* d) *quos sic* deficit *I. B. R.* e) *reuoluet Iens.* f) *deductum Iens. ductum P.* g) *bis I. B. R.* h) *melissophili I. B. I. I. H. A. G. mellis filli P. melisophili Reg. melisphilli L.* i) *deductas I. B. R.* k) *authorem H. A. autorem Gr. G. auctorem reperies* reliquis omissis *I. B. R. auctorem pugnae reperies P.* [C. X.] a) *amplis: pinnis R. amplis, pinnis G.* b) *putas I. B. R.* c) *damnabilis P.* d) *Nam duo sunt regum I. B. R. Nam duae sunt Iunt.* e) *plebis I. B. R.* f) *squalentibus I. B. R.* g) *rutulis Heru.* h) *probatum P.*

9, 6 IDEM AIT) Ge. 4, 87. SCHOETTG.

10, 1 REGES MAIORES PAVLLO) De forma regis conf. Geop. 15, 2 et qui diligentiae vlteriori locum vix reliquit, Cerda ad Virgilium.

10, 1 SINE SPICVLO) Seneca de Clementia 1, 19 *Praeterea insignis regis forma est, dissimilis caeteris tum magnitudine, tum nitore. Hoc tamen maxime distinguitur. iracundissimae ac pro corporis captu pugnacissimae sunt apes, et aculeos in vulnere relinquunt: rex ipse sine aculeo est.* Adde Brodaeum Misc. 4, 10. SCHOETTG.

10, 2 NAMQVE DVAE) Ge. 4, 95, 91, 93.

foedus [i] eſt, *Quam puluere ab alto Cum venit, et ſicco terram ſpuit ore viator.*
Et, vt idem ait, *Deſidia* [k] *latamque trahens inglorius aluum.* Omnes igitur duces [l]
3 notae deterioris *Dede* [m] *neci, melior vacua ſine regnet in aula.* Qui tamen [n] et
ipſe ſpoliandus eſt alis, vbi ſaepius cum examine ſuo conatur eruptione facta pro-
fugere. nam velut quadam compede [o] retinebimus erronem ducem detractis alis;
qui fugae deſtitutus praeſidio, finem regni non audet excedere, propter quod ne
ditionis quidem ſuae [p] populo permittit longius euagari.

XI. SED nonnunquam necandus [a] eſt, cum vetus alueare numero apum [b]
deſtituitur, atque infrequentia eius aliquo examine [c] replenda eſt. itaque cum pri-
mo vere in eo vaſe nata eſt pullities [d], nouus rex eliditur, vt multitudo ſine diſcor-
dia cum parentibus ſuis conuerſetur. Quod ſi nullam progeniem tulerint faui [e],
duas vel tres alueorum plebes in vnum contribuere licebit. ſed prius reſperſas
dulci [f] liquore: tum demum includere, et poſito cibo dum conuerſari conſueſcant,
2 exiguis ſpiramentis relictis triduo fere clauſas habere. Sunt qui ſeniorem potius
regem ſubmoueant, quod eſt contrarium: quippe turba vetuſtior, ſi [g] elidatur,
velut quidam ſenatus iunioribus pareat [h] neceſſe eſt, et [i] ſiquae ſint imperia vali-
3 diorum [k] contumaciter [l] ſpernentes, poenis ac mortibus afficiuntur. illud [m] tamen
incommodum iuniori examini ſolet accidere, cum antiquarum apium relictus a no-
bis rex ſenectute deficit, quod [n] tanquam domino mortuo familia nimia licentia
diſcordat: cui [o] facile occurritur [p]. nam ex iis alueis [q], quae [r] plureis habent prin-
cipes, dux vnus [s] eligitur: iſque translatus ad eas quae ſine imperio ſunt, rector
conſtituitur. Poteſt autem minore moleſtia in iis domiciliis quae aliqua peſte ve-
4 xantur, paucitas apium emendari. Nam vbi cognita eſt clades [t] infrequentis aluei,
quos habeat [u] fauos oportet conſiderare: tum deinde [x] cerae, quae ſemina pullo-
rum continet, partem recidere, in qua regii [y] generis proles animatur. eſt autem
facilis conſpectu, quoniam fere in [z] ipſo fine cerarum [a] velut papilla vberis appa-
ret [b] eminentior, et laxioris fiſtulae, quam ſint reliqua foramina, quibus popularis
5 notae pulli detinentur. Celſus quidem affirmat in extremis fauis transuerſas fiſtulas
eſſe, quae contineant regios pullos. Hyginus [c] quoque auctoritatem Graecorum
ſequens, negat ex vermiculo [d] (vt caeteras [e] apes) fieri ducem, ſed in circuitu
fauorum

i) *foetus P.* k) *Deſidiam I. B. R.* l) *duces deteriores Gymn.* m) *Dedae I. B. R.* n) *tantum I. B. R.* o) *compete Heru.* p) *ſuo P.* [C. XI.] a) *euagandus* et a recentiore manu *negandus L.* forte *enecandus.* b) *apium I. B. R.* c) *aliaquo examina P.* d) *pullicies I. B. R.* e) *fauidius P.* f) *vici P.* g) *ſi elidatur* deficit *I. B. R. L.* h) *parere non ceſſent P. minoribus parere neceſſe eſt L.* i) *atque imperia I. B. R. aut imperia L.* k) *validorum I. B. R.* l) *coitur aoiter ſpernendo* a. *P. contumaciam ſpernendo.* m) *Illi quidem incommodo I. B. R.* n) *et I. B. R.* o) *cui* deficit *I. B. R.* p) *diſcurritur P.* q) *aluis P.* r) *qui I. B. R.* s) *vnius Heru.* t) *claudes frequentis P.* u) *habet I. B. R.* x) *denique caerei I. B. R. cerei* etiam *L.* y) *regit P.* z) *in* deficit *I. B. R.* a) *terrorum I. B. R.* b) *apparet eminentior, et laxioris* deficiunt in antiquo Codice *Pol.* c) *Higinus I. B. R. Higinius* al. *ſed Hyginus L.* d) *vernaculo* omnes praeter *L.* e) *caetera Gymn.*

11, 2 MORTIBVS AFFICIVNTVR) *afficiantur* legi vult Vrſinus. Sed non quid debeat fieri, ſed quid fiat, docere mihi videbatur Columella.

11, 4 IN IPSO FINE CERARVM) Plin. 11, 11 ſ. 12 *Regias imperatoribus futuris in ima parte aluei extruunt amplas, magnificas, ſeparatas, tuberculo eminentes: quod ſi exprimatur, non gignuntur ſoboles.*

11, 5 EX VERMICVLO) Illud *vernaculo*, quod libros omnes obſedit, haud dubie falſum eſt, ortum ex frequentiore huius verbi in hac vicinia vſu. Neque quiſquam audaciae nos nimiae accuſabit, ſpero, quod *vermiculo* ſubſtituerit

fauorum paulo maiora quam sint plebeii seminis, inueniri recta foramina repleta quasi sorde rubri coloris, ex qua protinus alatus rex figuretur.

XII. EST [a] et illa vernaculi examinis cura, si forte praedicto tempore facta
eruptione [b] patriam fastidiens sedem longiorem fuga denuntiauit [c]. Id autem
significat, cum sic apis euadit vestibulum, vt [d] nulla intro [e] reuolet, sed se con-
festim leuet sublimius. Crepitaculis aereis, aut testarum plerumque vulgo iacen- 2
tium sonitu [f] terreatur fugiens iuuentus: eaque [g] vel pauida cum repetierit al-
vum [h] maternam, et in eius aditu glomerata pependerit, vel statim se ad proxi-
mam frondem [i] contulerit; protinus custos nouum loculamentum in hoc praepa-
ratum perliniat intrinsecus praedictis herbis: deinde guttis mellis respersum admo-
veat: tum manibus, aut etiam trulla [k] congregatas apes recondat: atque, vti [l] de- 3
bet, adhibita caetera [m] cura, diligenter compositum et illitum vas interim patia-
tur in eodem loco esse, dum aduesperascat [n]. primo deinde crepusculo transferat,
et reponat in ordinem reliquorum [o] alueorum. Oportet autem etiam vacua do- 4
micilia collocata in apiariis habere. nam sunt nonnulla examina, quae cum pro-
cesserint, statim sedem sibi quaerant in proximo, eandemque occupent quam va-
cuam repererint. Haec fere acquirendarum, ac etiam retinendarum apium tra-
ditur cura.

XIII. SEQVITVR vt morbo, vel pestilentia laborantibus [a] remedia desiderentur. Pestilentiae rara in apibus pernicies, nec tamen aliud, quam quod in caetero

[C. XII.] a) *Et est I. B. R.* b) *eruptionem patriae P.* c) *denunciauit R. I. I.* d) *vt* omitt. *Gy.* e) *introire valet P.* f) *sonitu* omitt. *I. B. R.* g) *quae* inf. omn. praet. *P. add. Morg. I, 50.* h) *alueum maternum I. B. R.* i) *frontem R.* k) *trula I. B. R.* l) *ita debeat P.* m) *cetera P. certa I. B. R.* n) *aduesperescat I. B. R.* o) *aliquorum alueorum oportet. Aut etiam I. B. R.* [C. XIII.] a) *labrantibus R.*

tuere ausi sumus, duabus lineolis, vel vno potius apice immutato, in re apertissima. Plin. 11, 16 *Gallinarum modo incubant. Id quod exclusum est, primum* vermiculus *videtur candidus, iacens transversus. — Rex statim — neque* vermiculus, *sed statim penniger.* Ista ex Graecis nominatim Aristotele H. A. 5, 19 ὁ δὲ γόνος ἐπὶ τῶν μελιττῶν — λευκός, ἐξ οὗ τὰ σκωλήκια γίνεται, αὐξανομένων δὲ γίνονται μέλιτται — ὁ δὲ τῶν βασιλέων γόνος τὴν χρόαν γίνεται ὑπόπυῤῥος — σκώληξ δὲ οὐ γίνεται πρότερον ἐκ τούτου, ἀλλ' εὐθέως ἡ μέλιττα φαίνεται. κ. τ. λ. Opportunissime suppetias fert pudori nostro Lipsiensis codex: et eadem confirmat, quae alias de *vermiculo farre* disputamus.

11, 5 RECTA FORAMINA) Arbitror legendum *tecta*: talia enim sunt, in quibus concipiuntur formanturque fetus apum. Aristoteles l. c. ὑμένα vocat, quem perrumpat perfecta iam apis. vid. 9, 13, 10.

12, 1 LONGIOREM FVGA DENVNTIAVIT.) Quid *longiorem?* Clariss. Morgagnus censet, vna addita litterula posse hunc locum emendari, si videlicet legerimus: *longiorem fugam denunciauit.* Animaduertit enim, cum supra cap. 9 auctor docuisset, pleraque examina ita egredi solere, vt vno aut altero die in aluei vestibulo glomerata pendeant, et quaedam tamen *solere cum subito euaserunt, sine cunctatione se proripere,* hoc autem facere *siue pugnae, siue fugae causa*; cumque ad pugnam dirimendam quid custodi agendum sit, tradidisset, et inde arrepta occasione de apum regibus duo capita adiecisset, redire nunc tandem ad alterum, quod pollicitus erat, expediendum, hoc est, quid, non iam in *egressu examinis, vno aut altero die in ipso domicilii vestibulo glomerati consistentis*; sed in vera, siue *longiore* fuga *fastidientis,* vt ait, *patriam sedem, sit faciendum.* PONTED. Vix dubito, quin vera sit Cl. viri coniectura. Integrum tamen seruare lectori malui.

12, 2 EAQVE VEL PAVIDA) *Eaque pavida cum repetierit alueum maternam* videtur legendum. Nam caetera sunt adiecta. VRSIN. τὸν *quae* eiecimus autoritate Medicea. *Vel* autem abesse non putamus debere.

13, 1 NEC TAMEN ALIVD) Traiectione obscuratum puto hunc locum, et inculcato deinde *quam*; sic scripsisse Columellam; *neque tamen*

caetero pecore praecepimus, quid fieri possit reperio, nisi vt longius aluei transfe-
rantur. Morborum autem facilius in his [b] et causae inspiciuntur, et inueniuntur
2 medicinae. Maximus [c] autem annuus earum labor est initio veris, quo tithymalli [d]
floret frutex, et quo sameram [e] vlmi [f] promunt. namque sicut nouis pomis, ita
his primitiuis floribus illectae auide vescuntur post hybernam famem, nil [g] alio-
quin citra satietatem, tali nocente cibo: quo [h] cum se affatim repleuerint, proflu-
vio alui, nisi celeriter succurritur, intereunt. nam et tithymallus [i] maiorum quo-
que animalium ventrem soluit, et proprie vlmus [k] apium. eaque causa est, cur in
regionibus Italiae, quae sunt [l] eius generis arboribus [m] consitae, raro frequentes
3 durent apes. Itaque veris principio si medicatos cibos praebeas, iisdem remediis et
prouideri potest, ne tali peste vexentur, et cum iam laborant, sanari. nam illud
quod Hyginus [n] maiores secutus autores prodidit, ipse non expertus asseuerare non
4 audeo [o]: volentibus tamen licebit experiri. Siquidem praecipit [p] apum corpora [q],
quae cum eiusmodi pestis incessit, sub fauis aceruatim enectae reperiuntur, sicco
loco per hiemem reposita circa aequinoctium vernum, cum clementia diei suaserit,
post horam tertiam in solem proferre, ficulneoque cinere obruere. quo facto,
affirmat intra duas horas cum viuido halitu [r] caloris animatae sunt, resumpto spi-
5 ritu in [s] praeparatum vas, si [t] obiiciatur, irrepere. Nos magis ne intereant,
quae deinceps dicturi sumus, aegris examinibus exhibenda [u] censemus. nam vel
grana mali Punici tunsa, et vino Amineo consperso [x], vel vuae passae cum rore
Syriaco [y] pari mensura pinsitae, et austero vino insuccatae, dari debent: vel si per
se ista [z] frustrata [a] sunt, omnia eadem aequis ponderibus in vnum leuigata, et fictili
vase cum Amineo vino inferuefacta, mox etiam refrigerata, ligneis canalibus ap-
6 poni. Nonnulli rorem [b] marinum aqua mulsa decoctum, cum gelauerit, imbri-
cibus infusum praebent libandum. quidam bubulam, vel hominis vrinam (sicut
7 Hyginus [c] affirmat) alueis apponunt [d]. Nec non etiam ille morbus maxime est
conspicuus, qui horridas [e] contractasque carpit, cum frequenter aliae mortuarum
corpora domiciliis suis efferunt, aliae intra tecta, vt [f] in [g] publico luctu, moesto si-
lentio torpent. id cum accidit, arundineis infusi canalibus offeruntur cibi, maxime
decocti

b) *in his* deest *I. B. R.* c) *Maximusque vel minimus annuus earum L. I. B. R.* d) *tithymali I. B. R. titimalli L.* e) *amara I. B. R.* f) *femina sua* interf. *I. B. R.* g) *nil* abest *Lips. I. B. R.* h) *quo* abest *Lips. I. B. R.* i) *tithymalus I. B. R. titimalus L.* k) *vulnus I. B. R.* l) *sint I. B. R.* m) *arboris I. B. R.* n) *Higinus I. B. Hyginus L. Higinius* al. o) *audet L. I. B. R.* p) *praecepit I. B. R.* q) *corpore I. B. R.* r) *alitu nidoris I. B. R.* s) *si L. I. B. R.* t) *si* om. *L. I. B. R.* u) *adhibenda I. B. R.* x) *consparsa L.* y) *sutorio L. I. B. R.* z) *ista* deest *I. B. R.* a) *frustra Gryph.* b) *rosmarinum L.* c) *Higinus I. B. R. Higinius* al. d) *deponunt I. B. R.* e) *horidas B. R. horroditas L.* forte *horridulas.* f) *vt* deficit *Herv.* g) *in* deficit *I. B. R.*

men aliud, quid fieri possit, reperio, nisi (quod in caetero pecore praecepimus:) vt longius aluei etc. Si durior videatur traiectio, certe ꝗ *nisi* mea sententia *παρέλκει.*

13, 2 TITHYMALLI FRVTEX) Eadem habentur Geop. 15, 2 p. 404 Needh.

13, 3 HYGINVS PRODID.) Ex nostro forte Plin. 5, 11, 20.

13, 5 GRANA MALI PVNICI) Eadem P. Mar. 15, 1.

13, 5 CVM RORE SYRIACO) Non plane contemnenda lectio antiqua *sutorio*, siquidem *coriariorum ros* vel *rhus* potius passim appellatur, Germ. *Gerber-Kraut.* De frutice ipso Cl. Schoettg. in Ind. Io. Rhodius ad Scribo. III p. 182 legi hic et P. Mart. 15, 1 vult *rhoë Syriaco.*

13, 7 NEC NON ILLE MORBVS) Quae de morbo hoc eiusque remediis habet noster, ea fere transtulit ex Marone suo 4, 251 seqq.

13, 8 AMEL-

decocti mellis, et cum galla vel arida rosa detriti. galbanum etiam, vt eius odore
medicentur, incendi conuenit, passoque et defruto vetere fessas sustinere. Opti- 8
me tamen facit amelli radix, cuius est frutex luteus, purpureus flos: ea cum ve-
tere Amineo vino decocta exprimitur, et ita liquatus eius succus datur. Hyginus [h]
quidem in eo libro, quem de apibus scripsit, Aristomachus, inquit, hoc modo
succurrendum laborantibus existimat: primum, vt omnes vitiosi faui tollantur, et
cibus [i] ex integro recens ponatur; deinde, vt fumigentur. Prodesse etiam putat 9
apibus vetustate corruptis examen nouum contribuere [k], quamuis periculum [l] sit,
ne seditione consumatur [m], verumtamen adiecta multitudine laetaturas [n]. sed vt
concordes maneant, earum apium, quae ex alio domicilio transferuntur, quasi pe-
regrinae plebis submoueri reges debere. Nec tamen dubium, quin frequentissi-
morum examinum faui, qui iam maturos [o] habent pullos, transferri, et subiici
paucioribus debeant, vt tanquam nouae prolis adoptione domicilia confirmentur.
sed [p] et id cum fiet, animaduertendum [q], vt eos fauos subiiciamus, quorum pulli 10
iam sedes [r] suas adaperiunt, et velut opercula foraminum obductas ceras erodunt
exerentes capita. nam si fauos immaturo foetu transtulerimus, emorientur pulli,
cum foueri desierint. Saepe etiam vitio quod Graeci Φαγέδαιναν [s] vocant, inter-
eunt. siquidem cum sit haec apium consuetudo, vt prius tantum cerarum [t] con- 11
fingant [u], quantum putant explere se posse: non nunquam [x] euenit, vt consum-
matis [y] operibus cereis, [vt] examen conquirendi mellis causa longius euagatum [z]
subitis imbribus, aut turbinibus in siluis opprimatur, et maiorem partem plebis
amittat: quod vbi factum est, reliqua paucitas fauis complendis non sufficiat [a]; tunc-
que vacuae cerarum [b] partes computrescant, et vitiis paulatim serpentibus, cor-
rupto melle, ipsae quoque apes intereant [c]. Id ne fiat duo populi coniungi de- 12
bent, qui possint adhuc integras ceras [d] explere: vel si non est facultas alterius
examinis, ipsos fauos ante quam putrescant, vacuis partibus acutissimo ferro [e] li-
berare. nam hoc quoque refert, ne admodum [f] hebes ferramentum [g] (quia non
facile

h) *Higinus L. I. B. R. Higinius* al. i) *obiis L.* k) *contribuire P.* l) *periculosum P.* m) *consumatur I. B. R. consumentur* al. *Vid. Morg. I*, 51. n) *laetatura I. B. R. latatura L. s* finale absorpsit initium sequentis vocis. o) *immaturos I. B. R.* p) *Sed* deficit *P.* q) *animaduertentem dum P.* r) *faedas L.* s) *φαγέδαινα I. B. R.* t) *caerarum B. R. caeterarum P. Iens.* u) *contingant P.* x) *nunquam Gy.* y) *consumatis I. B. R. I. I. H. A. G.* z) *euagantur P.* a) *sufficit: cumque vacuae I. B. R. tunc quae* alii. b) *caerarum I. B. R.* c) *intereunt I. B. R.* d) *caeras I. B. R.* et sic per hoc et totum sequens caput. e) *fero R. ferreo Iens.* f) *admotum I. I. H. A. G. ad motum* diuis. *I. B. R.* g) *feramentum R.*

13, 8 AMELLI RADIX) Cum Virgilius *amelli* florem aureum purpureumque docet, scriberem, *cuius est fruticis luteus purpureusque flos*, siue abiecto *frutex*, *cuius est luteus purpureusque flos*. PONTED. 2.

13, 8 ARISTOMACHVS) Solensis, qui duodesexaginta annis apum amore captus aliud nihil egit, quam vt earum curam haberet, et libros quoque de iis scripsit, teste Plinio 11, 9 Alius fuit Atheniensis, quem de cytiso loquens idem citat 13, 24. SCHOETTG.

13, 10 ΦΑΓΕΔΑΙΝΑΝ) Plinius 11, 19 *cleron* vel *scleron* vocat, obscurae originis voce, vt existimat Harduinus. Idem Plinius 20, 7 *phagedaenam* inter morbos recenset, vnde conicio, putrefactionem esse vel corruptionem, quae latius serpere solet, et reliqua etiam consumere. Hesychius: *φάγαινα, φαγέδαινα, νόσος ἑλκώδης νεμομένη*. SCHOETTG.

13, 11 [VT] EXAMEN) vel hoc *vt*, vel proxime praecedens abundat haud dubie.

13, 11 TVNCQVE VACVAE) Ita legendum vidit etiam VRSIN. Et sane aut obsequendum viro doctissimo, quod tanquam blandissimum elegimus; aut primarum editionum reuocanda lectio videtur.

facile penetret) vehementius impressum [h] fauos sedibus suis commoueat: quod si
13 factum est, apes domicilium derelinquunt [i]. Est et [k] illa causa interitus [l], quod interdum continuis annis plurimi flores proueniunt, et apes magis mellificiis [m] quam foetibus student. itaque nonnulli, quibus est minor harum rerum scientia, magnis [n] fructibus delectantur, ignorantes exitium apibus imminere, quoniam [o] et nimio fatigatae opere plurimae pereunt, nec vllis iuuentutis [p] supplementis [q]
14 frequentatae nouissime [r] reliquae intereunt. Itaque si tale ver incessit, vt et prata et arua floribus abundent, vtilissimum est tertio quoque die alueorum [s] exitus praecludi, exiguis foraminibus relictis, per quae non [t] possint apes [u] exire, vt ab opere mellifico euocatae [x], quoniam se non sperent posse ceras omnes liquoribus stipare, foetibus expleant. Atque haec fere sunt examinum vitio laborantium remedia.

XIV. DEINCEPS illa totius anni cura, vt idem Hyginus [a] commodissime prodidit. Ab aequinoctio primo, quod mense Martio circa VIII [b] Calendas Aprilis in octaua parte Arietis [c] conficitur [d], ad exortum Vergiliarum dies verni temporis habentur duodequinquaginta [e]. per hos primum ait apes curandas esse adapertis alueis, vt omnia purgamenta, quae sunt hyberno tempore congesta, eximantur, et vt [f] araneis, qui fauos corrumpunt, detractis, fumus immittatur factus incenso bubulo fimo. hic enim quasi quadam cognatione generis maxime est apibus
2 aptus. Vermiculi quoque qui tineae vocantur, et [g] item papiliones enecandi sunt: quae pestes plerumque fauis adhaerentes [h] decidunt, si fimo medullam bubulam misceas, et his incensis nidorem admoueas. Hac cura per id tempus, quod dixi-
3 mus, examina firmabuntur, eaque fortius operibus inseruient [i]. Verum [k] maxime custodiendum est curatori, qui apes nutrit, cum aluos tractare debebit, vti [l] pridie castus sit [m] ab rebus venereis, neue temulentus, nec nisi lotus ad eas accedat, absti-

h) *impraessum B. R.* i) *delinquunt I. B. R.* k) *et* deest *I. B. R.* l) *interius R.* m) *melificiis R. melleficiis Gy.* n) *magis I. B. R.* o) *quae L. I. B. R.* p) *iumentis I. iuuentis B. R.* q) *cum* interser. *I. B. R, confrequentatae L.* r) *nouissimae* al. s) *aluorum I. I. H. A. G. alueorum exitus praecludi* deficiunt *I. B. R.* t) *non* abest *I. B. R.* u) *aluorum exitus praecludi* interseritur *I. B. R.* x) *vocare vel vocatae apes P. apes* int. *I. B. R. vid. Morg. I, 51.* (C. XIV.) a) *Higinus I. B. R. Higinius* al. b) *calend VIII. B. R. kalend. etc. sens. VIIII.* coni. *Ponted.* 2. c) *Arietis* omiss. *I. B. R.* d) *et* interpon. *I. B. R.* e) *duo et quinquaginta I. B. R. XLVI.* coni. *Ponted.* 2. f) *vt* om. *I. B. R.* g) *et* abest *I. B. R.* h) *adherentes I. B. R.* i) *inseruiens P.* k) *Maxime vero I. B. R.* l) *vtique I. B. R.* m) *sit* deest *I. B. R.*

13, 13 NOVISSIME) Obsecuti sumus Vrsino, quae mutatio tanto minus difficultatis habere debet, quo frequentior est et fere perpetua diphthongi *ae* cum posteriore vocali confusio.

13, 14 QVONIAM SE NON SPERENT) Vtrum ita rationes subducant apes, non habeo equidem dicere. Sed euenire certe potest, vt inquietum animalculum ab vno laboris genere prohibitum ad alterum transeat.

14, 1 AD EXORTVM VERGILIARVM) De Vergiliarum ortu et occasu multa ex antiquis auctoribus profert Salmasius ad Solinum c. 37 p. 518 f. 522. SCHOETTG. De vniuersa hac temporum ex ortu et occasu siderum definitione ad Col. 11, 2, 1 quaedam dicimus.

14, 1 QVADAM COGNATIONE GENERIS) Vide quae infra notata sunt ad P. 4, 15, 4. SCHOETTG. it. ad C. 9, 15, 5.

14, 3 CASTVS SIT AB REBVS VENEREIS) qui abstineat a talibus. Nam *castus* in genere notat omnem, qui probus est, et suo officio recte fungitur, item qui a rebus illicitis abstinet. Virg. Aen. 3, 409 *Hac casti maneant in relligione nepotes.* Conf. Arnoldum ad Val. Catonis diras v. 90. SCHOETTG. Geop. 15, 2 p. 405. *χαλεπώτεραι εἰσι τοῖς ὄζουσι καὶ μύρου ὄζουσι, καὶ γυναιξὶ δὲ ἐπέχονται, μάλιστα δὲ ταῖς ἀφροδισιαζομέναις.* Plin.

abſtineatque fere ab [n] omnibus redolentibus eſculentis, vt ſunt ſalſamenta, et eo-
rum omnia eliquamina [o]; itemque foetentibus [p] acrimoniis alii, vel ceparum, cae-
terarumque rerum ſimilium. Duodequinquageſimo [q] die ab aequinoctio verno, 4
cum ſit Vergiliarum exortus circa v [r] Idus Maias [s] incipiunt examina viribus et nu-
mero augeri. Sed et iiſdem diebus intereunt quae [t] paucas et aegras apes habent.
eodemque tempore progenerantur in extremis partibus fauorum amplioris magni-
tudinis foetus [u], quam ſint [x] caeterarum apum, eoſque nonnulli putant eſſe reges.
verum quidam [y] Graecorum auctores οἴστρους appellant, ab eo, quod exagitent,
neque patiantur examina conquieſcere. itaque praecipiunt eos necari [z]. Ab exortu 5
Vergiliarum ad ſolſtitium, quod fit vltimo menſe Iunio circa octauam partem
Cancri, fere examinant alui: quo tempore vehementius cuſtodiri debent, ne no-
vae ſoboles diffugiant. Tuncque [a] peracto ſolſtitio, vſque ad ortum Caniculae,
qui fere dies triginta [b] ſunt, pariter frumenta et faui demetuntur. Sed ii quemad-
modum tolli debeant, mox deinde [c], cum de confectura mellis praecipiemus.
Caeterum hoc eodem tempore progenerari poſſe apes iuuenco perempto, Demo- 6
critus, et Mago, nec minus Virgilius [d] prodiderunt. Mago quidem ventribus
etiam bubulis idem fieri affirmat. Quam rationem diligentius proſequi ſuperua-
cuum puto, conſentiens Celſo, qui prudentiſſime ait, non tanto interitu pecus
iſtud amitti [e], vt ſic requirendum ſit. Verum hoc tempore, et vſque in autumni 7
aequinoctium decimo quoque die alui aperiendae [f] ſunt, et fumigandae. quod
cum ſit moleſtum examinibus, ſaluberrimum tamen eſſe conuenit. Suffitas de-
inde,

n) *ab* deficit *I. B. R.* o) *ſiquamina Lipſ.* p) *fetentibus I. B. R.* q) *Vndequinquageſimo I. B. R. Lipſ. XLVI* coni. *Ponted.* 2. r) *VII* coni. *Ponted.* 2. s) *Maii Iunt.* t) *qui I. B. R.* u) *foetus* om. *L. I. B. R.* x) *ſunt caeterae apes L. I. B. R.* y) *quidem I. B. R.* z) *enecari a. V.* a) *Cumque I. B. R. Tumque I. I. H. A. G.* b) *XXIV* coni. *Ponted.* 2. c) *dicetur Lipſ. a. V.* d) *Vergilius Gr. Gy.* e) *admitti* omn. *vid. Morg. I,* 52. f) *apperiendae R.*

Plin. 11, 16 *Inprimis praecipitur vt loti purique eximant mella.* Videntur apes tum tetrum odorem fugere, tum appetere ſuauem. Pulli venerei *bene ſemper olere ſolent:* quibusdam eorum *hircus grauis excubat alis*, quem excitari oeſtro venerio aiunt. Itaque vel floreum odorem ſectantur apes vnguentatorum, vel vehementer refugiunt foetentes, vtroſque autem, ſi moleſti ſint, h. e. ſi obſtent alteri fugae, alteri pinguedine oleoſa, quam floreus odor admixtam habet, ſpem fefellerint; aculeo vlciſcuntur. Quaedam dicemus etiam ad Pall. Mar. 15, 4 et diximus ad Varr. 3, 16, 6 Quamquam falli hic, tum in experimentis tum in rationibus, admodum procliue eſt. Et nos improuide aliquantum, obſcure quidem certe, ſcripſimus ad Varronis l. c. quod hic paullo explicatius proponere iuuat. Nimirum non iisdem inſtrumentis vtuntur ad ceram legendam, atque ad mel hauriendum, ad laedendum denique. Pungunt enim dolone illo ſuo ſ. aculeo, quem extimo ventre vagina reconditum gerunt; minutas cerarum maſſulas colligunt tum toto corpore ſe prouoluentes, vt vuas ſpinis ſuis figunt herinacei, tum maxillis et anterioribus pedum, quorum ope deinde poſteriorum ſemorum cauis et pilis eas adfigunt; mel denique ſugunt proboſcide, quod mox domi reuomant.

14, 3 ELIQVAMINA) Melius Lipſ. *ſiquamina:* nam ita garum, aut quaeuis alia ſalſamenta eo tempore vocabantur. Videatur Liſterus ad Apicium Art. Coqu. 7, 7. SCHOETTG. Sed tamen *eliquare* etiam plus ſemel dixit Columella. Vid. Ind.

14, 4 PROGENERANTVR IN EXTREMIS) Plin. 11, 16 *Naſcuntur aliquando in extremis fauis apes grandiores, quae caeteras fugant. Oeſtrus vocatur hoc malum.*

14, 5 MOX DEINDE PRAECIPIEMVS) ſi verior eſt haec lectio altera, quam adnotauimus, vis verbi *praecipiemus* ex poſteriori commate ad prius etiam reuocanda eſt.

14, 6 IVVENCO PEREMTO) Vide Schoettgenium ad Varr. 2, 5, 5 et nos ad eundem 3, 16, 4.

14, 6 PECVS ISTVD AMITTI) Ita coniecerunt legendum VRSIN. SCHOETTG. et credo, quisquis locum attentius intuetur, pro *interitu intertrimento* malit neſcio cur? SCHOETTG.

14, 9 IN-

inde, et aestuantes apes refrigerare oportet, conspersis [g] vacuis partibus aluorum, et quam [h] recentissimi [i] rigoris aqua infusa: deinde, si quid ablui non poterit, pinnis aquilae, vel etiam cuius libet vastae alitis, quae rigorem habent, emundari.
8 Praeterea vt tineae, si apparuerint, euerrantur [k], papiliones [l] enecentur, qui plerumque inter aluos [m] morantes apibus exitio sunt. nam et ceras erodunt,
9 et stercore suo vermes progenerant [n], quos aluorum tineas appellamus. Itaque quo tempore maluae florent, cum est eadem [o] maxima multitudo, si vas aeneum simile miliario vespere ponatur intra aluos, et in fundum eius lumen aliquod demittatur [p], vndique papiliones concurrunt [q]: dumque circa flammulam volitant [r], aduruntur [s], quod nec facile ex angusto sursum euolare [t], nec rursus longius ab igne possunt recedere, cum [u] lateribus aeneis circumueniantur: ideoque propin-
10 quo ardore consumuntur. A Canicula fere post diem quinquagesimum Arcturus oritur, cum irroratis floribus thymi, et cunilae [x], thymbraeque, apes mella conficiunt: idque optimae notae enitescit [y] autumni aequinoctio, quod est ante Calend. Octobris, cum [z] octauam partem Librae sol attigit. Sed inter Caniculae et Arcturi exortum cauendum erit, ne apes intercipiantur violentia crabronum, qui
11 ante aluearia plerumque obsidiantur prodeuntibus. Post Arcturi exortum circa aequinoctium Librae (sicut dixi) fauorum secunda est exemtio. Ab aequinoctio deinde quod conficitur circa VIII [a] Calend. Octobris ad Vergiliarum occasum diebus XL [b], ex floribus tamaricis, et siluestribus frutetis apes collecta mella cibariis hiemis reponunt. quibus nihil est omnino detrahendum, ne saepius iniuria con-
12 tristatae, velut desperatione rerum profugiant. Ab occasu Vergiliarum ad brumam, quae fere conficitur circa VIII [c] Calend. [d] Ianuarii, in octaua parte Capricorni, iam recondito melle vtuntur examina, eoque [e] vsque ad Arcturi exortum sustinentur. Nec me fallit Hipparchi ratio, quae docet solstitia et aequinoctia non octauis, sed primis partibus signorum confici. Verum in hac ruris disciplina sequor nunc Eudoxi et Metonis, antiquorumque fastus [f] astrologorum, qui sunt aptati publicis sacrificiis. quia et notior est ista vetus agricolis concepta opinio; nec tamen Hipparchi subtilitas pinguioribus, vt aiunt, rusticorum literis necessaria est.
13 Ergo Vergiliarum occasu primo statim conueniet aperire aluos, et depurgare quidquid immundi est; diligentiusque curare, quoniam per tempora hiemis non expedit

g) *consparsis L. I. B. R.* h) *quam* abest *I. B. R.* i) *rectissimi P.* k) *eueruntur R. euersantur Herv.* l) *papilionesque a. V.* m) *alios B. R.* n) *procreant P.* o) *earum L. a. V.* p) *dimittatur L. I. B. R.* q) *concurrent L. I. B. R.* r) *volitent L. I. B. R.* s) *adurantur L. I. B. R.* t) *euolant L. I. B. R.* u) *tum I. B. R.* x) *cunelae L. I. B. cunellae R.* y) *emitescit L. I. B. R.* z) *quom I. B. R.* a) *VI* coni. *Ponted.* 2. b) *XI et* sphalma *Com. diebus XLIV* coni. *Ponted.* 2. c) *VIIII* coni. *Ponted.* 2. d) *Octobris vel* inser. *I. B. R.* e) *eoque vsque ad Arcturi exortum sustinentur* desunt *I. B. R.* f) *fastus L.*

14, 9 INTRA ALVOS) Sic rescripsi e Ms. Sangerm. pro vulgato *inter*, v. Drakenb. ad Liu. 5, 27.

14, 9 CVM EST EADEM) Pro *earum* quod habent ante Vict. legi volebat *eorum* Vrsinus, nam verbum *eorum*, inquit, ad *vermes* refertur, non ad *apes*, vt existimarunt ii, qui *earum* scripserunt. Haec VRSIN. Sed nomen *earum* ad *tineas* referri potuit? *Eadem* ad *multitudinem* referri apte posse, non intelligebat librarius, qui *earum* reposuit.

14, 12 HIPPARCHI RATIO) Hipparchum non esse auctorem huius instituti, fallique Columellam, ostendit Petau. Vranol. P. II. p. 76. Conf. Varro 1, 28.

14, 12 FASTVS ASTROLOGORVM) Vid. Ind.

14, 15 COM-

dit mouere aut patefacere [g] vaſa. Quam ob cauſam dum adhuc autumni reliquiae
ſunt, apriciſſimo [h] die purgatis domiciliis opercula intus vſque ad fauos admouenda
ſunt, omni vacua parte ſedis excluſa, quo facilius anguſtiae cauearum per hiemem
concaleſcant. idque ſemper faciendum eſt etiam in iis aluis, quae paucitate plebis
infrequentes ſunt. Quidquid deinde rimarum eſt, aut foraminum, luto, et fimo 14
bubulo miſtis [i] illinemus extrinſecus, nec niſi aditus, quibus commeent, relin-
quemus. Et quamuis porticu protecta vaſa, nihilo minus congeſtu culmorum et
frondium ſupertegemus, quantumque res patietur, a frigore et tempeſtatibus [k]
muniemus. Quidam exemptis interaneis [l] occiſas aues [m] intus includunt, quae
tempore hiberno plumis [n] ſuis deliteſcentibus apibus praebent teporem: tum 15
etiam ſi ſunt abſumpta cibaria, commode paſcuntur eſurientes, nec niſi oſſa earum
relinquunt. ſin autem faui ſufficient [o], permanent illibatae. nec quamuis amantiſſi-
mas munditiarum [p] offendunt odore ſuo. Melius tamen eſſe nos [q] exiſtimamus,
tempore hiberno fame laborantibus ad ipſos aditus in canaliculis vel contuſam [r]
et aqua madefactam ficum aridam, vel defrutum aut paſſum, praebere. quibus
liquoribus mundam lanam imbuere oportebit, vt inſiſtentes apes quaſi per ſipho-
nem [s] ſuccum euocent. Vuas etiam paſſas, cum infregerimus, paulum aqua re- 16
ſperſas probe dabimus. Atque his cibariis [t] non ſolum hieme, ſed etiam quibus
temporibus (vt iam ſupra dixi) tithymallus [u], atque etiam vlmi florebunt, ſuſti-
nendae ſunt. Poſt confectam brumam diebus fere quadraginta quidquid eſt repo- 17
ſiti mellis [x] (niſi liberalius a [y] curatore relictum ſit [z],) conſumunt, et [a] ſaepe
etiam vacuatis ceris vſque in ortum [b] Arcturi, qui eſt ab Idib. Februariis, ieiunae
fauis accubantes torpent more ſerpentum, et quiete [c] ſua ſpiritum conſeruant,
quem tamen ne amittant, ſi longior fames inceſſerit, optimum eſt per aditum ve-
ſtibuli ſiphonibus [d] dulcia liquamina immittere, et ita penuriam temporum ſuſti-
nere, dum Arcturi ortus, et hirundinis aduentus commodiores polliceantur futu-
ras tempeſtates. Itaque, poſt hoc tempus, cum diei permittit hilaritas, procedere 18
audent in paſcua. Nam ab aequinoctio verno ſine cunctatione [e] iam paſſim va-
gantur [f], et idoneos ad foetum decerpunt flores, atque intra tecta comportant.
Haec obſeruanda per anni tempora diligentiſſime Hyginus [g] praecipit. Caeterum
illa [h] Celſus adiicit, paucis locis eam felicitatem ſuppetere, vt apibus alia pabula
hiberna [i], atque alia praebeantur aeſtiua. Itaque quibus locis poſt veris tempora 19
flores idonei deficiunt, negat oportere immota examina relinqui, ſed vernis [k] pa-
ſtionibus abſumptis, in ea loca transferri, quae ſerotinis floribus thymi, et origani,
thymbrae-

g) *tepefacere I. B. R.* h) *appriciſſimo R.* i) *mixtis illiniemus I. B. R.* k) *tempeſtate I. B. R.* l) *interraneis H. A. Gr. G. St.* m) *vel I. B. R.* n) *pluuiis I. B. R.* o) *ſufficerent I. B. R.* p) *mundiciarum I. B. R.* q) *nos* deeſt *Ienſ. non* interpon. *I. B. R.* r) *contuſa mela et I. B. R.* s) *ſymphonem B. R. ſyphonem I. I. I. H. A. Gr. G. St.* t) *ciberis ſunt.* u) *titbymalus I. B. R.* x) *melis R.* y) *a curatore* def. *I. B. R.* z) *ſit* def. *I. B. R.* a) *et* def. *I. B. R.* b) *fere* inſer. *P.* c) *quietae R.* d) *ſyphonibus I. B. R. — — Gy. St.* e) *contatione I. B. R.* f) *vagatur Hern.* g) *Higinus L. I. B. R. Higinius* al. h) *illa* om. *Mſ. Heinſ. ad Ouid. met.* 7, 464. i) *biberno, aeſtiuo L.* k) *temporibus et* inſ. *I. B. R.*

14, 15 COMMODE PASCVNTVR) Falſus igitur Plinius 11, 8 *Mortuis ne floribus quidem, non modo corporibus inſidunt.*

14, 17 MORE SERPENTVM) quorum ratio vel ex fabula nota eſt ruſtici rigentem hiberno frigore ſerpentem ſinu fouentis, et ab eo deinde occiſi.

thymbraeque benignius apes alere possunt. quod fieri ait [l] et Achaiae regionibus, vbi transferuntur in Atticas pastiones, et Euboea, et rursus [m] insulis Cycladibus, cum ex aliis transferuntur [n] Scyrum [o], nec minus in Sicilia cum ex reliquis eius
20 partibus in Hyblam [p] conferuntur. Idemque ait ex floribus ceras [q] fieri, ex matutino rore mella, quae tanto meliorem [r] qualitatem capiunt, quanto iucundiore sit materia cera confecta. Sed ante translationem diligenter alueos inspicere praecipit, veteresque, et tineosos [s], et labantes fauos eximere: nec nisi paucos, et optimos referuare, vt [t] simul [u] etiam ex meliore flore quamplurimi fiant: eaque vasa, quae quis transferre velit, non nisi noctibus et sine concussione portare.

XV. Mox vere [a] transacto sequitur, vt dixi, mellis [b] vindemia propter quam totius anni labor exercetur. Eius maturitas intelligitur cum animaduertimus [c] fucos ab apibus expelli, ac fugari. quod est genus amplioris incrementi simillimum [d] apis. et, vt ait Virgilius, *ignauum* [*fucos*] *pecus*, et [e] sine industria [f]
2 fauis assidens. Nam neque alimenta congerit, et ab aliis inuecta consumit. Verumtamen ad procreationem sobolis conferre aliquid hi [g] fuci videntur insidentes seminibus, quibus apes figurantur. Itaque ad fouendam [h] et [i] educandam nouam prolem familiarius admittuntur. Exclusis deinde pullis [k], extra tecta protur-
3 bantur, et vt idem ait, *a praesepibus arceantur* [l]. Hos quidam praecipiunt in totum exterminari oportere. quod ego Magoni consentiens faciendum non censeo, verum saeuitiae [m] modum adhibendum. nam nec ad occidionem gens interimenda est, ne apes inertia laborent, quae, cum fuci aliquam partem cibariorum absumunt, sarciendo damna fiunt agiliores: nec rursus multitudinem praedonum coa-
4 lescere patiendum est, ne vniuersas opes [n] alienas diripiant. Ergo cum rixam fucorum

l) *ait* abest *I. B. R.* m) *in* inseritur *P. et Heins. l. c.* n) *transportantur P. it. Ms. Heins. l. c.* o) *Syrum L. et Heins. l. c. ex Ms.* p) *Hyblaeam P. yblaeam L.* q) *Celsus peri eam ex P.* r) *meliaremque P.* s) *timiosus et labentis P.* t) *vs P. et* al. u) *ei* interier. *P.* [C. XV.) a) *ver R.* b) *melius R.* c) *animaduertemus R.* d) *similimum L. Gr. G. St.* e) *etiam rure sine P. L. et immune sine I. B. R.* f) *doctrina I. B. R.* g) *insugi P.* h) *fouendum P.* i) *et educandam* decit *P.* k) *pulis R.* l) *praesepius arceantur P. L. praesepibus arcent* al. m) *seuerum a. seuire* n. *P.* n) *apes P.*

14, 20 EX MATVTINO RORE) Quin succum in ipsis plantis excoctum, et per poros earum quasi exsudantem esse mel, idque ab apibus subtiliter colligi, non confici aut immutari, hodie fere constat.

15, 1 MELLIS VINDEMIA) *Vindemiam* vocant boni auctores omnis generis frugum et fructuum collectionem, posita vna specie pro altera. Sic *thuris vindemiam* dixit Plin. 12, 14 et *τρυγᾷν ῥόδον*, Eustathius de Ismeniae et Ismenes amoribus lib. 5 p. 182 *Τρυγᾷν μέλι* vero Didymus Geop. 15, 5 qualem vindemiam eleganter, vt solet, describit Eustathius l. 4 p. 138 *καὶ ὡς ἐκ σίμβλου τοῦ χείλους τῆς κόρης μέλι γλυκάζον ἐτρύγων τοῖς χείλεσιν.* et paullo inferius: *εἰ δὲ μοι κέντρον φέρεις ὡς μέλιττα καὶ φυλάττεις τὸ σίμβλον, καὶ πλήττεις τὸν τοῦ μέλιτος τρυγητὴν, ἐγκαρτερήσω τῷ σίμβλῳ, τὸν ἐκ τοῦ κέντρου πόνον ὑφέξω καὶ τρυγήσω τοῦ μέλιτος.* SCHOETTG.

15, 1 IGNAVVM [FVCOS] PECVS) Inclusi *fucos*, quia non potuit Columella, si, quid scriberet, cogitauit, hac orationis serie illam, vt apud Virgilium habetur Ge. 4, 168 insertam retinere: eadem ratio est verborum quae vltima sunt §. 2.

15, 1 SINE INDVSTRIA) Vnde *inertes* dicuntur Phaedro 3, 13, 2. *Apes in alta quercu fecerant fauos, Hos fuci inertes esse dicebant suos.* SCHOETTG.

15, 3 NE APES INERTIA LABORENT) Adde, ne plane intereant, si fuci sunt mares et reginam suo initu foecundam reddunt. vid. ad. 9, 2, 4.

15, 3 COALESCERE) Quidsi legamus *conualescere?* Neque enim hic credo de societate sermo est, sed de copia et numero.

15, 4 AESTV

corum et apium saepius committi videris, adapertas [o] aluos inspicies [p], vt siue se-
mipleni faui [q] sint, differantur [r]: siue iam liquore completi, et superpositis ceris
tamquam operculis obliti, demetantur. Dies vero castrandi fere matutinus occu-
pandus est. neque enim conuenit aestu medio exasperatas apes [s] lacessiri. Duo-
bus [t] ferramentis ad hunc vsum opus est, sesquipedali, vel paulo ampliore men-
sura factis, quorum alterum sit culter oblongus [u] ex vtraque parte acie lata, vno
capite aduncum [x] habens [y] scalprum; alterum prima fronte planum, et acutissi-
mum: quo melius hoc faui succidantur, illo eradantur, et quidquid sordidum [z] 5
deciderit, attrahatur [a]. Sed vbi a posteriore parte [b] nullum [c] vestibulum patefa-
ctum habuerit [d] alueare [e], fumum admouebimus factum galbano, vel arido fimo.
ea porro vase [f] fictili prunis [g] immista conduntur: idque [h] vas ansatum simile an-
gustae ollae figuratur, ita [i] vt [k] altera pars sit acutior, per quam modico foramine
fumus emanet: altera latior [l], et ore patulo [m], per quam possit afflari. Talis olla, 6
cum est aluearì [n] obiecta, spiritu admoto fumus ad apes promouetur. quae confe-
stim nidoris impatientes in priorem partem domicilii, et interdum [o] extra vestibu-
lum se conferunt. atque vbi potestas facta [p] est liberius inspiciendi, fere, si duo
sunt examina, duo genera quoque fauorum inueniuntur. nam etiam in concordia [q] 7
suum quaeque plebs morem figurandi ceras, fingendique obseruat. Sed omnes
faui semper cauearum tectis, et paululum [r] lateribus adhaerentes [s], dependent, ita
ne solum contingant [t]: quoniam [u] id praebet examinibus iter. Caeterum figura 8
cerarum talis est, qualis et habitus domicilii. nam et quadrata et rotunda spatia,
nec minus longa suam speciem velut formae quaedam fauis praebent. ideoque
non [x] semper eiusdem figurae reperiuntur faui. Sed hi qualescunque sint, non
omnes eximantur. nam priore messe, dum adhuc rura pastionibus abundant, quinta
pars fauorum; posteriore, cum iam metuitur hiems, tertia [y] relinquenda est.
Atque

o) *ad apertas* diuis. R. *Iunt.* p) *inspities R.* q) *fauis sindifferantur P.* r) *digerantur Heru.* s) *apes* deest *P.* t) *autem* intersér. *P.* u) *alterum* intersér. *P.* x) *ad uncum* diu. *Iunt.* y) *habens* deficit *I. B. R.* z) *fordium L. Iunt.* a) *detrahatur I. B. R.* b) *qua* ins. *L. I. B. R.* c) *est* ins. *I. B. R.* d) *fuerit L. I. B. R.* e) *aluualbare* a. *P.* f) *vasi Heru.* g) *primis P.* h) *Id quas P.* i) *itaque I. B. R.* k) *vt* abest *P.* l) *latior est, vt ore I. B. R.* m) *paulo latiore P. Lips. patentiore ac latiore, per I. B. R.* n) *albario* a. *P.* o) *intradum P.* p) *facta* omittitur *I. B. R.* q) *cordia sunt P.* r) *ab* intersé. *I. B. R.* s) *adherentes B. R.* t) *contingat I. B. R.* u) *quom hic P.* x) *semper non I. B. R.* y) *terra I. B. R.*

15, 4 AESTV MEDIO EXASPER.) Credo ictum earum, vbi incaluere, vehementiorem. De morsibus certe aliorum animalium et insectorum constat, per caniculae aestum multo esse asperiores.

15, 5 ARIDO FIMO) *Fumo* nescio vbi legebat Bochartus Hieroz. 4, 10 p. 5?8, 23 corrigebatque *foeno*, quo tamen supersedisset, credo, si *fimus* in mentem illi venisset, quem adhiberi etiam vult Didymus Geop. 15, 5 p. 411 χρὴ δὲ καπνῷ βολβίτου προσπελάζειν αὐτάς. Vid. Col. 9, 14, 1. Porro hic aliqua difficultas est, vbi fumus admoueatur aluearì. Si ad ordinarium vestibulum; cur in *priorem partem*, h. e. vbi grauissimus fumus est, vel *extra vestibulum* vnde exoritur fumus, se conferunt? Videtur itaque sublato modice aluearì a posteriore parte immitti fumus, quem fugientes ad priorem partem et vestibulum adeo se possunt recipere. Omnium forte commodissime illi, qui superna parte aperire possunt aluos, et in superpositam aliam aluum colonos exigere.

15, 7 SVVM QVAEQVE PLEBS MOREM) Plin. 11, 10 *Faui superiore parte affixi et paullum etiam lateribus simul haerent, et pendent vna: alueum non contingunt, nunc obliqui, nunc rotundi, qualiter poposcit alueus, aliquando et duorum generum, cum duo examina concordibus populis dissimiles habuere ritus.*

15, 8 QVINTA PARS FAVORVM) Videtur legendum *decima pars* etc. nam sic habet Varro 3, 16 et Auctor Geop. 15, 5 in quo est:

 ἐπὶ

9 Atque hic tamen modus non eſt in omnibus regionibus certus: quoniam pro multitudine florum [z], et vbertate pabuli apibus conſulendum eſt. At ſi cerae dependentes in longitudinem decurrunt, eo ferramento, quod eſt ſimile cultro, inſecandi ſunt faui, deinde ſubiectis duobus brachiis excipiendi, atque ita promendi: ſin autem tranſuerſi tectis cauearum inhaerent [a], tunc ſcalprato ferramento eſt
10 opus, vt aduerſa fronte impreſſi deſecentur. Eximi autem debent veteres vel vitioſi, et relinqui maxime integri, ac melle pleni, et ſiqui tandem [b] pullos continent, vt examini progenerando referuentur. Omnis deinde copia fauorum conferenda eſt in eum locum, in quo mel conficere voles, linendaque ſunt diligenter foramina parietum et feneſtrarum, nequid ſit apibus peruium, quae velut amiſſas opes ſuas pertinaciter veſtigant, et perſecutae conſumunt. itaque ex iiſdem [c] rebus fumus etiam in aditu [d] loci faciendus eſt [e], qui propulſet [f] intrare tentantes.
11 Caſtratae deinde alui ſi quae tranſuerſos fauos in aditu habebunt, conuertendae erunt, vt alterna vice poſteriores partes veſtibula fiant. ſic enim proxime cum caſtrabuntur, veteres [g] potius faui quam noui eximentur, ceraeque nouabuntur [h], quae tanto deteriores ſunt, quanto vetuſtiores. Quod ſi forte aluearia circumſtructa, et immobilia fuerint, curae erit nobis, vt [i] modo a poſteriore, modo a priore parte caſtrentur: idque fieri ante diei quintam horam debebit, deinde re-
12 peti vel poſt nonam, vel poſtero mane. Sed quotcunque faui ſunt demeſſi [k], eodem die, dum tepent, mella [l] conficere conuenit. Saligneus qualus, vel tenui vimine rarius contextus ſaccus, inuerſae metae ſimilis, qualis eſt quo vinum liquatur, obſcuro loco ſuſpenditur: in eum deinde carptim [m] congeruntur faui. ſed adhibenda cura eſt, vt ſeparentur [n] eae partes [o] cerarum, quae vel pullos habent, vel rubras ſordes. nam ſunt mali ſaporis, et ſucco [p] ſuo mella corrumpunt. Deinde

z) *foliorum I. B. R.* a) *inherent B. R.* b) *tamen Lipſ. I. B. R. tantum P.* c) *hiſdem I. B. R. I. I. A. G.* d) *abdito I. B. R.* e) *eſt* deficit *I. B. R.* f) *propulſent Ienſ.* g) *veteres potius — nouabuntur* Deſunt in antiquo Codice Pol. h) *renocabuntur L.* i) *ſemper* interſ. *I. B. R.* k) *demiſſi I. B. R. H. G.* l) *melle H. conficere mel P.* m) *carpti ſunt, carpum L.* n) *ſeperentur I. B. R.* o) *ceres P.* p) *ſuo ſucu P.*

δεῖ γὰρ τὴν δεκάτην μοῖραν αὐταῖς ἀπολείπειν, ἔαρός τε καὶ θέρους. χειμῶνος δὲ τὸ τρίτον μόριον λαβόντα, τὰ δύο μέρη καταλιπεῖν αὐταῖς. οὕτω γὰρ οὔτε ἀθυμήσουσι, καὶ τροφὰς ἕξουσι. Plin. 11, 14 *Ergo diligentiores ex hac vindemia, decimam partem apibus relinquunt* etc. Videtur autem apud Columellam legendum, *tertia demenda*, pro eo quod eſt in libris vulgatis, *tertia relinquenda*. Nam ſic eſt apud Varronem et apud auctorem Geop. in eo loco, qui ſupra adductus eſt. VRSIN. *Duodecimam partem* apud Plinium legit Harduinus, magnum librorum eo in numero conſenſum laudans. Porro *aeſtiua mellatione*, inquit Plinius l. c. cap. 5 *decimam partem Caſſio Dionyſio apibus relinqui placet, ſi plenae fuerint alui: ſi minus, pro rata portione.* Verbo, nihil certi in vniuerſum poteſt conſtitui.

15, 9 AT SI CERAE) Malim, *ac.* Neque enim aduerſatiuae locus eſſe videtur.

15, 9 SCALPRATO FERR.) Conuenire huc puto eum, qui Celſo *Scalper* eſt.

15, 11 TANTO DETERIORES SVNT) forte etiam eam ob cauſam, quod in illo admirabili vermis in *nympham* ſ. apem candidam et imperfectam tranſitu pelliculam ſuam applicat ad parietes cellae, vnde aliquid humoris impuri communicari cum ipſa cera credibile eſt. Quae de pellicula diximus diſerte, vt ſolet explicauit auctor ſpectaculorum naturae T. 1 P. 1 Coll. 6 p. 164.

15, 12 SALIGNEVS QVALVS) Virgilius Ge. 2, 241 *ſpiſſo vimine qualos* vocat: vbi Seruius: *qualos per quos vinum defluit, qui et ipſi a colando dicti ſunt.* SCHOETTG.

15, 12 SACCVS, QVO VINVM LIQVATVR) vel *ſaccatur* h. e. percolatur, qua de re dixit copioſe Io. Rhodius ad Scribo. c. 122 p. 196.

15, 12 RVBRAS SORDES) Niſi fallor, illa eſt, quae *ἐριθάκη* alias dicitur, gratiſſimus apum cibus. Plinius 11, 7 Vide quae de hac re ſupra ad Varronem notata ſunt. SCHOETTG.

15, 13 OPTI-

Deinde vbi liquatum mel [q] in subiectum alueum defluxit, transfertur in vasaficti- 13
lia, quae paucis diebus aperta sint [r], dum musteus fructus deferuescat, isque saepius ligula [s] purgandus est. Mox deinde fragmina fauorum, quae in sacco remanserunt, retractata exprimuntur: atque id secundae notae mel defluit, et ab diligentioribus seorsum reponitur, ne quod est optimi [t] saporis hoc adhibito, fiat deterius.

XVI. CERAE fructus, quamuis aeris exigui, non tamen omittendus est, cum sit eius vsus ad multa necessarius. Expressae fauorum reliquiae, posteaquam diligenter aqua dulci perlutae [a] sunt, in vas aeneum coniiciuntur [b]: adiecta deinde aqua liquantur ignibus. quod vbi factum est, cera per stramenta vel iuncos defusa colatur [c], atque iterum similiter de [d] integro coquitur, et in quas quisque voluit formas, aqua prius adiecta, defunditur: eamque concretam facile est eximere,
quoniam qui subest humor non patitur formis inhaerere. Sed iam consummata [e] 2
disputatione de villaticis pecudibus, atque pastionibus, quae reliqua nobis rusticarum rerum pars superest [f], de cultu hortorum, Publi Siluine, deinceps ita, vt et tibi et Gallioni nostro complacuerat; in carmen conferemus [g].

q) *liquatum: vel I. B. R.* r) *sunt I. B. R.* s) *lingua I. B. R.* t) *primi L. I. B. R.* [C. XVI.] a) *perlutae sunt, in vas aeneum coniiciuntur: adiecta*: deest hoc in antiquo Codice Pol. b) *coniicitur* sphal. *Iunt.* c) *collatur R.* d) *de integro I. I. H. A.* e) *consumata L. a. V.* f) *subest I. B. R.* g) *ita finis.*

15, 13 OPTIMI SAPORIS) Lips. *primi.* vnde videtur vox *optimi* glossema esse τῦ *primi*, quae deinceps ab imperitis librariis in textum recepta est; nam antea memorabatur *mel secundae notae*. SCHOETTG.

16 IN VAS AENEVM CONIICIVNTVR) Cum ita legendum esse monet VRSIN. indicat ad manus sibi tum fuisse Iuntarum editionem, in qua sola perperam legebatur *coniicitur*. Caeterum conf. Plin. 21, 14.

L. IVNII

L. IVNII MODERATI COLVMELLAE LIBER DECIMVS DE CVLTV HORTORVM[a].

PRAEFATIO.

Foenoris tui, Siluine, quod ſtipulanti ſpoponderam tibi, reliquam penſiunculam percipe. nam ſuperioribus nouem[aa] libris[b] hac minus parte debitum, quod nunc[c] perſoluo, reddideram. Supereſt ergo cultus hortorum inſigniter[d] neglectus quondam veteribus agricolis, nunc vel celeberrimus. ſiquidem cum parcior[e] apud priſcos eſſet frugalitas, largior tamen pauperibus fuit vſus epularum; lactis copia, ferinaque ac domeſticarum pecudum carne, velut aqua frumentoque ſummis atque humillimis[f] victum tolerantibus. Mox cum[g] ſequens, et praecipue noſtra aetas dapibus libidi-

VARIETAS LECTIONIS.

[Colum. Lib. X. *Praefatio*] a) *Ortorum.* aa) *decem I. B. R.* Sed *nouem* etiam *Lipſ.* licet illum de arboribus tertium numeret, et hunc ipſum hortulum XImum. b) *ac I. B. R.* c) *natura Ienſ. mature B. R.* d) *ſegnis ac L. I. B. R.* e) *partior B. R.* f) *humilimis R. Gr. G. St.* g) *cum Ienſ. conſequens L.*

Memorabiles horti in fabulis narrantur fuiſſe Heſperidum, in quibus non poma quidem aurea, ſed tantum oleaſtri viruerunt. Ante omnes vero regis Alcinoi Nauſicaae puellae Patris fabulis celebrati ſunt. Reges Perſarum hortenſi curae intenti fuerunt. Tarquinius ſuperbus, quod horto delectatus ſit, reſponſum de exciſis liliis ad filium indicat. In XII tabb. horti mentio habetur, non villarum. Epicurus primus horti magiſter exiſtimatus eſt. Quare his exemplis principes et ſtudioſi homines hortis incumbere non extimeſcant. Signa Saturnica in hortis olim poſita: tutela vero eorum Veneri attributa eſt: cuius iucundo numine auxiliante ad interpretationem veniamus: quam ex Plinio, Varrone, Catone, ſumma diligentia, tituli honore non deraſo, excerpſimus. In prooemio relictas a Virgilio Georgici carminis partes expleturum ſe fatetur. Hoc frequenti petitione P. Siluinus exigebat, vrgebatque etiam facile laudis cupidum. Virgilius tamen aſſumendam poſteris curam reliquit in haec verba › *Verum haec ipſe equidem ſpatiis excluſus iniquis Praetereo atque aliis poſt me memoranda relinquo.* Multum poſteritati tribuit, quam adeo dignam putauit, vt agricolationis ſuae terminos ponat. Non ergo iniuria hoc negotium exequendum vetus ruſticationis artifex conſummato iam operi ſuo mandauit. quod liberum affert teſtimonium, quantum colonis olitoribusque ac vinitoribus tradiderit. POMPONIVS.

1 HAC MINVS PARTE DEBITVM) i. e. hanc partem non tradideram, illa adhuc reſtabat. Sic Cicero lib. 1. in Verrem c. XLV. *Si protulerit: vno ſigno vt ſit minus, quam ex lege oportet, non des poſſeſſionem.* c. LVII. *Tametſi quid poterat eſſe apertius, quam nunc eſt, vt vno minus teſte haberet Rabonio*; i. e. vt Rabonium teſtem eximeret. Ouidius lib. XII. Metamorph. v. 554. *Bis ſex Herculeis ceciderunt, me minus vno Viribus* - - - Idem, lib. I. e Ponto Ep. VII. v. 26. - - - *Vno Nempe ſalutaris, quam prius, ore minus.* Eiusdem Naſonis locum e lib. IV. e Ponto, Eleg. XV. extr. *Meque tuum libra norit et aere minus*, expoſuit Io. Frider. Gronouius, lib. II. Sic C. Nepos, II. V. 2. *Qua ſex menſibus iter fecerat, eadem minus diebus triginta in Aſiam reuerſus eſt*, pro paucioribus, quam 30 diebus. ERENIVS part. 10. Animadu. p. 9.

1 PAVPERIBVS) Hanc vocem ex gloſſa adrepſiſſe arbitror. Cum enim mox ſummos et infimos eo victu vſos adiungat, qua de cauſa pauperibus largiorem det? Sed fatuus aliquis ex ſequentibus, vbi de coenis cenſibus aeſtimatis loquitur, coniectans de pauperibus haec dici gloſſam adleuit. Haec BARTHIVS Aduerſ. 37, 7. Quin neceſſaria eſt et Columellae vox *pauperibus*. Hos enim ait priſcae frugalitatis temporibus iisdem dapibus epulatos quibus diuites, cum nec hi aliis vterentur, quam quarum copia pauperibus etiam fieri poſſet.

3 PRIO-

libidinosis pretia constituerit, coenaeque non naturalibus desideriis, sed censibus aestimentur, plebeia paupertas submota a [h] pretiosioribus cibis ad vulgares compellitur.
3 Quare cultus hortorum, quoniam et fructus magis in vsu est, diligentius nobis, quam tradiderunt [i] maiores, praecipiendus est: isque sicut institueram prosa oratione prioribus subnecteretur exordiis, nisi propositum meum [k] expugnasset frequens postulatio tua, quae peruicit [l], vt poeticis numeris explerem Georgici carminis omissas partes, quas tamen et [m] ipse Virgilius [n] significauerat, posteris [o] post [p] se memorandas [q] relinquere. neque enim aliter istud nobis fuerat audendum [r],
4 quam ex voluntate vatis maxime venerandi: cuius quasi [s] numine instigante (pigre sine dubio propter difficultatem operis, veruntamen non sine spe prosperi successus) aggressi sumus tenuem admodum, et pene viduatam corpore materiam, quae tam exilis est, vt in consummatione [t] quidem totius operis annumerari velut particula possit laboris nostri, per se vero et quasi suis finibus terminata nullo modo speciose confici [u]. nam [x] etsi [y] multa sunt eius quasi membra, de quibus aliquid possumus effari [z], tamen eadem tam exigua [a] sunt, vt [b] (quod aiunt Graeci) ex [c] incomprehensibili paruitate arenae funis [d] effici non possit.
5 Quare quidquid est istud, quod elucubrauimus, adeo [e] propriam sibi laudem non vindicat [f], vt boni consulat, si non sit dedecori [g] prius editis a me scriptorum monimentis [h]. sed iam praefari desinamus.

HORTO-

h) *a* deest *I. B. R.* *summotis pretiosioribus* coni. Anonymus quidam in Reg. i) *tradidere P.* k) *meum* abest *I. B. R.* l) *praecepit P.* m) *vt I. B. R.* n) *Vergilius P. Gr. G.* o) *posteris* deest *I. B. R.* p) *post* deest *P.* q) *memorandas P.* *memorandum reliquit I. B. R.* *post commemoranda Lips.* *post se memoranda* al. r) *audiendum Gr.* s) *tamen Lips.* t) *consumatione L. a. V.* u) *conspici L. P.* ant. *Lips.* x) *nam* deest ant. *P.* y) *si I. B. R. et si* diuis. *I. I. H. A. G. simul sunt Pol.* in ant. z) *affari Iens.* a) *excina P.* ant. b) *vt* ponitur post *Graeci I. B. R.* c) *exincomprensibili* iunct. *Reg.* d) *finis I. B. R.* e) *ideo I. B. R.* plane omitt. *alii.* f) *vindicat I. B. R. Lips. vend.* al. g) *decori I. B. R.* h) *monumentis L. I. B. R.*

3 PRIORIBVS EXORDIIS) *Exordium* notandum est ipsum librum aliquando notare. Sic Virgilius ad distinguendum cursum orationis a principiis, *prima* exordia dixit Aen. IV. *Quonam Reginam ambire furentem Audeat affatu, quae prima exordia sumat?* BARTHIVS l. c. Virgilii locus nihil ad rem. Vid. Index noster.

3 EXPVGNASSET) pro exorasset. Suetonius Iul. c. 1 extr. *Expugnatum tandem proclamasse, vincerent.* vbi vide Casaubonum in notis, adducentem eiusdem Suetonii locum e Tiber. 21, 4 *Sed expugnatum precibus vxoris adoptionem non abnuisse.* Potuisset et addere Tranquilli hunc e Vesp. c. 22 extr. *Expugnatus a quadam, quasi amore sui deperiret.* CRENIVS.

3 POST SE MEMORANDAS) Ita videbatur legendum etiam VRSINO. Habetur in loco Virgilii, quem citat Ge. 4, 147 *Praetereo, atque aliis post commemoranda relinquo.* Vbi tamen et alii legunt: *post me memoranda.* Sed cum noster in ipso carmine v. 5. illam lectionem, quam Vrsinus rectam iudicat, et Barthio Adu. 1, 2 teste, codices Seruiani confirmant, sequatur, eandem omnino rectam pronunciamus. SCHOETTG.

4 PARVITATE ARENAE FVNIS EFFICI) Prouerbium est, aliis notatum de re prorsus impossibili, quam quis tamen conficere laboret. Suidas: *ἐξ ἄμμου σχοινίον πλέκεις. ἐπὶ τῶν ἀδυνάτων.* Nilus de primatu Papae lib. II *ἐκεῖνος τε ἀπὸ τούτων ἑαυτὸν ἐλπίζων ἐξαλείφειν, οὐδὲν ἄλλο ποιεῖ, ἢ ἐκ ψάμμου σχοινίον πλέκειν ἐπιχειρεῖ.* BARTHIVS Adu. 50, 10.

5 ADEO PROPRIAM - VT BONI CONSVLAT) Ita legendum monuit VRSINVS. Moram ex vulgata lectione lectori se obiicere, clarius est, quam quod indigeat verbis. Fuluius Vrsinus vocem *adeo* intrudere monet: *adeo vt boni consulat.* Ea ratione sane perquam facile omnia restitui possunt. Ego vitium exortum inde arbitror, quod *consulatur* supra literam picto apice scribere librarius neglexerit. Boni consuletur, ait, hoc opusculum, si quis non plane dedecori esse caeteris nostris arbitrabitur. BARTHIVS 1, 2. Veteres editiones: *ideo propriam sibi laudem non vindicat, vt boni consulat.* Et hac lectione idem clariss. Morgagnus veram elici posse non dubitat, *ideo* dumtaxat mutato in *adeo* Est enim *adeo non, vt* idem quod *tantum abest vt,* quo non modo Liuius et Curtius, sed Columella etiam vsus libr. 2. cap. 12 dum scriberet: *cum*

HORTORVM quoque te cultus, Siluine, docebo,
Atque ea, quae quondam spatiis exclusus iniquis,
Cum [a] caneret laetas segetes, et munera Bacchi,
Et te magna Pales, necnon caelestia [b] mella,
Virgilius [c] nobis post se memoranda reliquit.
Principio sedem numeroso praebeat horto
Pinguis ager, putres glebas, resolutaque terga [d]

Qui

[LIBER X.] a) *Quom I. B. R.* b) *celestia I. B. R. I. I. coelestia H. A. Gr. G.* c) *Vergilius P. Gr. G.* d) *terra P.*

cum sola haec res adeo non infestetur herbis, vt ipsa herbas perimat. PONTED.

AD CARMEN IPSVM.

2 SPATIIS EXCLVSVS INIQVIS) Notissima sunt verba Maronis Georg. 4, 146. In cuius nonnullis codicibus perperam *disclusus* legitur, vt vel ex hoc loco Columellae constat. Recte autem *iniqua* angusta ex Aeneide interpretatur Seruius. Simile est *extremis spatiis esse.* Eucherius Paraenetico ad Valerianum: *Dissipatas loquimur opes mundi, cum iam ipse mundus in finem suum vergens spatiis agatur extremis.* In quam sententiam vide quae scribit Cyprianus ad Demetrianum. Plauti illud huic non absimile etiam, *ad incitas redigi.* An autem reliquerit quidquam Maro, et an recte fecerit eum supplere volens Columella, non est huius loci disquirere. Et disputauit contra non ineptissime Angelus Decembrius in Politia Litteraria, homo doctior quam eloquentior. BARTHIVS 1, 2.

4 ET TE MAGNA PALES) Alludit ad id Virgilii: *Et te magna Pales.* Pales pastorum Dea vel pabuli. POMPON.

4 COELESTIA MELLA) Multa Hyginus adfert de origine apum poëticis magis decora fabulis quam rusticorum obseruationi aut diligentiae. Nos tamen pro interpretatione dicemus. Aiunt mulierem specie pulcherrimam nomine Melissam Iouem in apem conuertisse. Homerus ex crabronibus natas dicit, quas nymphae Phryxonides [vid. Col. 9, 2, 3] educauerunt: mox in Cretensi antro Iouis extitisse nutrices, et pabula diuinitus sortitas, quibus infantem educabant. Hoc Virgilius indicat, inquiens: *Dictaeo coeli regem pauere sub antro*; et qua in regione natae sint, ad agricolas minime pertinet. an in Thessalia sub Aristeo? an in insula Cea? an Erechthei temporibus sub monte Hymetto? an in Creta sub Saturno, vt Menander ait. Nec ad nos pertinet perscrutari, vtrum vt alia animalia gignantur: an ex floribus progeniem inquirant, et vtrum euomant mel, an ex alia parte edatur. POMPON. *Coelestia* vocantur *mella*, quia, vt ait Plinius, sublucanis temporibus defluunt ex aere. ASCENS.

6 PRINCIPIO) Eligatur ab olitore non macilentum solum ac sterile. cui facile terga, id est, cespites in superficie resoluantur. POMPON.

6 NVMEROSO) ab numero herbarum. Et cum sit fossus ager, ita teratur, vt sit instar gracilis harenae. vel si tale solum non facile reperitur, alia animaduertenda sunt, vt per se terrae benignitas inculta tamen et vuida (vt Varro scribit) i. e. humida educet ebulos virgulta sambuci rami instar. POMP. *Numerosus* et pretiosus, memorabilis, in quo opera non ludatur. Nam eruditi scriptores *numerum* pro pretio ponunt. Domitilla Epitaphio Hectoris, *Ille ego qui magni paruus cognominis haeres Corpore in exiguo res numerosa fui.* Ausonius Epist. VII *Ostrea Baianis certantia, quae Medulorum Dulcibus in stagnis reflui maris aestus opimat, Accepi, dilecte Theon, numerabile munus.* Quamuis eo loco et alia ratione capi possit. Ouidius libro III Amorum Elegia VI *Quae mihi ventura est (siquidem est ventura) senectus? Cum desit numeris ipsa iuuenta suis.* Hoc est pretio atque officio suo. Scribonius Largus ad Callistum: *Delectus non est personarum, sed eodem numero malus bonusque habentur.* Ita enim ibi legendum ex prima Ruellii editione, cum sequentes *modum numero* malo exemplo substituerint. Contra *innumerus* vanum, irritum, nullius pretii, sonat. Vindicianus ad Valentinianum: *Cum saepe humani generis fragilitas falso de natura sua queratur, aliquando tamen possumus redditis caussis ostensisque remediis vanas et innumeras querimonias refutare.* Estque manifesta imitatio Graecorum. Theocritus Cynisca: — λύκον καὶ νευτὸς ἀκούετον. Ἄμμες δ' οὔτε λόγῳ τινὲς ἄξιοι, οὔτ' ἀριθμητοί. Vbi Scholiastes oraculum priscum refert, Ὑμεῖς δ' ὦ Μεγαρεῖς, οὔτε τρίτοι, οὔτε τέταρτοι, Οὔτε δυωδέκατοι, οὔτ' ἐν λόγῳ, οὔτ' ἐν ἀριθμῷ. Homerus Iliad. B. — σὺ δ' ἀπτόλεμος καὶ ἄναλκις, Οὔτε ποτ' ἐν πολέμῳ ἐναρίθμιος, οὔτ' ἐνὶ βουλῇ. BARTHIVS 1, 2. Adde eundem 37, 7. SCHOETTG. Etiam hic parum vidisse Barthium, iam in thesauro Fabriano animaduersum est; *numerosus* verbo est amplus, laxus, in multas areas definitus.

7 RESOLVTAQVE TERGA) *Resoluta terga* quae sint, docebit inspectus Palladius, et nos alibi ex eo notauimus. *Terga* enim Graecanica imitatio est, νῶτα θαλάσσης, apud Musaeum; γαλήνης, Nonnum lib. XI; νῶτα κολώνης, lib. XVI.

Quomodo

Qui gerit, et fossus [e] gracileis imitatur [f] arenas.
Atque habilis natura soli, quae gramine [g] laeto
Parturit, et rutilas ebuli [h] creat vuida baccas [i].
Nam neque sicca placet, nec quae stagnata palude
Perpetitur querulae [k] semper conuicia [l] ranae.
Tum quae sponte sua frondosas educat vlmos,
Palmitibusque feris laetatur, et aspera siluis
Achrados [m], aut pruni lapidosis obruta pomis
Gaudet, et iniussi [n] consternitur vbere mali:
Sed negat [o] helleboros [p], et noxia galbana [q] succo,

e) *fosus R.* f) *mitatur P.* g) *gramina laeta* coni. *Vrs.* h) *ebulus cr. humida L.* i) *bacchas B. R. bacas L. Gy.* k) *quaerulae Gy.* l) *conuicia I. B. R. conuit. al.* m) *Aclaradis P. Achrodos G. Achradis L.* n) *iniussa P.* o) *necat P.* p) *eleboros Iens. heleboros R.* q) *carbasia a. P.*

Quomodo Auienus ora maritima *Nor in profundum terga dimitti maris.* Ausonius Heroë XXI. *Hippothoum Pyleumque tenet gremio infima tellus, Caulibus et maluis terga suprema virent.* BARTHIVS 1, 2.

9 QVAE GRAMINE LAETO) *Laeta* malit VRSIN. Semper velut nouo gramine in partum tumet. Sic *parturire* aliis vsurpatum. Ennodius Carm. IX *Quicquid terra creat, gignit mare, parturit aether.* Vide et Notas ad Panegyricum Claudiani in Probinum. Quare non assentimur Fuluio Vrsino, qui *gramina laeta* reponit. Malim vero *lecto*: nam non de quouis loquitur, sed electili, vt patet, cum mox ebulum nominat. *Laeta* enim etiam vrti a et tales dici possunt. BARTHIVS 1, 2. Quin hic nihil spectari nisi vbertatem soli, apertum est.

11 NAM NEQVE) Vitandum semper illud solum est, quod siccum vel palustri stagno madefactum, vbi ranunculi viridi tergo saltant. POMPON.

11 STAGNATA PALVDE) *Stagnare* dicitur, quod perpetuum laticem subiicit, irremisso fonte prosultans. Virgilius Georg. 4, 287. — *qua Pellaei gens fortunata Canopi Accolit effuso stagnantem flumine Nilum.* BARTHIVS 37, 7.

12 CONVICIA) Adludit ad fabulosam originem ranarum ex rusticis Latonam conuitiantibus, de quibus Ouidius Metam. 6, 377 *Quamuis sint sub aqua, sub aqua maledicere tentant.* SCHOETTG. Nisi tamen ad etymon potius, q. d. *conuocium* respicitur, absque notione iniuriae, vt Phaedr. 1, 7, 4 etc. est enim res copiose in Fab. Lexico disputata.

13 TVM QVAE SPONTE) laudat solum, quod vltro vlmos alat et syluestri palmite laetetur. POMPON.

15 ACHRADOS) quod spinae genus est, et gaudet atris prunis obtegi et consterni syluestri et indigena malo. POMPON.

15 PRVNI LAPIDOSIS POMIS) quae intus habent nucleos, qui alias Latinis lapides dicuntur. Sic *lapidosa corna* dixit etiam Virgilius Georg. 2, 34 cuius baccae etiam habuere duos nucleos. SCHOETTG.

16 INIVSSI) naturalis, vt contra *iussum*, quod manu inducitur. Infra hoc libello: *Tum iussi veniant declini tramite riui.* BARTHIVS 37, 7. Alias Columella noster dicit, *imperare aruis*, eodem significatu. SCHOETTG. Laudat hic BVCHNERVS v. 48 et Horatianum *iniussae veniunt* ad mulctra capellae.

16 CONSTERNITVR) *Consterni* est impleri quasique induci. Virgilius, nam hic Columellae auctor est, lib. 12 *Te quoque Laurentes viderunt, Aeole, campi Oppetere, et lato terram consternere tergo.* BARTHIVS 37, 7.

17 SED NEGAT) Post haec amara neget ferre, vt Hellebori duo genera album et nigrum. Optimum est, vt meminit Plinius, in Anticyra. Duae enim sunt vrbes nomine Anticyrae; altera Phocis; altera a sinu Maliaco ad Oetam montem, vbi optimum nascitur Helleborum, et ideo dicitur Oetia potio siue Anticyra; cuius causa vt mortales purgarentur, locum celebrem fecere. Insanientibus sumtum vtile Helleborum, aliter veratrum appellatur. Helleborum Melampus Medicus Amythaonis filius inuenit, quod *Melampodium* vocant. alii dicunt pastorem eiusdem nominis inuenisse, cum capras pasceret. POMPON.

17 NOXIA GALBANA SVCCO) quod ad succum attinet. Nam fumus galbani non noxius sed admodum proficuus est, praecipue etiam apibus, quod e superiore libro constare potest. SCHOETTG. *Galbanum* herbam adeo ipso olfactu acrem, vt nidore serpentes fuget, si vtatur sincerum. Plinius autor. POMPON.

Nec patitur taxos, nec strenua toxica sudat,
Quamuis semihominis vesano gramine foeta
Mandragorae pariat flores, moestamque cicutam,
Nec manibus mitis ferulas, nec cruribus [r] aequa [s]
Terga rubi, spinisque ferat paliuron acutis.

Vicini

r) *clunibus Lips.* s) *aequa P. H. aeque* al. *vid. Morg. I, 53.*

18 TAXOS) Negat et *taxos*, moestas et funebres arbores, quibus Thessalia, docente Plinio, maxime abundat, abieti non dissimiles: quarum vmbra, lac et succus letum afferunt, vnde toxica quasi taxica sunt appellata. fumus etiam taxi mures necat. Negat *Mandragoram*, quod naturam quandam cum hominibus mixtam habet, cum et mas sit et foemina. Eam fossuri ab auersante vento cauent, et occasum spectant, prius tribus circulis gladio saepiunt. Vis eius in poculo somnifera est, ac etiam olfactu. Coelius 9, 48. POMPON.

18 STRENVA TOXICA) alludunt ad vim perimendi, vnde et dicta sunt Dioscoridi τοξεύματα. Scholiastes Nicandri Alexipharmacis. τοξικὸν δὲ καλεῖται τὸ τοιοῦτον φάρμακον, διὰ τὸ ὁμοίως τοῖς τοξεύμασιν ἀναιρεῖν. Eo respexit Columella. BARTHIVS 1, 2.

19 QVAMVIS SEMIHOMINIS) Mandragoram Pythagoras ἀνθρωπόμορφον, tanquam humanam effigiem praeferat, vocauit; nam radix homini simillima est, quod Auicenna etiam prodidit, et vulgo fere ita visitur. Mandragoram foeminam, *Thridaciam* nuncupant, marem vero, *Norion*. Coelius 9, 118 [quin 17, 24] Plura de Mandragora ASCENS.

19 SEMIHOMINIS) Ita vocatur Mandragora, quia radix eius inferiorem partem hominis repraesentat, crura scilicet et pedes. Bodaeus a Stapel ad Theophrasti hist. plant. 6, 2. p. 584. Non autem illa est, quam hodienum agyrtae quidam pro vera mandragora imperitis vendunt, quorum fraudes detegit Matthiolus apud Drusium in dissertatiuncula, an Ruben mandragoras inuenerit, post comment. in Ruth p. 126. 127. SCHOETTG.

19 VESANO GRAMINE FOETA MANDRAGORAE) Ad vim eius herbae pertinet, cuius succum vel praesentibus venenis adnumerant Medici veteres. Aetius libro XIII cap. XLV *insaniam inducere*. Eidem scriptum cap. LXVIII *paullum a lethargo differentem*, Paullus Aegineta libro V cap. XLIV, alia similia scribit Coelius Aurelianus lib. II Acut. cap. IV et lib. I cap. III. BARTHIVS 37, 7.

20 CICVTAM) quae, vt Plinius scribit l. 25 publica Atheniensium poena venenum est; epota Socratem sustulit. Ex ea quoque illiti testes, et loca circa pubertatem venerem cohibent. Cicutae aduersatur vis Pericampi, herbae similis papaueris cum feruentissima sit, ac etiam fungis simile remedium affert et panaces et thus. POMPON.

21 FERVLAS) ferulae puerorum tormenta sunt, sacratae tamen Libero patri: asinis sapidissimae sunt; caeteris iumentis veneno. Ideo asinus grata hostia Baccho cadit. POMPON.

21 NEC MANIBVS MITIS FERVLAS) Videtur legendum *mites* et *aequa*. VRSIN. 4. Clara correctio: *mites ferulas, nec cruribus aequae*. Rubum foeminino genere extulit, nam in omnibus veteribus editionibus legitur *aeque*. Ferula manibus infesta sub imperio paedagogorum. Sed quid sunt *terga rubi?* Fuluius, qui superiorem etiam locum attigit, nihil suspicatus est. Noui quidem Virgilium de arboribus sic esse locutum, Georgico II — *quo quaeque modo steterit, qua parte calores Austrinos tulerit, quae terga obuerterit axi.* Sed hoc nihil ad rubum. Et omnino aliud quid latet. *Tela* nimium ab omnibus codicibus abit. Forte *Regna*, sed et hoc audacius. BARTHIVS 1, 2. Ad vsum ferularum in scholis respicit, vnde *manum ferulae subducere* apud Iuuenalem est, scholastico imperio iam exiisse. Eodem alludit et Ausonius ad Nepotem Protreptico. BARTHIVS 37, 7. Posui lectionem certe non improbabilem. *Mitis* quarto casu Virgilianum est, si Heinsius bene vsus est vetustissimis libris: Buchnerus hic obseruat, *mites* et *aequi* placuisse Statio ad Tib. 4, 2. *Aequas* praeferebat ipse, itemque Heinsius ad Ouid. Met. I, 109 scilicet iungendum cum *rubi*. *Terga rubi* dicuntur, credo, de connexis inter se et implicitis fruticibus: quae vellere quasi quodam et tergore telluris partem obducunt, vt vers. 7. de cespite. Pro *terga serta* legi vult Barthius ad Claudianum p. 1018, quo nihil opus est.

22 RVBI) Rubi spinoso dorso cruribus noxii sunt, in radicibus ranam nutriunt, quam ex suo nomine rubetam dicunt: ideo ad maleficia magicis auxilium praestant. decocti tamen in austero vino dentes firmant. Est et genus rubi quod rosam gignit. POMPON.

22 PALIVRON) Afri *Zuron* vocant: genus est spinae, et efficacissimum contra serpentes. POMPON. Fruticis spinosi genus. Eodem modo ac noster loquitur Sedulius 1, 262, — *purpurei neu per violaria campi Carduus et spinis surgat paliurus acutis.* Vterque sumsit ex Virgilio Ecl. 5, 38. *Pro molli viola, pro purpureo narcisso Carduus et spinis surgit paliurus acutis.* SCHOETTG.

23 VICINI

Vicini quoque ſint amnes, quos incola durus
Attrahat auxilio ſemper ſitientibus hortis:
Aut fons illacrimet [t] putei non ſede profunda,
Ne grauis hauſturis [u] tendentibus ilia vellat.
Talis humus vel parietibus, vel ſepibus hirtis
Claudatur, neu ſit pecori, neu peruia furi [x].
Neu tibi Daedaleae [y] quaerantur munera dextrae,

Nec

t) *illachrymet I. B. R. I. I. H. A. G. illacrymet Gr. St.* u) *hauſuris P. L.* x) *pluri L.* y) *Dedaleae Steph.*

23 VICINI QVOQVE SINT) ſit horto vicinus fluuius, aut in eo fontes erumpant. Aqua enim alimentum herbis praebet. Puteus in hortis etſi vtilis, multo tamen labori olitoribus eſt aquam haurientibus, et ſic non facile hortus irrigatur. POMPON.

23 INCOLA DVRVS) ad labores ſcilicet omnis generis fortiter ſuſtinendos et tolerandos. Sic quoque Virgilius Georg. 1, 160 *Dicendum et quae ſint duris agreſtibus arma.* Sic *durus arator* Georg. 4, 512. Adde quae notat Bulaeus ad Valer. Flaccum 4, 668. SCHOETTG.

24 SITIENTIBVS) Siquidem neceſſe eſt, vt crebro irriges. eoque fit, vt ſatum quam celerrime erumpat, et laetiſſime adoleſcat. Plinius autor. POMPON.

25 AVT FONS ILLACRYMET) De rigatione loquitur, ab aqua fontana, manu facta. Lucretium videtur imitatus lib. I de rerum natura. *In Saxis et ſpeluncis permanat aquarum Liquidus humor, et vberibus flent omnia guttis.* Eodem verbo Plinius Valerianus Medicus lib. IV. cap. XLII *gummi guttae, quam Perſici truncus illacrymat, fluenti aluo medetur.* *Puteus* foſſam ipſam fontis notat, quam non profundam eſſe vult, ne haurientes laborent extrahenda aqua. *Sedes* locum depreſſum notat. Virgilius Culice. *Ima ſuſurrantis repetebant ad vada lymphae, Quae ſubter viridem reſidebat coerula muſcum.* BARTHIVS 1, 2.

26 NE GRAVIS HAVSTVRIS) Nicolaus Leonicus, magnae eruditionis homo, hunc locum mendoſum eſſe exiſtimauit, et pro Tendentibus, *Celonibus* legi debere credidit. Iudicium autem ſuum hac de re fecit in commentariis *εἰς* μηχανικὰ Ariſtotelis. Ipſe manuſcriptos libros cum excuſis conſentire inueni, nec vitium vllum receptam lectionem habere puto. Docti tamen viri de hoc ſtatuent: nam [illegible] item ita etiam locum Plinii e XIX libro [illegible] III corrigi debere putat, aliter illum em[illegible]tum eſſe exiſtimo. In excuſis libris ſic legitur, *Pertica, organisque pneumaticis tollendo non hauſto rigando:* in antiquis vero ita ſcriptum eſt, vt tuto emendari poſſe opinor, *Tollenonum hauſtu rigandos:* eſt enim *Tollenon*, vt Sex. Pompeius docet, genus machinae, quo trahitur aqua. quare cum Latini ſcriptores vernaculam vocem haberent, quae id appoſite ſignificaret, neſcio cur externa vti debuerint. VICTOR. Ptolemaeus Flauius (Coniectan. c. 92.) et alii emendant, *hauſturis tollenibus*, cum in priſcis editionibus ſit *tollentibus*. Ego vero vetuſtiſſimam earum, quas ego vidi, *tendentibus* prae ſe ferentem, ſequendam arbitror. *Tendunt* enim hauſturi *ilia*, eo magis, quo altior puteus eſt. Vt et alii, qui magno conatu quid faciunt. Silius lib. V —— *Subſidens ilia niſu Conantis ſuſpenſa fodit.* Haurientis autem eisdem verbis deſcriptionem apud elegantiſſimum ſcriptorem Terentianum habes, his verſibus: *Nil magnum gerere hunc putes, Et tantum in digitis opus: Cunctis viſceribus tamen Occultus trepidat labor; Coecis flatibus intimi Tenduntur laterum ſinus, Et poples tremit et genu.* Vbi vides maximum laborem eſſe, quem merito cultu hortorum arcet Columella. De machinis hauſtoriis vide decimum Vitruuii. BARTHIVS 1, 2. Sic quoque Pithoeus Subciſ. 2, 17. *Ne labus hauſturis* legit etiam ad Sidonium p. 321 Sauaro, (e Vet. Cod.) repudiatque correctionem viri docti, qui *latus* malebat. Sed Io. Frid. GRONOV. ad Liu. 24, 34 *Ne grauis hauſturo tolleno tibi ilia vellat*, quo loco *tollenonem* pluribus vindicat.

27 TALIS HVMVS) Cingant locum horto idoneum vel parietes vel ſepes, quae hoc modo fiunt. Plantantur ſambuci ſpatio trientali: inde ſemina ruborum oblongis inſerta paſtillis ordinatim ponuntur: ſepem triennio faciunt et furi et pecori inuiam. poſt trimatum gaudent ſingulis annis rubi aduri, et aduſtione duriores aſperioresque erumpunt. POMPON.

27 SEPIBVS HIRTIS) *hirſuta ſepes horrida ruſco* eſt v. 374.

29 DAEDALEAE) Daedalus ingenioſus fuit inter fictores laudatus (Plin. 34, 8) pueros duos diſtringentes ſe fecit. Huius Daedali munera intelligit, non illius Athenienſis. POMPON. Senſus horum verſuum eſt talis: Priapum cuſtodem hortenſem dolatum ex trunco quolibet para, nec multum ambige, an Daedalus illum fabrefecerit, aut Polycletus optimi ſtatuarii. Quidam hoc carmen ſuperioribus anneſtunt ad maceriam referentes, hoc ſenſu: Sepem vel parietes vel

 hirtis

Nec Polycletea [z], nec [a] Phradmonis [b], aut Ageladae [c]
Arte laboretur: sed truncum forte dolatum
Arboris antiquae numen venerare Ithyphalli [d]
Terribilis membri, medio qui semper in horto
Inguinibus puero, praedoni falce minetur.
Ergo age nunc cultus, et tempora quaeque ferendis
Seminibus [e], quae cura satis, quo sidere primum
Nascantur flores, Paestique rosaria gemment [f],

Quo

z) *polyclytea P. paloclitea.* a) *vel I. B. R.* b) *fragmonis R. Phragmonis a. V. Phiramonis L.* c) *ageledae P.* d) *ithiphalli R. priapi* ant. *triphalli* nouus *Pol. trifalli L.* e) *Saeminibus R.* f) *gement R.*

hirtis spinis horto strue etiam incompositam: ne putes me architectum parieti hortorum cupere praeponi Daedalum fabricae celeberrimum. Per *munera* intelligebant munia et mechanemata, quibus ille multa struxit egregie, inter quae Labyrinthum Cretae a poetis decantatum. Potest autem hic versus cum inferioribus iungi: quoniam Plinius inter fictores Daedalum numerat, cuius verba sunt haec lib. 35 *Daedalus ipse inter fictores laudatus pueros duos distringentes se fecit.* Recensetur et alter ab eo Daedalus inter pictores. Sed nihil ad rem. PIVS.

30 POLYCLETEA) Polycletus Sicyonius Ageladae sculptoris discipulus fuit: Diadumenum puerum expressit molliter cubantem: solusque hominum, vt meminit Plinius lib. 34 artem fecisse ipsam, artis opere iudicatur. Sculpsit distringentem se, et nudum talo incessentem. POMPON. Polycletus fecit ex aere signa, floruit Olympiade 87, nobilitatus quamplurimis discipulis, quos Plinius enumerat lib. 34, 32. PIVS. *Ithyphallus* inter mimos numeratur a Graecis ebriorum specie redimitus, manicatusque: nam apud Strabonem multae sunt mimorum species. Dicitur autem a φαλλὸς, i. e. Priapo, et ἰθὺς, erectus, quasi erecti specie membri columna. ASCENS.

30 PHRADMONIS) Sculptor et pictor fuit. Ergo opera Phradmonis et Ageladae et Polycleti et Daedali non quaerunt rustici: sed locent in medio horto imaginem Priapi in trunco expressam, vt etiam monet Tibullus, cum ait: *Pomosisque ruber custos ponatur in hortis, Terreat vt saeua falce Priapus aues.* Columella non *Priapum*, sed honestiore vocabulo *Ithyphallum* nominat. Priapus filius Bacchi et Veneris fuit: quia vinum Venerem cit. hunc Aegyptus *Ithyphallum* nominat: alii *Thiphona*, vt Diodorus scribit. Hic Deus putatur sacratus ab Iside; quae cum interempti mariti Osiridis membra omnia legisset, nusquam reperit virile membrum. ideo templum huic prope Nilum statuit cum sacerdotibus. POMPON.

31 TRVNCVM FORTE DOLATVM) Temere et nullo artificio politum. Sic Horatius *fortuitum cespitem* vocat. Et illa *Priapi mentula sine arte*, quae in Catullo est, huc pertinet. Fruterius Verisimil. 2, 19. SCHOETTG.

32 ARBORIS ANTIQVAE) Nonnulli doctorum hunc versum omittunt, vt testimonium hinc petens Brissonius libro de ritu Nuptiarum. Sane speciem quampiam insititii prae se fert, vt quod ordinem dicendi paullo acutiorem voluerit facere planiorem, nec demtus quicquam sententiae abstrahit. Illustrant autem notis non poenitendis Coelius Rhodiginus Antiq. Lectionum lib. VI cap. XVI et Bapt. Pius, homo multae lectionis, sed perraro iudicio constans, in Annot. posterioribus. BARTHIVS 1, 2.

33 TERRIBILIS) Epitheton hoc est mentulae s. inguinis auctoribus vsurpatum, prout notarunt Interpp. Petronii c. 132. SCHOETTG.

34 PVERO, PRAEDONI) BVCHNERVS coniungi vult *puero praedoni*, et comparat Ouid. Fast. 4, 589 *At neque Persephone digna est praedone marito.* Sed quorsum deinde *falx?* Verum nolumus lucem accendere Priapo.

36 QVO SIDERE) quo tempore. Veteres enim secundum siderum ortum et occasum tempora anni determinabant, quod ex quamplurimis Hesiodi, Virgilii, nostrorumque auctorum locis probari posset, si opus esset. Imitatus autem est noster, vt solet, Virgilium suum Ge. 1, 1. — *quo sidere terram Vertere* etc. SCHOETTG.

37 PAESTIQVE) Paestum oppidum est Lucaniae, cuius moenia prope mare magni spatii, adhuc integra videntur latitudine et altitudine miranda, a Tuscis conditum. Possidoniam dixerunt, et eius sinum Possidoniatem. Postea Romam missis huc colonis ampliauerunt, vt ait Strabo. Hic rosa fere albicans bis anno prouenit, Maio et S[illegible]bri. POMPON. Paestum vrbs est Luca[illegible] mare, circa quam bis in anno rosae na[illegible]ntur, vnde — *biferique rosaria Paesti* apud Virgilium Georg. 4, 119. Nominat *Paestanum sinum* et *Paestum* oppidum Pomponius Mela 2, 4, 82. Inde *Paestanae rosae* pro optimis, seu κατ' ἐξοχὴν pro rosis. Ennodius Dictione 8 p. 489 *Industria fecit, quod Paestaneas rosas dumeta pepererunt. Rosaria* et *roseta Paestana.*

Quo Bacchi genus, aut aliena [g] ſtirpe grauata
Mitis adoptatis curuetur frugibus arbos,
Pierides tenui deducite carmine Muſae.
Oceani ſitiens cum iam canis hauſerit vndas,
Et paribus Titan orbem librauerit horis,
Cum [h] ſatur autumnus quaſſans ſua tempora pomis,
Sordidus [i] et muſto ſpumantes exprimet vuas;
Tum mihi [k] ferrato [l] verſetur robore palae
Dulcis humus, ſi iam pluuiis defoſſa [m] madebit.
At ſi cruda manet caelo durata ſereno,
Tum iuſſi veniant decliui [n] tramite riui,
Terra bibat fontes, et hiantia [o] compleat ora [p].
Quod ſi nec caeli, nec campi competit humor,
Ingeniumque loci, vel Iuppiter abnegat imbrem,

Expectetur

g) *alieno L.* et Mſ. ap. *Heinſ.* ad Virg. *Ae.* 12, 781. h) *Quom I. B. R.* i) *Sordibus L.* l) *male L.* k) *feratro Gy.* m) *defeſſa madeuit P.* n) *decliuo Ienſ.* o) *hianti L. I. B. R.* p) *ore L. I. B. R.*

Paeſtana. Ouidius Met. 15, 708 — *tepidique roſaria Paeſti.* Ennodius Carm. 9, 146 *Paeſtanis pariter depingit terga roſetis.* Et ars Paeſtana pro hortorum et florum cultura apud Strabum Gallum in Hortulo praefat. v. 2. — *ſi quis Paeſtanae deditus arti.* SCHOETTG.

37 GEMMENT) floreant, in gemmae modum ſplendeant. Virgilius Culice v. 69 *Florida cum tellus gemmantes picta per herbas Vere notat dulci diſtincta coloribus arua.* SCHOETTG.

39 ADOPTATIS FRVGIBVS) h. e. inſitis vid. Pall. 14, 19 et 20 et ibi Buchn. *Fruges* pro *fructibus* etiam poëtae alii e. g. Nemeſi. ed. I, 67 *Omnique ex arbore fruges.* Vid. Heinſ. et Burm. ad Ouid. nuc. 19.

40 DEDVCITE) Translatio a texentibus, aut lanam in fila ducentibus. Auſonius: *Mollia ſubtili texunt mihi carmina filo Pierides.* Columella infra: — *gracili connectere carmina filo.* Sic Virgilius: — *deductum dicere carmen*, tenue, non elatum. Pomponius Poeta: A. *Vocem deducas oportet, vt mulieris videantur verba.* B. *Iube modo afferatur munus, ego vocem reddam tenuem et tinnulam.* Cornificius apud Macrobium: *Deducta mihi voce garrienti.* Horatius lib. II Sat. 1 — *ſimileſque meorum Mille die verſus deduci poſſe, Trebati.* Media barbarie Petrus Mauritius lib. IV epiſt. XXIII *Luſimus, et cantus tecum deduximus aequos.* BARTHIVS 1, 2.

41 OCEANI SITIENS) Foditur hortus poſt occaſum caniculae. Stellae enim cum occidunt, finguntur a Poëtis ad Oceanum potus gratia iuiſſe. Canis hic, vt ſcribit Higinius, Erigones fuit, et in lingua ſtellam vnam habet, quae canis appellatur: in capite vnam, quam Syrion [Sirium] nonnulli appellant. Plinius ſic refert: *Aquilones antecedunt caniculae exortum, quos prodromos appellant: poſt exortum iidem aquilones conſtantius ſpirant, eteſias vocant. Oritur VII Cal. Aug. occidit, ſed non tota poſt XL dies.* POMP.

43 CVM SATVR AVCTVMNVS) Iſta mihi in mentem reducunt haec Apuleii verba e lib. II Metamorph. p. m. 116 *Cum muſtulentus auctumnus maturum colorem adflauerit.* Idem lib. IX Metam. p. 232 *Poſt muſtulentas*, inquit, *auctumni delicias.* Boëtius, lib. I de Conſol. metr. 18 *Auctumnus grauidis influit vuis.* SCHOETTG. Reſpicit figuram Auctumni coronati pomis. Horat. Epod. 2, 17 *decorum mitibus caput pomis.*

44 SORDIDVS) Ita dicitur autumnus, quia, qui vuas calcant, ſordes exinde contrahunt. Ouidius Faſtor. 4, 897 *Venerat autumnus calcatis ſordidus vuis.* In plerisque editionibus exſtat *ſordibus*, quod tamen emendandum. Idem Metam. 2, 29 *Stabat et autumnus calcatis ſordidus vuis.* Sedulius I, 75 *Sordidus impreſſas calcabit vinitor vuas.* Sic Ieſaiae 63, 1 vir ille ſub habitu calcatoris Prophetae in viſione adparens, dicitur חמוץ בגדים, h. e. *decoloratus* vel *ſordidatus veſtibus.* SCHOETTG. Vid. Elmenh. ad Apul. p. 149 ALMEL.

46 DEFOSSA MADEBIT) Quidſi legamus, *defeſſa madeſcit. Defeſſa* quidem agnoſcit, quod indicatum eſt, Mediceus codex, et pertinere poteſt ad laborem terrae concipiendi, nutriendi et pariendi, quo *defeſſa* denuo *madeſcit* Ioue patre in gremium illius deſcendente. Poteſt tamen etiam *madebit* ferri. conf. dicta ad v. 84.

48 IVSSI — RIVI) induſtria noſtra eo deducti. Vide ad v. 16. SCHOETTG. *Iuſſi riui* dicuntur noſtro 11, 3, 10 *aqua marina* illata, cui ibidem opponuntur *ſuae ſpontis* aquae. BVCHN.

51 IVPPITER ABNEGAT IMBREM)

Expectetur hiems, dum Bacchi Gnosius [q] ardor
Aequore caeruleo [r] celetur [s], vertice mundi,
Solis et aduersos [t] metuant Atlantides [u] ortus.
Atque vbi iam tuto necdum confisus Olympo,
Sed trepidus [x] profugit chelas [y], et spicula Phoebus
Dira Nepae [z], tergoque Croti festinat equino,

Nescia

q) *naxius I. B. R. noxius Lips.* r) *cerulee R. coeruleo I. I. A. G.* s) *celeretur I. B. R. caeletur I. I. A. G. carnetur Lips.* t) *aduerso B. R.* u) *athalantides I. B. R. athlantides L.* x) *tepidus Iens.* y) *chaelas L.* z) *negat I. B. R. neget L. nepe* n. *P. et Gr.*

coelum. Vnde Horatius: *sub Ioue frigido.* Ennius in Thyeste, Ciceroni, Festo et Probo ad Ecl. 6, 31 citatus: *Aspice hoc — sublime candens, quem vocant omnes Iouem.* SCHOETTG.

52 BACCHI GNOSIVS ARDOR) Coronam dicit. Ariadna coronam dono accepit a Theseo. Inde nupsit Libero patri: et post eius mortem Liber pater coronam in coelo collocauit. Alii dicunt hanc coronam dedisse Bacchum Ariadnae, cum ad Minoem in Cretam venit; alii dicunt coronam fuisse datam a Venere Baccho in nuptiis Deorum. Haec cancro et leone exoriente occidit. exoritur cum scorpio: habet stellas nouem in rotundo dispositas. Alii dicunt hanc coronam oriri in Non. Octob. POMPON. Per *ardorem Gnosium* intelligit ardentem coronam, quam Bacchus Ariadnae Cretensi dono dedit: hoc est, expectetur coronae emersus, qui est in Octobri. *Corona existimatur Ariadnae fuisse, a Libero Patre inter sidera collocata. Dicitur enim in Insula Dia cum Ariadne Libero nuberet, hanc primam coronam muneri accepisse a Venere, cum omnes Dii in eius nuptiis dona conferrent. Sed vt ait, qui Cretica conscripsit, quo tempore Liber ad Minoa venit cogitans Ariadnen comprimere, hanc ei coronam muneri dedit, qua delectata non recusauit conditionem stupri.* Haec Hyginus. *Naxium* autem pro Bacchico sumit, quoniam Bacchus eam Ariadnae dono dedit: quique in Naxo colitur. Hinc Propertius, *Atque tuum potant Naxia turba merum.* Naxos a Strabone lib. 10 vna Cycladum creditur. In Codice prisco atque antiquitatis reuerendae legitur *Gnosius*; quae lectio egregie competit sensui, *Gnosium* enim *ardorem* vocabis hanc coronam puellae *Gnosiae* h. e. Cretensis. *Gnosos* est oppidum Cretae. Ouidius, *Illam Gnosiadesque* Cydoniadesque *iuuencae.* Idque dicitur ex imitatione Virgiliana: *Gnosiaque ardentis decedat stella coronae.* Manlius [Manilius] lib. 1 *Gnosia desertae fulgent monumenta puellae.* Nec de tota corona intelligendum: sed de peculiari stella coronae infixa fulgentiore, de qua multa Manlius. et Plinius lib 18 scribit VIII *Idus Octobris Caesari refulgentem in corona stellam exoriri.* PIVS.

53 CELERETVR) quia sol propter breuitatem dierum celerare videtur. POMPON.

54 ATLANTIDES) Vergiliae, quae ideo metuunt ortum solis, quia XI Cal. Nou. occidunt solae. *Atlas* ex *Plione* Oceani filia, vt ait Higinius [Hyginus]; vt alii, Deucalionis, filias habuit XV, quae vno vocabulo *Atlantides* dicuntur. Verum quinque ex his *Hyades* nominatae a fratre, qui fuit *Hyas*, qui a sororibus plurimum dilectus est. Reliquae *Pleiones* a matre dictae. *Vergiliae* dicuntur, quia cum *vere* exoriuntur. Ita eorum exortus aestatem significat, et occasus hyemem. Alexander ait, *Hyadas* dictas, quia fuerint filiae *Hysis* ex Boeotia, et sunt septem. Vna tamen, quia Sisipho nupsit, non videtur. Ex his et Electra Dardani et Iasii mater fuit; quae post dirutam Troiam sparsis capillis lugendo in cometem versa est. Ideo desolationem regnorum indicat. Cicero ait: *Hyadas, a pluendo dictas, ὕειν enim pluo.* Item imperite nostri suculas dicunt a suibus [ὗς enim ὑὸς sus est]. Ego puto, quoniam sues luto gaudeant. Hae puellae figuratae fuerunt in coelo a Lycurgo et collocatae in effigiem tauri, pluuiam indicant. POMPON.

55 TVTO OLYMPO) An tutum dicit a morbidus leonis, itemque Sirii canis? Ab his tutus est Olympus intercedentibus Virgine iam et Libra, quae signa excipit Scorpius.

56 SED TREPIDVS) *Scorpium* dicit, cuius prima pars dicitur *Chelae.* Sol ingreditur scorpium XIIII Cal. Nouem. POMPON. Propter breuitatem dierum fugere videtur sol, et qui fugit, signum praebet timoris. POMPON. [V. N. ad v. 58].

56 SPICVLA PHOEBVS) Solem sagittarium ingredientem dicit XIII Cal. Dec. Alii centaurum hunc esse arbitrantur Chironem. Alii, vt Hyginus ait, fuisse Crotum filium Euphemis nutricis Musarum, et habitasse in Parnasso cum Musis, et venationi acerrime incubuisse: vnde et vsum sagittis, et equo insedisse. Post mortem precibus Musarum a Ioue inter astra relatum, et varia forma conscriptum: equina, propter equi vsum: sagittis, quia venator: cauda satyrica, quia carminibus Satyram exercuit. Coronam habet in pedibus stellarum VII, praeceps occidit, exoritur directus. POMPON.

57 NEPAE) Bodaeum a Stapel ad Theophr. p. 605 laudat ALMEL.

57 TERGOQVE) Non enim ex aduerso se conspi-

Nescia plebs generis, matri ne parcite falsae.
Ista Prometheae [a] genitrix [b] fuit altera cretae:
Altera nos enixa parens, quo tempore saeuus
Tellurem Ponto mersit Neptunus, et imum

Concu-

a) *promethei* a. *P. prometeae I. I. A. G.* b) *genitris H. A.*

conspiciunt signa: sed vnum sequitur aliud. Sol relinquens scorpionem imminet sagittario habenti oppositum tergus scorpioni. Dixit etiam *tergo*, quoniam sagittarius centaurus esse fingitur. Nec *eroti*, sed *Croti* scribendum. Fuit enim sagittarius hic *Crotus*, de quo Sidonius, [Carm. 15 p. 351] *Falciferi Croton inc senis per summa polorum*: quamuis illic *cronon* pro Saturno velint intelligi. PIVS.

57 CROTI) videatur Hyginus fab. 224.

57 FESTINAT) adhuc est in eadem fictione, quia propter breues dies festinare videtur. Ergo vbi hiems est, o coloni, minime parcendum reor falsae matri i. e. terrae. POMPON.

58 NESCIA PLEBS GENERIS) Alloquitur hic Columella agricolas, cuius verba et antecedentia et sequentia, vt eo melius appareat, quid velit, prosa paulisper circumscribemus. Vult Columella eo tempore, quo est aequinoctium autumnale, vel etiam mensem post, quando Sol ex scorpione progreditur ad sagittarium, terram palo versandam et fodiendam esse. Cum ergo tempus poëtico more eleganter admodum circumscripsisset, progreditur adloquendo agricolas hoc modo: O plebs rustica, quamuis vulgo dicatur terra mater omnium nostrum, non est, quod hanc ob caussam ei parcere velis eo tempore, quod iam descripsi, scil. ne eius viscera ligone velis rimari vel scrutari. Nam terra non vera, sed falsa est mater nostrum omnium. Rationem audi. Licet enim fingatur Prometheus homines e luto finxisse, tamen ex eo hominum genere nos non descendimus, quippe quod diluuio Deucalionis plane interiit. Nos autem facti sumus non ex terra, sed ex lapidibus, quos Deucalion et Pyrrha post terga proiecerunt. Non est ergo, quod metuat agricola, ne terram matrem suam nimis crudeliter tractet. SCHOETTG.

58 FALSAE) quia sine cultura non multum parit. POMPON. Ordo est, *Nescia plebs generis matri nec parcite falsae, vbi Phoebus nondum confisus tuto Olympo, sed trepidus perfugit etc. Tuto olympo* expone serenitati coeli: cui sol tunc *non confidit*, quoniam tempus autumnale semper est incertum iuxta illud Varronis in Menipp. *Nescis, quid vesper vehat. Trepidus*, celer Phoebus propter breuitatem dierum iuxta illud Maronis: *Ne trepidate meas Teucri defendere naues.* Possemus poetice *trepidum* pro *timentem* interpretari, quandoquidem sol vadens inter scorpium et sagittarium est anxius et solicitus, ne vergat in alterutram partem: hinc aculeum scorpii, illinc sagittas Chironis expauescens. Viam mediam igitur secat attente et prouide. *Negat*, [quod pro vulgato *Nepae* in codice suo legit Baptista Pius] subintellige adire, vel quid simile. Mallem tamen scriberes *secat* hoc sensu: Sol inter scorpium et sagittarium secat et radit iter medium, nec adhuc audet spicula sagittarii penetrare, sed eius insidet dorso, h. e. sol vagatur inter XIIII Cal. Nou. et inter XIII Cal. Decembr. Quidam non *negat* nec *secat* scribunt, sed *nepae*. Quare necesse sic scribendo videbitur per spicula dira intelligere caudam scorpionis, quae semper est in ictu. Prisciano enim scorpius *nepa* est, Plauto *cancer*, qui cessim, i. e. retrorsum graditur, vt palam est. Marcellus, *Nepam quidam cancrum putant ob illud Plauti*, RETROVERSVM CEDAM, IMITABOR NEPAM. At quid *nepa*, etiam dubium in vtroque. Nam vere *nepa* Scorpius est. Cicero de Fin. 5. *Serpere anguiculos, natare anaticulas, volare merulas, cornibus videmus vti boues,* ACVLEIS NEPAS; *suam denique naturam cuique esse ad viuendum ducem.* Ita ferme Marcelli codicem emaculat Pompeius, *Nepa Afrorum lingua sidus, quod cancer dicitur, vel (vt quidam volunt) Scorpius.* Plautus: *Dabo me ad parietem, imitabor nepam.* Atque potuit dici *nepa*, quod sit impurum animal et tetrum. *Nepus* enim pro *non purus* latine dicitur. Prima correpta *nepa* effertur a Cicerone, *Atque oculos vrget pedibus pectusque Nepai*, et Manlio lib. 2. *pietate ad sidera ductam Erigonem, istuque nepam, spolioque leonem.* Vtitur et hac dictione Columella li. 12. et Capella 2 de nuptiis. *Natura scorpionum est, vt in parietum latibulis delitescant, qui cum aliquid senserint, retrocedunt:* Quare apud Plautum non esset inferium *nepam* exponere scorpionem cum Prisciano. Seruus enim Chalinus insidiator cum percepit appropinquare senes, retraxit se intra parietes abdens vt assolet scorpio. PIVS.

59 ISTA PROMETHEAE) subiungit postea, terram fuisse genitricem nostram. Prometheus ex luto cretaceo hominem formauit. Pater fuit Deucalionis, filius Iapeti, qui fuit vnus ex Titanibus. Diluuium fuit vnum sub Ogygio [Ogyge] rege, de quo Samothraces scribunt. Ogygius enim fuit rex in Thebana regione, quem, vt ait Varro, ferunt condidisse Thebas Boeotiae. Aliud diluuium fuit sub Deucalione, qui iactu saxorum genus humanum cum vxore Pyrrha recuperauit. POMPON.

61 TELLVREM PONTO) Vid. Argol. in no. ad On. Panuin. de ludis Circens. p. 6. ALMEL.

61 MER-

Concutiens barathrum lethaeas [c] terruit vndas.
Tumque [d] femel [e] Stygium regem videre trementem
Tartara, cum pelagi ftreperent fub pondere manes.
Nos foecunda manus viduo mortalibus orbe
Progenerat, nos abruptae tum montibus altis
Deucalioneae [f] cautes peperere, fed ecce
Durior, aeternufque vocat labor: eia age fegnes
Pellite nunc fomnos, et curui vomere dentis
Iam virides lacerate comas, iam fcindite amictus.
Tu grauibus raftris cunctantia perfode terga,
Tu penitus latis [g] eradere vifcera marris [h]
Ne dubita [i], fummoque [k] frequentia [l] cefpite mifta [m]

Ponere,

c) *laethaeas Ienf. laethaeas L. B. R. lethaeas Heru.* d) *Tuncque I. B. R. Quumque Buchn.* e) *fimul I. B. R.* f) *Deucaleoneae Gy.* g) *marris Ienf. et Steph.* in margine. *latis P. I. I. A. G. maria Gryph.* in margine *clathris* alii. h) *marris I. I. A. G. matris* al. vid. ad *v.* 89. *ff.* i) *et* infer. *omnes.* k) *fummo I. B. R. Buchn. fummoque Heru. fummi* al. l) *frequenti I. B. R. frondenti Lipf.* m) *mixta I. B. R.*

61 MERSIT NEPTVNVS) i. e. aqua immerfit orbem terrarum, iniecitque inferis timorem, qui etiam fatis trementem videre Plutonem. *Barathrum* profunditas eft a fimilitudine loci, qui eft in Aegypto, profundiffimi, cui nomen eft *barathrum.* POMPON.

63 STYGIVM) Styx palus eft inferni, per quam Diis iurare etiam nefas eft. POMPON.

67 CAVTES) montium faxa, quae impulfu Deucalionis genus humanum pepererunt. POMP.

69 SOMNOS) propter praecedentes pluuias, quae fomnum alliciunt. aeftu enim nimioque labore defatigamur: poftea cum pluit, tempus quietem fuadet. POMPON.

70 VIRIDES COMAS) i. e. fuperficiem terrae viridem. POMPON.

71 CVNCTANTIA) morantia. Diu enim cunctatur, cum opus non exegit, nifi imminente hieme. POMPON.

72 TV PENITVS CLATRIS) *Raftra* et *clatra* inftrumenta agricolarum funt ad pectendos agros. POMPON. Si *clatris* recognofcimus, vt habent promifcui codices, pro tractitiis [f. craticiis] lignis expone. Sunt enim *clatra* cancellatim ligna compacta, quibus glebae contunduntur. Hirpicem Varro dicit, et hodie Placentinum municipium Fidentiola, quam a Diuo Florentio tutelari hodie Florentiolam vocant. De clathris, h. e. lignis quadratis tranfuerfariis, quibus muniuntur feneftrae, quae fures tali arcent munimine, alibi plura. Hae *clatratae feneftrae* dicebantur, nunc lingua vernacula ferratae. Ceterum cum in priore fignificatu pro inftrumento fcil. terrae fodiendae non videam vfurpari *clatrum*, poffumus fequi prifcum codicem, in quo *marris* fcriptum eft, cum annominatione, fequitur enim *matris.* Idque fic fcriptum offendi in peruetufto codice Andronici Bononienfis. Sunt enim *marrae* inftrumenta ad fodiendum terram idonea: idque Plinius afferere videtur li. 18 *Verno tempore feri debet liberarique caeteris herbis, ad trimatum* marris *a folo radi.* PIVS. Nufpiam *clatrum* pro inftrumento ad terram colendam accommodo reperio: fed pro cancellatis lignis. Hoc comprobat ipfe Columella li. 10. *Vbi vero neutrum patrifamiliae conducit, ratio poftulat vacerris includi. Sic enim appellatur genus clatrorum: idque roboratur ex robore querneo vel fubereo. Clatrare* apud eundem pro in tranfuerfum contexere. ASCENS.

72 VISCERA) radices herbarum: quae ad fertilitatem amputandae funt. POMPON.

72 MATRIS) i. e. terrae. Plinius li. 2 *Sequitur terra cui vni rerum naturae partium eximia propter merita cognomen indidimus maternae venerationis. Nos nafcentes excipit, natos alit, femelque editos fuftinet: et femper noviffime complexa gremio iam ab reliqua natura abdicatos tum maxime, vt mater operiens.* Et paullo poft, *Terra ferpentem homine percuffo amplius non recipit.* Lucretius 5. *Quare etiam atque etiam maternum nomen adepta Terra.* POMPON. *Marris* cum in *matris* corruptum effet, cui occafionem dederant *vifcera*, quaerebatur ablatiuus inftrumenti, qui non multum abiret a *latis.* Alii cum *marris* viderent opus effe, adiici tamen volebant, de cuius vifceribus ageretur.

73 SVMMOQVE FREQVENTIA) *Summoque frequenti* lege hoc fenfu: Ne dubita vifcera terrae mifta fummo, id eft a fuperficie fua ponere, refupinare, fternere cum frequenti cefpite, cum terra herbofa: hoc fenfu, ne dubites confodere terram et mifcere fummitatem cefpititiam cum intimis terrae vifceribus effoffis i. e. radicibus hoc eft, ne dubita terram bipalio aperire. In prifco codice nihil additum eft, fed legitur, *et fummo feruenti*; hoc ordine, ne dubita vifcera terrae

Ponere, quae canis iaceant vrenda pruinis,
Verberibus gelidis, iraeque obnoxia Cauri [n],
Alliget et saeuus [o] Boreas, Eurusque resoluat.
Post vbi Riphaeae [p] torpentia frigora [q] brumae
Candidus aprica Zephyrus [r] regelauerit [s] aura,
Sidereoque [t] polo cedet [u] Lyra mersa profundo,
Veris et aduentum nidis cantarit hirundo,
Rudere tum pingui, solido vel stercore aselli,

Armen-

n) *bauri Pol. tauri L.* o) *scaeuus Iens.* p) *rhypheae B. R. rypheae I. Heru. ryphaeae I. I. A. Gr. G. St.* q) *frigore I. B. R.* r) *Zephirus B. R.* s) *releguerit* sphal. *Iunt.* t) *Sidereoque Heru.* u) *caedet I. B. R. sedet G.*

terrae mixta in summo, h. e. summitate sua ponere cum feruenti cespite, hoc est frigida viscera terrae miscere cum glebis feruentibus, id est sole incoctis. Superficies enim terrae propter solis ardorem calet, interiora terrae frigescunt. Per circuitum igitur cum vellet significare terram vertendam esse, ait, interiora ponenda cum superioribus: quod fit, cum terra resupinatur. Quidam *frequentia* legunt. PIVS. Lego: *et summo frondentia cespite mista Ponere:* hoc sensu: Ne dubita marris eradere viscera h. e. interiora, terrae, et *frondentia* i. e. frondes, summo cespite mixta ponere; vt possint a pruinis et ardore solis resolui et calefieri. SCHOETTG. Aug. BVCHNERVS legebat, *et summo foetentia cespite mista*, et *foetentia* exponebat fimum. Sed praeterquam quod auctoritate illa appellatio destituitur, vehementer ingenium Poëtae desiderarim, qui rem necessariam et laetam horto, ita foetido nomine expresserit, cum in soluta oratione etiam σεμνολογεῖν soleat noster. Itaque cum deinde vs. 85 *immundae latrinae* mentio facienda esset, adiicit *ne pigeat*. Contradicit etiam huic lectioni ipse Columella, 11, 3, 13 vbi περιφράζων hunc ipsum locum *peracta demum bruma stercus* iubet *iniici*. Caeterum posui lectionem leuissime et necessario ab Heruagio immutatam, eandemque facillimam: *frequentia* dicit *viscera*, vt moneat altius regesta humo opus esse: de *summo cespite* res aperta. In mentem etiam venerat legere *et summo feruentia cespite mista* etc. et illud *feruentia* exponere ex vi verbi *fermentare*, quod in hoc negotio solemne satis Index noster explicat.

74 QVAE CANIS) frigus vt ardor vrit, efficitque adustione fertiliores glebas. Ideo Cisalpini cinerem maxime probant in stercorando agro. *Canis*, quia frigoribus et gelicidiis albescit superficies telluris. POMPON.

75 VERBERIBVS) Ita Poëtis vocantur flatus ventorum vehementiores. Lucretius 1, 272 *Principio venti vis verberat incita pontum.* Idem 6, 113 *chartasque volantes Verberibus venti versant.* Seneca Hippolyto v. 5. — *Et quae Thriasiis Vallibus amnis rapida currens Verberat vndis.* SCHOETTG.

75 IRAEQVE) impetui et viribus. De ventis vid. Plinius libro 2. POMPON.

77 POST VBI RIPHAEAE) Riphaei montes sub septentrione vltimi, vnde credunt spirare Boream, qui maximas habet hyeme vires. Zephyrus spirat vere. POMPON.

78 ZEPHYRVS REGELAVERIT) V. Zarottus de medica Martial. tract. p. 258. ALMEL.

79 LYRA) Occidit IV nonas Febr. aliqui volunt Cal. Febr. et noctu; quin etiam occidunt terga leonis, vt Iginius [Hyginus] ait. Ouidius in Fastis [ed. Bonon. in annalibus illis] *Illa nocte aliquis tollens ad sidera vultum, Dicet vbi est hodie, quae lyra fulsit heri! Dumque lyram quaerit, medii quoque terga leonis, In liquidas subito mersa notabit aquas* Lyram hanc effecit Mercurius in Mitylineo monte Arcadiae: inde Orpheo traditam dicunt. Alii dicunt hanc lyram concessam Orpheo ab Apolline post repertam citharam; interfecto Orpheo, Musae lyram in coelo posuere. Alii Arionis lyram esse aiunt, qui fuit teste Herodoto li. 1. tempore Cypseli tyranni Corinthiorum primus omnium citharistarum. POMPON. Occidit illa III Non. Feb. Columella 11, 2, 14 Ouidius Fast. 2, 75 f. SCHOETTG. Adscripsit nescio quis ad edit. Iunt. ista: *Lyra Romae olim occidit cum 2° ♒ quem gradum sol eodem aeuo tenuit d. 17 Ianuarii, qui dies hic videtur indigitari.* Nos plus semel hanc disputationem excusauimus. V. ad C. 11, 2, 1.

80 NIDIS CANTARIT HIRVNDO) Ab aduentu hirundinis saepenumero ver describere solent Poëtae. Virgilius, quem noster perpetuo imitatur Georg. 4, 305 *Hoc geritur, Zephyris primum impellentibus vndas, Ante nouis rubeant quam prata coloribus, ante Garrula, quam tignis nidum suspendat hirundo.* SCHOETTG.

81 RVDERE) *Ruder* instrumentum simile *styphoterici*, ad vehenda stercora et immunditias idoneum. POMPON. Quid sibi haec nota velit, equidem non assequi me fateor. Neque

 puto

Armentiue fimo satures [x] ieiunia terrae,
Ipse ferens olitor [y] diductos [z] pondere qualos [a]:
Pabula nec pigeat [b] fesso [c] praebere [d] nouali,
Immundis quaecunque vomit latrina cloacis.
Densaque iam pluuiis, durataque summa pruinis
Aequora dulcis humi, repetat mucrone bidentis.
Mox bene cum glebis viuacem cespitis herbam
Contundat marrae [e], vel fracti dente ligonis,
Putria maturi soluantur vt [f] vbera campi.
Tunc quoque [g] trita solo splendentia sarcula sumat [h],
Angustosque foros aduerso limite ducens,
Rursus in obliquum distinguat tramite paruo.
Verum vbi iam puro discrimine pectita [i] tellus,

Deposito

x) *saturet I. B. R. I. I. H. A. G.* y) quid si *elido?* z) *deductos L. I. B. R. diruptos a. P.* a) *quata a. P.* b) *pudeat P.* c) *fessum B. R. fisso P.* d) *praebete B. R.* e) *matre.* f) *et* Anonymus in Reg. g) *tritura solum I. B. R.* h) *sumant P. L.* i) *petita L.* vid. ad v. 149.

puto vidit Schefferus, cuius nihil temere effugit diligentiam.

81 STERCORE ASELLI) Vid. Col. 11, 3, 12.

82 IEIVNIA) macilentiam et sterilitatem terrae. POMPON.

83 QVALOS) instrumenta similia ruderibus: vnde *quasilli.* POMPON. *Quali* erant ex viminibus contexti; si ergo in eis aliquid imponebatur, cedebant vimina oneri et flectebantur, quod *diducere* vocat noster. SCHOETTG.

84 FESSO — NOVALI) Praetulissem *fisso* marris nempe et bidentibus; nam sermo est de horto primum instituendo. Sed potest fortasse *fessum nouale* etiam dici locus aridus, cuius *ieiunia saturanda* sunt. Vid. ad v. 46.

89 FRACTI DENTE LIGONIS) Non possum concoquere, forte ignorantia aliqua mea, *fractum ligonem.* Itaque aut *tracti* legerem, (quam vocem cum *fracto* confundi ad Fabrum obseruatum est) i. e. cum mora quadam et tractu sublati et retro acti, vt tanto maiore impetu demitti et profundius intrare terram possit: vel *forti dente ligonis,* h. e. fortiter impresso. An denique *fractus* ligo vocatur, quia ferramentum illius ad angulum recto proximum inflexum et infractum est.

90 VBERA) mammae, s. cumuli stercoris; et vbera, id est pinguia, soluantur et misceantur toti maciei. POMPON.

91 TRITA SOLO SPLENDENTIA SARCVLA) Nimirum ea instrumenta, quibus in fodienda terra vtimur, splendorem accipiunt. Hausit autem iterum e Virgilio Georg. 1, 45 *Depresso incipiat iam tum mihi taurus aratro Ingemere, et sulco adtritus splendescere vomer.* SCHOETTG.

92 FOROS) in agro sunt parui sulci et oblongi. item fori pro sedibus et penatibus et fori nauibus, quibus nautae sedentes remigant. POMPON. *Fori* proprie sunt scamna aut subsellia nauium et theatrorum. Ergo per metaphoram h. l. illud, quod est inter duos sulcos eminens vel elatum, *fori* dicuntur, non ipsi sulci, vt quidam volunt. SCHOETTG. Mihi tamen ex etymo *fororum,* quos non minus, quam *fores* a *forando* dictós arbitror, commodius videntur intelligi caua sulcorum. Sed neutro opus proprie est; *fori, trames,* sunt, quos Columella *gradus* alias vocat, spatium, quantum vno nisu effoditur. *Angustos foros* et *paruum tramitem* iubet esse, vt tanto fieri queant profundiores.

94 PECTITA) polita et subacta. squalor enim praecedit, cum terra est inculta, quia frigora squalorem et horrorem vbique praebent. Herbae cum florescunt, dicuntur esse sidera terrestria. POMPON. Quae rastri dentibus, quasi pectine, polita est, ac discriminata. Vocatur autem *discrimen* ornatus ille, quando acu discriminali coma in duas partes per medium caput erat diuisa. *Purum* autem *discrimen* vocatur, vt purum caput, sic simpliciter discriminatum ab alio mulierum ornatu distingueret, quando scilicet capilli torti erant et calamistrati. Excerpsimus haec e Salmasio ad Solinum c. 37 p. 534 qui plura ibidem habet, quae conferri merentur. Vide eundem de Caesarie et Coma p. 296. 297. SCHOETTG.

94 PECTITA TELLVS) est illa, quae ornata iam est, et discriminata, ac in honestum modum et areolas suas composita, vtque obseratur, vel inspergatur, praeparata. Sic infra: — *ferroque bidenti Pectat, et antiquam sulcis exterminet herbam.* Inde quoque illud Comici: *ita depexum dabo.* Et *pecti pugnis,* apud Plautum, quod Terentius *ornare ex suis virtutibus* appellat. Et *pexa toga* apud Martialem est. Fruterius Verisim. 2, 19. SCHOETTG.

96 PAN-

Deposito squallore [k] nitens sua femina poscit,
Pangite [l] tunc varios terrestria sidera flores,
Candida leucoia, et flauentia lumina calthae [m],
Narcissique [n] comas, et hiantis saeua leonis
Ora feri [o], calathisque virentia lilia canis,
Nec non vel niueos, vel caeruleos [p] hyacinthos.
Tum [q] quae pallet humi, quae frondens [r] purpurat [s] auro,

Ponatur

k) *squalore B. R.* l) *Pingite tunc P. pingit et in* alii. m) *caltae I. I. H. A. G.* n) *Narcisci, que Iens.* o) *fere R. ferae* in Reg. Anonym. p) *ceruleos R. I. I. A. caeruleos H. coeruleos G.* q) *Tunc I. B. R. I. I. Tu A. Gr. G.* r) *frondens I. B. R. I. I. A. G. frondes* al. s) *purpura tauro P. purpura tabo L.*

96 PANGITE TVNC VARIOS) Hos versus sic emendat Nic. Heinsius ad Ouidium II Artis, v. 115 *Pangite tunc varios, terrestria sidera, flores. Candida leucoia, et flauentia lumina calthae, Narcissive comas, et hiantes apta leones Hora feri.* Sic scribendos puto mendosissimos versus. Leontopetalum florem intelligit, de quo Dioscorides. Vulgo pessime legitur: *Pingit et in varios, et hiantis saeua leonis Ora feri.* Vetustus codex, *Pingit et vnco varios. Pangere* non semel alibi in eodem Columellae carmine occurrit. Propertius 4, 2, 45. *Nec flos vllus hiat pratis, quin ille decenter Impositus fronti langueat ante meae.* Sic idem *calamum hiantem* alicubi (3, 16, 34.) vocat pro fistula, *Capripedes calamo Panes hiante canent*, quae ex illis Lucretii est imitatus, lib. IV. v. 589 — *cum Pan Vnco saepe labro calamos percurrit hiantes.* Haec Heinsius. CRENIVS. Primam partem emendationis Heinsianae, quam in mentem non mihi tantum venisse, confirmo, cum primum Politiani lectionem inspexi sed nemini non paullum in litteris nostris versatiori arbitror venire, recipere nihil dubitaui. De aliis nihil mutare ausim. *Hiantis ora leonis* non puto *leontopetalon* esse, quod etiam *leontopodium* vocatur, quam inter coronarias, de quibus hic sermo est, vix referas: verum antirrhinum, ad quam etiam Dodonaeus p. 182 Columellae versus accommodat, quam nostri etiam *Loewenmaul* vocant, coronamentorum haud postremum. De hoc intelligo etiam v. 260.

97 LEVCOIA) Florum vere prima: viola leucoia i. e. alba, tepidioribus vero locis etiam hyeme micat. POMPON.

97 CALTHAE) Proxima violae Caltha est amplissima, numero foliorum vincet: grauis tamen, marina odoratior. POMPON.

98 NARCISSIQVE) Eius duo genera in vsu medici recipiunt, vnum purpureo flore, alterum herbaceo. Etenim a Narce Narcissus dicitur, non a fabuloso puero. Differtque a lilio hoc modo, quod Narcissus in radicibus folia habet. Probatissimus est in Lyciae montibus. Narcissi vero pueri monumentum in ora Boeotiae, per quod transeuntes silebant; vnde taciturnum vocabant. POMPON.

98 LEONIS) Herba leonina in montibus nascitur, cuius flores cum emittuntur, similes ori leonino aperto. Est etiam alia herba, quae vocatur cauda leonis: quam Graeci dicunt *hippotissim.* POMPON.

99 CALATHISQVE) Imitatur Virgilium Ecl. 2, 45 *tibi lilia plenis Ecce ferunt Nymphae calathis.* SCHOETTG.

99 VIRENTIA LILIA) Cana sunt lilia, vnde et tales eorum calathos vocat noster h. e. albo colore. *Virentia* autem h. l. non sunt viridia, sed recentia, et succo natiuo plena, vt infra ad Pallad. 6, 17 notatum est. SCHOETTG. Mihi tamen paullo alia videbatur ratio Palladii; cogitabamque an non legi posset *nitentia.*

100 HYACINTHOS) Hyacinthum comitatur fabula duplex, luctum praeferens eius, quem Apollo dilexerat: aut ex Aiacis cruore editi sunt hyacinthi, ita venis discurrentibus, vt graecarum litterarum figura legatur inscripta. Prouenit maxime in Gallia, cuius radix est bulbosa. Sunt hyacinthi albi et coerulei. POMPON.

101 TVM QVAE PALLET HVMI, QVAE FRONDENT PVRPVRA ET AVRO, PONANTVR VIOLAE etc.) Ita videtur legendum. VRSIN. Iterum ex imitatione Virgilii, qui Ecl. 2, 47 *pallentes violas* dixit, vbi Seruius: *Pallentes violas, amantium tinctas colore.* Horatius: *Et tinctus viola pallor amantium.* Ergo non reuera pallidae sunt violae, sed pro re substrata ita vocantur a Virgilio, quem imitatur noster Poeta. Vide Salmasium de homonymis hyles iatricae c. 27. Non opus est ergo, vt cum Nic. Heinsio ad Petronium c. 30 legamus, *pullat.* SCHOETTG. *Pallentes violas* Virgilii et Columellae putabam illas humiles et odoratas, quae dilutiorem et pallidiorem adeo colorem habent illis maioribus, quibus quantum purpurei accedit nigroris, tantum odor decrescit. Nimirum duplex genus commemorare videtur, vnum quod humi pallet, alterum quod *frondens auro purpurat. Purpureus color* h. l. pro flauo siue igneo accipitur, quemadmodum

Ponatur viola [t], et nimium rosa plena pudoris.*
Nunc medica panacem [u] lacryma [x], succoque salubri
Glaucea, et profugos [y] vinctura [z] papauera somnos
Spargite: quaeque viros acuunt, armantque puellas,
Iam Megaris veniant genitalia semina bulbi;

Et

t) *violam Iens.* u) *panaces I. B. R.* x) *lacbryma I. B. R. I. I. H. A. G.* y) *profusos P.* z) *victura I. B. R.*

dum et hunc locum explicat Barthius Adu. 37, 20. Nam hic intelliguntur violae flauae. Codex S. Germani, teste Heinsio, legit *purpurat albo*, vnde ille facit, *purpurat albo*, scil. colore. SCHOETTG. *Frondens* reuocaui ex optimarum editionum fide, cum praesertim intransitiuum esse hoc verbum huius et sequioris aetatis scriptoribus ex participio *purpurans* appareat. Frondens autem adiectum putarem a Poeta, vt opponeretur hoc genus violae flauentis humili alteri purpureo; aliquantum enim excelsius est et fruticat: nisi viderem illum v. 110 abuti hac voce *de teneris lactuculas fibris.*

101 VIOLA) eius genera plura: lutea, purpurea, alba: sed purpureae latiora folia statim a radice carnosa exeunt. [vnde hiacynthina vestis appellata]. Maxima autoritas luteis. Genera alia Tusculana, marina, calatina, quae autumno prouenit: caeterae vere. POMPON.

102 NIMIVM) Mauult Heinsius, *minii rosa plena pudoris*, vel *minio pudore*. SCHOETTG. Aduocat BVCHNERVS ad h. l. *auroram pudoricolorem* Naeuii.

102 ROSA) Nascitur rosa melius spina, quam frutice. Eius genera haec fecere maiores, Praenestina, Campana, Milesia, cui fuit ardentissimus color. Trachina, Alabandica, centifolia, Graecula, autumnalis, quae et coroneola appellatur. Rosae et coronis inseruntur, et virgines decent, ideo et pudorem prae se ferunt. POMPON.

103 PANACEM) *Panaces*, vt ait Plinius, [25, 4] *ipso vocabulo remedia promittit, Laudatur Acbillea, qua vtebatur Chiron. Aliqui Ligusticum ex genere panacis volunt. Panaces ex vtroque tempore, leui et subacta terra leui raro disseritur. Inuenitur et eius generis, quod piperis saporem babet: ante illi nomen piperitidis. Ligusticum, quod in Liguriae montibus nascitur, et vbique suauius est satiuum.* POMPON.

104 GLAVCEA) syluestrium herbarum vnum genus *erraticum* vocant, nigrum, cubitali altitudine, radice crassa et corticosa, cauliculo inflexo, vt cornicula. Nascitur potissimum inflatu maris, vnde aliqui *glauceum* appellant, alii *paralion.* eius radix acetabuli mensura cocta in duobus sextariis, ad dimidias datur lumborum vitiis POMPON. Sic Columella scribit, quae veteribus γλαύκεια. Sic *Smyrneon* apud Plinium antiquae Graeciae erit σμύρνειον; ita enim scribebant, quod secuta aetas σμύρνιον. CRENIVS.

104 PAPAVERA) Satiuum et sponte nascens: eius duo genera, album et nigrum. E nigro sopor concipitur; albi caulis teritur, et cum vino bibitur, Elephantiis medetur. Papaueris satiui tria sunt genera, candidum, cuius semen tostum in secunda mensa cum melle apud antiquos dabatur. Alterum nigrum, e cuius scapo inciso lacteus succus exprimitur. Tertium genus Rhoeam vocant. Id nostri erraticum, quod sponte quidem, sed sponte cum ordeo nascitur, Erucae simile. Succum papaueris medici Opion appellant. POMPON.

105 QVAEQVE VIROS) Qui hosce duos versiculos edentes, punctis alterum ab altero seiungunt, perperam faciunt, cum linea tantum apposita, vt in nonnullis editis habemus libris, discriminandi sint. Bulbi enim omnes ad languentem Venerem excitandam facere traduntur, de quibus haec Petronius Arbiter: *mox validioribus cibis, id est, bulbis cochlearumque sine iure ceruicibus, bausi parcius merum.* Id quoque Martialis versu comprehendit: *Cum sit anus coniux, cum sint tibi mortua membra, Nil aliud bulbis quam satur esse potes.* FONTED. Vid. Apicium de re coqu. 7, 12 et ibi Lister. SCHOETTG. Adde Plinium 19, 5 s. 30 it. 20, 9 s. 40 et vtroque loco Harduinum: qui obseruat post Nonnium 1, 21 *bulbos* illos laudatos veteribus hodie ignotos esse. Consuli vult ALMELOVEENIVS praeter Theophr. H. Plant. 9, 20 et Virg. Georg. 1; Ramiresium quoque ad Martialem 3, 75 vbi *erucae bulbique salaces* iunguntur.

105 ARMANTQVE PVELLAS) Quidsi *animant? Armant* magis probarem, si de remediis amoris sermo esset. Sed fortasse praeter disciplinam Ouidii istud moneri videbitur quibusdam, nec repugnauero.

106 MEGARIS — BVLBI) Hos maxime celebrat Cato: sed et bulborum nobilissima est scilla. Genera bulborum Graecis nominibus notantur, differuntque odore, suauitate, sapore, colore, magnitudine, omniaque feruentis naturae sunt, ideo libidinem accendunt. Megarenses populi sunt in Graecia. Pythagoras de bulbis librum composuit Megarensibus. M. Varro et Apicius scribunt: *aqua decoquant bulbos, qui Veneris vsum quaerunt*; hoc modo in nuptiis apponuntur: hoc plus addit Apicius, cum nucleis pineis et erucae succo, et pipere. POMPON.

107 ET

Et quae Sicca [a] legit [b] Getulis [c] obruta glebis:
Et quae frugifero feritur vicina Priapo,
Excitet vt Veneri tardos eruca maritos.
Iam breue chaerophylum [d], et torpenti grata palato
Intyba [e], iam teneris [f] frondens [g] lactucula fibris,
Alliaque [h] infractis spicis, et olentia late
Vlpica,

a) *scila Pol. I. B. R. I. I. scia Herm. scilla* in margine *Gr. St.* b) *venit Iunt.* c) *gaetulis Ienf.* d) *chaerepolum L. Ienf. cherepolum B. R. chaerephylum I. I. H. A. cherephylum Gy. Cerepolum* probat *Salmaf.* Hyl. iatr. *c.* 17 pr. e) *Intiba P. Cichorea Ienf. Cicorea B. R.* f) *tenebris I. B. R.* g) *frondes et lactula a. P.* h) *Abiaque I. B. R.*

107 ET QVAE SICCA LEGIT) Ego hunc versum vel ad superiora, de bulbis scilicet, vel ad sequentia de eruca referrem, quamuis in posteriore explicatione genus pronominis mihi aduersatur. *Sicca*, quae constans Codd. MSS. lectio est, vrbs est Africae notissima, Coelii Aureliani patria. Quodsi ad neutrum horum duorum, quae iam dixi, referre velis, nescio quid indigitet his verbis Columella, quum multa alia sint, quae in Africa et Getulia, ad Siccam proueniant. SCHOETTG. Ingeniosa et certissima interpretatio, si vera lectio sit *ficca*, in primis cum pronomen neutrum ad *semina* queat referri. Verum in alia omnia hic abire antiquissimos libros, obseruauimus. *Scilla* vel squilla ἀφροδισιακὸν et ipsum, vt totum bulborum genus. Sed ita *legis* vix seruari potest. *Venit* editionis Iuntinae vereor, ne sit ex coniectura, et tamen vix conuenit cum *obruta*. Quidsi *iacet* vel *latet*?

107 GETVLIS OBRVTA GLEBIS) Hic intelligendum puto de sile: cuius genera tria. Optimum Massiliense, i. e. Getulicum, grano fuluo: secundum Aethiopicum, nigrius: tertium Creticum, odoratissimum. Folia eius vtilia, quia partus adiuuant. Hoc maxime pasci dicuntur ceruae pariturae. Aliqui intelligunt de Cipero, qui est gladiolus radice bulbosa. Laudatur in Creta, Phoenice, Ponto, Naxo: nulli inferior Aegyptius et Getulicus: nam et ibi nascitur praecipue. Neque est alia herba, quae celerius et vehementius sopitam Venerem reuocet, vt scribit Theocritus. Apollodorus ait: Cipero foetas foeminas abortiuas fieri. Ideo si foemina appetit, ante conceptum commendat. Et est alia herba similis Cipero, cuius radix appellatur *Zinziber*; apud nos immutatis litteris, *gingiber*. Alii dicunt esse lothon. POMPON.

108 FRVGIFERO PRIAPO) quia ipsi perinde ac Cereri corona e spicis imponebatur. Tibullus in Priapeio: *Vere rosa, autumno pomis, aestate frequenter spicis.* SCHOETTG. Laudat Almeloueenius Scal. ad Catal. p. 217.

109 VENERI TARDOS) Tardi sunt semiviri velut, quales natura multi inepti ac lenti ad vota vxorum. Plinius Valerianus 4, 55 *Nuclei quoque frequentius sumti excitare dicuntur tardiores ad vsum venereae voluptatis.* BARTH. Adu. 3, 4.

109 ERVCA) Tota veneris est; eius etiam semen scorpionis, aranei, murisque venenis medetur: bestiolas corpori innascentes arcet: in condiendis obsoniis miri saporis est. Lentigines ex aceto fugat, cicatrices reducit ad candorem cum felle bubulo aestate siue hieme sata facile erumpit, lactucis pro temperando algore miscetur. Ideo olitores cum lactucis vendunt. Eruca seritur prope Priapi statuam, quia, cum calida sit, Venerem incitat. POMPON.

110 CHAEROPHYLVM) Ipso vocabulo praecipit et significat esse perbreue; i. e. quia frondibus luxuriat, et non virgulto: quare a foliis luxuriantibus nomen accepit. POMPON.

111 INTIBA) Intiba impatientiora frigoris sunt, quam lactucae: prosunt tamen fastidioso palato, caule non minus grata, quam foliis ac radicibus: feruntur verno tempore, vltimo vere plantae transferuntur, et erraticum intibum, quod Aegyptii Cichorium vocant. POMPON. Scribendum, *intiba iam tenebris*; ita habent antiqui codices; non *cichorea iam*; quoniam secunda vocalis in dictione *cichorium* producitur. Sic enim Graece scribitur, κιχώριον; nec *intibum* cum *y* graeco scribitur, vt indoctiores putant. Nam vox non Graeca est, sed Romana. Graece vocatur σερισήμερος, [σέρις ἥμερος] aliqui πικρίδα, Romani *intibum agrestem*; autor Dioscor. li. 2. hanc tamen duplicem tradit esse Pedacius, quarum vna est agrestis, amara et *cichorion* appellata. Nec mirum, si Columella tradat, *torpenti grata palato.* Dioscorides tradit eam esse εὐστόμαχον. Eius verba sunt haec: ὧν ἡ μὲν ἀγρία πικρίς, ἢ κιχώριον καλουμένη; ἡ δὴ τις ἐστι κηπαία φυλλοτέρα καὶ εὐστομαχωτέρα. Quidam hic *cichora* scribunt, sed nugantur. Plinius intibum Aegyptios *cichorion* appellare tradit, et refrigeratoriam vim habere. Quod quidem propter singularem salubritatem quidam *Chreston*, quidam *Pancration* appellant; de quo Virgilius, *et amaris intiba fibris.* PIVS. Add. Salm. ad Solin. c. 40 p. 583 sq.

112 ALLIAQVE) Per simplex *l* scribitur. eius vis feruet, ideo venaticis [f. venenatis] medetur. huic proximum est *Vlpicum*, quod quidam

Vlpica, quaeque fabis habilis fabrilia miscet.
Iam Siser, Assyrioque venit quae semine radix,
Sectaque praebetur madido sociata [i] lupino,
Vt [k] Pelusiaci proritet pocula Zythi.

Tempore

i) *faciata Iens. satiata B. R.* k) *Et* Pius. *vel Lips.*

dam *alium punicum* vocant: spicas habet incrementi longe maioris, quam alium, odoris etiam acutioris, lyratim seritur spatio palmari, sic et spicae alii leuiter desiguntur. POMPON.

112 INFRACTIS SPICIS) Vid. *spicas* contra *sticas* Salmasii tuentem Clarissimum Pontederam ad Cat. 70. Pro *infractis* mallem *infarctis*. Constat enim caput allii spicis pluribus confertis s. infarctis.

113 QVAEQVE FABIS) vno versu dicit condimenta multa; sisimbrum, serpillum, nepetam, pulegium, thymum. Verum in condiendis fabis haec adhibentur; sisimbrum, serpillum, cum porro sectiuo, et liquamine vel oleo. Apicius tamen aliter condit, sed magis saluti quam sapori confert. Plinius lomentum fabaciis miscet. Sunt enim fabae conuiuia fabrorum. POMPON. Versus haud dubie corruptus, quem rectissime a Gulielmo Pelisserio emendatum ait Turn. 17, 22 extr. hoc modo: *Vlpica, quaeque habilis beta est fabrilibus escis.* Intelligi ita versum posse, certum est. Sed si ingenio tantum Pelisserii debeatur, parum id ad Columellam, cum longissime ab scriptura vulgata abeat. Caeterum *betas* etiam *fabrorum prandia* vocat Martialis 13, 13.

114 IAM SISER) Tiberius Caesar siser omnibus annis nobilitauit a Germania flagitans. Gelduba castellum est Rheno imminens, vbi generosum siser nascitur: ex quo videtur frigidis conuenire locis. Coquitur, inde neruus ex eo facile extrahitur, postea mulso infertur. POMPON.

114 ASSYRIOQVE) Sequitur Syriaca radix ab hortis Syriorum translata. Inde prouerbium: *Multa Syriorum olera:* quod Syria sit in hortis operosissima. Huius generis est rubra tingendis lanis apta, saxosis et asperis locis nascens, praecipue trans Euphratem caule ferulaceo tenuique: indigenae tamen vicibus vtuntur; mireque expetitur flore sine odore spinoso et vliginoso. Interdum madefacta lupinis miscetur; pro gustu suauiorem incitat, [*s. pro gustu suauiore in Zytho*] quae pocula Aegyptiorum, qui cum minime vinum habeant, hoc habent poculi genus, vt Plinius scribit, *Zitum et Cereuisiam.* Diodorus de *Zito* latius li. 5. Ferunt Bacchum in peregrinatione terrarum vsum vini docuisse; et vbi caeli status et natura terrae vites non ferret, potum ex ordeo confecit paullum a vino differentem; quem nonnulli *Zitum* dicunt. Hoc et Osiris in Aegypto primum docuit, et in Thracia, nisi, quod verum est, Bacchum et Osiridem eundem putes. *Assyria* prius dicebatur, postea et *Syria* nominata est, et *Syros* vna ex Cycladibus insula [*Bonon. inserit* cum prima simillima continuata, *quod nescio quid sibi velit*]: vbi ortum duxit Pherecydes Syrius. POMPON. Quod semen struthio [quae alias Syriaca radix etiam vocatur] nullum esse scribit Plinius, heic Plinio Columellam repugnare obseruat doctus medicus, in hoc versu: — *E Syrioque venit quae semine radix.* Sed ille ridiculus. De gingidio ibi intelligit Columella, quae radix Syriae familiaris. Haec Salmasius ad Solinum c. 53 p. 820, quem et confer de homonymis hyles iatricae c. 17. *Assyrio* lectio est omnibus Codicibus et editionibus comprobata; quod si tamen quidam habent *Syrii*, putarem Poetas in talibus non semper esse posse accuratos. SCHOETTG. De perpetua fere *Syriae* cum Assyria confusione Selde. de DIs Syris c. 1. it. Drakenb. ad Sil. 11, 40.

115 MADIDO — LVPINO) Apposite. Notum apophthegma Zenonis post potum hilarioris, qui dicebat lupinorum sibi esse indolem, *καὶ γὰρ ἐκείνους πρὶν διαβραχῆναι, πικροτάτους εἶναι ποτισθέντας δὲ γλυκεῖς καὶ προσηνεστάτους.* Athen. 2, 15. Nescio an non praeferenda sit antiqua lectio, *satiata.*

116 VT PELVSIACI) Pelusium in quadam parte Aegypti est, quae Augustanica est nominata prope Thebaidem. Pelusium vrbem condidit Peleus, Achillis pater, monitu Deorum post lustrationem lacus, qui alluit Pelusii moenia. Eo enim tempore Peleus furiis agitabatur, quia fratrem Phocum interemerat, et purgari quaerebat. POMPON. Scio *Zythi* pro *Zythii* vsurpari: est compositio facta ex *gith*; de quo scribit Plinius, aliquos id *Melanthion*, alios *Melaspermon* appellare: optimumque excitatissimi odoris et quam nigerrimum. Colligitur succus eius vt hyosciami, similiterque largius venenum est, quod miremur, cum semen gratissime panes etiam condiat. Plautus: *Gith excalfactat.* Pelusiacum appellatur, quasi Alexandrinum, a Pelusio ostio Nili. Quomodo Alexandrini vtuntur Zutho, docet Galenus in enarratione sententiarum Hippocratis li. 2 his verbis: *Nam si quis nouella aetate victitet Alexandrinorum more, salsamenta porrumque mandens, nec non adhibens zuthum: senex vero nihil eiusmodi sumens lentem esitet, austerum epotet; non male dixeris, haudquaquam aetatis ratione permutari deiectiones.* PIVS. Quae de *gith* pro *zytho* argutatur Pius refutan-

Tempore non alio vili quoque salgama merce
Capparis, et tristes inulae, ferulaeque minaces,
Plantantur: necnon serpentia gramina mentae,
Et bene odorati flores sparguntur anethi [l],
Rutaque Palladiae baccae [m] victura saporem,
Seque [n] lacessenti fletum factura sinapis [o],

Atque

l) *aneti I. B. R. I. I. H. A. Gr. G. St.* m) *bacchae I. B. R. bacae I. I. H. A. G. ba uitura L.* n) *Se quae B. R.* o) *synapis I. B. R. I. I. H. A. G.*

refutantur etiam ab Hadriano Iunio Animadu. 2, 13. Sensus est: Radix Syria vel Assyria cum madido lupino sociata adpetitum facit ad bibendum: vt adeo *Pelusiacus Zythus* pro quauis cereuisia vsurpetur. De Zytho autem euolue Schoockium de Cereuisia c. 1 p. 8 et Herm. von der Hardt, singulari libello, in Bacchum, vini et cereuisiae Aegypti inuentorem, Helmstadii 1715. edito. SCHOETTG. Etiam Plin. 21. extr. *Zythum Aegypto* adscribit. Et notus Herodoti οἶνος κρίθινος, quem ab ἀμπελίνῳ distinguit li. 2 in Aegyptiacis.

117 SALGAMA) Est quicquid ad vsum totius anni conditur, vt puta, mala, pira, fici, vua, rapae. Inde *Salgamarii*, qui Salgama vendunt. Et in salgamis condiendis loca frigidissima et siccissima esse debent, ne mucore corrumpantur. Nunc Zythum cupit, quia nullo alio tempore vilior est salgama [*quid vltima periodus sibi velit, non comminiscor.*] POMPON.

118 CAPPARIS) Seritur in siccis locis area circum effossa structis vndique, aut ex natura ripis, aut ex artificio lapidum, vt [*f. ne*] luxuriari permittatur: strangulat enim loci fertilitatem; aestate floret, viret etiam post Vergiliarum interitum. *Inula* suo aspectu ac natura tristitiam affert: seritur interuallo quadrantali ac stercorato loco: in fruticem crescit, radicibus serpit vt harundo, commanducata a ieiunis dentibus prodest, eius radicis succus tineas pellit: siccata in vmbra cum thuris farina tussientibus prodest, et venenatis morsibus obsistit. POMPON.

118 FERVLAEQVE) Paedagogorum sceptra, vt Martialis ait; et pueris timori sunt, senio propter leuitatem adiumentum praestant. Quibusdam in locis pro nutrimento ignis, furnis et focis admouentur: subsellia ex iis etiam fiunt. Earum semen cum caule ante maturitatem cibis adhibetur, si cum melle sumitur, cibus talis stomacho vtilitatem praebet, caput tamen grauat. Iratam hyemem negligunt ferulae. Prometheus his ad solem adactis, mortalibus ignem restituit. POMPON.

119 MENTAE) *Menta* mons est, vt Strabo [L. VIII post princ.] meminit, dictus a Plutonis pellice, quam Proserpina in herbam *mentam* mutauit. Huic Pluto donum amoris petenti virile membrum tradidit, quod a se *mentulam* nominauit. [*Hui! quantum est sapere, vtinam au-florem nobis non celasset* Fortunatus *etymologus: nam capitale ingenium fuerit oportet. Caue vero putes Straboni aliquid de tam praeclaro munere in mentem venisse; quod, nisi fallimur, monachale ingenium sapit.*] Sed Plinius ait, *Mentae nomen suauitas odoris dedit.* Graeci *mintam* nominant, videturque dicta *menta*, quod *mensas* grato odore percurrit [*audiuit de Graecorum vocabulo ἡδύοσμον*]. Seritur melius surculo, quam semine. POMPON.

119 GRAMINA MENTAE) V. Io. Beverouic. Epist. quaest. p. 150 seq. ALMEL.

120 SPARGVNTVR) h. e. disponuntur. Ita Col. 11, 3, 25 *dispergere* dixit.

120 ANETHI) *Anethum* et *Anesum*, vt culinas ac Medicorum officinas excitet, seritur: quemadmodum gith pistrinis. Calidam habent vim, venenis aduersantem. POMPON.

121 RVTAQVE) Rutae vis venena extinguit. In medicaminibus multum ideo potestatis habet. Ex ea conficitur memorabile antidotum, quod Leneus Magni Pompeii libertus victo Mithridate in arcanis regis regia manu scriptum comperit, patronoque attulit. Imperator optimus non minus gauisus est regia trophea in gremio collocasse Iouis, quam hoc ciuibus suis afferre. At Libertus, cuius vitam et doctrinam li. 1. Tranquillus scribit, sicuti pleraque Mithridatis inuenta, sic et hoc pro imbecillitate salutis hominum literis mandauit. Rutae praeterea manipulus, si liquamen vel oleum defuerit, admixtus dapibus, et liquaminis et olei vicem praestat, ac escam sapidiorem facit. Quod venenis aduersetur, argumento est mustella, cum id cibi praegustet pugnatura cum serpente. POMPON.

121 PALLADIAE BACCAE) i. e. olei, quia oliua dicata est Palladi, vt in cunabulis Athenaeum conspicitur. Silius. *Nullaque Palladia sese magis arbore tollit.* Martialis: *et Palladis arbor.* POMPON.

121 VICTVRA SAPOREM) *Iutura* legit ex codice antiquo Nic. Heinsius ad Sil. 7, 354 apud Drakenb. itemque ad Vell. 2, 120, 4. Recte, si quid iudico. Probat etiam vt vidimus Lips. et Cl. Morg. I, 54. conf. II, 8.

122 SINAPIS) Prosilit cum tanta acrimonia, vt lacrymas ciat comedenti: planta melius transfertur. Pythagoras tria genera facit; vnum gracile, alterum simile rapae foliis, tertium erucae. Vsus eius in pulmentariis est, cum in

Atque oleris [p] pulli radix, lacrymosaque cepa
Ponitur, et lactis gustum [q] quae condiat herba,
Deletura [r] quidem fronti data signa fugarum [s],

Vimque

p) *olleris B. R.* q) *gustus L. I. B. R.* r) *Deletura P. deiectura* al. s) *fucarum L.* et editt. pler. *furcarum Gr. fucorum* refellit *Morg. I, 55. add. II, 9. fugarum Pol.*

in patellis decoquitur. Semen tritum admisto musto ac melle ac vua passa, nec non defruti paululum confectionem gustu suauem efficit: qua vrbs nostra hieme vtitur. Nec decrescit, si adiicias cinnama et cariophales. Sinapis et siluestris et satiua est. POMPON.

123 OLERIS) Olus atrum ad macerias seri gaudet, quia vmbra fouetur, si alternatim frutices legeris in vnoquoque loco, conualescit: et si radicitus non euellas, aeuo durabit. *Pulli* i. e. atri. *terram pullam* nigram dicimus; et *pullatos proceres* a colore vestium. POMPON. vid. Col. 11, 3, 30.

123 CEPA) incrementum habet capitis, vno surgit frutice, condimentis apitianis apta. Aegypto numen fuit. Ea rex Numa Iouem delusit [v. Ouid. Fast. 3, 339]: humorem ex oculis comedenti prouocat. Ideo ipso olfactu oculorum caligini medetur. Siluestris est et satiua. Si capita ceparum et alliorum et vlpicorum aqua salsa et tepida perunguntur, et sicco loco boreae obiiciuntur, diu durant. POMPON.

124 PONITVR) Peregrinum fuit lepidium: praefertur et inulae et origano. Cum fructificauerit post sationem, ad terram praeciditur et stercoratur, quia solet hyemis vehementia emori. vsus eius nonnisi cum lacte, quod reddit sapidius. Plinius ait, *lepidium in facie cutem emendat, cum cera et rosaceo lepras tollit, et vlcera cicatricum, dentium dolores alligatum bracchio compescit.* Columella dicit, *quod lepidium* deiicit signa et vlcera, quae mulieres sibi ex fucis fecerunt. POMPON.

124 LACTIS GVSTVM QVAE CONDIAT HERBA) Lepidium, vt oxygala fiat. Vid. noster 12, 8, 3. Qui sequuntur versus, et ipsi indicant de lepidio sermonem esse, et conuenit Plin. 19, 8 f. 51 *vsum esse eius* negans *sine lacte:* loquitur autem de culinaribus herbis.

125 SIGNA FVGARVM) Lego *focorum,* non *fucarum:* et lepras mentagras et id genus vlcera intelligit. Non posses, quod tamen putant aliqui, ad vlcera facta vi fucorum, et cerusarum caeterarumque offuciarum vim smecticam, id est emarginatiuam hoc referre, repugnante syllaba. Sed cum proponat Columella dictionem [*an* conditionem] lactis, libet referre ad oxygalam, hoc est, lac acetosum, quod fit ex lepidio, quo tolluntur cicatrices inustae cauterio. et *focorum* referemus ad vim causticam per cauterium illatam: quod apparet ex Columellae verbis li. XIII [12, 8, 3] et Plinii li. 20. Memento tamen apud Dioscoridem li. 2. *lepidium* idem esse, quod *gingidium.* Possis per signa focorum cauteria etiam lepras intelligere, quae ignis vim habent. PIVS. Videtur legendum *rugarum.* VRSIN. *Signa fugarum* legunt eruditissimi viri. Fuluius Vrsinus *rugarum* contra omnem rationem Pediae legis coniectauit, quod vt taceatur, ego reliquis eius optimi viri meritis condonandum arbitror. Ego vero veram lectionem esse arbitror Gulielmi Pelisserii apud Turnebum lib. XVII cap. XXII - - *focorum.* Non quod per eam vel cauteria vel vim causticam intelligendam opiner, quam voluit Baptista Pius, impius aliarum rerum boni sui ingenii detortor; sed quod per focos instrumenta ea intelligam, quibus stigmata inurebantur fugitiuis mancipiis. Sic quae pecudibus adhibentur, apud Vegetium lib. I cap. XXVIII *De ratione foci atque cauterii,* titulus est. Et in capite ipso: *Specialiter admonendum est ne Mulomedici festinanter dum foco curare cupiunt animalia, debilitent aut deforment.* BARTHIVS 5, 10. *Deletura* admisimus ex fide Medicei. *Fugarum,* quod BVCHNERVS primus videtur vidisse, praetulimus, quia quam proxime ad *fucarum* accedit. *Fugas* porro intelligimus cum Buchnero fugitiuos, quorum ea praecipue poena et nota. *Focorum,* elegans non minus, quodque Vegetii auctoritate tueri possis, (quam suppeditabit noster Index) sed paullo a recepta scriptura remotius. Falsum plane videri debebat Harduino, qui ad Plin. 20, 17 f. 70 quem locum etiam Pius laudauit, ex ingenio, credo, obseruat ista: *Serui compuncti notas tollebant lepidio: quare id vbi animaduersum est, candenti ferro inuri eos* inuecta consuetudo est. *Inurendi* stigmata morem vetustissimum esse, certe hac aetate longe antiquiorem, ipse vsus verbi apud Ciceronem et ἐγκαῦσαι apud Athenaeum appellatio satis declarat; itemque versus Naeuii apud Priscianum L. 7 laudatus etiam Lipsio Elect. 2, 15 qui ita hunc nostrum versum scribit, *Deletura quoque est fronti data signa focorum.* Scribonii Largi idem Lipsius locum laudat atque emendat de medicamento, *quo stigmata tolluntur indignis* c. 231, vbi lepidii quidem nulla mentio. Sed idem tamen c. 174 lepidium inter ea refert, quae etiam sana corpora exulcerant. Io. Rhodius ad h. l. p. 261 et ipse probat lectionem a nobis receptam; quamquam neque Ios. Scaligeri obseruatione dissimulata, qui Auso. lect. 1, 21 testatur, ita legi hunc versum in veteri codice, qualem modo ex Lipsio propósuimus: ipse tamen ad *fugarum* magis propendet. Denique Rhodius etiam coniecturam adfert suam: *Deletura quidem furcae fronti data signa.*

126 VIMQVE

Vimque suam idcirco profitetur nomine Graio.
Tum quoque conseritur, toto quae plurima terrae
Orbe virens pariter plebi, regique superbo,
Frigoribus caules, et veri [t] cymata mittit:
Quae pariunt veteres cesposo [u] littore Cumae,

Quae

t) *veris I. B. R.* u) *ceposo Pol. Iens. teposo Lips.*

126 VIMQVE SVAM) quia lepram tollit, quae Graece *lepis*, *lepidos*, dicitur, et vlcera faciei ex fucis, quae similis videtur leprosae formae. POMPON. Sic intellige: Herba cum exulceret et tollat acuta vlcera, *lepidium* dicitur, quod ab eo lacte acuto id est oxygala tollitur λεπὶς, h. e. tunicula. Vel lepidium dicitur a Graeco λεπίζω, h. e. decortico. A nomine igitur Graio deriuatur. PIVS.

127 TVM QVOQVE) Postea serenda est Brassica, quae et nobilibus seruit et plebi, et hyeme caules emittit. verno tempore cimata. Inde describit brassicarum genera. M. Cato [c. 157 pr.] tria ponit genera in illa simplicitate. Septembrina, latis foliis, caule magno. Apia, quae est crispa. Tertia, minutis caulibus acerrima omnium, lenis vocatur. Postea brassicae medicinas enumerat, quibus solis vtebatur illa aetas. Ideo accepimus P. Rom. quingentis annis remediis tantum ex brassica vsum. Volumen de ea Chrysippus edidit, et Pythagoras [f. non] parcius celebrat; M. Varro probat; Plinius rusticitatis amator laudibus effert, aitque Graecos Septembrinam vocare Aeliam, et Apiam similitudine foliorum apii dictam, oliuaculam dicere leuem cramben. Seritur toto anno, et post cymata cauliculos educit, quos Caius Apicius probat, sapidissimeque condit, quo demum apponente Drusus Caesar, Ti. Caesar. F. [f. non] fastidiuit, non sine parentis castigatione. Quid est, quod praeterierit gula? Item Apicius sapidioris ganeae compositor, plantandam brassicam iubet in fimo asinino. Sunt et eius aliae species. *Cumana*, sessili folio, capite patulo. *Aricina*, numerosioribus et excelsioribus foliis. *Triziana* bis incomputabili impendio; *Pompeiana*, prociore caule, et infra folia crassescit, frigoris impatiens; *Brutia* grandibus foliis, sapore acuto; *Sabellica* crispis foliis, crassissimo caule. *Lacuturnina* nunc *lacuturris*, quia ibi Turni lacus fuit, postea turris remanet in valle Aricina. Additur et *Tyburtina*, et *Silarensis* et *Aricina*, quae non in conualle, sed in quodam campo Ariciae seritur. Est et brassica *syluestris*, quae maxime Catoni celebrata. *Stabiana* vero ad furcas Caudinas, tenerrima est. *Parthenopensis*, thyrsata; *Vesenina*, amarior, sed interdum gratior. *Marrucina* rubra paulum, paucis foliis. *Signina* breuior, crassior, et sapidior; super ea non liquamen, sed oleum infundatur. Est et *Cappadoca*, foliis tenuioribus, caule paene nullo, priusquam in florem exeat, contra boream et niues, et gelicidia, se frequentibus tunicis vestit spissatque, vt vix prima folia discernantur hyeme. Haec mensis apponitur: addito tamen pipere cum multo liquamine bubulo admixto et arietino et suillo. Sed paullum praeter haec minus sapit. Germani eam sale et oleo tabefactam condiunt in fictilibus ad totius fere anni cibaria, hoc nostris Italis nimium gracili palato fastidio est. Vtuntur tamen et aliqui intra Italiam, quos an Italos appellem, ambigo. Iterum ad cauliculos redeo, quos Apicius sale aspergi iubet, antequam coquas, maceratos: quae aliquantulum inferri in aquam, et cum feruerint, paullum eximi, oleumque infundi. POMPON. Vtrum Germani quiquam vnquam oleo ad salem adhibito brassicam condiderint? non habeo dicere. Certe mihi non fit probabile; cum inter vulgatissimos messorum etiam et fossorum cibos (quoties quidem epulari lautius, suillamque pinguem spissamento quasi quodam firmare volunt) referatur; oleum autem parcissime in cibo adhibeamus, et vix aliter sumamus, quam ad quaedam acetaria. Illud vero certissimum, brassicam nostram acidam (*Sauer-kraut*) in filamenta tenuia machinatione quadam sectam, deinde in dolia lignea (talia praesertim, quae vinum ante continuerant) diligenter conculcatam, adspersoque pauco sale, cumino item et anetho, similibusue rebus, maxime autem suo sibi iure, ponderibus impositis expresso, conditam; hanc, inquam, brassicam, noui ab hominibus non obtusi palati externis alti gustus deliciis praeferri: putemque ego si barbatus ille Cato gustasset, rogaturum fuisse, *totum vt se facerent Dii* palatum: si vero leniter purgantem illius vim fuisset expertus, et reficiendi simul fermenti, quo concoctrix illa facultas continetur, reliqua genera brassicae nihil fere ad hanc nostram esse, pronunciaturum, ipsam vero peculiari libello suis familiaribus commendaturum fuisse.

129 FRIGORIBVS CAVLES) De brassica eiusque generibus variis praeter ea, quae ad Catonis vltima disputata sunt, consulendus, cuius interest Plin. 19, 8 f. 41 n. 3 Hard. *Cymata* commendat Nonnius de re cibar. 1, 14.

130 CESPOSO LITORE) Ego corrigo: *Thesproto*. *Thesprotum* litus vocat, quod ab Abantibus, qui ex Euboea insula in Thesprotiam, et ex ea duce columba in magnam Graeciam venissent, occupatum fuit. Haec SCALIGER ad

Culicem

Quae Marrucini, quae Signia [x] monte Lepino,
Pinguis item Capua, et Caudinis [y] faucibus horti [z],
Fontibus et Stabiae [a] celebres, et Veſuia [b] rura,
Doctaque Parthenope [c] Sebetide [d] roſcida [e] lympha,
Quae dulcis [f] Pompeia [g] palus vicina Salinis
Herculeis, vitreoque Siler qui defluit amni,
Quae duri praebent cymoſa ſtirpe Sabelli,
Et Turni [h] lacus, et pomoſi Tyburis arua,
Brutia [i] quae tellus, et mater Aricia [k] porri.
Haec vbi credidimus reſolutae ſemina terrae,

Aſſiduo

x) *ſigna B. R.* y) *cādinis Gy.* z) *ortis L.* a) *ſcabie Ienſ. ſcabiae B. R. ſtabie I. I. H. A. G.* b) *veſpia a. P. veſuuia I. B. R. veſena L.* c) *Partenope I. B. R.* d) *ſebethride Ienſ. ſebetride B. R. ſebethide I. I. H. A. G.* e) *roſida I. B. R. I. I.* f) *ducis Gr.* g) *Rompheia a. P.* h) *turris Ienſ. turnis P.* i) *Brutiaque et I. B. R.* k) *Aritia I. B. R. I. I. H. A. Gr. G. St.*

Culicem Virgilii v. 14. At in mea Colonienſi legitur *ceſpoſo*, i. e. ceſpite pleno, quod forte rectum eſt, licet alibi vocabulum illud mihi lectum non recorder. CHENIVS. Verum mihi quidem vox *ceſpoſus* non arridet, quippe quae analogiae linguae latinae contraria eſt, in qua adiectiua in *oſus* a caſibus obliquis deriuantur, vt adeo dicendum eſſet *ceſpitoſus*. Lipſ. habet *tepoſo*, vnde forte illud *theſproto* commendandum, quod et placuit Andr. Riuino. SCHOETTG. Verum puto *cepoſo*, in quo conſentiunt fere Mſſ. et editio antiquiſſima. quantum enim inter *cepoſo* ac *tepoſo* eſt diſcriminis? praeſertim in ſcriptura Longobardica et Codice Lipſ. vbi raro diſcerni poſſunt. Supereſt, vt aliunde conſtet, ceparum ferax fuiſſe illud litus, de quo nihil habeo dicere. Forte vt deinde *Ariciam porri matrem laudat*, ita hic *cepoſam* Cumam. Conuenit enim his oleribus, certe in olla.

133 STABIAE) Fuit vetus oppidum in Campania, quod Lucius Sylla legatus bello ſociali, miſſus a P. R. calend. Maii deleuit: et in villam abiit. Huius ex agro decurrunt parui fluuii, ſed amoeniſſimi verſus furcas Caudinas. *Veſuuius* ſiue *Veſeuus* mons prope Neapolim et pomis et conflagratione inſignis, vno tempore fatum Saleio Baſſo Poëtae, et Plinio attulit. POMPON.

134 SEBETHIDE) Sebetos fons eſt Neapoli, cuius aqua vicatim decurrens, omnes fere vſus Neapolitanis praeſtat. Papinius li. 1 Sylu. *Et pulchra tumeat ſebetos alumna.* POMPON. *Parthenope* eſt Neapolis, iuxta quam currit fluvius Sebethus, vnde et Statio *Sebethi alumna* dicitur Silu. 1, 2, 263 *nitidum conſurgit ad aethera tellus Eubois, et pulchra tumeat Sebethos alumna.* Vide ibi Barthium. Caeterum hic non poſſum pedibus ire in ſententiam doctiſſimi Reineſii, qui Var. Lect. 3, 16 p. 603 verba NAMA SEBESIO, quae tauri Mithrae mactati collo erant inſcripta, de hoc fluuio intelligere voluit. Nam vti bene monet Phil. a Turre in Monument. Vet. Antii Addend. p. 251, nulla ratio eſt cur ſimulacro Romae ſub Capitolium poſito, Sebethus fluuius ad Neapolim inſcribatur, vel quid cum hoc fluuio Mithrae rei ſit. Quin potius idem de Mithra c. 4 p. 194 oſtendit, haec eſſe Solis nomina, *Hamma* quippe eſt Hebraeorum חמה, quod Solem notat, cuius epitheton apud Macrobium et *Sebadius* vel *Sebazius*. SCHOETTG.

135 POMPEIA) Pompeiorum oppidum fuit in planitie ſitum prope Sarnum fluuium. De Pompeiis mentionem facit Cato R. R. et Pap. in Syluis: *Et Pompeiani placeant magis otia ſarni.* POMPON.

136 HERCVLEIS) Salinae Herculeae prope mare ſunt, vbi Herculaneum Pompeii. *Siler* ſiue Silarus, fluuius, qui diuidit Lucaniam a Picentinis Campanorum; cuius aqua virgulta indureſcunt, vt ſcribit Cilius. [Silius?] POMPON.

137 SABELLI) Populi fuere a Sabinis orti; habitantque montes, qui ſunt intra Sabinos et Marſos. POMPON.

138 TVRNI LACVS) *Turnum* (alii *Turmus* legunt) fluuium Vmbriae laudat Vibius Sequeſter. Quid ſi *Turni lacus* idem ſit, qui *Iuturnae* ſororis? de quo Val. Max. 1, 8, 2 et Flor. 2, 12. Tacent, quantum ſcio, Geographi, vid. Pompon. ad vſ. 127.

139 MATER ARICIA PORRI) Martialis 13, 19 *Mittit praecipuos nemoralis Aricia porros In niueo virides ſtipite cerne comas.* Laudat etiam Plin. 19, 6 ſ. 33.

139 BRVTIA) Brutii ſerui et paſtores Lucanorum fuere. Inde aufugerunt, et furtim in regione perſederunt, vbi Conſentia eſt, quae fuit eorum metropolis, quam regionem prius Auſones habitauerunt. Brutii multo poſt tempore, et ab Annibale, et a Rom. propter eorum perfidiam deleti paene fuere; ſine dignitate, ſine honore ad ſeruilia ſemper opera coacti. POMPON.

140 HAEC VBI) Vbi haec ſemina ieceris, cura vt diligenter foueas ſata, ne aut auium roſtro

Assiduo grauidam cultu curaque fouemus,
Vt redeant nobis cumulato foenore messes.
Et primum moneo largos inducere fontes,
Ne sitis exurat concepto semine partum.
At cum foeta suos nexus adoperta resoluit,
Florida cum soboles materno pullulat aluo [l],
Primitiis plantae modicos tum praebeat imbres
Sedulus irrorans olitor, ferroque bicorni
Pectat [m], et angentem sulcis exterminet herbam.
At [n] si dumosis positi sunt collibus horti,
Nec summo nemoris labuntur vertice riui,
Aggere praeposito cumulatis area glebis
Emineat [o], sicco vt consuescat [p] puluere planta,
Nec [q] mutata loco siccos [r] exhorreat aestus.
Mox vbi nubigenae [s] Phryxi, nec portitor Helles,

Signorum

l) *aruo Lips. I. B. R.* et *Gr. St.* in margine. m) *petat L.* vid. v. 94. n) *Ac I. B. R.* o) *Simineat L.* p) *consuescet Gryph.* q) *Ne I. B. R.* r) *sitiens L.* praefert *Burm.* ad *Virg.* G. 2, 298. s) *nubiginae lunt.*

stro carpantur, aut pedibus calcentur. Sic solent cumulato foenore venire messes. Nec obliviscaris inducere aquas, ne sitis partus consumat; et cum eruperint sata, parco imbre irroret, et si opus fuerit, pectat, eximatque angentem i. e. languentem herbam. Si vero in collibus fuerit hortus, ad quem nec riui, nec fontes percurrunt: expecta, quousque Sol arietem ingrediatur: hucque transfer plantas, quae consuescant puluere. POMPON.

143 INDVCERE FONTES) Ex Virg. Georg. 1, 106 *Deinde satis fluuium inducit, riuosque sequentes.* SCHOETTG.

144 SITIS) siccitas. Virgilius Ecl. 7, 57 *Aret ager vitio moriens sitit aëris herba.* SCHOETTG.

145 ADOPERTA) Quid si legendum sit *adaperta*, quod ipsius etiam Columellae verbum est. add. v. 239. Neque tamen mutaui, cum *adoperta* de statu praecedente possit intelligi.

146 ALVO) alii *aruo*, quae lectio mihi melior videtur. Notum enim est aluum maternum *aruum* etiam vocari a Lucretio et Virgilio. Sinistros quidem Grammaticos et ineptire dicit Fruterius Verisim. 2, 19 qui ita legunt. Sed quia aliorum adest auctoritas, et metaphora bene continuatur, non ineptiunt, qui ita legunt. Ergo h. l. haec vox duplicem significationem habere potest, propriam, qua scil. flores in aruo materno s. matris suae terrae consistunt, et metaphoricam, quo flores pullulare dicuntur ex aruo s. aluo matris suae h. e. terrae. SCHOETTG.

151 NEC SVMMO NEMORIS) Nimirum fontium scaturigines ad radices vel in iugis certe montium siluosorum esse, obseruamus quotidie, et illi inculcant praesertim, qui e pluuiis, quidquid vsquam est fluuiorum alunt atque instaurant.

152 AGGERE PRAEPOSITO) Melius intelligerem, si legeretur *reposito*: et metuo ne quis *praeposito* scripserit, quod putaret *re* syllabam produci non posse: quod aliter se habere post alios ostendunt iam ad Fabrum nobis laudati Broukh. ad Prop. 4, 8, 44 et Drakenb. ad Sil. 1, 309 *Agger* est h. l. aggesta humus, vt verbo *aggerandi* vtitur nonnunquam Columella. Porro *reponere* hic eum intellectum habet, quem regerere. Agger fit igitur aut reponitur, cum altius pastinatur humus, quod locis siccis faciendum esse praecipit noster 11, 3, 10 quem locum huic parallelum putamus.

155 MOX VBI NVBIGENAE) Aries inter astra collocatus, quia tulerit Phryxon et Hellen tectos nube. XI. Cal. Apr. sol in arietem transitum facit. Aries princeps signorum, vel quod antiqui principium anni a Martio fecerunt, vel quod dignissimum sit ouillum pecus omnium pecorum. Marcus Varro dicit lib. 2 antiquos huic pecori tantum tradidisse, vt fabulae canant lanas habere aureas. Vnde Hercules, cum hunc in hortis Hesperidum inclusisset, putauerunt terram illam educere mala aurea. Nam et ouis graece *mela* [μῆλον] dicitur. Hac etiam de causa Iason cum Argonautis properauit, arbitrans, phryxeum arietem lanam habere auream. Non abs re pastoralem vitam beatam dicebant. POMPON. *Nubigenae* interpretare, non, geniti ex nube, sed ex νεφέλης, [matre Nephele] quae latine sonat *nubem.* Ex significatu dictionis Graecae vox latina composita. Hinc Ouidius *Helles Nephelaidos* dixit. Athamas filius Aeoli, frater

Crethei.

Signorum et pecorum princeps caput efferet vndis,
Alma ſinum tellus iam pandet, adultaque poſcens [t]
Semina depoſitis cupiet [u] ſe [x] nubere plantis:
Inuigilate viri. tacito nam tempora greſſu
Diffugiunt, nulloque ſono conuertitur annus.
Flagitat ecce ſuos genitrix mitiſſima foetus,
Et quos enixa eſt partus iam quaerit alendos,
Priuignaſque rogat proles. date nunc ſua matri
Pignora, tempus adeſt: viridi redimite parentem
Progenie, tu cinge comam, tu digere [y] crines.
Nunc apio viridi criſpetur florida tellus,
Nunc capitis porri [z] longo reſoluta capillo

Laetetur,

t) *paſcens B. R.* u) *cupient I. I. H. A. Gr. G. capiet L.* x) *denubere I. B. R. I. I. Lipſ* y) *diſſere Lipſ. I. B. R. I. I. Gr. G. differere A.* z) *porri* praeter Steph. et Com. omnes.

Crethei, genuit Phryxum et Hellen, ex Nephele vxore. PIVS.

156 NEC PORTITOR HELLES) Hoc eſt, aries, qui Phryxum geſtauit, ſed Hellen pauidulam in mare deiecit, quod a caſu puellae Helleſpontus vocatur; ideo *nec portitor Helles* dicitur, quod eam non transuexit. Ordo autem, *mox vbi portitor Phryxi, nec*, i. e. non autem *Helles*, quia Helle cecidit in mare. *Portitor a portu*, non a *portando*; et qui aliter ſentiunt, parum latine ſentiunt. [Quod quidem multis probauit Pius in annot. poſt. c. 136. Vid. Gruteri Fax Artium Tom. I. pag. 548] PIVS. *Τὸ nec – portitor* ita coniungo, vt *beri ſemper-lenitas*, per Hyphen. Et ſic quoque explicat Gronouius Obſ. 3, 20 qui de verbo *portitoris* copioſus eſt, de quo tamen plura neceſſe non eſt dicere. Caeterum originem huius fabulae, veram ſcilicet hiſtoriam, vnde illa conficta eſt, enarrant Diodorus Siculus lib. 4 p. 250. Palaephatus *περὶ ἀπίστων* c. 31 et Iſac. Tzezes ad Lycophronem v. 22. SCHOETTG. Non videtur inductus Gronouii ſui, quem laudat, rationibus N. Heinſius vti probaret *necportitorem Helles*; ſed nihil tamen mutauit, ad Ouid. Faſt. 4, 715.

158 CVPIET SE NVBERE) V. c. *cupiet denubere*, vel *ſe nubere*. VRSIN.

159 INVIGILATE) Sic Ouidius: *Tempora labuntur, tacitiſque ſeneſcimus annis; Et fugiunt freno non remorante dies.* Ideo inuigilate et date, quod terra poſcit. POMPON.

160 NVLLO SONO CONVERTITVR ANNVS) Eadem ſententia eſt apud Ouidium repetita ſaepiuſcule IV Faſtorum. *Tempora labuntur, tacitiſque ſeneſcimus annis, Et fugiunt freno non remorante dies.* Et X Metam. *Labitur occulte, fallitque volatilis aetas.* Et eadem in illo Iuuenalis Sat. IX *— dum bibimus, dum ſerta, vnguenta, puellas Poſcimus, obrepit non intellecta ſenectus.* BARTHIVS 23, 16.

163 PRIVIGNASQVE ROGAT) Solet ambigi quidem, quid in eo verſiculo ſibi velit Columella. Quod vt intelligas, ſcito *priuignum* eum vocari, qui eſt filius eiusdem matris, ſed non patris. *Vitricus* maritus meae matris, ſed non genitor meus. Sunt etiam relatiua *vitricus* et *priuignus*. Ouidius: *Vitricus et gladiis, et acuta dimicet haſta.* Herbae, quae transferuntur in aliam terram, dicuntur illius priuignae: quoniam transferuntur ex ſinu materno in terram nouercam. Vel ſecundum Aeſopi ſententiam locutus eſt, qui dixit, terram eſſe matrem herbarum, quae ſponte naſcerentur; nouercam vero earum, quae ſeminarentur. Cum igitur hae ferantur, habent terram loco nouercae. PIVS.

163 PRIVIGNAS PROLES) Tales plantas, quae non ſponte naſcuntur in terra, ſed humana opera inde eliciuntur. Aeſopus ad hortulanum: *ἡ γῆ τῶν μὲν αὐτομάτως ἐξ αὐτῆς φυομένων μήτηρ ἐστὶν, ἃ δὲ αὐτὸς ἐμφυτεύεις, τούτων γίνεται μητρυιά.* Auctor Vitae Aeſopi p. 32, 34. SCHOETTG.

165 DIGERE) Bonon. et Gryph. legunt *diſſere*, quod forte eſt pro *diſſice*, de quo vide quae notarunt viri docti ad Iuuencum 2, 628. SCHOETTG. Quin *digerere crines* Pſecadum eſt, hoc eſt ordinare. Ouid. Am. 1, 14, 19 *nondum digeſtis mane capillis.* De arbuſculis Virgilius Ge. 2, 54 et 267.

166 CRISPETVR) A natura apii, quod *criſpum* eſt. *Apium* dicitur ab *apice*, quia antiqui apicem capitis apio coronabant. POMPON.

167 NVNC CAPITIS PORRO) *Porri* duo genera, *ſectiuum* et *capitatum*. Sectiuo vero Caeſar auctoritatem dedit, edens ſingulis diebus cum oleo, pro conſeruanda voce: poſt ſationem deſecatur, vt capite fiat craſſius. Laudatiſſimum in Aegypto: mox Hoſtiae atque Ariciae. Sectiui duo genera: alterum, quo vtuntur medicamentarii:

Laetetur, mollemque ſinum ſtaphylinus [a] inumbret.
Nunc et odoratae peregrino munere plantae
Sicaniis croceae deſcendant montibus Hyblae,
Nataque [aa] iam veniant hilari [b] ſampſuca Canopo,
Et lacrymas imitata tuas, Cinyreia [c] virgo,

Sed

a) *ſtaphilinus* omnes excepto Com. aa) *Natique Ienſ.* b) *hilaro ſenſura L. hilaro* etiam *Ienſ.* c) *cingreia Ienſ. Pol. cinereaq. L. cyrenia B. R. cinereia I. I. H. A. Gr. G. cyncreia* rel.

tarii: alterum, flauidioris folii, cuius ſucco hauſto trium denariorum argenteorum pondere, periit Melas eques Romanus in carcerem detruſus, iuſſu Tiberii Caeſaris. POMPON.

168 STAPHILINVS) *Paſtinacam erraticam* Plinius vocat. POMPON.

169 PEREGRINO MVNERE) Plantentur etiam peregrinae herbae, quas Hybla Siciliae mons nutrit. POMPON.

170 SICANIIS) Siculis. Morgetes Siciliam habitauerunt; inde dicta Sicania Sicilia, et a triangulari forma Trinacria. POMPON.

170 CROCEAE — HYBLAE) a colore florum; ideo in hoc monte apes multae; vnde *mel Hybleum*, vt in Himeto monte Atticae; vnde *mel Atticum* et *Himetium*. POMPON.

171 SAMPSVCA) Sampſucum in Cypro optimum, ſcorpionibus inimicum, ſuccus decocti tormina diſcutit. Diocles hanc herbam *Amaracum* appellat: Aegyptus et Syria *Sanſucum*, ſurculo melius, quam ſemine prouenit. POMPON.

171 CANOPO) Canopum in Aegypto vrbs non longe ab Alexandria: quod ferunt condidiſſe Menelai aurigam *Canobum*; inde mutata littera *Canopum*. Salutaris aëris benignitate homines allicit. POMPON. Vrbs Aegypti eſt, haud procul ab Alexandria, quae ideo *hilaris* dicitur, quia homines ibi ſemper voluptatibus erant dediti. Vide quae notat Cellarius ad Silium Ital. 11, 433. SCHOETTG. De luxurie Canopi ὅλῳ quod aiunt θυλάκῳ Heinſ. ad Ouid. am. 2, 13, 7.

172 LACRIMAS IMITATA TVAS) De myrrha herbae capiunt, perperam. De ſmyrnio intelligit Coſumella, quod *olus atrum* quidam eſſe volunt, Graecorum ἱπποσέλινον, alii ſeparant. Haec Salmaſius ad Solinum c. 33 p. 367, 368. Lacrimam ex ſmyrnio myrrhae ſimilem colligebant, quam quidem pro mera myrrha habuere, imo ipſa myrrhae ſtacte meliorem, vt aſſerit Columella. Idem ad c. 56 p. 895. Vide eundem de homonymis hyles iatricae c. 16. SCHOETTG. Add. Io. Rhod. ad Scribo. Larg. comp. 126 p. 200.

172 CYNEREIA VIRGO) *Cyrene* ſiue *Cyrenia* virgo fuit: filia Penei regis Arcadiae, quam rapuit Apollo in monte Pelio, et in Africam, quae vergit in Aegyptum, tranſtulit: ex qua filios ſuſcepit quatuor, Ariſteum, Nomium, Anteum, Argum. Ab hac vrbs Cyrene dicta: quam perdidit Battus Cyrni filius Theſſalus. Herodotus vero dicit, Battum miſcuiſſe ſe Cyreneis. Battus pater Archeſilai, qui ex Phryxi vxore alium creat Battum. Battum vero Cyrini filium non dicit Herodotus, ſed Polymneſti ex nympha Etheara regis filia, eiecta in mare, odio nouercali: quae peruenit ad Inſulam Teream, cuius erat rex Polymneſtus. Cyrnus rex Corſicae fuit, quae Cyrna ab eo dicta, fuit prius Teranne nominata, quia Terannei Theſſaliae habitauerunt. Nunc loquitur de Cynara regis Thraciae conuerſa in florem lacrymando; vt ex lacrymis Helenae nata herba, quam appellant helenium. Ordo ſic eſt: Ponatur in hortis herba nata ex lacrymis Cyrnae, quae eſt imitata lacrymas tuas, o Cyrenia ſiue Cyrene. Murrha vel Myrrha filia fuit Cynarae regis Cypri, et conuerſa in herbam. Cynaras filius fuit Paphi, qui Cypri vrbem Paphum condidit. Haec herba ab aliis, vt Plinius ait, *Smirna* vocatur, et eſt ſimilis cicutae, ſed flore ac foliis minor, cibo non inſuauis: cum vino menſtrua et partus cit. Laudatiſſima in Achaia. POMPON. Si ſequimur codicem inuulgatum, per *Cyreniam virginem* ſilphium intelligemus, quod delacrymat maguderi ſiue laſer. Nam traditur Cyrenem filiam Penei raptam ab Apolline delatam in Africam nomen Cyrenaicae regioni dediſſe, vbi multum ſilphium naſcebatur. Sed ne ſic intelligamus, duo obſtant: quod Silphium in Italia minime naſcitur, cui Italiae praecepta tamen canit Columella. Adde quod *Cyrenia* Adiectiuum pro nomine proprio non poneretur: *Cyrene* namque ſcribere debuiſſet. Haec omnia inuitant me, vt Cynareia virgo ſcribam: vt intelligam de myrrha herba, quae guſtu imitatur ſuccum myrrhae arboris. Scimus enim Cynarae regis filiam fuiſſe Myrrham, et cum patre concubuiſſe, ab eoque profugientem verſam fuiſſe in hanc arborem myrrham. De qua nos in commentariis Plautinis multa. Fulgentius Mythol. 3. *Myrrha genus eſt arboris, de qua ſuccus ipſe exſudat. Haec patrem adamaſſe dicitur. Iſtae enim arbores in India ſunt, quae ſolis caloribus cremantur; et quia patrem omnium rerum ſolem eſſe dicebant, (cuius opitulatu cuncta germinum adoleſcit natiuitas) ideo et patrem amaſſe dicitur. Dumque grandioris fuerit roboris, ſolis ardoribus crepans rhagades efficit, per quas ſuccum deſudat, quod myrrha dicitur: et redolentibus lacrymoſa guttulis fletus ſuauis ſciſſuris hiantibus iaculatur. Vnde Adonem genuiſſe fertur. Adon Graece ſuauitas dicitur.* Sed, vt

diximus,

Sed melior stactis ponatur Achaica myrrha:
Et male damnati moesto qui sanguine surgunt
Aeacii [d] flores, immortalesque amaranti [e],
Et quos mille parit diues natura colores,
Disponat plantis olitor, quos semine seuit.
Nunc veniat quamuis oculis inimica corامble [f],

Iamque

d) *Eacii I. B. R. Aracii L. Aiacis* al. teste *Schoettg.* e) *amaranthi* fere om. *I. B. R. I. I. H. A. Gr. G. St.* f) *coramne P. coranne Lips.*

diximus, hic de myrrha herba, non arbore intelligitur, de qua herba Plinius 19 *Panax piperis saporem reddit, et magis etiam siliquastrum, ob id piperitidis nomine accepto. Libanotis odorem thuris, myrrha myrrhae.* Si quis tamen pertinacius de laserpitio vellet hic mentionem haberi, legat non *Cyrenia virgo* sed *Cyrenia virga.* Laserpitium namque caule ferulaceo crescit. Nam tradit Plinius in Cyrenaica prouincia fuisse repertum *Silphium.* Melius tamen intelligetur de myrrha: et carmen sequens ad maiorem explicationem insertum ad eandem rem referetur. PIVS. Myrrhae fabula exstat apud Ouidium Metam. 10, 298 sq. Idem mutato parentum nomine narrat Antonius Liberalis fab. 34. SCHOETTG.

173 ACHAICA MYRRHA) Τὸ σμύρνιον ita vocat, quod in Graecia nascatur. Dioscoride vero teste prouenit in Boeotia, quae etiam Achaiae nomine cum adiacentibus regionibus venit. Vide Cuperum in epistola ad Constant. Hugenium quam profert Columbus ad Lactantium de M. P. c. 50. SCHOETTG.

174 ET MALE DAMNATI) Duplex de hoc fabula. Altera, quae sanguine Aiacis hunc florem asserit editum, cuius et nomen foliis inscriptum refert. Altera, quae notas esse luctus narrat, ob Hyacinthi interitum, dilecti Apollini pueri. Αἶ αἶ lugentium propriae syllabae. Vnde αἰάζειν. Sed et primam syllabam designant Aiacis nominis, qui Graecis Αἴας. Inde illi versus: *Litera communis mediis puero que viroque Inscripta est foliis, haec nominis, illa querelae.* Haec nominis Αἴαντος, illa querelae αἶ αἶ ob interfectum puerum Phoebo amatum. Hoc est quod Plinius scripsit ex nostra emendatione: *Hyacinthum comitatur fabula duplex, luctum referens eius, quem Apollo dilexerat, aut ex Aiacis cruore edens.* Haec Salmasius ad Solinum c. 55 p. 860. SCHOETTG.

175 AEACII FLORES) *Ex cruore caesi Aiacis statim dicitur nata herba hyacinthus,* Plinius ait. Haec herba mulieribus medetur. Iupiter ex Aegina Aesopi filia genuit Aeacum: Aeacus genuit Peleum, Telamonem, Phocum: Telamon Aiacem. Aeacii igitur flores, a proauo Aeaco. POMPON. *Aeacidae* legendum praeclare vidit N. Heins. ad Ouid. Met. 10, 215. Nimirum Telamonis pater fuit Aeacus, filius Aiax.

175 AMARANTHI) *Amaranthus* nomine ipso nunquam inarescit, i. e. semper viuens. Sed alia est herba, quae a nobis semper viua dicitur. Amarantho vero spica rubicunda potius, quam flos, nullius odoris. Alexandrino palma datur: qui si in principio autumni decerpatur, hyemales coronas complet. POMPON.

178 NVNC VENIAT) De lactucis incipit loqui, quae adeo gratae, vt quosdam ciues Lactucinos in Valeria gente ab se nominauerint. Apud antiquos vnum genus lactucarum fuit, quod a copia lactis appellauere lactucam: hoc praecipue somnum facit. Quidam fecere tria genera, vnum, angustis foliis: alterum, rotundi caulis; tertium, sessile, Laconicum vocant. Alii colores et temporis et satus discreuere. Nigra Ianuario seritur; alba Martio; rubens Aprili. Est etiam purpurea lactuca, quam Caeciliam vocant. Rotunda vero et foliis latis Veneri refragatur: ideo Eunuchum vocant. Omnis lactuca refrigeratiua est natura, aestate grata stomacho. Hac conseruatus fuit Diuus Augustus [*ridicule in Ascensiana legitur* Augustinus] aegritudine, consilio et auctoritate Antonii Musae Medici. Lactuca fastidium aufert, appetitum cit. Columella nunc haec genera facit, et rubicundam et fuscam caeciliam vocat: pallidam et spissis foliis Cappadocam: albicantibus foliis Tartesida siue Gaditanam, Punicam et abundantis lactis Paphiam. Haec sola fuit apud antiquos Italos. Caecilia seritur Ianuario, Cappadoca Februario, Tartessis Martio, Paphia Aprili. Caecilia a ciue Caecilio dicta. Cappadocia prouincia in Asia, proxima Bithyniae. Tartessus vrbs fuit in littore prope Gades, vnde familia Columellae emanauit. Locus hoc nomen accepit a Tartaro, vt meminit Strabo, propter subterraneas illic cauernas. Ex hoc Homerus vnum os inferni constituere videtur. Cypros insula in mari Pamphylio, vbi est vrbs Paphos dicata Veneri, de qua paullo ante diximus. Decimoquinto Cal. Ian. aquarius incipit exoriri, XVII Cal. Feb. sol ingreditur aquarium; Aquarius Ganymedes est, qui pocula Diis subministrat. Per hunc Ianuarium intelligimus: POMPON. Quis non haesit illi quoque scopulo, quem vellicantibus omnibus per Moderati lacteam vbertatem assert hic versus? De *Cramble* nihil adhuc reperi: et mendosum codicem puto. Quid si legas χαμαίδρυς hoc est *chamaedrys,*

quae

Iamque salutari properet lactuca sopore [g],
Tristia quae releuat longi fastidia morbi.
Altera crebra viret, fusco nitet altera crine,
Vtraque Caecilii [h] de nomine dicta Metelli.
Tertia, quae spisso, sed puro vertice pallet,
Haec sua Cappadocae [i] seruat cognomina gentis.

Et

g) *sapore* omn. h) *cecilii I. B. R.* i) *capadocae B. R.*

quae et *chamaedrops* et *linodrys*. Romanis tripsago [f. trisfago] dicitur minor. Vel legendum erit in Columella: *Corymbis* aut *Corymbe*: haec a Graecis appellatur *lychnis, coronaria*, h. e. στεφανωματική, ab aliis *athanatos*, ab aliis *acylonion*, ab aliis *ballarion*, ab aliis *gerantopodion*, ab aliis *baurion*, ab aliis *sceptrum*. Aegyptii *semeon*, Romani *genicularem* appellant. Flos est similis leucoio, coronis aptior. Semen cum vino percussis a scorpione prodest. Forte *oculis* esse *inimica* dicitur, quoniam igneo est aspectu, autore Dioscoride, positaque in coronis oculos reuerberat, aspectum retundit et hebetat. Quid si *corymbe* legas, et intelligas de racemis ferulae. Propter haec Plinius scripsit lib. 19 *Ferulae duo genera in peregrinis fruticibus diximus. Semen eius in Italia cibus est. Conditur quippe duratque in vrceis vel anni spatio. Duo eius genera; caules et racemi: Corymbiam hanc vocant, corymbosque, quos condiunt.* Omnino hic *Corymbe* vel *corymbis* legendum est: quippe quod maxime Iunii sententiae congruit, ferulae grana et caules, quos tum Corymbos, tum Corymbiam vocant, facici nocere et esse venenum. Hoc vt sentiam, faciunt Pliniana verba lib. 13 *Semen ferulae thapsiam quidam vocauere, decepti eo, quoniam ferula sine dubio est thapsia, sed sui generis, foliis foeniculi, inani caule, nec excedente baculi longitudinem, semen quale ferulae, radix candida, lacte manat, et contusa succo abdicat omnia venenata. Quippe etiam fodientibus nocet, si minima adspiret aura, intumescunt corpora, faciemque inuadunt ignes sacri.* Hactenus ille. Quod si faciem tam diro veneno dehonestat et inuadit, quid illam oculo magis passibili facturam credemus? Nec obstat, quod thapsia et ferula distent aliquo modo: nam paruum discrimen inter vtramque est, nec maius, quam inter Socratem et Platonem, qui cum sint diuersi in numero, tamen conueniunt in homine h. e. in specie. PIVS. Quid per *Corامblen* Moderatus innui velit, non facile, vt opinor, inuenies, qui tibi exponant. Nos *brassicam*, quae et *caulis* dicitur, designari ex Aristophanis in Hippes commentario reperimus, cuius haec sunt verba quam pulcherrima, sic a nobis in latinum translata: *Crambe apud antiquos Coramble* διὰ τὸ τὰς κόρας βλάπτειν id est, *quod noceat oculis appellata: quam ex Lycurgi oculis natam ferunt. Hunc enim Bacchus extimescens vitibus ligatum ac collacbrymantem proiecit in mare. Ex cuius lacryma caulis est natus. Proinde factum aiunt; vt vitis et brassica ἀντίπαθος, id est, contrariam in se vim habeant. Credunt namque agricolarum filii, vitem, cui appensa fuerit brassicae radix, sterilescere: atque eam ob rem brassica primum in symposio exhiberi, et ab Aegyptiis elixa ante alios cibos comedi solita, vt ebrietatem moderetur.* Haec ille, quorum maxima pars etiam a Suida recitatur. Et paullo post: *Sane brassicam visum hebetare, etiam Galenus, Auicenna, Dioscoridesque testantur, ebrietatem inhibere idem Auicenna, Suidas, Cato: licet Dioscorides Babylonicum tantum caulem ebrietati contrarium esse videatur sentire.* Haec IACOBVS CONSTANTIVS FANENSIS, relata inter Pomponiana commentaria ab Ascensio, ex ipsius annotationum cap. 14 ibidemque ait plura scitu digna de raphano caule et brassica.

178 CORAMBLE) Parrhasius epist. 13, et Salmasius de homonymis hyles iatricae c. 30, *coramblen* crambes genus statuunt. Suidas: Κράμβη, οἷον κοράμβλη τις οὖσα, ἡ ἀμβλύνουσα τὸ διορατικόν. SCHOETTG.

179 IAMQVE SALVTARI) Olim excusi omnes, *sapore*, mendose, vt patet. Quis enim tam imperitus harum rerum, vt non videat *sopore* legendum esse? VICTORIVS. Videtur legendum, *sopore*. F. VRSINVS. Nescio casu an studio pro *properet* excusum sit *propter* apud Vrsinum, cum hunc versum refert.

180 TRISTIA QVAE RELEVAT) Videtur legendum, *releuet*. VRSIN.

181 ALTERA CREBRA VIRET) An *altera crispa viret?* Quod explanauit 11, 3, 26 *sunt autem*, inquit, *complura lactucae genera, quae suo quoque tempore seri oportet: earum quae fusci et veluti purpurei, aut etiam viridis coloris, et crispi folii vt Caeciliana, mense Ianuario recte disseritur.* Sunt enim hae Caecilianae: *Vtraque Caecilii de nomine dicta Metelli.* Id etiam Plin. 19, 8 asserit: *Et ecce cum maxime coepit irrepere satiuis* (lactucis) *admodum probata, quae Caecilia vocatur, folio Cappadocae, nisi crispum latiusque esset.* PONTED.

185 ET MEA) scil. lactucae species, quam ego, quia patriae meae familiaris est, bene noui, vel libenter comedere soleo. SCHOETTG.

185 GADES) Inde ortus est Columella, quod etiam ex aliis Nostri locis constat. Nec tamen ex hoc solo loco id adfirmare poteris, quod

Et mea, quam generant Tarteſi [k] littore Gades,
Candida vibrato diſcrimine, candida thyrſo [l] eſt.
Cypros item Paphio, quam pingui nutrit in aruo
Punicea depexa coma, ſed lactea crure [m] eſt.
Quot facies, totidem ſunt tempora quamque ferendi.
Caeciliam [n] primo deponit Aquarius anno,
Cappadocamque [o] premit ferali menſe lupercus.
Tuque tuis Mauors Tarteſida pange Calendis [p],
Tuque ſuis Paphien [q] iterum iam pange Calendis,
Dum cupit [r], et cupidae quaerit ſe iungere matri,
Et mater facili molliſſima [s] ſubiacet aruo.
Ingenera, nunc ſunt genitalia tempora mundi:
Nunc amor ad coitus properat, nunc ſpiritus orbis

Baccha-

k) *Tarthesi I. I. H. A. Gr. G. St. Tartiſi L.* l) *turſo I. B. R. tyrſo H. A. G.* m) *curae I. B. R. crura P.* n) *Ceciliam I. B. R.* o) *Capadocamque I. B. R.* p) *Kalendis Ienſ.* q) *Paphiem R.* r) *capit L.* s) *moliſſima A.*

quod fecit Ludouicus Nonius Hiſpaniae c. 9. SCHOETTG.

186 VIBRATO DISCRIMINE) *Diſcrimen* ſimpliciter hic verticem notat, vbi diſcrimen capillorum ſolet eſſe Ouid. Art. 2, 303 *Compoſitum diſcrimen erit; diſcrimina lauda. Vibratum* eſt ex eadem diſciplina; vt *vibratas calido ferro crines* dixit Virg. 12, 100, vbi ſimilia Plinii et Arnobii laudat la Cerda. *Thyrſum* eſſe, quod paullo poſt *crus* vocat, h. e. caulem, monere nihil attinet. Caeterum vide de hac lactuca Col. 11, 3, 26.

187 CYPROS ITEM) *Paphie* legendum videtur VRSINO, quod vel verum eſſe puto vel vero ſimillimum. Idem hunc verſum laudat, quaſi legeretur *iam*, vbi nos *item*. De hac Col. l. c. ſ. 27. *Eſt et Cyprii generis ex albo rubicunda.* Mentio vtriusque generis recurrit verſu 370.

188 DEPEXA) Etiam in proſa 11, 3, 26 *pexum folium* tribuit lactucae Cappadociae.

190 PRIMO – ANNO) quia Ianuarius anni initium. POMPON.

191 LVPERCVS) Lupercalia fiebant menſe Febr. ſacra Panis Lycei Arcadici. *Lupercus* dictus a Lyceo, quia λύκος lupus eſt: vel *luendo*; quia tunc luebatur, i. e. purgabatur per caprum. Nudi enim ſacerdotes luperci currendo luſtrabant ciuitatem, et verberabant praegnantium manus mulierum, vt facilioris eſſent partus, zonis ex corio capri. *Menſe ferali*, quia menſe Febr. fiebant parentalia i. e. ſacrificia inferis Diis, quae feralia dicuntur ſacrificia inferorum: hinc dicitur menſis *februarius*. Sabini dicunt *februum*, id eſt purgamentum: et *februare*, purgare, vt legitur in antiquitatum libris, vel a februario die, quo ciuitas Lupercis luſtrabatur, vt ſcribit Varro. *Martius* a *Marte* nomen habet. *Aprilis* a *Venere*, quae Paphia dicta eſt. Venus nata fuit a ſpuma maris, id eſt *aphrodite*. Sed melius *Aprilis* ab *aperiendo*. POMPON. *Feralis*, a *feru* quam antiqui mortem dixerunt. Meurſius de funere c. 1. Farnabius ad Senecam Herc. Fur. v. 1146. *Februali* mauult legere Fruterius Veriſim. 2, 19. Sed lectio noſtra ab omnibus codicibus approbata, non eſt repudianda. SCHOETTG. In Kalendariis veteribus tantum non omnibus, quae ſuperſunt, expreſſa *feralium* et *lupercalium* mentio menſe Februario. Nec aliter Ouidius, niſi quod *feralia* prima ſyllaba correpta effert 2, 569 et aliunde arceſſit.

193 TVQVE SVIS PAPHIEN) Elumbis verſus et indignus elegantia Columellae, qui forte ſcripſit: *Tuque tuis Paphien, Paphie, depange Kalendis.* Tu *Paphie* vel Paphia Venus, *pange Paphien* lactucam TVIS *Kalendis* h. e. Aprilis. Repetitio vocis Paphie fecit, vt aliquis, ne deciperetur lector deſcriptorue, adſcriberet *iterum*: quod deinde extruſit ipſam vocem, cuius ſeruandae cauſa adſcriptum fuerat.

196 INGENERA) Deſcribit vernum tempus, quod genitale animantibus, herbis, eſt et Diis: hoc etiam tempore coelum incipit luxuriare ac mare. POMPON.

197 NVNC AMOR) Confer cum his deſcriptiones veris poëticas, quae extant apud Lucretium princ. lib. 1. Virgilium Ge. 1, 43, it. 2, 323 Ouidium Faſt. 1, 151 et Auctorem peruigilii Veneris. Caeterum de deſiderio quod terra ad coitum habet, ita loquitur Plinius H. N. 17, 19 *Neque enim animalium tantum eſt ad coitus auiditas, ſed multo maior eſt terrae ac ſatorum omnium libido: qua tempeſtiue vti, plurimum intereſt conceptus. Peculiare vtique in inſitis, cum ſit mutua cupiditas vtrinque coeundi.* SCHOETTG.

198 BACCHA-

Bacchatur [t] Veneri [u], ſtimuliſque cupidinis actus
Ipſe ſuas adamat partes, et foetibus implet.
Nunc pater aequoreus, nunc et regnator aquarum,
Ille ſuam Tethyn [x], hic pellicit [y] Amphitriten [z]:
Et iam caeruleos partus enixa marito
Vtraque nunc referat [a], pontumque natantibus implet.
Maximus ipſe Deum poſito iam fulmine fallax
Acriſioneos [b] veteres imitatur amores,
Inque ſinus matris violento depluit [c] imbre.
Nec genitrix nati nunc aſpernatur amorem,
Sed patitur nexus flammata cupidine tellus.
Hinc maria, hinc montes, hinc totus denique mundus
Ver agit: hinc hominum, pecudum, volucrumque cupido,
Atque amor igneſcit menti, ſaeuitque medullis,
Dum ſatiata Venus foecundos compleat artus,
Et generet varias ſoboles, ſemperque frequentet
Prole noua mundum, vacuo ne torpeat aeuo.
Sed quid ego infreno [d] volitare per aethera curſu
Paſſus equos audax ſublimi tramite raptos [e]?

Iſta

t) *Baccatur I. B. R.* u) *Veneris Vrſ.* x) *thetin I. B. R.* y) *polluit L.* z) *Amphitritem Gr. amphieriten I. B. R.* a) *referat B. R.* b) *Acriſionaeos H.* c) *defluit L. I. B. R.* d) *infraeno Gryph.* e) Quid ſi *raptor?*

198 BACCHATVR VENERI) Videtur legendum, *Veneris.* F. VRSIN. Retinemus lectionem vulgatam, hoc ſenſu: Tota mundi anima iam nihil aliud poteſt, quam generare et gignere. SCHOETTG.

200 PATER AEQVOREVS) Oceanus, cuius vxor Thetys. Iſaacus Voſſius ad Catullum p. 73. SCHOETTG. Ouid. Faſt. 5, 81 *Duxerat Oceanus quondam Titanida Thetyn.*

200 REGNATOR AQVARVM) i. e. Neptunus, cuius vxor Amphitrite: quae diu reluctata eſt fugiens toros, vt virginitatem ſeruaret. Tandem Neptunus Delphinum miſit, qui diu nauigando peruenit ad puellam, cui perſuaſit nuptias; quare Delphinum Neptunus inter aſtra collocauit, et vere mare implet nymphis natantibus. Iupiter etiam ſuſcitat ignes amoris in Danaën filiam Acriſii, qua potitus fuit, in aurum liquefactum verſus. POMPON.

201 PELLICIT) Lipſ. et Iſ. Voſſius legunt, *polluit*, quod eſt a ſciolo quodam monacho, qui omnes concubitus, ſiue legitimos, ſiue minus, pollutiones dixit. SCHOETTG.

203 RESERAT) *Reſerare* eſt reducere, reſtituere, quod clauſum obſcurumque erat luci reddere. Valerius Flaccus lib. 1 *Emicuit reſerata dies, coelumque reſoluit Arcus, et in ſummos redierunt nubila montes.* Lucretium imitatus eſt: *Et reſerata viget genitabilis aura Fauoni.* Sic etiam Sedulius, vt eum his iungam, libro III *Clara renaſcentis reſerat ſpiramina lucis.* BARTHIVS 33, 3. Adde Interpp. Dictyos Cretenſis ad 1, 22.

203 NATANTIBVS) piſcibus. Virgilius Georg. 3, 541 *Iam maris immenſi prolem et genus omne natantum.* Similia exempla de aliis animalibus, vt epitheton pro ſubſtantiuo ponatur, habet Barthius Adu. 20, 19. SCHOETTG.

205 ACRISIONEOS) Nomen declinatum ab *Acriſione*, patronymicum nomen ab *Acriſio* i. e. Danae filia Acriſii. POMPON.

206 INQVE SINVS MATRIS) Frequens poëtis eſt, vt Iouem patrem, terrae vero ſinum per pluuiam foecundatum, matrem vocent. Lucretius 1, 251 --- *vbi eos* (imbres) *pater aether In gremium matris terrai praecipitauit.* Auctor Peruigilii Veneris, prout emendat Riuinus, v. 4 *Et nemus zonam reſoluit de maritis imbribus.* Et v. 58 *In ſinum maritus imber fluxit almae coniugis, Vtque foetus mixtus omnes aleret magno corpore.* Venus apud Statium Silu. 1, 2, 185 --- *ipſum in connubia terrae Aethera* (*cum pluuiis rareſcunt nubila*) *ſoluo.* SCHOETTG.

208 NEXVS) Notat arctum aliquod vinculum inter duas perſonas, quale eſt coniugale, vt hoc loco, vel amicorum, vt oſtendit Barthius ad Claud. p. 1236. SCHOETTG.

215 SED QVID EGO) Dicit haec canenda eſſe a poëta, cui mera laurus frontem cingit. Laurus dicata Phoebo, vel quod fulmine non tangatur, vel quod Daphne prima amata a Phoebo in laurum ſit mutata. POMPON.

Ista canat maiore [f] deo, quem Delphica laurus
Impulit, et rerum causas, et sacra mouentem
Orgia [g] naturae, secretaque foedera [h] caeli.
Extimulet vatem per Dindyma [i] castra [k] Cybelles,
Perque Cithaeronem [l], Nysaeaque [m] per iuga Bacchi,
Per sua Parnassi [n], per [o] amica silentia Musis
Pierii nemoris, Bacchea voce frementem
Delie [p] te Paean, et te [q] euie euie Paean.
Me mea Calliope cura [r] leuiore vagantem
Iam reuocat, paruoque iubet decurrere gyro,

Et

f) *maiore I. B. R. I. I. H. A. G. maiora* rel. g) *Orgya I. B. R.* h) *faedera B.* i) *Didyma I. B. R.* et *Heins. ad Ouid. A. A.* 1, 593. k) *casta* coni. *Vrsin.* et *Heins.* l) *Citheronem I. B. I. I. H. A. Gr. G. citeronem R.* m) *nyseia I. B. R. Nyseraq. L. Nysaeaque* reliqui praeter Gryph. et Com. n) *Parnasi I. B. R.* et *Heins.* o) *pernica* ant. (fortasse per amica) *Polit. per omissa* reliqui excepto Com. *Amica* etiam *Vict.* in emendandis. p) *Deliae I. B. R.* q) *byie ebyie paeu a. P. cbye ecbyre paen L.* r) *curauerit ore a. P.*

217 MAIORE DEO) Ita legit, qui haec citat Barthius Adu. 56, 2 et ita quoque in margine suo volebat Daumius. Ego ita interpretor: *Ista* canat talis Poëta, quem Delphica *laurus* impulit maiore Deo, i. e. maiore Apollinis ad Poesin auxilio. SCHOETTG. Etiam BVCHNERVS notarat legendum *maiore*.

219 FOEDERA COELI) Ita naturae foedus noster commemorat li. 1 praef. s. 8 Vid. Boeth. Fannius de ponderibus v. 15 — *non omnia foedere certo Naturae, sed lege valent hominumque repertis.* Virg. Ge. 1, 60.

220 EXSTIMVLET) Hos versus, quos mendosissimos vocat, ita scribendos ait Heins. ad Ouid. A. A. 1, 563.

Exstimulet vatem per Dindyma casta Cybebes
Perque Cithaeronem, Nyseia per iuga Bacchi,
Per sua Parnasi, per amica silentia musis
Pierii nemoris Bacchea voce frementem,
Delie io Paean; teque Euie Euoë Euan.

220 DINDYMA) Dindymus mons Phrygiae, in quo Cybeles sacra fiebant: et dicimus numero plurali Dindyma. Parnassus mons, qui Phocidem bipertitam facit incumbentem Boeotiae. Sub Parnasso habitauerunt populi Hiantes: vnde aquae Parnassi fontis, hiantida dicuntur. Musis sacer: in quo surgunt duo colles. Alter dicitur Citheron Phoebo, alter Nisa Baccho dicatus. In eo vallis Pyrene, vbi sunt silentia musarum. Hic sunt antra mansiones Poëtarum, in quibus ignem pro fomento faciebant. Vnde a fumo pallida Pyrene fiebat. Sic Poetae pallidam Pyrenem dicunt. POMPON.

220 CYBELLES) Corybantes in Ida monte Phrygiae saltando et cantando sacra Cybeles faciebant, et sacerdotes excisis testibus degebant. Iupiter ex Electra genuit in Samothrace insula Iasium, Dardanum et Cybelem. Quem sacrificii morem, vt Archigalli nunc faciunt, Electra mater docuit. Iasius vxorem duxit Cybelem, ex qua suscepit Corybantum. Corybantus edoctus a matre in Phrygiam ad patruum Dardanum transiit, et in Ida persedit, multosque talia sacra edocuit quos a nomine suo *Corybantes* appellauit. POMPON.

221 NYSEAQVE) Nysa vrbs in Africa, vbi natus Bacchus, qui Dionysius est dictus, i. e. filius Iouis et Nysae. Alia Nisa vrbs in prima India, quam victor Indorum Bacchus condidit. POMPON.

222 SILENTIA) quia nemus illic ingens est. Sub Parnasso fons est Castalius, et Delphi liberum oppidum Oraculo Apollinis insigne. Et alii hic versus Atticam fontes, Hippocrene et Aganippe. Et in Attica regione saltus Citheron ostenditur. POMPON.

222 PER AMICA SILENTIA) Felix Politiani coniectura. παρῳδεῖ illud poëtae *per amica silentia lunae.*

223 PIERII) Filiae Pieri regis certauerunt cum Musis cantu, et cum essent victae, ab eis victrices Musae nomen acceperunt, et dictae Pierides, vt Ouidius indicat. Inde quaecunque Musarum sunt, Pieria dicuntur. POMPON.

224 PAEAN) dictus est Phoebus. *Delius* vocatur a Delo insula in mari Aegeo; a Cyntho monte eius *Cynthius.* In ea celebre templum et larius fuit Apollinis emaratii, [Apolline opus est ad *larii* et *emaratii* portenta procuranda] a quo totius insulae fama emanabat. Aristoteles dicit insulam appellatam, quia repente apparuit. δηλόω i. e. manifesto, quia manifesta fuit. Hic nati Diana et Apollo. Saepenumero concutitur. Alii Ortigiam, alii Cinetum, alii Asteriam, alii Cinthiam dixerunt. Multa de hac M. Varro et Mutianus et Plinius. Incunabula vero docet Strabo. Teium vrbs in Paphlagonia, vt Sallustius scribit: in hac ortus fuit Anacreon, vt Pomponius meminit. Et Ouidius sic ait: *Quid nisi cum musto venerem perfundere vino Praecepit*

Lyrici

Et fecum gracili connectere carmina filo,
Quae canat inter opus musa [s] modulante [t] putator
Pendulus arbustis, olitor viridantibus hortis.
Quare age quod sequitur, paruo discrimine fulci
Spargantur caecis nasturcia dira colubris,
Indomito male sana cibo quas educat aluus [u],
Et satureia thymi referens thymbraeque saporem,
Et tenero cucumis, fragilique cucurbita collo.
Hispida ponatur cinara, quae dulcis Iaccho [x]

Potanti

s) *musas I. B. R.* t) *modolante R.* u) *aluos* omnes praeter H. C. et *Vict.* in calce *Gryph.* 1541. x) *iacho I. B. R.*

Lyrici Teia Musa senis. In hac vrbe templum Apollinis fuit, vnde Teius dictus Apollo. Chios insula in mari Pamphilio olim dicta Aetholia. Cleobulus Chium appellat a Chione Nympha. Macchareus Lesti rex primus coloniam in Chium duxit, cui filium praefecit. In hac templum Apollinis. Vnde Chius Apollo. POMPON. Heins. ad Ouid. A. A. 1, 593 hunc versum sic constituit: *Delie io Paean, teque Euie, Euoë Euan.*

227 GRACILI FILO) BVCHNERVS adscripsit versum Ennii apud Nonium, *Deducam gladios habiles filo gracilento.* De hac significatione *fili* egisse monet SCHOETTGENIVS Barthium ad Nemes. 2, 11.

228 QVAE CANAT INTER OPVS) Rustici labores olim suos agrestibus cantionibus solebant demulcere et solari, vt loquitur Virgilius. Ergo vinitores et putatores habebant peculiaria carmina, quae suo labori erant accommodata. Anacreon Oda 52 *Τὸν μελανοχρῶτα βότρυν Ταλάροις φέροντες ἄνδρες Μετὰ παρθένων ἐπ' ὤμων, Κατὰ ληνὸν δὲ βαλόντες Μόνον ἄρσενες πατοῦσι Σταφυλὴν, λύοντες οἶνον, Μέγα τὸν Θεὸν κροτοῦντες Ἐπιληνίοισιν ὕμνοις.* Vbi vide, quae notat Barnesius. Tale quid quoque in populo Dei obseruatum fuisse docent loca Ies. 16, 10 et Ierem. 48, 33 Adde Iungermannum ad Longi *ποιμενικὰ* li. 2. p. 214, 215. SCHOETTG.

228 PVTATOR) Affinis illi *frondatori* Virgiliano *alta sub rupe canenti.* ecl. 1, 57.

229 PENDVLVS ARBVSTIS) Vites enim ita altis populis maritatae alicubi v. g. in Campania apud Plin. 14, 1 f. 3 *vt vindemiator auctoratus rogum ac tumulum excipiat.* Hic, qui opus facit, *pendulus* est.

231 NASTVRCIA) *Nasturcium* a *narium torsione* appellatur, serpentibus aduersatur, et illis, qui humiditate fere coeci erumpunt e terra: *Coluber* serpens est. POMPON.

232 QVAS EDVCAT ALVVS) Ita castigaui: appellauit autem hic Columella coecos colubros, ventris lumbricos, non angues: ne quis autem falleretur, aperuit quos colubros intelligeret. Dioscorides etiam nasturtium pellere ipsos tradidit. *Aluos* pro *Aluus*, scriptum erat: vt equos, auos, saepe in vetustis monimentis nominandi casu. VICTOR. Videtur legendum *aluus.* VRSIN. Etiam qui *aluos* scripsit primus, nominandi casu accepisse videtur. Explicatio colubrorum Victoriana eo certior, quod *coeci* dicuntur h. e. latentes, occulti et morborum ita causa, donec cogniti eiiciantur. add. Cl. Morg. I, 56.

233 SATVREIA) Aliqui *satureiam tymbram* dixerunt: vnde tymbreus Apollo. Similis est thymo falso. Aliqui existimant non nasci nisi prope littus. Vsus eius, si parcus, prodest propter calidam naturam: si multus, nocet: raroque mensis apponitur. POMPON.

233 ET SATVREIA THYMI) *Thymus* in condimentario tantum genere erat, quo et sales condiebant. *Thymbra* vero non ad condimenta, sed ad cibos adhibita est, et praecipue a rusticis. Vnde Attici rusticos populares suos *θυμβροφάγους* et *θυμβρεπιδείπνους* ioco vocabant. Eius vero species latinis erat *Satureia*, a *saturando* dicta, quod eadem saturarentur. Haec multis verbis Salmasius ad Solin. c. 56 p. 907. SCHOETTG.

235 CINARA) Cinara gratum olus est, et hoc sortitum nomen, quod cineribus gaudet: aliud enim stercus non cupit. Potionibus grata, ideo vocem strangulat, quia corpus enerue reddit. Haecque ad similitudinem hederae corymbos nutrit. Reliqua eius natura carminibus facile colligitur. POMPON. Insulsissimus interpres Pseudo-Pomponius, non enim ausim credere, talem mentem in haec errata incidisse, *cinaram* vocari tradit, quod gaudet *cineribus*, cum, si inde etymon haberet, deberet *cinera* non *cinara* vocari. Sed hunc interpretem in errorem traxerunt haec verba Columellae li. 12. *Cinarae* (sic enim apud Columellam lege, non *cinerae*) *sobolem melius per autumni aequinoctium disponimus, semen commodius circa Calend. Martii seremus eiusque plantam circa Cal. Nouembr. reprimemus, et multo stercorabimus cinere: id enim stercoris genus huic oleri videtur aptissimum.* Non vidit hic *ἄμουσος* interpres, *Cinaram* graecam esse dictionem: nominaque in [f. *ex*] Graecis detorta latinam etymologiam non admittere, hinc legendum

Potanti veniat, nec Phoebo grata canenti.
Haec modo purpureo surgit glomerata corymbo [y],
Myrtiolo [z] modo crine viret, deflexaque collo
Nunc adoperta [a] manet, nunc pinea vertice pungit [b],

Nunc

y) *corimbo I. B. R.* z) *murteolo L.* a) *adoperta L.* b) *pingit I. B. R.*

legendum *Cinare*, vt *Penelope*. Sed de carduo nunc fit mentio a Iunio: in quo mihi applaudere possum ex graeca doctrina tanquam e Pharo lucem literatis omnibus et cum luce portum veritatis aperuisse. Quod *cinara* sit carduus, docet Dioscorides li. 3. tradens Achantaleucen Romanos spinam albam et carduum rhamptarium, quem Graeci vocant *ἀγριοκινάραν*. Vides me colligere carduum e verbis Dioscoridis esse cinaram. Hic carduus non satis cognitus erat Pedacio, mea quidem sententia. Nos *altilem carduum* vocamus, vulgo *archicarduum*, gratissimum in secundae mensae cibis. Non enim sapit naturam cardui agrestis, qui *agriocinara* dicitur, sed inter illos principatu superbit. Ego peculiari epitheto *altilem* carduum vocitare soleo. Nam si Plinius *altiles* vocat *asparagos*, cur nobis hunc *altilem carduum* vocare non liceat? Verba Pliniana: *Siluestres fecerat natura corrudas, vt quisque demeteret passim, ecce altiles spectantur asparagi.* Idem li. 19. de altili carduo intelligit sic prodens: *Heu prodigia ventris, mirum esset, non licere carduis pecori vesci, non licet plebi.* Carduos duobus modis serunt; autumno planta, et semine ante Nonas Martias. Plantaeque, quae ex eo disponuntur ante Idus Nouembris, aut in locis frigidis circa Fauonium. Stercorantur etiam, si placet, laetiusque proueniunt. Multa de his carduis Palladius li. 4. PIVS. Bapt. Pius et Salmasius ad Solinum c. 19 p. 159, 160 probant cinaram esse carduum, de quo multis agit infra Palladius, nobis *Artischocken*. Vide et Salmasium de homonymis hyles iatricae c. 59. Idem quoque statuit Maimonides ad Masechet Kilaim c. 5, cuius verba ex interpretatione Surenhusii p. 135 adfero: קינרס, *κύναρος sive κύναρα est carduus satiuus, vulgo* artioclus (*melius* articactus) artischock. Caeterum Salmasius locum nostrum ita adducit: *Horrida ponatur*, quod Crenius part. 10 p. 15 statuit esse lapsum memoriae, quum ei saepissime confisus sit Salmasius, nec ipse libros adierit. SCHOETTG. Hanc descriptionem optime quadrare cum ea, quae *Artichaux*, *Artischocken* vulgo dicitur, iudicat etiam Nonnus de re cib. 1, 13 p. 52.

235 DVLCIS IACCHO) id est, quam Bacchus, hoc est, comessator et nepos quisque temulentus et vinosus experietur dulcem et saporem non illiberalem vino conciliare. PIVS. Plin. 20, 23 *Radix ex aqua decocta potoribus sitim facere narratur.* SCHOETTG.

136 NEC PHOEBO GRATA) id est canenti et canere solito, quod Phoebi perhibetur munus esse apud Iouem, Tibullo auctore: *Quales te memorant Saturno rege fugato Victori laudes concinuisse Ioui.* Quod arterias offendit propter suam amaritiem et consequenter vocem strangulat carduus, ingratus inutilisque est Phoebo. Omnia amara laedunt arterias, dulcia leniunt et complanant. In amaris namque partes extremae i. e. superficies sunt asperae, in dulcibus leues. PIVS. In Fabriano thesauro nescio vnde legitur, *nec Phoebo ingrata.* Concinnum id quidem videtur, sed non vsque quaque verum, nisi forte in iis, qui amplificare vocem luculentis haustibus student.

237 HAEC MODO PVRPVREO) Haec cinara modo verticem sine flore leuat, modo flore coronatur. Plinius li. 21 *Mirum, quod sine interuallo tota aestate aliud floret in eo genere, aliud concipit, aliud parturit.* PIVS.

237 GLOMERATA) conglobata, scapo pineato in similitudinem glomeris. *Corymbo*, scapo simili racemo hederaceo, qui peculiariter *Corymbus* appellatur. Vnde Bacchum *corymbiferum* appellamus. Ouid. *Festa corymbiferi celebrabat Graecia Bacchi.* PIVS.

237 CORYMBO) *corymbos hederae* dixit Plin. 24, 10 et Dioscorides 2, 210. Adde Scal. ad Corn. Seueri Aetnam v. 106. SCHOETTG.

238 MYRTIOLO) Hermolaus Barbarus, *Murciolo vertice*, i. e. simili muricis, i. e. ostreae. Plinius de carduo, *Folia habet muricatis cacuminibus:* et *murtiolum* semen lentisci. Columella ipse infra vocat, ceu ab ipsa figura, qua nascitur ipse folliculus: nisi quis *murceolo* legat pro languido, quoniam *Murceam* socordiae Deam vocabant, quae faceret murcidos. autor Augustinus. Ego nihil immuto, *myrteolum crinem* verticem cardui vocans a colore floris myrti arbusculae: qualem, immo simillimum animaduerti et in eo et carduo esse in Cesenae litore et cardueto Hannibalis Bentiuoli [adstante elegantissimo hospite meo Camillo Apio viro prorsus ornatissimo.] Nec displicet, si *murceolo* pro languido scribas, quod sequitur, *deflexaque collo*, i. e. habens collum inflexum. ita sane vertice graui opprimitur, et multis foetibus subnascentibus et agnatis redimitur, vt collum ponderi non sufficiat. PIVS. Vid. Salmasius ad Tertullianum de pallio p. 180 et Erhardus ad Petronium c. 81. SCHOETTG.

239 NVNC ADOPERTA) Aliquando tecta et stipata multis carduis. *Pinea* neutrum plurale h. e.

Nunc ſimilis calatho, ſpiniſque minantibus [c] horret,
Pallida nonnunquam tortos imitatur acanthos [d].
Mox vbi ſanguineis ſe floribus induit [e] arbos
Punica, quae rutilo miteſcit tegmine grani,
Tempus haris [f] ſatio, famoſaque tunc coriandra
Naſcuntur [g], gracilique [h] melanthia [i] grata cumino [k],
Et bacca [l] aſparagi [m] ſpinoſa proſilit herba,
Et malache [n], prono ſequitur quae vertice ſolem [o]:

Quaeque

c) *imitantibus Pol.* d) *achantos* praeter Com. omnes. e) *imbuit arbor* a. *P.* f) *aris L.* g) *Naſcantur P.* h) *gracili* exceptis P. St. C. omnes. i) *melantia* praeter Com. omnes. k) *camino P.* l) *baca* ant. *P.* et *Iunt. bacas* noua *P.* m) *aſpargi P.* n) *molobech P.* a. *molocbe P.* n. *molocbe L. Iunt.* o) *molem P.*

h. e. figuras pini, molam, videlicet quam repraeſentat pinus. *Pingit* i. e. figurat formam metalem adeo lepide, vt meta picta videatur. Quid ſi legas fingit? PIVS. Mihi idem quod Pio de voce *pungit* in mentem venit, legendum eſſe ſcilicet *fingit.* SCHOETTG. Licetne pauca etiam nobis? Videtur legendum, *nunc adaperta manet* (vt ſupra v. 145 conf. 261) hiantibus foliis illis aculeatis floris aperti inſtar, *nunc* tanquam nux *pinea vertice* acuminato, coëuntibus inter ſe foliis, *pungit.*

240 NVNC SIMILIS CALATHO) Aliquanto pineum verticem, et metam illam comae (poſt florem hoc euenit) adeo ſpinis et vallo cingit, vt calatho videatur includi. Eſt enim calathus [et per diminutionem calathiſcus] apud Catullum quaſillum orificiatum ſtirpis. [Vergilius, cum loqueretur de roſa, *Nec mora, ridentis calathi patefecit honorem.*] Violis latioribus, in modum calathi apud Plinium, lib. 21 nomen eſt *Calathianis.* PIVS. Tres itaque figuras conſtituit cinarae, vnam *adapertam* ſemihiantem, alteram *acuminatam, patulam* tertiam et calathi more ſuprema parte latiſſimam. Quin quartam addit *acanthi*, h. e. cuius maxima ſectio perpendicularis folium acanthi referat, intellige media parte aliquantum adſtrictam, latiorem infra, ac ſupra etiam aliquantum tumentem quale corpus exiſteret, ſi βῆτα minuſculum circa crus ſuum in orbem ageretur.

241 PALLIDA) cum incipit areſcere. *Tortos acanthos*, inflexos. Et hoc accidit carduo cum folia implicantur ſidentia appetente maturitate. [Plinius lib. 22 cap. 19 *Acanthos eſt topiaria et vrbana herba, elato longoque folio, crepidines marginum adſurgentiumque puluinorum toros veſtiens.*] Duo eius genera ſunt, *aculeatum* et *criſpum*, quod breuius, alterum *lene*, quod aliqui *paederos* vocant, aliqui *melanphillum.* Ab hac herba flexuoſa vocamus acanthum omnem flexuram. Hinc Propertius: *Et myos exiguum flexit acanthus iter.* PIVS. *Quae vncis incluſimus, ea non retulerat Aſcenſius, ſed habentur in adnots.* c. 168.

244 TEMPVS HARIS SATIO) Nunc pro hareolis. POMPON. Videtur legendum *aris.* VRSIN. Forte *aris*, i. e. aro et ariſaro. SYLB. Haec non intelligo, ſiue *aris* legas, ſiue *haris*; niſi de ea radice agat, quae *aron* vel *arum* dicitur, et officinis non eſt incognita.

244 CORIANDRA) Coriandrum praecipuum eſt Aegyptium. ſerpentes fugat. Alii *Melanthium* dicunt *gith*, alii nigellam. Alii *melaſpermon* ſuauis odoris, cibis gratum, ſerpentum ac ſcorpionum plagis medetur, bibiturque contra araneas. POMPON.

245 GRATA CVMINO) Scilicet in nigrorem tendit. POMPON. Quid de nigrore in mentem venerit Pomponio mirum videri poteſt. Sed ille legit, credo, *camino*, quod Florentiae etiam eſſe, vidimus. Si in victu vſi eſſent tenuiores melanthio, *gracilem caminum* interpretarer focum anguſtum et obſcurum, qualis eſt eorum, qui ferias eſuriales ſaepe agunt: et quaerat forte aliquis praeſidium ei interpretationi ex illo Plauti Rud. 5, 2, 39 *Num gith frigefactas?* Sed nimis haec infirma. Supereſt, vt *melanthia grata cumino* explicemus interim *ſimilia.* Sed velim, vt quis melius.

246 ASPARAGI) Duo genera aſparagi, hortenſe et ſilueſtre, ſed incultum gratius eſt; quod Corrudam, alii Lybicum vocant. Aſparagus non a Graeco dicitur, aut ab aſperitate, vt dicit Varro: ſed ab Chaldaea voce, quae caulem ſignificat; quia haec herba ſemper creſcit in caulem et virgultum. POMPON.

247 MALACHE) ab aliis Heliotropium dicitur, ſolem ſemper ſequi. POMPON. Μαλαχὴ graece malua dicitur, quoniam mollit: μαλακὸς enim dicitur mollis. Hinc Plautus: *Malachum capiam pallium.* Alibi in Bacchidibus: *malaciſſandus es*, pro molliendus. Praeterea Plinius auctor eſt, *maluae ſpeciem vocari malachen.* Ne *malachen* olim pro malua interpretarer, hoc in cauſa erat, quod apud neminem auctorem deprehenderam, maluam ad ſolem verti: ſed quod vſu nuper diſcimus, id reprobari non poſſe cenſemus. Vidimus oculata fide, maluam ſolem ſequi,

Quaeque tuas audax imitatur Nysie [p] viteis,
Nec metuit senteis: nam vepribus improba surgens
Achrados [q], indomitasque bryonias [r] alligat alnos.
Nomine tum [s] Graio, ceu littera proxima primae,
Pangitur [t] in cera docti [u] mucrone magistri:
Sic et humo pingui ferratae cuspidis ictu
Deprimitur folio [x] viridis, pede candida, beta.
Quin et odoratis messis iam floribus instat,
Iam ver purpureum, iam versicoloribus anni
Foetibus alma parens cingi [y] sua tempora gaudet.
Iam Phrygiae loti [z] gemmantia [a] lumina promunt [b],
Et conniuentes [c] oculos violaria [d] soluunt,
Oscitat et leo, et ingenuo confusa rubore

Virgi-

p) *Nisie Gryph.* q) *Achradas Vrs.* r) *bysonias P. biomas R. bionias L. I. B. H. A. Gr. G. St. bronias Iunt. Bryonias* etiam *Vict.* in emendandis. s) *cum I. B. R.* t) *Panguntur H. Pangutur A.* u) *docto P. L.* x) *solio B. R.* y) *pinnigi* ant. (*fortas. pingi*) *Pol.* z) *lotae L. I. B. R.* a) *geminantia P. L.* b) *promant I. B. R.* c) *conruentis L.* d) *vinaria P.*

qui, vt heliotropium, helioscopium, et intibum siue cichoreum: quod facere reor has herbas, quoniam frigidissimae sunt, solemque, sine quo intermoriuntur, sectari solent. Sed id addam, quod scribit Proclus lib. de sacrificio et magia; *selinotropiam esse herbam, quae ad lunam vertatur: Helioselinumque lapidem imitari congressum solis et lunae.* EIVS.

250 ACHRADOS INDOMITASQVE) *Achradas* legi vult VRSINVS accusandi casu; sed potest etiam esse Genitiuus a vepribus pendens: numerosiorem ita versum et minus hiantem, intelligent, qui habent aures. Plinius de *bryonia* s. *vite nigra* 23, 1 s. 17. *In frutectis et arundinetis maxime nascitur.* Est et *vitis alba*, quam et ipsam bryoniam quidam dicunt, de qua Plin. l. c. s. 16 et Col. 12, 7, 1 et, quem Schoettgenius hic laudat, Bodaeus a Stapel ad Theophr. 9, 22.

250 BIONIAS) Herba est, quae pampinorum amoenitatem praestat: ideo in fenestris ponitur, luxurians semper, alligatque, quidquid obuiam habet. POMPON.

251 CEV LITERA PROXIMA PRIMAE) id est *b*, quae est proxima a mucrone, i. e. stilo. In cereis pugillaribus stilo scribimus. Beta duplex, nigra et candida. POMPON. Huc pertinet illud aenigma Symposii ab Heumanno nostro editi, tum a nobis explicatum n. 42. *Tota vocer Graece* (βῆτα) *sed non sum tota Latine* (*be*).

252 PANGITVR) Ecce vt hic *littera pangitur*, sic etiam apud Tibullum reponi debet, quod aliquando fuit: *Indicet vt nomen littera pacta meum*; non *facta*, quod nuper accessit mala fide et re aliorum. Nec enim quia *litteram facere* dicimus, ideo hic in Tibullo illud inculcandum fuit. Maiori enim vehementia opus est et vi, quae in *pangendi* verbo non tam latet, quam exprimitur in illa Tibulli sententia. Fruterius Verism. 2, 19. SCHOETTG.

252 MVCRONE) stylo, graphio. Sicut B. littera scribi solet. Vide Plin. 19, 8. SCHOETTG.

256 IAM VER) Homerus tres celebrat flores, lothum, crocum et hyacinthum. Lothus in Phrygia laudatissima; Crocus in Cilicia; hyacinthus in Graecia. POMPON.

258 PHRYGIAE LOTI) *Lotus* arbor est Aegypti et Africae, cum herba cognomine non confundenda. De vtraque agit Theoph. hist. plant. 4, 4 et Plinius 13, 17 et 18. Videtur autem istius herbae magnus in Phrygia fuisse prouentus, vnde a nostro *Phrygiae loti.* Flos eius lilio fere similis est, et conspicitur in imaguncula Harpocratis apud Cuperum in Harpocrate, Sponium Misc. p. 16, 17 s. Lomeierum Genial. dierum decad. 1 diss. 3 p. 114. SCHOETTG. De loto flore Aegyptio, omnium, vt solebat, industriam superauit Spanhemius de vsu et praestantia numism. To. I. p. 301 sqq. Caeterum *Phrygiae* epitheton ad arborem seu potius ad tibias, ex eius arboris cortice factas, melius videtur conuenire. Ita certe Silius *loton Phrygiam* et *Mygdoniam* dixit, 11, 432 et 8, 505. Sed haec et plura de loto herba, flore, arbore, in Fabriano thesauro videri possunt, hic non repetenda.

260 OSCITAT ET LEO) vid. ad v. 96.

260 INGENVO CONFVSA RVBORE) Barthius ad Claudia. in Consulat. Manlii v. 117 trahit ad pudicitiae veteris rationem, qua virginibus in publicum procedere non licebat, nisi obuelatis vultibus; qua de re plura ibi adferentem ipsum vide. Item in Statium Theb. 2, 213. CRENIVS.

261 ADO-

Virgineas adoperta genas rosa praebet [e] honores
Caelitibus [f], templisque Sabaeum [g] miscet odorem.
Nunc vos Pegasidum comites Acheloidas oro,
Maenalidumque [h] choros Dryadum [i], nymphasque Napaeas [k],
Quae colitis nemus Amphrysi [l], quae Thessala [m] Tempe,
Quae iuga Cyllenes, et opaci rura Lycaei [n],
Antraque Castaliis [o] semper rorantia guttis,
Et quae Sicanii [p] flores legistis Halesi,
Cum Cereris proles vestris [q] intenta choreis
Aequoris Ennaei [r] vernantia lilia carpsit,
Raptaque, Lethaei [s] coniux [t] mox facta tyranni [u],
Sideribus tristes vmbras [x], et tartara caelo
Praeposuit, Ditemque Ioui, lethumque [y] saluti,

Et

e) *praestat I. B. R.* f) *Celitibus I. B. R. H. coelitibus I. I. A. Gr. G.* g) *sabeum I. B. R.* h) *Menaliosque P. Lips. Menaliumque I. Menalidumque B. R. Maenalidumque Buchn. et Iunt. Maenalium* al. i) *driadum I. B. R.* k) *napeas I. B. R. I. I. H. A. Gr. St.* l) *amphrysique et Ie. amphrisique et B. R. amphryssi L.* m) *thesala R. tesalla L.* n) *lycei B. R. litei L.* o) *casis P. castaleis Iens.* p) *siccanii H. G.* q) *nostris intacta L.* r) *Aetnei I. B. R. H. Gr. Aethnei I. I. A. G. hemiei a. P. Ennei* etiam *Vict.* in emendandis. *Aetnaei Steph. et nei L.* s) *laethei I. B. R. lethei H. lites L.* t) *coniunx I. B. R. I. I.* u) *tiranni R.* x) *vmbrasset tartara I. B. R.* y) *laetumque I. B. R. letumque I. I. H. A. Gr. G. luctumq. L.*

261 ADOPERTA) Quidsi hic etiam legendum sit *adaperta*. Certe melius congrueret ita cum reliquis, *violaria soluunt oculos adhuc conniuentes*, *oscitat leo*, ipsa rosa *odorem miscet*, quod magis quidem fit aperto flore, quam clauso. Ipse *virgineus rubor* magis conuenit *adapertis genis* quam *adopertis*. Res leuicula est; sed de Poëtae ingenio et decore agitur.

262 TEMPLISQVE SABAEVM) Sabaei populi in Arabia felici sunt: apud quos omne decoris et odoris genus est, vt balsamus, casia, thus, myrrha, cynamomum. Aliud tamen habet infelicitatis, serpentum scilicet multitudinem, colore rubicundo, palmi longitudine, qui vulnus letale faciunt. Eorum metropolis est Saba. Nulla est apud hos ambitio. Sabeum mare fere albo videtur colore. Insulas habet felicissimas. POMPON.

263 PEGASIDVM) *Pegasus* equus natus sanguine Medusae, qui vngulis fontem fecit sub Parnasso Musis gratum: vnde *Musae Pegasides* dicuntur. POMPON.

263 ACHELOIDAS) Achelous in Pindo monte fluit. Aetoliam ab Acarnania diuidens, in forma hominis cum Hercule pugnauit: inde in forma tauri, cui Hercules alterum ex cornibus exemit, et ipse in fluuium mutatus est. Nymphae Acheloides sunt comites Musarum. POMPON.

264 MAENALIVMQVE) Maenalus mons Arcadiae. POMPON.

265 AMPHRYSI) *Amphrysus* fluuius Thessaliae iuxta lacum Bebeidem [*locum Bebidem* Bonon.], ad quem Phoebus, vt ostendit Valerius Flaccus li. 1 pauit armenta regis Admeti. *Dryades* nymphae quercuum sunt, *Napeae* florum, *tempe* sylua in Thessalia. POMPON.

266 CYLLENES) *Cyllene* mons Arcadiae, vbi enutritus Mercurius, Cyllenus dictus est. *Lyceus* mons Arcadiae, vbi Pan venerabatur; et vnde luperci, et vbi nobile delubrum Iouis Lycei conspicitur. POMPON.

268 HALESI) *Halesus* fluuius et mons non longe ab Aetna, vbi Proserpina flores legit cum aliis virginibus, Prisco enim tempore tres Deae sortitae erant insulam. Mineruа circa Imeram habitabat; Diana Syracusis, et in proxima insula Ortygia, vbi erumpit Aretusa fons ex Alpheo; Proserpina campos iuxta Aetnam. Eam raptam Pluto curru vexit per meatus subterraneos iuxta Syracusas, vbi fons nomine Cyanes. Quare Syracusani singulis annis in eo loco, vt scribit Diod. li. II Proserpinae sacrificant. Aetna enim mons Siciliae: vicinam vertici dicunt esse planitiem cinericiam nulli peruiam, vt Strabo ait, et in medio craterem profundissimum, inde exhalat fumus et ignis, et exesi pumices. hinc credunt deiecisse se Empedoclem. Sed quia ad hunc locum perueniri non potest, ampliantes fabulam, ferreos calceos Empedocli praebuerunt. POMPON.

271 LETHAEI) *Lethe* fluuius infernalis et obliuionis. Vnde *Lethaeus tyrannus*, id est Pluto. POMPON.

272 TRISTES VMBRASSET) Emendo *vmbras, et*, sensu puriore et veriore. Significat enim Proserpinam a Plutone raptam *praeposuisse*

Et nunc inferno potitur Proserpina regno:
Vos quoque iam posito luctu, moestoque timore
Huc facili gressu teneras aduertite plantas,
Tellurisque comas sacris aptate [z] canistris.
Hic nullae insidiae nymphis, non vlla rapina,
Casta Fides nobis colitur, sanctique Penates.
Omnia plena iocis, securo plena cachinno [a];
Plena mero, laetisque virent conuiuia pratis.
Nunc ver egelidum [b], nunc est mollissimus annus,
Dum Phoebus tener [c], ac [d] tenera decumbere [e] in herba
Suadet [f], et arguto fugientes gramine fontes
Nec rigidos potare iuuat, nec sole tepentes.
Iamque Dionaeis [g] ridimitur [h] floribus hortus [i],
Iam rosa mitescit [k] Sarrano clarior ostro.
Nec tam [l] nubifugo [m] Borea Latonia Phoebe

Pur-

z) *artate P.* n. *L. aptate* etiam Mſ. Heinſ. ad Ouid. Faſt. 4, 451. *optate I. B. R. H. G.* a) *chachinno L. Ie.* b) *eſt gelidum L. I. B. R. v. Beroald.* c) *tenerans tenera P.* d) *at Ienſ.* e) *decumbis L. I. B. R.* f) *Gaudet I. B. R.* et *Gr. St.* in margine. g) *Dioneis* praet. Com. omnes. h) *redimitur* omnes excepto Com. i) *herbis* a. *P.* k) *nitescit I. B. R. v. Beroal.* l) *iam* a. *P.* m) *nubifico Ienſ.* et nouus Pol. *it. Lipſ.*

posuisse vmbras sideribus, et tartara coelo. BEROALDVS.

275 VOS QVOQVE) Vocat has omnes nymphas Columella, ad quas parauit hortum, vbi nullas inesse vmbras praedicat. POMPON. Quid haec sibi velit adnotatio, me non capere fateor. Sed illud hic obseruari debebat, hic demum ad finem properare coeptam versu 265 invocationem, et complecti auctorem nympharum omne genus, quas a laudato inde versu nominavit, ita tamen vt praecipue ad eas respiciat, quarum vltimo mentionem fecit, ad comites Proserpinae. Itaque etiam interpunctum, quo discerpebatur praecedens versus, sustuli.

277 APTATE) Ita videtur legendum etiam VRSIN. Mihi magis placet *artate.* R et P frequentissime, quia facillime ob figuram cognatam, miscentur.

281 LAETISQVE VIRENT) Videtur legendum *vigent* VRSIN. Sed quidsi ad θάλλειν et θαλείαν δαῖτα Graecorum respexit noster; cum praesertim de hortis dicat.

282 NVNC VER EST GELIDVM) Lego: *Nunc ver egelidum*, quae lectio elegantior est et nitidior: namque optimo epitheto *ver egelidum* dicitur quasi intepescens. Catullus: *Iam ver egelidos refert tepores. Egelidus* dicitur tepidus, quasi sine gelu. Ouidius *gelidum* et *egelidum* tanquam contraria scitissime disparauit, illo versu: *Et gelidum Boream, egelidumque Notum.* Seruius autumat *egelidum* poni quandoque pro *valde gelido*, tanquam haec particula *e* auctiua sit et priuatoria: in frequenti tamen vsu est *egelidum* pro *tepido.* BEROALDVS.

284 ARGVTO GRAMINE) Ex Virgilio Ecl. 8, 22 *Maenalus argutumque nemus, pinosque loquentes Semper habet.* vbi Seruius: *Argutum, garrulum, stridulum, vt Forte sub arguta consederat ilice Daphnis.* SCHOETTG. *Argutum nemus* intelligo ventis agitatum stridens. Sed an de gramine idem dici queat, dubito; mollius enim videtur, quam vt efficere murmur aut stridorem quemcunque possit. Itaque cogitabam *carmine* vel *murmure.* Sed hoc nimis abit a scriptura recepta, illud forte duriusculum et ἄκυρον.

286 IAMQVE DIONEIS) Dione mater Veneris. Venus Dea hortorum est. POMPON.

287 SARRANO CLARIOR OSTRO) Rosa colorem habet purpureum. Purpura genus conchae, cuius sanguine tingitur pannus eiusdem nominis. *Sarra* genus etiam conchae. Sic et *ostrea* capiuntur: haec ad Tyron et Sidona in mari Phoenicio, et ex eorum sanguine tingebatur pannus, qui senatum a plebe diuidebat. Purpurati erant consules: triumphantes vero purpurati auro interiecto. Pretiosa vestis *ostrum* dicitur, et *Sarrana* purpura Tyria, et Sidonia et Phoenicia: et quia illic Agenor Cadmi pater regnabat, ideo *Agenorea* et *Cadmea.* Coccinea vero dicitur a cocco, cujus succus pannum tingebat. Vsus purpurae Romae fuit a principio: quia Romulus primum, tum alii reges trabea purpurea vsi sunt, vt Plinius indicat. POMPON. Lege pro *nitescit mitescit*, ne claudicet versus, nam *nitescit* primam syllabam corripit, ideoque ex hac sede exploditur. BEROALDVS.

289 SI-

Purpureo radiat vultu, nec Sirius [n] ardor
Sic micat, aut rutilus Pyrois [o], aut ore corusco
Hesperus, Eoo remeat cum Lucifer ortu;
Nec tam sidereo fulget [p] Thaumantias [q] arcu [r]:
Quam nitidis hilares collucent foetibus horti.
Quare age vel iubare exorto iam nocte suprema,
Vel cum [s] Phoebus equos in gurgite mersat Hibero,
Sicubi odoratas praetexit amaracus vmbras,
Carpite, narcissique comas, sterilisque balausti [t].
Et tu [u], ne Corydonis opes despernat Alexis,
Formoso Nais [x] puero formosior ipsa
Fer calathis violam, et nigro permista ligustro
Balsama cum casia nectens, croceosque corymbos [y],
Sparge mero Bacchi: nam Bacchus condit odores.
Et vos agrestes, duro qui pollice molles

Deme-

n) *syrius I. B. R. I. I. H. A. G.* o) *Pyrous* omn. p) *figet* a. *P.* q) *taumantias I. B. R. thaumacias L.* r) *arquu Iens.* s) *quom I. B. R. dum P.* t) *balausi* omnes praeter Commelinum. *balausti* iussit *Vict.* in emendandis. u) *tunc I. B. R.* x) *Nays I. B. R. I. I. H. A. Gr. G.* y) *corimbos I. B. R.*

289 SIRIVS ARDOR) Prudent. de Epiph. *Et si quod astrum Sirio Feruet vapore.* BVCHNERVS.

290 PYROIS) Videtur leg. *Pyrois* VRSIN. Idem adscripserat BVCHNERVS. Πυρόεις stella Martis ipsi etiam Ciceroni est de N. D. 2, 20 itemque Martia. Capellae l. 8 p. 287 quem laudat Schoettgenius. In antiquis libris fuisse credo *pyroeis*, quod errandi occasionem dedit librariis. Quod *pyroum* gemmam hic inculcat Pomponius, temporibus illis condonandum.

291 HESPERVS) Fuit Aurorae filius, cuius amore propter pulchritudinem mater perdita fuit, postea in sylua conflagrauit. Sed Diodorus dicit Hesperum Atlantis esse filium, et ascendisse montem Atlantem, neque amplius rediisse. Vtcunque sit, inter stellas relatus, et Lucifer etiam dicitur. POMPON.

292 THAVMANTIAS) Iris filia Thaumantis fuit, qua vsa est Iuno semper nuncia. *Thaumantias* patronymicum est. POMPON.

295 HIBERO) *Hiberia* Hispania a fluuio *Hibero*, inde *Hiberum* mare Hispanum in occidente, vbi sol occidit, efficitque occasu mare rubicundum. POMPON.

297 BALAVSTI) Lips. et plurimae editt. *balausi*. Sed nostra lectio est vera. Nam *balaustium* est flos Punicae siluestris, vt Plinius docet 13, 19 vnde et sterile nostro vocatur. Isidorus Orig. 17, 7 *Agrestium malorum flores Graeci βαλαύστιον appellauerunt, quorum alii albi, alii purpurei, alii rosei reperiuntur, similes floribus mali punici.* Imaginem, quae rosae fere similis est, exhibet Bodaeus a Stapel ad Theophrasti hist. plant. 1, 22 quem etiam vide ad 4, 6 p. 391. SCHOETTG. Diligentia summa et felicissima de *balaustii* flore egit, nec sterilitatis oblitus quam indicat noster, Ez. Spanhemius de vtilit. et praest. num. 6, 4 p. 315 seqq.

299 FORMOSO NAIS) Imitatur Virgilium Ecl. 5, 44 *Formosi pecoris custos, formosior ipse.* SCHOETTG.

300 NIGRO LIGVSTRO) Quidquid arbusculae sit ligustrum, album certe est, quod euincunt loca a Lud. Cerda ad Virg. ecl. 2, 18 conducta. Itaque placet Parrhasii correctio huius loci a diligentissimo Cerda laudata, *niueo ligustro.*

301 BALSAMA) *Balsamum*, vt ait Cornelius, *est modica arbor; vt quisque ramus intumuit, si vim ferri adhibeas, pauent venae; fragmine lapidis aut testae aperiuntur.* Humor in vsu medicantium est. Praecipuum in monte Libano. Ex balsamo magnum vectigal colligebant. Ideo Plinius bellum cum Hierosolymis fuisse propter balsamum scribit. POMPON. Palladius histor. Lausiaca c. 8 ἥτις βάλσαμος ἀμπέλῳ δίκην φυτεύεται γεωργουμένη καὶ κλαδευομένη πολὺν ἔχουσα πόνον. Vide Salmasium de homonymis hyles iatricae c. 32. SCHOETTG.

301 CASIA) Casia non modo herba iucunda et odorifera, sed etiam ad medendum necessaria. Peregrina est; olim tamen ager Romanus suo sinu nutriuit, vt idem Columella indicat, *Vidimus in hortis florentem casiam.* Venus praeest hortis; Flora floribus; Bacchus odoribus. POMPON. Alias cortex est arboris, qui inter odores adhibitus est: hic vero est herba, quae alias *libanotis*, nobis *rosmarinus* dicitur, et vocatur *libanotis coronaria.* Bodaeus a Stapel ad Theophrasti hist. plant. 6, 2. SCHOETTG.

305 SIR-

Demetitis flores, cano iam vimine textum
Sirpiculum [z] ferrugineis cumulate [a] hyacinthis [b],
Iam rosa distendat contorti [c] stamina iunci,
Pressaque flammeola [d] rumpatur fiscina caltha [e],
Mercibus et [f] vernis diues Vortumnus [g] abundet,
Et titubante gradu multo madefactus Iaccho
Aere sinus gerulus plenos grauis vrbe reportet.
Sed cum [h] maturis [i] flauebit [k] messis [l] aristis,
Atque diem gemino Titan extenderit [m] astro,

Hauserit

z) *surpiculum I. B. R. Syrpiculum I. I. A. Gr. G.* a) *cumulatae Gr.* b) *hiacynthis Iens. hiacyntis B. hiacintys R.* c) *tinctores L.* d) *flameola I. B. R.* e) *calta I. B. R. I. I. H. A. G. culta L.* f) *vt I. B. R.* g) *portunnus I. I. I. H. A. Gr. G. St. portunus* al. *portanus L.* h) *quom I. B. R. in* inf. *B. R.* i) *maturis I. B. R. I. I. H. A. G. maturae* al. k) *flammebit P.* l) *missis H. A.* m) *expenderit P.*

305 SIRPICVLVM) *Sirpare*, verbum est vetus, quod, vt docet Varro, significat alligare, vnde *sirpea vasa* dicta alligata: et per diminutionem *sirpicula*. Quinetiam *sirpiculae falces* quaedam apud veteres nominantur a *sirpando*, i. e. alligando, quibus vtuntur in vinea alliganda. Super hac re copiosius quaedam annotaui in commentariis Propertianis. Potes etiam *sirpiculum* hic intelligere, pro canistro contexto ex sirpis et iuncis. BEROALDVS. i. e. canistrum e sirpis confectum, vel cophinum vimine textum. Est diminutiuum, descendens a *sirpis*, quia ex illis, h. e. iuncis fiebant *sirpicula* siue *sirpiculae*, πλέγματα. Propertius l. 4 eleg. 2, 40 *Sirpiculis medio puluere ferre rosam.* Lucillius li. 15 Satyr. apud Nonium in voce *Holerorum*: *Tintinnabulum abest hinc, sirpiculique olerorum.* Hinc et verbum *sirpare*, quod est adligare πλέκειν. Varro IV de LL. p. 34 exponit *conligando implicare*. CRENIVS.

307 FLAMMEOLA CALTHA) *Flammeum* appellatum, quod colore flammeo tinctum esset. Sic *luteum* et *flammeum* idem. Columella *flammeolas calthas* appellat, quas in eodem carmine *flauentes* vocat, quae *luteolae* Virgilio. SALMASIVS ad Solinum c. 53 p. 812. Adde Fruterium Verisim. 2, 19. SCHOETTG.

308 VORTVMNVS) Portumnus Deus est portus, aliter Palaemon dictus, filius fuit Athamantis. POMPON. Sic emenda meo periculo: *Mercibus vt vernis diues Vertumnus abundet.* Columellae enim sensus est: Et hortulani accingant se ad calathos rosis et calthis implendos, pomis onerandos et reliquis fructibus: vt his vernis mercibus Vertumnus Deus fori habitator, Pomonae amator, abundet: quibus mercibus in foro apud Vertumnum diuenditis, grauis aere ex vrbe Roma redeat manus agricolarum. Primis floribus hic Vertumnus coronabatur: inde nomen adeptus, quod primis floribus vertentis anni donabatur: seu quod rebus venditis, hoc est distrahendis praeerat: seu quod vertit sedem, et relicta patria Etruria Romam secessit: seu quod in varias similitudines se verteret. De hoc Propertius ita: [4, 2, 13 sqq.] *Prima mihi variat liuentibus vua racemis* etc. Ex his Propertianis verbis satis manifestum est, cur Columella cecinerit: *Mercibus vt vernis diues Vertumnus abundet.* Porphyrio Vertumnum Romae sacellum habuisse scribit in vico thurario; in quo non tantum thura, sed aromata omnia vendebantur; quas nouo vocabulo recentiores species appellant. *Vertumnalia* dies dicati Vertumno. Meminit et Vertumni sacelli Paedianus. Varro ferias Vertumno consecratas scribit mense ferme Octobri. In libro Col. minutissimis literis exarato non infideli *Vortumnus* animaduerti scriptum esse, quod idem ac si diceres Vertumnus *o* et *e* in quibusdam concidentibus: vt *vortices*, cum tamen a *vertendo* etymon teneat. PIVS annot. post. c. 33. Add. Nardinus Roma antiqua 5, 5. Orthographiam vero huius vocis fuisse olim *Vortumnus*, testatur Inscriptio apud Gruterum p. XCVI, 3 VORTVMNVS TEMPORIBVS DIOCLETIANI. ET MAXIMIANI. SCHOETTG. Non dubitaui *Vortumnum* hic reponere, cum Turnebus 23, 6 ex libro, quod existimare licet, veteri iam ita legi voluerit, et ad Propert. 4, 2, 2 Pii fidem probet Broukhusius, atque *Vortumnum* hic reddi Columellae iubeat. Si recte rem videamus, et lectionis varietatem, in his nominibus totum discrimen est in prima litera, quae cum sit vnius vtrinque organi, misceri facile potuit. De hoc Vertumno, quem Volturnae Deum ait, et Hetruscis suis vindicat, plura habet Franc. Marianus de Etruria metrop. c. 13.

310 AERE SINVS GERVLVS) Ex Virg. Ecl. 1, 36 *Non vnquam grauis aere domum mihi dextra redibat.* *Gerulus* hortulanus ille, qui flores suos ad forum portauit, ibique vendit, et cum crapula et pecunia domum redit.

Ita

Hauserit et flammis [n] Lernaei [o] brachia Cancri,
Allia [p] cum cepis [q], cereale papauer anetho [r]
Iungite, dumque virent nexos deferte maniplos,
Et celebres fortis fortunae dicite laudes,
Mercibus exactis, hilaresque recurrite in hortos.
Tum quoque proscisso riguoque inspersa nouali
Ocima [s] comprimite, et grauibus densate cylindris [t],

Exurat

n) *terris I. B. R.* o) *lernei B. R. laernei I. I. H. A. G.* p) *Alia R.* q) *caepis I. B. R.* r) *aneto* praeter Commelinum omnes. s) *Ocyma B. R. Ozima I. I. I. H. A. Gr. G. St.* t) *cbylindris L. B. R.*

Ita quoque hunc locum explicat Schefferus de re vehic. 2, 2 p. 26 SCHOETTG.

313 LERNAEI BRACHIA CANCRI) Quaeritur, cur cancer coelestis dicatur Lernaeus: caussam explicat Hyginus scribens, cancrum ex palude Lernaea mordicus arripuisse pedem Herculis, cum contra hydram Lernaeam pugnans constitisset, quapropter indignabundum Herculem eum interfecisse: Iunonem autem inter sidera constituisse. BEROALDVS.

314 CEREALE PAPAVER) Epitheton Virgilii Georg. 1, 211 vbi Seruius: *Cereale papauer, vel quod est esui, sicut frumentum, vel quo Ceres vsa est ad obliuionem doloris.* Plinius 19, 8 vbi de papauere: *Hoc et panis rustici crustae inspergitur adfuso ouo inhaerens, vbi inferiorem crustam apium githque cereali sapore condiunt.* SCHOETTG.

315 NEXOS DEFERTE MANIPLOS) Venales in vrbem ad macellum portate. Sic Seneca, Epist. 42 *Videamus, hoc, quod concupiscimus, quanti deferatur,* i. e. quanti vendatur. Posset tamen etiam exponi, quanti ematur. *Rem,* inquit Salmasius in Tertull. de Pallio, p. 454 *domo in macellum defert venditor, e macello domum emtor. hinc* deferre *et pro vendere et pro emere positum. mercem defert venditor, pretium emtor, hoc est* παρέχει. *Glossae:* deferendum, παρεχητέον. deferre, παραρχεῖν, παρέχειν. *Sic et* praebere *est vendere Latinis. Donatus:* piscatores qui piscem recentem praebent. *Sed hoc sensu* rem aliquam pretio deferre *venditor tantum dici possit, non etiam emtor. Sane* deferre *quod significet emere, nusquam alibi nisi heic lectum est. et fortasse* deferre *posuit, pro ferre vel auferre. nam pretio rem fert vel aufert emtor a venditore. Illud tamen minime mihi dubium est, quin* quanti deferatur, *quod apud Senecam est, aut similem alicubi loqnutionem acceperit pro ematur, cum significaret quanti detur, quanti vendatur.* CREN.

316 FORTIS FORTVNAE) *Fortis* interpretor, *bonae.* Sic enim veteres, et Festus ipse: *Forctis, frugi et bonus, siue validus.* Vt autem *fortis* pro *bono,* et *bonus* pro *forti,* sic *bona* etiam *forma,* et *bona pro formosa,* et *formosus* pro *bono:* quod Lucullius videri vult, quum ait: *Omnes formosi fortes, ergo improbus esto.* Sic *fortis* pro *formosa,* est apud Plautum, credo in Bacchidibus, quo loco ita colloquuntur amatores duo de amicarum forma: *Satin fortis tibi visa est?* respondet alter: *Ni nactus Venerem essem, hanc Iunonem dicerem.* Haec Fruterius Verisim. 2, 19. Fortassis quoque intelligenda *Fors Fortuna,* quod Deae nomen. Probamus ex Donato ad Terentii Phorm. 5, 6, 1 *Aliud Fortuna est, aliud Fors Fortuna. Nam Fors Fortuna est, cuius diem festum colunt, qui sine arte aliqua viuunt. Huius aedes trans Tiberim est.* Templum eius fuit regione XIV vt ostendit Nardinus Rom. ant. 7, 11. SCHOETTG.

317 MERCIBVS EXACTIS) Ipse Columella infra *adultas* interpretatur, nisi *exactis* malis legere, quod idem est. Et apud Apuleium *exauctus* est, *exsoletus,* qui nimirum crescere desiit. Fruterius l. c. SCHOETTG. Quin *exigere merces* est *extrudere,* vt in illo Horatii ep. 2, 2, 11 — *Plenius aequo Laudat venales, qui vult extrudere merces.*

319 OCIMA — CYLINDRIS) Cylindrus instrumentum rusticanum ad premendum solum terrae. Ocymum nunc non facile cognoscitur, seritur Septembri, transfertur Martio, scorpiones creat, vt Pli. scribit in metaphysica, [*Ad editionem Bon. vbi editum hic est* Metap. *adscripsit antiqua manus,* non vidi Plinii metaphysicam. *Nec ego. Sed habet huius loci sententiam non Plinius tantum maior* 20, 12 f. 48: *sed descripsit etiam ille plagiarius Plinius Valerianus,* 4, 21. *Forte ex* MED. *h. e.* Medicina *primo ortum* Met. *deinde* Metap. *etc.*] si testae per triduum supponitur. POMPON. Non *ocyma* legendum est, sed *ozyma* pro herba odorata, et condimentis idonea; quae deriuatur ab ὄζειν redolere. *In hortis satorum celerrime nascitur ozymum, nihil illo foecundius, cum maledictis ac probris serendum praecipiunt, laetius proueniet.* Haec Plin. 21, Col. 12 *Circa Idus Maias ozyma seruntur* etc. De hoc quoque Persius: *Cum bene discincto cantauerit ozyma verna.* Nunc error eorum corrigendus, qui idem putant *ozymum* esse quod *ocymum.* Nec refert Plinium dicere, *ozyma* celeriter prouenire: non enim omnia, quae prospere eueniunt, *ocyma* dici debent. Nos *ozymum* lingua vernacula dicimus *basilicum. Ocymum* vero

inter

Exurat sata ne resoluti pulueris aestus [u],
Paruulus aut pulex irrepens dente lacessat [x],
Neu formica rapax populari semina possit.
Nec solum teneras audent erodere frondes
Implicitus conchae limax, hirsutaque campe:
Sed cum [y] iam valido turgescit [z] lurida caule [a]
Brassica, cumque tument pallentia robora betae.
Mercibus atque olitor gaudet securus adultis,
Et iam maturis quaerit supponere falcem,
Saepe ferus duros [b] iaculatur Iuppiter imbres [c],
Grandine dilapidans hominumque [d] boumque [e] labores:
Saepe etiam grauidis irrorat pestifer vndis,
Ex [f] quibus infestae Baccho, glaucisque salictis
Nascuntur volucres, serpitque eruca [g] per hortos;
Quos super ingrediens exurit semina [h] morsu,
Quae capitis viduata coma [i], spoliataque nudo
Vertice, trunca iacent tristi consumpta veneno.

Haec

u) *estus B. R.* x) *lacesset B. R.* y) *quoniam I. B. R.* z) *pinguescit P.* a) *causae I. B. R.* b) *diros* coni. *Buchn.* c) *ignes P.* d) *hominum I. B. R.* e) *bouumque Hern.* f) *Et I. B. R.* g) *erugo L.* h) *foemina visu I. B. R.* i) *comis P.*

inter pabularia numeratur, tantum ab *ozymo* distans, quantum ab Eridano Hypanis. De *Ozymo* Plinius meminit li. 21 inter hortensia; de *ocymo* vero lib. 8. *Apud antiquos erat pabuli genus, quod Cato Ocymum vocat, quo sistebant aluum bubus. Id erat e pabulis segete viridi desecta, antequam gelaret.* Varro [1, 31, 4 vbi vid. no.] a celeritate prouenienda dicit dictum; quod *ὠκὺς ocyos* celer dicatur. PIVS annot. post. c. 169. Vid. noster 11, 3, 34 vbi planissime hunc locum interpretatur. De ocimo vel ocino Catonis vid. ad Varr. 1, 31, 4. conf. Index noster.

321 PVLEX) Pulex, a nigrore puluis, in hortis sata rodit. scribit remedia ad euitanda animalia, quae solent nasci in herbis, et ad euitandos imbres et gelicidia. FOMEGN.

324 HIRSVTAQVE CAMPE) Puto hanc esse, qui alias *Inuoluolus* dicitur, quod ipsa Graecorum origo in voce *campe* non refugit, et Columella de eadem infra sic: *Voluitur ad terram distorto corpore campe.* Nimirum ex vineis, vel aliis fructibus incidit in flores, vel ad illos, vbi decidit, repit. Fruterius l. c.

329 DVROS IMBRES) Malim *diros.* Sic Horatius *dirum grandinem* dixit, quo fortasse an respexit. BVCHN. Nihil tamen ausim mutare, cum grando nihil sit aliud quam imber gelu induratus. Ita etiam vetus Comm.

330 DILAPIDANS) Claudianus de Manlii Theodori Cons. v. 109 *Saxa grandinis* dixit. CHENIVS.

333 NASCVNTVR VOLVCRES) Hic possumus *volucres* et *volucrae* legere pro vermiculo Vaginipenni sumendum, qui teneros praerodit pampinos, qui vt supra adnotauimus, non est idem cum *conuoluolo* s. *inuoluolo.* *Volucra* dicitur, quod volaticus est, et vaginipennis et aliger, viridi colore, rostro serrato. Inuoluolus alas non habet: quare *ἄπτερον*, hoc est *impennem*, vocitat Aristoteles, cum oculata fide viderim ego *thaleatitium*, hoc est volucram esse volaticam, paruo scarabeo similem, alis vt vagina inclusis. Apud eundem Columellam dicitur haec *volucra*, lib. 3 sic: *Genus est animalis, volucra appellatur. Id vere praerodit teneros adhuc pampinos.* Quidam apud Columellam in verbis praecedentibus non *volucram*, sed *voluocem* scribunt, decepti a codice Pliniano mendoso, vbi cum *volucrem* scribi debuisset, *voluocem* intruserunt. Sed ne in re dubia apud me sit fides, relego te ad codicem antiquissimum Plinii, qui Bononiae in libraria minorum fratrum seruatur, vbi adhuc apparet intemerata vera lectio. Sed de hac re in superioribus affatim. PIVS annot. post c. 170. Egerat autem de inuoluolo iam supra c. 34 quo etiam lectorem ablegat. SCHOETTG. Locus Col. est de Arb. 15; vbi Beroaldus, cuius verba damus in Indice, *voluocem* volebat substitui. Plinii autem 17, 28 s. 47, vbi suffragantur Pio Codices ab Harduino inspecti omnes, vt *voluocem* respuant; sed legunt *volucre.* *Alii volucre appellant animal praerodens pubescentes vuas* etc. Hic, id est in Columellae versu, *volucrae* tanto facilius mutari potuerunt in *volucres*, quod sequitur littera sibilans, et diphthongi nullam rationem habebant sequioris aetatis librarii.

341 TVSCIS

Haec ne ruricolae [k] paterentur monſtra, ſalutis
Ipſa nouas artes varia experientia rerum,
Et labor oſtendit miſeris, vſuſque magiſter
Tradidit agricolis, ventos ſedare furentes,
Et tempeſtatem Thuſcis [l] auertere [m] ſacris.
Hinc mala Rubigo virideis ne torreat herbas,
Sanguine lactentis [n] catuli placatur et extis.
Hinc caput Arcadici [o] nudum cute fertur aſelli
Tyrrhenus [p] fixiſſe Tages in limite ruris.
Vtque Iouis magni prohiberet fulmina [q] Tarchon [r],
Sepe [s] ſuas ſedes praecinxit, vitibus albis.
Hinc Amythaonius [t] docuit quem [u] plurima Chiron,

Nocturnas

k) *ruriculae R.* l) *tuſcis I. B. R.* m) *aduertere Gryph.* n) *lactantis I. B. R.* o) *Archadici L.* p) *Tirrhenus I. B. R. Tirchenus L.* q) *fulgura L. I. B. R.* r) *tarcon B. R.* s) *Saepe* et *percinxit* omnes. t) *amynthanus P. amytaonius B. R. amythonius L.* u) *quem L. I. B. R. quae* al.

341 TVSCIS SACRIS) Quae *Tyrrhenus Tages* inuenit de quo v. 345. Sed et alias notum eſt Tuſcos ſuperſtitionum eſſe auctores. Vid. quos laudat citatus paullo ante Fr. Marianus de Etruria metrop. c. 29 extr. p. 198 ſq. Sed Graeciam etiam his nugis abundaſſe, vel χαλαζοφύλακες illi ridiculi Cleonenſium demonſtrant, de quibus Seneca Q. N. 4, 6 et 7. Caeterum de his ſuperſtitionibus vid. Pall. 1, 35 it. Plin. 17, 28. De rubiginis remediis Geop. 5, 33.

342 HINC MALA RVBIGO) *Rubigalia* ſacra inſtituta erant, ne rubigo ſtrangularet. In rubigalibus mactabatur catulus tractus ab oleribus canis. Plinius li. 30. *Mares catuli placandis numinibus hoſtiarum vice tenentur: ergo non ſolum hortorum peſtes, ſed etiam Numinum iras catulis euitamus.* POMPON. *Rubigo* quid ſit, notum eſt, eam autem Deam fecere veteres Romani, ne frumentis noceret. Elmenhorſtius ad Arnobium lib. 2 p. 86 Feſtum eius, *Robigalia*, celebrabatur circa finem Aprilis. Ouidius Faſt. 4, 907 ſ. SCHOETTG. Vid. ad v. ſeq. it. quae ſupra ad Varr. 1, 1, 6 de *Robigo* dicta ſunt.

343 LACTENTIS CATVLI) Vid. Lomeier de luſtrat. c. 23. SCHOETTG. De his ſacris Plinii locum 18, 29 ſ. 69 n. 3 *Canis* (ſidus) *occidit, — cui praeoccidere caniculam neceſſe ſit*, recte et ordine interpretatus eſt Harduinus no. 29 vbi nec verſum Columellae omittit, et recte comparat Ouid. Faſt. 4, 907 ſqq. *Flamen in antiquae fanum Rubiginis ibat; Exta canis flammis, exta daturus ouis* etc. Nihil igitur praeter rem a nobis factum, cum littera initiali *Robiginem* l. *Rubiginem* Deam notauimus. De *catulinae carnis* in hominum Deorumque epulis vſu Vid. Plin. 29, 4 ſ. 14 et quos aduocat ad eum locum diligentiſſimus Harduinus.

344 CAPVT — ASELLI) *Equae* vel *aſinae caluariam* commendat Pall. 1, 35, 16. Hinc recte Scoppa collect. 1, 27 quem hic laudat ALMELOVEENIVS, legendum coniecit, *Nunc caput Arcadicae — aſellae.*

345 TAGES) In Hetruria aliquando ruſticus, cum agrum ſuum araret, ex ſulco ſurrexit puer, Tages nomine, qui eius regionis incolis ad ſe congregatis haruſpicinae diſciplinam tradidit, quae poſtea a Tuſcis ad Romanos peruenit. Cicero de diuin. 2, 23. SCHOETTG.

346 TARCHON) Memoriam illius ex Strabone aliisque repetit la Cerda ad Virg. 8, 506. Scripturam antiquam *Tarcon* non eſſe contemnendam, cum Drakenburgius ad Sil. 8, 474 obſeruat, tum Graeca ratio docet, Τάρκων.

347 SEPE — PRAECINXIT) Ita reponere auſus ſum inuitis libris omnibus, ſed non inuito, credo, ipſo, ſi viueret, Columella. *Sepe* et *vitibus albis* per appoſitionem dicuntur, vel ἐπεξήγησιν: *praecinxit* eſt Palladii, qui hunc locum περιφράζει 1, 35, 1 *Omne horti ſpatium alba vite praecingitur.* Plin. 23, 1 ſ. 16 de *vite nigra* ſ. *bryonia aiunt, ſi quis villam ea praecinxerit*, (ita Hard. ex MSS. al. *tinxerit*, quod forte ortum ex *cinxerit*) *fugere accipitres, tutasque fieri villaticas alites.* De *vitis albae* nominibus et virtutibus eodem loco praecipit.

348 HINC AMYTHAONIVS) Amythaon pater Melampodis Medici: vnde Amythaonius Melampus dictus. Hunc docuit Chiron filius Saturni et Philtriae Oceani. POMPON. Senſus eſt trium priorum carminum ſeiunctus a ſuperiori ſententia, Melampodem Amythaonis filium ſuffixiſſe cruci noctuas, et has aues nocturnas et inauſpicatas, vt quae colonis mala portenderent, in ſeipſas omnia [f. omina] reciderent. Id ſuperſtitioſa vetuſtas putauit amuletum eſſe dirarum, quas hae volucres ominoſae portendebant. Huic quoque ſententiae aſſentit Apuleius li. 3. de aſino aureo: *Quid quod iſtas nocturnas aues, cum penetrauerint larem quempiam, ſolicite prehenſas foribus videmus affigi: vt quod infauſtis*

volatibus

Nocturnas crucibus volucres suspendit et altis
Culminibus vetuit [x] feralia carmina flere.
Sed ne [y] dira nouas segetes animalia carpant [z],
Profuit interdum medicantem semina pingui
Palladia sine fruge salis conspergere amurca,
Innataue [a] laris [b] nigra satiare fauilla.
Profuit et plantis latices infundere amaros
Marrubii, multoque sedi [c] contingere [d] succo.
At si nulla valet medicina repellere pestem,
Dardaniae veniant [e] artes, nudataque plantas
Foemina, quae iustis tum demum operata iuuentae [f]

Legibus,

x) *metuit* sphalma *Gy. et Com.* y) *ni Gryph.* z) *carpent H. A. Gr. G.* a) *Innatam vel P. Innata ve* diu. *I. B. R.* b) *aris P. aeris I. B. R.* c) *feri I. B. R. feri L.* d) *contigere R.* e) *veniunt I. B. R. I. I. H. A. G.* f) *iuuenta B. R. inuentae Gr. G.*

volatibus familiae minantur exitium, suis luant cruciatibus. Suffragatur Palladius [1, 35, 1] PIVS c. 33. Noti sunt isti duo ex Virgilio Georg. 3, 550 *Phillyrides Chiron, Amythaoniusque Melampus.* De quibus consule Interpp. Virgilianos. SCHOETTG.

349 NOCTVRNAS CRVCIBVS) Pall. 1, 35, 1 *Noctua pennis patentibus extensa suffigitur.* Adde Pium. SCHOETTG. Seruat hunc morem nostra aetate Germania, vbi videas passim portis venatorum adfixas passis alis vel nocturnas aues vel rapaces.

351 DIRA ANIMALIA) Contra *culices* et *limaces* Palladius 1, 35, 2 in paraphrasi huius loci *amurcam recentem* spargi iubet.

353 PALLADIA — CONSPERGERE AMVRCA) Palladiam vocat a Pallade oleae inuentrice, ex qua fit amurca. Caeterum per *amurcam sine fruge salis* describit sedimentum olei, quod peculiari nomine vocatur *amurca insulsa.* Plinius *puram amurcam* vocat li. 18, qua dicit semina medicari conducibile existere. PIVS.

354 INNATAVE AERIS NIGRA) Docet *aerugine* siue fuligine agrum complendum, quae animalibus nocuis obstat, vt culicibus, quod in l. 12 calce monet. Palladius quoque hoc confirmat li. 1. PIVS.

354 INNATAVE LARIS) Quidsi *lari* legamus et intelligamus focum, cui innascitur siue adhaerescit fauilla. Pall. l. c. commentarii vicem praestat, cum nominat *ex cameris fuliginem.* Clarius ipse noster 11, 3, 60 *puluis qui supra cameram inuenitur, vel etiam fuligo, quae supra focos tectis inhaeret.*

356 MVLTOQVE SEDI) Ita legendum non *feri.* Hoc ipse Col. docet li. XII. *Veteres quidem auctores praecipiunt, vt Democritus, semina omnia succo herbae, quae* sedum *appellatur, medicare: eodemque remedio aduersus bestiolas vti, quod verum esse nos experientia docuit.* Plinius item 18 *Democritus succo herbae, quae vocatur* aizoon *in tegulis nascens tubulisue, latine vero* sedum *aut* digitellum, *medicata seri iubet omnia semina.* Aizoon *enim est semper virens quasi viriditate perpetua dicas.* Palladius latinam dictionem vsurpauit sic prodens: *Contra erucas semina quae spargenda sunt,* semperuiuae *succo madefiant, vel erucarum sanguine.* PIVS.

356 SEDI) Vide nostrum supra 2, 9, 10 et Fruterium Verisim. 2, 19. SCHOETTG.

358 DARDANIAE VENIANT ARTES) dictae a Dardano mago, cuius et Iurisperiti et Apuleius meminere. Proinde a Columella pro maleficis et magicis accipiuntur. PIVS. Quidam interpretantur Phrygias a Dardano auctore Troianorum primigenio: quoniam Phrygii inuenerunt mulierem menstruatam circuire agros et hortos ad erucas et caeteras noxias pestes depellendas nudis pedibus, capillo cinctuque resoluto. Ego existimo *Dardanias artes* dici magicas a Dardano, quem Apuleius in Apologia nominatim percenset inter magos celeberrimos. BEROALDVS. id est, magicae, a Dardano, insigni, vt tradunt, mago, cuius commentariis diligenter perlectis, longe doctissimus euasisse Democritus memoratur. Consule Plinium 30, 1. Apuleius: *Vel ipse Dardanus, vel quicunque alius post Zoroastrem.* Eusebius lib. εὐαγγελ. προπαρασκ. β. εἶτα ὁ Δάρδανος ὁ μύθος θεῶν καταδείξας, τὰ μυστήρια. Haec Brodaeus Miscell. 4, 10. SCHOETTG.

359 FOEMINA, QVAE IVSTIS) *Iusta* nulla addita voce alia sunt menses muliebres apud Latinos. Plinius Valerianus 4, 50 de amygdalis: *vrinam mouent, foeminarum iusta praecipitant.* BARTHIVS 1, 2 et 4, 14. *Operari* inter alias significationes est alicui rei operam dare, eamque debito modo peragere, et construitur cum sexto [an tertio?] casu: *operari studiis.* Virgilius Aeneid. 3, 136 *Connubiis aruisque nouis operata iuuentus.* De *iustis* apud Plinium Valeria-

Legibus, obſcaeno [g] manat pudibunda cruore,
Sed reſoluta ſinus, reſoluto moeſta capillo,
Ter circum areolas, et ſepem ducitur horti.
Quae [h] cum [i], luſtrauit gradiens, (mirabile viſu)
Non aliter quam decuſſa pluit arbore nimbus
Vel teretis mali, vel tectae cortice glandis,
Voluitur ad [k] terram diſtorto corpore campe.
Sic quondam magicis ſopitum cantibus anguem
Vellere Phryxeo [l] delapſum vidit Iolcos [m].
Sed iam prototomos [n] tempus decidere caules,
Et Tarteſiacos [o], Paphioſque reuellere thyrſos [p].
Atque apio faſces, et ſecto cingere porro.

Iamque

g) *obſceno I. B. R.* h) *Quem P.* i) *quom I. B. R.* k) *in P.* l) *phrixeo R.* m) *iolchos* omnes excepto Com. n) *protocomos I. B. R. prothocomos L.* o) *tarthefiacos I. I. H. A. G. Tarthefiachos Steph.*

Valerianum nullum eſt dubium, ſed apud noſtrum poteſt ita explicari: Foemina, quae iuſtis naturae legibus operata ſ. operam dans h. e. cuius conſtitutio communem naturae ordinem ſequitur. *Leges* h. l. דרך נשים ſeu mores et conſuetudo naturae apud mulieres, quemadmodum hanc loquendi formulam Geneſ. 31, 35 occurrentem intelligit Raſche ad Auoda Sara fol. 18, 1 vbi verbum דשתיא, *menſtruata ſum*, exponit per דרך נשים לי, *ſecundum morem mulierum mihi eſt.* Adde eundem Raſchium ad Geneſ. 18, 8. SCHOETTG. De ipſo remedio ſatis, opinor, ridiculo noſter 11, 3, 64; Pall. 1, 35, 3 cum Plin. 28, 7 ſ. 23 Aelia. H. An. 6, 36 et Apuleius in Geop. 12, 8 vbi Needhamus etiam Mizaldi de ſecret. hort. l. 1 verba adducit, *Huiusmodi praeſtigium referre puduiſſet, niſi multi experti fuiſſent; ſcripſiſſetque doctiſſimus Medicus* Io. Langius, *in Noricorum terris obſeruatum et approbatum eſſe.*

361 RESOLVTA SINVS) Apul. l. c. ἀνυπόδητον eſſe iubet, λυσίτριχα, ἓν μόνον ἐνδεδυμένην ἱμάτιον, καὶ μηδὲν ἄλλο, ὅλως ἔχουσαν μήτε περίζωμα, μήτε ἕτερόν τι κ. τ. λ.

361 RESOLVTO MOESTA CAPILLO) Paſſi crines triſtium et moeſtarum, quod notum. Hic ſimpliciter notat habitum.

366 VOLVITVR AD TERRAM) *Campe* bruchum ſignificat, ſiue erucam, quae a flexura graece ſic dicitur, quia in arcum arrependo curuatur. Idem Colum. li. 12. *Beſtiolae, quae a nobis appellantur erucae, graece* Campae *nominantur.* Quas hoc loco dicit omnes mori, et occidere, ſi mulier, quae in menſtruis eſt, ſolutis crinibus et nudo pede et capite ter circum areolas horti ducatur. Vid. Pall. li. 1. BEROALDVS.

366 DISTORTO CORPORE CAMPE) In etymo ludit, κάμπη enim ἀπὸ τοῦ κάμπτειν dicta.

367 MAGICIS SOPITVM CANTIBVS) *Cantare* Poëtis ſaepe eſt incantare, et *cantus magici* ſunt incantationes. Medea apud Ouidium Heroid. 12, 167 *Ipſi me cantus, herbaeque artesque relinquunt.* Prudentius περὶ στεφάνων 12, 23 *Saepe etiam magicum cantamen inire per ſepulcra.* et in Symmachum, 2, 176 *Longaeuam perimam magico cantamine matrem.* Gratius Cynegetico v. 405 — *et magicis adiurant cantibus herbas.* Plura notarunt viri docti in commentariis ad Poëtas. SCHOETTG.

368 IOLCOS) Vulgata eſt vrbs in Theſſalia et patria Iaſonis, qui Phryxeum vellus raptum ex Colchis in patriam contulit cum dracone ſopito magica incantatione, ope et auxilio Medeae. Medea filia Oetae [Aeetae] fuit et Ecathes [Hecates] ſoror Circes, magica, quae draconem cuſtodientem vellus aureum ſopiuit, et Argonautis tradidit. Poſt necatos filios ad Aegeum Athenarum regem iuit; inde in Mediam; hinc pulſa tandem in Italiam venit, et perſedit in regione Marſorum, vbi magicam artem, et ſopire ſerpentes docuit. Alii dicunt Draconem fuiſſe interemtum ab Argonautis. Valerius Flaccus hanc materiam nobili et heroico carmine pluribus libris aperit. POMPON.

369 PROTOTOMOS CAVLES) Marcellus de medic. v. 37 *Coriandrum prototomumque* Martial. 14, 99 (101) *Prototomis pudet heu, ſeruio coliculis.* BVCHN. Add. Liſter ad Apic. 3, 9. ALMEL.

370 TARTESIACOS PAPHIOSQVE THYRSOS) Vid. ſupra v. 185 et 187.

371 SECTO CINGERE PORRO) ſectiuo vel ſectili, quomodo et auctor Moreti v. 83 — *ſectique famem domat area porri.* Iuuenali 3, 293 *Sectile porrum* Plinio 19, 6 *ſectiuum* dicitur. *Sectiuo porro*, inquit, *nuper auctoritatem dedit princeps Nero. Seritur ſemine ab aequinoctio autumno: ſi ſectiuum facere libuit denſius.* Cl. Salmaſius c. 52 Plinian. Exerc. p. 703 adducit ſequentia Iſidori: *Duo genera porri, capitatum et ſectile.*

Iamque eruca salax foecundo prouenit horto.
Lubrica iam lapathos, iam rhamni [q] sponte virescunt,
Et scylla [r], hirsuta sepes [s] nunc horrida rusco
Prodit, et asparagi corruda [t] simillima filo,
Humidaque andrachne sitientes protegit antes [u],
Et grauis atriplici [x] consurgit longa fasellus [y],
Tum [z] modo dependens trichilis [a], modo more [b] chelydri [c]

Sole

p) *tursos I. B. R. thirsos H. A. G.* q) *thami I. B. R. thanni I. I. H. A. Gr. G. St. tammi Lips.* r) *scyla tyrsuto B. R. scila tirsuto L.* s) *sepe L. I. saepae B. saepe R.* t) *corruba B. R.* u) *anctus L.* x) *attriplici R.* y) *faselus I. I. H. A. Gr. G. phaselus L.* z) *Tu Iens.* a) *ricini I. B. R. richili L. triplicis Pol. trichili* al. b) *more* abest *A.* c) *cylindri Iens. et Gryph.* in margine. *chylindri B. R. chelidri I. I. Gr. G. St. cilyndri* Steph. in marg.

sectile. Hoc Graeci *καρτὸν* vocant; estque, eundem si Salmasium audimus, idem et *tonsile*, apud Martialem X, 48. 10 *In quibus est lactuca sedens, et tonsile porrum.* Sic enim legendum scribit ibi e vetustissimo Codice, quem vidit; cum aliis in codicibus sit *sectile*. CRENIVS. *Cingere* hic videtur constringere, colligare in fasciculos, portandi commodius et vendendi causa.

372 ERVCA SALAX) Scal. ad Catal. Virg. p. 179; Ramir. ad Mart. 3, 75. ALMEL.

373 LVBRICA IAM LAPATHOS) Lapathum alii dixere rumicem, et eius generis siluestrem Oxalidum dicunt. alii oxylapathon; alii hydrolapathon et hippolapathon. Vis lapathi est ciere vrinam, et large sumtum ventrem soluit, caliginem oculorum discutit. POMPON.

373 IAM RHAMNI SPONTE VIRESCVNT) Quid si legas *thamni*? quoniam arbustum *vtrinque foliatum*, ita vocat Homerus, sub quo delituit nudus Vlysses, repertus a Nausicaa. Vnde puto sic legi posse in Priapaeis. *Frondenti Thamno vix potuisse tegi.* Nam Suida auctore, *θαμέες πυκνοί, καὶ θαμειοὶ καὶ θαμειός.* Vides vt *densum* appellat, et *obscurum Thamnum.* Thamnos proprie *virgultum* Latine dicitur. Sunt qui putant intelligi de *cappari*, qui vt virgultum crescit, praesertim ita loquente Pedacio, *κάππαρις θαμνός ἐστιν ἀκανθώδης.* Puto tamen apud Dioscoridem vocem generalem esse *Thamnos.* Quid si legis? *Iamque Ammi*, ex Diosc. lib. 3 *Ammi*, inquit, *Romani Ammium Alexandrinum, aliqui Aethiopicum, aliqui Rhegium cuminum vocant, Aliqui alterius naturae Aethiopicum cuminum dicunt esse et alterius Ammi. Vim habet istud feruentem accensam. Bibitur ad tormina cum vino.* Si legeres *Thamni* pro virgultis non esset incongruum, quoniam inferius agit de omnibus crescentibus in altitudinem virgultorum, tanquam significare vellet, *Egimus de herbis paruis, nunc agamus de altioribus.* PIVS annot. post. c. 171. Quidni *rhamnos* seruamus, spinas sepibus faciendis adhiberi solitas, et medicinae varie vtiles? in primis cum statim subiiciat *sepem rusco horridam*: *thamni* inaudita, credo, Latio vox est.

374 ET SCYLLA) *Scilla* nobilissima est e generibus bulborum. Eius duo genera, masculum albis foliis, foemina nigris. Additur tertium genus cibis gratum: Epimenidon vocant angustiore et minus aspero folio. POMPON.

374 RVSCO) *Ruscus* est, vbi includitur semen asparagi. Asparagus semper crescit ad Thyrsum: ideo dicit *thyrsuto rusco.* POMPON. Qui haec portenta putas, inspice varietatem lectionis.

376 ANDRACHNE) herba, quae solet innasci montibus. *Antes* sulci sunt et in vineis et in agris et in hortis. POMPON.

377 FASELLVS) Phaselus et Phaseolus dicitur. Si fuerit propior atriplici, atriplicem necat. *Atriplex* genus est oleris, quod rustici *spinacium* vocant. Sed spinacium proprie non est; a quo longe noscitur differre. *Phaselus* siliquam habet oblongam. Dicitur autem *phaselus* a *Phaselo* insula maris Aegei proxima Olympo: vnde id ad nos legumen manauit. Late Columella declarat seipsum ad finem proximi voluminis, cum loquitur de cucumere et cucurbita. POMPON. *Phaselum*, *φάσηλον* non opus habere geminato l apparet. Ita tamen omnes hic et quidam apud Virgilium legunt.

378 TVM MODO DEPENDENS RICINI) Loquitur de cucumere, generatim tradens ex illis videri nonnullos similitudine referentes ricinum. *Dependens* ait, quoniam repunt brachia cucumerum in editiora virgulta siue pergulas, illincque dependent. Quare a Poëta dictum est: *et pendet iunco Caeruleus cucumis. Ricini*, intellige more aut similitudine, quod ricinum repraesentat. Dicitur et *ricinus musca canina.* Aliqui prodiderunt ricinum virgultum appellari heliscopium. Certe mihi Ludouicus Gesilardus ex helioscopio semen attulit, siue illud fuerit ex heliotropio, cylindracium et oblongulum, mirifice verbis Moderati congruens. Potes hic ricinum mora oblonga, antequam maturescant, intelligere, vel certe *iulos* compactiles et teretes: cui interpretationi fidem faciunt haec Pliniana verba li. 23 *Mora germinatione priusquam in folia exeant sinistra, decerpi iubentur futura poma:*

rhicinos

Sole sub aestiuo gelidas per graminis vmbras
Intortus cucumis, praegnansque cucurbita serpit.
Vna neque est illis facies. nam si tibi cordi
Longior est, gracili capitis quae vertice pendet.
Et [d] tenui collo semen lege: siue globosi
Corporis, atque vtero nimium quae vasta tumescit;
Ventre leges medio, sobolem dabit illa capacem
Naryciae picis, aut Actaei mellis Hymetti,
Aut habilem lymphis hamulam, Bacchoue [e] lagoenam·
Tum pueros eadem fluuiis innare docebit.
Liuidus at [f] cucumis grauida qui nascitur aluo,
Hirtus, et vt coluber nodoso gramine tectus,
Ventre [g] cubat flexo, semper collectus in orbem,
Noxius exacuit morbos aestatis iniquae.
Foetidus hic succo [h], pingui quoque semine fartus.
At qui sub trichila [i] manantem repit ad vndam,

Laben-

d) *Et I. B. R.* e) *bacco vel lagenam B. R.* f) *ac* ante Vict. g) *Venere H. A.* h) *succoque, et pingui semine P.* i) *tricleam a. P.*

rbicinos Graeci vocant, sed cum adspiratione scribi debet in hoc significatu. PIVS.

378 DEPENDENS TRICHILIS) *Ricini* vtcunque explicat Pius *ricinum* genus mori intelligens *κίκι* dictum alias. *Ricinum* infestum vermem canum auribus intelligit Titius ad Nemesiani cyneg. v. 209. *Ricinus* planta, qualem Dodonaeus v. c. describit, plane hic videtur importuna. Haud dubito, quin vera sit lectio a nobis proposita. *Trichilam* pergulam esse ad Copam veteris poëtae v. 8. docuit Scaliger. laudauitque hortuli huius versum 394. Sed in hoc loco malebat legere *trochilo*, quod etiam inculcat ad Tib. 2, 5 p. 503, interpretaturque torulum in apophysibus columnarum, quam illius sententiam explodit Titius l. c. Caeterum *trichila* hic pariter et apud Caesarem B. C. 3, 96, 1 (vbi Scaliger eam iam restitui volebat) itemque in Spartiani Hadria. c. 10 p. 86 Hack. reponendam, erudite ostendit Salmasius tum ad Spartiani l. c. tum ad Soli. c. 40 p. 584; agnouerantque hanc vocem etiam in hoc loco Fruterius Veris. 2, 19 et Weiz. ad Copae l. c. Nos maluimus *trichilis* legere quam *trichila*, quia propius illud a *trichili* editorum, et a *triplicis* Medicei libri, abest. *Trichilis dependentes cucumeres* iam Ionae Prophetae aetate per orientem non rarae fuisse debent. Vocat hoc genus *cucurbitae camerarium, leui vmbra cameras et pergulas operiens* Plin. 19, 5 s. 24; cui opponit *plebeium, humi repens.* Iuuat etiam hoc obseruasse ex *trichila* ortum videri Gallorum *treilles*. Viderat et adscripserat Pii, Scaligeri, Salmasii, Weizii, Fruterii loca Cl. SCHOETTGENIVS, quod dissimulare nostri pudoris non est. Quae de *trichilo* vase *τρίχειλον* ad Fabri Lexicon a nescio quo in superioribus editionibus disputabantur, similia his, quae Pius ad 394, ea plane ad nostram rem non pertinent, et recte spero in ea, quae cum maxime operas exercet, editione immutata sunt.

378 MORE CHELYDRI) Ille nimirum est *anguinus cucumis* vel *erraticus* Plin. 20, 2 s. 4.

380 PRAEGNANSQVE CVCVRBITA) quia in se multa habet grana, quae sunt instar embryonum vel ouorum. SCHOETTG. conf. v. 384 et 389.

381 VNA NEQVE EST ILLIS FACIES) Plin. 19, 5 s. 24 *Semina, quae proxima collo fuerint, proceras pariunt: item ab imis, sed non comparandas supra dictis: quae in medio, rotundas: quae in lateribus, crassas breuioresque.* Eadem habet Pall. Mart. 9, 16 Add. Col. 11, 3, 49 sq.

386 NARYCIAE PICIS) *Narycium* Locrorum oppidum Plin. 4, 7 vbi pix optima a piceis arboribus colligebatur, vnde Virg. Georg. 2, 438 *Naryciae picis lucos* laudat. Adde et Plinium 14, 20. SCHOETTG. Orthographiam hanc *Naryciae picis* probat Heins. ad Ouid. R. A. 264. De vario vsu cucurbitarum Plin. l. c. *Nuper in balinearum vsum venere vrceorum vice* (hae sunt *hamulae* nostri) *iam pridem vero etiam cadorum — condendis hortensiorum seminibus rusticae supellectili.*

389 LIVIDVS AT CVCVMIS) Nunc de eo agit, quem v. 379 *more chelydri serpere* dixerat etc.

394 AT QVI SVB TRICHILA) Sciunctum legendum *sub trichila:* et *trichilas* vasa interpretare tria labra habentia, vt *nasorum quatuor vas* apud Satyrum. De *trichilis* meminit

Caesar

Labentemque sequens nimio [k] tenuatur amore,
Candidus, effoetae tremebundior vbere porcae,
Mollior infuso calathis modo lacte gelato,
Dulcis erit, riguoque madescit luteus aruo,
Et feret [l] auxilium quondam mortalibus aegris [m].
Cum canis Erigones [n] flagrans Hyperionis aestu
Arboreos aperit foetus, cumulataque moris
Candida sanguineo manat fiscella cruore,
Tunc praecox bifera descendit ab arbore ficus,
Armeniisque, et cereolis, prunisque Damasci

Stipan-

k) *nimium P.* l) *fert H. A. Gr. G.* m) possis etiam hic incidere tantum, et hunc versum ad eum qui sequitur adiungere; punctum autem ponere post *v.* 402. n) *origones B. R.*

Caesar in commentario tertii belli Pompeiani; quamuis quidam referant ad *Therichia*; falso, qui Columellam non aduerterunt, cui opinioni syllaba repugnaret, si hic versus in *Thericlam* vertendus foret. Praeterea repugnat sententiae. Non enim monet Columella vasa ex *terebintho*, pretiosissima videlicet, qualia tornabat *Thericles* supponenda cucumeri, sed lata et capacia, vt sunt figulina vel lignea artificii non sic exquisiti. PIVS.

394 MANANTEM) Coniunge *sub* cum *manantem*, et expone *ad vndam*, quae sub trichila vase supposito cucumeri manat. Plinius [19, 5 s. 23]: *Oleum odere mire, nec minus aquas diligunt. Desecti quoque ad eas modice distantes adrepunt* [videre nimis velim!] *Contra oleum refugiunt, aut, si quid obstet, vel si pendeant, curuantur. Idque vel vna nocte deprehenditur. Si vas cum aqua subiiciatur a quatuor digitorum internallo descendentibus ante posterum diem.* PIVS. Haec tria verba coniungenda sunt. Nam sermo est iam de pendente in trichila cucumere v. 378. Vid. praeter Pall. Mart. 9, 7. Similia sunt Geop. 12, 19 p. 340 Needh. Plinius 19, 5 s. 24 *cucurbitas* etiam *salubriores* ait, *quae pendendo creuere.*

397 MOLLIOR) Tum proprie vocantur *pepones*, a maturitate ita dicti. Plin. l. c. s. 23 *cum magnitudine excessere, pepones vocantur.*

398 MADESCIT LVTEVS) sub maturitatem fit lutei, s. flauescentis coloris. *Madescere, madere, madidum* de mollibus a coctura praesertim dici, obseruamus in ea quae nunc paratur Fabriani thesauri editione. Add. Rhod. ad Scribo. Larg. c. 41.

400 CANIS ERIGONES) *Erigone fuit Icarii filia, cuius parens cum a rusticis Atheniensibus esset occisus, canis illius, Maera nomine, filiae indicauit, vbi parentis corpus iaceret, quod ipsa sepeliuit, seque in monte Hymetto suspendit. Deinde ex petito Bacchi Erigone et canis eius inter sidera relatae sunt,* Erigone *quippe dicitur* virgo, canis *autem* Sirius. Scholiastes Germanici p. 128. SCHOETTG.

401 ARBOREOS APERIT) Vbi herbas descripsit, incipit de arboribus, idque a moris. Mora in Aegypto et Cypro abundantis succi sunt. trinus eis color. Primum albescunt; inde rubescunt, post nigrescunt. Primum alba fuisse scribunt fabulae, colorem mutauerunt ex cruore Thysbes. POMPON.

402 SANGVINEO CRVORE) Sic *terminteus ramus* apud Gratium, *baccea concha* apud Virgilium in Culice, quae exempla obseruauit BARTHIVS Adu. 21, 14. SCHOETTG.

403 BIFERA) *Biferas ficus* commemorat Macr. 3, 20 Sueto. Caes. c. 86; quam *duplicem* appellasse Horatius Sat. 2, 2, 122 Torrentio videtur. Idem Horatius epist. 1, 7 aestiuum tempus et dies caniculares a prima ficu describit. BVCHN. Ficus inter biferas esse, quod hic Columella canit, habet et Suetonius in Augusto c. 76, 2 *Et ficos virides biferas maxime adpetebat.* * In quem locum vide Torrentium et Pitiscum, citantes Plinium 16, 26 extr. et 27 princ. scribentem: *Ficus et praecoces habet, quas Athenis prodromos vocant. In Laconico genere maximae sunt. Sunt et biferae in eisdem. In Cea insula caprifici triferae sunt.* Macrobius Sat. 2, 16. CRENIVS.

404 ARMENIISQVE) prunis, cuius species optime in Armenia nascitur. Noster supra 5, 10, 19 Salmasius ad Sol. c. 35 p. 426 quem vide. SCHOETTG.

404 CEREOLIS) Sunt etiam ficus, quae *fernant flauae cognomina cerae*, vt noster infra v. 417. SCHOETTG.

404 PRVNISQVE) Prunorum genera, nigra et candida, et quae cum frugibus maturescunt, hordeacea. *Asinina* nigra sunt, et ab vilitate dicta: *cerina* [*haec vox redundat, aut post illam excidit* a colore dicta, *vel simile quiddam: debuit quidem explicare cereola*]. *Purpurea* laudatiora: ab externa gente *Armeniae* suauissimi

Stipantur calathi, et pomis quae barbara Persis
Miserat (vt fama est) patriis armata venenis.
At [o] nunc expositi paruo discrimine lethi [p]
Ambrosios praebent succos, oblita nocendi.
Quin etiam eiusdem gentis de nomine dicta
Exiguo properant mitescere Persica malo.

Tem-

o) *Ac I. B. R.* p) *laeti I. B. R. I. I. A. Gr. G. leti Herv.*

vissimi odoris. Solent et pruna adoptiua esse et quae malis inseruntur; vt in Baetica regione *malina* dicunt; quae nucibus, *nucipruna*, quae amygdalae, *amygdalina*; et in totum peregrina, quae a ciuitate Syriae Damasco *Damascena* nuncupantur. Sunt et *culicina* et *siluestria*. De prunis nulla mentio est apud Catonem: quo magis miratur Plinius, cum ante vrbem conditam latinus ager hac arbore abundaret. Alii dicunt coepisse post Catonem. POMPON.

405 POMIS QVAE BARBARA PERSIS) Intelligunt haec alii de persea, arbore Aegypti, sed Salmasius ad Solinum c. 35 p. 426 de *malis persicis* explicat, et addit, etiam alios hoc de Persicis malis scripsisse, ea in Perside fuisse venenata, hanc vero naturam mutato solo deposuisse. Verum Bodaeus a Stapel ad Theophrasti hist. plant. 3, 5 et 4, 2 prolixe ostendit, *perseam* et *persicum* vnum et idem esse. SCHOETTG. Retractauit, quod scire Bodaeus non poterat, ex aliqua parte ipse sententiam suam Salmasius, homon. hyl. iatr. c. 68: cuius longissimae disputationis haec summa est. Περσέα s. περσεία, *Persea* Theophrasti et aequalium est ipsa, quae recentioribus dicta est *Persica*. Haec recens tum ex Aegypto in Rhodum translata, fructum nondum tulerat, Graeciaeque plane erat incognita: post Alexandri M. tempora in Graeciam atque inde in reliquam Europam illata, et Περσικὸν dicta. Περσικὴ μηλέα, autem et Περσικὰ μῆλα Theophrasti, sunt ipsa arbor et poma, quae postea solennius *Medica*, item *Citrea* dicta, vetus nomen amisere. *Perseam* Theophrasti pro peculiari arbore habuerunt Aegypto propriam posteri, quod illum improuide sequerentur, mutationis quae secuta est immemores: praesertim cum de re externa sibi non visa obscure admodum et confuse ille prodidisset, vt *Persicam* suam esse ipsius *Perseam* non sentirent. Caeterum arborem nullam a *Persica* diuersam habet Aegyptus, quam intellectam Theophrasto suspicari possis. Neque quisquam illam distincte descripsit. Porro *Persica* malis accensita, propter duriorem callum. In hoc etiam genere sunt *praecoqua* de quibus Columella v. 410. Alia sunt *Armenia* vel *Armeniaca* (*pruna*) *praecoqua*, quae posteriori voce corrupta Graeci recentiores Πρεκόκκια, et occidentales *Abricotia*, *Abricots*, *Apricosen* dixere. Haec fere, sed more suo copiosissime, SALMASIVS. Neque definire certius quidquam audet Ez. Spanhemius de vsu et praest. num. Diss. 6 p. 328. Vnum illud addere lubet, videri rectius in vno genere collocari a Palladio vel quisquis interpolauit Nou. 7, 4 *duracina* (inde corrupta Graecorum δωράκινα) *praecoqua Persica*, *Armenia*. Ita certe distinxi, vt ex Salmasii sententia duplicia *praecoqua* intelligantur. BVCHNERVS hic adscripsit: Creduntur aliquid hodieque veneni habere, quod tamen deponant, si ex vino, quum aliquantisper in eo persica delituerunt, comedas. ALMELOVEENIVS hic laudat Lomeier. dier. genial. Dec. 2 diss. 1 p. 74.

407 EXPOSITI) Salmasius sequentem in modum legit et distinguit: *At nunc exposito patriae discrimine, laeta Ambrosios praebent succos.* Addamus verba eius sequentia: *Exposito discrimine patriae*, exuto ac deposito patriae veneno. *Exponere* pro deponere tralatitium. Plinius de Persicis: *Falsum est venenata cum cruciatu in Persis gigni, et poenarum causa a regibus translata in Aegyptum terra mitigata. Id enim de Persea diligentiores tradunt, quae in totum alia est myxis rubentibus similis.* Columellam taxat Plinius. Non dubium tamen est, quin et de Persicis nonnulli auctores hoc idem tradiderint, quos Columella sequitur. Haec Salmasius. SCHOETTG.

410 PERSICA) Persica tota Asiae fuerunt, et a Perside translata: vnde et nomen habent, et cum difficultate primum transiere. Nunc sponte proueniunt in Rhodo ab Aegypto translata. Persici minime fruticant. Fabula esse videtur, quod venenata sint, et cum cruciatu apud Persas gigni, a Cyroque rege Persarum in Aegyptum pro veneno translata, ibique terra mitigata tradunt. Patrem Aegyptii falso testantur hoc pomo Cyrum necare voluisse; vtcunque tamen est, iuuat non vt peregrinis, sed vt patriis vti in Italia. *Gallica*, quae *duracina* dicuntur; et quae tarde veniunt, *Asiatica*. Sunt et *praecocia*, et per adoptionem dicta *nu[c]ipersica*. *Liuia* odoratiora et sapidiora caeteris sub arcturo maturescunt. Arcturus exoritur Non. Sept. Sunt et *morina*, quae intus moris colore similia, nullius paene odoris ac saporis, cortice piloso, et per adoptionem facta. Alia est *Persicus*, quae

Tempeſtiua manent [q], quae maxima Gallia donat;
Frigoribus pigro veniunt Aſiatica foetu.
At grauis Arcturi ſub ſidere parturit arbos
Liuia [r], Chalcidicis, et Caunis aemula Chiis,
Purpureaeque Chelidoniae, pingueſque Mariſcae,
Et Calliſtruthis [s] roſeo quae ſemine ridet,

Albaque,

q) *madent I. B. R. mandent L.* r) *Linia I. B. R.* s) *caliſtrutis Ienſ. caliſtrutiis B. R. Iunt. challiſtrutis L. I. I. H. Gr. St. challi ſtrutis* diuiſim A. G.

quae ad nos nunquam peruenit, myrteis rubentibus ſimilis ſata in Memphi a Perſeo Alexandri Macedonis atauo: vnde illi nomen: qua ex re Alexander triumphans ex Aegypto folia huius perſici in coronam ſibi conſtituit, vt Plinius refert. POMPON. [Plinii locus eſt 15, 13 ſ. 13.] Vitium eſt in his verbis manifeſtarium. Legendum enim: *Exiguo properant miteſcere praecoca malo.* Certum eſt e Plinio ita corrigendum eſſe. Inter Perſicorum genera numerat et *praecocia*, quae aeſtate matureſcunt. Sed in Plinio legendum in capitis XII lib. XV lemmate: *de Perſico, genera VII.* Nam ſeptem, non quatuor ponit: *Perſica* et *Duracina*, quibus palmam e Perſicis tribuit. *Gallica* et *Aſiatica* nationum cognomine. *Praecocia*, quae aeſtate matureſcunt. *Supernatica*, quae e Sabinis veniebant, et *Popularia*, quae vndique. In libro indicis recte legitur: *Perſicorum genera ſeptem.* Haec SALMASIVS l. c. At ego in Plinii hiſtoriarum omnium elencho, ſiue lib. 1 p. m. 33, in qua index libri XV habetur, tale iſtius capitis XII lemma inuenio: *De Perſico genera quatuor*, plane vt in opere ipſo, niſi quod hic poſt vocem *Perſico*, ponatur comma; et loco vocis quatuor habeantur characteres, IV. CRENIVS. Pergit Salmaſius: Duplex nota praecocium, et quod properant miteſcere, et quod exigua ſunt. Dioſcorides ſtatim poſt Perſica recenſet πραικόκια. Τὰ δὲ μικρότερα, καλούμενα δὲ Ἀρμενιακὰ, ῥωμαϊστὶ δὲ πραικόκια, εὐστομαχώτερα τῶν εἰρημένων εἰσί. *Armeniaca* et *praecocia* eadem facit; Plinius et Columella diuerſa. Cum Salmaſio hic facit Bodaeus a Stapel l. c. qui itidem legit *praecoqua.* SCHOETTG. Eſt penes me Plinii editio Elzeuiriana 1635, quae ex Pe. Francii bibliotheca peruenit ad Zach. Conrad. ab Vffenbach, virum illuſtrem, cuius comiter venerari memoriam non deſinam. In hac etiam ad verba Indicis *de Perſico genera quatuor* e Mſ. notatum eſt, *Perſicorum genera VII*, quae ita numeraverim equidem *Libralia* (Quidquid enim ſit de lectione loci, illud quidem vult Plinius, niſi ineptire eum velimus, Perſica quaedam dici *libralia*) *Duracina*, *Gallica*, *Aſiatica*, *praecocia*, *ſupernatia*, *popularia*. *Praecoqua* hic legendum et ipſe puto, vt Pallad. Nou. 7, 6. Sed contra omnes libros nihil auſim.

411 MAXIMA GALLIA) Gallia nempe Transalpina, quam ad differentiam Ciſalpinae, quae ſuperior Italiae pars eſt, iuxta Padum fluuium, a noſtro *magna* dici debebat, vocatur autem ob metrum *maxima.* SCHOETTG. Ego referebam *maxima* ad *mala*; etſi *magnam Graeciam* et *Heſperiam magnam* non ignorarem.

414 LIVIA CHALCIDICIS) Euboea in mari Aegeo auulſa Boeotiae fuit, vbi regnavit Lycaon, qui ob mactatos hoſpites in lupum verſus eſt. Inſignis montibus duobus Cerasto vergente in Africam, et Caphareo in Helleſpontum. Hic eſt vrbs Chalcis. In hac et in Chio inſula, de qua diximus, naſcuntur artificio harundines, a quibus exprimitur mel, quod poſtea decoctione deſiccatum fit concretum, et in ſaccharum tranſit. Ficorum genera haec quae Italia recepit. Ficus *Lydia*, quae purpurea, cui ſimilis *mamillana*, *calliſtrutia* ſapore potentior, ſed frigidiſſima omnium. *Africana* praeſtat omnes ſuauitate, quae a multis *Lybica* nominatur. Ex praecocibus *Tyburtinae* ſunt, et ab autoribus nominatae *Liuia*, *Pompeia*, quae commode ſiccantur ad annuos vſus. *Marſica* inflatior eſt et tumidior. *Nigra* eſt, quae *tetrina* ſiue *Rhodia* dicitur, in hieme maturatur. *Chelidonia* a Chelidoniis populis [hui, ibi? Caledonios ſc. ſomniabat] in Britannia nominata. Eſt et *ſeratina* duri corticis. Eſt et *praecox* ſiue *alba*, ſiue *nigra*, bifera eſt, meſſe ſcilicet et vindemia. Fici ſeruntur autumno, vt melius proueniant, poſt Vulcanalia nubibus pluviam ſpondentibus. POMPON.

414 CAVNIS AEMVLA CHIIS) *Caunias* videtur legendum VRSINO. Et ſane nominatiuo opus eſt arboris fici epitheto. De generibus ficuum, quae hic memorantur, v. Plin. 15, 18 ſ. 19 laudatique Schoettgenio Salmaſius ad Sol. c. 45 p. 658 et c. 52 p. 770. Videtur recte Salmaſius *Caunas* ſimpliciter pro ficubus dictas putare, et hinc explicare Stat. Silu. 1, 6, 15.

416 CALLISTRVTHIS) Plinio *Calliſtruthiae* parum ſapore praeſtantiores, ficorum omnium frigidiſſimae. Italis vocantur '*digitelle*. Bodaeus a Stapel ad Theophr. hiſt. plant. 4, 6 p. 385. SCHOETTG.

418 SCISSA

Albaque, quae seruat flauae cognomina cerae,
Scissa Libysca simul, picto quoque Lydia tergo.
Quin et Tardipedi [t] sacris iam rite solutis
Nube noua seritur, caeli pendentibus vndis,
Gongylis [u], illustri mittit quam Nursia campo,
Quaeque Amiterninis [x] defertur bunias [y] aruis.
Sed iam maturis nos flagitat anxius [z] vuis
Euius [a], excultosque iubet claudamus vt hortos.
Claudimus, imperioque tuo paremus agrestes,
Ac metimus laeti tua munera dulcis Iacche,
Inter lasciuos Satyros, Panasque biformes,
Brachia iactantes vetulo marcentia vino.
Et te Maenalium, te Bacchum [b], teque Lyaeum,
Lenaeumque patrem canimus sub tecta vocantes,

Ferueat

t) *tardi pedi* diuis. *H. A.* u) *Congelis L.* x) *a myrtenimis lens. amiturninis B. R.* y) *burnias L.* z) *amixius L.* a) *Euchius I. B. R. I. I. H. A. Eubius Gr. G. Euchios L.* b) *laetum atq. lienum L.*

418 SCISSA LIBYSSA) *Libyssa* a nostro dicitur, quae Plinio *Africana*, a solo natali: *scissa* autem, quia habet candicantem rimam. Aliam causam ex nostro 12, 15 adducit Bodaeus l. c. sed nostra e Plinio desumta verior est. SCHOETTG. *Libyssa* rectius est haud dubie; sed *Libysca* habent omnes libri.

419 TARDIPEDI) Ita Vulcanus appellatur, siue *claudus*, quia Iupiter ira motus coelestes e coelo expulit, et Iunonem vinculis alligavit in Olympo. Vulcanus voluit Iunoni matri vincula soluere. Iupiter iratus filium de coelo in Lemnum deiecit. Ille praeceps ruit, et coxam ibi fregit, vt Valerius Flaccus li. 2 scribit. POMPON.

421 GONGYLIS) Praecipit Columella post Vulcanalia serenda esse rapa et napos, Graecis vocabulis vtens. Siquidem graece γογγυλὶς dicitur *rapum*, et *βουνιὰς napum*. Plutarchus scribit de Curio dentato, quod erat ἐν χύτραις ἕψων γογγυλίδας. Plinius 20 scribit vnum naporum genus a Graecis vocari *Bunion*, *quod vtile est purgationibus foeminarum et vesicae. Alterum genus Buniada appellant, raphano et rapo simile, seminis praeclari contra venena: ob id in Antidotis vtuntur illo.* Erant autem *Vulcanalia* mense Augusto, circa quem optima est satio rapae et napi, vt docet idem Col. li. 12 et ostendit Plin. 18. *Nursinae gongylides* i. e. rapae obtinent primatum bonitatis, sicut *napi Amiternini* maxime probantur: hinc illud Epigr. [Martial. 13, 20] *Hos Amiterninus* [Melius, *Nos Amiternus ager*] *felicibus educat hortis: Nursinas poteris parcius esse pilas.* BEROALDVS. Per gongylim rapam intelligit. Verba Dioscoridis lib. 2 sunt haec: γογγύλη ἥμερος. οἱ δὲ γογγυλίδα, οἱ δὲ γολόσιον· ῥωμαῖοι ῥάπα. PIVS annot. post. c. 174. Vide Salmasium de homonymis hyles iatricae c. 31. SCHOETTG.

422 AMITERNINIS — BVNIAS) *Amiternini* optimi fuere in Sabinio primi et nobiliores. Silius: *Amiterna cohors.* *Bunias* patronymicum nomen a fonte Bonis, qui est in agro Amiterno: sic et *Bunias ficus* POMPON. Add. Nonn. de re cib. 1, 22. *Bunias* non a *Banio* fonte, vt inepte sentit interpres, sed per hanc vocem significatur *napus*, quod colligitur ex his Dioscoridis verbis in secundo: βουνιὰς καὶ ταύτῃ ἡ ῥίζα ἑφθὴ, φυσώδης ἐστιν. Plinius lib. 20 *Naporum differentias et in medicina Graeci seruant, angulosis florum caulibus florentes, quod bunion vocant, purgationibus foeminarum et vesicae.* PIVS.

424 EVHIVS) Nomen Bacchi. Euhios bonus filius cum a patre quaereretur. POMPON. Relicta absurda haec etymologia etiam, vt scilicet sexcenta id genus alia in vltima editione thesauri Fabriani. Sed laudati etiam vnde saniora petantur.

429 MAENALIVM) a Maenalo monte Arcadiae. *Lyaeus* a λύω. Nam vinum mentem soluit. POMPON.

430 LENAEVMQVE) quia ληνὸς torcular est. Praeterea vocatur *Bromius* a sonitu: *Nyctilus* [*Nyctelius*] a nocte, quia Bacchanalia nocte fiebant; *Dionysius*, quia filius Iouis et Nysae. Nysa vrbs in Aegypto, vbi natus est Bacchus. POMPON.

431 EXVN-

Ferueat vt lacus, et multo [c] completa Falerno
Exundent [d] pingui ſpumantia dolia muſto.

Hactenus aruorum [e] cultus, Siluine, docebam
Siderei vatis referens praecepta Maronis,
Qui primus veteres auſus recludere fontes
Aſcraeum [f] cecinit Romana per oppida carmen.

c) *muſto L.* d) *Exundent L. I. B. I. I. H. A. G. Exundet R. exudent* al. e) *agrorum L. I. B. R.* f) *Atreum lenſ. Aſtreum L.*

432 EXVNDENTQVE) Haec lectio niſi magnas auctoritates haberet, vel ſola ratione eſſet reuocanda. *Exundare* multo plenius eſt et vberius, quam *exudare* vel *exſudare*. Luca. 9, 798 Spumeus *accenſo non ſic* exundat *aheno Vndarum cumulus:* vt ſcilicet *vndans abenum* eſt ipſius Virgilii Aen. 7, 463 Val. Flacc. 4, 595 *Acheron vaſto exundat hiatu.* Silio etiam amatum verbum docet Heinſ. ad 2, 631. *Exudent* et *exundent* ſimiliter confundunt librarii apud Calpurn. 4, 104 vbi poſterius etiam tuetur vnus omnium optimus arbiter Burmannus, quod vbertatem et copiam notari apparet.

436 ASCRAEVM) Aſcra oppidum et vicus in Boeotia, patria Heſiodi poëtae, qui verſus de ruſticatione compoſuit, et paucos. *Aſcraeus* Heſiodus dicitur, vt Virgilius idem de ſe ait: *Aſcraeumque cano Romana per oppida carmen.* POMPON.

L. IVNII

L. IVNII MODERATI COLVMELLAE LIBER VNDECIMVS DE RE RVSTICA.

CAPVT I.

Claudius Augustalis tam ingenuae naturae, quam eruditionis adolescens com-
plurium studiorum et praecipue agricolationum [a] sermonibus instigatus excu-
dit mihi, cultus hortorum prosa vt oratione componerem. Nec me tamen falle-
bat hic euentus rei, cum praedictam materiam carminis legibus implicarem. Sed 2
tibi Publi Siluine pertinaciter expetenti versificationis nostrae gustum, negare non
sustinebam, facturus mox, si collibuisset [b], quod nunc aggredior, vt olitoris curam
subtexerem [c] villici officiis: quae [d] quamuis primo rei rusticae libro videbar ali-
quatenus executus; quoniam tamen eam simili desiderio noster idem [e] Augustalis
saepius flagitabat, numerum, quem iam quasi consummaueram, voluminum excessi,
et hoc vndecimum praeceptum rusticationis memoriae tradidi. Villicum fundo 3
familiaeque praeponi conuenit aetatis nec primae, nec vltimae. nam seruitia sic
tirunculum contemnunt, vt senem [f]: quoniam ille [g] nondum nouit opera ruris,
hic exequi iam non potest; atque hunc adolescentia negligentem, senectus illum
facit pigrum. Media igitur aetas huic officio est aptissima: poteritque ab anno
trigesimo vsque in sexagesimum [h], si non interueniant fortuita corporis vitia, satis
validi fungi muneribus agricolae. Quisquis autem destinabitur huic negotio, sit 4
oportebit idem scientissimus robustissimusque, vt edoceat subiectos, et ipse com-
mode

VARIETAS LECTIONIS.

Columellae Lib. XI. C. I.] a) *agricolarum P.* b) *conlibiſſet P.* c) *subtexam L. I. B. R. Subtexeram villicis P. villicis* etiam *L.* d) *Qui I. B. R. I. I. H. A. G.* e) *idem* abest *L. P.* quid si *item?* f) *iuuenum* inser. *P. iuuenes L.* g) *alter L. I. B. R.* h) *XL. L. I. B. R.*

Poterat hic liber *villicus* inscribi non minus, quam *villicae* nomen ei qui sequitur impositum est, quem huic quasi *παράλληλον* esse voluit. Placet idem Gel. Morg. I, 58. Add. Col. 12, 18, 1.

1, 1 COMPLVRIVM STVDIORVM) Vt nunc est hic locus, habet inconcinnum quiddam, et a dilucida facilitate Columellae alienum. Viam emendandi aperit Mediceus Codex pro *agricolationum* legens *agricolarum.* Quidsi *studiorum* vna syllaba augeamus, totumque locum instituamus ita, *complurium studiosorum* (vox illi acuo familiaris pro philologo) *et praecipue agricolarum sermonibus instigatus.* Ante quam Medicea mihi scriptura innotuisset, coniiciebam pro *instigatus* legendum *institutus.*

1. 1 EXCVDIT MIHI) Videndum, an legi debeat, *extudit.* VRSIN. Idem coniecit Almeloueenio obseruante H. Iunius epist. 201 p. 378; idemque mihi in mentem olim venisse dicerem, si quid ad rem attineret.

1, 2 PRIMO REI) *priore*; et deinde pro *eam ea* mauult VRSIN. Respicit Col. ad 1, 8 et 9, quae capita cum hoc omnino comparanda sunt. Falsa proinde visa est Cl. Schoettgenio Fuluii coniectura.

1, 3 MEDIA AETAS) quae inter iuuenem et senem est, vt bene notat I. F. Gronouius ad Phaedrum 2, 2, 3 qui praeterea obseruat, in quodam Ms. legi, *ab annis quinque et triginta, vsque in sexagesimum et quintum.* SCHOETTG.

1, 4 II

mode faciat quae praecipit: siquidem NIHIL recte sine exemplo docetur [i], aut
discitur, praestatque villicum magistrum esse operariorum, non discipulum, cum
etiam de patrefamilias prisci moris exemplum Cato dixerit, MALE agitur cum domi-
5 no, quem villicus docet. Itaque in Oeconomico Xenophontis [k], quem M. Cicero
Latino sermoni tradidit, vir egregius ille Ischomachus [l] Atheniensis rogatus a So-
crate vtrumne, si res familiaris desiderasset, mercari villicum tamquam fabrum, an
a se instituere [m] consueuerit: Ego vero, inquit, ipse instituo. Etenim qui me ab-
sente in meum locum substituitur, et vicarius meae diligentiae succedit, is ea,
quae ego, scire debet. Sed [n] haec nimium prisca, et eius quidem temporis sunt [o],
6 quo idem Ischomachus [p] negabat quemquam rusticari nescire. Nos autem memo-
res ignorantiae [q] nostrae vigentis sensus adolescentulos, corporisque robusti peri-
tissimis agricolis commendemus. quorum monitionibus, vel vnus ex multis [r]
(nam est difficile erudire) non solum rusticationis, sed imperandi consequatur
scientiam [s]. Quidam enim quamuis operum probatissimi artifices, imperitandi pa-
rum prudentes, aut saeuius, aut etiam lenius agendo, rem dominorum corrum-
7 punt. Quare, sicut dixi, docendus, et a pueritia rusticis operibus edurandus [t],
multisque prius experimentis inspiciendus erit futurus villicus. nec solum an per-
didicerit disciplinam ruris, sed [u] an etiam domino fidem ac beneuolentiam exhibeat,
sine quibus nihil prodest villici summa scientia. Potissimum [x] autem est in eo ma-
gisterio scire, et aestimare [y], quale officium, et qualis [z] labor sit cuique iniungen-
dus. nam nec valentissimus possit [a] exequi quod imperatur, si nesciat quid agat;
8 nec peritissimus, si sit inualidus. Qualitas ita [b] cuiusque rei consideranda est.
quippe aliqua sunt opera tantummodo virium, tanquam promouendi onera por-
tandique: aliqua [c], sociata viribus et arti, vt fodiendi arandique, segetes et prata
desecandi: nonnullis minus virium, plus artis adhibetur, sicut putationibus insi-
tionibusque vineti: plurimum etiam scientia pollet in aliquibus, vt in pastione
9 pecoris, atque eiusdem medicina. quorum omnium officiorum villicus, quem
iam prius dixi, aestimator [d] bonus esse non potest, nisi fuerit etiam peritus, vt [e]
in vnoquoque corrigere queat perperam factum. NEQVE enim satis est repre-
hendisse peccantem, si non doceat recti viam. Libenter igitur eadem loquor: tam
docen-

i) *doceatur H. A. G. St.* k) *Zenophontis I. B. R.* l) *Symachus I. B. R. Scomachus L. P.* (Ischomachus est Symmachus apud Xenophontem) *Ischomacus I. I. H. A. Gr. St.* m) *constituere L.* n) *et* inf. *I. B. R.* o) *sunt I. B. R. fuit* al. p) *Symachus I. B. R. scomachus L. P. Ischomacus I. I. H. A. Gr. St.* q) Post haec verba incipit deesse in Antiquo vsque ad *itaque cuiusque rei Pol.* r) *multis. Nam non est I. B. R.* s) *se inscientiam L.* t) *edurandus I. B. R. I. I. educandus* al. u) *sed* abest *I. B. R.* x) *potentissimum L.* y) *existimare I. B. R.* z) *quis I. B. R. I. I. H. A. G.* a) *possit L. posset* al. b) *itaque I. B. R. I. I. H. A. G.* c) *alia sociatam P.* d) *existimator I. B. R.* e) *vt* abest *R.*

1, 4 SI QVIDEM NIHIL RECTE SINE EXEMPLO DOCETVR) Ita videtur legendum. VRSIN.

1, 4 CATO) Sententia, non verba habentur 5, 2.

1, 5 VICARIVS MEAE DILIGENTIAE SVCCEDIT) similiter Cicero pro Rosc. c. 39 *quibus in rebus ipsi interesse non possumus, in his operae nostrae vicaria fides amicorum supponitur.*

1, 5 ET EIVS QVIDEM TEMPORIS SVNT) Ita legi voluit etiam VRSIN.

1, 6 (NAM EST DIFFICILE ERVDIRE) *Omnes* aut simile quid excidisse suspicatur ALMEL. Plures vult eodem tempore in disciplinam tradi, vt vel *vnus ex* illis *multis*, si de pluribus propter difficultatem rei id sperari non possit, consequatur scientiam.

1, 7 EDVRANDVS) Ita non modo vetustissimae, quod obseruauimus, editiones, sed ipse noster 1, 8, 2 *Eligendus est rusticis operibus ab infante duratus.*

1, 10 PRI-

docendus eſt futurus villicus, quam futurus figulus aut faber. Et haud facile dixe-
rim, num illa tanto expeditiora ſint diſcentibus artificia, quanto minus ampla ſunt.
ruſticationis autem magna et diffuſa materia eſt, parteſque ſi velimus eius percen- 10
ſere, vix numero comprehendamus. Quare ſatis admirari nequeo, quod primo
ſcriptorum meorum exordio iure conqueſtus ſum: caeterarum artium minus vitae
neceſſariarum repertos antiſtites; agriculturae neque diſcipulos, neque praecepto-
res inuentos: niſi magnitudo rei pepererit [f] reuerentiam vel diſcendi, vel profi-
tendi pene immenſam ſcientiam, cum tamen non ideo turpi deſperatione oportue-
rit eam negligi. Nam nec oratoria diſciplina deſeritur, quia perfectus orator 11
nuſquam repertus eſt; nec philoſophia, quia nullus conſummatae ſapientiae: ſed
e contrario plurimi ſemetipſos exhortantur vel aliquas partes earum addiſcere,
quamuis vniuerſas percipere non poſſint. Etenim [g] quae probabilis ratio eſt ob-
muteſcendi, quia nequeas orator eſſe perfectus; aut in ſocordiam compelli, quia
deſponderis ſapientiam? MAGNAE rei, quantulumcunque poſſederis, fuiſſe par- 12
ticipem, non minima eſt gloria. Quis ergo, inquis, docebit futurum villicum ſi
nullus profeſſor eſt? Et ego intelligo difficillimum eſſe ab vno velut auctore cun-
cta ruſticationis conſequi praecepta. verumtamen vt vniuerſae diſciplinae vix ali-
quem conſultum, ſic plurimos partium eius inuenias magiſtros, per quos effi-
cere queas perfectum villicum. nam et arator reperitur aliquis bonus, et optimus
foſſor, aut foeni [h] ſector, nec minus arborator, et vinitor, tum etiam veterinarius,
et probus [i] paſtor, qui ſinguli rationem ſcientiae ſui deſideranti non ſubtrahant.
Igitur complurium agreſtium formatus artibus, qui ſuſceperit officium villicatio- 13
nis, in primis conuictum domeſticum, multoque etiam [k] magis externum [l] vitet.
Somni et vini ſit abſtinentiſſimus, quae vtraque ſunt inimiciſſima diligentiae. nam
et ebrioſo cura officii pariter cum memoria ſubtrahitur; et ſomniculoſo [m] plurima
effugiunt [n]. quid enim poteſt [o] aut ipſe agere, aut cuiquam dormiens imperare?
Tum [p] etiam ſit a venereis amoribus auerſus: quibus ſi ſe dediderit [q], non aliud 14
quidquam poſſit cogitare, quam illud quod diligit. Nam vitiis eiusmodi pellectus
animus, nec praemium iucundius quam fructum libidinis, nec ſupplicium grauius
quam fruſtrationem cupiditatis exiſtimat [r]. Igitur primus omnium vigilet, fami-
liamque ſemper ad opera [s] cunctantem pro temporibus anni feſtinanter producat,
et ſtrenue ipſe praecedat. Plurimum enim refert colonos a [t] primo mane opus
aggredi,

f) *fecerit I. B. R. peperis P.* g) *Et enim* diuiſim *I. I. H. A. G.* h) *foeniſector* iunct. *Heru. poeni Pol. ant.* i) *bonus* nouus *P.* k) *vt L. Pol.* l) *exteruitet P.* a. *externi. Somni* nouus *P. externi vitet ſomni L.* m) *ſomniculoſum I. B. R. ſomniculoſos L.* n) *officiunt P.* o) *poſſit I. B. R.* p) *cum Ienſ. quin B. R. dum* a. *tum* n. *P.* q) *dederit I. B. R.* r) *Tum* inſ. *I. B. R.* s) *operam I. B. R.* t) *e H. in Gy.*

1, 10 PRIMO—EXORDIO) L. 1 praef. 3 ſeqq. De ſignificatione *exordii* vid. Ind.

1, 10 PEPERERIT) Omnino rectiorem puto ſcripturam Mediceam *peperit*. Sequens *oportuerit* forte occaſionem dedit conformandi ad illud verbi prioris. Sententia apertior erit, ſi pro *niſi* ſubſtituas, *ſed forte; reuerentiam* autem hic intelligas *pudorem*, ὄκνον, *cunctationem*.

1, 11 NEC ORATORIA DISCIPL.) V. praef. operis ſ. 29.

1, 13 SOMNI ET VINI) Plane Socratica ſunt, et ſimplicitate ipſa atque veritate iucunda, quae in eam ſententiam diſputantur apud Xenophontem Oecon. 12, 11 ſqq. non poſſe *vinoſum*, neque *ſomniculoſum*, neque *venereum* hominem bonum fieri villicum.

1, 13 SOMNICVLOSO PLVR. EFFVGIVNT) Inſolentiam conſtructionis, quae forte etiam varietatem lectionis peperit, quam tamen analogia verborum *excidere, elabi*, ſimiliumque fortaſſe excuſat, effugeris, ſi cum Mediceo legas *officiunt*.

1, 14 NEC PRAEMIVM IVCVNDIVS) Xenoph. l. c. ſ. 14. ὅτι γὰρ [illegible] ἐπιμέλειαν

ἥδιον

15 aggredi, nec[u] lentos per otium pigre procedere. siquidem Ischomachus[x] idem ille, MALO, inquit, vnius agilem atque[y] industriam, quam decem hominum ne-
16 gligentem et tardam operam. Quippe plurimum affert mali, si operario meretricandi[z] potestas fiat. nam vt in itinere conficiendo saepe dimidio maturius pervenit is qui nauiter, et sine vllis concessationibus[a] permeabit, quam is, qui cum sit vna profectus, vmbras arborum, fonticulorumque amoenitatem, vel aurae refrigerationem captauit: sic in agresti negotio dici vix potest, quid nauus operarius
17 ignauo et cessatore praestet. Hoc igitur custodire oportet villicum, ne statim a prima luce familia cunctanter et languide procedat, sed velut in aliquod proelium cum vigore, et alacritate animi procedentem eum tanquam ducem strenue sequatur, variisque exhortationibus in opere ipso exhilaret laborantes: et interdum, tanquam deficienti succursurus, ferramentum auferat parumper, et ipse fungatur
18 eius officio, moneatque sic fieri debere, vt ab ipso fortiter sit effectum. Atque vbi crepusculum incesserit, neminem post se relinquat, sed omnes subsequatur more optimi pastoris, qui e grege nullam pecudem patitur in agro relinqui. Tum vero, cum tectum subierit, idem faciat, quod ille diligens opilio[b]: nec in domicilio suo[c] statim delitescat, sed agat cuiusque maximam curam. siue quis (quod accidit plerumque) sauciatus in opere noxam ceperit, adhibeat fomenta: siue alter[d] languidior est, in valetudinarium confestim deducat, et conuenientem ei caeteram curationem adhiberi iubeat. eorum vero, qui recte valebunt, non minor habenda
19 erit[e] ratio, vt cibus et potio sine fraude a cellariis praebeatur. consuescatque rusticos circa larem domini, focumque[f] familiarem semper epulari, atque ipse in conspectu eorum similiter epuletur, sitque frugalitatis exemplum: nec nisi sacris diebus accubans coenet, festosque sic agat, vt fortissimum quemque, et frugalissimum largitionibus prosequatur, nonnumquam etiam suae mensae adhibeat, et velit
20 aliis quoque honoribus dignari. Tum etiam per ferias instrumentum rusticum, sine quo nullum opus effici potest, recognoscat, et saepius inspiciat ferramenta: eaque semper duplicia comparet, ac subinde refecta custodiat, ne si quod in opere[g] vitiatum fuerit, a vicino petendum sit; quia plus in operis seruorum auocandis,
21 quam in pretio rerum huiusmodi dependitur[h]. Cultam vestitamque familiam vtiliter magis habeat, quam delicate, id est munitam diligenter a frigoribus et imbribus;

u) *nec* abest *P.* x) *Symachus*, *B. R. Ischomaeus I. I. H. Gr. St. Iscomacus A. G. Schomachus Iens. scomachus L.* y) *atque* abest *I. B. R.* z) *metricandi Iens. tricandi* ant. *P.* a) *concussationibus L.* b) *oppimo P.* c) *suo* abest *I. B. R.* d) *alterum languidiorem in B. R. alterum languidiorem, aut Iens. aliter* coni. *Gron.* ad *Sen. nat. quaest.* 1 *praef.* e) *est I. B. R.* f) *focum I. B. R.* g) *opera Gr. St.* h) *deperditur L.*

ἥδιον ῥᾷον εὑρεῖν τῆς τῶν παιδικῶν ἐπιμελείας, οὐδὲ μὴν ὅταν παρείη τὸ πρακτέον, τιμωρίαν χαλεπωτέραν εὑρετέον ἔτι, τοῦ ἀπὸ τῶν ἐρωμένων κωλύεσθαι.

1, 15 AGILEM ATQVE INDVSTRIAM) Videtur legendum *atque nauam industriam.* Nam sine voce *nauam* sententia non constat. VRSIN. Nimirum *industriam* substantiue accepit Vrsinus non minus, quam illi, qui τὸ *atque* omiserunt. *Operam* est commune substantiuum, ad quod *industriam* non minus, quam *negligentem* refertur.

1, 16 MERETRICANDI POTESTAS) Videtur legendum *meridiandi.* VRSIN. *Meridiandi* potestas negari vix potest operis: optima lectio videtur Medicea *tricandi.* *Meretricandi* verbum barbarum et Guil. Britone dignum (1, 441 vbi plures, sed male Columellam, laudat Barthius) credo fratrem aliquem bonum substituisse, qui melius, quid *meretricari* esset, intelligeret, quam quid *tricari?* Auxit suspicionem illius, quod de venereis amoribus praecessit.

1, 21 SA-

bus; quae vtraque prohibentur optime pellibus manicatis, et ſagatis cucullis: id-
que ſi fiat, omnis pene hiemalis dies in opere tolerari poſſit. Quare tam veſtem
ſeruitiorum, quam, vt dixi, ferramenta bis debebit ſingulis [i] menſibus recenſere.
nam frequens recognitio nec impunitatis ſpem, nec peccandi locum praebet. Ita- 22
que mancipia vincta, quae ſunt ergaſtuli, per nomina quotidie citare debebit
atque explorare, vt ſint compedibus diligenter innexa: tum etiam cuſtodiae ſedes
an tuta et recte munita ſit: nec, ſi quem dominus aut ipſe vinxerit, ſine iuſſu pa-
trisfamiliae reſoluat. Sacrificia niſi ex praecepto domini facere neſciat: aruſpi-
cem [k], ſagamque ſua ſponte non nouerit [l]; quae vtraque genera vana [m] ſuperſtitione
rudes animos infeſtant. Non vrbem, non vllas nundinas, niſi vendendae aut emen- 23
dae rei neceſſariae cauſa, frequentauerit. neque enim coloniae ſuae terminos
egredi debet, nec abſentia ſua familiae ceſſandi aut delinquendi ſpatium dare. Se-
mitas, nouoſque limites in agro fieri prohibeat. Hoſpitem, niſi ex amicitia domini,
quam rariſſime recipiat. ad miniſteria ſua conſeruos non adhibeat. nec vlli terminos
egredi (niſi magna coegerit neceſſitas) permittat. Pecuniam domini neque in pe- 24
core, nec in aliis rebus promercalibus occupet. haec enim res auocat villici curam,
et eum negotiatorem potius facit, quam agricolam: nec vnquam ſinit eum [n] cum
rationibus domini paria facere; ſed vbi aeris [o] numeratio exigitur, res pro nummis
oſtenditur. Itaque tam iſtud vitandum habebit, quam hercule fugiendum venan-
di aut aucupandi ſtudium; quibus rebus plurimae operae auocantur. Iam illa, quae 25
etiam in maioribus imperiis difficulter cuſtodiuntur, conſiderare debebit, ne aut
crudelius, aut remiſſius [p] agat cum ſubiectis: ſemperque foueat bonos et ſedulos,
parcat etiam minus probis [q], et ita temperet, vt magis eius vereantur ſeueritatem
quam vt ſaeuitiam deteſtentur. poteritque id cuſtodire, ſi MALVERIT cauere
ne peccet operarius, quam cum peccauerit, ſero punire. NVLLA eſt autem vel
nequiſſimi hominis amplior cuſtodia, quam quotidiana operis exactio. nam illud 26
verum eſt M. Catonis oraculum, NIHIL agendo homines male agere diſcunt.
Itaque curabit villicus, vt iuſta reddantur. iſtaque [r] non aegre conſequetur, ſi ſem-
per ſe repraeſentauerit. Sic enim et magiſtri ſingulorum officiorum diligenter exe- 27
quentur ſua munia: et familia, poſt operis exercitationem fatigata, cibo quietique
potius, ac ſomno, quam maleficiis operam dabit. In vniuerſa porro villicatione,
ſicut in caetera vita, PRETIOSISSIMVM eſt intelligere quemque, neſcire ſe quod [s]
neſciat, ſemperque cupere, quod ignoret addiſcere. nam etſi multum prodeſt 28
ſcientia, plus tamen obeſt imprudentia, vel negligentia, maxime in ruſticatione;
cuius

i) *omnibus P.* k) *auruſpicem R.* l) *mouerit L.* m) *varia L.* n) *eum* om. *L. I. B. R.* o) *aeris* abeſt *I. B. R. Lipſ.* p) *ſubmiſſius Hern.* q) *bonis P.* r) *Itaque I. B. R.* s) *quid I. B. R.*

1, 21 SAGATIS CVCVLLIS) Cum cucullus potius appendix quaedam ſit *ſagi* aut alterius cuiuſquam veſtis, haud abs re ſuſpicari mihi videor ſcriptum a Columella *ſagis cucullatis.* Quin ita iam viſum olim viro docto, A. Buchnero, credo, ad Fabri theſaurum v. *Sagum.* Vid. ad 1, 8, 9 et Cl. Morgag. Ep. 1, 1.

1, 22 ERGASTVLI) *ergaſtulis* legi vult VRSIN. Nimirum vt iungatur cum verbo *vincta,* et inciſum illud tollatur.

1, 22 ARVSPICEM, SAGAMQVE) Haec verbotenus adfuere ſupra 1, 8, 6. Sic Aurelianus in epiſtola militari iuſſit, vt milites aruſpicibus nihil dent, apud Vopiſcum in vita c. 7, vbi noſtrum auctorem laudauit Caſaubonus. SCHOETTG.

1, 24 AERIS NVMERATIO) Abeſt prior vox a Lipſ. nec legitur ſupra 1, 8, 13 quare iure optimo poterit omitti. SCHOETTG.

1, 26 CATONIS ORACVLVM) Neſcio an alias legatur, non certe in praeceptis villici c. 5 et. 142 ſq.

1, 28 CA-

cuius [t] disciplinae caput semel est [u] fecisse quicquid exegerit ratio culturae. nam quamuis interdum emendatum sit perperam factum [x] imprudentia, vel negligentia; res tamen ipsa iam domino decoxit, nec mox in tantum exuberat, vt et iactu-
29 ram capitis amissi restituat, et quaestum resarciat. Praelabentis vero temporis fuga quam sit inreparabilis, quis dubitet? Eius igitur memor praecipue semper caueat, ne improuidus ab opere vincatur. Res est agrestis [y] insidiosissima cunctanti [z]: quod ipsum expressius vetustissimus auctor Hesiodus hoc versu significauit, *Αἰεὶ δ'* [a] *ἀμβολιεργὸς ἀνὴρ ἄταισι παλαίει.* Quare vulgare illud de arborum positione rusticis vsurpatum, *Serere ne dubites*, id villicus ad agri totum cultum referri iudicet, credatque, praetermissas non duodecim horas, sed annum periisse, nisi sua
30 quaque die quod [b] instat effecerit. Nam cum propriis pene momentis fieri [c] quidque [d] debeat: si vnum opus tardius quam oporteat peractum sit, caeterae quoque, quae sequuntur, culturae, post iusta tempora serius adhibentur, omnisque turbatus operis ordo spem totius anni frustratur. Quare necessaria est men-
31 strui cuiusque officii monitio ea, quae pendet ex ratione siderum caeli. nam vt ait Virgilius, – *tam sunt Arcturi sydera nobis Haedorumque dies seruandi, et* [e] *lucidus anguis, Quam quibus in patriam ventosa per aequora vectis Pontus et ostriferi fauces tentantur Abydi.* Contra quam obseruationem multis argumentationibus disseruisse me non infitior in iis libris, quos aduersus astrologos composueram. Sed illis disputationibus exigebatur id, quod improbissime Chaldaei pollicentur, vt
32 certis quasi terminis, ita diebus statis aëris mutationes respondeant: in hac autem ruris disciplina non desideratur [f] eiusmodi scrupulositas; sed (quod dicitur) pingui Minerua quantum [g] vis vtile continget villico tempestatis futurae praesagium, si persuasum habuerit, modo ante, modo post, interdum etiam stato die orientis, vel occidentis competere vim sideris. Nam satis prouidus erit, cui licebit ante multos dies cauere suspecta tempora.

II. ITAQVE

t) *est* inf. *L.* u) *est* om. *L. I. B. R.* x) *vel* inser. *I. B. R.* y) *agresti* vel *agrestibus* coni. *Buchn.* z) *cunctari* coni. *Buchn.* a) *δέμβολιεργος ἄγνης αὔτησι I. B. R.* b) *quid I. B. R.* c) *fieri* abest *P.* d) *quidque* vel *quicque P. Iunt. quidquam* alii. e) *et* abest *Gryph.* f) *consideratur I. B. R.* g) *quamuis inutile* antiquus *Pol.*

I, 28 CAPVT SEMEL EST) Legendum arbitror, *caput est, semel fecisse.* Omittunt quidam *est*, vt vidimus. Aliquis posuit non suo loco. Monet Moderatus, ne experimentis demum his sapere velit villicus, h. e. heri sui periculis: sed vt semel recte facere iam ante in aliena disciplina edoctus sit.

I, 28 QVAESTVM RESARCIAT) Alterum membrum non integrum videtur, cum desiderari possint haec: *praeteritorum temporum*, vt I, 8 leguntur: *vt rem amissam restituat, et quaestum praeteritorum temporum resarciat.* Probatur etiam ex his, quae in hoc loco adiecta sunt: *Praelabentis vero temporis fuga, quam sit irreparabilis, quis dubitet.* PONTED. Videbatur nobis, satis consultum sententiae, si intelligamus *ἀπὸ τοῦ κοινοῦ* quaestum *amissum.*

I, 29 RES EST AGRESTIS) Nihil mouerunt nos Buchneri coniecturae. Festinabat vir doctissimus, vt non videret, construendum, *res agrestis*, h. e. rustica est *insidiosissima cunctanti.*

I, 29 HESIODVS) *ἔργ.* 2, 31. SCHOETTG.

I, 29 SERERE NE DVBITES) Cato 3.

I, 29 SVA QVAQVE DIE) Si duriusculum hoc et nimis seuerum videatur, temperamentum pete ex 11, 2, 3.

I, 31 VIRGILIVS) Ge. 1, 204 sq.

I, 32 PINGVI MINERVA) Haec verba parenthesi exemimus, cui vna cum illo *quod dicitur* inclusa erant: libenter etiam *quantumuis* ad *Minerua* adiungeremus hac sententia, *pingui quantumuis Minerua.*

[C. II.]

II. ITAQVE [h] praecipiemus, quid quoque mense faciendum sit, sic tempo-
ribus accommodantes opera ruris, vt permiserit status caeli: cuius varietatem mu-
tationemque, si ex hoc commentario fuerit praemonitus villicus, aut nunquam de-
cipietur, aut certe non frequenter. Et ne discedamus [i] ab optimo vate, [qui ait,
ille] *Vere nouo terram proscindere incipiat.* Noui autem veris principium non sic 2
obseruare rusticus debet, quemadmodum astrologus, vt expectet certum diem
illum, qui veris initium facere dicitur: sed aliquid etiam sumat de parte hiemis.
quoniam consumta bruma, iam intepescit annus, permittitque [k] clementior dies
opera moliri. Possit [l] igitur ab Idibus Ianuariis (vt principem mensem Romani anni 3
obseruet) auspicari culturarum officia; quorum alia ex pristinis residua consumma-
bit, atque alia futuri temporis inchoabit. Satis autem erit per dimidios menses
exequi quodque negotium, quia neque praefestinatum opus nimium immature vi-
deri possit ante quindecim dies factum, nec rursus post totidem nimium tarde.
Idibus Ianuariis ventosa tempestas, et incertus status. XVIII Cal. Feb. tempe- 4
stas incerta. XVII Cal. Feb. [m] sol in Aquarium transit; Leo mane incipit occidere;
Africus, interdum Auster cum pluuia. XVI Cal. Feb. Cancer desinit occidere; hiemat.
XV Cal. Feb. Aquarius incipit oriri; ventus Africus tempestatem significat. XI Cal.
Feb. Fidicula vespere occidit. dies pluuius. IX [n] Calen. Febr. ex occasu pristini 5
sideris significat tempestatem: interdum etiam tempestas. VI Calend. Feb. Leonis
quae est in pectore clara stella occidit, nonnunquam significatur hiems bipartita [o].
V Calend. Febr. Auster, aut Africus, hiemat, pluuius dies. III [p] Calend. Febr.
Delphinus incipit occidere. item [q] Fidicula occidit [r]. Pridie Calen. Februar. [s]
eorum,

[C. II.] h) *Itemque P.* i) *desciscamus I. B. R. desciferimus L. desinamus* ant. *P.* k) *permittet-que I. B. R.* l) *Possunt I. I. H. A. Gr. G. St.* m) $\overline{ss}$ [Sic semper compendiantur nomina mensium, sed cum primo nominantur, scribuntur extense] *Politianus.* n) *VIII I. B. R. XI. Herv.* o) *biperitur a. biberititur P.* ne *dipertitur L.* p) Rectius *IV* Ponted. coni. q) Scribendum arbitror *III fidicula occidit*, vt in Plinio pro *prid. non. prid. calend.* Ponted. r) *Significat* interser. *I. B. R.* s) *Septembr. I. B. R.*

[C. II.] Si quis hic conferre cum Columella tum caeteros, tum Ouidium, Pliniumque (18, 26 sqq.) et vetera Kalendaria velit, ad singulos prope versus pluscula adnotanda inueniat. Sed cum iam praestiterit hoc in Vranologio P. 1 p. 102 sqq. Dionysius Petauius et Harduinus ad Plinium, vnde studiosi, qui oppido pauci sunt, ea possunt repetere; compendii illum laborem facere decreui, et deinde in fine Columellae solum Kalendarium Farnesianum proponere, tum vt non plane careat hic liber monumento ad rusticam rem ita accommodato; tum quod F. Vrsini notae in Gruteriano thesauro, etiam repetitae editionis omissae sunt, quas ex nostris potissimum scriptoribus sumtas subtrahere lectoribus nolumus. Caeterum non dissimulo, non satis emendatum videri hoc Kalendarium. Sed neque otium neque animus erat, solicite omnia excutere, cum praesertim ipsi Scaligero melius visum sit, qui tamen hoc ageret de emendat. temp. L. 4 p. 235, ab hac re abstinere, quam pro certis incerta proponere. Hoc vnum igitur rogamus, ne tribuatur nobis, quasi pro emendato hoc caput demus. Huc pertinent Cl. Pontederae obseruationes aliquam multae, quibus in Varietate Lectionis locum assignari ad breuitatem commodius hic pariter atque supra 9, 14 putabamus.

2, 1 [QVI AIT ILLE] Haec verba videntur adiecta ab expositore. VRSIN. Locus Virgilii est Ge. 1, 43.

2, 2 NOVI VERIS) Incipientis. Sic *mane nouum* apud Virg. Ge. 3, 325; Nemesianum Cyneg. v. 324; Prudentium Cathem. 3, 86. SCHOETTG.

2, 4 TEMPESTATEM SIGNIFICAT) ἐπισημαίνει, h. e. ortu suo testatur, venturam esse tempestatem; Geoponici 1, 2 et 3 saepe vtuntur voce σημαίνει et προσημαίνει. Hippocrates simplici σημαίνει aphor. 4, 36 sqq. Videatur Salmasius ad Sol. c. 37 p. 516. Contradistinguitur huic, quod exstat §. 5. *facit tempestatem*, quod notat, eo ipso momento, quo hic vel ille ventus aut stella oritur, tempestates adfert. SCHOETTG.

2, 5 PRISTINI SIDERIS) Ita omnes editi, quos vidimus, et codex quoque Lips. nec meminimus quenquam eruditorum hanc lectionem vnquam in dubium vocare. Est autem *pristis*, vel *pistrix* notum sidus, quod alias *cetum* vocant vnde

eorum, quae ſupra ſunt [t], ſiderum occaſus [u], tempeſtatem facit: interdum tantum-
6 modo ſignificat. Hoc igitur ſemeſtrium [x], et deinceps ſequentia tempeſtatibus annotatis percenſuimus, quo cautior villicus (vt iam dixi) vel abſtinere poſſit operibus, vel feſtinationem adhibere. Itaque ab Idibus Ianuariis, quod habetur tempus inter [y] brumam, et aduentum Fauonii, ſi maior eſt vineae vel arbuſti modus, quicquid ex autumno putationis ſuperfuit [z], repetendum eſt, ſed ita ne matutinis temporibus vitis ſaucietur: quoniam pruinis et gelicidiis nocturnis adhuc rigentes
7 materiae ferrum reformidant. itaque dum hae regelare [a] ſinuntur [b], vſque in horam ſecundam, vel tertiam poterunt vepres attenuari, ne incremento ſuo agrum occupent, ſegetes emundari, acerui virgarum fieri; ligna denique confici, vt tum [c] demum tepenti iam die putatio adminiſtretur. Apricis etiam et macris aut aridis locis prata iam purganda, et a pecore ſunt defendenda, vt foeni ſit copia.
8 Siccos quoque et pingues agros tempeſtiuum eſt proſcindere. Nam et vliginoſi, et mediocris habitus ſub aeſtate veruagendi [d] ſunt; macerrimi vero et aridi poſt [e] aeſtatem, primo autumno [f] arandi, et ſubinde conferendi. Sed iugerum agri pinguis hoc tempore anni commode duabus operis proſcinditur, quia hibernis pluuiis
9 adhuc madens terra facilem cultum ſui praebet. Eodemque menſe ante Cal. Feb. ſarriendae ſegetes autumnales, ſiue illae ſeminis adorei ſunt, quod quidam far vernaculum [g] vocant, ſeu tritici: eorumque tempeſtiua ſarritio [h] eſt, cum enata frumenta quatuor fibrarum eſſe coeperunt. ordeum quoque maturum, quibus ſu-
10 pereſt opera, nunc demum ſarrire debebunt. Sed et faba eandem culturam exigit, ſi iam coliculus eius in quatuor digitos altitudinis creuerit. nam prius ſarriuiſſe nimium teneram non expedit. Eruum quidem melius priore menſe, nec tamen improbe hoc ipſo vel proximo, ſeremus. nam Martio nullo modo terrae committendum
11 eſſe ruſtici praecipiunt. Vineae [i], quae ſunt palatae et ligatae, recte iam fodiuntur. Surculi, qui primi florem afferunt, ſtatim circa Idus inſerendi ſunt, vt ceraſorum [k], tuberum, amygdalarum [l], perſicorumque [m]. Ridicis vel etiam palis conficiendis, idoneum tempus eſt. nec minus in aedificia ſuccidere arborem conuenit. ſed vtraque melius fiunt luna decreſcente ab vigeſima vſque in trigeſimam:
12 quoniam omnis materia ſic [n] caeſa iudicatur carie non infeſtari. Palos vna opera caedere et exputatos acuere centum numero potes [o]: ridicas autem querneas, ſiue oleagi-

t) *ſunt* deeſt *I. B. R.* u) *occaſum I. B. R.* x) *ſemimenſtruum L.* y) *in Gr.* z) *ſuperſit I. B. R.* a) *religatae I. B. R.* b) *ſiccantur I. B. R. ſequuntur P.* c) *cum I. B. R.* d) *non agendi I. B. R. vereue agendi* edd. rell. *veru agendi Pol. ant. vero ag. Pol. no. et Lipſ.* e) *poſt aeſtatem — arandi* deſunt *P.* f) *autem non L.* g) *Vennuculum* coni. *Buchn.* h) *ſartio L.* i) *Vineaeque P. Vineaeque iam palatae I. B. R.* k) *ceraſicrum I. B. R.* l) *amygdalorum P.* m) punctum deeſt *H. A. Gr. G.* n) *ſiccae eſſe P.* (*ſ.* 12) o) *poteſt I. B. R. I. I. H. A. G.*

vnde noſter formauit nomen adiectiuum *priſtinus* media longa: ad differentiam τοῦ *priſtinus*, quod antiquum denotat. SCHOETTG.

2, 6 SEMESTRIVM) Lipſ. *ſemimenſtruum*, quod magis probo. Nam ſi haec terminatio eſt vere Latina, puto *ſemeſtrium* idem eſſe quod *ſemeſtre*. Noſter vero Auctor loquitur de tempore dimidii menſis, quod eſt *ſemimenſtruum*. SCHOETTG.

2, 8 VERVAGENDI SVNT) Vid. Ind. noſter voce *veruagere*.

2, 9 FAR VERNACVLVM) Forte *vermiculum*. Vid. quae diſputamus ad 2, 6, 3.

2, 12 PALOS VNA OPERA) Haec Plinius ad pauca redegit: *ridicas praeparare interdiu* XXX, *palos* LX. *in lucubratione veſpertina ridicas* V *palos* X, *totidemque antelucana.* In Columella animaduertere oportet, non eadem ratione per idem temporis ridicas et palos parari. Nam ſi nocturno ſpatio ridicae V, vel pali X conficiuntur; cur diurno, quo ridicae LX, eodem pali non CXX, ſed C? Vt enim V ad X ſe habet, ita LX ad

oleagineas [p] findere [q], et dedolatas vtraque parte exacuere numero fexaginta. Item
ad lucubrationem vefpertinam palos decem, vel ridicas quinque conficere, totidem-
que per antelucanam lucubrationem. Materies fi roborea eft, ab vno fabro dolari 13
ad vnguem* per [r] quadrata debet pedum XX: haec [s] erit vehis vna. Pinus autem V
et XX pedum aeque ab vno expeditur, quae et ipfa vehis dicitur: nec minus vl-
mus, et fraxinus pedum XXX; cupreffus autem pedum [t] XL: tum etiam fexa-
genum pedum abies, atque populus, fingulis operis ad vnguem quadrantur, atque
omnes hae menfurae fimiliter vehes appellantur. His etiam diebus maturi agni, 14
et reliqui foetus pecudum, nec minus maiora [u] quadrupedia charactere fignari
debent. Cal. Feb. Fidis incipit occidere, ventus Eurinus, et interdum Aufter cum
grandine eft. III Nonas Feb. Fidis tota, et Leo medius occidit. Corus [x], aut
Septentrio [y], nonnunquam Fauonius. Nonis Febr. mediae partes Aquarii oriun-
tur, ventofa tempeftas. VII Idus Febr. Callifto [z] fidus occidit; Fauonii fpirare in- 15
cipiunt. VI Idus Febr. ventofa tempeftas. III. Id. Feb. Eurus. per hofce dies
locis maritimis, et calidis, et ficcis prata, vel arua purgantur, et in foenum fubmit-
tuntur. Reliquae partes vinearum propter brumam, [vel frigora] omiffae, nunc 16
palandae et alligandae funt, ne [a] poftea tumentes gemmae laedantur, et oculi
atterantur [b]. item vinearum foffio iifdem [c] locis peragenda [d], arbuftorumque fiue
putatio, fiue alligatio finienda eft, quorum iufta certa [e] effe non poffunt. Inter
Nonas deinde, et Idus, pomorum feminaria facienda funt, et maturae plantae de
feminariis in fcrobes transferendae [f]. paftinatio quoque, quae menfe Decembri, vel 17
Ianuario coepta eft, iam nunc includenda [g], et vitibus conferenda eft. paftinatur autem
terreni iugerum ita, vt [h] folum in altitudinem trium pedum defodiatur operis LXXX:
vel

p) *oleaginas I. B. R.* q) *fcindere L.* r) *perquadrata* coniunct. *Iunt. Ald. et Gy. debet per quadratas pedes L. I. B. R.* s) *hoc I. B. R.* t) *pedum* deeft *I. B. R. pedum LX. L.* u) *minora P.* x) *chorus autem L. I. B. R.* y) *VII trio Ienf.* z) *calufto L.* a) *nec Ienf.* b) *alterentur L.* c) *eifdem I. B. R. hifdem I. I. A. G.* d) *figenda* (vel *finienda*) nouus *P.* e) *cetera L.* f) *transferantur I. B. R. funt* adiicitur *P.* g) *conclud. et vitibus* infer. *Lipf.* h) *id autem in P.*

LX ad CXX debet pertinere. Retenta quidem eft proportio in Plinio. Verum quia inertiffimae operae eft palos LX vel ridicas XXX interdiu praeparare; eft cur de loci integritate dubitemus. PONTED 2.

2, 13 PER QVADRATA) Quidfi rectum fit *perquadrata* coniunctim fcriptum, fignificetque exquifite vel ad vnguem quadratam?

2, 13 HAEC ERIT VEHIS VNA) Menfurae igitur f. definiti oneris nomen hic *vehis*, vt in ftercore. Iam obferuauit Schefferus de re vehic. 2, 20 p. 26 aliter ex modo longitudinis et latitudinis definiri hic lignorum vehes, pro diuerfa grauitate, quam fpecificam vocant Phyfici.

2, 15 CALLISTO SIDVS OCCIDIT) Quid? Callifto, h. e. vrfa occidit. Nonne *adiit canam Saturnia Thetyn* (apud Ouid. Faft. 2, 192) *Maenaliam tactis ne lauet Arcton equis?* Nonne rogat Thetyn et Oceanum? *Gurgite coeruleo feptem prohibete triones, Sideraque in coelum ftupri mercede recepta Pellite, ne puro tingatur in aequore pellex.* Met. 2, 528 fqq. Sed vid. quae diximus ad principium huius capitis.

2, 16 VEL FRIGORA) Inclufi duo verba, quod gloffema puto.

2, 17 OPERIS LXXX) Effet legendum: *operis* LX Nam fi operae 30 iugerum effodiunt ad fefquipedis altitudinem, et operae 40 ad duorum pedum, tum operae 50 ad duorum pedum et femis, eadem ratione operae 60 ad trium pedum profunditatem iugerum paftinabunt. Vt enim numerus $1\frac{1}{2}$ hoc eft, fefquipes fe habet ad numerum 3 hoc eft, ad tres pedes, ita fe habet numerus 30 ad numerum 60. Verum tamen ifta ad calculum hoc modo reuocari non poffunt; nam, profundius dum effoditur humus, inferior pars quia durior, diutius operas quam fumma, detinet; praeterea quod de altiori loco proiicitur, cum maiori nixu foffor contendat, longioris temporis fpatium, quam quod de fummo et proximo vertitur, exigere oportet. Hinc quo profundius paftinatur ager, operarum fumma augenda eft; quod ni fiat, exigi non poteft a villico, vt decem operae tam prima foffione, quam vltima, iugerum ad femipedem vertant. Porro quando Columella rationem

vel in altitudinem dipondii semissis, operis L: vel ad bipedalium [i], cui [k] est altitu-
18 do duorum pedum, operis XL. Haec tamen in agro sicco surculis conserendis minima pastinationis mensura est. nam oleribus deponendis possit vel [l] sesquipedalis altitudo satisfacere, quae plerumque in singula iugera triginta operis conficitur. Hoc eodem tempore stercoris pars in prata digerenda [m], pars oleis et caeteris arboribus [n] inspergenda. quinetiam [o] vitiaria [p] diligenter facienda, malleolisque [q] quam re-
19 centissimis [r] curiosissime pangenda [s]. Populos et salices, et fraxinos, prius quam frondeant, plantasque vlmorum nunc ponere vtile est, aut [t] ante satas nunc exputare, et circumfodere, ac summas earum aestiuas radiculas [u] amputare. Sarmenta quoque [x] (vineis nondum fossis) atque arbustorum [y] ramos e segetibus, aut rubos, et [z] quicquid denique iacens [a], fodientem, vel alio genere terram molientem, potest impedire, nunc egerere [b], et ad sepem applicare [c] oportet: rosaria noua conserere, vel antiqua curare: arundineta nunc ponere, vel etiam pristina colere: salicta facere, vel deputare, runcare, ac fodere: genistam semine, vel plantis in pastina-
20 to, vel etiam sulco deponere. Trimestrium quoque satio non est aliena huic tempori, quamuis tepidis regionibus melius administretur per mensem Ianuarium. Idibus Februariis Sagittarius vespere [d] occidit; vehementer hiemat. XVI Calend. Martii vespere Crater oritur; venti mutatio. XV [e] Cal. Martii sol in Pisces transi-
21 tum facit, nonnunquam ventosa tempestas. XIII et XII Cal. Martii Fauonius, vel Auster cum grandine et nimbis [f]. X Cal. Martii Leo desinit occidere; venti Septentrionales, qui vocantur Ornithiae [g], per dies triginta esse solent, tum et hirundo [h] aduenit. IX Cal. Martii Arcturus prima nocte oritur, frigidus dies Aquilone,

i) *bipalium I. B. R. I. I. H. A.* k) *qui I. B. R.* l) *vel* deest *P.* m) *egerenda I. B. R.* n) *oleribus P. borelibus L.* o) *quom etiam I. B. R.* p) *vinearia P. L.* q) *maleolusque I. B. R.* r) *recentissimus I. B. R.* deest *P.* s) *pangendus I. B. R.* (*s.* 19) t) *ante autem L. I. B. R.* u) *radices I. B. R.* x) *quoque* deest *I. B. R.* y) *arbustis et segetibus ramos aut L. I. B. R.* z) *et* deest *I. B. R.* a) *facile vel P.* b) *egeri I. B. R. ageri L. egereri Iuntt.* c) *applicari L. I. B. R. I. I.* d) *vesper a. vesperi n. P.* e) *quindecimo Herv. quinto decimo I. B. R. I. I. A. G.* f) *niuibus L. I. B. R.* g) *ὀρνίθιαι P.* h) *irundo I. B. R. yrundo L.*

rationem ita instituit, vt decem operae iugerum tam prima, quam vltima vice ad semipedem subigerent, vera erit lectio quam supra commemorauimus operis LX. PONTED. Age sedeamus et nos ad calculos et rationes. Iugerum habet pedes quadratos 28800. Hoc ad altitudinem tripedaneam si defodiendum sit; moliendi erunt pedes cubici 86400. His dat Columella operas 80, ergo vnicuique 1080: si ad bipedaneam, erunt 57600 diuidendi in 40 operas, cedent vni pedes 1440; et totidem, si ad pedes duo cum semisse moliendum detur iugerum, h. e. pedes cubici 72000, operis 50. Primis pauciores pedes attributi, quia profundius moliuntur, quod praeclare vidit Vir doctissimus, cuius alioquin coniectura eundem plane pedum cubicorum numerum efficit. Conf. de Arb. 1, 6 vbi pensa paullo minora aliis, 80 autem operis idem adsignat: quo minus hic mutare numerum eum ausim.

2, 17 AD BIPEDALIVM) Vix dubito quin rectum sit bipalium: *bipedalium* autem pepererint nobis argutiae cuiusdam, qui verba Columellae, *cui est altitudo duorum pedum* paraphrasin *bipalii* esse putaret, vel esse posse.

2, 18 TRIGINTA OPERIS) Etiam hic cedunt operae vni 1440 pedes moliendi.

2, 21 ORNITHIAE) Ornithiae non sunt e Fauoniorum genere, sed sunt septentrionales, prout noster docet, et Aristoteles de mundo p. 99 vbi vide, quae notauit Vulcanius p. 103. SCHOETTG. An *Orithyiae* ab Orithyia, de quo Seru. ad Virg. Georg. 4, 463. ALMEL. Dissensum scriptorum circa Ornithias ventos indicat, et componit Io. a Wower de Polymath. c. 11 p. 84 sq.

2, 21 PER DIES TRIGINTA) Aduenit hirundo, vt a Columella hic traditum est, VII Calend. Mart. propterea non XXX dies, sed IV esse solent. PONTED. 2.

2, 21 HALCYONEI DIES) Plinius 10, 32 s. 47 a bruma non nisi septem diebus remouet partum halcyonum et halcyonia. Itaque glossam puto verborum *summa tranquillitas* Atlantici

lone, vel Coro, interdum pluuia. VIII Cal. Martii Sagitta crepusculo incipit oriri, variae tempestates: [Halcyonei [i] dies vocantur,] in Atlantico quidem mari summa tranquillitas notata [k] est. VII Cal. Martii ventosa tempestas, hirundo [l] 22
conspicitur. Per hos dies frigidis locis earum rerum, quas supra scripsimus, tempestiua est administratio. locis autem calidioribus, quamuis sera, tamen necessaria. Caeterum malleoli et viuiradicis positio huius temporis esse videtur optima. Nec 23
tamen deterior etiam inter Cal. et Idus sequentis mensis, vtique si non sit feruentissima regio: si vero etiam magis frigida, vel melior est. Insitio quoque arborum atque vitium tepidis locis hoc tempore commode administrabitur. Cal. Martii [m] Africus; interdum Auster cum grandine. VI Nonas Martii Vindemiator apparet, 24
quem Graeci τρυγητῆρα dicunt; Septentrionales venti. IIII Nonas Martii Fauonius [n], interdum Auster; hyemat. Nonis Martii Equus mane oritur; flatus Aquilonis. III Idus Martii Piscis aquilonius desinit oriri, Septentrionales venti. Pridie Idus Martii Argo [o] nauis exoritur, Fauonius, aut Auster, interdum Aquilo. His 25
diebus commode instruuntur horti, de quibus suo loco dicam secretius, ne inter hanc quasi turbam operum negligentius olitoris [p] officia descripsisse videar, aut nunc ordinem reliquarum culturarum coeptum interrupisse. Igitur a Cal. Martii 26
eximia est vitium putatio vsque in decimum Calend. Aprilium, si tamen se gemmae nondum moueant. surculi quoque silentes ad insitionem nunc praecipue vtiliterque leguntur, et ipsa insitio vitium atque arborum longe [q] nunc est optima. Frigidis quoque locis et humidis vitium satio nunc praecipua est, sed et ficulnea cacumina iam tumentia vtilissime [r] ponuntur. Sarritura quoque frumentorum iteratur egregie. modios tres vna opera recte sarrit [s]. Prata purgare, et a pecore defendere iam 27
tempestiuum est: locis quidem calidis et siccis etiam a mense Ianuario, vt supra diximus, id fieri debet: nam [t] frigidis vel a Quinquatribus prata recte submittuntur [u]. Scrobes omnis generis, quos eris autumno consiturus, hoc tempore prae- 28
parare [x] oportebit: eorum quaternarii, hoc est quoquouersus pedum IIII [y], si est commo-

i) *Alexonarii L.* k) *nota P. vocata L.* l) *irundo I. B. R.* m) *Martiis Herv.* n) *Fauonius, interdum Auster, hyemat. Nonis Martii* desunt *I. B. R.* o) *Argo nauis* diuis. *I. B. R. I. I. A. Argonauis* coni. reliqui. *Argonaius L.* p) *helitoris L.* q) *longe* deest *P.* r) *vtilissima deponitur* a. *P.* (*s.* 27) s) *facit I. B. R.* t) *Nec P.* u) *submetuntur P.* x) *fieri P.* y) *quaternari est P.*

lantici maris obseruatio non difficilis homini Gaditano.

2, 28 **EORVM QVATERNARII)** Haec non absimili modo lib. de Arb. 4, 3 commemorata habemus. Quibus inter se collatis habemus numerum 18, quo scrobes quoquouersus pedum trium ab vno effossi indicantur, eundem in vtroque esse loco. Quare minus vitiosus censendus est quam alter quo scrobes quaternorum quoquouersus pedum, qui ab vna item opera fieri possunt recenset auctor; nam in libr. *de Arb.* est 12 in hoc vero capite 14. Qui numerus 14 mihi mendosior videtur, quam ille 12. Quod hoc modo probari potest. Operarius 18 scrobes effodiens, 162 quadratos pedes effodit; ducta enim basi 9 in 18 haec summa fit. Idcirco et ille qui scrobes quoquouersus 4 pedes habentes facit, tot quadratos pedes effodere debet. Verum, inita ratione, 14 scrobes vt extat in hoc capite, in numerum 16 nempe in basim ductae 224 pedes quadratos efficiunt, quae summa 224 ab illa 262 subducta quadrati pedes 62 relinquantur: At scrobes 12 in basim 16 quoque multiplicando, quadratos pedes habemus 192, quae summa illam 162, 30 pedibus quadratis superat. ideoque quadrati pedes 12 scrobium 192 minori interuallo differunt ab illis 162 scrobium 18, quam altera summa 224, scrobium 14. Numerus itaque scrobium 12 minus vitiosus apparet, quam ille 14 vt in omnibus quos vidi excusis libris extat, vno Ienfoniano excepto, qui minus a vero declinare videtur, exhibens non 14 sed 12. Neque vero huiusmodi opera ad mathematicos calculos reuocari possunt; reiiciendus enim esset tam 14 numerus quam 12, et subrogandus 10, quem eadem ratione multiplicantes habemus quadratos

commodum terrenum, x i i i i [z] ab vno fiunt; ternarii autem x v i i i. Caeterum
ad deponendas vites, vel [a] non magni incrementi arbores, sulcus qui sit pedum
centum et viginti, latitudine bipedanea, in altitudinem deprimi debet dipondio [b]
29 semisse [c], eumque similiter vna opera efficit. Rosarium serotinum persossum, et
cultum habere iam tempus est. Oleis laborantibus circum radices amurcam, quae
salem non habeat, nunc conueniet [d] infundere: maximis sex [e] congii, mediocri-
bus arboribus vrnae satisfaciunt, caeteris aestimanda erit portio. sed tamen quae
30 nihil vitii habuerint, aliquanto laetiores fient, si amurca rigentur insulsa. Non-
nulli hoc optimum tempus esse seminariis instituendis dixerunt. tum etiam baccas
lauri, et myrti, caeterorumque viridium semina [f] in areolas [g] differere praecepe-
runt [h]. orthocissos [i], et ederas ab Idibus Februarii, vel etiam Cal. Martiis poni opor-
tere iidem censuerunt. Idibus Mart. Nepa incipit occidere; significat tempesta-
31 tem. x v i i Calen. April. Nepa occidit; hiemat. x v i Cal. April. Sol in Arietem
transitum facit; Fauonius, vel Corus. x i i [k] Calen. April. Equus occidit mane;
Septentrionales venti. x Cal. April. Aries incipit exoriri; pluuius dies; interdum
ningit [l]. i x [m] et v i i i Calendarum [n] Aprilium, Aequinoctium vernum tempe-
32 statem significat. Ab Idibus eadem, quae supra, vtique peragenda sunt: optime
autem vliginosa et pinguia loca nunc demum proscinduntur [o]: et [p] quae mense Ia-
nuario veruacta fecimus [q], nunc vltima parte Martii sunt iteranda: et siquae per-
gulae vitium generosarum, vel siquae in agris aut vepribus singulares arbores mari-
tae a putatoribus relictae sunt, ante Calend. April. vtique deputari debent; post
33 quem [r] diem sera [s] et infructuosa fit huiusmodi rerum cultura. Milii quoque et
panici haec prima satio est, quae peragi debet circa Idus April. vtriusque seminis
sextarii quini singula iugera occupant. Quinetiam pecus lanatum, caeteraque qua-
drupedia tempus idoneum est castrandi. locis autem tepidis ab Idibus Februarii
vsque in [t] Idus Aprilis; in locis frigidis ab Idibus Martii vsque in Idus Maias omnia
34 recte pecora castrantur. Cal. Aprilis Nepa occidit mane, tempestatem significat.
Nonas

z) *XIII B. R. XII Ienf.* a) *nec I. B. R.* b) *dipondii I. B. R.* c) *dimissis* a. *P.* d) *conueniat* post *I. B. R.* e) *sex* deest *P.* f) *seminum I. B. R.* g) *areolis I. B. R. areola P.* h) *praecipiunt. Nam I. B. R.* i) *orthocissos* deest *P. ortocissos L.* k) *XIII* coni. Ponted. l) *mingit B. R. niguit L.* m) *I X et* deest *I. B. R.* n) *Calendas Apriles I. B. R.* o) *proscinditur P.* p) *atque mense I. B. R.* q) *facimus L. I. B. R.* r) *quam P.* s) *cetera P.* (*s.* 33) t) *ad I. B. R.*

quadratos pedes 160 quae summa ab illa 162 duobus solum pedibus exceditur: Haec ita posuimus, numerum 18 vt sincerum constituentes. PONTED. Ponit Vir Cl. scrobes vnum modo pedem altos: at ipse Columella videtur quaternarios intelligere ternariosque vel cubicos (hoc est enim proprie *quoquouersus* pedum III vel IIII) vel certe duos minimum pedes altos, quod colligas ex hoc ipso capite s. 17. Vtroque modo ratio plane aliter fuerit instituenda. Si *quoquouersus* modo ad longitudinem et latitudinem referatur, et ponamus altitudinem vbique duorum pedum; XVIII ternarii scrobes dabunt pedes cubicos 324: Cum vero quaternarius scrobs vnus habeat pedes cubicos 32; non poterunt, eadem ratione seruata, vltra X vel XI ab vna opera effici. Multo maior differentia erit, si ponas cubicos scrobes. Hic enim apparebit calculos ducenti, si XVIII ternarios efficiat vna opera, qui sunt pedes cubici 486, vix VIII quaternarios aut VII adeo, h. e. pedes cubicos 512 aut 448 eandem effecturam. et quid si X in V redeunte fuit in antiquis, vbi nunc XII vel XIII aut XIIII adeo legitur, VII, VIII, VIIII. Non nimis hic solicite ducendos calculos, vel inde apparet, quod noster etiam sulcum sexcentorum pedum cubicorum vni operae adsignat. Vid. de Arb. 4, 3. Et habuimus modo ad s. 17 pedes cubicos 1440 vni operae adsignatos: Nusquam fere esse corruptiores libros, quam in numeris, saepe obseruamus.

2, 29 OLEIS LABORANTIBVS) Ad verbum repetiit Pall. Mart. 8, 1.

2, 33 MILII ET PANICI) Pall. Mart. 3.

2,35 RA-

Nonas Aprilis Fauonius, aut Auster cum grandine, nonnunquam hoc idem pridie.
Octauo Idus Aprilis Vergiliae vespere celantur, interdum hiemat. Septimo Idus
Aprilis, et [u] sexto, et quinto Austri et Africi tempestatem significant. Quarto
Idus Aprilis, sole oriente, Libra occidere incipit, interdum tempestatem significat. 35
Pridie Id. Aprilis Suculae celantur, hiemat. His diebus locis frigidis prima vinea-
rum fossio vtique ante Idus peragenda est: quaeque mense Martio post confectum
aequinoctium fieri debuerunt, nunc denique quam primum exequenda sunt. Fici
vitesque adhuc recte inseruntur: seminaria, quae sunt ante facta, runcari, et adhuc
commode fodiri possunt. Oues Tarentinae radice lanaria lauari debent, vt ton-
surae praeparentur. Idibus Aprilis, vt supra, Libra occidit, hiemat. Decimo- 36
octauo Calen. Maias ventosa tempestas, et imbres, nec hoc constanter [x]. xv Cal.
Maias sol in Taurum transitum facit, pluuiam significat [y]. xIIII Cal. Maias Sucu-
lae [z] se vesperi celant, pluuiam significat. xI Cal. Maias ver bipartitur, pluuia,
et nonnunquam [a] grando. Decimo Cal. Maias Vergiliae cum sole oriuntur, Afri-
cus, vel Auster, dies humidus. Nono Cal. Maias prima nocte Fidicula apparet,
tempestatem significat. Quarto Calen. Maias Auster fere cum pluuia [b]. Tertio 37
Cal. Maias mane Capra exoritur, Austrinus dies, interdum [c] pluuiae [d]. Pridie Cal.
Maias Canis se vespere celat: tempestatem significat. Per hos dies eadem quae
supra persequemur, possuntque, si iam librum remittunt, inseri oleae, vel empla-
strari, caeteraeque pomiferae arbores eodem emplastrationis genere inseri. sed et 38
prima pampinatio recte inchoatur, dum prorepentes oculi digito decuti possint.
siqua praeterea in vineis aut fossor disturbauit, aut negligentia omisit, diligens vi-
nitor restituere debet, et fracta iuga considerare, et resarcire, aut disiectos palos
reponere, ita ne teneros pampinos explantet. Eodem tempore secundi [e] foetus
pecudes signari oportet. Cal. Maiis, hoc biduo sol vnam dicitur tenere particulam. 39
vI [ee] Nonas Maias Sucula cum sole exoritur, Septentrionales venti. v Nonas
Maias Centaurus totus apparet, tempestatem significat. III Nonas Maias idem
sidus

u) *et* abest *B. R.* x) *constante* sphalma *Vict.* y) *significat XI. Calendas Maias vergiliae cum sole etc.* caetera deficiunt *I. B. R.* z) *Suculae vesperae cedant significat etc. P.* a) *non vnqam P.* b) *pluuia, Calendis Maiis I. B. R.* c) *pruina* inser. *I. B. R.* d) *pluuii P.* e) *foecundi I.B.R.* ee) *VI Nonas Maias* desunt *I. B. R.*

2, 35 RADICE LANARIA) Plin. 19, 3 s. 18 *quae vocatur radicula, lauandis lanis succum habet, mirum quantum conferens candori mollitiaeque. Struthion Graeci vocant* etc. *Saponariam* vocari, itemque *herbam fullonum*, obseruat Hard. ad h. l. qui eandem esse ait, quam *lanariam herbam* vocat idem Plin. 24, 17 s. 104 Est itaque ea, quam *saponariam* vocant officinae, nostri *Seiffenkraut*. Add. Io Rhod. ad Scribo. p. 40.

2, 36 VER BIPARTITVR) *Bipartior* h. l. non vsurpatur deponentium more, sed passiuum est. Etsi autem eo die, qui est XI Kal. Maii duae veris partes elapsae sint iuxta diuisionem agricolarum, quam habes apud Varr. 1, 28 et alios: tamen si vim ipsius tempestatis caloremque consideres, tunc aliquando contingit, vt ver medium fit. Sic eodem capite dicitur *hiems* non nunquam *bipartita, cum stella quae in pectore leonis est*, occidit; quo tamen tempore, si dies numeres, hiems ad finem inclinat. Habenda est ratio non multorum vel paucorum dierum, sed maioris vel minoris frigoris. PONTED. Sed quid si *dies* dicatur *bipartiri* ver? In participiis praeteritorum facile admiserim passiuam significationem: in aliis temporibus non item.

2, 39 BIDVO SOL VNAM — PARTICVLAM) Partes vel particulae signorum eclipticae singulorum (in quantum signa intelliguntur δωδεκατημόρια, non ζῴδια) 30 sunt, id est in vniuersum 360; dies autem 365. Itaque interdum duos dies vni particulae assignant. Vide verbi caussa fragmenta incerti sub Censori. de die nat. 2, p. 211. Lindebr.

ſidus pluuiam ſignificat. Pridie Nonas Maias Nepa medius occidit, tempeſtatem
ſignificat. Nonis Maiis Vergiliae exoriuntur mane, Fauonius. VII Idus Maias
40 aeſtatis initium, Fauonius, aut Corus, interdum etiam [f] pluuia. VI Idus Vergi-
liae totae apparent, Fauonius, aut Corus, interdum et [g] pluuiae. Tertio Idus
Maias Fidis mane oritur, ſignificat tempeſtatem. Per hos dies runcandae ſegetes
ſunt, foeniſiciae [h] inſtituendae. Bonus operarius prati iugerum deſecat, nec mi-
nus mille ducentos manipulos vnus obligat, qui ſint [i] ſinguli quaternarum libra-
rum. Arbores quoque tempus eſt ablaqueatas circumfodere, et operire: vna opera
nouellas circumfodiet arbores octuaginta, mediocres LXV, magnas quinquaginta.
41 Hoc menſe ſeminaria omnia crebro fodere oportebit. ſed a Calendis Martiis vsque
in Idus Septembres, omnibus menſibus non ſolum ſeminariis, ſed etiam nouellis
vineis danda foſſio eſt. Iisdem diebus, vbi praegelidum et pluuium [k] caelum eſt,
oleae putantur, et emuſcantur [l]. Caeterum tepidis regionibus duobus temporibus
anni facere iſtud oportebit. Primo ab Idibus Octob. vsque in [m] Idus Decembres,
iterum ab Idibus Febr. vsque in Idus Martias, ſi tamen [n] arbor librum non remit-
42 tit. Hoc eodem menſe in [o] paſtinato ſeminario nouiſſima poſitio eſt olearis [p] ta-
leae [q], eamque oportet, cum panxeris, fimo et cinere miſtis oblinire [r], et ſuper-
ponere muſcum, ne ſole findatur [s], ſed [t] hoc idem [u] opus melius fiet vltima parte
menſis Martii, vel prima menſis April. et ceteris temporibus, quibus praecepi-
43 mus [x] ſeminaria plantis vel ramis conſerere. Idibus Maiis Fidis mane exoritur.
Auſter, aut Euronotus [y], interdum dies [z] humidus. XVII Calen. Iunias idem
quod ſupra. XVI, et XV Cal. Iunias Euronotus [a], vel Auſter cum pluuia. XIIII
Cal. Iun. ſol in Geminos introitum facit. XII [b] Calen. Iun. Suculae exoriuntur,
Septentrionales venti, nonnunquam Auſter cum pluuia. XI et X [c] Calen. Iunias
Arcturus mane occidit, tempeſtatem ſignificat. VIII, et VII, et VI Cal. Iun.
44 Capra mane exoritur; Septentrionales venti. Ab Idib. vsque in Calend. Iunias [d]
veteranam vineam priusquam florere incipiat, iterum [e] fodere oportet, eandem-
que, et caeteras omnes vineas itidem pampinare. quod ſi ſaepius feceris, puerilis
vna opera iugerum vineti pampinabit. Quibusdam regionibus oues nunc tonden-
tur, et pecoris nati aut [f] amiſſi ratio accipitur. item [g] qui lupinum ſtercorandi agri
45 cauſa ſerit, nunc demum aratro [h] ſubuertit. Cal. Iun. et IIII Non. Aquila exori-
tur; tempeſtas ventoſa, et interdum pluuia. VII Idus Iun. Arcturus occidit;
Fauonius, aut Corus. IIII Id. Iun. Delphinus veſpere exoritur; Fauonius; inter-
46 dum rorat. His diebus, ſi [non] [i] opere victi [k] ſumus, eadem, quae extremo
menſe Maio, facienda ſunt: item omnes arbores fructiferae circumfoſſae aggerari
debent,

f) *et pluuiae I. B. R.* g) *et* deeſt *I. B. R.* h) *foeniſecae inſtituendi ſunt I. B. R.* i) *ſunt I. B. R.* k) *pluuiaceum* Politiani coniectura. l) *muſcantur I. B. R. Lipſ.* m) *ad I. B. R.* n) *tamen* deeſt *I. B. R.* (*ſ.* 42) o) *impaſtinato* coniunct. *Bon.* p) *oleariis I. B. R.* q) *tale P.* r) *oblinere Ienſ.* s) *findantur I. B. R.* t) *et* inſ. *I. B. R.* u) *idem* deeſt *P.* x) *praecipimus I. B. R.* y) *eurinus Pol. L.* z) *dies* deeſt *P.* a) *eurinus P. L.* b) *XIII* coni. *Ponted.* c) *Duodecimo I. B. R.* quod probat *Ponted.* d) *Iuniis I. B. R.* e) *interim I. B. R.* f) *vt mulſi Pol.* g) *Iterum P.* h) *arat quo P.* i) *non* om. *L. I. B. R.* k) *vincti Lipſ.*

2, 44 QVI LVPINVM) Geop. 3, 5. SCHOETTG.

2, 46 SI [NON] OPERE VICTI SVMVS) Τὴν *non* recte omitti puto ab antiquis editionibus, et qui non diſſentit, Mediceo. *Si opere victi ſumus*, vt plus operis fuerit nimirum ſuperiore menſis parte, quam perfici a nobis potuerit, id nunc reuocandum eſt.

2, 46 TER-

debent, vt ante folſtitium id opus peractum ſit. Quinetiam pro conditione regio-
nis et caeli terra vel proſcinditur, vel iteratur: eaque, ſi eſt difficilis, proſcinditur
operis tribus, iteratur duabus, tertiatur vna, lirantur autem iugera duo opera vna.
At ſi facilis eſt terra, proſcinditur iugerum duabus operis, iteratur vna, lirantur [l]
vna [m] iugera quatuor. [cum in ſubacta iam terra latiores porcae ſulcantur.] quae 47
ratio colligit, vt per Autumnum facile poſſint vno iugo, tritici obſeri modii centum
quinquaginta, caeterorumque leguminum modii centum. Iisdem diebus area tri-
turae praeparanda eſt: vt [n] quaeque res defecta erit, in eam conferatur. Vinea-
rum quoque cultus [o], quibus maior eſt modus, iteratus eſſe debet. Ante ſolſti- 48
tium pabulum (ſi facultas eſt) vel nunc, vel etiam ſuperioribus XV diebus, qui fue-
rint ante [p] Calen. Iunii, pecori praeberi oportet. A Cal. autem Iuniis, ſi iam de-
ficit viridis herba, vſque in vltimum Autumnum [q] frondem caeſam praebebimus.
Idibus Iuniis calor incipit. XIII [r] Calen. Iul. ſol introitum in [s] Cancro facit; tem- 49
peſtatem ſignificat. XI Calen. Iulii Anguifer, qui [t] a Graecis dicitur ὀφιοῦχος [u],
mane occidit, tempeſtatem ſignificat. Octauo, et VII, et VI Cal. Iulii Solſtitium,
Fauonius, et calor. Tertio Cal. Iul. ventoſa tempeſtas. His diebus eadem, quae
ſupra. Sed et viciam in pabulum ſecare oportet, priusquam ſiliquae eius duren- 50
tur; ordeum metere; fabam ſerotinam ducere; fabam maturam conterere, et pa-
leam [x] eius diligenter recondere; ordeum terere, paleasque omneis recondere;
aluos [y] caſtrare, quas ſubinde nono quoque aut decimo die ad Cal. Maias conſide-
rare et curare oportet [z]. nunc autem ſi ſunt pleni atque operculati faui, deme-
tendi

l) *Linantur P. L.* m) *in* inſ. *P.* n) *vt* om. *P.* o) *cultus* om. *I. B. R.* p) *a L. I. B. R.* q) *autumni I. B. R.* (*ſ.* 49) r) *VIII I. B. R.* s) *in* deeſt *I. B. R.* t) *qui Graece Pol.* u) *φιουχος P.* x) *paleas I. B. R.* y) *alueos P.* z) *oportebat Iunii.*

2, 46 TERTIATVR VNA, LIRATVR) Interpungebant omnes ante *liratur*, et ὑποστιγμὴν ponebant poſt *opera vna.*

2, 47 [CVM IN SVBACTA — SVLCANTVR] Haec verba vel gloſſam puto verbi *lirantur*, vel ſi ab auctore profecta, loco mota a librariis. Caeterum hic actus *lirandi* diſtinctius explicatur Varr. 1, 29, 2.

2, 47 PER AVTVMNVM) hoc enim ſeminandi tempus Col. 2, 8. Caeterum vt rationem hanc ipſe inire et colligere poſſis, comparandum tibi erit Col. 2, 9. Nimirum iugerum agri mediocris poſtulat tritici modios 5. Igitur modiis 150 obſeri poſſunt iugera 30. Leguminum illud, quod conſuetiſſimum eſt, et optimum, ſumamus, nempe lupinum. Huius modii 10 iugerum occupant (Col. 2, 10, 3.) Igitur 100 modiis obſerentur iugera 10. Haec porro 40 iugera, ſi difficilis ſit terra, proſcinduntur operis 120, iterantur 80, tertiantur 40, lirantur 20, quae ſunt operae 260. Sin facilis terra ſit, proſcindentur operis 80, iterabuntur 40, tertiabuntur 30 (Excidiſſe enim videtur tertiatio h. l. auctoris feſtinatione, vel librarii, quam dodrantem poſtulare docet 2, 4, 8) lirabuntur 10 operis. Conficiuntur operae 160. Iam ſi diuerſitatem terreni cogitemus, iuuerit forte aſſumere mediam proportionalem i. e. 210. Apparet igitur conſtare rationem Columellae, etiamſi παχυλῶς nimis eam nos forte ſubduxerimus, et v. g. leguminum illud aſſumſerimus, quod minimum operarum poſtulat.

2, 47 VT QVAEQVE RES DES. ERIT) Vid. quae de duplici quaſi perſona τῆς *vt* diſputauimus ad Varr. 2, 1, 4 et Col. 7, 3, 20. Hic illud inprimis me mouet, quod *conferatur* ſcriptum, non *conferenda eſt*, vt mox ante *praeparanda eſt*; quod indicium videtur, coniunctiuum ab illa *vt* ſimul pendere. Vt hoc regimen duplex euitaret Commel. poſuit diſtinctionem ante *vt*.

2, 48 ANTE CALEN. IVNII) Recte *ante*, quia ſuperiores dies diſtinguit a *nunc*, h. e. illo ſpatio, quod incipiunt Calen. Iun. Antiquae editiones *a Calendis*, neglecto forte puncto ad illud *a* collocando, vt *ante* ſignificet.

2, 50 ALVOS CASTRARE) Videtur legendum *alueos*. VRSIN. Vid. ad Col. 9, 6, 3.

2, 50 AD CAL. MAIAS) Hic contrarium eius, quod paullo ante notabamus, accidiſſe videtur. Legendum enim, ſi quid iudico, *a Calen. Maiis.*

tendi [a] ſunt: ſin autem maiore parte vacant, aut ſine operculis adaperti ſunt, non-
dum eſſe maturos ſignificatur: itaque mellatio eſt differenda. Quidam in prouin-
51 ciis transmarinis vel hoc, vel [b] ſequente menſe ſeſama [c] ferunt. Calen. Iuliis Fa-
vonius, vel Auſter, et calor. Quarto Non. Iul. Corona occidit mane. Pridie No-
nas Iul. Cancer medius occidit; calor. Octauo Idus Iul. Capricornus medius occi-
dit. Septimo Idus Iul. Cepheus [d] veſpere exoritur [e], tempeſtatem ſignificat. Sexto
52 Id. Iul. Prodromi flare incipiunt. His diebus eadem quae ſupra. Sed et proſciſ-
ſum veruactum optime nunc iteratur, et ſilueſtris ager decreſcente Luna vtiliſſime
extirpatur. Idibus Iuliis Procyon [f] exoritur mane, tempeſtatem ſignificat. Ter-
tiodecimo Cal. Auguſtas Sol in Leonem tranſitum facit; Fauonius. [Nono Ca-
lendas Auguſtas Leonis in pectore clara ſtella exoritur [g]] interdum tempeſtatem
ſignificat. Octauo Calen. Auguſtas Aquarius incipit occidere clare; Fauonius, vel
53 Auſter. Septimo Cal. Auguſtas Canicula apparet; caligo aeſtuoſa. Sexto Cal. Au-
guſtas Aquila exoritur [g]. Quarto Calendas Auguſtas Leonis in pectore clarae ſtel-
lae exoriuntur; interdum tempeſtatem ſignificat. Tertio Calen. Auguſtas Aquila
54 occidit; ſignificat tempeſtatem. His diebus locis temperatis et maritimis meſſis
conficitur, et intra dies triginta qua deſecta eſt, ſtramenta praeciſa in aceruum [h]
congeruntur. Iugerum ſtramentorum opera vna deſecat, quibus remotis priuſquam
ſol acrior exurat terram, omnes arbores, quae fuerant in ſegete, circumfodere et
adobruere oportet. item quibus magna ſementis praeparatur, nunc debent itera-
55 re. Nam de [i] fodiendis colendisue [l] nouellis vineis, ſaepius iam dixi nullum eſſe
menſem omittendum, donec autumnale aequinoctium conficiatur. Meminiſſe au-
tem oportebit, vt per hos, et Auguſti menſis dies antelucanis et [m] veſpertinis tem-
poribus frondem pecudibus caedamus. Item quaſcunque vineas culturi ſumus, ne
per aeſtum, ſed mane vſque in tertiam, et a decima vſque in crepuſculum fodia-
56 mus. Quibuſdam regionibus, ſicut in Cilicia et Pamphylia, hoc menſe ſeſama [n]
ſeruntur. Italiae autem regionibus humidis poſſunt vltimo menſe Iun. ſeri. Quin-
etiam tempus eſt ficulneis [o] arboribus caprificum ſuſpendere, quod quidam exiſti-
mant idcirco fieri debere, ne fructus decidat, et vt celerius ad maturitatem perue-
niat. Calen. Auguſti [p] Eteſiae. Pridie Non. Auguſti Leo medius exoritur, tem-
57 peſtatem ſignificat. VII Id. Auguſti Aquarius occidit medius, nebuloſus aeſtus.
Pridie

a) *demendi I. B. R. Lipſ.* b) *vel* deeſt *I. B. R.* c) *ſeſartia I. B. R.* d) *citheus L.* e) *oritur I. B. R.* f) *Procbion L.* g) *oritur I. B. R.* h) *agerum P.* i) *deſodiendis* coniunct. *Herv.* l) *nam de colendis P.* m) *et veſpertinis* deeſt *P.* n) *ſeſania I. B. R. ſiſama L.* o) *arborificulneas* ant. *P.* p) *auguſtis et teſiae P. et beſit L.*

2, 52 NONO CAL.) Quae incluſimus, inſititia videntur Cl. PONTEDERAE, et horum locum obtinuiſſe primum caniculae ortum.

2, 52 LEONIS IN PECTORE CLARAE STELLAE) Vna eſt, quae de Leonis pectore emicat clara ſtella, quaeque *tuber Leonis* (ex quo iſtud verborum monſtrum in Plinio fictum eſt, *Tuberoni*) appellatur, non plures, vt in noſtris epiſtolis PONTED.

2, 52 OCCIDERE CLARE) Quid eſt *occidere clare?* Satin' ſaluae?

2, 53 CALIGO AESTVOSA) quam ſ. 57 *aeſtum nebuloſum* vocat.

2, 56 CAPRIFICVM SVSPENDERE) De caprificatione locus Claſſicus eſt Plinii 15, 19 ſ. 21 vnde maxime neceſſaria petemus. *Culices parit* caprificus; *hi fraudati alimento in matre, putri eius tabe, ad cognatam volant: morſuque ficorum crebro — cereales auras immittunt foribus apertis. Mox lacteum humorem, hoc eſt, infantiam pomi abſumunt* etc. Totus enim locus legendus eſt. Add. Pall. Mart. 10, 28; et quos laudat Io. Reudtorf. in fragm. Democriti ap. Fabric. B. G. 4, 29 p. 350 ſq.

2, 57 NEBVLOSVS AESTVS) *caliginem aeſtuoſam* vocabat ſ. 53.

2, 61 MO-

Pridie Idus Aug. Fidis occidit mane, et Autumnus incipit. His diebus eadem quae
ſupra. Nonnullis tamen locis faui demetuntur: qui [q] ſi non ſunt melle repleti, nec
operculati, differenda eſt [r] in menſem Octob. mellatio. Idib. Auguſti Delphini oc-
caſus tempeſtatem ſignificat. XIX Calen. Septemb. eiuſdem ſideris matutinus occa-
ſus tempeſtatem ſignificat. XIII [s] Cal. Septemb. ſol in Virginem tranſitum facit, 58
hoc et ſequenti die tempeſtatem ſignificat, interdum et tonat. Hoc eodem die
Fidis occidit. Decimo Cal. Septemb. ex eodem ſidere tempeſtas plerumque oritur,
et pluuia. VII [t] Cal. Septemb. Vindemiator exoritur mane, et Arcturus incipit oc-
cidere; interdum pluuia. III Cal. Septemb. humeri Virginis exoriuntur; Eteſiae
deſinunt flare, et interdum hiemat. Pridie Cal. Septemb. Andromeda veſperi exori- 59
tur; interdum hiemat. His quidem diebus arbores ficorum inoculantur; quod ge-
nus inſitionis emplaſtratio vocatur. Idque licet vel commodius facere ſuperiore
menſe poſt Idus Iul. quo tempore etiam aliarum arborum nonnulli emplaſtrationem
faciunt. Quibuſdam locis, vt in Baetica maritimis regionibus, et in Africa vinde- 60
mia conficitur. Sed frigidioribus [u] regionibus pulueratíonem faciunt, quam vocant
ruſtici occationem, cum omnis gleba in vineis refringitur, et reſoluitur in puluerem.
Hoc eodem tempore prius quam vineae pulueremtur, ſi perexilis eſt, vel [x] rara ipſa
vitis, lupini modii tres vel quatuor in ſingula iugera ſparguntur [y], et inoccantur [z];
qui, cum fruticauerint [a], prima tum foſſione conuerſi ſatis bonum ſtercus vineis
praebent. Multi etiam, ſi pluuius eſt ſtatus caeli, ſicut ſuburbana regione Italiae 61
pampinis vitem ſpoliant, vt percoqui fructus poſſint, nec putreſcere imbribus. At
e contrario locis calidioribus, vt modo nominatis [b] prouinciis, circa vindemiam
adumbrantur, vel ſtramentis, vel aliis tegumentis vuae, ne ventis aut caloribus
exareſcant. Hoc idem tempus eſt aridis vuis ficiſque conficiendis, de quibus quem- 62
admodum paſſae fiant, ſuo loco dicemus, cum villicae perſequemur officia. Filix [c]
quoque aut carex, vbicunque naſcitur, Auguſto menſe recte extirpatur, melius ta-
men circa Idus Iulias ante Caniculae exortum. Calend. Septemb. calor [d]. Quarto 63
Nonas Septemb. Piſcis auſtrinus deſinit occidere, calor. Non. Septemb. Arcturus
exoritur, Fauonius, vel Corus. VII [e] Idus Septemb. Piſcis aquilonius deſinit oc-
cidere, et Capra exoritur, tempeſtatem ſignificat. Tertio Idus Septembris Fauo-
nius, aut Africus, Virgo media exoritur. His diebus locis maritimis et calidis vin- 64
demia, et caetera quae ſupra ſcripta ſunt, commode adminiſtrantur. Iteratio quo-
que arationis peracta eſſe debet, ſi ſerius terra proſciſſa eſt. ſin autem celerius, etiam
tertiatum [f] ſolum eſſe conuenit. Hoc etiam tempore qui conſueuerunt vina con-
dire, aquam marinam praeparant, et aduectam decoquunt: de qua conficienda, cum
villicae officia exequar, praecipiam. Id. Sept. ex priſtino ſidere nonnunquam tem-
peſtatem ſignificat. XV Cal. Oct. Arcturus exoritur; Fauonius, aut [g] Africus, in- 65
terdum Eurus, quem quidam Vulturnum appellant. XIIII Cal. Oct. ſpica Virgi-
nis exoritur; Fauonius, aut Corus. XIII Cal. Octob. ſol in Libram tranſitum facit,
Crater

q) *ſi* deeſt *I. B. R.* r) *et* inſ. *P.* (*ſ.* 58) s) *Decimo B. R.* t) *VI* coni. *Ponted.* u) *frigidis P.* x) *terra vel P.* y) *ſpargantur I. B. R.* z) *ita occantur I. B. R.* a) *frutificauerint I. B. R.* b) *velis* inſ. *P.* c) *Filex Heruag. felix L.* d) *calor enim ante Septemb. I. B. R.* e) *VI* coni. *Ponted.* f) *ſiue ſatum* interpon. *I. B. R.* g) *et I. B. R.*

2, 61 MODO NOMINATIS) ſ. 60 Baetica et Africa.

2, 62 SVO LOCO) 12, 16.

2, 64 PRAECIPIAM) 12, 25.

2, 67 VI-

Crater matutino tempore apparet. XI Cal. Oct. Pisces occidunt mane, item Aries
66 occidere incipit; Fauonius aut Corus, interdum Auster cum imbribus. X Cal. Octob. Argo [h] nauis occidit; tempestatem significat, interdum etiam [i] pluuiam. Nono Cal. Octob. Centaurus incipit mane oriri; tempestatem significat, interdum et pluuiam. Octauo Cal. Octob. et septimo, et sexto, Aequinoctium autumnale pluuiam [k] significat. Quinto Cal. Oct. Haedi exoriuntur; Fauonius, nonnunquam Auster cum pluuia. Quarto Cal. Octob. Virgo desinit oriri; tempestatem significat.
67 His diebus vindemiae [l] pluribus [m] regionibus [n] fiunt, quarum maturitatem alii aliter interpretati sunt. quidam cum vidissent partem aliquam vuarum virescere, crediderunt tempestiuam esse [o] vindemiam: quidam cum coloratas [p] et perlucidas vuas animaduertissent: nonnulli etiam cum pampinos ac folia decidere considerassent. quae omnia fallacia sunt: quoniam immaturis vuis eadem omnia possunt accidere,
68 propter intemperiem solis, aut anni. Itaque nonnulli gustu explorare maturitatem tentauerunt, vt siue dulcis esset sapor vuae, siue acidus, proinde aestimarent. Sed et haec ipsa res habet aliquam fallaciam. nam quaedam genera vuarum nunquam [q]
69 dulcedinem capiunt propter austeritatem nimiam. Itaque opportunum [r] est (quod nos facimus) ipsam naturalem contemplari maturitatem. naturalis autem maturitas est, si cum expresseris vinacea, quae acinis celantur, iam infuscata, et nonnulla propemodum [s] nigra fuerint. nam colorem nulla res vinaceis potest afferre, nisi naturae maturitas, praesertim cum ita [t] media parte acinorum sint, vt et a sole aestiuante [u], et a ventis protegatur [x], humorque ipse non patitur ea percoqui [y], aut
70 infuscari, nisi suapte natura. Hoc igitur cum exploratum habuerit villicus, sciat vindemiam sibi esse faciendam. Sed antequam fructum cogere incipiat, cuncta praeparanda erunt superiore (si fieri posset [z]) mense: si minus, certe vt ante quindecim dies dolia partim picata, partim defricata et diligenter lota marina, vel aqua
71 salsa, et recte siccata; tum et opercula, colaque, et caetera, sine quibus probe confici mustum non potest; torcularia vero, et fora diligenter emundata, lotaque [a], et, si res ita exegerit, picata; praeparataque habeat ligna, quibus defrutum et sapam decoquat. tum etiam salem, atque odoramenta, quibus condire vina consueuerint, multo ante reposita esse oportet. Nec tamen haec cura totum auocet eum a caetera ruris cultura. nam et napinae, itemque rapinae, siccaneis locis per hos

h) *argo nauis* diuis. *I. B. R. I. I. A.* i) *et P.* k) *plerumque I. B. R.* l) *vindemiam* n. *P.* m) *plurimis* n. *plurimi* a. *P.* n) *regionibus* deest in antiquo *P.* o) *interdum* ins. *I. B. R.* p) *con. coloratas I. B. R.* q) *nonnunquam I. B. R.* r) *optimum P. L.* s) *praetermodum P. L.* (*s.* 69) t) *in* ins. *I. B. R. I. I. H. et Ms. Heins. ad Ouid. Fast.* 4, 940. u) *aestuante I. B. R. I. I. H. A. G. extuante Lips.* deest *in Pol. et Ms. Heins.* x) *protegantur I. B. R. I. I. H. A. G. Ms. Heins. l. c.* y) *praecipi I. B. R. Ms. Heins. l. c.* z) forte melius *possit*. a) *lotaque. Et I. B. R. I. I. H. A. Gr. G.*

2, 67 VIRESCERE) Mirum sane. Virescunt enim profecto vuae ante aliquanto quam quemcunque alium colorem accipiant. Desinit praecedens vox in M. literam. Quid si confusione quadam literarum *virescere* nunc legitur pro *mitescere*? quod proprium in hac re verbum esse constat.

2, 67 PROPTER INTEMPERIEM) Vid. leg. *propter intemperantiam soli.* VRSIN.

2, 69 NATVRALIS MATVRITAS) Vid. Pall. Sept. 11, 1.

2, 69 NON PATITVR) *patiatur* scribendum videtur VRSINO. Recte puto. Nam longum nimis esse videtur, hoc patitur ad *potest*, quod praecedit, referre.

2, 71 CONSVEVERINT) *Consueuerit* vult VRSIN. Si quid mutare liceat, malim *condiri consueuerunt.*

2, 71 FAR-

hos dies fiunt. farraginaria quoque, pecori futura per hiemem praesidio; item-
que siliquam, quod rustici foenum graecum vocant, nec minus in pabulum vicia
nunc demum conseritur. Tum etiam lupini haec erit praecipua satio, quem qui- 72
dam vel ab area protinus in agrum deferri putant oportere. Milium et panicum
hoc tempore demetitur, quo faseolus [b] ad escam seritur. nam ad percipiendum [c]
semen vltima parte Octobris circa Calendas Nouembris melius obruitur. Quare
cum haec cuncta in agris exequi debeat, possit eorum curam, quae intra villam fa-
cienda sunt, villicae delegare: ita tamen, vt ipse consideret an recte facta sint. Cal.
Octobribus, et sexto Non. interdum tempestatem significat. Quarto Non. Octobris 73
Auriga occidit mane, Virgo desinit occidere; significat nonnunquam tempestatem.
Tertio Non. Octobris Corona incipit exoriri, significat tempestatem. Pridie Non.
Octobris Haedi oriuntur vespere; Aries medius occidit; Aquilo. Octauo Id. Octo-
bris Coronae clara stella exoritur. Sexto Id. Octobris Vergiliae exoriuntur vespere; 74
Fauonius, et interdum Africus cum pluuia. Tertio et pridie Idus Octobris Coro-
na tota mane exoritur; Auster hibernus, et nonnunquam pluuia. Per hos dies
frigidis regionibus vindemia, et caetera, quae supra scripta sunt, fieri solent. Iisdem-
que [d] regionibus frumenta matura feruntur, et praecipue far adoreum. Locis
etiam opacis triticum nunc recte seritur. Et quoniam sementis mentionem feci- 75
mus, non intempestiue quantum cuiusque seminis iugerum agri recipiat referemus.
Iugerum agri recipit tritici modios quatuor vel quinque, farris adorei modios no-
vem [e] vel decem, ordei modios quinque vel sex, milii vel panici sextarios quatuor vel
quinque, lupini modios octo vel decem, faseoli modios quatuor, pisi modios tres
vel quatuor, fabae modios sex, lentis modium vnum [f] vel paulo amplius, lini se- 76
minis modios nouem vel decem, cicerculae modios tres vel quatuor, ciceris mo-
dios duos [g] vel tres, sesami sextarios [h] quatuor vel quinque, viciae pabularis modios
septem vel octo, viciae seminalis modios quinque vel sex, erui modios quatuor vel
quinque, farraginis ordeaceae modios septem vel octo, siliquae modios sex, medi-
cae singulos cyathos serere oportet in areolis longis pedum denum [i], latis pedum
quinum [k]. Cannabis grana sex in pede quadrato ponuntur. Idibus Octobris, et
sequenti biduo interdum tempestas [l], nonnunquam rorat. Decimotertio [m] Ca-
lendas Nouembris sol in Scorpionem transitum facit. Tertiodecimo et duodecimo 77
Calen-

b) *passolus* vel *fassolus* a. *P.* c) *percipiendum I. B. R. I. I. H. it. Mſ. Heinſ. ad Ouid. Faſt.* 4, 940 *praecipiendum* alii. d) *hisdem I. B. R.* e) *nouem, vel decem ordei modios* deest in antiquo *Pol.* f) *vnum vel* deest a. *P.* g) *tres vel quattuor L. I. B. R.* h) *SS. L.* i) *denum, latis pedum quinum* desunt in antiquo Codice *P. decem I. B. R.* k) *quinque I. B. R.* l) *temperatas P.* m) *XIIII L.* et *a. V.* probat etiam *Ponted.*

2, 71 FARRAGINARIA QVOQVE) Locus corruptus et male commissus sanabitur, si legas, *Farraginem quoque — futuram — viciam — conserito. Farraginaria* nescio an quisquam dixerit.

2, 73 ET SEXTO NONAS) Non indicat, vt alias, phaenomenon quoddam. Plinius hoc die *Atticae coronam exoriri mane* notat. Sed multum alias quoque dissentiunt; et iam deprecati sumus illam disputationem.

2, 74 AVSTER HIBERNVS) Nimirum meridiem *quoque hibernum*, quantumuis παράδοξον videatur, agnoscit noster. Vid. 8, 8, 2 et adnotationem nostram ad 1, 6, 2. Hic tamen ad plagam referri nullo modo posse videtur; sed *hibernus auster* esse, qui χειμῶνα adfert, *hiemem*, h. e. tempestatem, cum vel sine pluuia: ideo etiam subiicit, *interdum pluuia*. Ita saepius noster hoc ipso in Kalendario *hiemat, hiemat cum frigore* etc.

2, 75 QVANTVM SEMINIS IVGERVM — RECIP) conf. supra 2, 9.

 2, 81 LV-

Calendas Nouembris solis exortu [n] Vergiliae incipiunt occidere; tempestatem
significat. Vndecimo Calendas Nouembris Tauri cauda occidit; Auster, interdum
pluuia. Octauo Calendas Nouembris Centaurus exoriri mane definit; tempesta-
78 tem significat. Septimo [o] Calendas Nouembris Nepae frons exoritur; tempesta-
tem significat. Quinto Calendas Nouembris Vergiliae occidunt; hiemat cum fri-
gore et gelicidiis. Quarto Calendas Nouembris Arcturus [p] vespere occidit; ven-
tosus dies. Tertio Calendas, et pridie Nouembris Cassiope incipit occidere; tem-
79 pestatem significat. Per hos dies quaecunque semina differri debent, arbusculaeque
omnis [q] generis recte ponuntur. vlmi quoque vitibus recte maritantur, ipsaeque
vites in arbustis et vineis commode propagantur. Seminaria runcare et fodere
tempus est, tum etiam arbores ablaqueare, nec minus vineas, easdemque putare,
itemque in arbustis vitem deputare. seminaria, quae suo tempore pampinata non
sunt, arbusculaeque ficorum in seminariis putari, et ad singulos stilos redigi de-
bent: quae tamen melius dum tenera sunt, per germinationem pampinantur. Sed
80 cum omnia in agricultura strenue facienda sint [r], tum maxime sementis. Vetus est
agricolarum prouerbium, MATVRAM sationem saepe decipere solere, seram nun-
quam, quin mala sit. Itaque in totum praecipimus: vt quisque natura locus frigi-
dus erit, is [s] primus [t] conferatur: vt quisque calidus, nouissimus [u]. Vicia et faba
81 stercorare agrum dicuntur. Lupinum nisi in florem verteris, nihil agrum sterco-
raueris. sed nec vlla res magis vacuis operariis [x] aut feritur, aut conditur. nam et
primis temporibus ante aliam [y] sementim potest id obrui, et nouissimis post coactos
82 fructus tolli. Sementi facta inoccare oportet, quod sparseris. Duo iugera tres
operae commode occabunt, arboresque quae intererunt [z], ablaqueabunt [a]; quam-
vis antiqui singulis [b] operis singula iugera sarriri et occari velint: quod an recte
fieri possit, affirmare non ausim. Eodem tempore fossas riuosque purgare, et eli-
83 ces sulcosque aquarios conuenit facere. Iisdem temporibus si sit, fraxineam [c]; si
minus, orneam; si nec haec sit, iligneam frondem bubus recte praebebimus. Glan-
dis quoque non inutile est singulis iugis modios singulos dare: nec tamen amplius,
ne laborent, nec minus diebus XXX praebueris. nam [d] si paucioribus diebus detur [e],
(vt ait Hyginus) per ver scabiosi boues fiunt. Glans autem paleis immiscenda est,
atque ita bubus apponenda. Tum etiam siluam si quis barbaricam, id est conse-
mineam [f] velit facere, recte conseret [g] glandibus et caeteris seminibus. Tum et
olea distringenda [h] est, ex qua velis viride oleum efficere; quod fit optimum ex
varia oliua, cum incipit nigrescere. nam acerbum nisi ex alba olea fieri non de-
bet.

n) *exortus:* I. B. R. o) *Octauo* I. B. R. p) *in* inseritur I. B. R. q) *vitibus recte* L. r) *sunt* I. B. R. s) *ne* Lips. t) *primis* P. *primum* I. B. R. u) *nouissime* I. B. R. x) *operis* L. y) *vllam sementem posset id obruere, et nouissime post coctos fructus tollere* I. B. R. *possit obruere — coactus — tollere* L. (§. 82) z) *intererunt* I. B. I. I. *intereunt* L. R. H. A. Gr. G. *interierunt* al. a) *adlaqueabuntur* L. b) *similis* P. c) *fraxinea et si sit minus ornea* L. d) *nam si — per ver* om. Pol. e) *datur* I. B. R. f) *consentaneam* L. g) *conserere* I. B. R. h) *destringenda* I. B. R.

2, 81 LVPINVM) Vid. supra §. 60.

2, 82 ARBORESQVE QVAE INTERERVNT) Reuocaui lectionem procul dubio sinceriorem. Quid enim? ablaqueanturne arbores, quae interierunt? an potius quae intersunt, inter segetem videlicet.

2, 82 ET ELICES SVLCOSQVE AQVARIOS CONVENIT FACERE) Idem esse *elices* ac *sulcos aquarios* cum testetur auctor 2, 8 hoc modo: *vt patentes liras, crebrosque sulcos aquarios, quos nonnulli elices vocant, faciamus,* alterum inutile videtur. Si quis tamen vtrumque retinere velit, legat: *et elices, sulcosue aquarios, conuenit facere.* PONTED.

bet. Calen. Nouembribus, et poſtridie caput Tauri occidit; pluuiam ſignificat. 84
III [i] Non. Nouembris Fidicula mane exoritur; hiemat, et pluit. VIII Idus No-
vembris idem ſidus totum exoritur, Auſter vel Fauonius; hiemat. VII Idus No-
vembris ſtella [k] clara Scorpionis exoritur; ſignificat tempeſtatem, hiemat; vel [l]
Vulturnus, interdum rorat. Sexto Idus Nouembris Vergiliae mane occidunt,
ſignificat tempeſtatem; hiemat. Quinto [m] Idus Nouembris [n] hiemis initium, Au-
ſter, aut Eurus, interdum rorat. His diebus vſque in Idus, quae ſuperiore menſe 85
facere non potueris, adhuc tolerabiliter efficies. Sed et proprie hoc obſeruabis,
vt pridie, quam plenilunium ſit; ſi minus, certe ipſo plenilunio omnem, quam
ſaturus es, fabam vno die ſpargas [o]: ſed poſtea licebit ab auibus et pecore defen-
ſam obruas: eamque, ſi ita competierit lunae curſus, ante Idus Nouembris occa-
tam habeas quam pinguiſſimo et nouo loco: ſi minus, quam ſtercoratiſſimo. Sa- 86
tis erit in ſingula iugera vehes ſtercoris comparare [p] numero decem et octo. vehes
autem ſtercoris habet modios octoginta. ex quo colligitur, oportere in denos quo-
quouerſus pedes, modios quinos ſtercoris ſpargere. Quae ratio docet vniuerſo iu-
gero ſatisfacere modios MCCCCXL [q]. Tum etiam conuenit oleas ablaqueare, et 87
ſi ſunt parum fructuoſae, vel cacuminibus retorridae frondis, magnis arbori-
bus quaternos modios ſtercoris caprini circumſpergere, in caeteris autem pro
magnitudine portionem ſeruare: eodem tempore vineis ablaqueatis columbinum
ſtercus ad ſingulas vites, quod ſit inſtar vnius ſextarii, vel vrinae hominis congios,
vel alterius generis quaternos ſextarios ſtercoris infundere. Iugerum vinearum
in ſenos pedes poſitarum duae operae ablaqueant. Idibus Nouembris dies incer- 88
tus, ſaepius tamen placidus. Septimo decimo [r] Cal. Decembris Aquilo, interdum
Auſter cum pluuia. Sextodecimo Calendas Decembris Fidis exoritur mane; Auſter,
interdum Aquilo magnus. Quintodecimo Calendas Decembris Aquilo, interdum
Auſter cum pluuia. Quartodecimo Calendas Decembris ſol in Sagittarium tranſi-
tum facit; Suculae mane oriuntur, tempeſtatem ſignificat. Duodecimo Calendas De-
cembris Tauri cornua veſperi occidunt; Aquilo frigidus, et pluuia. Vndecimo Ca- 89
lendas Decembris Sucula mane occidit, hiemat. Decimo Calen. Decembris Lepus
occidit mane, tempeſtatem ſignificat. Septimo Calend. Decembris Canicula occidit
ſolis ortu, hiemat. Pridie Calendas Decembris totae Suculae occidunt; Fauonius
aut Auſter, interdum pluuia. His diebus, quae praeterita erunt ſuperioribus, ope- 90
ra conſequi oportet. Et, ſi non plurimum ſerimus, optimum eſt intra Calendas
Decembris ſementem confeciſſe. Sed etiam longis noctibus ad diurnum [s] tempus
aliquid adiiciendum eſt. nam multa ſunt, quae in lucubratione recte aguntur.
Siue enim vineas poſſidemus, pali et ridicae poſſunt dolari, exacuique: ſiue regio
ferulae vel corticis ferax eſt, apibus aluearia fieri debent: ſiue palmae ſpartiue [t] foe-
cunda

i) *IIII. I. B. R.* k) *ſtella — exoritur* om. *P. L.* l) *vel — rorat* om. *P. L.* m) *IV.* coni. *Ponted.* n) *ſtella clara ſcorpionis exoritur, tempeſtatem ſignificat vel Vulturnus interdum rorat IIII idus SS.* hic demum interpon. *P. L.* probat Victorius in omiſſis ed. Gryph. o) *peragas I. B. R.* p) *comportare L.* et *a. V.* q) *M. CCC. XL. I. B. R.* r) Haec periodus eſt in ſolo Lipſ. s) *diuturnum L.* t) *ſpartinae R. I. I. H. A.* item *Gr. G.*

2, 86 MCCCCXL) recte: nam in iugero pedes quadrati ſunt 2880. Antiquae editiones vnum C male omittunt.

2, 90 SED ETIAM LONGIS NOCT.) Quidſi legamus, *de longis noctibus*, vt ſignificetur, partem noctium eſſe adiiciendam diebus.

91 cunda eſt, fiſcinae ſportaeque[tt]: ſeu virgultorum [u], corbes ex vimine. Ac ne cae-
tera nunc perſequar, nulla regio non aliquid affert, quod ad lucubrationem confici
poſſit. nam inertis eſt agricolae expectare diei breuitatem, praecipue in iis regio-
nibus, in [x] quibus brumales dies horarum nouem ſunt, noctesque horarum quin-
92 decim. Poſſit etiam ſalix deciſa pridie ad lucubrationem expurgari, et ad vitium
ligamina praeparari. quae ſi natura minus lenta eſt, ante dies quindecim praeciden-
da, et purgata in ſtercore obruenda eſt, vt lenteſcat. ſin autem iampridem [y] caeſa
exaruit, in piſcina maceranda eſt. tum etiam per lucubrationem ferramenta acuere,
et ad ea facere, vel facta manubria aptare, quorum optima ſunt ilignea, deinde
93 carpinea, poſt haec fraxinea. Calendis Decembris dies incertus, ſaepius tamen
placidus. Octauo Idus Decembris Sagittarius medius occidit; tempeſtatem ſigni-
ficat. Septimo Idus Decembris Aquila mane oritur; Africus, interdum Auſter,
irrorat. Tertio Idus Decembris Corus, vel Septentrio, interdum Auſter cum
pluuia. His diebus quae praeterita erunt ſuperiore menſe opera peragi debebunt,
vtique in locis temperatis, aut calidis: nam [z] frigidis recte fieri iam non poſſunt.
94 Idibus Decembris Scorpio totus mane exoritur; hiemat. Sextodecimo [a] Calendas
Ianuarii ſol in Capricornum tranſitum facit; brumale ſolſtitium, vt Hipparcho [b]
placet: itaque tempeſtatem ſaepe ſignificat. XV Calend. Ianuarias [ventorum [c]
commutationem ſignificat. X [d] Calendas Ianuarias] Capra occidit mane, tempeſta-
tem ſignificat. Nono Calendas Ianuarias [e] brumale ſolſtitium (ſicut Chaldaei ob-
ſeruant) ſignificat. Sexto Calend. Ianuarias [e] Delphinus incipit oriri mane; tem-
peſtatem ſignificat. Quarto Calendas Ianuarias [e] Aquila veſpere occidit; hiemat.
Tertio Calendas Ianuarias [e] Canicula veſpere occidit; tempeſtatem ſignificat. Pri-
95 die Calendas Ianuarias [e], tempeſtas ventoſa. His diebus qui religioſius rem ruſti-
cam colunt [f], niſi ſi vinearum cauſa paſtines [g], negant debere terram ferro com-
moueri. Itaque quidquid citra id genus effici poteſt, id ab his comprehenditur, vt
olea legatur, et oleum [h] conficiatur, vt vitis paletur, et capite tenus alligetur, vt [i]
96 iuga vineis imponantur, et capiſtrentur. Caeterum palmare, id eſt materias alli-
gare, hoc tempore non expedit, quia plurimae propter rigorem qui fit ex frigore,
franguntur. Poſſunt etiam his diebus ceraſi [k], et tuberes [l], et Armeniacae, atque
amygdalae, caeteraeque arbores quae primae florent, inſeri commode. Non-
97 nulli [m] etiam [n] legumina ferunt. Calendis Ianuarii dies incertus. Tertio Nonas
Ianuarii Cancer occidit; tempeſtas varia. Pridie Nonas Ianuarii media hiems;
Auſter multus, interdum pluuia. Non. Ianuariis Fidis exoritur mane; tempeſtas
varia. Sexto Idus Ianuarias Auſter, interdum Fauonius. Quinto Idus Ian. Auſter,
98 interdum imber. Pridie Idus Ian. incertus ſtatus caeli. Per hos quoque dies ab-
ſtinent terrenis operibus religioſiores agricolae, ita tamen vt ipſis Calen. Ianuariis
auſpicandi cauſa omne genus operis inſtaurent. Caeterum differant terrenam
molitio-

tt) *ſpartaeque I. B. R.* u) *virgulature L.* x) *in quibus* deeſt *P.* y) *pride P.* z) *in* inſer. *I. B. R.* a) *decimo ſexto I. B. R.* b) *Hypparco I. B. R. Hyparco L.* c) *ventorum — Ianuarias* deſunt *I. B. R.* d) *XV Pol.* (*ſ. 95*) e) *Ianuarii I. B. R. I. I.* f) *volunt I. B. R.* g) *nam* interpon. *I. B. R.* h) *oleum* om. *L. I. B. R.* i) *et I. B. R.* k) *ceraſa I. B. R.* l) *tubures I. B. R.* m) *Tamen P.* n) *et I. B. R.*

2, 94 SIGNIFICAT) Quid? diſputat Cl. Morg. I, 59.

2, 98 AVSPICANDI CAVSA) Moris enim erat, vt Romani Calendis Ian. cuiuſcunque profeſſionis

molitionem vſque in proximas Idus. Sed nec ignorare debebit villicus, quid vni
iugo boum quoquo menſe per ſingulos dies praeſtari ſatis ſit [o]. Quare huius quo-
que curae [p] rationem ſubiiciemus. Menſe Ianuario paleas cum erui macerati ſextariis 99
ſex, vel paleas cum cicerculae freſae ſemodio, vel frondis corbem pabulatorium
modiorum viginti, vel paleas quantum velint, et foeni pondo viginti, vel affatim
viridem frondem ex ilice vel lauro, vel quod his [q] omnibus praeſtat, farraginem
ordeaceam dabit ſiccam [r]: Februario menſe [s] idem, Martio idem, vel, ſi opus facturi
ſunt, foeni pondo quinquaginta. Aprili frondem querneam, et populneam. ex 100
Cal. ad Idus, vel paleas, vel [t] foeni pondo quadraginta. Maio pabulum affatim:
Iunio ex Calen. frondem affatim: Iulio idem, Auguſto idem, vel paleas ex aruo
pondo quinquaginta. Septembri frondem affatim, Octobri frondem, et ficulnea 101
folia. Nouemb. ad Idus frondem vel folia ficulnea, quae ſint corbis vnius. Ex
Idibus glandis modium vnum paleis immiſtum, et lupini macerati modium vnum
paleis immiſtum, vel maturam farraginem. Decemb. frondem aridam, vel paleas
cum erui ſemodio macerato, vel lupini, quod ex ſemodio macerato exierit [u] vel
glandis modium vnum [x], vt ſupra ſcriptum eſt, vel farraginem.

III. ET quoniam percenſuimus opera, quae ſuis quibuſque temporibus anni
villicum exequi oporteret [a], memores polliciti noſtri ſubiungemus cultus hortorum,
quorum aeque curam [b] ſuſcipere debebit, vt et quotidiani victus ſui leuet ſumptum,
et aduenienti domino praebeat, quod ait poëta, inemptas ruris [c] dapes. Democri- 2
tus [d] in eo libro, quem Georgicon [e] appellauit, parum prudenter cenſet eos face-
re, qui hortis [f] extruant munimenta, quod neque latere fabricata maceries [g] peren-
nare [h] poſſit, pluuiis ac tempeſtatibus plerumque infeſtata, neque lapides [i] ſupra
rei

o) *eſt I. B. R. ſiliquis et lauru P.* p) *curationem L.* q) *his* abeſt *I. B. R.* r) *ſiccam* deeſt *P.* s) *menſe* deeſt *I. B. R.* t) *et P.* u) *exegerit I. B. R.* x) *aliter modios duos* interſer. *I. B. R.* [C. III.] a) *oportet L.* b) *culturam P. L.* c) *rure depes* P. d) *Democritus in eo libro - - - - pecudumque munimus* deſunt *P.* e) *Georgica I. B. R. Georgicam L.* f) *hortorum I. B. R.* g) *materies* omn. h) *perannare St. C.* i) *lapidis — impenſam L.*

feſſionis eſſent, aliquid agerent, ſaltem vt felix caperent anni totius auſpicium. Ouidius Faſt. 1, 165 *Poſtea mirabar, cur non ſine litibus eſſet Prima dies. Cauſam percipe, anus ait. Tempora commiſi naſcentia rebus agendis, Totus ab auſpicio ne foret annus iners. Quiſque ſuas artes ob idem delibat agendo: Nec plus quam ſolitum teſtificatur opus.* In Curia quippe Romana Cal. Ian. a nouo Conſule lites auſpicandi gratia dirimebantur, quo adludit Ouidius. Vide Turnebum Adu. 3, 9 Sic de auunculo ſuo ſcribit Plinius epiſt. 3, 5, 8 *Lucubrare Vulcanalibus incipiebat, non auſpicandi cauſſa, ſed ſtudendi.* Ad quem locum confer Muretum Var. Lect. 18, 13 et Cellarium de vigiliis et lucubrationibus Vet. §. 15. SCHOETTG.

2, 100 PALEAS EX ARVO) Quid ſi *ex eruo paleas?* Idem iam coniecit VRSIN.

[C. III.] *Proſa de cultu hortorum* dicitur in lemmate antiquo hoc caput reſpectu habito ad carmen de horti cultura. Vide Dilherrum tom. 1. Diſpp. p. 67. SCHOETTG.

3, 1 POLLICITI NOSTRI) ſupra 1, 2.

3, 1 QVAE SVIS QVIBVSQVE TEMPORIBVS) *quaeque* legendum putat VRSIN. et ſtat ſane pro illo conſuetudo emendate loquentium.

3, 1 INEMPTAS DAPES) Virg. Ge. 4, 133 Horat. epod. 2, 48.

3, 2 MACERIES PERENNARE) Ita legi non tam VRSINVS, quam in altero ratio ipſa, et in altero auctoritas librorum poſtulat. Caeterum quod de latericio opere hic dicitur, pluuiis illud infeſtari, meminerint, qui noſtros mores cogitant, laterem crudum, et ſole tantum duratum, non coctilem intelligi.

3, 2 LAPIDES — POSCAT IMPENSA) *lapidis — impenſam* ingenioſe coniicit legendum VRSIN. Vulgatam ita intelligebam, neque *impenſa* vel ſumtus *ſupra dignitatem* negotii magnus *poſcat lapides:* h. e. neque operae pretium videatur, in rem non nimis fructuoſa n tantam impenſam facere, quantam poſtulat lapideus murus.

 3, 3 VI-

rei dignitatem poscat impensa. si vero amplum modum sepire quis velit, patrimonio esse opus. Ipse igitur ostendam rationem, qua non magna opera hortum ab
3 incursu hominum pecudumque munimus. Vetustissimi auctores viuam sepem structili [k] praetulerunt, quia non solum minorem impensam desideraret, verumetiam diuturnior immensis temporibus [l] permaneret: itaque vepres efficiendi consitis spi-
4 nis rationem talem reddiderunt. Locus, quem sepire destinaueris, ab aequinoctio autumnali simulatque terra maduerit imbribus, circumuallandus est duobus sulcis tripedaneo spatio inter se distantibus. modum altitudinis et latitudinis eorum abunde est esse bipedaneum: sed eos vacuos perhiemare patiemur [m] praeparatis seminibus, quibus obserantur. ea sint vastissimarum spinarum, maximeque rubi, et paliuri, et eius quam [n] Graeci vocant κυνόσβατον [o], nos sentem canis appellamus.
5 Horum autem ruborum semina quam maturissima [p] eligi [q] oportet, et erui moliti farinae immiscere: quae cum est aqua consperfa, illinitur vel nauticis veteribus funibus, vel quibuslibet aliis restibus. siccati deinde funiculi reponuntur in tabulato: mox vbi bruma confecta est, intermissis quadraginta diebus, circa hirundinis aduentum, cum iam Fauonius exoritur, post Idus Febr. si qua in sulcis per hiemem constitit aqua, exhauritur, resolutaque humus, quae erat autumno regesta,
6 vsque ad mediam sulcorum altitudinem reponitur. Praedicti deinde funes de tabulato prompti explicantur, et in longitudinem per vtrumque sulcum porrecti obruuntur, sed ita, vt non nimium supergesta terra semina spinarum, quae inhaerent toris funiculorum, enasci possint. ea fere circa trigesimum diem prorepunt: atque vbi coeperunt aliquod incrementum habere, sic insuesci debent, vt in id spatium, quod
7 sulcis interiacet, inclinentur. Oportebit autem virgeam [r] sepem interponere, quam superscendant [s] sentes vtriusque sulci, et sit quo interdum quasi adminiculo priusquam corroborentur, acquiescant. Hunc veprem manifestum est interimi [t] non posse, nisi radicitus effodere velis. caeterum etiam [u] post ignis iniuriam melius renasci, nulli dubium est. Et haec quidem claudendi horti ratio maxime est anti-
8 quis probata. Locum autem [prius [x]] eligi conueniet, si permittit agri situs, iuxta villam,

k) *structuli I. I.* l) *operibus P. L.* m) *patientur B. R.* n) *quem I. B. R.* o) *κυνόσβατος I. B. R.* p) *amarissima L.* q) *religi I. B. R.* r) *virgineam Gryph.* s) *super se pandant L.* t) *interim lens.* u) *etiam* om. *P.* x) *prius* om. *P.*

3, 3 VIVAM SEPEM) De quattuor tutelarum generibus, in quibus primo loco ponit *sepem viuam* Varro 1, 14. De munimine hortorum etiam Pall. 1, 34, 4 sqq. et Febr. 24. Caeterum comparat BVCHNERVS cum *viuae sepis* appellatione illud, quod §. 7 *interimi* non posse dicit, it. §. 41 vbi *emori* dicuntur plantae, itemque Virgilianum *interfice messem.* Commemorat etiam singulare sepis genus apud Massilienses, ex ossibus humanis, de quo Plutarchum citat in Mario p. 417 f.

3, 3 IMMENSIS TEMPORIBVS) *Infensis* vid. leg. VRSINO. Sed si quid mutare placeat, malim cum Mediceo legere, *immensis operibus.*

3, 4 LOCVS QVEM SEPIRE) Geop. 5, 45. SCHOETTG.

3, 4 MAXIMEQVE RVBI) Nomina vero ruborum adfert Artemidorus Oneirocr. 4, 59. *ἄκανθαι δὲ καὶ σκόλοπες, καὶ παλίουροι, καὶ βάτοι, καὶ βάλανοι, πρὸς μὲν ἀσφάλειαν ἐπιτήδεια, ἅπαντα, διὰ τὸ εἰς φραγμοὺς γίνεσθαι, καὶ ἕρκη χωρίων.* Vertit Cornarius: *Spinae porro et pali, et paliuri, et rubi, et glandes, ad securitatem quidem omnia commoda existunt, propterea quod sepes inde fiant, et regiones includantur.* SCHOETTG.

3, 5 HORVM AVTEM RVBORVM) Vox *ruborum* videtur abundare VRSIN.

3, 7 VIRGEAM SEPEM) *Virgulam, quae tutelam vineis aut hortis praestet*, vocat Siculus Flaccus de conditionibus agrorum p. 10. SCHOETTG.

3, 8 LOCVM AVTEM [PRIVS] ELIGI) Includendum illud *prius* iudicabam, siue abundans

villam, praecipue pinguem, quique adueniente riuo, vel ſi non ſit fluens aqua,
fonte puteali poſſit irrigari [y]. Sed vt certam perennitatis puteus habeat fidem, tum
demum effodiendus eſt, cum ſol vltimas partes Virginis obtinebit, id eſt menſe
Septemb. ante aequinoctium autumnale: ſiquidem tunc [z] maxime explorantur vi-
res fontium, cum ex longa ſiccitate aeſtatis terra caret humore pluuiali. Prouiden- 9
dum eſt autem, ne hortus areae ſubiaceat, ne [a] per trituram venti poſſint paleas
aut puluerem in eum perferre: nam vtraque ſunt oleribus inimica. Mox inordi-
nandi [b] paſtinandique ſoli duo ſunt tempora: quoniam duae quoque olerum ſatio-
nes: nam et autumno et vere plurima ſeruntur; melius tamen vere riguis locis,
quoniam et naſcentis anni clementia excipit prodeuntia [c] ſemina; et ſitis aeſtatis
reſtinguitur fontibus. At vbi loci natura neque manu illatam, neque ſuae [d] ſpontis 10
aquam miniſtrari [e] patitur, nullum quidem aliud auxilium eſt, quam hiemales plu-
viae. Poteſt tamen etiam in ſicciſſimis locis opus cuſtodiri, ſi depreſſius paſtinetur
ſolum: eiuſque abunde eſt gradum effodere tribus pedibus, vt in quatuor conſur-
gat regeſtum. At vbi copia eſt rigandi, ſatis erit non alto bipalio [f], id eſt, minus 11
quam duos pedes ferramento nouale conuerti. Sed curabimus, vt ager quem vere
conſeri oportet, autumno circa Calend. Nouemb. paſtinetur: quem deinde velimus
autumno inſtituere, menſe Maio conuertemus [g], vt aut hiemis frigoribus, aut aeſti-
vis [h] ſolibus et gleba ſoluatur, et radices herbarum necentur: nec multo ante ſter-
corare debebimus: et [i] cum ſationis appropinquabit [k] tempus, ante quintum diem
exherbandus erit locus, ſtercorandusque, et ita diligenter foſſione iterandus [l], vt
fimo terra commiſceatur. Optimum vero ſtercus eſt ad hunc vſum aſini, quia mi- 12
nimum herbarum creat: proximum vel armenti, vel ouium, ſi ſit anno macera-
tum: nam quod homines faciunt, quamuis habeatur excellentiſſimum, non tamen
neceſſe eſt adhibere, niſi aut nudae glareae, aut ſine vllo robore ſolutiſſimae are-
nae, cum maior ſcilicet vis alimenti deſideratur. Igitur ſolum, quod vere conſe- 13
rere deſtinauerimus, poſt autumnum patiemur effoſſum iacere brumae frigoribus et
pruinis inurendum: quippe e contrario ſicut calor aeſtatis, ita vis frigoris excoquit
terram, fermentatamque ſoluit. quare peracta bruma tum demum ſtercus iniicie-
tur [m], et circa Idus Ianuarias humus refoſſa in areas [n] diuiditur; quae tamen ſic in-
formandae ſunt, vt facile runcantium manus ad dimidiam partem latitudinis earum
perueniant, ne qui proſequuntur herbas, ſemina proculcare cogantur: ſed potius
per ſemitas ingrediantur, et alterna vice dimidias areas eruncent. Haec, quae ante 14
ſationem facienda ſunt, dixiſſe abunde eſt. Nunc [o] quid quoque tempore vel colen-
dum, vel ſerendum ſit, praecipiamus [p]: et primum de his generibus loquendum eſt,
quae

y) *rigari I. B. R.* z) *tunc* deeſt *I. B. R.* a) *neue I. B. R.* b) *ordinandi L.* et omnes ante Steph. c) *naſcentia I. B. R.* d) *ſua ſponte L.* e) *miniſtrare B. R.* (*ſ.* 11) f) *bipedalio P.* g) *conuertamus I. B. R.* h) *aeſtibus ſolis L.* i) *Sed I. B. R. Lipſ.* k) *appropinquauit I. B. R.* l) *agerandus L.* m) *initietur R.* n) *areis I. B. R.* o) *In vno quid quaue I. B. R.* p) *praecipiemus I. B. R.*

dans, ſiue corruptum id eſſet, ante quam Medicea ſcriptura mihi innoteſceret.

3, 9 INORDINANDI) Vereor, vt proba vox ſit, certe ἅπαξ λεγόμενον videtur, Lexicis propterea praetermiſſa. Sapit Germaniciſmum, *anordnen.*

3, 10 POTEST TAMEN) Conf. Col. 10, 150 Pall. 1, 34, 2.

3, 11 NON ALTO BIPALIO) Vide ſis, ſed caue audias Meurſium ad Ca. 6, 3.

3, 13 IN AREAS DIVIDITVR) Pall. 1, 34, 7.

3, 15 AP-

quae poſſunt duobus ſeri temporibus, id eſt autumno et vere. Sunt autem ſemina
braſſicae, et lactucae, cinarae, erucae, naſturcii, coriandri, chaerephylli [q], ane-
thi, paſtinacae, ſiſeris [r], papaueris: haec enim vel [s] circa Calend. Septembres, vel
15 melius ante Calendas Martias Februario ſeruntur. Locis vero ſiccis, aut [t] tepidis,
qualia ſunt [u] Calabriae [x] et Appuliae maritima, poſſunt circa Idus Ianuarias terrae
committi. Rurſus quae tantum [y] autumno conſeri debent (ſi tamen vel mariti-
mum, vel apricum agrum incolimus) haec fere ſunt, allium, cepae [z] capitula,
vlpicum, ſinapis. Sed [a] etiam [b] nunc quo quidque tempore terrae mandari ple-
16 rumque conueniat, per menſes digeramus. Ergo [c] poſt Calendas Ianuarias con-
feſtim recte ponetur lepidium. Menſe autem Februario vel planta vel ſemine ruta,
atque aſparagus, et iterum [d] cepae ſemen, et porri: nec minus ſi vernum et aeſti-
vum fructum voles habere, ſyriacae radicis, et rapae napique ſemina obrues. nam
17 allii, et [e] vlpici vltima [f] eſt huius temporis poſitio. At circa Calendas Martii locis
apricis licet porrum (ſi iam ingranduit) transferre. Item panacem vltima parte
Martii menſis. Deinde circa Calendas Apriles aeque porrum atque inulam, et ſe-
rotinam plantam rutae. Item vt maturius naſcatur, cucumis, cucurbita, capparis,
ſerenda eſt. nam ſemen betae, cum Punicum malum florebit, tum demum optime
18 ſeritur. Porri autem caput circa Idus Maias tolerabiliter adhuc [g] transfertur. Poſt [h]
hoc [i], nihil ingruente aeſtate obrui debet, niſi ſemen apii, ſi tamen rigaturus es.
ſic enim optime [k] per aeſtatem [l] prouenit. Caeterum Auguſto circa Vulcanalia
tertia ſatio eſt: eaque optima radicis et rapae, itemque [m] napi et ſiſeris, nec minus
19 oleris atri. atque haec ſunt ſationum tempora. Nunc de iis, quae aliquam curam
deſiderant [n], ſingulis loquar, quaeque praeteriero intelligi oportebit nullam ope-
ram poſtulare niſi runcatoris: de qua ſemel hoc dicendum eſt, omni tempore con-
20 ſulendum eſſe, ut herbae exterminentur. Vlpicum quod quidam allium Punicum
vocant, Graeci autem ἀφροσκόροδον appellant, longe maioris eſt incrementi quam
allium: idque circa Calend. Octobris, antequam deponatur, ex vno capite in plura
diuidetur [o]. habet enim velut allium plures cohaerentes ſpicas, eaeque cum ſint di-
viſae, liratim ſeri debent, vt in puluinis poſitae minus infeſtentur hiemis aquis.
21 Eſt autem lira ſimilis ei porcae, quam in ſationibus campeſtribus ruſtici faciunt, vt
vliginem vitent: ſed haec in hortis minor eſt facienda, et per ſummam partem
eius, id eſt in dorſo inter palmaria ſpatia, ſpicae vlpici, vel allii (nam id quoque ſi-
militer conſeritur) diſponendae [p] ſunt. ſulci lirarum inter ſe diſtent ſemipedali
ſpatio. deinde cum ternas fibras emiſerunt ſpicae, ſarriantur. nam quo ſaepius id
factum eſt, maius ſemina capiunt incrementum. deinde ante quam caulem faciant,
omnem

q) *chaereofolii I. B. R. chaerephyli I. I. H. A. G. cereofolii L.* r) *ciceris I. B. R. Sigeris L.* s) *vel* deeſt *I. B. R.* t) *et I. B. R.* u) *ſunt* deeſt *I. B. R.* x) *Calabryae P. I. B. calabrayae Reg.* y) *tamen I. B. R.* z) *caepe: capitula I. B. R.* a) *Sed* deeſt *I. B. R.* b) *iam potius P.* c) *Ergo* deeſt *Lipſ.* d) *interdum caepe I. B. R. interdum iterum Lipſ.* e) *et* deeſt *P.* f) *vltima* deeſt *I. B. R.* g) *ad hoc P.* h) *Poſt* deeſt *P.* (*ſ.* 18) i) *hos I. B. R.* k) *optime* deeſt *I. B. R.* l) *aeſtum P.* m) *item I. B. R.* n) *de* interſ. *I. B. R.* o) *diuiditur I. B. R.* p) *diſponendi I. B. R.*

3, 15 APPVLIAE MARITIMA) Vnde *Apulia ſiticuloſa* Horatio. BVCHN.

3, 15 CEPAE, CAPITVLA) *cepe, inula* etc. legendum; nam *capitulum* pro *inula* mendoſe ſcriptum eſt. VRSIN.

3, 18 CIRCA VVLCANALIA) V. Cellarii diſſ. de vigiliis et lucubratt. vett. § 15. SCHOETTG.

3, 20 SPICAS) Vid. ad Ca. 70, 1.

3, 22 VT

omnem viridem ſuperficiem intorquere, et in terram proſternere conueniet, quo vaſtiora capita fiant. Regionibus autem pruinoſis [q] neutrum horum per autumnum 22
ſeri debet: nam brumali tempore corrumpuntur: quod fere menſe Ianuario miteſcit: et idcirco frigidis locis tempus optimum eſt allium vel vlpicum ponendi circa Idus praedicti menſis. ſed quandocunque [r] vel conſeremus, vel iam matura in tabulatum reponemus, ſeruabimus in iis locis, quibus aut obruentur, aut eruentur, vt luna infra terram ſit. nam ſic ſata, et rurſus ſic recondita, exiſtimantur neque acerrimi ſaporis [s] exiſtere, neque mandentium halitus inodorare. Multi tamen 23
haec ante Calend. Ianuarias mediis diebus ſerunt menſe Decembri, ſi caeli tepor, et ſitus terrae permittit. Braſſica, cum VI foliorum erit, transferri debet, ita vt radix eius liquido fimo prius illita [t], et [u] inuoluta tribus algae taeniolis pangatur. haec enim res efficit, vt in coctura celerius madeſcat et viridem colorem ſine nitro [x]
conſeruet. Eſt autem frigidis et pluuiis regionibus poſitio eius optima poſt Idus 24
Aprilis; cuius depreſſae plantae cum tenuerint, quantum olitoris ratio patitur, ſaepius ſarrita et ſtercorata melius conualeſcit, plenioriſque incrementi et coliculum facit, et cymam. Nonnulli hanc eandem locis apricioribus a Calen. Martiis deponunt: ſed maior pars eius in cymam proſilit, nec poſtea hibernum caulem amplum facit, cum eſt ſemel defecta. Poſſis autem vel maximos caules bis transferre. idque ſi facias, plus ſeminis, et maioris incrementi praebere dicuntur. Lactuca 25
totidem foliorum quod braſſica transferri debet. locis quidem apricis, et maritimis optime autumno ponitur, mediterraneis et frigidis contra: hieme non aeque commode diſpergitur. ſed [y] huius quoque radix fimo liniri debet, maioremque copiam deſiderat aquae, ſicque [z] fit tenerioris folii. Sunt [a] autem complura lactucae ge- 26
nera, quae ſuo quoque tempore ſeri oportet: earum [b] quae fuſci, et veluti purpurei, aut etiam viridis coloris, et criſpi folii, vti Caeciliana, menſe Ianuar. recte diſſeritur [c]. At Cappadocia, quae pallido et pexo denſoque folio viret, menſe Februario: quae deinde candida eſt [d], et criſpiſſimi folii, vt in prouincia Baetica et [e] finibus Gaditani municipii, menſe Mart. recte pangitur. Eſt et Cyprii generis ex albo 27
rubi-

q) *pluuioſis Lipſ.* r) *quando conſeremus I. B. R. quando vel P.* s) *ſaporis exiſtere, neque mandentium halitus inodorare* deſunt in vtroque Codice *Pol.* t) *inlinita Lipſ.* u) *etiam P.* x) *nigro L.* y) *et* inſ. *L.* et editi *poſt I. B. R.* z) *ſi quae tenerioris I. B. R.* a) *Suntque complura I. B. R.* b) *Earumque Reg.* c) *differtur L.* d) *eſt* om. *I. B. R.* e) *eſt* omn.

3, 22 VT LVNA INFRA TERRAM SIT) Plin. 19, 6 ſ. 34 *Cetera vt odore careant omnia haec* (allium, Vlpicum, cepa) *iubentur ſeri, cum luna ſub terra ſit, colligi, cum in coitu. Sine his Menander e Graecis auctor eſt, allium edentibus, ſi radicem betae in pruna toſtam ſuperederint, odorem extingui.* Notauerat locum Beroaldus.

3, 23 ITA VT RADIX EIVS) Vid. Pall. Febr. 24, 7.

3, 23 SINE NITRO) Praeter ea, quae Beroaldus in Indice dabit, conferri iubet SCHOETTGENIVS Humelbergium et Liſterum ad Apicium 3, 1. Et eſt res nota, carnem etiam, ſi in ſalſura nitro conſpergatur, ſanguineum colorem ſeruare, vt is ne coctura quidem deinceps decedat.

3, 24 CVIVS DEPRESSAE PLANTAE) Vid. leg. *cuius depreſſa planta* VRSIN. Sed ita *tenuerit* etiam vna littera minutum poni deberet. Nos ſublato inciſo, quod erat poſt *plantae*, et repoſito poſt *tenuerint*, blandiorem feciſſe huic loco medicinam videmur. Singulares voces ad *braſſicam* pertinent, plurales ad *plantas*.

3, 26 LACTVCAE GENERA) Vid. 10, 181 ſqq.

3, 26 ET FINIBVS GADITANI MVNICIPII) Neſcio quomodo editi omnes conſentiant in eo, quod ego apertum ſphalma puto.

rubicunda, leui et tenerrimo folio, quae vsque [f] in Idus April. commode disponi-
tur. Fere tamen aprico caeli statu, quibus locis aquarum copia est, pene toto an-
no lactuca seri potest: quae quo tardius caulem faciat, cum aliquod incrementum
habuerit, exiguam testam media parte accipiat, eo quasi onere coercita in latitudi-
nem se diffundit. eadem est ratio etiam intybi, nisi quod hiemem magis sustinet:
28 ideoque vel frigidis regionibus primo [g] autumno seri potest. Cinarae sobolem me-
lius per autumni [h] aequinoctium disponemus [i]; semen commodius circa Calendas
Martii seremus; eiusque plantam circa Calend. Nouemb. deprimemus [k], et multo
29 cinere stercorabimus. id enim genus stercoris huic oleri videtur aptissimum. Sina-
pi [l] atque coriandrum, nec minus eruca et ocimum, ita vti sata sunt, sua sede im-
mota permanent: neque est eorum cultus alius, quam vt stercorata runcentur.
possunt autem non solum autumno, sed et vere conseri. Plantae quoque sinapis
prima hieme translatae plus cymae vere afferunt. Panax vtroque tempore leui [m]
et subacta terra rarissime differitur [n], quo maius incrementum capiat: melius tamen
30 eius verna satio est. Porrum [o] si sectiuum facere velis, densius satum praecepe-
runt priores relinqui: et ita cum increuerit, secari. Sed nos docuit vsus longe
melius fieri, si differas, et eodem more, quo capitatum modicis spatiis, id est, in-
31 ter quaternos digitos depangas, et cum conualuerit, deseces. In eo autem quod
magni capitis efficere voles, seruandum [p] est [q], vt ante quam translatum deponas,
omnes radiculas amputes [r], et fibrarum summas partes intondeas. tum testulae, vel
conchae, quasi sedes in singulis subiectae seminibus [s] obobruuntur, vt fiant capita
32 latioris incrementi. Cultus autem porri capitati assidua sarritio et stercoratio est.
nec alius [t] tamen sectiui, nisi quod toties [u] rigari, et stercorari, sarririque debet,
quoties [x] demetitur. semen eius locis calidis mense Ianuario, frigidis Februario se-
ritur: cuius incrementum quo maius fiat, raris linteolis complura grana illigantur,
atque ita obruuntur. Enatum autem in iis [y] locis, quibus aqua subministrari non
potest, differri [z] debet circa aequinoctium autumni: at quibus possis humorem
33 praebere, mense Maio recte transfertur [a]. Apium quoque possis plantis serere, nec
minus semine. sed [b] praecipue aqua laetatur, et ideo secundum fontem commo-
dissime ponitur. quod si quis id velit lati folii facere, quantum seminis possint tres
digiti comprehendere, raro linteolo illiget, et ita in areolas dispositum releget [c].
vel

f) *quae in idus Octobris L. Pol. quae in Idibus* editi. g) *primo P. proximo* al. h) *autumnum I. B. R.* i) *disponimus I. B. R.* k) *reprimemus I. B. R.* l) *Sinape et erucam* omnes. m) *leni I. B. R.* n) *differuntur Pol.* o) *Porro P. L.* p) *ferendum* interpon. *P.* (*f.* 31) q) *est P. fit* al. r) *deamputes L.* s) *semitibus I. B. R.* t) *aliud I. B. R.* u) *totiens L. I. B. R.* x) *quotiens L. I. B. R.* y) *bis I. B. R. Iunt.* z) *differri P. deferri* al. a) *transferuntur P.* b) *sed* deest *I. B. R.* c) *religet I. B. R. liget P.*

3, 27 VSQVE IN IDVS) Praetuli hanc lectionem, quod conuenit melius cum 10, 193.

3, 29 SINAPE ATQVE CORIANDRVM, NEC MINVS ERVCAM) Lego: *Sinapi atque Coriandrum, nec minus eruca et ocymum* etc. non ignorans in latinis lexicis illam Sinape inflexionem probari. Sed quoniam huic loco eidemque vitioso innituntur, non est, cur illorum auctoritatem tantopere vereamur, praesertim cum veteres Grammatici qui purioribus libris quam nos vtebantur, hanc Sinapis inflectendi differentiam non commemorent. PONTED. Tanto minus dubitauimus recipere hanc lectionem, quod de *Sinape* iam idem visum Vossio de vitiis Serm. lat. 12 alterum autem ita apertum, vt dubitari non possit.

3, 32 RARIS LINTEOLIS) Plin. 19, 7 f. 36. *Quaedam meliora nascuntur aceruatim sato semine, quam sparso. Ita certe porrum et allium ferunt in laciniis colligatum.*

3, 33 RELEGET) Sanum non esse hoc verbum ausim confirmare: quomodo sanari possit locus,

vel ſi criſpae frondis id fieri maluerit [a], ſemen eius inditum pilae, et ſaligneo palo [b]
pinſitum, expoliatumque, ſimiliter in [c] linteolis ligatum obruet [d]. Poteſt etiam 34
citra [e] hanc operam fieri criſpum qualitercunque ſatum, ſi, cum eſt natum, incre-
mentum eius ſuperuoluto cylindro coërceas [f]. Satio eius eſt optima poſt Idus
Maias vſque in ſolſtitium: nam teporem deſiderat. Fere etiam his diebus ocima
ſeruntur: quorum cum ſemen obrutum eſt, diligenter inculcatur pauicula, vel cy-
lindro. nam ſi terram ſuſpenſam relinquas, plerumque corrumpitur. Paſtinaca, et 35
ſiſer, atque inula, conualeſcunt alte paſtinato et ſtercorato loco: ſed quam rariſſi-
me ponenda ſunt, vt maiora capiant incrementa. Inulam vero interuallo trium
pedum ſeri conuenit, quoniam vaſtos facit frutices, et radicibus, vt oculus harun-
dinis, ſerpit. nec eſt alius cultus horum omnium, niſi vt ſarritionibus herbae tol-
lantur. Commodiſſime autem deponentur prima parte Septembris, vel vltima Au-
guſti parte. Atrum olus [ff], quod Graecorum quidam vocant ἱπποσέλινον [g], non- 36
nulli σμύρνιον [h], paſtinato loco ſemine debet conſeri, maxime iuxta maceriam [i]:
quoniam et vmbra gaudet, et qualicunque conualeſcit loco: idque cum ſemel ſe-
veris, ſi non totum radicitus tollas, ſed alternos frutices in ſemen ſubmittas, aeuo
manet, paruamque ſarritionis exigit culturam. ſeritur a Vulcanalibus vſque in Ca-
lendas Septembris, ſed etiam menſe Ianuario [k]. Menta dulcem deſiderat vligi- 37
nem; quam ob cauſam iuxta fontem menſe Martio recte ponitur. Cuius ſi forte
ſemina defecerunt, licet de noualibus ſilueſtre mentaſtrum colligere, atque ita [l] in-
verſis cacuminibus diſponere: quae res feritatem detrahit, atque edomitam reddit.
Rutam autumno ſemine ſatam menſe Martio differre [m] oportet in apricum, et ci- 38
nerem aggerare, runcarique donec conualeſcat, ne herbis enecetur. ſed velata
manu debebit runcari: quam niſi contexeris, perniciosa naſcuntur vlcera. Si ta-
men per ignorantiam nuda manu runcaueris, et prurigo atque tumor [n] inceſſerit,
oleo ſubinde perungito. eiuſdem frutex pluribus annis permanet [o] innoxius, niſi ſi
mulier, quae in menſtruis eſt, contigerit eum, et ob hoc exaruerit [p]. Thymum, 39
et tranſmarina cunila, et ſerpyllum, ſicut priore libro iam retuli, magis aluearia
curan-

a) *malueris I. B. R.* b) *pilo L.* c) *in* omitt. *P.* d) *obruat I. B. R.* e) *citra P. Iunt. circa* al. f) *coërceas I. B. R. coërceat* al. ff) *orum P.* g) *πετροσέλινον* inſ. *P. L.* h) *σμυρνεῖον I. B. R. Ζμυρνεῖον P. σμυρνεῖον* vt videtur *L.* i) *maceriem Reg.* k) Interpunctionem hanc probat *Morg. I*, 60. l) *ita* deeſt *P.* m) *deferre I. B. R.* n) *intumor ceſſerit P.* o) *manet I. B. R.* p) *inaruerit I. B. R.* (*ſ.* 39)

cus, non comminiſcor. Quid ſi tamen *liget*, quod Florentiae legitur, ortum ſit vitio dictantis *balbi*, ex *riget*.

3, 34 CITRA HANC OPERAM COERCEAS) Ita ſcribendum adnotaueram ante quam conferri a me antiquiſſima exemplaria poſſent. Conf. Col. 10, 319.

3, 35 RARISSIME) *Rariſſima* placet VRSIN.

3, 36 IVXTA MACERIAM) Plin. 19, 8 ſ. 48 *Hipposelinum veteres praeceperant in locis incultis lapidoſis iuxta maceriam ſeri: nunc et repaſtinato ſeritur* etc.

3, 38 QVAE IN MENSTRVIS EST) vid. ſ. 50.

3, 39 TRANSMARINA CVNILA) Foedata lectio ob illud ſtirpium monſtrum *tranſmarina cunila*; quod ſic deſtruo: *Thymum, ros marinus, cunila, et ſerpillum*; de quibus, vt ipſe ait, egit *priore libro* nempe nono, non decimo; in nono enim Apium cultum docuit, et de hiſce ſtirpibus ita c. 4 verba fecit: *Eademque regio foecunda ſit fruticis exigui, et maxime thymi aut origani, tum etiam thymbrae, et noſtratis cunilae, quam Satureiam ruſtici vocant. Poſt haec frequens ſit incrementi maioris ſurculus, vt ros marinus, et vtraque cytiſus.* Et paulo poſt: *Saporis praecipui mella reddit thymus, thymo deinde proxima thymbra ſerpillumque et origanum. Tertiae notae ſed adhuc generoſae, marinus ros, et noſtras cunila quam dixi ſatureiam.* PONTED.

curantibus, quam olitoribus studiose conseruntur. Sed nos ea condimentorum causa (nam sunt quibusdam esculentis aptissima) non alienum putamus etiam [pp] in hortis habere. Locum neque pinguem, neque stercoratum, sed apricum desiderant, vt quae macerrimo solo per se maritimis plerumque regionibus nascuntur.
40 Hae res et semine, et plantis circa aequinoctium vernum seruntur. melius tamen est thymi nouellas plantas disponere; quae cum subacto solo depressae fuerint, ne tarde comprehendant, aridi thymi fruticem contundi oportet, atque ita pinsito [q] pridie quam volueris vti, aquam [r] medicare; quae cum succum eius perceperit [rr],
41 depositis fruticibus infunditur, donec eos recte confirmet. Ceterum cunila viuacior est, quam vt impensius [s] curanda sit. Lepidium cum ante Cal. Martias habueris dispositum, velut porrum sectiuum demetere poteris: rarius tamen. nam post Cal. Nouemb. secandum non erit, quoniam frigoribus violatum emoritur: biennio tamen sufficiet, si diligenter sarritum [t] et stercoratum fuerit. multis etiam locis
42 viuacitatem suam vsque in annos decem prorogat. Beta florente Punico malo semine obruitur, et simul atque quinque foliorum est, vt brassica, differtur aestate, si riguus est hortus [u]: at si siccaneus, autumno, cum iam pluuiae incesserint, disponi debebit [x]. Chaerephyllum [y], itemque olus atriplicis, quod Graeci vocant *ἀτράφαξυν* [z], circa Cal. Octob. obrui oportet non frigidissimo loco. nam si regio saeuas [a] hiemes habet, post Idus Februarias semina differenda sunt, suaque de [b] sede partienda. Papauer et anethum eandem habent conditionem sationis, quam
43 chaerephyllum et *ἀτράφαξυς* [c]. Satiui asparagi, et [d] quam corrudam rustici vocant, semina fere biennio praeparantur. ea cum pingui et stercoroso solo post Idus Februarias sic obrueris, vt quantum tres digiti seminis comprehendere queunt, singulis fossulis deponas [e], fere post quadragesimum diem inter se implicantur, et quasi vnitatem faciunt; quas radiculas sic illigatas atque connexas olitores spongias [f] appellant. easque [g] post quatuor et viginti menses in locum apricum, et bene madi-
44 dum [h], stercoratumque [i] transferri conuenit. Sulci autem inter se pedali mensura distan-

pp) *etiam* deest *I. B. R.* q) *in illo P. in sicco L.* r) Ita *Lips. aqua* al. rr) *perceperis I. B. R.* s) *impense I. B. R.* t) *sartum L. I. B. R.* u) *locus P.* x) *debebunt I. B. R.* y) *chaerephylum I. B. R. I. I. H. A. G.* et sic per totum caput *cerefolium L.* z) *ἀνδράφαξιν P. ἀνδράφαξυν I. B. R. ἀτράφαξιν I. I. H. A. Gr. G. St.* a) *saeua B. R.* b) *de* deest *I. B. R. sede pacienda L.* c) *andraphasin I. B. R. ἀνδράφαξιν P. ἀτράφαξις I. I. H. A. Gr. G.* d) *et* abest *I. I. H. A. Gy.* e) Hic interp. *omn.* Nobiscum *Morg. I,* 62. f) *fonges P. sphongias Iunt.* g) *Eos P.* h) *validum L. I. B. R.* i) *stercorosumque I. B. R.*

3, 40 AQVAM MEDICARE) Ita legendum contra librorum omnium consensum censui. Hausit vltimam prioris vocis literam eadem sequens. Si quis non bene cohaerere putet ista, *contundi oportet — atque ita pinsito — medicare*; ille *medicari* legat. Sed idem etiam paullo ante §. 38 verbis *differre* et *aggerare* accommodet, quod sequitur *runcari*, legatque *runcare*. Caeterum vsum verbi *medicare* docet noster 6, 4, 4.

3, 42 SVAQVE DE SEDE PARTIENDA) Si vera est haec lectio, de quo dubito equidem, significauerit forte *de sede*, in qua coniunctae fuerant plantae, *partiendas* h. e. diuidendas et differendas esse.

3, 43 ASPARAGI, QVAM CORRVDAM) Haec lectio, quae in nonnullis editis libris occurrit, improbanda videtur; quoniam satiuus Asparagus a syluestri, qui *Corruda* vocatur, aliquo signo non separatur, deficiente particula hac *et*, vt ap. Ienf. et Comm. habemus: *Satiui asparagi, et quam corrudam rustici vocant.* PONTED. De cultu asparagorum vid. Pall. Febr. 24, 8 et Mart. 9, 11 it. Geopon. 12, 18.

3, 43 SPONGIAS APPELLANT) Obseruari meretur varietas scriptionis, quam indicauimus. Ita lapidis genus, quod Palladio 1, 10, 3 est *spongia*, in epitome Vitruuii c. 9 *fungia* scribitur.

3, 46 SCO-

diſtantes fiunt non amplius dodrantalis altitudinis, in quam ita ſpongiolae [k] depri-
muntur, vt facile ſuperpoſita terra germinent. ſed in locis ſiccis partibus ſulcorum
imis diſponenda ſunt ſemina, vt tanquam in alueolis maneant. at vliginoſis e con-
trario in ſummo porcae dorſo collocanda, ne humore nimio laedantur. Primo 45
deinde anno, cum ita conſita ſunt, aſparagum quem emiſerint [l], infringi oportet.
nam ſi ab imo vellere volueris, adhuc teneris inualidiſque [m] radiculis, tota ſpon-
giola [n] ſequetur. Reliquis annis non erit decerpendus, ſed radicitus vellendus:
nam niſi ita fiat, ſtirpes praefractae angunt oculos ſpongiarum [o], et quaſi excae-
cant [p], nec patiuntur aſparagum emittere. Caeterum ſtilus, qui nouiſſime au-
tumnali tempore naſcitur, non omnis eſt tollendus, ſed aliqua pars eius in ſemen
ſubmittenda [q] eſt. Deinde cum ſpinam fecerit, collectis [r] ſeminibus ipſis, ſcopio- 46
nes [s] ita vti ſunt, in ſuo loco perurendi ſunt, et deinde ſulci omnes conſarriendi,
herbaeque eximendae; mox vel ſtercus, vel cinis iniiciendus, vt tota hieme ſuccus
eius pluuiis manans ad radicem perueniat. Vere [t] deinde prius quam coeperit ger-
minare, capreolis, quod genus bicornis ferramenti eſt, terra commoueatur, vt et
facilius ſtilus emicet, et relaxa humo plenioris craſſitudinis fiat [radix]. Raphani 47
radix bis anno recte ſeritur, Februario menſe, cum vernum fructum expectamus,
et Auguſto menſe circa Vulcanalia, cum maturius. ſed haec ſatio ſine dubio melior
habetur. Cura eſt eius, vt terra ſtercorata et ſubacta obruatur: poſt vbi ceperit
aliquod incrementum, ſubinde aggeretur. nam ſi ſuper terram emerſerit, dura
et fungoſa fiet. Cucumis et cucurbita, cum copia eſt aquae, minorem curam deſi- 48
derant: nam plurimum iuuantur humore. ſin autem ſicco loco ſeri [u] debuerint,
quo rigationem miniſtrari non expediat, menſe Februario ſeſquipedali altitudine
ſulci [x] faciendi ſunt. poſt Idus deinde Martias, quaſi tertia pars altitudinis ſulci ſtra-
mentis inditis tegenda, mox ſtercorata terra vſque in dimidium ſulcum aggerenda [y],
poſitiſque ſeminibus tam diu eſt aqua praebenda, donec enaſcantur: atque vbi
conualeſcere coeperint [z], adiecta humo incrementa eorum proſequenda ſunt, donec
ſulcus coaequetur. Si exculta ſemina ſine rigatione tota aeſtate ſatis valebunt,
fru ctumque iucundioris ſaporis, quam rigua praebebunt. Aquoſis autem locis 49
primo quoque tempore, non tamen ante Calend. Mart. ſemen ponendum eſt, vt
deferri [a] poſſit aequinoctio confecto. idque de media parte cucurbitae ſemen inuer-
ſo cacumine ponito, vt fiat incrementi vaſtioris. nam ſunt ad vſum vaſorum ſatis
idoneae, ſicut Alexandrinae cucurbitae, cum exaruerint. At ſi eſculentae merci 50
praepa-

k) *ſphongiolae ſunt.* l) *emiſerunt I. B. R. memiſint tunc infr. P.* m) *validis I. B. R.* n) *ſphongiola I. I. H. A.* o) *ſphongiarum I. I. H. A. G.* p) *excaecant* deficit *P.* (*ſ.* 46) q) *ammittendum P.* r) *ciectis I. B. R.* s) *ſcorpiones* omn. t) *Vero P.* u) *fieri I. B. R.* x) *foſſae faciendae L. I. B. R.* y) *aggeranda L. I. B. R. I. I.* z) *coeperunt I. B. R.* a) *differre P.*

3, 46 SCOPIONES) An *ſcipiones* h. e. ſtyli iam areſacti ſiue caules. PONTED. Vide, quae diſputantur ad Ca. 112, 3. Et vidit Pe. Burmannus ad Petro. c. 22 ita hic legendum eſſe. *Scopos* agnoſcit in aſparagis etiam Palladius ll. cc. *ſcopas* et *ſcopulas* dabit Ind. add. 12, 39, 3 et 34, 10 vbi vulgati *ſcipiones.* Et ſane qui in racemis haud dubie ſunt *ſcopiones*, magnam ſimilitudinem habent fruticis huius, cum ſemen ablatum eſt.

3, 46 RELAXA HVMO) An *relaxata*, vt Varro 1, 27 *et ad opus faciliores relaxatas.* Illud enim *relaxa* adeo ſingulare eſt, vt id vnum exemplum Latina Lexica adducant.

3, 46 FIAT [RADIX] Vox *radix* videtur abundare VRSIN. Recte; ad ſtilum enim pertinet *craſſitudo. Radicem* peperit vicinia, vel lemma in margine poſitum.

3, 49 DE MEDIA PARTE CVCVRBITAE) Vid. 10, 361 ſqq. Pall. Mart. 9, 16.

praeparabis, recto cacumine de collo cucurbitae sumptum semen [b] ferendum [c] erit,
quod [d] prolixior et tenuior fructus eius enascatur [e], qui scilicet maius caeteris [f]
inuenit pretium. Sed custodiendum est, vt quam minime ad eum locum [g], in quo
vel cucumis, aut cucurbitae consitae sunt, mulier admittatur. nam fere contactu
eius languescunt incrementa virentium. si vero etiam in menstruis fuerit, visu quo-
51 que suo nouellos foetus necabit. Cucumis tener et iucundissimus fit, si ante quam
seras, semen eius lacte maceres. nonnulli etiam quo dulcior existat, aqua mulsa
idem faciunt. Sed qui praematurum fructum cucumeris habere volet, confecta
bruma stercoratam terram inditam cophinis obserat [h], modicumque praebeat humo-
rem. deinde cum enata semina fuerint, tepidis diebus, et insolatis iuxta aedificium
sub diuo ponat, ita vt ab omni afflatu protegantur. ceterum frigoribus ac tempe-
statibus sub tectum referat: idque tamdiu faciat, dum aequinoctium vernum con-
ficiatur. postea totos cophinos demittat in terram. sic enim praecoquem fructum
52 habebit. Possunt etiam, si sit operae pretium [i], vasis maioribus rotulae subiici, quo
minore labore producantur, et rursus intra tecta recipiantur. sed nihilo minus spe-
cularibus integi debebunt, vt etiam frigoribus serenis diebus tuto producantur ad
53 solem. Hac ratione fere toto anno Tiberio Caesari cucumis praebebatur. Nos au-
tem leuiore opera istud fieri apud Aegyptiae gentis Bolum [k] Mendesium legimus,
qui praecipit aprico et stercoroso loco alternis ordinibus ferulas, alternis rubos in
hortis consitas habere: deinde eas confecto aequinoctio paululum infra terram se-
care, et ligneo stilo laxatis vel rubi vel ferulae medullis stercus immittere, atque ita
semina cucumeris inserere, quae scilicet incremento suo coeant rubis et ferulis. nam
ita non sua, sed quasi materna [l] radice aluntur: sicque [m] insitam stirpem frigoribus
quoque cucumeris praebere fructum. Satio secunda eius seminis [n] fere Quinqua-
54 tribus obseruatur. Capparis plurimis prouinciis sua sponte noualibus nascitur. Sed
quibus locis eius inopia est, si serenda fuerit, siccum locum desiderabit. isque debe-
bit ante circumdari [o] fossula, quae repleatur lapidibus et calce, vel Punico luto, vt
sit quasi quaedam lorica, ne possint eam perrumpere [p] praedicti seminis frutices, qui
55 fere per totum agrum vagantur, nisi munimento aliquo prohibiti sint [q]. quod tamen
non tantum incommodum est (subinde enim possunt extirpari) quantum, quod
noxium virus habent, succoque suo sterile solum reddunt. Cultu aut nullo, aut
leuissimo [r] contenta est. quippe quae res etiam in desertis agris citra rustici ope-
56 ram conualescit. Seritur vtroque aequinoctio. Cepina magis frequenter subactam
postulat terram, quam altius conuersam. itaque ex Calendis Nouembris proscindi
solum debet, vt hiemis frigoribus et gelicidiis putrescat, intermissisque quadraginta
diebus, tum demum iterari, et interpositis vno ac viginti diebus tertiari, ac proti-
nus stercorari: mox bidentibus aequaliter perfossum in areas disponi [t], deletis [u]
radicibus

b) *semen* deest *I. B. R.* c) *ferendum* deest *P.* d) *quo Iunt.* e) *nascatur I. B. R.* f) *eris L.* g) *lo-cum* omitt. *P.* h) *afferat Lips.* i) *operepreciam I. B. R.* k) *uolum P. populum Iens. populum Medensium L.* l) *macerata I. B. R.* quam vocem post *materna* inf. *L.* m) *sic I. B. R.* n) *semini I. B. R.* o) *circulari I. B. R.* p) *praerumpere I. B. R.* q) *sunt I. B. R.* r) *nouissime I. B. R.* (*s.* 56) s) *et I. B. R.* t) *et in-terf. I. B. R.* u) *lectus P.*

3, 50 SI VERO ETIAM IN MENSTRVIS) Vid. Geop. 12, 20 extr.

3, 51 PRAEMATVRVM FRVCTVM) Vid. Geop. 12, 19 p. 339. Needh.

3, 52 HAC RATIONE — TIBERIO) Plin. 19, 5 f. 23.

3, 53 BOLVM MENDESIVM) Vid. ad 7, 5, 17 Caeterum, quod ad Bolum hic refert no-
ster

radicibus omnibus. Deinde ad Calendas Februarias sereno die conueniat semina 57
spargi: quibus aliquod [x] satureiae semen intermiscendum erit, vt eam quoque ha-
beamus. nam et viridis esui est iucunda, nec arida inutilis ad pulmentaria condien-
da. Sed cepina vel saepius, certe non minus debet quam quater sarriri. cuius si se-
men excipere voles, capita maxima generis Ascalonii, quod est optimum, mense
Februario disponito, quaternorum, vel etiam quinum digitorum spatiis distantia: et
cum coeperint virere, ne [y] minus ter consarrito: deinde [z] cum fecerint caulem, 58
humilioribus quasi canteriolis interpositis rigorem [a] stilorum conseruato. nam nisi
arundines transuersas in modum iugatae vineae crebras [b] disposueris, thalli cepa-
rum ventis prosternentur [c], totumque semen excutietur: quod scilicet non ante
legendum est, quam cum maturescere coeperit, coloremque nigrum habere. Sed
nec patiendum est, vt perarescat, aut totum decidat, verum integri thalli vellendi
sunt [d], et sole siccandi. Napus et rapa duas sationes habent, et eandem culturam, 59
quam raphanus. melior est tamen satio mensis Augusti. Iugerum agri quatuor
sextarios seminis eorum poscit, sed ita vt radicis [e] Syriacae [f] super hanc mensuram
paulo plus, quam heminam seminis recipiat. Qui aestate ista seret, caueat, ne 60
propter siccitates culex [g] adhuc tenera folia prorepentia consumat. id [h] quoque vt
vitetur, puluis [i] [etiam [k]], qui supra cameram [l] inuenitur, vel etiam fuligo, quae
supra focos tectis inhaeret, colligi debet: deinde pridie quam satio fiat, commisceri
cum seminibus, et aqua conspergi, vt tota nocte succum trahant. nam sic macerata
postero die recte feruntur. Veteres quidam [m] auctores, vt Democritus, praeci- 61
piunt, semina omnia succo herbae, quae sedum appellatur, medicare, eodemque
remedio aduersus bestiolas vti: quod verum esse nos experientia docuit. Sed
frequentius tamen, quoniam huius [n] herbae minus larga est facultas, fuligine, et
praedicto puluere [o] vtimur, satisque commode tuemur his incolumitatem planta-
rum. Rapae semina Hyginus putat post trituram iacentibus adhuc in area paleis 62
inspergi debere, quoniam fiunt vastiora [p] capita, cum subiacens soli duritia non pa-
titur in altum descendere. nos [q] istud saepe frustra tentauimus: itaque rapum [r], et
raphanum, et napum melius existimamus subacta terra obrui. seruantque adhuc an-
tiquorum consuetudinem religiosiores agricolae, qui cum ea serunt, precantur, vt et
sibi, et vicinis nascantur. Locis frigidis, vbi timor est, ne autumnalis [s] satio hiemis 63
gelicidiis peruratur [t], arundinibus humiles canterii fiunt, iisque [u] virgae transuersae [x]
imponuntur, et virgis stramenta supra iaciuntur, et sic a pruinis semina defenduntur.
vbi vero apricis regionibus post pluuias noxia incesserunt animalia, quae a [y] nobis
appellantur erucae [z], Graece autem *κάμπαι* [a] nominantur, vel manu colligi debent,
vel

x) *aliquid I. B. R.* y) *nec I. B. R.* z) *Die in die P.* a) *rigoribus P.* b) *crebre P.* c) *pro-sternuntur I. B. R.* d) *sunt* omittitur *I. B. R.* e) *radices I. B. R.* f) *urice P.* g) *pulix P.* h) *Idque vt Pol.* i) *pluis P.* k) *enim I. B. R.* omittitur *P.* l) *caram P.* m) *quidem I. B. R.* n) *eius I. B. R.* o) *pluere Pol.* p) *laetiora I. B. R.* q) *Nam I. B. R.* (*f.* 62) r) *rapum, et* deest *I. B. R.* s) *autumnali spatio I. B. R.* t) *peruranur I. B. R.* u) *iisque* deest *I. B. R.* x) *transuersae imponuntur* desic. *I. B. R.* y) *a* abest *I. B. R.* z) *vrucae L.* hic et pp. a) *campae I. B. R.*

ster, hoc ipsius *Columellae commentum* vocat Plinius l. c. add. Pall. Mart. 9, 9.

3, 60 PVLVIS, QVI SVPRA CAMERAM) Vid. Col. 10, 354.

3, 61 QVAE SEDVM APPEL.) Col. 1, 356.

3, 62 IN AREA) Quae nimirum pars arui est ad trituram quotannis parandi: cum autumnali pluuia madescat, atque deinde, vt reliqua pars agri, aratro vertatur. Inter ipsam paleam inspergi volunt semen, credo, ne ita facile ab auibus et ventis auferatur, tum vt vel ita leuiter tecta tanto facilius germinent.

3, 64 ΠΕΡΙ

vel matutinis temporibus frutices olerum concuti. sic enim dum adhuc torpent no-
64 cturno frigore, si deciderint [b], non amplius in superiorem partem prorepunt. Id ta-
men superuacuum est facere, si ante sationem semina, vti iam praedixi, succo herbae
sedi macerata sunt. nihil enim sic medicatis [c] nocent erucae. Sed Democritus in eo
libro, qui Graece inscribitur περὶ [d] ἀντιπαθῶν, affirmat, has ipsas bestiolas enecari, si
mulier, quae in menstruis est, solutis crinibus et nudo pede vnamquamque aream ter
65 circumeat: post hoc enim decidere omnes vermiculos, et ita emori. Hactenus
praecipiendum existimaui de cultu hortorum, et officiis villici; quem quamuis instru-
ctum [e], atque eruditum omni opere rustico esse oportere prima parte huius exordii
censuerim; quoniam tamen plerumque euenit, vt eorum quae didicerimus, memo-
ria nos deficiat, eaque saepius ex commentariis renouanda sint [f], omnium librorum
meorum argumenta subieci, vt cum res exegisset, facile reperiri possit, quid in
quoque quaerendum, et qualiter quidque faciendum sit.

b) *deciderunt I. B. R.* c) *maceratis I. B. R.* d) περισυμπαθῶν coniunct. *I. B. R.* e) *instructum, atque* deficit *P.* f) *sunt I. B. R.*

3, 64 ΠΕΡΙ ΑΝΤΙΠΑΘΩΝ) *Opinor legendum esse,* ἀντιπαθῶν, *hoc est,* de repugnantibus, *discordantibus dissidio quodam naturali, ac potentia. Plinius ex hac (vt coniectare licet) doctrina Democritica prodidit cuncta constare ex sympathia atque antipathia, hoc est, ex concordia rerum atque discordia. Nam ignes aquae restinguunt: aquam sol deuorat: luna parit. ferrum ad se trahit Magnes, Adamas dissidet cum Magnete in tantum, vt iuxta positus ferrum non patiatur abstrahi: aut si admotus magnes apprenderit, rapiat atque auferat: at ipsum adamanta rumpit sanguis hircinus recens, et calidus. Igitur Democritus per hanc antipathiam scripsit foeminam menstrualem repugnare erucis vermiculis vt decidant emorianturque repente omnes: si ea solutis crinibus et nudo pede ter circumeat areolam, in qua erucae olera infestant: super qua re Palladius sic refert,* Aliqui foeminam menstruantem nusquam cinctam, solutis capillis nudis pedibus contra erucas, et caetera infestantia hortum faciunt circuire. BERO. Περὶ ἀντιπαθειῶν legit F. Vrsinus, quod rectum. Scripsit enim Democritus περὶ συμπαθειῶν καὶ ἀντιπαθειῶν, quod opus hodie non exstat, fragmentum tamen eius, a G. C. Goetzio, in aliqua Italiae Bibliotheca inuentum edidit Fabricius bibl. Graec. 4, 29 p. 333. De erucis, quae noster adfert, non occurrunt ibi, alia tamen quaedam p. 337. Κάμπαι δὲ ἐν κήπῳ τελευτῶσιν, ἐὰν ἑτέρου κήπου κάμπας εἰς ὕδωρ ἑψήσας ῥάνῃς τὸν κῆπον. *Erucae morientur in horto, si ablatas de alio horto erucas coxeris aqua, et illas per hortum sparseris.* SCHOETTG.

3, 64 QVAE IN MENSTRVIS EST) Barthius ad Statium Thebaid. 6, 217 hunc locum ita emendat: *quae in primis menstruis est,* idque probat partim ex carmine, vbi legitur v. 359.

Foemina quae iustis tum primum operata etc.

Sed et, addit, penes Plinium clarum mendum superest tot correctoribus eadem in re, lib. XVII c. XXVIII. *Priuatim autem contra erucas ambiri arbores singulas a muliere incitati mensis nudis pedibus, recincta.* Prorsus scribe: *initiante menses.* Haec Barthius. CRENIVS. Add. ad Colum. 10, 359.

3, 65 LIBRORVM ARGVMENTA SVBIECI) Ergo hic desinere voluit Columella: ergo ipse lemmata fecit. Vtrum vero ea sint, quae habemus hodie, ea longe alia quaestio est. Illud quidem apparet, non interposuisse argumenta inter ipsa quae nunc capita vocamus, sed in fine totius operis, vt nunc ii solent qui indices dicuntur, collocasse. Plinius Gelliusque hoc ipsum fecerunt in fronte operis quisque sui. Quam rationem et nos secuti vno loco argumenta omnia horum scriptorum, vt in libris antiquis reperta sunt, proposuimus. Add. quae ad h. l. Cl. Morg. I, 63.

L. IVNII

L. IVNII MODERATI COLVMELLAE DE RE RVSTICA

LIBER DVODECIMVS ET VLT. VILLICA.

PRAEFATIO.

Xenophon Atheniensis eo libro, P. Siluine, qui Oeconomicus inscribitur, prodidit maritale coniugium sic comparatum esse natura, vt non solum iucundissima, verum etiam vtilissima vitae societas iniretur: quod [a] iam pridem etiam Cicero ait: et ne genus humanum temporis longinquitate occideret, propter hoc marem cum foemina esse coniunctum: deinde vt ex hac eadem societate mortalibus adiutoria senectutis, nec minus propugnacula, praepararentur [b]. Tum etiam, cum 2
victus et cultus humanus non vti feris in propatulo, ac siluestribus locis, sed domi sub tecto accurandus erat, necessarium fuit alterutrum foris et sub dio esse, qui labore et industria compararet; intus [c], qui tectis reconderet [d], atque custodiret. Siquidem vel rusticari, vel nauigare, vel etiam alio genere negotiari necesse erat, vt aliquas facultates acquireremus. cum vero paratae res sub tectum essent congestae, 3
alium esse oportuit, qui et illatas custodiret, et [e] caetera conficeret opera, quae domi deberent administrari. nam et fruges, et caetera alimenta terrestria indigebant

VARIETAS LECTIONIS.

a) *iampridem (quod — ait) ne I. B. R.* b) *praeparentur I. B. R.* c) *intus* deest *I. B. R.* d) *recondérentur, siquidem I. B. R. atq. custodiret* om. *Lips.* e) *ea confiteret Pol.*

1 XENOPHON) Vtrum e Ciceronis translatione, quae tum extabat, sua hauserit Moderatus, an ipsum Graecum fontem adhibuerit, non facile dixerim. Prius credibile fuit his, qui in fragmentis Tullii collocarunt, quae hausta e Xenophonte habet Columella: et ipse videtur indicare hic s. 7, et 12, 2, 6. Sed nihil suauius, quam ipsum apis Atticae mel degustare, ab iis inde verbis: Ἐμοὶ καὶ οἱ θεοὶ δοκοῦσι πολὺ διεσκεμμένως μάλιστα τὸ ζεῦγος τοῦτο συντεθεικέναι, ὃ καλεῖται θῆλυ καὶ ἄρρεν, ὅπως ὅτι ὠφελιμώτατον ᾖ αὐτῷ εἰς τὴν κοινωνίαν· πρῶτον μὲν γὰρ τὸ μὴ ἐκλιπεῖν ζώων γένη, τοῦτο τὸ ζεῦγος κεῖται μετ' ἀλλήλων τεκνοποιούμενον· ἔπειτα τὸ γηροβοσκοὺς κεκτῆσθαι ἑαυτοῖς, ἐκ τούτου τοῦ ζεύγους τοῖς γοῦν ἀνθρώποις πορίζεται. Xenoph. oecon. 7, 18 diuisionis Wellsianae.

2 TVM ETIAM CVM VICTVS) Ἔπειτα δὲ καὶ ἡ δίαιτα τοῖς ἀνθρώποις, οὐχ ὥσπερ τοῖς κτήνεσίν ἐστιν ἐν ὑπαίθρῳ, ἀλλὰ στεγῶν δεῖται δηλονότι. δεῖ μέντοι τοῖς μέλλουσιν ἀνθρώποις ἕξειν ὅ, τι εἰσφέρωσιν εἰς τὸ στεγνὸν, ἔχειν τοὺς ἐργαζομένους τὰς ἐν τῷ ὑπαίθρῳ ἐργασίας. Καὶ γὰρ νεατὸς καὶ σπόρος καὶ φυτεία καὶ νομαὶ, ὑπαίθρια ταῦτα πάντα ἔργα ἐστίν· ἐκ τούτων δὲ τὰ ἐπιτήδεια γίγνεται. Xen. 7, 19 et 20.

2 NECESSARIVM FVIT ALTERVTRVM) *alterum* videtur legendum VRSIN. Ego potius in posteriore membro desiderabam aliquid, et legendum putabam, *alterum intus, qui tectis* etc.

2 ATQVE CVSTODIRET) Absunt haec verba a Cod. Lips. et commode quoque abesse possunt. Nam in his verbis tantum de adquisitione facultatum agitur, de earum autem custodia agit paragraphus sequens. SCHOETTG.

3 CVM VERO PARATAE) Δεῖ δ' αὖ, ἐπειδὰν ταῦτα εἰσενεχθῇ εἰς τὸ στεγνὸν, καὶ τοῦ σώσοντος ταῦτα καὶ τοῦ ἐργασομένου, ἃ τῶν στεγνῶν ἔργα δεόμενά ἐστι. στεγνῶν δὲ δεῖται καὶ ἡ τῶν νεογνῶν τέκνων παιδοτροφία. στεγνῶν δὲ καὶ αἱ ἐκ τοῦ καρποῦ σιτοποιίαι δέονται. ὡσαύτως δὲ καὶ ἡ τῆς ἐσθῆτος ἐκ τῶν ἐρίων ἐργασία. Xen. ibid. s. 21.

bant tecto, et ouium, caeterarumque pecudum foetus, atque fructus clauſo cuſtodienda erant, nec minus reliqua vtenſilia quibus aut [f] alitur hominum genus, aut
4 etiam excolitur. Quare cum et operam et diligentiam ea quae propoſuimus, deſiderarent [g], nec exigua cura foris acquirerentur, quae domi [h] cuſtodiri oporteret: iure, vt dixi, a natura comparata eſt opera mulieris ad domeſticam diligentiam, viri autem ad exercitationem forenſem et extraneam. itaque viro calores et frigora perpetienda, tum etiam itinera, et labores [i] pacis ac belli, id eſt ruſticationis et
5 militarium ſtipendiorum, diſtribuit [k]: mulieri deinceps, quod omnibus his rebus eam fecerat inhabilem, domeſtica negotia curanda tradidit. Et quoniam hunc ſexum cuſtodiae et diligentiae aſſignauerat: idcirco timidiorem reddidit, quam vi-
6 rilem. nam metus plurimum confert [l] ad diligentiam cuſtodiendi. Quod autem neceſſe erat foris et in aperto victum quaerentibus nonnunquam iniuriam propulſare: idcirco virum, quam mulierem fecit audaciorem. Quia vero partis opibus aeque fuit opus memoria et diligentia, non minorem foeminae, quam viro earum rerum tribuit poſſeſſionem. Tum etiam quod ſimplex natura non omneis res commodas amplecti volebat, idcirco alterum alterius indigere voluit: quoniam [m] quod
7 alteri deeſt, praeſto plerumque eſt alteri. Haec in oeconomico Xenophon, et deinde Cicero, qui eum Latinae conſuetudini tradidit, non [n] inutiliter diſſeruerunt. Nam et apud Graecos, et mox apud Romanos vſque in patrum noſtrorum memoriam, fere domeſticus labor matronalis fuit, tanquam ad requiem forenſium exercitationum omni cura depoſita patribusfamilias intra domeſticos penates ſe recipientibus. Erat enim ſumma reuerentia cum concordia et diligentia miſta, flagrabatque mulier pulcherrima diligentiae [o] aemulatione, ſtudens negotia viri cura ſua [p] maiora atque meliora

f) *aut* abeſt *P.* g) *conſiderarent P.* h) *dum I. B. R.* i) *laborem I. B. R.* k) *de vſu tribuit P.* l) *conferat diligentiam P.* m) *quod qui alteri ideſt Pol.* n) *quod P.* o) *diligentiae* deeſt *P.* p) *ſua* om. *L. I. B. R.*

3 CLAVSO) ſubſtantiuum pro loco aliquo clauſo, quod verbum etiam reſtituendum puto auctori Moreti v. 15 vbi ſic legendum: *Et reſerat clauſi, quae praeuidet, oſtia claue.* Et reſerat claue oſtia clauſi, quae ante ſe videt. Quae hactenus viri docti ad eum locum notarunt, diverſa ſunt, puto tamen optime ſtare hanc lectionem, quando verbum hoc bonae auctoritatis eſt. SCHOETTG.

4 QVARE CVM OPERAM) *Ἐπεὶ δὲ ἀμφότερα ταῦτα καὶ ἔργων καὶ ἐπιμελείας δεῖται, τά, τε ἔνδον καὶ τὰ ἔξω, καὶ τὴν φύσιν εὐθὺς παρεσκεύασεν ὁ Θεός, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, τὴν μὲν τῆς γυναικὸς ἐπὶ τὰ ἔνδον ἔργα καὶ ἐπιμελήματα, τὴν δὲ τοῦ ἀνδρὸς ἐπὶ τὰ ἔξω ἔργα καὶ ἐπιμελήματα· ῥίγη μὲν γὰρ καὶ θάλπη καὶ ὁδοιπορίας καὶ στρατείας, τοῦ ἀνδρὸς τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν μᾶλλον δύνασθαι καρτερεῖν κατεσκεύασεν, ὥστε τὰ ἔξω ἐπέταξεν αὐτῷ ἔργα. τῇ δὲ γυναικὶ ἧττον τὸ σῶμα δυνατὸν πρὸς ταῦτα φύσας, τὰ ἔνδον ἔργα αὐτῇ προστάξαι μοι δοκεῖ ὁ Θεός.* Xen. ſ. 22 et 23.

4 VIRO CALORES AC FRIGORA) V. Philo Iudaeus de LL. ſpecial. p. 803. ALMEL.

5 ET QVONIAM HVNC) *Ἐπεὶ δὲ καὶ τὸ φυλάττειν τὰ εἰσενεχθέντα τῇ γυναικὶ προσέταξε, γινώσκων ὁ Θεός, ὅτι πρὸς τὸ φυλάσσειν οὐ κάκιόν ἐστι φοβερὰν εἶναι τὴν ψυχήν, πλεῖον μέρος καὶ τοῦ φόβου ἐδάσατο τῇ γυναικὶ ἢ τῷ ἀνδρί.* Xen. ſ. 25.

6 QVOD AVTEM NECESSE ERAT) *Εἰδὼς δέ, ὅτι καὶ ἀρήγειν αὖ δεήσει, ἐάν τις ἀδικῇ τὸν τὰ ἔξω ἔργα ἔχοντα, τούτῳ αὖ πλεῖον μέρος τοῦ θράσους ἐδάσατο.* ibid.

6 QVIA VERO PARTIS) *Ὅτι δὲ ἀμφοτέρους δεῖ καὶ διδόναι, καὶ λαμβάνειν, τὴν μνήμην καὶ τὴν ἐπιμέλειαν εἰς τὸ μέσον ἀμφοτέροις κατέθηκεν, ὥστε οὐκ ἂν ἔχοις διελεῖν, πότερα τὸ ἔθνος τὸ θῆλυ ἢ τὸ ἄρρεν τούτων πλεονεκτεῖ.* ſ. 26.

6 SIMPLEX NATVRA) Cic. de Inuent. 2, 1 *Ideo quod nihil in ſimplici genere omnibus ex partibus perfectum natura expoliuit.* Specialius Xenophon: *Διὰ τὴν φύσιν μὴ πρὸς πάντα ταῦτα ἀμφοτέρων εὖ πεφυκέναι, διὰ τοῦτο καὶ δέονται μᾶλλον ἀλλήλων, καὶ τὸ ζεῦγος ὠφελιμώτερον ἑαυτῷ γεγένηται, ἃ τὸ ἕτερον ἐλλείπεται, τὸ ἕτερον δυνάμενον.* Ibid. ſ. 28. *Res commodas*, quibus *τὸ εὖ πεφυκέναι* Xenophontis hic redditur, *ſolidas, integras*

meliora reddere. Nihil conſpiciebatur in domo diuiduum, nihil quod aut maritus, 8
aut foemina proprium eſſe iuris ſui diceret: ſed in commune conſpirabatur [q] ab
vtroque, vt cum forenſibus negotiis, matronalis ſedulitas [r] induſtriae rationem pa-
rem faceret. Itaque nec villici quidem, aut villicae magna erat opera, cum ipſi
domini quotidie negotia ſua reuiſerent atque adminiſtrarent. Nunc vero cum 9
pleraeque ſic luxu et inertia diffluant [s], vt ne lanificii quidem curam ſuſcipere
dignentur, ſed domi [ſedentes [t]] confectas [u] veſtes faſtidio habeant [x], peruerſaque
cupidine pretioſiores [y] alias a viris pelliciant [z], quae grandi pecunia, et totis pene
cenſibus redimuntur: nihil mirum eſt, eaſdem ruris et inſtrumentorum agreſtium
cura grauari [a], ſordidiſſimumque negotium ducere paucorum [b] dierum tempus [c]
in villa morari. Quam ob cauſam cum in totum non ſolum exoleuerit, ſed etiam 10
occiderit vetus ille matrumfamiliarum mos Sabinarum atque Romanarum, neceſſa-
ria irrepſit villicae cura, quae tueretur officia matronae: quoniam et villici [d]
quoque ſucceſſerunt in locum dominorum, qui quondam priſca conſuetudine non
ſolum coluerant, ſed habitauerant rura. Verum, ne videar intempeſtiue [e] cenſo-
rium opus obiurgandis moribus noſtrorum temporum ſuſcepiſſe, iam nunc officia
villicae proſequar.

I. EA porro (vt inſtitutum ordinem teneamus, quem priore volumine in-
choauimus) iuuenis eſſe debet, id eſt non nimium puella, propter eaſdem cauſas,
quas de aetate villici retulimus: integrae quoque valetudinis, nec foedi habitus,
nec rurſus pulcherrimi. nam illibatum robur et vigiliis, et aliis ſufficiet laboribus:
foeditas faſtidioſum, nimia ſpecies deſidioſum faciet eius contubernalem. Itaque 2
curandum eſt, vt nec vagum villicum, et [a] auerſum contubernio ſuo habeamus,
nec

q) *conſpiciebatur ab vtraque Pol.* r) *induſtria rationem P. Lipſ.* s) *defluunt I. B. R. diffluunt L. defluant* al. t) *ſedentes* deeſt *I. B. R.* atq. ipſo adeo *Pol.* u) *confectae veſtes I. B. R. Lipſ.* x) *ſint I. B. R. Lipſ.* y) *maxime placeant, quae L. I. B. R.* z) *pelliceant* al. a) *grauiſſimumque negotium P.* b) *paucos dies I. B. R.* c) *tempus* om. *P. L. I. B. R.* d) *villicae Ienſ.* e) *tempeſtiue cenſorum I. B. R.* [C. I.] a) *et L. I. B. R. nec* al.

tegras, atque *perfectas* interpretatur A. Schottus Nodor. Cic. 3, 7.

9 DEFLVANT) Legendum, *et inertia diffluant, ne lanificii quidem curam ſuſcipere dignentur, ſed domi ſedentes* etc. Fortaſſe autem verbum, *ſedentes* abundat: vel ad vocem *inertia* referendum. VRSIN. Nihil nobis videtur melius, quam omiſſa voce, quam primae editiones, et ipſi adeo, cum taceat Politianus, Medicei libri damnant, legere, *ſed domi confectas veſtes faſtidio habeant* etc. *Domi confectae veſtes*, (conf. 12, 3, 6) lanificii curam ſuſcipiente matrefamilias, opponuntur emtis, et ſuo merito non minus quam *dapes inemtae* laudantur. De hac laude matronarum apud omnes populos cumulare auctorum teſtimonia inanis diligentiae eſſet.

9 PELLICIANT) Ita reſcripſi. *Pellicere* ex veneficarum diſciplina petitum verbum optime huic loco conuenit: neque vero ex XII tabulis modo legitur apud Seruium: ſed etiam Plin. 18, 6 ſ. 8 de Creſino, qui *in inuidia magna erat, ceu fruges alienas pelliceret veneficiis.* Tale quaſi veneficium ſunt muliebres blanditiae. Ita quod ille apud Petronium c. 67 Habinnus obiicit Scintillae ſuae, *excatarriſaſti me, vt tibi emerem fabam vitream*, poterat etiam dicere, *pellexiſti* a me patrimonium etc. Nec tamen diffiteor, vel ipſa ſimplicitate elegantiorem et digniorem Columella mihi videri lectionem primarum editionum, et ipſius adeo Medicei, *peruerſaque cupidine maxime placeant, quae grandi pecunia* etc.

9 TOTIS CENSIBVS) vt Plin. 33, 1 ſ. 6. *cenſu opimo digitos onerare.*

10 CENSORIVM OPVS) Caſaub. ad Sueton. Caeſ. c. 41.

1, 1 PRIORE VOLVMINE) 11, 1, 3.

1, 1 NEC FOEDI HABITVS) *Inter enim pulcherrimam feminam et deformiſſimam media quaedam forma eſt* — quam *ſtatam, modicam, modeſtam, vxoriam* denique dici, apparet ex Gell. 5, 11 quod totum huc pertinet.

1, 2 COMPLEXIBVS FOEMINAE) Ita legerem, vt oppoſita illi ſit ſententia: *nec*

 auerſum

nec rursus intra tecta desidem, et complexibus adiacentem foeminae [b]. Sed [c] nec [d]
3 haec tantum, quae diximus, in villica custodienda sunt. Nam in primis considerandum erit, an a vino, ab escis, a superstitionibus, a somno, a viris remotissima sit, et vt cura eam subeat, quid meminisse, quid in posterum prospicere debeat, vt fere eum morem seruet, quem villico praecepimus [e]: quoniam pleraque similia esse debent in viro atque foemina, et tam [etiam [f]] malum vitare, quam praemium recte factorum sperare. tum elaborare, vt quam minimam operam villicus intra tectum impendat, cui et primo mane cum familia prodeundum [g] est, et crepuscu-
4 lo peractis operibus fatigato redeundum. Nec tamen instituendo villicam, domesticarum rerum villico remittimus curam, sed tantummodo [h] laborem eius, adiutrice data, leuamus. Caeterum munia quae domi capessenda [i], non in totum muliebri officio relinquenda sunt, sed ita deleganda ei, vt identidem oculis villici custodiantur. sic enim erit diligentior villica [k], si meminerit ibi esse, cui ratio fre-
5 quenter reddenda sit [l]. Ea porro persuasissimum habere debebit, aut in totum, aut certe plurimum domi se morari oportere: tum [m] quibus aliquid in agro faciendum erit seruis, eos foras emittere; quibus autem in villa quid agendum videbitur, eos intra parietes continere, atque animaduertere, ne diuturna [n] cessatione fru-
6 strentur opera: quae domum autem inferuntur, diligenter inspicere, ne delibata sint, et ita explorata atque inuiolata recipere: tum separare [o], quae consumenda sunt, et quae superfieri possunt, custodire, ne sumptus annuus menstruus fiat. Tum siquis ex familia coeperit aduersa valetudine affici [p], videndum erit vt is quam commodissime ministretur. nam ex huiusmodi [r] cura nascitur beneuolentia, nec minus obsequium. Quinetiam fidelius quam prius seruire student, qui conualuerint, cum est aegris adhibita diligentia.

II. POST haec meminisse debebit, quae inferantur, vt idoneis et salubribus locis recondita sine noxa permaneant. nihil enim magis curandum est, quam praeparare, vbi quidque reponatur, vt [a] cum opus sit, promatur. Ea loca qualia esse debeant, et in [b] primo volumine, cum villam constitueremus, et in vndecimo, cum de [c] officio villici disputaremus, iam dicta sunt. Sed ne nunc quidem demonstrare breuiter

b) *foeminam* omn. c) *et* inf. R. d) *nec* om. P. e) *praecipimus* I. B. R. f) *etiam* om. I. B. R. g) *prouidendum* L. h) *tamen* I. B. R. omitt. P. i) *capessuntur* P. k) *villica, si meminerit, ibi* deficiunt P. l) *est* I. B. R. m) *tunc* omn. n) *diurna cessando* L. *diurna* etiam I. B. R. o) *quae separare* I. B. R. p) *effici* I. B. R. q) *huius* I. B. R. *eius* P. [C. II.] a) *et vnde* L. b) *in* deficit P. c) *de vilico* P.

auersum (villicum) *contubernio suo habeamus.* PONTED. Res nimis manifesta est. Itaque suffragante coniecturae nostrae viro doctissimo eam recipere ausi sumus; praesertim cum etiam Cl. SCHOETTGENIO idem visum fuerit. Scimus Plautinum esse, *accubare scortum.* Sed hic alia omnia.

1, 3 QVID MEMINISSE) Illud *quid* omnino abundare putat VRSINVS: non recte, opinor. Nam cura villicae haud postrema est, meminisse plurimarum rerum: v. g. vbi quidque reposuerit, quid cuique commodauerit, debeat etc.

1, 5 EA PORRO) Δεήσει σε (vxorem alloquitur Ischomachus) ἔνδον τε μένειν καὶ οἷς μὲν ἂν ἔξω τὸ ἔργον ᾖ τῶν οἰκετῶν, τούτους συνεκπέμπειν· οἷς δ᾽ ἂν ἔργον ἔνδον ἐργαστέον, τούτων σοὶ ἐπιστατητέον καὶ τά γε εἰσφερόμενα ἀποδεκτέον. Καὶ ἃ μὲν ἂν αὐτῶν δέῃ δαπανᾶν, σοὶ διανεμητέον· ἃ δ᾽ αὖ περιττεύειν δέῃ, προνοητέον καὶ φυλακτέον, ὅπως μὴ ἡ εἰς τὸν ἐνιαυτὸν κειμένη δαπάνη, εἰς τὸν μῆνα δαπανᾶται. — Ὃς ἂν κάμνῃ τῶν οἰκετῶν, τούτων σοὶ ἐπιμελητέον πάντων, ὅπως θεραπεύηται. — μάλλουσιν οἱ θεραπευθέντες χάριν εἴσεσθαι, καὶ εὐνούστεροι ἢ πρῶτον ἔσεσθαι. Xenoph. Oecon. 7, 35 - 37.

2, 2 NAM

breuiter pigebit. Nam quod excelsissimum [d] est conclaue [e], pretiosissima vasa et 2
vestem desiderat: quod denique horreum siccum atque aridum, frumentis habetur idoneum: quod frigidum, commodissime vinum custodit: quod bene illustre, fragilem supellectilem, atque ea postulat opera, quae multi [f] luminis indigent.
Praeparatis igitur receptaculis, oportebit suo quidque loco generatim, atque etiam 3
specialiter nonnulla disponere: quo facilius, cum quid expostulabit vsus, recipere [g] possit. nam vetus est prouerbium, paupertatem certissimam esse, cum alicuius indigeas, vti eo non posse, quia ignoretur, vbi proiectum iaceat quod desideratur.
itaque in re familiari LABORIOSIOR est negligentia, quam diligentia. Quis 4
enim dubitet nihil esse pulchrius in omni ratione vitae dispositione, atque ordine? quod etiam ludicris spectaculis licet saepe cognoscere. nam vbi chorus canentium non ad certos modos, neque numeris praeeuntis magistri consensit, dissonum quiddam ac tumultuosum audientibus canere videtur: at vbi certis numeris ac pedibus velut facta conspiratione consensit atque concinuit, ex eiusmodi vocum concordia non solum ipsis canentibus amicum quiddam et dulce resonat, verumetiam
spectantes audientesque laetissima voluptate permulcentur. Iam vero in exercitu 5
neque miles, neque imperator sine ordine ac dispositione quidquam valeat explicare, cum armatus inermem, eques peditem, plaustrum equites, si sint permisti, confundant. Haec eadem [h] ratio praeparationis atque ordinis etiam in nauigiis plurimum valet. nam vbi tempestas incessit, et est rite disposita nauis, suo quidque ordine locatum armamentum sine trepidatione minister promit, cum est a guber-
natore postulatum. Quod si tantum haec possunt, vel in theatris, vel in exerciti- 6
bus, vel etiam in nauigiis: nihil dubium est, quin cura villicae ordinem dispositionemque rerum, quas reponit, desideret. nam et vnumquodque facilius consideratur, cum est assignatum suo loco, et siquid forte abest, ipse vacuus locus admonet, vt quod deest, requiratur. Siquid vero curari aut concinnari oportet, facilius intelligitur, cum ordine suo recensetur. de quibus omnibus M. Cicero auctoritatem Xenophontis secutus [i] in Oeconomico sic inducit Ischomachum [k] sciscitanti Socrati haec narrantem [l].

III. PRAE-

d) *excellentissimum L.* e) *conclauo Ienf.* f) *villici I. B. R.* g) *reperiri L.* h) *eadem* omitt. *P.* i) *sequens I. B. R.* deest plane *P.* k) *Symachum I. B. R. Schomachum P. Scemachum Lips.* l) *haec* abest *Lips. I. B. R.* m) Nulla separati capitis nota est in *Pol.* et *Lips.*

2, 2 NAM QVOD EXCELSISSIMVM) Ὁ μὲν γὰρ θάλαμος ἐν ὀχυρῷ ὢν, τὰ πλείστου ἄξια καὶ στρώματα καὶ σκεύη παρεκάλει· τὰ δὲ ξηρὰ τῶν στεγῶν τὸν σῖτον. τὰ δὲ ψυχεινὰ, τὸν οἶνον· τὰ δὲ φανὰ, ὅσα φάους δεόμενα ἔργα τε καὶ σκεύη ἐστί. Xenoph. Oecon. 9, 3.

2, 3 PAVPERTATEM CERTISSIMAM) Xenophon. 8, 2 Ἔστι μὲν γὰρ πενία αὕτη σαφὴς, τὸ δεόμενόν τινος μὴ ἔχειν χρῆσθαι. ἀλυποτέρα δὲ αὕτη ἡ ἔνδεια, τὸ μὴ δύνασθαι ζητοῦντά τι λαβεῖν, ἢ τὴν ἀρχὴν μηδὲ ζητεῖν, εἰδότα ὅτι οὐκ ἔστιν.

2, 4 NIHIL ESSE PVLCHRIVS) Ἔστι δὲ οὐδὲν οὕτως οὔτ' εὔχρηστον, οὔτε καλὸν ἀνθρώποις, ὡς ἡ τάξις. Καὶ γὰρ χορὸς ἐξ ἀνθρώπων συγκείμενός ἐστιν. ἀλλ' ὅταν μὲν ποιῶσιν ὅ, τι ἂν τύχῃ ἕκαστος, ταραχή τις φαίνεται, καὶ θεᾶσθαι ἀτερπές. Ὅταν δὲ τεταγμένως ποιῶσι καὶ φθέγγωνται, ἅμα οἱ αὐτοὶ οὗτοι καὶ ἀξιοθέατοι δοκοῦσιν καὶ ἀξιάκουστοι εἶναι. Xenoph. 8, 3.

2, 5 IN EXERCITV) Καὶ στρατιά γε ἄτακτος μὲν οὖσα, ταραχωδέστατον, καὶ τοῖς μὲν πολεμίοις εὐχειρότατον, τοῖς δὲ φίλοις ἀκλεέστατον ὁρᾶν καὶ ἀχρηστότατον, ὄνος ὁμοῦ, ὁπλίτης, σκευοφόρος, ψιλὸς, ἱππεὺς, ἅμαξα κ. τ. λ. Xenoph. 8, 2. Quae de naue breuiter Columella, ea apud Xenophontem per longam et elegantem digressionem proponuntur.

III. PRAEPARATIS idoneis locis instrumentum et supellectilem distribuere coepimus: ac primum ea secreuimus, quibus ad res diuinas vti solemus, postea mundum muliebrem, qui ad dies festos comparatur, deinde [ad] virilem, item [a] dierum solennium ornatum, nec minus calciamenta vtrique sexui conuenientia: tum iam seorsum arma ac tela seponebantur [b], et in altera parte instrumenta [c],
2 quibus ad [d] lanificia vtuntur. Post quae ad cibum conficiendum [e] vasa (vt assolent) constituebantur [f]: inde quae ad lauationem, quae ad exornationem, quae ad mensam quotidianam, atque epulationem pertinerent [g], exponebantur. Postea ex iis quibus quotidie vtimur, quod menstruum esset seposuimus, quod [h] annuum [i] quo-
3 que in duas partes diuisimus: nam sic minus fallit, qui exitus futurus sit. Haec postquam omnia secreuimus, tum [k] suo quaeque loco disposuimus: deinde quibus quotidie seruuli vtuntur, quae ad lanificia, quae ad cibaria coquenda et conficienda pertinent, haec ipsa ei [l], qui vti solet [m], tradidimus, et vbi ea [n] ponerent, de-
4 monstrauimus, et vt salua essent, praecepimus. Quibus autem ad dies festos et ad hospitum aduentum vtimur, et ad quaedam rara negotia, haec promo [o] tradidimus, et loca singulis [p] demonstrauimus, et cuique [q] sua annumerauimus, atque annu-

* [C. III.] a) *ritum L.* b) *separabuntur I. B. R. praeparabantur Lips.* c) *instrumenta* deficit *Lips. I. B. R.* d) *ad* om. *L. I. B. R.* e) *comparandum L. I. B. R.* f) *construebantur L. I. B. R.* g) *pertinens I. B. R.* h) *quod* om. *Lips. I. B. R.* i) *Annum L. I. B. R.* k) *cum I. B. R.* l) *ei* om. *I. B. R. ipse quis L.* m) *solent I. B. R.* n) *exponerent P.* o) *primo* omn. p) *omnium I. B. R.* q) *ei omnia P. ei omnia annumeramus I. B. R.*

3, 1 PRAEPARATIS) Ἠρχόμεθα δὲ πρῶτον ἀθροίζοντες, οἷς ἀμφὶ θυσίας χρώμεθα. μετὰ ταῦτα κόσμον γυναικὸς τὸν εἰς ἑορτὰς διῃροῦμεν, ἐσθῆτα ἀνδρὸς τὴν εἰς ἑορτὰς καὶ πόλεμον, καὶ στρώματα ἐν γυναικωνίτιδι, στρώματα ἐν ἀνδρωνίτιδι· ὑποδήματα γυναικεῖα, ὑποδήματα ἀνδρεῖα. Xenophon Oecon. 9, 6 ex persona Ischomachi, de se et sua vxore loquentis, quorsum referenda etiam illa nostri *coepimus*, *secreuimus*. etc.

3, 1 ARMA AC TELA) ὅπλων ἄλλη φυλὴ, ἄλλη ταλασιουργικῶν ὀργάνων· ἄλλη σιτοποιικῶν· ἄλλη ὀψοποιικῶν· ἄλλη τῶν ἀμφὶ λουτρόν. ἄλλη ἀμφὶ μάκτρας· ἄλλη ἀμφὶ τραπέζας· Xenoph. ibid. §. 7.

3, 1 DEINDE [AD] VIRILEM) Andr. Schottus Nod. Cicer. 3, 7 supplet ex Xenophonte, *ad* bellum *virilem*.

3, 2 POSTEA EX IIS) Καὶ ταῦτα πάντα διεχωρίσαμεν οἷς τε ἀεὶ δεῖ χρῆσθαι, καὶ τὰ θοινητικά. χωρὶς δὲ καὶ τὰ κατὰ μῆνα δαπανώμενα ἀφείλομεν. δίχα δὲ καὶ τὰ εἰς ἐνιαυτὸν ἀπολελογισμένα κατέθεμεν. οὕτω γὰρ ἧττον λανθάνει, ὅπως πρὸς τὸ τέλος ἐκβήσεται. Xen. ib. §. 8.

3, 2 QVOD ANNVVM) Ita legendum vidit etiam VRSIN.

3, 2 IN DVAS PARTES DIVISIMVS) Nescio quam bene vel Columella vel ipse adeo Cicero hic intellexerint Xenophontem. Loquitur ille περὶ τῶν δαπανωμένων, de rebus *fungibilibus*, vt loquuntur ICti, h. e. ipso vsu pereuntibus, vt sunt ciborum et potus genera. De his χωρὶς δὲ, inquit, καὶ τὰ κατὰ μῆνα — δίχα δὲ καὶ τὰ εἰς ἐνιαυτὸν ἀπολελογισμένα κατέθεμεν. Manifestum nobis quidem videtur δίχα et χωρὶς esse Synonyma. Seorsim ponendum, quantum v. g. salis in mensem, quantum in annum sufficit (de diuisione in duas partes, quam alias δίχα significat, hic sermo non est. Itaque etiam Leunclauius vertit *seorsim*: Straebeus *bifariam*.) Sed quorsum illud? ὅπως γὰρ ἧττον λανθάνει, ὅπως πρὸς τὸ τέλος ἐκβήσεται. Haec ad verbum conuersa videntur obscuriuscula, sed sententiam hanc habent, *vt facilius ratio iniri possit, quousque suffecturae sint copiae, quando habiturae finem.*

3, 3 HAEC POSTQVAM OMNIA) Ἐπεὶ δὲ ἐχωρίσαμεν πάντα κατὰ φυλὰς τὰ ἔπιπλα, εἰς τὰς χώρας τὰς προσηκούσας ἕκαστα διηνέγκαμεν· μετὰ δὲ τοῦτο ὅσοις μὲν τῶν σκευῶν καθ' ἡμέραν χρῶνται οἱ οἰκέται, οἷον σιτοποιικοῖς, ὀψοποιικοῖς, ταλασιουργικοῖς, καὶ εἴ τι ἄλλο τοιοῦτο, ταῦτα μὲν αὐτοῖς τοῖς χρωμένοις δείξαντες ὅπου δεῖ τιθέναι, παρεδώκαμεν, καὶ ἐπετάξαμεν σῶα παρέχειν. ὅσοις δ' εἰς ἑορτὰς, ἢ ξενοδοχίας χρώμεθα, ἢ εἰς τὰς διὰ χρόνου πράξεις, ταῦτα τῇ ταμίᾳ παρεδώκαμεν, καὶ δείξαντες τὰς χώρας αὐτῶν, καὶ ἀπαριθμήσαντες καὶ γραψάμενοι ἕκαστα, εἴπομεν αὐτῇ, διδόναι τούτων ὅτῳ δέοι ἕκαστον, καὶ μεμνῆσθαι ὅτῳ ἂν διδῷ, καὶ ἀπολαμβάνουσαν κατατιθέναι πάλιν ὅθεν περ ἂν ἕκαστα λαμβάνῃ. Xenoph. l. c. 9 et 10.

3, 4 HAEC PROMO TRADIDIMVS) *Primo* videtur legendum non *primò* (cum accentu). VRSI.

annumerata ipfi exfcripfimus, eumque admonuimus, vt quodcunque opus effet,
fciret vnde daret, et meminiffet, atque annotaret, quid, et quando, et cui dedif-
fet, et cum recepiffet, vt quidque fuo loco reponeret. Igitur haec nobis [r] anti- 5
qui per Ifchomachi [s] perfonam praecepta induftriae ac diligentiae tradiderunt, quae
nunc nos villicae demonftramus. Nec tamen vna eius cura effe debebit, vt claufa
cuftodiat, quae tectis illata receperit, fed fubinde recognofcat atque confideret,
ne aut fupellex veftifue condita fitu dilabatur, aut fruges, aliaue vtenfilia negligen-
tia defidiaue fua corrumpantur. Pluuiis vero diebus, vel cum frigoribus aut prui- 6
nis mulier fub dio rufticum opus obire non poterit [t], vt ad lanificium reducatur,
praeparatae [u] fint, et pectitae lanae, quo facilius iufta [x] lanificio perfequi atque
exigere poffit. nihil enim nocebit, fi fibi atque actoribus, et aliis in honore ferui-
lis [y] veftis domi confecta fuerit, quo minus patrisfamilias rationes onerentur.
Illud [z] vero etiam in perpetuum cuftodiendum habebit, vt eos, qui foris rufticari 7
debebunt, cum iam e villa familia processerit, requirat, ac fiquis (vt euenit) cu-
ram contubernalis eius intra tectum tergiuerfans fefellerit, caufam defidiae fcifcite-
tur, exploretque vtrum aduerfa valetudine [a] inhibitus reftiterit, an pigritia deli-
tuerit. et fi compererit, vel fimulantem languorem, fine cunctatione in valetudi-
narium [b] deducat: praeftat enim opere fatigatum fub cuftodia requiefcere vnum
aut alterum diem, quam preffum [c] nimio labore veram noxam concipere. Deni- 8
que vno loco quam minime oportebit eam confiftere, neque enim fedentaria eius
opera eft, fed modo ad telam debebit accedere, ac fiquid melius fciat, docere;
fi minus, addifcere ab eo qui plus intelligat, modo eos qui cibum familiae confi-
ciunt, inuifere: tum etiam culinam [d], et bubilia, nec minus praefepia mundanda
curare: valetudinaria [e] quoque vel fi vacent ab imbecillis, identidem aperire, et im-
munditiis liberare, vt cum res exegerit, bene ordinata et [f] ornata et falubria lan- 9
guentibus praebeantur: promis [g] quoque et cellariis aliquid appendentibus [h] aut
metientibus interuenire: nec minus intereffe paftoribus in ftabulis fructum cogen-
tibus,

r) *noui antiqui P. nobis ab antiquis* al. s) *Symachi I. B. R. Schomachi P. Scomachi L.* t) *potuerit vel vt I. B. R.* u) *praepataeque I. B. R.* x) *iuxta lanificium I. B. R.* y) *feruulis L.* recte puto. z) *Iftud non etiam I. B. R.* Pol. facit cum Commel. a) *valitudine I. B. R.* b) *valitudinarium I. B. R.* c) *animum L. I. B. R.* d) *clolinam L.* e) *Valitudinaria I. B. R.* f) *et ornata* def. *Lipf. P.* g) *Penis L. I. B. R.* h) *attendentibus aut metuentibus* omnes, nifi quod verba *aut metuentibus* om. P.

VRSINVS. Scilicet *promo* legendum eft contra omnes libros, nifi putemus ignoraffe Ciceronem aut Columellam, quid rei effet *ταμίας* vel *ἡ ταμία*. Illud poteft fieri, vt vel Tullius vel Moderatus moribus Romanis hoc dederint, vt promum potius appellarent, quam *promam*.

3, 5 IGITVR HAEC NOBIS ANTIQVI) Ita legendum vidit etiam VRSIN.

3, 6 IVSTA LANIFICIO) *Iufta* vocantur penfa, quae adnumerata funt ancillis, vt ea fuo tempore abfoluant. Confer quae fupra ad 1, 8, 11 notata funt ex Gronouio Obf. 4, 6. SCHOETTG. Neque tamen diffimulo, non difplicere mihi primarum editionum lectionem, vbi ἡ *iuxta* duo verba *perfequi* et *exigere* coniungit. Si *iufta* legendum, etiam *lanificii* confequens effe videtur: *lanificium perfequitur* quae ipfa manus accommodat operi, *exigit*, quae aliis praeeft.

3, 6 IN HONORE SERVILIS) Vel *feruili* legendum, quod etiam VRSINO vifum, vel *feruulis*.

3, 8 DENIQVE VNO LOCO) *Συνεβούλευον αὐτῇ* [Ifchomachus de fua vxore loquitur] *μὴ δουλικῶς ἀεὶ καθῆσθαι, ἀλλὰ σὺν τοῖς θεοῖς πειρᾶσθαι δεσποτικῶς, πρὸς μὲν τὸν ἱστὸν προστᾶσαν, ὅ, τι μὲν βέλτιον ἄλλου ἐπίσταιτο, ἐπιδιδάξαι, ὅ, τι δὲ χεῖρον, ἐπιμαθεῖν· ἐπισκέψασθαι δὲ καὶ σιτοποιόν. παραστῆναι δὲ καὶ ἀπομετρούσῃ τῇ ταμίᾳ.* Xenoph. 10, 10.

3, 9 APPENDENTIBVS AVT METIENTIBVS) Videndum an potius legi debeat *vendentibus*

tibus, aut [i] foetus ouium, aliarumue pecudum fubrumantibus: tonfuris vellerum [k] quoque interesse, et lanas etiam diligenter percipere, et [l] vellera ad numerum pecoris recenfere: tum infiftere atrienfibus, vt fupellectilem exponant, et ferramenta [m] deterfa nitidentur, atque rubigine liberentur, caeteraque [n] fi refectio-
10 nem defiderant, fabris concinnanda [o] tradantur. Poftremo his rebus omnibus conftitutis, nihil hanc arbitror diftributionem profuturam, nifi, vt iam dixi, villicus faepius, et aliquando [p] tamen dominus aut matrona confiderauerit, animaduerteritque, vt ordinatio inftituta conferuetur. Quod etiam in bene moratis ciuitatibus femper eft obferuatum; quarum primoribus, atque optimatibus, non fatis vifum eft bonas leges habere, nifi cuftodes earum diligentiffimos ciues creaffent [q],
11 quos Graeci νομοφύλακας [r] appellant. horum erat officium, eos qui legibus parerent, laudibus profequi, nec minus honoribus: eos autem qui non parerent, poena multare. Quod nunc fcilicet faciunt magiftratus, affidua iurisdictione vim legum cuftodientes. Sed haec in vniuerfum adminiftranda tradidiffe abunde fit.

IV. NVNC de caeteris rebus, quae omiffae erant prioribus libris, quoniam villicae referuabantur officiis, praecipiemus, et vt aliquis ordo cuftodiatur, incipiemus a verno tempore, quoniam vere [a] maturis [herbis [b]] atque trimeftribus confummatis fationibus, vacua tempora iam contingunt ad ea exequenda, quae deinceps

i) *vt* interfer. *I. B. R.* k) *verum earum vtique intereffe L. I. B. R.* nifi quod hac, *vero.* l) *etiam I. B. R.* m) *tramenta L.* n) *quae* infer. *I. B. R.* o) *concinenda Ienf. concinanda B. R.* p) *aliquanto Reg.* q) *creaffent* omitt. *P.* r) *nomophylacus Ienf. nomophylacos B. R.* [C. IV.] a) *fere I. B. R.* b) *herbis* om. *I. B. R.*

dentibus aut mutantibus. VRSIN. Non dubitanter corrigam hunc locum. Cui enim non primo ftatim adfpectu occurrit *appendentibus* et *metentibus?* (Leg. metientibus) TVRN. Adu. 17, 13. Quid *attendent* aut *metuent* cellarii et promi, vt foeminae praefentia opus illis fiat? Ego fubrogarem *appendentibus* et *metientibus*; cum enim aliquid depromitur, tunc eft villicae praefentia vel maxime neceffaria. Probatur idem ex Xenophonte: *παρατῆναι δὲ καὶ ἀπομετρέσῃ τῇ ταμίᾳ.* PONTED. Video veram effe Turnebi vocem. Adfcripferam, cum primum legerem Columellam, ne Xenophonte quidem collato, *appendentibus* et *metientibus.* Adeo eft affinis literarum *p* et *t* fonus, quod dictantes deprehendunt quotidie; adeo porro aperta mutandi ratio, vt recte atque ordine a me factum putem, cum ita claram coniecturam ipfis auctoris verbis adfcripfi.

3, 9 SVPELLECTILEM EXPONANT) Eft id quidem etiam atrienfium, cum exornanda domus eft, *exponere* et difponere in atriis *fupellectilem* pretiofam. Sed meminerimus, hic de villica et ruftico praedio fermonem effe. Malim itaque *expoliant*, mutatione in fcriptura praefertim Longobardica blandiffima.

3, 10 IN BENE MORATIS CIVITATIBVS) vt Athenis, Xenophon 9, 14 Ἐν ταῖς πόλεσιν οὐκ ἀρκεῖν δοκεῖ τοῖς πολίταις, ἢν νόμους καλοὺς γράψωνται, ἀλλὰ καὶ νομοφύλακας προσαιροῦνται, οἵτινες ἐπισκοποῦντες, τὸν μὲν ποιοῦντα τὰ νόμιμα ἐπαινοῦσιν· ἢν δέ τις παρὰ τοὺς νόμους ποιεῖ, ζημιοῦσι· νομίσαι οὖν ἐκέλευον τὴν γυναῖκα, καὶ αὐτὴν νομοφύλακα τῶν ἐν τῇ οἰκίᾳ εἶναι κ. τ. λ. add. Pollux VIII, 94 et 108. Harpocr. et Suid. in Νομοφ. de Lacedaemone v. Paufan. Lacon. p. 179.

3, 10 ΝΟΜΟΦΥΛΑΚΑΣ) Poftellus de republ. Ath. c. 6. Sigonius de rep. Athen. 4, 3. Alias dicebantur ἐπίσκοποι f. morum infpectores, de quibus vide Raphelium annot. ex Xenophonte ad 1 Petr. 2, 12. SCHOETTG. Νομοφύλακας vocare poffis, quos fapienti confilio videmus in quibufdam ciuitatibus conftitutos *Fifcalium* nomine, quorum illud princeps munus eft, vt videant, pareaturne vel legibus vel edictis principis. Laudat Cicero Graecos, de Leg. 3, 20 *apud quos νομοφύλακες creantur:* nec *hi folum literas* (tabulas legum) *fed etiam facta hominum obferuabant, ad legesque reuocabant.*

4, 1 VERE MATVRIS ATQVE TRIM.) Vera lectio; nam *matura* dicitur *fatio*, cum femina fuo quaeque tempore humi deponuntur, hinc *triticum maturum* ac *ordeum* quae mature feruntur, apud Columellam appellatur; *trimeftris* vero *fatio* quoniam extra tempus, nimirum, poft confectam brumam iacitur granum. Quare recte: *quoniam fere maturis atque trimeftribus confummatis*

inceps docebimus. Paruarum rerum curam non defuiſſe [c] Poenis Graeciſque 2
auctoribus, atque etiam Romanis, memoria tradidit. nam et Mago [d] Carthaginien-
ſis [e], et Hamilcar [f], quos ſecuti videntur Graecae gentis non obſcuri ſcriptores
Mnaſeas [g] atque Paxamus [h], tum demum noſtri generis, poſtquam a bellis otium [i]
fuit, quaſi quoddam tributum victui humano conferre dedignati non ſunt, vt
M. Ambiuius, et Maenas [k] Licinius, tum etiam C. Matius; quibus ſtudium fuit
piſtoris et coci, nec minus cellarii diligentiam [l] ſuis praeceptis inſtituere. His au- 3
tem omnibus placuit, eum, qui rerum harum officium ſuſceperit, caſtum eſſe
continentemque oportere, quoniam totum in eo ſit, ne contrectentur pocula, vel
cibi, niſi aut ab impube, aut certe abſtinentiſſimo rebus venereis. quibus ſi fuerit
operatus vel vir, vel foemina, debere eos flumine aut perenni aqua, priusquam
penora contingant, ablui. propter quod his neceſſarium eſſe pueri vel virginis mi-
niſterium, per quos promantur, quae vſus poſtulauerit. Poſt hoc praeceptum, 4
locum et vaſa idonea ſalgamis praeparari iubent: locum eſſe debere auerſum a ſole,
quam frigidiſſimum et ſicciſſimum, ne ſitu penora mucorem contrahant. Vaſa au-
tem fictilia vel vitrea, plura potius quam ampla, et eorum alia recte picata, non-
nulla tamen pura, prout conditio conditurae exegerit. Haec vaſa dedita opera 5
fieri oportet patenti [m] ore, et vsque ad imum aequalia, nec in modum doliorum
formata, vt exemptis ad vſum ſalgamis quidquid ſupereſt aequaliter [n] pondere vs-
que ad fundum deprimatur, cum ea res innoxia penora conſeruet, vbi non inna-
tent, ſed ſemper ſint iure ſubmerſa. quod in vtero dolii vix fieri poſſet [o] propter
inaequalitatem figurae [p]. maxime autem ad hoc neceſſarium eſſe aceti, et durae
muriae vſum, quae vtraque ſic conficiuntur.

c) *dediſſe* poſt Gryph. *defuiſſe* etiam *Pol. et Lipſ.* d) *Magonis P.* e) *Chartaginienſis H. A. G. carthaginenſis I. B. R.* f) *Halcar P.* g) *Magnaſtas I. B. R.* h) *Phaxanus I. B. R. Phaxanius L.* i) *vacuum L.* k) *Baſcenas P. Mecenas Licininus L.* l) *diligentius P. it. H. A. G.* m) *patente I. B. R.* n) *aequali L. I. B. R. Iuntt.* o) *poſſe P.* p) Deeſſe hic aliquid *coni. Morg.* 1, 64.

matis ſationibus; neque enim omnes ſationes verno conſummatae ſunt tempore, cum multa per ver iumentorum pabuli cauſa, multae etiam ad hominum vſum vt hortenſia ferantur etiam per aeſtatem. PONTED.

4, 2 NON DEFVISSE) Reuocaui lectionem ita veram, certamque, vt mirer, qui *dediſſe* illud locum tueri tam diu potuerit, praeſertim cum *defuiſſe* iam reſtitutum fuerit TVRN. 17, 13.

4, 2 CELLARII DILIGENTIAM) *Diligentias* videtur legendum. Nam c. 44 habet ita: *quae C. Matius diligentiſſime perſecutus eſt.* VRSIN. Sed *diligentiam* praeter eos, quos in V. L. tacemus, probat laudatus modo Turnebus 17, 13. Pro altero *diligentias* forte ſtant, qui *diligentius* dedere.

4, 3 CASTVM ESSE CONTINENTEMQVE) *Caſtus* h. l. eſt, qui res veneris nondum expertus eſt. Vt autem innupti et innuptae conditorio praeficiantur, eam conſuetudinem non adeo incongruam exiſtimat Barthius Adu. 53, 4. SCHOETTG.

4, 3 FLVMINE) Delrio apud la Cerdam ad illud Virg. Aen. 2, 720 *donec me flumine viuo Abluero*, vult ita legi hunc locum *flumine aut perenni alia*, non *aqua*; cum *perennis* a *fluminea* non ſit diſtincta. Hoc voluit, cum fluminea etiam ſit perennis: non omnis autem perennis eadem fluminea. De ablutionibus, praeſertim poſt Venerem, *ſumendaque aqua*, plena omnia.

4, 4 PLVRA POTIVS, QVAM AMPLA) Vt diutius clauſa haberi poſſint, quae res tum ad cuſtodiam ab aëris noxa commodior eſt, tum ad illud praeceptum, quod habetur 12, 3, 2.

4, 4 TAMEN PVRA) Quid ſi *tantum*? Nam pura debent eſſe omnia, quaedam inſuper picata: *tn.* hoc eſt *tamen*, et *tm.* pro *tantum*, ſexcenties confuſa.

4, 5 AEQVALITER PONDERE) Scilicet orbiculus perforatus iſque aptatus vaſi cylindrico, illius areae interiori aequalis, pondere impoſito deprimit Salgama, muria per fora-

V. IN vini[a] vapidi, vt acre fiat, ſextarios duodequinquaginta[b], fermenti
libram, fici aridae pondo quadrantem, ſalis ſextarium[c] ſubterito, et ſubtrita cum
quartario mellis aceto diluito, atque ita in praedictam menſuram adiicito. Quidam
ordei toſti ſextarios quatuor, et nuces ardentes iuglandes quadraginta, et mentae
2 viridis pondo ſelibram in eandem menſuram adiiciunt. quidam ferri maſſas exurunt,
ita vt ignis ſpeciem habeant, easque in eandem menſuram demittunt. tum etiam
exemptis nucleis ipſas nuces pineas vacuas[d] numero quinque vel ſex incendunt, et
ardentes eodem demittunt. alii nucibus ſapineis[e] ardentibus idem faciunt.

VI. MVRIAM duram ſic facito: dolium quam patentiſſimi oris locato in ea
parte villae, quae plurimum ſolis accipit. id dolium aqua caeleſti repleto; ea eſt
enim huic rei aptiſſima; vel ſi non fuerit pluuialis[a], certe fontana dulciſſimi ſapo-
ris. In[b] eam tum indito ſportam iunceam, vel ſparteam, quae replenda eſt[c] ſale
candido, quo candidior muria fiat. Cum ſalem per aliquot dies videbis liqueſcere,
2 ex eo intelliges[d] nondum eſſe muriam maturam. itaque ſubinde alium ſalem tam-
diu ingeres, donec in ſporta permaneat integer, nec minuatur. quod cum animad-
verteris, ſcies[e] habere muriam maturitatem ſuam. et ſi[f] aliam [in[g] id vas fa-
cere] volueris, hanc in vaſa bene picata diffundes, et opertam in ſole habebis.
omnem enim mucorem vis ſolis aufert, et odorem bonum praebet. Eſt aliud mu-
riae maturae experimentum. nam vbi dulcem caſeum demiſeris in eam, ſi peſſum
ibit, ſcies eſſe adhuc crudam: ſi innatabit, maturam.

VII. HIS praeparatis[a] circa vernum aequinoctium herbas in vſum colligi et reponi oportebit, cymam[b], caulem[c], capparim[d], apii[e] coliculos, rutam, oluſatrum

[C. V.] a) *vini vapidi, vt acre fiat* deſunt *I. B. R.* b) *quadraginta octo P.* c) *ſeſtarium. Haec ſubterito I. B. R.* d) *quas* interſeritur *P.* e) *ſex pineis L.* [C. VI.] a) *pluuiatilis L.* b) *In eam* om. *I. B. R.* c) *eſt I. B. R. ſit* al. d) *intelligis nundum I. B. R.* e) *ſcias I. B. R.* f) *facere* interſ. *P.* g) *in id vas facere* deſunt *P. I. B. R.* [C. VII.] a) *praeceptis L.* b) *cirream I. B. R.* c) *caule Ie. caulo P.* d) *capari Ie. capparri P.* e) *appii Pol.*

mina orbiculi aſcendente, ac ſuperante, quae ita condiuntur.

5, 1 MELLIS ACETO) Forte legendum *aceti.* Plin. 11, 15 pr. *In omni melle quod per ſe fluxit, vt muſtum oleumque, vocatur acetum.* Heſych. ἀκητὸν, κράτιστον. An etiam *mellis* aliquod *acetum eſt*, ſiue *mel acidum?* Certe prohibent quantum poſſunt mellarii, ne qua panis incidat mica, a cuius fermento ſcilicet efferueſcere et vitiari mel putant.

5, 1 ORDEI TOSTI) Deſcribunt Talmudiſtae in Peſachim fol. 42, 2 חמץ אדומי *acetum Romanorum*, et addunt דרמי ביה שערי *quod infundant ei* (vino ſcil.) *hordeum.* Sequitur ibi traditio: *Dixit Raf Nachman: Olim quando libamina ferebant ex Iuda, vinum ipſorum non aceſcebat, donec inderent hordeum, et tunc vocabant acetum. Et iam vinum Romanum (Edumaeorum) non aceſcit, donec indant hordeum, et hoc vocant acetum Romanum.* SCHOETTG.

6, 1 MVRIAM DVRAM) *Dura* dicitur, non quia conſpiſſata eſt, non fluida, ſed *durum* hoc loco eſt acre, ſalſum, quemadmodum ſupra apud noſtrum 7, 4, 8 eſt *coeleſtis aqua ſub dio ſolibus durata* h. e. acida et ſalſa facta. Vide Salmaſium ad Sol. c. 27, p. 244, 245. Occurrit etiam apud Hebraeos vox מירוים, in Terumoth fol. 58, 2 vbi R. Maimon recte exponit *piſcem.* Nam muria eſt piſcis, et ſalſamentum, quod ex eo conficitur. SCHOETTG. *Duram muriam* quoque vocat Scribon. Largus comp. 185, vbi Io. Rhodius p. 273 *duram* oſtendit etiam aliis dictam, quae eſſet liquidiſſima et acerrima.

6, 2 SI PESSVM IBIT) Quod eſt indicium, aquam nondum ſatis impraegnatam ſale, adhuc ſpecifice leuiorem eſſe caſeo; vtendum enim eſt Phyſicorum formulis.

7, 1 RVTAM, OLVS ATRVM) Ita legendum videtur VRSIN.

7, 1 PE-

trum [f] cum suo cole [g] antequam de folliculo exeat: item ferularum [h] coliculos
silentes, quam [i] tenerrimum [k] florem pastinacae agrestis vel satiuae cum [l] colicu-
lis [m], silentem florem vitis albae, et asparagi, et rusci [n], et thanni [o], et digitelli, et
pulleii [p], et nepetae, et lapsanae, et battis, et eius coliculum, qui miluinus [q] pes
appellatur; quinetiam tenerum coliculum foeniculi. Haec [r] omnia vna conditura 2
commode seruantur, id est aceti duas partes, et tertiam durae muriae si miscueris.
Sed vitis alba, ruscus, et thamnum [s], et asparagus, lapsana, et pastinaca, et ne-
peta, et battis, generatim in alueos componuntur, et sale consperfa biduo sub
vmbra, dum consudent [t], reponuntur: deinde si tantum remiserint [u] humoris, vt
suo sibi iure ablui possint: si minus, superfusa dura muria lauantur, et pondere 3
imposito exprimuntur: tum suo quidque vase conditur, et ius, vt supra dixi, quod
est mistum duabus partibus aceti, et vna muriae, infunditur, foeniculique aridi,
quod est per vindemiam proximo anno lectum, spissamentum imponitur, ita vt
herbas deprimat, et [x] ius [y] vsque in summum labrum fideliae perueniat. Olusa- 4
trum [z], et ferulam, et foeniculum cum legeris, sub tecto exponito [a], dum flac-
cescat: deinde folia et corticem omnem folliculorum detrahito. Caules si fuerint
pollice crassiores, arundine secato, et in duas partes diuidito. ipsos quoque flores,
ne sint immodici, diduci et partiri oportebit, atque ita in vasa condi. deinde ius,
quod supra scriptum est, infundi, et paucas radiculas laseris, quod Graeci σίλφιον [b]
vocant, adiectas, ita spissamento foeniculi [c] aridi contegi [d], vt ius superueniat.
Cymam, caulem, capparim, pedem milui, puleium, digitellum, compluribus die- 5
bus sub tecto siccari, dum flaccescat, et tum eodem modo condiri conuenit, quo
ferulam,

f) *olus atrum* diuis. *Iunt. oleris atri* omisso praecedente, *I. B. R.* g) *flore L. caule* ante Steph. omnes. *florem* insuper interpon. *P.* h) *ferulae cum coliculo silentes* omnes, nisi quod *ferulas Iunt. silentes I. B. R.* i) *quam tenerrimum* omittitur *P.* k) *teterrimum I. B. R.* l) *vel L.* m) *coliculis silentem: florem L. I. B. R.* n) *rustici P.* o) *thamni L. Iens.* p) *puleii* ante Steph. omnes. q) *milluinus Reg.* r) *Nam I. B. R.* s) *thannum I. I. H. Gr. G. St. thanum A.* t) *confident I. B. R.* u) *remiserunt I. B. R.* x) *et ius* deest *P.* y) *coliculorum* in marg. *Gr. St.* z) *Olus atrum* diuis. *I. B. R. I. I. H. A.* a) *reponito I. B. R.* b) ΣΙΛΦΙΟΝ *P. silphion I. B. R.* c) *foenuli P. feniculi adiungito vt L.* d) *conteri P.*

7, 1 FERVLARVM COLICVLOS SILENTES) Ita liquida videtur haec emendatio, vt eam in ipsius Columellae verbis recte et ordine referri putem. Accusatiuum poscit oratio sine dubio; ferulae ipsae non condiuntur, sed earum coliculi; sibilans litera vocem *silentes* inchoans, praecedentem hausit; circa *ferulae* et *ferulas* fluctuant libri (Vrsino *ferulas* praeferente). Denique *silentes coliculi* qui essent, facile ex Indice nostro patescit, vel ex eo adeo, quod statim hic *silentem florem* commemorat, teneri scilicet complicatis adhuc et conuolutis partibus, quae quo magis panduntur, tanto duriores fiunt. Neque tamen dissimulamus paullo aliam viam ingressum Cl. Morg. 1, 65.

7, 2 REPONVNTVR — SI MINVS) Ex locis inferioribus cap. 41 et 55 ita distinguendum: *reponuntur deinde*; *si tantum remiserint* etc. VRSIN. Nescio, quantum lucis hac interpunctione adferatur huic loco. Certe, vt verum fatear, non video, quid faciant loca ab Vrsino laudata ad rem nostram. Vide, Lector, an melius huc faciat ellipsis illa, Atticis praesertim scriptoribus familiaris, verborum, *bene habet, bene est* etc. sequente statim *εἰ δὲ μὴ* h. e. *si minus.* Ante Lambertum Bos, qui in ipso fine mysterii ellipseos Graecae, exempla plura contulit, obseruatum hoc olim fuerat Casaubono in Athen. 5,2 extr. Plura etiam dat L. Kusterus ad Aristoph. Plut. 468. Nimirum, *si tantum remiserint humoris*, (quod a salis conspersione fieri solet) herbae enumeratae, *vt suo sibi iure ablui possint*, bene est, illo ipso iure abluuntur: *si minus* etc. De illo, *suo sibi iure* vid. Index.

7, 4 FOLLICVLORVM) *coliculorum* malit VRSIN. Recte, arbitror.

7, 4 ARVNDINE SECATO) Vid. Colum. 12, 14.

ferulam, rutam [e], ſatureiam, cunilam [f]. Sunt qui rutam muria tantum dura ſine aceto condiant, deinde, cum vſus exigit, aqua, vel etiam vino abluant, et ſuperfuſo oleo vtantur. Hac conditura poſſet commode ſatureia viridis, et aeque viridis cunila [g] ſeruari.

VIII. OXYGALAM ſic facito. ollam nouam ſumito, eamque iuxta fundum
terebrato: deinde cauum, quem feceris, ſurculo obturato, et lacte ouillo quam
recentiſſimo vas [a] repleto, eoque adiicito viridium condimentorum faſciculos ori-
gani, mentae, cepae, coriandri. has herbas ita in lacte demittito, vt ligamina earum
2 extent. Poſt diem quintum, ſurculum [b], quo cauum obturaueras, eximito, et ſe-
rum emittito. cum deinde lac coeperit manare, eodem ſurculo cauum obturato, in-
termiſſoque [c] triduo, ita, vt ſupra dictum eſt, ſerum emittito, et faſciculos condi-
mentorum exemptos abiicito [d]: deinde exiguum aridi thymi, et cunilae [e] aridae ſu-
per lac diſtringito, conciſique ſectiui porri quantum videbitur, adiicito, et per-
miſceto: mox intermiſſo biduo rurſus ſerum emittito, cauumque obturato, et ſalis
triti, quantum ſatis erit, adiicito, et miſceto, deinde [f] operculo impoſito, et obli-
3 nito, non ante aperueris ollam, quam vſus exegerit. Sunt qui ſatiui, vel etiam
ſilueſtris lepidii [g] herbam cum collegerunt, in vmbra ſiccent, deinde folia eius ab-
iecto caule die et nocte muria macerata expreſſaque, lacti miſceant ſine condimen-
tis, et ſalis quantum ſatis arbitrantur, adiiciant: tum caetera, quae ſupra praece-
pimus faciant. nonnulli recentia folia lepidii cum dulci lacte in olla miſcent, et poſt
diem tertium, quemadmodum praecepimus, ſerum emittunt: deinde compertam
ſatureiam viridem; tum etiam arida ſemina coriandri, atque anethi, et thymi, et
apii in vnum bene trita adiiciunt, ſalemque bene [h] coctum cribratum permiſcent.
Caetera eadem quae ſupra faciunt.

IX. CAVLES lactucae ab imo depurgatos eatenus, qua tenera folia vide-
buntur, in alueo ſalire oportet, diemque vnum et noctem ſinere, dum muriam re-
mittant: deinde [a] muria eluere [b], et expreſſos in cratibus pandere, dum aſſiceſcant:
tum ſubſternere anethum aridum, et foeniculum, rutaeque aliquid et porri conci-
dere, atque ita miſcere: tum ſiccatos coliculos ita componere, vt faſeoli [c] virides
integri interponantur, quos ipſos [d] ante dura muria die et nocte macerare oporte-
2 bit: ſimiliterque aſſiccatos cum faſciculis lactucarum condi, et ſuperfundi ius quod
ſit aceti duarum partium, atque vnius muriae: deinde arido ſpiſſamento foeniculi
ſic comprimi, vt ius ſupernatet. quod vt fiat, is qui huic officio praeerit, ſaepe
ſuffundere ius debebit, nec pati [e] ſitire ſalgama, ſed extrinſecus munda ſpongia vaſa
3 pertergere, et aqua fontana quam recentiſſima refrigerare. ſimili ratione intubum,
et

e) tria verba: *Rutam, ſaturecam, cunclam* poſita fuerunt loco Rubricae *P.* f) *cunelam I. B. R.* g) *cunela I. B. R.* [C. VIII.] a) *vas* om. *P.* b) *quo ſurculum I. B. R.* c) *interim ipſoque L.* hic et pp. d) *abiicito I. I. A. Gr. G. adiicito* alii. e) *cunelae I. B. R.* f) *operculo deinde L. I. B. R.* g) *lepidi R.* h) *conditum* inſ. *L.* [C. IX.] a) *in* inſer. *I. B. R.* b) *luere I. B. R.* c) *paſſioli P. faſciculi L.* d) *ipſe B. R.* e) *patis nec itinere P.*

8, 3 LEPIDII HERBAM) *quae lactis guſtum condiat* Col. 10, 124.

8, 3 COMPERTAM SATVREIAM) Quid ſibi *comperta* hic velit, non intelligere me fateor, neque aſſentiri Cl. Schoettgenio, qui *probatam* interpretatur, et virtutis expertae. Quid ſi legas *concerptam?* Cum enim terenda ſint ſemina, forte cum ipſa ſatureia, *concerpi* eam ante par eſt.

et cacumina rubi [f], qua lactucam [g] condire oportet, nec minus thymi et ſatureiae, et origani, tum etiam armoraciorum cymam. Haec autem, quae ſupra ſcripta ſunt, verno tempore componuntur.

X. NVNC quae per aeſtatem, circa meſſem, vel etiam exactis iam meſſibus
colligi et reponi debeant, praecipiemus. Pompeianam [a], vel Aſcaloniam cepam,
vel etiam Marſicam ſimplicem, quam vocant vnionem [b] ruſtici, eligito: ea eſt au-
tem, quae non fruticauit [c], nec habuit ſoboles adhaerentes. hanc prius in ſole 2
ſiccato, deinde ſub vmbra refrigeratam ſubſtrato thymo vel cunila [d] componito in
fidelia, et infuſo iure, quod ſit aceti trium [e] partium, et vnius muriae, faſciculum
cunilae ſuperponito, ita vt cepa [f] deprimatur: quae cum ius combiberit, ſimili mi-
ſtura vas ſuppleatur. Eodem tempore corna, et pruna onychina [g], et pruna ſilue-
ſtria, nec minus genera pirorum et malorum condiuntur [h]. Corna, quibus pro 3
oliuis vtamur [i]: item pruna ſilueſtria, et pruna onychina adhuc ſolida, nec matu-
riſſima, legenda ſunt, nec tamen nimium cruda. deinde vno die vmbra ſiccanda:
tum aequis partibus acetum, et ſapa [k], vel defrutum miſceatur, et infundatur.
oportebit autem aliquid ſalis adiicere, ne vermiculus, aliudue animal innaſci poſſit.
verum commodius ſeruantur, ſi duae partes ſapae cum aceti vna parte miſcean-
tur [l]. Pira Dolabelliana [m], Cruſtumina, regia, veneria, volema, Naeuiana [n], late- 4
ritiana [o], decumana [p], laurea [q], myrappia [r], pruna purpurea, cum immatura, non
tamen percruda legeris, diligenter inſpicito, vt ſint integra ſine vitio aut vermiculo:
tum in fictili picata fidelia componito, et aut paſſo, aut defruto completo, ita vt
omne pomum ſubmerſum ſit, operculo deinde impoſito [s] gypſato. Illud in totum 5
praecipiendum exiſtimaui, nullum eſſe genus pomi, quod non poſſit melle ſeruari.
itaque cum ſit haec res interdum aegrotantibus ſalutaris, cenſeo vel pauca poma in
melle cuſtodiri, ſed ſeparata generatim. nam ſi commiſceas [t], alterum ab altero
genere corrumpitur. Et quoniam opportune mellis fecimus mentionem, hoc eo- 6
dem tempore alui caſtrandae, ac mel conficiendum, cera facienda eſt: de quibus
nono libro iam diximus: nec nunc aliam curam exigimus a villico, quam vt admi-
niſtrantibus interſit, fructumque [u] cuſtodiat.

XI. CAETERVM [a] cum eodem tempore mella, nec minus aqua mulſa in vetuſtatem reponi debeat, meminiſſe oportebit, vt cum ſecundarium mel de fauis fuerit

f) *ruris intubi L.* g) *lactuca I. B. R.* [C. X.] a) *Pompeiam I. B. R. Pompeiariam P.* b) *immerſi P.* c) *frutificauit I. B. R.* d) *cunela I. B. R. curtela* anc. *P.* e) *tritum Reg.* f) *caepa B. R.* g) *onychiam R.* h) *conduntur I. B. R.* i) *vtantur I. B. R.* k) *ſapam I. B. R.* l) *miſceatur P.* m) *dollobelliana B. R. dolauelliana P. dolobell.* alii. n) *neniana I. B. veniana R. naeuiana H. nauiana L.* o) *laterifiana L. I. B. R. latertiana Iunt.* p) *decimiana I. B. R. Lipſ.* q) *laure P.* r) *mirappia* ante Commel. omnes excepto Pol. qui *myra prima purpurea etc. myra pia purp. L.* s) *impoſitum P. poſito I. B. R.* t) *commiſeris L.* u) *frumque P.* [C. XI.] a) *Caeterarum Reg.*

10, 6 A VILLICO) An pro *villico villica* legendum? cuius officia hoc libro traduntur. Villica enim ſi *promis quoque* vt ipſe ſtatuit Colum. c. 3, *ac cellariis aliquid appendentibus aut metientibus interuenire* (debet) *nec minus intereſſe paſtoribus in ſtabulis fructum cogentibus, aut foetus ouium aliarumque pecudum ſubrumantibus: tonſuris vellerum quoque intereſſe, et lanas etiam diligenter percipere* etc. cur etiam fauos caſtrantibus interuenire, expreſſumque mel ac ceram cuſtodire non debebit? Quod autem hac de re minus dubitemus, facit id quod c. 12 pr. expreſſius ſignificatur. PONTED.

fuerit exceptum [b], cerae ſtatim minute [c] reſoluantur, et aqua fontana vel caeleſti macerentur. expreſſa deinde aqua coletur, et in vas plumbeum defuſa decoquatur, omniſque ſpurcitia cum ſpumis eximatur: quae decocta, cum tam craſſa fuerit
2 quam defrutum, refrigeretur, et bene picatis lagoenis [d] condatur. Hac [e] quidam [f] mella [g] pro aqua mulſa vtuntur, nonnulli etiam pro [h] defruto in condituras oliuarum; quibus quidem magis idoneam cenſeo, quod cibarium ſaporem habet, nec poteſt languentibus pro aqua mulſa remedio eſſe: quoniam ſi bibatur, inflationem ſtomachi et praecordiorum facit.

XII. ITAQVE ſepoſita [a] ea, et ad conditura deſtinata [b], per ſe facienda erit optimo melle aqua mulſa. haec autem non vno modo componitur. nam quidam multos ante annos caeleſtem aquam vaſis includunt, et ſub dio in ſole habent: deinde cum ſaepius eam in alia vaſa transfuderint, et eliquauerint (nam quoties [c] etiam per longum tempus diffunditur, aliquod craſſamentum in imo ſimile feci [d]
2 reperitur) veteris aquae ſextarium cum libra mellis miſcent. Nonnulli tamen cum auſteriorem volunt efficere guſtum, ſextarium aquae cum dodrante pondo mellis diluunt, et ea portione repletam lagoenam [e] gypſatamque patiuntur per Caniculae ortum in ſole quadraginta diebus eſſe; tum demum in tabulatum, quod fumum
3 accipit, reponunt. Nonnulli, quibus non fuit curae caeleſtem inueterare aquam, recentem ſumunt, eamque vſque in quartam partem decoquunt: deinde cum refrixerit, ſiue dulciorem mulſam facere volunt; duobus aquae ſextariis ſextarium mellis permiſcent [f]: ſiue auſteriorem; ſextario aquae dodrantem mellis adiiciunt [g], et his portionibus factam in lagoenam diffundunt: eamque, vt [h] ſupra dixi, quadraginta diebus inſolatam poſtea in tabulatum, quod ſuffumigatur, reponunt [i].

XIII. CASEO vſibus domeſticis praeparando, hoc maxime idoneum [a] tempus eſt, quo et caſeus feri minimum remittit: et vltimo tempore, cum iam exiguum lactis eſt, non tam expedit operas morari ad [b] forum fructibus deferendis: et ſane ſaepe deportati [c] per aeſtum, acore vitiantur. itaque praeſtat eos hoc ipſo tempore in vſum conficere. id autem vt quam optime fiat opilionis officium eſt, cui ſeptimo

b) *exemptum L. I. B. R.* c) *minutae I. B. R.* d) *lagenis I. B. R. lagaenis I. I. H. A.* e) *Haec P. Hoc I. B. R.* f) *quidem Ienſ.* et *Lipſ.* a prima manu ſed emendatum. g) *melle L. I. B. R.* h) *pro* omitt. *I. B. R.* [C. XII.] a) *ſepoſite et P.* b) *deſtinata per ſe* ſine puncto et rubrica *I. B. R. ſepoſita eſſe, et ad conditura deſtinata. Cap.* 12. reliqui. c) *quotiens I. B. R.* d) *faeci I. B. R. foeci Ald.* e) *lagenam I. B. R. lagaenam I. I. H. A.* f) *promiſcent I. B. R.* g) *addiciunt B. R.* h) *ſicut I. B. R.* i) *reponunt caſeo* omiſſis puncto et rubrica *I. B. R.* [C. XIII.] a) *idoneum.* Sequitur deinde rubrica XIII. capitis, quod ita incipit: *Tempus eſt etc. I. B. R.* b) *ac eorum I. B. R.* c) *deportari B. R.* i diffuſa *Lipſ.*

12, 1 ITAQVE SEPOSITA EA) Ita videntur haec continuanda, et ſcribendum *ea*, non *eſſe*. VRSIN. Praeter varietatem iam indicatam, hic notandum illud etiam, in Mediceo codice ita diuiſa eſſe capita, vt iam a nobis factum eſt, interpoſito lemmate, *de aqua mulſa facienda*: quo minus dubitauimus Vrſino obſequi.

12, 1 PER LONGVM TEMPVS) Indicat non moram ſimpliciter, ſed repetitas diffuſiones: alioquin enim craſſamentum copioſius eſſe poſt longum tempus, apparet.

12, 3 SIVE DVLCIOREM) *ſi dulciorem*, malit VRSIN. Sed reſpicit alterum *ſiue*, quod mox ſequitur.

12, 3 ADIICIVNT) *permiſcent.* VRSIN. Verbo *adiicere* ſedem quaſi eſſe in plurium rerum permiſtione Index noſter docebit.

13, 1 NON TAM EXPEDIT OPERAS MORARI) Forte concinnius, *tum non expedit*, vt duae cauſae proferantur, altera, paucitas lactis, altera, quod non expedit operas in re parua occupare.

13, 1 SE-

ſeptimo libro praecepta dedimus, quae ſequi debeat. Sunt etiam quaedam her- 2
bae, quas appropinquante vindemia condire poſſis, vt portulaca, et olus cordum,
quod quidam ſatiuum [d] battim vocant. hae herbae diligenter purgantur, et ſub
vmbra expanduntur: deinde quarto die ſal in fundis fideliarum ſubſternitur: et ſe-
paratim vnaquaeque earum componitur, acetoque infuſo iterum ſal ſuperponitur:
nam his herbis muria non conuenit.

XIV. HOC eodem tempore, vel etiam primo menſe Auguſto, mala et pira dulciſſimi ſaporis mediocriter matura eliguntur, et in duas vel tres partes arundine, vel oſſeo cultello diuiſa in ſole ponuntur, donec areſcant. Eorum ſi eſt multitudo, non minimam partem cibariorum per hiemem ruſtici vindicant. nam pro pulmentario cedit, ſicuti ficus, quae cum arida ſepoſita eſt, hiemis temporibus ruſticorum cibaria adiuuat.

XV. EA porro neque nimium vieta [a], neque immatura legi debet, et in eo
loco expandi, qui toto die ſolem accipiat [b]. pali autem quatuor pedibus inter ſe
diſtantes figuntur, et perticis iugantur. factae deinde in hunc vſum cannae iugis
ſuperponuntur, ita vt duobus pedibus abſint a terra, ne humorem, quem fere
noctibus remittit humus, trahere poſſint: tunc ficus iniicitur, et crates paſtorales
culmo, vel carice, vel filice [c] textae [d] ex vtroque latere ſuper terram planae [e] diſpo-
nuntur, vt cum ſol in occaſum fuerit, erigantur, et inter ſe accliues teſtudineato
tecto, more tuguriorum, inareſcentem [f] ficum a rore, et interdum a pluuia de-
fendant. nam vtraque res praedictum fructum corrumpit [g]. Cum deinde aruerit, 2
in orcas bene [h] picatas meridiano tempore calentem ficum condere, et calcare di-
ligenter oportebit, ſubiecto tamen arido foeniculo, et iterum vaſis repletis ſuper-
poſito [i]: quae vaſa confeſtim operculare, et oblinire conuenit [k], et in horreum ſic-
ciſſimum reponi, quo melius ficus [l] perennet [m]. Quidam lectis ficis pediculos 3
adimunt, et in ſole [n] expandunt: cum deinde paulum ſiccatae ſunt, antequam in-
dureſcant, in labra fictilia vel lapidea congerunt eas: tum pedibus lotis in modum
farinae proculcant, et admiſcent torrefacta ſeſama cum aniſo Aegyptio, et ſemine
foeniculi, et cymini. haec cum bene proculcauerint, et totam maſſam commi- 4
nutae

d) *ſatiuum* deeſt *I. B. R.* [C. XV.] a) *vireta neque nimium matura I. B. R.* b) *accipit I. B. R.* c) *felice Iunt.* d) *teſtae Ienſ. texae B. R.* e) *plane I. B. R.* om. *L.* f) *vireſcentem I. B. R. L.* g) *corrumpunt I. B. R.* h) *bene* deficit *I. B. R.* i) *ſuperpoſitoque: vaſa I. B. R.* k) *conveniat I. B. R.* l) *ficus* deeſt *I. B. R.* m) *perenne P.* n) *eas* inſer. *P. aliter eas* inſ. *L.*

13, 1 SEPTIMO LIBRO) Cap. 8, vbi caſei conficiendi ratio traditur.

14 ARVNDINE) Vid. 12, 7, 4 et 12, 47, 3 vbi de vſu in ſecando arundinis agitur.

15, 1 HVMOREM — REMITTIT HVMVS) *Si* phyſice loqui voluiſſet Columella, non tribuiſſet terrae, quod ab aëre eſt, qui innatantes aquae bullulas, cum refrigeratur comprimit etc. Ad madeſcit tamen humus; ſicci ſunt, vt hoc vtamur, parietes. At non ipſa humus madeſcit; verum plantae, folia arborum et quae ſunt his ſimilia. Quo nimirum rarius vnumquodque corpus leuiusque eſt, eo facilius dimiſſo calore refrigeſcit: quo autem vnumquodque corpus mane frigidius eſt, eo facilius ad illud adhaereſcunt particulae humidae. Cur igitur in cannis ſublatae aliquantum humo ponuntur ficus? Ne graminum contactu humor ad cannas, et inde ad ficus perueniat. Nam ſuperne quidem per hoc, quod ab humo remoueutur, tutas a madore caeleſti non eſſe, ſatis hoc indicat Columella, cum cratibus tegi eas praecipit. Si in area ponantur ſolida atque leuigata, eleuato forte nihil opus fuerit. Sed eſſe adhuc vulgares circa rorem errores, eumque humorem ex plantis venire potius, quam ex aëre, nuper diſputari coepit. Vid. Acta Erudit. 1733 p. 277.

15, 1 ACCLIVES) *Acclines* mauult Barthius in Claud. p. 35.

15, 4 FOR-

nutae fici permiſcuerint, modicas offas foliis ficulneis inuoluunt [o], ac religatas iunco vel qualibet herba offas reponunt in crates, et patiuntur ſiccari: deinde cum peraruerint [p], picatis vaſis eas condunt. Nonnulli hanc ipſam formam [q] fici orcis ſine pice includunt, et oblita vaſa clibano vel furno torrefaciunt, quo celerius omnis humor excoquatur [r]: ſiccatam in tabulatum reponunt, et cum exegerit vſus, teſtam comminuunt: nam duratam maſſam fici aliter eximere non poſſunt. alii
5 pinguiſſimam quamque viridem ficorum eligunt, et arundine vel digitis diuiſam dilatant, atque ita in ſole areſcere patiuntur, quas deinde bene ſiccatas meridianis teporibus, cum calore ſolis emollitae ſunt, colligunt: et vt eſt mos Afris, atque Hiſpanis, inter ſe compoſitas comprimunt, in figuram ſtellarum, floſculorumque, vel in formam panis redigentes: tum rurſus in ſole aſſiccant, et ita in vaſis recondunt.

XVI. SIMILEM curam vuae deſiderant, quas dulciſſimi ſaporis albas, maximis acinis, nec ſpiſſis, luna decreſcente, ſereno et ſicco caelo poſt horam quintam legi oportet, et in tabulas [a] paulisper porrigi, ne [b] inter ſe pondere ſuo preſſae collidantur: deinde aheno, vel in olla noua fictili ampla, praeparatam lixiuiam cineris ſarmenti calefieri conuenit; quae cum feruebit, exiguum olei quam optimi [c] adiici, et ita permiſceri: deinde vuas pro magnitudine binas, vel ternas inter ſe colligatas in ahenum [d] feruens demitti, et exiguum pati, dum decolorentur; nec rurſus committere vt excoquantur: nam quadam moderatione temperamentoque
2 opus eſt. Cum deinde exemeris, in crate [e] diſponito rarius quam vt altera alteram contingat. poſt tres deinde horas, vnamquamque vuam conuertito, nec in eodem veſtigio reponito, ne in humore, qui defluxerit, corrumpatur: noctibus autem contegi debent quemadmodum fici, vt a rore vel pluuia tutae ſint. cum deinde modice aruerint [f], in vaſa noua ſine pice operculata, et gypſata, ſicco loco reponito.
3 Quidam vuam paſſam foliis ficulneis inuoluunt, et aſſiccant: alii foliis vitigineis, nonnulli plataninis ſemiuietas [g] vuas contegunt, et ita in amphoras recondunt. Sunt qui culmos fabae exurant, et ex eo, quod cremauerint, cinere lixiuiam faciant [h], deinde in lixiuiae ſextarios decem ſalis tres cyathos, et olei cyathum adiiciant, tum adhibito igne calefaciant, et caetera eodem modo adminiſtrent. quod ſi videbitur in aheno parum ineſſe olei, ſubinde quantum ſatis erit adiiciatur, quo ſit pinguior
4 et nitidior vua paſſa. Eodem tempore ſorba manu lecta curioſe in vrceolos picatos adiicito, et opercula picata imponito, et gypſo linito, tum ſcrobibus bipedaneis ſicco loco intra tectum factis, vrceolos ita collocato, vt oblita ora eorum deorſum ſpectent: deinde terram congerito, et modice deſuper calcato. Melius eſt autem pluribus

o) *inuoluant I. B. R.* p) *peraruerunt I. B. R.* q) *farinam I. B. R.* r) *ſic* interſer. *I. B. R. I. I. H. A.* [C. XVI.] a) *tabulis I. B. R.* b) *nec I. B. R.* c) *quam optimum I. B. R.* d) ***beneum*** hic et al. *L.* e) *canteriis P.* f) *aruerunt I. B. R.* g) *ſemiuiſtas I. B. R.* h) *faciunt I. B. R.*

15, 4 FORMAM) Conſiderandum an non melius vetuſtae editiones *farinam*?

16, 1 LIXIVIAM CINERIS) Plin. 15, 17 de eadem re, *Quidam vt has* (vuas paſſas) *faciant, in cinere lixiuo tingunt protinus, quum detraxere vitibus.* SCHOETTG.

16, 1 DVM DECOLORENTVR) Videndum an legi debeat *decolerentur.* VRSIN. Quin *decolorari* proprium in hac re verbum eſſe, docebit Index. Putarem errorem typorum interceſſiſſe; niſi editi, quod ſciam, omnes conſentirent.

16, 3 FOLIIS FICVLNEIS) Plin. l. c. Geop. 5, 52. SCHOETTG.

16, 3 EX EO, QVOD CREMAV.) Videtur ſcripſiſſe Columella, *ex eius, quod* etc. Niſi ad illud genus eruditae negligentiae referre malimus, quam Syneſin vocant, de qua Ind. *h. v.*

17, 1 BENE

pluribus ſcrobibus pauciora vaſa diſtantia inter ſe diſponere. nam in exemptione
eorum dum vnum tollis, ſi reliqua commoueris, celeriter ſorba vitiantur. Qui- 5
dam hoc idem pomum [i] etiam in defruto commode ſeruant, adiecto ſpiſſamento
aridi [k] foeniculi, quo deprimantur ita ſorba, vt ſemper [l] ius ſupernatet, ac nihilo-
minus picata opercula diligenter gypſo linunt [m], ne poſſit ſpiritus introire.

XVII. SVNT quaedam regiones, in quibus vini, ideoque etiam aceti penu-
ria eſt. itaque hoc eodem tempore ficus [a] viridis quam maturiſſima legenda eſt, vti-
que etiam [b] ſi iam pluuiae inceſſerunt, et propter imbres in terram decidit: quae
cum ſublecta eſt, in dolium vel in amphoras conditur, et ibi ſinitur fermentari:
deinde cum exacuit, et remiſit liquorem, quicquid eſt aceti diligenter colatur, et
in vaſa picata bene olida diffunditur. Hoc primae [c] notae acerrimi aceti vſum prae-
bet, nec vnquam ſitum aut mucorem contrahit, ſi non humido loco poſitum eſt.
Sunt qui multitudini ſtudentes aquam ficis permiſceant, et ſubinde maturiſſimas 2
ficus recentes adiiciant, et patiantur in eo iure tabeſcere, donec ſatis acris aceti ſa-
por fiat: poſtea in iunceis fiſcellis, vel ſparteis ſaccis percolant, liquatumque ace-
tum inferueſaciunt [d], dum ſpumam et omnem ſpurcitiam eximant: tum torridi ſalis
aliquid adiiciunt [e], quae res prohibet vermiculos, aliaue innaſci animalia.

XVIII. QVAMVIS priore libro, qui inſcribitur [a] Villicus, iam diximus quae
ad vindemiam praeparanda ſunt, non tamen alienum eſt [b] etiam villicae de iiſdem
rebus praecipere, vt intelligat ſuae curae eſſe debere, quaecunque ſub tecto admi-
niſtrantur circa vindemiam [c]. Si ager amplus, aut vineta aut arbuſta grandia ſunt, 2
perenne fabricandae decimodiae [d], et trimodiae, et [e] fiſcellae texendae, et pican-
dae: nec minus falculae [f], et vngues ferrei quamplurimi parandi, et exacuendi
ſunt, ne vindemiator [g] manu diſtringat vuas, et non minima fructus portio diſper-
ſis acinis in terram dilabatur. Funiculi quoque fiſcellis aptandi ſunt, et lora tri- 3
modiis: tum lacus vinarii, et torcularii, et fora, omniaque vaſa (ſi vicinum eſt ma-
re) aqua marina; ſi minus, dulci eluenda ſunt, et commundanda, et diligenter
aſſiccanda [h], ne humorem [i] habeant. Cella quoque vinaria omni ſtercore liberan-
da, et bonis odoribus ſuffienda, ne quem redoleat foetorem [k], acoremue. Tum
ſacrificia Libero, Liberaeque, et vaſis preſſoriis [l] quam ſanctiſſime caſtiſſimeque ſa- 4
cienda:

i) *pomum: quidam etiam I. B. R.* k) *ſpiſſi I. B. R.* l) *ſp ius B. ſupius R.* m) *liniunt I. B. R.* [C. XVII.) *Totum hoc caput deeſt in cod. Lipſ.* a) *fructus P.* b) *et I. B. R.* c) *primitie P.* d) *inferuefaciant I. I. H. A. Gr. G. St.* e) *adiiciant I. I. H. A. Gr. G. St.* [C. XVIII.] a) *ſcribitur L. I. B. R.* b) *extet iam L. I. B. R.* c) *vndecimam P.* d) *decemmodiae I. B. R. I. I. decemodie L.* e) *et* abeſt *I. B. R.* f) *faculae L. I. B. R.* g) *vindemitor I. B. R.* h) *adſignanda Pol.* i) *vmorem P.* k) *fetorem I. B. fectorem R.* l) *preſſori I. B. R.*

17, 1 BENE OLIDA) Credo, quae recentem picem olent, vnde intelligatur bene picata eſſe. Monendum hoc ideo, quia recurrit deinde 12, 38, 4 vbi vid.

18, 2 PERENNE) Haec vox mihi ſuſpecta eſt. Puto autem reponendum eſſe nomen alicuius vaſis, cuius in vindemia vſus eſt, quamuis de eo nihil poſſim ſtatuere. Ita vero legunt omnes editi, quotquot vidi, et Codex Lipſienſis. SCHOETTG. Aduerbialiter vſus eſt hoc nomine, et imitatores habuit, quantum mihi conſtabat, Palladium ac Paulinum Nolanum. Voluit autem *perenne* fabricari inſtrumenta, h. e. per decurſum anni.

18, 3 ET TORCVLARII) *Et ita torcularia et fora* legendum. Nam 11, 2 dixit: *torcularia vero et fora diligenter emundata, lotaque.* VRSIN. Potuerunt tamen eſſe etiam *lacus torcularii* a *vinariis* diuerſi. Certe mutare nihil auſim.

18, 4 ET VASIS PRESSORIIS) Igitur *vaſis* etiam, tanquam Dis, res diuina fit? non puto

cienda: nec per vindemiam ab torculari aut vinaria cella recedendum est, vt [m] omnia, qui [n] mustum conficiunt, pure mundeque faciant; ne furi locus detur
5 praesentem [o] fructum intercipiendi. Dolia quoque, et seriae, caeteraque vasa ante quadragesimum vindemiae diem picanda [p] sunt, atque aliter ea quae demersa sunt humi, aliter quae stant supra terram. nam ea quae demersa sunt, ferreis lampadibus ardentibus calefiunt, et cum picem [q] in fundum destillauit, sublata lampade, rutabulo ligneo, et ferrea curuata radula ducitur [r], quod destillauit [s], aut quod in lateribus haesit: deinde [t] penicillo detergitur, et feruentissima pice infusa nouo
6 alio rutabulo et [u] scopula picatur. At quae supra terram consistunt [x], complures dies antequam curentur in solem producuntur. deinde cum satis insolata sunt, in labra conuertuntur, et subiectis paruis tribus lapidibus suspenduntur, atque ita ignis subiicitur, et tamdiu incenditur, donec ad fundum calor tam vehemens perueniat, vt apposita manus patiens eius non sit: tum dolio in terram demisso, et in latus deposito [y], pix feruentissima infunditur, volutaturque, vt omnes dolii par-
7 tes linantur. Sed haec die quieto a ventis fieri debent, ne admoto igne, cum afflauerit ventus, vasa rumpantur. Sunt [yy] autem satis [z] sesquicullearibus doliis picis durae pondo vicenaquina. nec dubium, quin si quinta pars picis brutiae in vniuersam cocturam adiiciatur, vtilissimum sit omni vindemiae.

XIX. CVRA quoque adhibenda est, vt expressum mustum perenne sit, aut certe vsque ad venditionem durabile. quod quemadmodum fieri debeat, et quibus condituris adiuuari, deinceps subiiciemus. Quidam partem quartam eius musti, quod in vasa plumbea coniecerunt, nonnulli tertiam decoquunt. nec dubium, quin ad dimidium [a] si quis excoxerit, meliorem sapam [b] facturus sit, eoque vsibus vtiliorem, adeo quidem, vt etiam vice defruti, sapa, mustum, quod est ex veteribus

m) *et* inf. *P.* n) *qui P. quae* reliqui. o) *partem fructuum. Lips. ptem fructuum I. B. R.* p) *picandae R.* q) *pixim P. pix imum in fundum L.* r) *dicitur I. B. R.* s) *destillauit I. B. R.* t) *Dein P.* u) *e I. B. R.* x) *et* inf. *I. B. R.* y) *deposita pix* sine *I. B. R.* yy) *Satis* P. z) *satis* deficit *Pol.* [C. XIX.] a) *dimidiam* ante Commel. omnes. b) *saporem I. B. R.*

certe Columellam id velle, licet non ignorem, quid de *sacrificantibus reti suo* apud Prophetam disputetur, quid item de acinace, et hasta. Quid si legas, *e vasis pressoriis?* quae ad vinum exprimendum adhibentur, et per sacrificium illud quasi initiantur et consecrantur. De votis vinitorum egit Iac. Phil. Thomasinus de Donar. c. 25. Sed nihil quod nos hic iuuet.

18, 4 QVAE DEMERSA SVNT HVMI) In cella vt tolli et tractari pro arbitrio non possint. Talia fuisse dolia quaedam, discimus ex Vlpiano l. 3 ff. de tritico, vino, vel oleo leg. (33, 6) *In doliis non puto verum, vt vino legato et dolia debeantur, maxime si depressa in cella vinaria fuerint; aut ea sunt, quae per magnitudinem difficile mouentur.* Vid. ad h. l. Cuiac. Obs. 2, 36 similiaque loca ICtorum laudata a Gothofredo ad l. 17 ff. de actionibus emti et venditi. et add. Plin. 14, 21 s. 27 *Mitiores plagae doliis condunt vina, infodiuntque terrae tota aut ad portionem situs* h. e. tanto profundius, quanto aër est calidior etc. Errat enim hic Harduinus. Vid. etiam Pall. 1, 18. In haec itaque spongia ante siccata demittitur ferrea lampas pice repleta, qua incalescant, et vnde pix destillet.

18, 5 CVM PICEM IN FVNDVM) Mutato numero iam de vna loquitur lampade, *quae picem destillat.* Potest etiam fieri, vt verior sit Medicea lectio, *cum pix in fundum destillauit.* Sed receptae fauet, quod statim dicitur, *radula ducitur, quod destillauit,* itemque illud, *sublata lampade.*

18, 5 SCOPVLA) Alias ad purgandum pertinet, vt Ca. 26. Sed etiam in picando vsus illius forte esse possit: *radula*, quam paullo ante laudauit, maiores massas trahit, aequabiliter eas diuidit scopula. SCHOETTG.

19, 1 PARTEM QVARTAM) Vid. Index in *Carenum*, *defrutum*, *sapa*, et, quem etiam Schoettgenius hic laudauit, Lindanus sel. med. 10, 51.

19, 3 PRE-

bus vineis, condire poſſit. Quaecunque vini nota ſine condimento valet peren- 2
nari, optimam eſſe eam cenſemus, nec omnino quidquam permiſcendum, quo
naturalis ſapor eius infuſcetur. Id enim praeſtantiſſimum eſt, quod ſuapte na-
tura placere poterit [c]. Caeterum cum aut regionis vitio, aut nouellarum vinea-
rum, muſtum laborabit, eligenda erit pars vineae (ſi eſt facultas) Amineae; ſi mi-
nus, quam belliſſimi vini, quaeque erit et [d] vetuſtiſſima, et minime vliginoſa. Tum 3
obſeruabimus decreſcentem lunam, cum eſt ſub terra, et ſereno ſiccoque die vuas
quam maturiſſimas legemus [e], quibus proculcatis muſtum quod defluxerit, ante
quam prelo pes eximatur, ſatis de lacu in vaſa defrutaria deferemus [f], leuique
primum igne, et tenuibus admodum lignis, quae cremia [g] ruſtici appellant, for-
nacem incendemus, vt ex commodo muſtum ferueat. Iſque [h] qui praeerit huic 4
decoquendo, cola iuncea, vel ſpartea ex crudo, id eſt non malleato ſparto prae-
parata habeat: itemque faſciculos foeniculi fuſtibus illigatos, quos poſſit vtique
ad fundum vaſorum demittere, vt quidquid fecis [i] ſubſederit, exagitet, et in
ſummum reducat: tum colis omnem ſpurcitiam, quae [k] redundarit, expurget.
nec abſiſtat id facere, donec videbitur eliquatum omni fece muſtum carere. tum
ſiue [l] mala cydonia [m], quae percocta [n] ſublaturus ſit, ſeu quoſcunque voluerit con-
uenientes odores adiiciat, et nihilo minus ſubinde foeniculo peragitet, nequid ſub-
ſederit, quod poſſit plumbeum perforare. Cum deinde iam acriorem potuerit 5
ignem vas ſuſtinere, id eſt, cum aliqua iam parte muſtum excoctum in ſe ferue-
bit, tum codices et vaſtiora ligna ſubiiciantur, ſed ita ne fundum contingant. quod
niſi vitatum fuerit, vel [o] vas ipſum, quod [p] aliquando contingit, pertundetur; vel
ſi id [q] factum non erit, vtique aduretur muſtum, et amaritudine concepta condi-
turis fiet inutile. Oportebit autem antequam muſtum in vaſa defrutaria coniicia- 6
tur, oleo bono plumbea ipſa [r] intrinſecus imbui, et [s] bene fricari, atque ita mu-
ſtum adiici. ea res non patitur defrutum aduri.

c) *potuerit I. B. R.* d) *vt I. B. R.* e) *legimus I. B. R.* f) *deferamus I. B. R.* g) *gremium I. B. R. H. A. Gr. G.* h) *Iisque B. R.* i) *faccis ſe ſuperſederit I. B. R.* k) *quam I. B. R.* l) *ſiue* deeſt *I. B. R.* m) *cydonea I. B. R.* n) *p̃ cocta I. B. R.* o) *ſaepe I. B. R.* p) *quod aliquando contingit* abſunt *I. B. R.* q) *id* abeſt *I. B. R.* r) *ipſa* deficit *I. B. R.* s) *et* omitt. *I. B. R. Iunt.*

19, 3 PRELO PES EXIMATVR) Videtur legendum, *exprimatur*. Nam ita eſt infra c. 21 (26, 1) *Priusquam vinacea torculis exprimantur.* et ca. 27 *Ante quam prelo preſſum ſit, quod in lacum muſti fluxerit.* VRSIN. Indicat non dubie *muſtum lixiuum:* de quo, et *pedis* ſignificatione conſule Indicem. Sententiam igitur reſtituit Vrſinus: vtrum forte verbum hic lateat, quod propius ad *eximatur* accedat, non habeo dicere. Quid ſi de exemtione pedis et circumciſione poſt primam preſſuram hic ſermo ſit, vt non prima omnino *fluxura* intelligatur, et illud quod proprie *lixiuum muſtum* dicitur, ſed quod ab eo proximum eſt, *tortiuo* tamen potius. Vid. quae dicimus, ad verba 12, 34 *de ſub maſſa.* et c. 37 vocat *muſtum, quod nihil habeat ex tortiuo.*

19, 3 SATIS DE LACV) Videtur legendum *ſtatim de lacu.* VRSIN.

19, 3 CREMIA) *Cremium lignum* vocatur tenuiſſimum et aridum, a *cremando*, quia cremari facile poteſt. In Pandectis Florentinis occurrunt *arbores gremiales*, quare quidam a *gremio* eas deriuarunt, quaſi talia ſint ligna, quae in vlnis colligere poſſumus, tenuia ſcilicet et ſarmentoſa; ſed G ibi ſcriptum eſt loco C, vt bene obſeruauit Nerius Analect. 2, 11. Hunc porro noſtri auctoris locum citare Hieronymum, et circa eum errare Calepinum, qui explicat *carnem frixam*, teſtatur Toccius in libro Italico, cui titulus eſt: *Parere intorno al valore della voce Occorrenza*, p. 35, 36 prout cognoui ex Giornale de' Letterati d'Italia tom. I p. 251, 252. SCHOETTG.

19, 4 QVOD POSSIT PLVMBEVM PERFORARE) ſi quid nempe grauius duriuſue adhaeret plumbo, illo ipſo loco fortius aget ignis, vbi maior reſiſtentia. Non diſſimilis eſt ratio, quod ligna non vult contingere fundum plumbei.

XX. QVINETIAM [a] diligenter factum defrutum, ficut vinum, folet acefce-
re [b]: quod cum ita fit, meminerimus anniculo defruto, cuius iam bonitas explo-
rata eft, vinum condire. nam vitiofo medicamine [c] fructus, qui perceptus eft,
vitiatur [d]. Ipfa autem vafa, quibus fapa aut defrutum coquitur, plumbea po-
2 tius quam aenea effe debent. nam in coctura aeruginem remittunt aenea, et me-
dicaminis faporem vitiant. odores autem vino fere apti funt, qui cum defruto co-
quuntur, iris, foenum Graecum, fchoenum: harum rerum fingulae librae in de-
frutarium, quod ceperit mufti amphoras nonaginta, cum iam deferbuerit, et ex-
purgatum erit, tum adiici debent. deinde fi natura tenue muftum erit, cum ad
tertiam partem fuerit decoctum ignis fubtrahendus eft, et [e] fornax protinus aqua
refrigeranda. quod [f] fi fecerimus, nihilo minus defrutum infra tertiam partem va-
3 fis confedit [g]. Sed id quamuis aliquid detrimenti habeat, prodeft tamen: nam
quanto plus decoquitur (fi modo non eft aduftum) melius et fpiffius fit. Ex hoc
autem defruto, quod fic [h] erit coctum, fatis eft fingulos fextarios fingulis ampho-
ris immifcere [i]. nam cum amphoras mufti [k] nonaginta in defrutario decoxeris,
ita vt iam exiguum fuperfit de [l] coctura [quod [m] fignificat decoctum ad tertias:]
tum demum medicamina adiicito, quae fint [n] aut liquida, aut refinofa, id eft, pi-
cis liquidae Nemeturicae, cum eam diligenter ante aqua marina decocta perlue-
4 ris, decem fextarios: item [o] refinae terebinthinae fefquilibram. Haec cum [p]
adiicies, plumbeum peragitabis, ne adurantur. cum deinde ad tertias fubfederit
coctura, fubtrahe ignem [q], et plumbeum fubinde agitabis, vt defrutum et medi-
camenta coeant: deinde cum videbitur mediocriter calere defrutum, reliqua aro-
mata contufa et cribrata [r] paulatim infperges [s], et iubebis rutabulo ligneo agitari
quod decoxeris, eousque dum defrigefcit. Quod fi non ita, vt praecipimus, per-
mifcueris, fubfident aromata, et adurentur. Ad praedictum autem modum mufti
5 adiici debent ii odores, nardi folium, iris illyrica, nardum gallicum, coftum [t], palma,
cyperum,

[C. XX.] a) *Quum etiam P.* b) *acetofare L.* c) *medicamentum P. Lipf. tum* interpon. *I. B. R.* d) *vitiat Lipf. I. B. R.* e) *et* deeft *I. B. R.* f) *etiam* infer. *P. Lipf.* g) *confidet Iunt.* quod probat *Morg. I*, 68. h) *fi I. B. R.* i) *immifceri.* XXI deinde caput incipit ita: *Cum amphoras etc. L. I. B. R.* k) *vini L.* l) *decoctura* coniunct. *I B. R. de tota P. L.* m) *quae L. I. B. R.* n) *funt I. B. R.* o) *Ita B. R.* p) *cum* deficit *P.* q) *inde P. L.* r) *criftrata B. R.* quod tamen in margine ambarum *cribrata* fcribitur. s) *infpares L.* t) *crocum I. B. R. cortum* (fortaffe *coftum*) *P.*

20 Conf. Plin. 14, 21. SCHOETTG.

20, 3 VT IAM EXIGVVM SVPERSIT DE COCTVRA) h. e. vt iam prope abfit a modo illo, ad quem decoquendum eft, verbo, vt non multum fupra tertiam partem fuperfit, quod ipfum videtur indicaffe ftudiofus aliquis iis verbis, quae vncis inclufimus, cum gloffam olere videantur.

20, 3 DECOCTVM AD TERTIAS) *Ad tertias decoquere eft, vt tertia pars refidua maneat* Plin. Valer. 1, 1; quomodo Apicius exponit 3, 1 *Elixabis in cacabo nouo, quoad aqua ad tertias deferueat, h. e. ex tribus heminis aquae vna modo remaneat.* Deinde Columellam laudat [f. 2] *fi natura tenue muftum erit, cum ad tertiam partem fuerit decoctum, ignis fubtrahendus eft.* Cuius fequentia gloffemate videntur extenta, vt et Apicii illa, quae modo adfcripfimus. BARTH. Adu. 1, 14 p. 31. Illa quidem, quae vncinis includenda curauimus, aperte gloffema fapere nobis videbantur. Praecedentia fatis declarant, quid fibi velint verba, *vt iam exiguum fuperfit de coctura.*

20, 3 RESINAE TEREBINTHINAE) Sic Plin. 17, 19 *refina condire vina vulgare* effe ait *Italiae et finitimis prouinciis.* Vid. et c. 20. Martialis 3, 77 *Refinata bibis vina* etc. Tale vinum refina conditum pro refolutione ftomachi ordinat Celfus 4, 5. SCHOETTG.

20, 4 ET ADVRENTVR) vel faporem certe et acrimoniam illam amittent, propter quam adhibentur.

20, 5 COSTVM) Olim in excufis: *Crocum*, Mff. *cortum.* *Coftum* coniectura e veteribus veftigiis emendaui. VICTORIVS.

20, 5 LI-

cyperum, schoenum, quorum singulorum selibrae satisfacient: item myrrhae [u]
quincunx, calami pondo libram, casiae selibram, amomi pondo quadrans, croci
quincunx, cripae pampinaceae [x] libram. Haec, vt dixi, arida contusa et cribrata 6
debent adiici, et his commisceri rasis, quod est genus crudae picis: eaque quanto
est vetustior, tanto melior habetur. nam longo tempore durior facta; cum est con-
tusa, in puluerem redigitur, et his medicaminibus admiscetur. satis est autem prae-
dictis ponderibus sex libras eius misceri. Ex hac compositione, quantum in sexta-
rios musti quadragenos octonos adiiciendum sit incertum est, quoniam pro natura
vini aestimari [y] oportet, quod [z] satis sit: cauendumque est, ne conditus sapor in-
telligatur. nam ea res emptorem fugat. Ego tamen, si humida fuerit vindemia, 7
trientem; si sicca, quadrantem medicaminis in binas amphoras miscere solitus sum,
[ita, vt quatuor vrnarum esset musti modus: vrna autem quatuor et viginti sextario-
rum]. Nonnullos agricolas singulis amphoris quadrantem medicaminis indidisse
scio, sed hoc coactos fecisse propter nimiam infirmitatem vini eiusmodi, quod vix
triginta diebus integrum permanebat. Hoc tamen mustum, si sit lignorum copia, 8
satius est inferuefacere, et omnem spumam cum fecibus [a] expurgare: quo facto
decima pars decidet, sed reliqua perennis erit [b]. At si lignorum penuria est, mar-
moris, vel gypsi, quod flos appellatur, vncias singulas, item ad tertias decocti de-
fruti sextarios binos singulis amphoris miscere oportebit. Ea res etiamsi non in to-
tum perennat, certe vsque in alteram vindemiam plerumque vini saporem seruat.

XXI. MVSTVM quam dulcissimi saporis decoquatur [a] ad tertias, et decoctum, sicut supra dixi, defrutum vocatur. quod cum defrixit, transfertur in vasa, et reponitur, vt post annum sit in vsu. Potest tamen etiam post dies nouem, quam refrixerit, adiici in vinum: sed [b] melius est, si anno requieuerit. Eius defruti sextarius in duas vrnas musti adiicitur [c], si mustum ex vineis collinis est: sed si ex campestribus,

u) *murrham pondo cana P.* x) *pampinacae I. B. R.* y) *existimare I. B. R.* z) *quid Lips. I. B. R.* a) *faucibus I. B. R.* b) *est P.* [C. XXI.) Totum hoc caput om. *Lips.* a) *decoquetur I. B. R.* b) *et I. B. R.* c) *additur I. B. R.*

20, 5 LIBRAM – SELIBRAM) Nihil hic peccatum, quamquam nominatiuus requiri videatur, *libra selibra*, persuadet Io. Frid. Gronovius de Pec. Vet. 1, 6 p. 28. Simillimus enim locus Liu. 26, 47 *Paterae aureae fuerunt ducentae septuaginta sex, libras ferme omnes pondo.* Conf. Col. 12, 28, 1 *quae sit instar pondo quincuncem.* Praeclare igitur, vt caetera Cl. Morg. I, 69 cum quaerit potius, quam decernit.

20, 5 CRIPAE PAMPINACEAE) Hermol. Barbarus in *Coroll. sertae campanicae libram* emendauit; mirumque est, hanc castigationem, cum optima iudicetur, ab iis qui inferiore tempore Columellam ediderunt, non receptam, praesertim cum apud Cat. c. 107. non absimile exemplum extet: *Sapae,* inquit, *congios VI quam optimae infundito in abeneum, aut in plumbeum, et iris aridae contusae heminam, et sertam campanicam P. V.* De hac Sertula Campanica ita Plin. 21, 9 *Meliloton quod sertulam Campanam vocamus. Est enim in Campania Italiae laudatissima, Graecis in Sunio, mox Chalcidica et Cretica, vbicunque vero asperis et siluestribus nata. Coronas ex hac antiquitus factitatas indicio est nomen sertulae, quod occupauit. Odor eius croco vicinus, et flos, ipsae canae.* PONTED.

20, 6 RASIS QVOD EST GENVS) Non inuenio, qui praeterea hac voce vsus sit. Dicam, quid mihi in mentem venerit. Praecessisse aliquid puto de resinae guttis e terebintho, lentisco vel alia arbore *rasis:* accessisse deinde, qui vocem relictam *rasis* ex ratione negotii interpretari vellet.

20, 7 [ITA VT QVATVOR) Istane Columella? non puto. Quis enim tum proportiones illas ignorabat?

20, 8 DECIDET) Quidsi *decedet?*

21, 1 CVM DEFRIXIT) Vid. leg. *refrixit.* VRSIN.

2 pestribus, tres heminae adiiciuntur. Patimur autem, cum de lacu mustum subla-
tum est, biduo deferuescere, et purgari. tertio die defrutum adiicimus. deinde in-
terposito biduo, cum id mustum pariter cum defruto deferbuerit, purgatur, et ita
coadiicitur [d] in binas vrnas ligula cumulata, vel mensura semunciae [e] bene plenae [f]
salis cocti, et triti. Sal autem quam candidissimus coniicitur in vrceo fictili sine
pice: qui vrceus, cum recipit [g] salem, diligenter totus oblinitur luto paleato, et
ita igni admouetur, ac tamdiu iam [h] torretur, quamdiu strepitum edit. cum silere
3 coepit, finem habet cocturae. Praeterea foenum Graecum maceratur in vino ve-
tere per triduum: deinde eximitur, et in furno siccatur, vel in sole: idque cum est
aridum factum, molitur, et ex eo molito post salituram musti cochlear cumulatum,
vel simile genus poculi eius, quae est quarta pars cyathi, adiicitur in binas vrnas.
deinde cum iam perfecte mustum deferbuit et constitit, tantundem gypsi floris
miscemus, quantum salis adieceramus: atque ita postero die purgamus dolium, et
4 nutritum vinum operimus, atque oblinimus. Hac conditura Columella patruus
meus, illustris agricola, vti solitus est in iis fundis, in quibus palustres vineas ha-
bebat. sed idem, cum collina vina condiebat, aquam salsam decoctam ad tertias
pro sale adiiciebat. ea porro facit sine dubio maiorem mensuram, et odoris melio-
ris: sed periculum habet, ne vitietur vinum, si male cocta sit aqua. Sumitur au-
tem haec, vt iam dixeram, quam longissime a littore. nam liquidior et purior est,
5 quantum [i] altiori [k] mari [l] hausta est. Eam si quis (vt Columella faciebat) reponet,
post triennium in alia vasa eliquatam transfundat: deinde post alterum triennium
decoquat vsque ad partem tertiam: longe [m] meliorem habebit conditutam vini,
nec vllum periculum erit, ne vina vitientur. Satis est autem sextarios singulos ad-
iicere salsae, eosque in binas musti vrnas: quamuis multi etiam binos immisceant,
nonnulli etiam ternos sextarios: idque ego [n] facere non recusem, si genus vini tan-
6 tum [o] valeat, vt aquae salsae non intelligatur sapor. Itaque diligens pater familias
cum parauerit fundum, statim prima vindemia tres aut quatuor notas conditurae
totidem

d) *eo adiicitur I. B. R.* e) *semiunciae I. B. R.* f) *plane I. R. planae B.* g) *recepit* forte melius. h) *iam* abest *P.* i) *quam quae I. B. R.* k) *altiore P. alitore I. a littore B. R.* l) *maris I. B. R.* m) *longiorem I. B. R.* n) *ego* deest *I. B. R.* o) *iantum I. B. R.*

21, 3 QVI EST QVARTA PARS) Ita omnes editi, quotquot vidi: in Lips. vero hoc caput prorsus non extat. Fortassis exscriptores abbreuiationem τῦ *quod* [vel *quae*] ex incuria mutarunt in *qui*, id quod deinde ad alios quoque codices deriuatum est. SCHOETTG. Animaduersione dignum est relatiuum *qui*; neque enim aut cum *poculum* concordat, quod est generis neutrius, aut cum *pars*, quae est foeminei. Igitur rationem sui generis ducit a cyatho, quasi diceret, *qui est cyathus minor, continens quartam partem cyathi communis.* Nisi forte ita scripsit Columella, *qui est IIII. P. cyathus:* nam et in Sponii miscellaneis sect. IX. habetur mensura ita inscripta, *Cyathus P. III.* Ceterum multi sunt, qui in huiusmodi constructionibus putant relatiuum nomen neque numero, neque genere conuenire posse cum voce, quae praecedit, sed cum ea tantum, quae consequitur. At hic noster Columella lib. II. c. vlt. prope finem sic habet: *Semina omnia succo herbae, quae sedum appellatur, medicare.* Liuius lib. 8, c. 23. *Coloniam, quam Coloni eorum Fregellas appellant.* Varro R. R. lib. 2. c. 9. Collaria, quae vocatur Maelium FACCIOLA. Totum hoc comma mihi non placet, nec forte aliis attendentibus. Illud constat, *ligulam* vel *cochlear* esse quartam partem eius poculi, qui cyathus vocatur: eandem esse semunciam heminae, hoc est partem eius quartam et vicesimam.

21, 4 QVAM LONGISSIME A LITTORE) Plinius 14, 20 *Quin et marinam aquam eiusdem rei gratia ex alto peti iubent, seruarique ab aequinoctio verno, aut certe nocte, solstitio et Aquilone flante hauriri, vel, si circa vindemiam hauriatur, decoqui.* Adde Lindanum select. med. 10, 191. SCHOETTG.

totidem amphoris musti experietur, vt exploratum habeat quantum plurimum salsae vinum, quod fecerit, sine offensa gustus pati possit.

XXII. PICIS liquidae Nemeturicae metretam adde in labrum, aut in alveum, et in eodem infundito cineris lixiuiae congios duos, deinde permisceto spatha lignea. cum requieuerit, eliquato lixiuiam: deinde iterum tantundem lixiuiae addito, eodem pacto permisceto, et eliquato. tertio quoque idem facito. Cinis
autem odorem picis aufert, et eluit spurcitiam. Post eodem addito picis Brutiae; 2
si minus, alterius [a] quam purissimae quinque libras. Haec minute concidito, et admisceto pici Nemeturicae. tum aquae marinae quam vetustissimae, si [b] erit; si minus, ad tertiam partem recentis aquae marinae decoctae congios duos iniicito. Apertum labrum sinito in sole per Caniculae ortum, et [c] spatha [d] lignea permisceto quam saepissime, vsque eo, dum ea quae [e] addideris, in pice colliquescant, et
vnitas fiat. Noctibus autem labrum operire conueniet, ne irroretur. Deinde cum 3
aqua marina, quam addideris, sole consumpta videbitur, sub tectum vas totum ferre curabis. Huius autem [f] medicaminis quidam pondo quadrantem in sextarios XLVIII miscere soliti sunt, et hac conditura contenti esse. alii cyathos tres eius medicamenti adiiciunt in totidem sextarios, quot supra diximus.

XXIII. PIX corticata [a] appellatur, qua vtuntur ad condituras Allobroges. Ea sic conficitur, vt dura sit, et quanto facta est vetustior, eo melior in vsu est. nam omni lentore misso facilius in puluerem resoluitur, atque cribratur. Hanc ergo conteri et cribrari oportet: deinde cum bis mustum deferbuerit, quod plerumque
est intra quartum diem, quam de lacu sublatum, diligenter manibus expurgatur. et 2
tunc demum praedictae picis sextans, et semuncia [b], in sextarios quinque et quinquaginta adiicitur, et rutabulo ligneo permiscetur [c], nec postea tangitur, dum conferuescat [d]: quod tamen non amplius diebus quatuordecim a conditura patiendum est. nam oportebit post hunc numerum dierum confestim vinum emundare, et siquid fecis aut labris vasorum aut lateribus [e] inhaesit, eradi, ac suffricari, et protinus
operculis impositis oblini. At si ex eadem pice totam vindemiam condire volueris, 3
ita ne gustus picati vini possit intelligi, sat erit eidem picis [f] sex scripula in sextarios quinque et quadraginta tum demum miscere, cum mustum deferbuerit, et feces expur.

[C. XXII.] a) *bratte* interser. *P.* b) *sic P.* c) *et* abest *I. B. R.* d) *sphatha P.* e) *quae ea I. B. R.* f) *autem* desic. *P.* [C. XXIII.] a) *cortica I. B. R.* quod ipsum in margine Bon. et Reg. *corticata* scribitur. b) *semiuncia I. B. R.* c) *promiscetur I. B. R.* d) *inferuescat I. B. R.* e) *latebris L.* f) *pici I. B. R.*

22, 1 IN EODEM INFVNDITO) Quidsi omisso *in* legamus *eodem*? Sed neque insolens est, ablatiuum casum in talibus adhibere.

23, 1 PIX CORTICATA) Nescio, an quisquam interpretatus sit hoc nomen, neque adeo, an alio in loco occurrat. Forte cognata est *corticea cera et arenosa* Plinii 11, 21 f. 24 ex emendatione quidem Harduini; itemque *thus corticosum* apud eundem 12, 14, 32. In his omnibus videtur signari natura, quae cum alioquin glutine suo cohaereat, friabilis et pluribus quasi squamis, corticis instar constans.

23, 1 QVA VTVNTVR) Plutarchus Symp. lib. 5. picati vini mentionem facit, et in magno honore Romae habitum refert cap. 3 Καὶ τῶν Ἰταλικῶν οἱ περὶ τὸν Πάδον οἰκοῦντες ἐκ δὲ τῆς περὶ Βίενναν Γαλατίας ὁ πισσίτης οἶνος καταχομίζεται, διαφερόντως τιμώμενος ὑπὸ Ῥωμαίων. VICTOR.

23, 2 QVINQVE ET QVINQVAGINTA) Numerus inconcinnus: Quidsi *duodequinquaginta* scripsit Columella, vt 22, 3 it. 24, 3 etc. qui est ipse modus amphorae. Similiter forte peccatum est paullo post in *quinque* et *quadraginta*. Pro U I I I legit aliquis I I I I I, vt supra pro II *de quinquaginta* legit *u* & *q*.

24, 2 ET

purgatae fuerint [g]. Oportebit autem salis decocti contritique semunciam [h] in eundem modum musti adiicere. Nec solum huic notae vini sal adhibendus est, verum, si fieri possit, in omnibus regionibus omne genus vindemiae hoc ipso pondere saliendum est: nam ea res mucorem vino inesse non patitur.

XXIV. PIX Nemeturica in Liguria conficitur. ea deinde vt fiat condituris idonea, aqua marina quam longissime a littore de pelago sumenda est, atque [a] in dimidiam partem decoquenda: quae cum in tantum refrixerit, quantum ne contacta corpus vrat, partem aliquam eius, quae satis videbitur, praedictae pici immiscemus [b], et diligenter lignea spatha, vel etiam manu peragitabimus, vt si quid inest
2 vitii eluatur. deinde patiemur picem considere, et cum siderit [c], aquam eliquabimus: postea bis, aut ter ex reliqua parte aquae decoctae tamdiu lauabimus [d], et subigemus eam, donec rutila fiat: tum eliquatam in sole quatuordecim diebus patiemur esse, vt quisquis ex aqua humor remansit, assiccetur. noctibus autem vas tegendum
3 erit, ne irroretur. Cum hoc modo picem praeparauerimus, et vina, cum iam bis deferbuerint, condire voluerimus, in musti sextarios octo et quadraginta, cyathos duos picis praedictae sic adiiciemus. Ex ea mensura, quam condituri sumus, sextarios duos musti sumere oportebit, deinde ex his sextariis in picis sextantem paulatim mustum infundere, et manu tanquam mulsum subigere, quo facilius coëat. Sed vbi toti duo sextarii cum pice coierint, et quasi vnitatem fecerint, tum eosdem
4 in id [e] vas, vnde sumpseramus, perfundere, et vt permisceatur medicamen, rutabulo ligneo peragitare conueniet.

XXV. QVONIAM quidam, immo etiam [a] fere omnes Graeci, aqua salsa vel muria [b] mustum condiunt, eam quoque partem curae non omittendam putaui. In mediterraneo, quo non est facilis aquae marinae inuectio, sic erit ad condituras
2 conficienda muria. Huic rei vel [c] maxime est idonea caelestis aqua; si minus, ex fonte liquidissimo profluens. harum ergo alterutram curabis quam plurimam [d], et quam optimis vasis conditam ante quinquennium in sole ponere: deinde cum computruerit [e], tamdiu pati, donec ad pristinum modum perueniat. quod cum factum fuerit, alia vasa habeto, et in ea sensim aquam eliquato, donec ad fecem peruenias.
3 semper enim in requieta aqua crassamen aliquod in imo reperitur. Sic curata cum fuerit, in modum defruti ad tertias decoquenda est. Adiiciuntur autem in aquae dulcis sextarios quinquaginta, salis sextarius, et mellis optimi vnus sextarius. haec pariter

g) *fuerint, oportebit, atque* alii praet. *I. B. R.* h) *semiunciam I. B. R.* [C. XXIV.] a) *quae I. B. R.* b) *immiscebimus* coni. *Morg. I, 70.* c) *sederit I. B. R.* d) *laudabimus et subigebimus Pol.* e) *duas, vnde I. B. R.* [C. XXV.] a) *enim I. B. R.* b) *marina Lips. I. B. R.* c) *vel* deest *I. B. R.* d) *quamplurimum I. B. R.* e) *putruerit B. R.*

24, 2 ET CVM SIDERIT) Videtur legendum *et cum consideris* VRSIN. Heinsius ad Virg. Ecl. 7, 1 coniicit: *cum siderit, aqua eliquabimus.* Sed v. mox 12, 25, 2.

24, 3 TANQVAM MVLSVM) Legendum: *massam.* nam *mulsum* manifestum est erratum. VRSIN. Minime vero, *ὦ 'γαθέ.* Quis enim *massam* dixerit, cum *duo cyathi* picis liquidae, h. e. sextans vnius sextarii, cum duobus sextariis vini permiscentur. *Mulso* id potius est simile, vbi *Attica nectareum turbatis mella Falernum,* (Mart. 13, 108) vel *mulsae,* vbi mel aquae miscetur. Vid. supra 12, 12.

25, 1 AQVAE MARINAE) Hac enim in primis vtuntur Graeci. Rationem reddere conatur Plutarchus, in Causis Phys. *διὰ τί τῷ οἴνῳ θάλατταν παραχέουσι;* quam bonam, ipse viderit.

25, 3 TAN-

pariter decoqui, et omnem spurcitiam expurgari oportet. deinde cum refrixerit,
tum quantumcunque humoris est, tantum in amphoram [f] musti portionem adiici.
Quod si ager maritimus est, silentibus ventis de alto quam quietissimo mari sumen- 4
da est aqua, et in tertiam partem decoquenda, adiectis, si videbitur, aliquibus aro-
matis ex iis quae supra retuli, vt sit odoratior vini curatio. Mustum autem ante-
quam de lacu tollas, vasa rore marino, vel lauro, vel myrto suffumigato [g], et large
repleto, vt in efferuescendo vinum se bene purget. postea vasa nucibus pineis suffri- 5
cato. Quod vinum volueris dulcius esse, postero die; quod austerius, quinto die
quam sustuleris, condire oportebit, et ita supplere, et oblinire vasa. Nonnulli
etiam suffumigatis seriis prius condituram addunt, et ita mustum infundunt.

XXVI. IN quo agro vinum acescere solet, curandum est, vt cum vuam le-
geris et calcaueris, prius quam vinacea torculis exprimantur, mustum in corbem
defundas [a], et aquae dulcis puteanae ex eodem agro partem decimam adiicias, et
coquas, donec ea aqua, quam adieceris, decocta sit. Postea cum refrixerit, in vasa
defundas [a], et operias, et oblinas [b]: ita diutius durabit, et detrimenti nihil fiet.
Melius est, si veterem seruatam compluribus annis aquam addideris, longeque me- 2
lius si aquae nihil addideris, et decimam musti decoxeris, frigidumque in vas trans-
tuleris [c], et si in sextarios VII [d] musti heminam gypsi miscueris, posteaquam de-
coctum refrixerit [e]. Reliquum mustum, quod in [f] vinaceis fuerit expressum, primo
quoque tempore absumito, aut aere commutato.

XXVII. VINVM dulce sic facere oportet. Vuas legito, in sole per triduum expandito, quarto die meridiano tempore calidas vuas proculcato, mustum lixiuum [a], hoc est, antequam prelo pressum sit, quod in lacum musti fluxerit tollito: cum deferbuerit, in sextarios quinquaginta irim bene pinsitam nec plus vnciae pondere addito, vinum a fecibus eliquatum diffundito. hoc vinum erit suaue, firmum, corpori [b] salubre.

XXVIII. ALIA [a] medicaminum genera vini condituris et firmitati aptissima sic facito. Irim quam candidissimam pinsito, foenum Graecum vetere vino macerato: deinde in sole exponito, aut in furno, vt siccescat: tum commolito minutissime. item odoramenta trita, id est, irim cribratam, quae sit instar pondo quincuncem [b], et trientem, foeni Graeci pondo quincuncem et trientem, schoeni pondo

f) *amphora B. R.* g) *suffimigato R.* [C. XXVI.] a) *diffundas I. B. R.* b) *obliniat I. B. R.* c) *transfuderis L.* d) *vel I. B. R.* e) *refrixeris I. B. R.* f) *è Iuntt.* [C. XXVII.] a) *lixiuium I. B. R.* b) *corporali salubres P.* [C. XXVIII.] a) *Alia medicaminum - - - sic facito*, deficiunt *I. B. R.* b) *quinque L. I. B. R.*

25, 3 TANTVM IN AMPHORAM) Videtur legendum *tantam*, vt ad *portionem* referatur. (vid. Morg. I, 71.) Sed videtur etiam supra 6, 5, 3 abusus esse voce *tantum* velut indeclinabili.

25, 4 SILENTIBVS VENTIS) Ne turbida sit aqua nimirum.

26, 2 HEMINAM GYPSI) Quo hodieque vtuntur mangones ad acorem vini vel cereuisiae absorbendum. Nescio quam salubriter.

27 MVSTVM LIXIVVM) Vid. Geop. 6, 16. SCHOETTG. Πρότροπον vocat Caelius Aurel. tard. pass. 2, 7 p. 382 et 5, 10 p. 593 edit. Amst. Plura dabit Philander ad Vitruu. 8, 4. Add. Lindan. Sel. med. 10, 108 vbi dotes huius vini dulcis explicat, et 10, 220 sq. vbi de eliquatione.

28, 1 QVAE SIT INSTAR PONDO QVINCVNCEM) Vid. quae diximus ad 12, 20, 5.

pondo quincuncem in vnum permiſceto: tum in ferias ſingulas [c] quae ſint ampho-
2 rarum [d] ſeptenum, addito medicaminis pondo vnciam, et [e] ſcripula octo: gypſi,
cum ex locis paluſtribus muſtum erit, in ſingulas ternas heminas; cum de nouellis
vineis erit, ſextarium; cum de veteribus et locis ſiccis, heminas ſingulas adiicito.
Tertio die quam calcaueris, condituram infundito, ſed antequam condias, muſti
aliquantum in feriam de feria transferto, ne in condiendo cum medicamento effer-
3 veſcat, et fluat. Sic [f] autem curatum [g] gypſum, et medicamentum, in labello
permiſceto, quantum feriis ſingulis fuerit neceſſarium, idque [h] medicamentum
muſto diluito, et ipſa ad ferias addito, et permiſceto: cum deferbuerit [i], ſtatim re-
pleto, et oblinito. Omne vinum cum condieris, nolito ſtatim diffundere, ſed ſinito
in doliis quieſcere [k]: poſtea cum de doliis aut de feriis diffundere voles, vere, flo-
rente roſa, defecatum quam limpidiſſimum [l] in vaſa bene picata et pura transferto.
4 ſi in vetuſtatem ſeruare voles [m], in cado duarum vrnarum quam optimi vini ſexta-
rium, aut fecis generoſae recentis ſextarios tres addito: aut ſi vaſa recentia, ex qui-
bus vinum exemptum ſit, habebis, in ea confundito. Si horum quid feceris, multo
melius et firmius erit vinum. etiam ſi bonos odores addideris, omnem malum odo-
rem et ſaporem prohibueris: nam nulla res alienum odorem celerius ad ſe ducit,
quam vinum.

XXIX. MVSTVM vt ſemper dulce tanquam recens permaneat, ſic facito. Antequam prelo vinacea ſubiiciantur, de lacu quam recentiſſimum addito muſtum in amphoram nouam, eamque oblinito, et impicato diligenter, ne quidquam aquae introire poſſit: tunc in piſcinam frigidae et dulcis aquae totam amphoram mergito, ita nequa pars extet: deinde poſt dies XL eximito, ſic vſque in annum dulce permanebit.

XXX. AB eo tempore quo primum dolia operculaueris, vſque ad Aequino-
ctium vernum ſemel in diebus XXXVI vinum curare ſatis eſt, poſt Aequinoctium
vernum bis, aut ſi vinum florere incipiet, ſaepius curare oportebit: ne flos eius
peſſum eat, et ſaporem vitiet. Quanto maior aeſtus erit, eo ſaepius conuenit vi-
num nutriri refrigerarique, et ventilari: nam quamdiu bene frigidum erit, tamdiu
2 recte manebit. Labra vel fauces doliorum ſemper ſuffricari nucibus pineis oporte-
bit, quoties vinum curabitur. Siqua vina erunt duriora, aut minus bona, quod
agri vitio, aut tempeſtate ſit factum, ſumito fecem vini boni, et panes facito, et in
ſole arefacito et coquito in igne: poſtea terito, et pondo quadrantem amphoris ſin-
gulis infricato [a], et oblinito, bonum [b] fiet.

XXXI. SI quod animal in muſtum ceciderit, et interierit, vti [a] ſerpens, aut mus, forexue [b], ne mali odoris vinum faciat, ita vt repertum corpus fuerit, id igne adolea-

c) *ſingulis B. R.* d) *ampborum I. B. R.* e) *et* deeſt *I. B. R.* f) *Sit I. B. R.* g) *curatio I. B. R.* h) *et id ipſum lunt.* i) *deferuerit I. B. R.* k) *liqueſcere L. I. B. R.* l) *quamliquidiſſimum I. B. R.* m) *nolet I. B. R. volet P.* In Capite *XXVIIII* nihil diuerſitatis eſt. [C. XXX.] a) *infriato* coni. Vrſin. b) *vinum* add. *I. B. R.* [C. XXXI.] a) *vti* deeſt *I. B. R.* b) *in muſtum ceciderit* repet. *P.*

28, 2 GYPSI, CVM) Ita diſtinguendum hunc locum docuit VRSIN. Ante interpunctum erat poſt *gypſi.*

28, 2 ET FLVAT) h. e. *effluat.* Forte etiam ita legendum, prima ſyllaba ab *et* hauſta.

28, 4 ALIENVM ODOREM) Plin. 14, 21 ait *ea vina, quae celeriter odorem alienum ad ſe trahunt, non eſſe diuturna. Nam ſi odor vino inimicus eſt, ipſum etiam vinum corrumpitur.* Adde Lindanum ſelect. med. 10, 184. SCHOETTG.

33 Vid.

adoleatur, cinisque eius in vas, quo deciderat [c], frigidus infundatur, atque rutabulo ligneo permifceatur: ea res erit remedio.

XXXII. VINVM marrubii [a] multi vtile putant ad omnia inteftina vitia, et maxime ad tuffim. Cum vindemiam facies, marrubii [b] caules teneros, maxime de locis incultis et macris legito, eosque in fole ficcato: deinde fafciculos facito, et tomice [c] palmea aut iuncea ligato, et in feriam mittito, ita vt vinculum extet: in mufti dulcis fext. CC [d], marrubii libras VIII adiicito, vt fimul cum mufto defervefcat: poftea eximito marrubium, et purgatum vinum [e] diligenter oblinito.

XXXIII. VINVM fcilliten [a] ad [b] concoquendum [c], et ad corpus reficien-
dum, itemque [d] ad veterem tuffim, et ad ftomachum hoc modo condire oportet.
Primum ante dies quadraginta quam vinum voles vindemiare, fcillam legito, eam-
que fecato quam tenuiffime, ficut raphani radicem, taleolasque fectas fufpende in
vmbra, vt adficcentur: deinde cum aridae erunt, in mufti Aminei fextarios XLVIII,
fcillae aridae adde pondo libram, eamque ineffe patere diebus XXX, poftea eximi-
to, et defecatum vinum in amphoras binas [e] adiicito. Alii fcribunt in mufti fexta- 2
rios XLVIII [f], fcillae aridae pondo libram, et quadrantem adiici oportere: quod
et ipfum non improbo [g].

XXXIV. HOC ipfum fcillae pondus, quod fupra dixi [a], in aceti duas vrnas adiiciunt, et per XL dies ineffe patiuntur [b], qui [c] fcilliticum acetum facere volunt [decem bambatae]. In tres amphoras mufti mittis [d] aceti acris congium, aut duplum,

c) *ceciderat I. B. R.* [C. XXXII.] a) *marruuii P.* Sic per totum caput. b) *in arrubii In.* c) *coniite I. B. R.* d) *III P. tres L.* e) *vimina L.* [C. XXXIII.] a) *filicem L.* b) *ad* deeft *I. B. R.* c) *coquendum I. B. R. conquoquendum I. I. H. A.* d) *item I. B. R.* e) *bonas I. B. R.* f) *quadraginta nouem I. B. R.* g) *probo. Hoc Lipf. I. B. R. improbo. alii hoc* rel. Noui capitis initium nobifcum facit Lipf. caeteri a verbis *qui fcilliticum acetum.* [C. XXXIV.] a) *dixi* om. *I. B. R.* b) *patiemur P.* c) *autem* inf. *Iunt.* d) *mitis* omn. *pp. acri Lipf.*

33 Vid. Pall. Iul. 6.

33 AMPHORAS BINAS) Cur hoc? amphora vna habet fextarios XLVIII. An verior eft antiqua lectio *bonas?* Nifi tamen hoc vult amphora vna vini ita medicati poffe deinde binas alias condiri.

34 HOC IPSVM SCILLAE PONDVS) Apertum eft hic incipere agere autorem de aceto fcillitico. Itaque fine fraude erit nouum caput hic incepiffe, cui alias initium dant illa verba: *qui fcilliticum acetum facere volunt.* Diu ifta fcripferam, cum Codicis Lipfienfis facta mihi copia, video aperte ita diuifa effe capita. Operae pretium etiam fuerit, comparare Cl. Morgagnii cogitata Ep. IV, 1. quae tantum abeft vt ea quae hic traduntur euertant, quamquam diverfa effe videntur, vt potius mirifice confirment. Video etiam Conr. Rittershufio diuifionem, quam pofuimus, placuiffe. Qui etiam lemmatis loco apponi voluit *de embammate*, et Turnebum laudat, quem mox citabimus, atque Mercur. Var. 1, 14.

34 DECEM BAMBATAE) Lego *bambatas*, vel *bammatas*, h. e. fcillas decem liquefactas, redactasque ad intinctum, vel falturam, quod Graeca voce dicitur *βάμμα*. BEROALDVS. Hoc nomine intelliguntur fcillae, quae aliquo intinctu conditae funt. Romani autem, cum Syracufanorum fermone hac in re, vt et in multis aliis vterentur, potius *bambatas*, quam *bammatas* nominant, quod Siculi *βάμβα* pro *βάμμα* dicere folerent. TVRNEBVS 17, 13. Videtur legendum: *De embammate in tres amphoras mufti mittis* etc. nam fequitur, *decoquis.* Infra cap. 55 *Hoc finapi ad embammata non folum idoneo* etc. VRSIN. Turnebum iuuare poteft, quod Salmafius ad Tertullianum de pallio c. 1. p. 123 obferuat μ et β apud Graecos in Mff. faepe alternare: nec non c. 3 p. 226 vbi *bambatas* Columellae *fcillas* laudat. Idem tamen ad Solinum c. 27 p. 265 F. Vrfinum fequitur, et locum fic emendat: *Qui fcilliticum acetum facere volunt ad embammata. In tres amphoras mufti mittis aceti acris congium.* SCHOETTG. Vix dubito, quin ita legendum fit, vt velle Salmafium vidimus. Embammatis certe loco fuiffe id acetum,

plum, si non est acre, et in ollam, quae fert amphoras tres, decoquis ad palmum, id est, ad quartas: aut si non [e] dulce mustum, ad tertias [f]: dispumetur. sed mustum desub massa [g] et limpidum sit.

XXXV. VINVM absinthiten [a], et hyssopiten, et abrotoniten [b], et thymiten, et marathriten [c], et glechoniten [d] sic condire oportet. Pontici absinthii pondo libram cum musti sextar. IIII decoque vsque ad quartas [e]: reliquum quod erit, id [f] frigidum adde in musti Aminei vrnam. idem ex reliquis [rebus [g]] quae suprascripta [h] sunt, facito. Possunt etiam puleii aridi tres librae cum congio musti ad tertias [i] decoqui, et cum refrixerit liquor, exempto puleio in vrnam musti adiici: idque mox tussientibus per hiemem recte datur [k]: vocaturque vini nota glechonites [l].

XXXVI. MVSTVM tortiuum est, quod post primam pressuram vinaceorum circumciso pede exprimitur. id mustum coniicies in amphoram nouam, et implebis ad summum. tum adiicies ramulos rorismarini aridi lino colligatos, et [a] patieris vna deferuescere per dies septem: deinde eximes ramulorum fasciculum, et purgatum diligenter

e) *est* add. *P.* f) *ternas despumatur I. B. R.* def. *I. I. H. A. Gr. G. St.* g) *de submasse* diu. *I. I. H. A. G. de sub massa* bis diu. *Lips. I. B. R. de summo Morg. IV*, 3. [C. XXXV.] a) *abscynthiten R. absyathiten I. B. I. I. H. A. Gr. G. St.* b) *abroniten Gy.* c) *marathiten I. B. R. maratriten I. I. H. A. Gr. G. St.* d) *glycorizen I. B. R. glyciriziten I. I. H. A. Gr. G. St. gleconiten Lips.* e) *quartam L. I. B. R.* f) *id* abest *I. B. R.* g) [*rebus*] deest *I. B. R.* h) *suprascriptae Iunt.* i) *ternas I. B. R.* k) *detur Hern.* l) *glicorizes I. B. R. gleconixes Lips.* [C. XXXVI.] a) *Sed I. B. R.*

tum, docet Plinius 30, 6 s. 17 vbi *erranti* (ac proinde in cibo, vbi medicamentum non suspicatur) *dari* docet *duûm dierum catuli lienem ex aceto scillitico.* *Embammatis* etiam vocem non in lemmate modo recentioris hominis fuisse, sed ab ipso Columella profectam, tum locus 12, 55, 2 declarat, tum quod indoctis librariis ea in mentem venisse non videtur, nisi adhibita in ipso loco esset.

34 MITTIS ACETI ACRIS CONGIVM) Ita legendum iam vidit laudatus modo Salmasius.

34 QVAE FERT AMPHORAS TRES) *quatuor* legendum. VRSIN.

34 AD QVARTAS) Non, vt alias, vt relinquatur quarta pars, sed donec eadem pereat; ita statim *ad tertias.*

34 SED MVSTVM DESVB MASSA) Forsasse legendum: *Sed mustum de bumasto, et passum ex ea fit.* Nam certe, vt nunc legitur, locus est mendosus. VRSIN. Legendum crediderim, *sed mustum despuma, vt limpidum fit.* Nam *de sub massa* monstrum est in vltimas terras deportandum. TVRN. 17, 13. Non diffiteor, me in eadem fuisse sententia etiam ante aliquanto, quam Turnebi animaduersionem cognouissem. Sed traduxit me in cautiorem, si non meliorem sententiam geminus de re eadem fere locus Palladii Oct. 21 vbi mentio est *musti de sub pedibus rapti.* Mustum *de sub pedibus raptum* idem esse puto, quod *desub massa*, vtrumque medium inter *lixiuum* et inter *tortiuum*, quorum illud sponte ante pressuram fluit, *hoc post primam pressuram circumciso pede exprimitur.* *Massam* dici commode, qui alias *pes* est, vel vsus auctorum nostrorum in *ficubus* similibusque ostendit. Compositionem praepositionum *desub* non esse indignam aeuo Columellae, Florus ostendit 2, 3, 2 *desub ipsis faucibus Italiae.* Taceo agrimensores veteres, quorum pluscula id genus suppeditat in Indice Goesius. Maneat igitur, per nos quidem, quibus audacibus esse non licet, recepta adhuc lectio. Sed nec inuidemus lectoribus nostris, quae contra hanc ipsam rationem disputat Cl. Morg. IV, 3.

35 ET GLECHONITEN) Olim excusi, *Glyciriziten* deprauate: veteres libri hic, vt in extremo capite, *glechoniten* recte habebant. VICT. Est ex pulegio, quod Graeci γλήχωνα vocant. Vide Geoponicos 8, 7 SCHOETTG. Equidem nihil mutassem. De glechonite enim separatim mox praecipit.

35 VSQVE AD QVARTAS) Intelligo, vt superiori capite, vsque dum quarta pars consumta sit.

35 EX RELIQVIS [REBVS] QVAE SVPRA SCRIPTA SVNT) Non damno vocem *rebus*; ne inclusissem quidem, nisi ita in Commeliniana inuenissem, et abesse viderem a primis editionibus. *Res* ad neutrum relata a Varrone et Cicerone, quod Index noster docet.

36 CIRCVMCISO PEDE) Vid. 12, 43, 10 et conf. Lindan. Sel. med. 10, 192.

36 GYPSA-

diligenter vinum gypſabis. Sat erit autem roriſmarini ſeſquilibram in duas vrnas muſti adiicere. Hoc vino poſt duos menſes poſſis pro remedio vti.

XXXVII. VVAS praecoquas [a] quam maturiſſimas legito, easque per triduum in ſole ſiccato, quarto die calcato, et muſtum quod nihil habeat ex tortiuo, coniicito in ſeriam, diligenterque curato, vt cum deferbuerit, feces expurgentur: deinde quinto die cum purgaueris muſtum, ſalis cocti et cribrati duos ſextarios, vel, quod eſt minimum, adiicito vnum ſextarium in ſextarios muſti XLIX. Quidam etiam defruti ſextarium miſcent: nonnulli etiam duos [b] adiiciunt, ſi exiſtimant vini notam parum eſſe firmam.

XXXVIII. VINVM myrtiten ad tormina, et ad alui proluuiem, et ad im-
becillum ſtomachum ſic facito [a]. Duo ſunt genera myrti, quorum alterum eſt ni-
grum, alterum album. Nigri generis baccae, cum ſunt maturae leguntur, et ſe-
mina earum eximuntur, atque ipſae ſine ſeminibus in ſole ſiccantur, et in fictili
fidelia ſicco loco reponuntur. deinde per vindemiam ex vetere arbuſto, vel ſi id 2
non eſt, ex vetuſtiſſimis vineis Amineae bene maturae vuae ſole calido leguntur, et
ex his muſtum adiicitur in ſeriam, et ſtatim primo die antequam id ferueat, bac-
cae myrti, quae fuerant repoſitae, diligenter conteruntur, et totidem earum li-
brae contuſarum appenduntur [b], quot amphorae condiri debent: tum exiguum
muſti ſumitur ex ea ſeria quam medicaturi ſumus, et tanquam farina conſpergi-
tur, quidquid contuſum et appenſum eſt. poſt haec [c] complures ex ea maſſulae
fiunt, et ita per latera ſeriae in muſtum demittuntur, ne altera offa ſuper alteram
perueniat [d]. Cum deinde bis muſtum deferbuerit, et bis curatum eſt [e], rurſus eo- 3
dem modo, et tantundem ponderis baccae, ſicut ſupra dixi, contunditur: nec
iam vt prius maſſulae fiunt, ſed in labello muſtum de eadem ſeria ſumitur, prae-
dicto ponderi permiſcetur, ſic vt ſit inſtar iuris craſſi: quod cum eſt permiſtum,
in eandem ſeriam confunditur, et rutabulo ligneo peragitatur. deinde poſt nonum 4
diem quam id factum eſt, vinum purgatur, et ſcopulis [f] aridae myrti ſeria ſuffria-
tur [g], operculumque ſuperimponitur [h]; ne quid eo decidat. Hoc facto, poſt
ſeptimum diem rurſus vinum purgatur, et in amphoras bene picatas, et bene oli-
das diffunditur: ſed curandum eſt, vt cum diffundis, liquidum et ſine fece diffun-
das. Vinum [i] aliud myrtiten, ſic temperato: Mel Atticum ter inferuere [k] facito, 5
et

[C. XXXVII.] a) *praecoques P. R. praecoces I. B.* b) *duas I. B. R.* [C. XXXVIII.] a) *facias I. B. R.* b) *appetuntur I. B. R.* c) *hoc I. B. R.* d) *prouenint B. R. prouenient Ie. preueniant P.* e) *et* inſ. *I. B. R.* f) *ſcrupulis L. I. B. R. ſcropolis P.* g) *ſuffricatur Lipſ.* et coni. Vrſin. h) *ſuperponitur P.* i) *Vinum - - - - temperato.* deſunt *I. B. R.* *Aliter. Mel etc. P.* k) *inferbuere I. B. R.*

36 GYPSABIS) i. e. lagoenas vel dolia vini, vt infra c. 41. Moris enim erat, vt vaſa gypſo picarentur, quod iam adſuit. Vide praeterea Didymum Geop. 6, 18 et Interpp. Petronii ad c. 34. SCHOETTG.

37 Quae verba lemmatis inſtar huic capiti praepoſita fuere, *Vinum ſimile Graeco facere*, ea ab auctore profecta arbitror, qui ſaepius ita inchoauit capita, vt ſimul argumentum indicaret.

37 XLIX) Quidni XLIIX qui eſt ipſe modus amphorae? Error quidem facilis.

38, 1 VINVM MYRTITEN) *Myrtites* videtur legendum. VRSIN. Sed non valde opus videtur, cum Graeca vox ad οἶνον reſpiciat.

38, 4 BENE OLIDAS) *ſolidas* vult VRSIN. Sed vide ſis, quae diximus ad 12, 17, 1 Aut certe ibi quoque *ſolida* eſt legendum. Par enim vtriusque loci eſt ratio.

38, 5 BACCAS ALBI GENERIS) Plin. 15, 29 *Poſtea compertum, et ex alba* (myrto) *vinum fieri album duobus ſextariis myrti tuſae in vini tribus heminis maceratae expreſſaeque.* SCHOETTG.

 38, 6 FIS-

et toties [l] difpumato: vel fi Atticum non habueris, quam optimum mel eligito,
et quater vel quinquies difpumato [m]. nam quanto eft deterius, tanto plus habet
fpurcitiae: cum deinde mel refrixerit, baccas albi generis myrti quam maturiffi-
6 mas legito, et perfriato [n], ita ne interiora femina conteras. mox fifcello [o] ligneo
inclufas exprimito, fuccumque earum qui fit fextariorum fex, cum mellis decocti [p]
fextario [q] immifceto [r], et in lagunculam diffufum oblinito. fed hoc menfe Decem-
bri fieri debebit, quo fere tempore [s] matura funt myrti femina: cuftodiendum-
que erit, vt ante quam baccae legantur, fi fieri poteft, feptem diebus; fin autem,
ne minus triduum ferenum fuerit, aut certe non pluerit, et ne rorulentae legan-
7 tur cauendum. Multi nigram, vel albam myrti baccam, cum iam maturuit, diftrin-
gunt, et duabus horis eam cum paululum in vmbra expofitam ficcauerunt, perte-
runt ita, vt quantum fieri poteft, interiora femina integra permaneant. tum per
lineum fifcum, quod pertriuerant, exprimunt, et per colum iunceum liquatum
fuccum lagunculis bene picatis condunt, neque melle, neque alia re vlla immifta.
Hic liquor non tam eft durabilis, fed quamdiu fine noxa manet, vtilior eft ad va-
8 letudinem [t] quam alterius myrteae [u] notae compofitio. Sunt qui hunc ipfum ex-
preffum fuccum, fit fit eius copiofior facultas, in tertiam partem decoquant, et
refrigeratum picatis lagunculis condant [x]. fic confectum diutius permanet: fed
quod non decoxeris, poterit innoxium durare biennio, fi modo munde et diligen-
ter id feceris.

XXXIX. PASSVM optimum fic fieri Mago praecipit, vt et ipfe feci. Vuam
praecoquam [a] bene maturam legere, acina arida aut vitiofa reiicere: furcas, vel
palos, qui cannas fuftineant, inter quaternos pedes figere, et perticis iugare: tum
infuper cannas ponere, et in fole pandere vuas, et noctibus tegere, ne irrorentur:
cum deinde exaruerint, acina decerpere, et in dolium, aut in feriam coniicere,
eodem muftum quam optimum, fic vt grana fubmerfa fint, adiicere: vbi combi-
berint vuae, feque impleuerint, fexto die in fifcellam conferre, et prelo premere,
2 paffumque tollere: poftea vinaceos calcare adiecto recentiffimo mufto, quod ex
aliis vuis factum fuerit, quas per triduum infolaueris: tum permifcere, et fubactam
brifam prelo fubiicere, paffumque fecundarium ftatim vafis oblinitis [b] includere, ne
fiat aufterius: deinde poft viginti vel triginta dies, cum deferbuerit, in alia vafa
3 deliquare, et confeftim opercula gypfare, et pelliculare. — Paffum [c] fi ex vua
Apiana facere volueris, vuam Apianam [d] integram legito, acina corrupta purgato,
et fecernito, poftea in perticis fufpendito. perticae vti femper in fole fint facito.
vbi fatis corrugata erunt acina demito, et fine fcopionibus [e] in dolium coniicito,
pedibusque bene calcato. vbi vnum tabulatum feceris, vinum vetus confpergito,
poftea

l) *totiens defpumato I. B. R.* m) *defpumato B. R.* n) *perfricato P.* o) *fifcella lignea L.* p) *decocto I. B. R.* q) *feftarium P.* r) *mifcetur I. B. R. inmifcetur P.* s) *tempore* deeft *P.* t) *valitudinem I. B. R.* u) *myrtei I. B. R.* x) *condunt L. I. B. R.* [C. XXXIX.] a) *praecoquem* ante Steph. omnes. b) *oblitis Sangerman.* ap. *Burm.* ad *Quinctil.* decl. 13, 5 *p.* 277. c) *Paffum - - - volueris* defunt *I. B. R.* d) *appianam Bon.* e) *fcipionibus* omnes.

38, 6 FISCELLO) Barthius 36, 23 miratur quafi, hanc terminationem etiam in vfu effe, et ad folam hanc noftri auctoritatem prouocat. Sed Lipf. legit *fifcella lignea*, quae alias vfu recepta eft terminatio. SCHOETTG.

39, 3 SINE SCOPIONIBVS) Obfecuti fumus VRSINO, qui ita legere nos iuffit, et viris doctis, quos laudamus ad Col. 11, 3, 46.

40 LORA

postea alterum supercalcato, et [f] item vinum conspergito. eodem modo tertium
calcato, et infuso vino ita superponito [g], vt [h] supernatet, et finito dies quinque:
postea pedibus proculcato, et in fiscina noua vuas premito. Quidam aquam caele- 4
stem veterem ad hunc vsum praeparant, et ad tertias decoquunt [i]. deinde cum sic [k]
vuas, vt supra scriptum est, passas fecerunt, decoctam aquam pro vino adiiciunt,
et caetera similiter administrant. hoc vbi lignorum copia est, vilissime [l] constat, et
est in vsu vel dulcius, quam superiores notae passi.

XL. LORA [a] optima sic fit. quantum vini vno die feceris, eius partem decimam, quot metretas efficiat, considerato, et totidem metretas aquae dulcis in vinacea [b], sed quibus vnius diei vinum expressum erit, addito: eodem et [c] spumas defruti, siue sapae, et fecem ex lacu confundito, et permisceto, eamque intritam macerari vna nocte finito, postero die pedibus proculcato, et sic permistam prelo subiicito: quod deinde fluxerit, aut doliis, aut amphoris condito, et cum de-
ferbuerit obturato. Commodius autem seruatur in amphoris. Hanc ipsam loram 2
M. [d] Columella ex aqua vetere faciebat, et nonnunquam plus biennio innoxiam
seruabat.

XLI. MVLSVM optimum sic facito. Mustum lixiuium [a] de lacu statim tollito: hoc autem erit, quod distillauerit antequam nimium [b] calcetur vua. Sed de arbustiuo genere, quod sicco die legeris, id facito. Coniicies in vrnam musti mellis optimi pondo x, et diligenter permistum recondes in lagoena [c], eamque protinus gypsabis, iubebisque in tabulato [d] reponi, si plus volueris facere, proportione qua supra mel adiicies. post trigesimum [e] et alterum diem lagoenam aperire oportebit, et in aliud vas mustum eliquatum oblinire, atque in furnum [f] reponere. —
Conditura [g] ex cydoniis [h] fit hoc modo: In [i] cacabo [k] figuli nouo, vel in stagneo 2
coquitur

f) *et* abest *I. B. R.* g) *supernat P. supernatare finito L.* h) *vt supernatet* omitt. *P. I. B. R.* i) *coquunt I. B. R.* k) *vuas, sicut I. B. R.* l) *vtilissime I. B. R. H. Com.* [C. XL.] a) *Lora opt. sic fit* rubr. *Lips.* b) *vinaceo Iens.* c) *et* deest *I. B. R.* d) *Macrius P.* [C. XLI.] a) *lixiuum* ante Steph. omnes *it. Lips.* b) *nimium Lips. minimum P.* c) *lagona Iens. lagena B. R. Lips. lagaena I. I. H. A.* d) *tabulatum poni Lips. I. B. R.* e) *vicesimum I. B. R.* f) *fumum Lips. furnum* al. g) *Conditura — modo* des. *I. B. R.* In *Iuntt.* hic 42. incipit caput, cuius rubrica: *De conditura Cydoneorum.* recte. h) *cydoneis I. I. H. A. Gr. G. St.* i) Codices *P.* hic ordiuntur nouum caput, cuius rubrica: *Compositio medicamenti ad tormina, quod vocatur* [illegible]. Ita et *Lips. sed vltima vox* [illegible]. k) *caccabo P.*

40 LORA OPTIMA SIC FIT) Hoc lemma ex Cod. Lips. sumtum vel ipsum est a Columella, vel positum ab eo principium extrusit. GESN. Lorae faciendae rationem etiam docent Plin. 14, 10 Dioscorides 5, 13 et Anatolius Geop. 6, 13. SCHOETTG.

40, 1 PARTEM QVOT EFFICIAT — CONSID.) Vide de hoc loquendi genere, quae diximus ad Ca. 8, 2.

40, 1 VNIVS DIEI VINVM) Vult indicare, vinaceos recentes esse debere.

41, 1 MVLSVM OPT. S. FACITO) Etiam hoc initium lemmatis instar in Pol. et Lips. positum non dubito, quin vel initium capitis fuerit, vel verum certe extruserit. Receptum illud lemma *mustum lixiuium quomodo fiat plane absonum est.*

41, 1 NIMIVM CALCETVR) Magna differentia inter *nimium* et *minimum*. Prius puto rectum, vt *calcare* diuersum sit ab illo actu, qui prelo administratur: sed si *minimum* scripsit Columella, preli opus hoc verbo videtur notasse. Hoc reliqua *musti lixiui* s. *protropi* mentio ostendit, praesertim 12, 27. Linda. Sel. med. 10, 175 coniicit, *quod* sponte *destillauerit, antequam* nimirum *calcetur vua.* Ingeniose quidem.

41, 1 ATQVE IN FVRNVM) Sic videtur legendum. Sic ca. 12 *tum demum in tabulatum, quod fumum accipit, reponunt.* VRSIN. Nimirum cum bonum suffragatorem inuenerit Vrsinus, obtemperandum ei duximus, qui erat audiendus vel si solam rationem attulisset.

41, 2 CONDITVRA EX CYDONIIS) Sic lege: *Compositio medicamenti ad tormina, quod vocatur*

coquitur musti arbustiui Aminei vrna, et mala cydonea grandia expurgata viginti,
et integra mala dulcia granata, quae Punica vocantur, et sorba non permitia diuisa
3 exemtis seminibus, quae sint instar sextariorum trium. Haec ita coquuntur, vt [l]
omnia poma deliquescant cum musto, et sit puer, qui spatha lignea, vel arundine per-
misceat poma, ne possint aduri. deinde cum fuerint decocta, vt non multum iuris
supersit, refrigerantur, et percolantur: eaque, quae in colo [m] subsiderunt [n], dili-
genter contrita leuigantur, et iterum in suo sibi iure lento igni, ne adurantur, car-
4 bonibus decoquuntur, donec crassamen in modum fecis existat. prius tamen quam
de igne medicamentum tollatur, tres heminae roris Syriaci contriti et cribrati su-
per omnia adiiciuntur, et spatha permiscentur, vt coëant cum caeteris. Tum re-
frigeratum medicamentum, adiicitur in vas [o] fictile nouum picatum, idque gypsa-
tum alte [p] suspenditur ne pallorem trahat.

XLII. CASEVM [a] sic condiemus. Casei aridi ouilli proximi anni frusta am-
pla facito, et in [b] picato vase componito: tum optimi generis musto adimpleto,
ita vt superueniat, et sit [c] ius aliquanto copiosius quam caseus [d]. nam caseus com-
bibit, et fit vitiosus, nisi mustum semper supernatet. vas autem, cum impleueris,
statim gypsabis: deinde post dies viginti licebit [e] aperiri, et vti qua voles adhibita
conditura. est autem etiam [f] per se non iniucundus.

XLIII. VVAS [a] bumastos [b], vel duracinas, vel purpureas cum desecueris
a vite, continuo pediculos earum impicato dura pice: deinde labellum fictile nouum
impleto paleis quam siccissimis cribratis, vt sine puluere sint, et ita vuas superpo-
nito: tum labello altero adoperito, et circumlinito luto [c] paleato, atque ita [d] in
2 tabulato siccissimo composita labra paleis siccis obruito. Omnis autem vua sine
noxa seruari potest, si luna decrescente, et sereno caelo post horam quartam, cum
iam insolata est, nec roris quicquam habet [e], viti detrahatur. Sed ignis in proximo
decumano fiat, vt pix ferueat, in qua pediculi vuarum statim demittantur [f]. – In
dolium bene picatum defruti amphoram coniicito, deinde transuersos [g] fustes arcta-
to, ita vt defrutum non contingant: tum superponito fictiles nouas patinas [h], et
in his sic vuam disponito [i], vt altera alteram non contingat: tum opercula patinis [k]
imponito, et linito. deinde alterum tabulatum, et tertium, et [l] quamdiu magnitudo
patitur [m] dolii, similiter instruito, et eadem ratione vuas componito. deinde pica-
tum

l) *vt* deest *I. B. R.* m) *colo I. B. R. collo* al. n) *supersederint I. B. R. subsederunt P.* o) *alias P. alias fictili Lips.* p) *alter Lips.* [C. XLII.] a) Hoc siue initium capitis siue lemma, siue vtrumque, debetur *Pol.* Nihil plane distinctionis aut lemmatis *Lips.* *In Lips. et Pol. cohaeret cum praecedente.* b) *in* deest *I. B. R.* c) *siccius P.* d) *caseus. nam* deest *I. B. R.* e) *licet aperias: et vtaris, quom I. B. R. XX aperias et vtar' quae voles Lips.* f) *etiam* desic. *I. B. R. autem* om. *Lips.* [C. XLIII.] a) Lemma *Pol. et Lips. Vuas vt sint virides vsque ad annum, sic custodiemus.* b) *bumascas Lips.* c) *luto* om. *Lips.* d) *ita* deest *I. B. R.* e) *habeat I. B. R.* f) *Aliter* ins. *Pol. et Lips.* hic et deinde saepius. g) *transuersus fustes spisse arato Lips. I. B. R. spisse* etiam inser. *I. I. H. A. Gr. G.* h) *patenas Lips. I. B. R.* i) *et linito* interf. *I. B. R.* k) *patenis Lips. I. B. R.* l) *vt I. B. R.* m) *patitur* deest *I. B. R.*

vocatur διὰ ὀπώρας. *In cacabo* etc. VICTOR. in omiss. edit. Gryph. 1541. quae conueniunt cum lectione, quae ex Mss. a nobis producta est.

41, 2 IN CACABO) Legendum: *in cacabo figulino, vel in stagneo* etc. VRSIN. Sed minime otiosa est vox *nouo*, cum de figlino sermo est, quod sciunt matres familias, licet nunquam vel Columellam cognouerint vel Horatii illud, *Quo semel est imbuta.*

43 Rationem vuas adseruandi docent etiam Varr. 1, 54 Plin. 14, 1 et 15, 17 Apicius Art. Coqu. 1, 17 Didymus Geop. 4, 15. SCHOETTG.

43, 5 M. CO-

tum operculum dolii defruto large linito, et impositum cinere [n] obturato. Nonnulli adiecto defruto contenti sunt transuersas perticas arctare [o], et ex his vuas ita suspendere, ne defrutum contingant: deinde operculum impositum oblinire. Quidam vuas cum ita, vt supra dixi, legerunt, doliola noua sine pice in sole siccant. deinde cum ea in vmbra refrigerauerunt, furfures ordeaceos adiiciunt, et vuas ita superponunt, vt altera alteram non comprimat [p]: tum generis eiusdem furfures infundunt, et alterum tabulatum vuarum eodem modo collocant: idque faciunt vsque dum [q] dolium alternis furfuribus et vuis compleant. mox opercula imposita linunt, et vuas siccissimo frigidissimoque tabulato reponunt. 3
4 Quidam eadem ratione arida populnea vel abiegna [r] scobe virides vuas custodiunt. Nonnulli sicco flore gypsi obruunt vuas, quas non nimium [s] maturas [t] vitibus detraxerunt. Alii [u] cum legerunt vuam, siqua sunt in ea vitiosa grana forficibus [x] amputant, atque ita in horreo suspendunt, in quo triticum suppositum [y] est. Sed haec ratio rugosa facit acina, et pene tam dulcia, quam est vua passa.
5 Marcus Columella patruus meus ex ea creta qua [z] fiunt amphorae, lata vasa in modum patinarum [a] fieri iubebat: eaque intrinsecus et exterius crasse picari: quae cum praeparauerat, tum demum purpureas, et bumastos [b], et Numisianas, et duracinas vuas legi praecipiebat, pediculosque earum sine mora in feruentem picem demitti, et in praedictis patinis separatim sui cuiusque generis ita componi, ne vuae inter se contingerent:
6 post hoc opercula superponi, et oblini crasso gypso: tum demum pice dura, quae igni liquata esset, sic picari [c], nequis humor transire posset [d]: tota deinde vasa in aqua fontana vel cisternina, ponderibus impositis mergi, nec vllam partem earum pati extare. sic optime seruatur vua. Sed cum est exemta, nisi eo die consumitur, acescit.
7 Nihil est tamen certius, quam vasa fictilia facere, quae singulas vuas laxe [e] recipiant. ea debent quatuor ansas habere, quibus illigata [f] viti dependeant: itemque opercula eorum sic formari, vt media diuisa sint, vt cum suspensa vasa singulas vuas receperint, ex vtroque latere appositi [g] operculi duae partes coëant, et contegant vuas. et haec vasa et opercula extrinsecus et intra diligenter picata esse debebunt: deinde cum contexerunt [h] vuas, luto paleato multo adoperiri: sed vuae dependentes a matre sic in pultarios condi debebunt, ne quae partes vasa contingant.
8 Tempus autem quo includi debent, id fere est, quo adhuc siccitatibus, et sereno caelo crassa variaque sint [i] acina. Illud in totum maxime praecipimus, ne in eodem loco mala et vuae componantur, neue in vicino, vnde odor malorum possit ad eas peruenire. nam huiusmodi halitu [k] celeriter acina corrumpuntur [l]. et tamen custodiendorum pomorum rationes, quas retulimus, non omnes omnibus regionibus aptae sunt, sed pro conditione locorum, et natura vuarum, aliae aliis conue-

n) *in cinerem I. B. R. in cinere Lips.* o) *aptare Lips. I. B. R.* p) *comprimant I. B. R.* q) *dum* deest *I. B. R.* r) *abiegnia Iens. Lips.* s) *nimio I. B. R.* t) *maturus B. R.* u) *tamen* ins. *I. B. R.* x) *forpbicibus Iens.* y) *superpositum I. B. R. positum P. et Lips.* z) *quae B. R.* a) *pateuarum I. B. R. Lips.* b) *brumascas Lips.* c) *picata B. R. picato Iens. Lips.* d) *possit Lips. I. B. R.* e) *laxare accipiant I. B. R. laxare incipiant Lips.* f) *inligata Lips.* g) *appositae I. B. R. adposite Lips.* h) *contexerint I. B. R.* i) *grossa variaque sunt Lips. sunt* etiam *ante Vict.* k) *halitus I. B. R. Lips.* l) *corrumpunt I. B. R. Lips.*

43, 5 M. COLVMELLA) Plinius 15, 17 f. 18 hunc locum, et quidquid fere est in hoc capite, ita laudat, vt ad mala etiam cotonea aliaque transferat.

9 conueniunt. — [m] Antiqui plerumque sircitulas [n] et venuculas, et maiores amineas, et gallicas, quaeque maiores, et duri et rari acini erant [o], vasis condebant: nunc autem circa vrbem maxime ad hunc vsum numisianae probantur. haec [p] sereno caelo cum iam soli rorem sustulit, quarta [q] vel quinta hora (si modo luna decrescit [r], et sub terris est) modice [s] maturae lectissimae [t] leguntur: deinde in cratibus ita po-
10 nuntur, ne altera alteram collidat. tum demum sub tectum referuntur, et arida [u] vel vitiosa grana forficibus [x] amputantur: et cum paululum [y] sub vmbra refrixerint [z], ternae, aut etiam quaternae, pro [a] capacitate vasorum in ollas demittuntur, et opercula diligenter pice obturantur, ne humorem transmittant. tum vinaceorum pes bene prelo expressus proruitur [b], et modice separatis scopionibus [c], resolutaque [d] intrita folliculorum, in dolio substernitur [e], et deorsum versus spectantes ollae componuntur, ita distantes, vt interculcari [f] possint vinacea: quae cum
11 diligenter conspissata primum tabulatum fecerunt, aliae ollae eodem modo componuntur, expleturque [g] secundum tabulatum. deinde similiter dolium [h] completur tabulatis ollarum, spisseque vinaceis inculcantur. mox vsque ad summum labrum vinaceae [i] condensantur, et statim operculo superposito cinere in modum gypsi temperato dolium linitur. Monendus tamen [k] erit, qui vasa emturus est, ne bibulas aut male coctas ollas emat. nam vtraque res transmisso humore [l] vitiat [m] vuam. quinetiam oportebit, cum ad vsum promuntur ollae, tota singula tabulata detrahi. nam conspissata vinacea, si semel mota sunt, celeriter acescunt, et vuas [n] corrumpunt.

XLIV. SEQVVNTVR vindemiam rerum autumnalium compositiones, quae et ipsae curam villicae distendunt. Nec ignoro plurima in hunc librum non esse collata, quae C. Matius [a] diligentissime persecutus est. illi enim propositum fuit vrbanas mensas, et lauta conuiuia instruere. libros tres edidit, quos inscripsit nominibus coci, et [b] cetarii, et salgamarii [c]. Nobis tamen abunde sunt ea, quae ex facili rusticae simplicitati non magna impensa possunt contingere, vti [d] sunt in pri-
2 mis omnium generum mala. Quidam, vt [e] a granatis incipiam, pediculos punicorum, sicuti sunt, in arbore [f] intorquent, ne pluuiis mala rumpantur, et hiantia dispereant,

m) *Nouum caput cum lemmate* de ollaribus vuis *incipiunt P. et Lips.* n) *serrunculas I. B. R. scirriculas P. Lips.* o) *in* inser. alii; non habent *Lips. I. B. R.* p) *Haec* omnes ad vnum. q) *quattuor vel quinque horas Lips. I. B. R.* r) *decrescat* al. nobiscum *Lips.* s) *modicae I. B. R.* t) *lactissimae Lips.* u) *acida P. Lips.* x) *forphicibus Iens. forpicibus Lips.* y) *paulum Iunt.* z) *refrixerunt I. B. R.* a) *pcapitate — dimittitur Lips.* sed in marg. *f capacitate.* b) *proluitur Lips.* c) *scipionibus* omn. sed *Lips. fipionibus.* d) *resoluta I. B. R. Lips.* e) *sternitur I. B. R.* f) *intercalcari I. B. R. Lips.* g) *explentque I. B. R. explenturque Lips.* h) *doliis extrahuntur ollae, et spisse incalcantur Lips. I. B. R.* i) *vinacea I. B. R.* k) *autem Lips.* l) *humorem* a. *P.* m) *vitat* ant. *P. inuitat* nouus *P. mutet Lips.* a prima manu quam aliquis emendare voluit. n) *vua Lips.* [C. XLIV.] a) *Martius I. B. R. Macius Lips.* b) *et cetarii* deest *I. B. R. Lips. caetarii I. I.* c) *salgamari I. B. R. Salmagari Lips.* d) *vti sunt — mala* desunt *I. B. R. Lips.* e) *vt a granatis incipiam* abest *I. B. R. Lips.* f) *arborem torquent* omn.

43, 9 QVAEQVE MAIORES) Scribendum est *maioris*, vt editum etiam ab Ioanne Paruo. Porro *scircitulam* opinor fuisse *Sirpiculam*: nam Plinius *scirpulam* vocat, si locus mendo non vacat. *Scirpula* autem a canistris Scirpiculis vocata, in quibus apud antiquos seruabatur. PONTED. 2.

43, 10 SCOPIONIBVS) Vid. ad 12, 39, 3.

44, 1 C. MATIVS) Ciceronis illum et Caesaris amicum intelligit. TVRN. 17, 13.

44, 1 CETARII) *Cellarii* mauult, nec iniuria sane TVRN. l. c.

44, 2 IN ARBORE INTORQVENT) Illud *arborem*, quod omnes obsedit libros, ferre non

disperеant, eaque ad maiores ramos religant, vt immota permaneant: deinde spar-
teis retibus [g] arborem cludunt [h], ne aut coruis, aut cornicibus, aliisue auibus
pomum laceretur. Nonnulli vascula fictilia dependentibus malis aptant, et illita
luto paleato arboribus haerere patiuntur: alii foeno vel culmo singula inuoluunt,
et insuper luto paleato crasse linunt, atque ita maioribus ramis illigant, ne, vt
dixi, vento commoueantur. Sed haec omnia, vt dixi, sereno caelo administrari sine 3
rore debent: quae tamen aut facienda non sunt, quia laeduntur arbusculae: aut
certe non continuis annis vsurpanda, praesertim cum liceat etiam detracta arboribus
eadem innoxia custodire. Nam et sub tecto fossulae tripedaneae [i] siccissimo loco
fiunt: eoque cum aliquantum terrae minutae repositum est, infiguntur sambuci
ramuli: deinde sereno caelo granata leguntur [k] cum suis pediculis, et [l] sambuco
inferuntur: [quoniam sambucus tam apertam et laxam [m] medullam habet, vt faci-
le malorum pediculos recipiat]. sed cauere oportebit, ne minus quatuor digitis a 4
terra absint, et ne inter [n] se poma contingant. tum factae scrobi operculum impo-
nitur, et paleato luto circumlinitur, eaque humo, quae fuerat egesta, superagge-
retur. Hoc idem [o] in dolio fieri potest, siue quis volet resolutam terram vsque
ad dimidium vas elicere [p], seu, quod quidam malunt, fluuialem [q] arenam caeteraque
eadem ratione peragere. Poenus [r] quidem Mago praecipit [s] aquam marinam vehe-
menter calefieri, et in ea [t] mala granata lino spartoue [u] illigata paulum demitti, 5
dum decolorentur, et exemta per triduum in sole siccari: postea loco frigido
suspendi, et cum res exegerit [x], vna nocte, et postero die vsque in eam horam, qua
fuerit vtendum, aqua frigida dulci macerari. Sed et idem auctor est creta figulari
bene subacta recentia mala crasse illinire, et cum argilla exaruit, frigido loco suspen-
dere. mox cum exegerit vsus, in aquam [y] demittere, et cretam resoluere. Haec
ratio [z] tamquam recentissimum pomum custodit. Idem iubet Mago in vrceo nouo 6
fictili substernere scobem populneam vel iligneam, et ita disponere, vt scobs [a] inter
se calcari possit: deinde facto primo tabulato rursus scobem substernere, et simili-
ter mala disponere, donec vrceus [b] impleatur: qui cum fuerit repletus, opercu-
lum imponere, et crasso luto diligenter oblinire. Omne autem pomum quod in 7
vetusta-

g) *restibus* omn. h) *eludunt I. B. R.* i) *trepidaneae* sphalma Steph. et seqq. k) *legantur I. B. R. Lips.* l) *et sambuco* desic. *I. B. R.* caeterum *sabucus* scribitur in *Lips.* m) *lapsam I. B. R.* n) *nouiter* scripserat *Lips.* et cum delere nollet, *ne inter* subiunxit. o) *etiam* interpon. *P. et Lips.* p) *eiicitur I. B. R. eicitur Lips.* q) *fluuiatilem P. Lips.* r) *Paenus Iens. P.* solitarium *Lips.* s) *praecepit I. B. R. Lips.* t) *eo I. B. R. Lips.* u) *vel sparto ligata P. Lips.* x) *exigerit Lips.* y) *aqua dimittere I. B. R. in aqua remittere Lips.* z) *aqua Lips.* a) *scobem I. B. R. scobes Lips.* qui paulo ante *scobem pupulneam.* b) *vrcibus* (fortasse *vrcellus*) *Pol.*

non poterat, sed vltimam literam deleri iubebat VRSINVS: Nos blandiori remedio curasse videmur Columellam.

44, 2 SPARTEIS RETIBVS) Quid enim *restes* profuerint ad tutelam arborum. Res ita aperta, emendatio ita leuis, vt eam recipere ausus sim. Sed fere irascor, idem hoc, quod nunc demum obseruo, visum esse VRSINO.

44, 3 [QVONIAM — RECIPIAT] Glossema esse, quae inclusi, suspicor.

44, 4 ELICERE) Quidsi legamus, *educere* vel *adiicere*. Illud quidem apparet, iubere Columellam vt terra vel arena dolium medium impleatur.

44, 5 AQVAM MARINAM) Vide Berytium Geop. 10, 38 et Plinium 15, 17 vbi male Harduinus hanc *aquam Punicam* ab inuentore Poeno Magone nominatam tradit. Verba enim Plinii sunt: *Punica* (mala) *aqua marina feruente indurari* intell. oportere, quod e superioribus repetendum. SCHOETTG.

44, 6 INTER SE CALCARI) Si ita scripsit Columella, neque magnam dubitandi causam adesse arbitror, *se* potuit pro *ea*.

vetuſtatem [c] reponitur, cum pediculis [d] ſuis legendum eſt: ſed ſi [e] ſine arboris noxa fieri poſſit [f], etiam cum ramulis. nam ea res plurimum ad perennitatem [g] confert. Multi cum ramulis ſuis arbori detrahunt, et creta figulari cum diligenter mala obruerunt, in ſole ſiccant: deinde ſi qua rimam creta facit, luto liniunt [h], et aſſiccata frigido loco ſuſpendunt.

XLV. MVLTI eadem ratione, qua granata, in ſcrobibus vel doliis ſeruant
cydonea. nonnulli foliis ficulneis illigant, deinde cretam [a] figularem cum amurca ſubigunt, et ea liniunt [b] mala: quae cum ſiccata ſunt, in tabulato frigido loco et
ſicco reponunt. Nonnulli haec eadem in patinas nouas ſicco gypſo ipſa obruunt,
2 vt altera altera non contingant. Nihil tamen certius aut melius experti ſumus,
quam vt cydonea maturiſſima integra ſine macula, et ſereno caelo, decreſcente luna,
legantur, et in lagoena [c] noua, quae ſit patentiſſimi oris, deterſa lanugine quae
malis ineſt, componantur leuiter et laxe, ne collidi poſſint: deinde cum ad
fauces vſque fuerint compoſita, vimineis ſurculis ſic tranſuerſis arctentur, vt modice [d] mala comprimant, nec patiantur ea, cum acceperint [e] liquorem, ſubleuari. tum
quam optimo et liquidiſſimo melle vas vſque ad ſummum ita repleatur, vt pomum
3 ſubmerſum ſit. Haec ratio non ſolum ipſa mala cuſtodit, ſed etiam liquorem mulſei [f] ſaporis praebet, qui ſine noxa poſſit interdum [g] dari febricitantibus, iſque vocatur melomeli [h]. Sed cauendum eſt, ne, quae in melle cuſtodire volueris,
immatura mala condantur: quoniam cruda [i] ſi lecta ſunt, ita indureſcunt [k], vt vſui
4 non ſint. Illud vero quod multi faciunt, vt ea diuidant oſſeo cultro, et ſemina
eximant, quod putent [l] ex eis pomum vitiari, ſuperuacuum eſt [m]: ſed ratio quam
nunc docui, adeo quidem certa eſt, vt etiam ſi vermiculus ineſt, non amplius tamen
corrumpantur mala, cum praedictum liquorem acceperint: nam ea mellis eſt natura, vt coërceat vitia, nec ſerpere ea patiatur, qua ex cauſa etiam exanimum
corpus

c) *vetuſtate I. B. R.* d) *petiolis I. B. R. Lipſ.* e) *ſi deeſt P. Lipſ.* f) *etiam poſſit I. B. R.* g) *perhennitatem Lipſ.* qui poſt *confert* nouum caput incipit cum *Pol.* h) *linunt MS. S. Germ. et* editt. al. ap. Burm. ad Quinct. decl. 13, 5 p. 277. [C. XLV.] a) *Cretam figularem c. a. ſubiiciunt; L. ſubiiciunt* etiam *I. B. R.* b) *linunt I. I. H. A. Gr. G. St. it. MS. San Germ.* ap. Burm. ad Quinct. decl. 13, 5 *p.* 277. c) *lagona I. B. R. lagaena I. I. H. A. lagena Lipſ.* d) *immodice I. B. R.* e) *acceperunt I. B. R. Lipſ.* f) *mulſi Lipſ. I. B. R.* g) *inter annum I B. R. inter ciuium P. et Lipſ.* forte fuit *inter cibum.* h) *melomeli I. B. R. Lipſ. melimeli* al. i) *groſſa ſi lecta I. B. R. groſſa* etiam *Lipſ.* k) *Sic Lipſ. indureſcant* al. l) *poteſt ex eis Lipſ.* m) *eſſe nunc docui. Adeo quidem, vt I. B. R. eſſe enim docui etc. Pol. eſſe non docui adeoqu. vt Lipſ.*

44, 7 SED SI SINE ARBORIS NOXA) Τὸ *ſed* vim habet τοῦ *immo*, quod non propter hunc tantum locum obſeruamus, vbi nihil difficultatis eſt; verum vt eadem ſuppetias feramus Ciceroni, qui fam. 3, 12 eodem modo cum locutus eſſet, ſummus quondam Vir I. Fr. Gronouius putabat τὸ *ſed* locum non habere, ſubſtituendumque *et*. Adſcribamus locum: Excuſat Cicero Appio nuptias filiae ſuae cum ipſius accuſatore Dolabella; *Ego vero velim mihi Tulliaeque meae — proſpere euenire ea, quae me neſciente facta ſunt a meis:* SED *ita cecidiſſe, vt agerentur eo tempore, ſpero omnino, cum aliqua felicitate, et opto.* Lege totam epiſtolam, qui potes legere Ciceronem, et quam apte hic cadat illud *ſed* pro *immo* poſitum, intelliges.

45, 1 FOLIIS FICVLNEIS) Plin. 15, 17 *Caetera mala foliis ficulneis, praeterquam cadiuis, ſingula conuolui, ciſtiſque vitilibus condi, vel creta figlinarum illini,* ſubaudi *oportere.* SCHOETTG.

45, 3 INTERDVM DARI) Lege *inter cibum dari.* VICTOR. in omiſſ.

45, 3 MELOMELI) Ita legendum etiam vidit TVRN. 17, 13. Et ſane eſt aliud μελόμηλον pomum, aliud μηλόμελι mel odore et ſapore mali cydonei conditum.

45, 5 SESTIA-

corpus hominis per annos plurimos innoxium conseruat [n]. Itaque possunt [o] alia 5
genera malorum sicuti orbiculata, Sestiana [p], melimela [q], Matiana [r], hoc liquore
custodiri. Sed quia [s] videntur in melle dulciora fieri sic condita, nec proprium
saporem conseruare, arculae fagineae vel etiam tiliagineae [t], quales sunt in quibus
vestimenta forensia conduntur, huic rei paulo ampliores praeparari debent, eaeque
in [u] tabulato frigidissimo, et siccissimo loco [x], quo neque fumus, neque teter perue-
niat odor, collocantur: deinde substrata praedicta poma sic componi vt flosculi [y]
sursum, pediculi deorsum spectent, quemadmodum etiam in arbore nata sunt, et ne
inter se alterum ab altero contingatur [z]. Ita obseruandum est, vt vnumquodque 6
genus separatim propriis arculis reponatur. nam cum vna clausa sunt diuersa ge-
nera, inter se discordant, et celerius vitiantur. propter quod etiam conseminalium
vinearum non tam est firmum vinum, quam si per se sincerum Amineum, vel Apia-
num, aut etiam fecinum [a] condideris. verum sic [b], vt praedixi, cum diligenter mala
fuerint composita, operculis [c] arcularum contegantur, et luto paleato linantur oper-
cula, ne introire spiritus possit. atque ea ipsa nonnulli sicut [d] in aliis generibus, vt
supra iam diximus, populnea, quidam etiam abiegna scobe interposita, mala custo-
diunt. Haec tamen poma non matura, sed acerbissima legi debent.

XLVI. INVLAE [a] conditura sic fiet. cum eius radicem [b] mense Octob. (quo [c] maxime matura est) e terra erueris, aspero linteolo, vel etiam cilicio [d] detergito quidquid arenae inhaerebit: deinde acutissimo cultello summatim eradito, et quae plenior radicula fuerit, pro modo crassitudinis in duas vel plures partes [e] digiti longitudine diffindito [f]: deinde ex aceto modice in cacabo [g] aeneo coquito, ita ne taleolae inuri [h] possint. post haec [i] in vmbra triduo siccentur, et ita in fideliam picatam recondantur, adiecto passo vel defruto, quod supernatet, spissamentoque cunilae

n) Nouum caput incipit, cum lemmate *de malis caesianis* (*Lips. Casianis*) *orbiculeis*, *melimelis matianis. Pol. et Lips.* o) *etiam* ins. *I. B. R.* p) *casiana Lips.* q) *melimala Iens.* r) *mariana B. R. macianas Lips.* s) *quae I. B. R. Lips.* t) *taliagineae Iens.* u *in* deest *I. B. R. eque tab. Lips.* x) *loco* abest *I. B. R.* y) *flocculis vsum I. B. R. flosculis vsum Lips.* forte fuit *susum* pro *sursum.* z) *contingantur I. B. R. Lips.* a) *setinum Lips.* b) *sicut* iunct. *I. B. R.* c) *arculis* ins. *I. B. R.* d) *sic I. B. R.* [C. XLVI.] a) *Inulae — — fiet* desunt vna cum praeuia Rubrica *I. B. R. Inulae curatio Lips.* b) *radice I. B. R.* c) *quod I. B. R.* d) *cilicia I. B. R.* e) *partes* abest *I. B. R. Lips.* f) *diffundito I. B. R.* g) *caccabulo P. Lips.* h) *myuri desint I. B. R.* pro *inuri* spatium rel. et *desint* legit *Lips.* i) *hoc I. B. R.*

45, 5 SESTIANA) In excusis olim *Sestiana*, *Caesiana* in vetustis inueni; nam ita quoque in titulo scriptum erat. Hic enim aliud capitis principium est, ita inscriptum: *De malis Caesianis, orbiculatis, Melimelis, Matianis.* Vnde etiam facilius credi potest, hanc veram esse lectionem. VICTORIVS. Videtur legendum *Cestiana.* Nam ita habet Plin. 15, 14. Sed Col. 5, 9 *Sextianas* appellauit. VRSIN.

45, 5 COLLOCANTVR) *collocari* legi vult VRSIN. Sed potest fieri, vt mutauerit constructionem ipse Columella. Et quidni respondeant sibi *debent* et *collocantur*

45, 5 FLOSCVLI) *Vascula* vocat Plin. 15, 28 vbi Dalechampius monet, quosdam in nostro auctore legere *oculis.* Ego Plinium ex nostro mallem emendare. SCHOETTG. Plinii verba sunt, *quaedam vasculis constant, vt Punica, et mespila, lotosque etc.* Dubium videtur, an illud intellexerit Plinius, quod *flosculum* vocat Columella aptissime, cum sit reliquum floris. Si intellexit, verbo *constant* nimis abusus est. Mihi videbatur hoc dicere, *Punica* et *mespila* esse nihil aliud nisi vascula granorum i. acinorum suorum.

45, 6 FECINVM) Nescio an *fecinum* alias occurrat: blanditur lectio Cod. Lips. *Setinum.* Sunt quidem 3, 2, 14 *faeciniae* vites vbi etiam Lipsiae legitur *fecineae.* Sed quid si ibi etiam vitium intercessit?

45, 7 SED ACERBISSIMA) *Sed nec acerbissima* legi vult VRSIN.

2 cunilae impoſito contectum vas pelliculetur [k]. – Alia [l] inulae conditura. Cum
radices eius raſeris [m], taleolas vt ſupra facito, et in vmbra triduo vel etiam quatriduo ſiccato: deinde ſiccatas in vaſis ſine pice, interiecta cunila coniicito. cunila impoſita [n], ſex partibus aceti vna pars ſapae miſceatur cum hemina ſalis cocti, vt [o] hoc
3 iure macerentur taleolae, donec quam minimum amaritudinis reſipiant [p]. poſtea
exemtae [q] iterum ſiccentur per dies quinque in vmbra: tum [r] craſſamentum vini feculenti, nec minus, ſi ſit, mulſi, et vtriusque eorum quartam partem boni defruti confundito in ollam: quae cum inferbuerit [s], taleolas inulae adiicito, et ſtatim ab igne remoueto, ac rudicula lignea peragitato, donec perfecte [t] refrigeſcant. Poſtea transfundito in fideliam picatam, operculo tegito, tumque pelliculato. –
4 Tertia [u] eiusdem inulae conditura. Cum radiculas diligenter eraſeris, minute con-
ciſas in muria dura macerato, donec amaritudinem dimittant. deinde effuſa muria, ſorba quam optima et maturiſſima ſemine detracto contere, et cum inula miſce.
5 tum ſiue paſſum, ſeu quam optimum defrutum adiicito, et vas obturato. Quidam
cum condiuerunt inulam, muriaque macerauerunt, exſiccant, et malis cydoneis tritis, quae in defruto vel melle decoxerant, miſcent: atque ita ſuperfundunt paſſum, vel defrutum, et vas operculatum pelliculant.

XLVII. OLIVARVM [a] conditurae. Acerbam pauſeam menſe Septembri [b], vel Octobri, dum adhuc vindemia eſt, contunde, et aqua calida paululum [c] maceratam exprime, foeniculique [d] ſeminibus et lentiſci cum cocto ſale modice permiſtam reconde in fideliam, et muſtum quam recentiſſimum infunde. Tum faſciculum viridis foeniculi ſuperpoſitum merge, vt oliuae premantur, et ius ſuperemi-
2 neat. Sic curata oliua tertio die poſſis vti. – Albam [e] pauſeam, vel orchitam [f],
vel radiolum, vel regiam dum contundes, primum [g] quamque, ne decoloretur, in frigidam muriam demerge, cuius cum tantum paratae habueris, quantum ſatis fuerit implendae amphorae, foeniculi aridi faſciculum ſubſterne in imo: deinde viridis foeniculi ſemina, et lentiſci, deſtricta et purgata in [h] vrceolo habeto: tum exemtam [i] de muria oliuam exprimito, et permiſtam praedictis ſeminibus in vas adiicito: deinde cum ad fauces peruenerit eius, foeniculi aridi faſciculos ſuperponito, et ita recentis [k] muſti duas partes, et vnam durae muriae permiſtas adiicito.
3 Hac conditura compoſitis oliuis toto anno commode vteris. – [l] Quidam oliuam
non contundunt, ſed acuta arundine inſecant: idque operoſius quidem, ſed melius eſt

k) *pelliculatur P.* l) *Alia inulae conditura* deſ. *I. B. R. Aliter crudam inulam condire P.* Tota haec conditura abeſt in *Lipſ.* m) *eraſeris I. B. R.* n) *contectum vas pelliculetur: habeat: vt* inferuntur *I. B. R.* o) *et iure I. B. R. eo iure P.* p) *recipiant I. B. R.* q) *exempta I. B. R.* r) *Tunc P.* s) *referbuerit I. B. R.* t) *perfectae I. B. R.* u) *Tertia - - - conditura* deſunt *I. B. R. Aliter inulam condire P.* [C. XLVII.] a) Sic *P.* et *Lipſ. De oliuarum albarum conditura I. B. R. Samſa quem ad modum fiat* al. b) *Septembris vel Octobris I. B. R.* c) *paulum I. B. R.* d) *foeniculi I. B. R.* e) *Albulam I. B. R.* f) *orchite* omnes ante *Steph. borbade P.* g) *primam I. B. R.* h) *murtiola I. B. R. in vrciola P. in orceolis Lipſ.* i) *exempta muria I. B. R. exempta de P.* k) *recentes I. B. R.* l) *Aliter* inſer. *P.*

46, 2 QVAM MINIMVM AMARITVDINIS RESIPIANT) Ita legendum. Hoc autem verbo vſi ſunt translate M. Varro apud Agellium, cum dixit, quaſdam comoedias non *reſipere* ſtilum Plautinum; et Cicero in Academicis, cum dixit, Epicurum minime in quadam re *reſipere* patriam, eo quod Athenienſes eſſent longe, quam ipſe acutiores. VRSIN.

47, 3 ARVNDINE INSECANT) Vid. Colum. 12, 48, 5.

37, 3 PAVLLO

eſt, quia haec candidior eſt oliua, quam ea quae ex contuſione liuorem contrahit.
– Alii ſiue contuderint [m], ſiue inſecuerint [n] oliuas, modico ſale cocto, et praedictis
ſeminibus immiſcent: deinde ſapam vel paſſum, vel ſi eſt facultas, mellam [o] infun-
dunt. Mella [p] autem quomodo fiat, paulo ante hoc ipſo libro praecepimus. Cae-
tera omnia ſimiliter adminiſtrant [q]. – Poſias oliuas, vel regias ſine macula quam 4
candidiſſimas manu diſtrictas eligito: deinde ſubſtrato foeniculo [s] arido in ampho-
ram coniicito, intermiſtis ſeminibus lentiſci, nec minus foeniculi: et cum ad fau-
ces vas [t] repleueris, adiicito muriam duram: tum ſpiſſamento facto de arundinum
foliis, oliuam premito, vt infra ius merſa ſit: et iterum infundito muriam duram,
dum ad ſummum amphorae labrum perueniat. At [u] haec oliua per ſe parum iu- 5
cunda eſt, ſed ad eas condituras, quae lautioribus menſis adhibentur, idonea ma-
xime eſt: nam cum res exigit [x], de amphora promitur, et contuſa recipit quam-
cumque volueris conditurам. plerique [y] tamen ſectiuum [z] porrum, et rutam cum
apio tenero, et mentam minute concidunt, et contuſis oliuis miſcent: deinde exi-
guum aceti piperati, et pluſculum [a] mellis aut mulſi adiiciunt, oleoque [b] viridi ir-
rorant [c], atque ita faſciculo apii viridis contegitur. – [d] Quidam ſic [e] lectae oliuae 6
in modios ſingulos ternas [f] heminas ſalis permiſcent, et adiectis ſeminibus lentiſci,
foeniculoque ſubſtrato amphoram vsque ad fauces replent oliuis: deinde aceto non
acerrimo infundunt, et cum iam pene amphoram impleuerunt, foeniculi ſpiſſamen-
to deprimunt baccam, et rurſus acetum vsque ad ſummum labrum adiiciunt. poſtea
quadrageſimo die omne ius [g] defundunt [h], et ſapae [i] vel defruti tres partes cum
aceti vna permiſcent, et amphoram replent. – [k] Eſt et illa probata compoſitio, 7
vt cum muria dura pauſea alba [l] maturuerit, omne ius defundatur, et immiſtis dua-
bus partibus defruti, cum aceti vna, repleatur amphora. Eadem conditura poſſet
etiam regia componi, vel orchita. – [m] Quidam vnam partem muriae, et duas aceti 8
miſcent, eoque iure oliuas poſeas colymbadas faciunt: quibus ſi per ſe quis vti
velit, ſatis iucundas experietur, quamuis et hae [n] cum exeunt de muria,conditu-
ram qualemcumque recipere poſſunt [o]. – Oliuae poſeae, cum iam decolorantur,
antequam miteſcant [p], cum petiolo leguntur, et [q] oleo quam optimo ſeruantur.
Haec maxime nota etiam poſt annum repraeſentat viridem ſaporem oliuarum. Non-
nulli etiam cum de oleo exemerunt [r], trito ſale aſperſas pro nouis apponunt [s]. Eſt 9
et illud conditurae genus, quod in ciuitatibus Graecis plerumque vſurpatur, idque
vocant

m) *contunderunt I. B. R. contunderint I. I. H. A.* n) *illiſerunt I. B. R.* o) *mella I. B. R.* p) *Melle I. B. R.* q) *adminiſtrantur I. B. R.* *Oliua alba ex muria* inſer. *P. Lipſ.* s) *foeniculi in I. B. R.* t) *vuas Bo. Lipſ.* etiam alias. u) *Ad I. B. R.* x) *exegit I. B. R.* y) *Plerumque I. B. R.* z) *ſe-tiuum I. B. R.* a) *floſculum I. B. R. Lipſ.* b) *oleumque viride Lipſ. I. B. R.* c) *irrorantur Lipſ. P.* d) *Aliter excludi* inſer. *Pol.* qui adſcripſit (fortaſſe *ex dulci P.*) quomodo habet *Lipſ.* e) *ſi I. B. R.* f) *ſuos I. B. R.* g) *genus Lipſ.* h) *infundent I. B. R.* i) *ſaepe P.* abeſt plane *I. B. R.* k) *De Oliuis ex dulci condiendis* inſer. *Lipſ. P.* l) *vbi cum* interſ. *Lipſ. I. B. R.* m) *Aliter albe cbolimbades ex dulci condiendis* inſ. *P. aliter albae colymbades ſine dulci Lipſ.* n) *haec ſit de etc. I. B. R. Lipſ.* o) *poſſit I. B. R. De Oliuis fuſcis* inſ. *P. Lipſ.* p) *miteſcant: petiolae I. B. R. miteſcunt pet. Lipſ.* q) *in* inſ. *I. B. R.* r) *eximerunt: aſtricto I. B. R. aſtrito Lipſ.* s) *De Epytyris faciendis* rubricam inſ. *P. De Epityro Cap. XLIX Iunt.* Hoc totum ad finem vſque capitis abeſt a *Lipſ.*

47, 3 PAVLLO ANTE) cap. 11.

47, 7 MATVRVERIT) Intellige, ad conditurам: cogitabam aliquando, cum *muria pauſeam macerauerit.*

47, 8 COLYMBADAS) Vid. 12, 48, 5.

48, 2 CON-

vocant epityrum. Oliua paufea vel [t] orchita [u] cum primum ex albo decoloratur,
fitque luteola, fereno caelo manu diftringitur, et in vannis [x] vno die fub vmbra ex-
panditur: et fiqui [y] adhaerent pediculi, foliaque, aut furculi, leguntur. poftero
die cribratur, et nouo fifco inclufa prelo fupponitur, vehementerque premitur, vt
10 exfudet quantulumcunque habet amurcae. Patimur autem nonnunquam tota no-
cte, et poftero die pondere preffam baccam velut exaniari [z], tum refolutis corticu-
lis eximimus eam, et in fingulos modios oliuae triti falis cocti fingulos fextarios in-
fundimus: itemque lentifci femen, rutaeque, et foeniculi folia fub vmbra ficcata,
quae vti [a] fatis videntur concifa minute admifcemus, patimurque horis tribus, dum
aliquatenus bacca falem combibat. tum fuperfundimus boni faporis oleum, ita vt
obruat oliuam, et foeniculi aridi fafciculum deprimimus, ita [b] vt ius fupernatet [c].
11 Huic autem conditurae vafa noua fictilia fine pice praeparantur: quae ne poffint
oleum forbere, tamquam oliuariae metretae imbuuntur liquamine [d]: tum demum [e]
et afficcantur [f].

XLVIII. SEQVITVR autem frigus hiemis, per quod oliuitas, ficut vin-
demia, curam villicae repetit. Prius itaque (quoniam [a] inchoauimus) de conditu-
ris oliuarum praecipiemus, ac ftatim conficiendi olei rationem fubiiciemus. Pau-
feae baccae, vel orchitae, nonnullis regionibus etiam Naeuiae, conuiuiorum epulis
praeparantur. Has [b] igitur cum iam [c] nigruerint, nec adhuc tamen permaturae [d]
fuerint, fereno caelo diftringere manu conuenit, lectasque cribrare, et fecernere,
2 quaecumque maculofae, feu [e] vitiofae, minorisue incrementi videbuntur: deinde
in [f] fingulos modios oliuae falis integri ternas heminas adiicere, et in vimineos qua-
los confundere [g] fuperpofito copiofo fale, ita vti oliuas [h] contegat, ficque [i] trigin-
ta dies pati confudafcere [k], atque omnem amurcam exftillare: poftea in alueum dif-
fundere, mundaque fpongia falem [l], ne permaneat [m], detergere: tum in [n] vas ad-
iicere, et [o] fapa vel defruto amphoram replere fuperpofito fpiffamento aridi foeni-
3 culi, quod oliuam deprimat. Plerique tamen tres partes defruti, aut mellis, et
vnam mifcent aceti, aliqui duas partes, et vnam aceti, et eo, quo condiunt [p],
iure. [q] Quidam, cum oliuam nigram legerunt, eadem [r] portione, qua fupra, fa-
liunt, et fic collocant in qualis, vt immiftis feminibus lentifci alterna tabulata oliua-
rum et [s] falis [t] vsque in fummum componant [u]: deinde poft quadraginta dies, cum
oliua quidquid habuit [x] amurcae [y] exfudauit, in alueum defundunt, et cribratam
feparant

t) *vel* abeft *I. B. R.* u) *chorchia P.* x) *cannis I. B. R.* y) *fiquid P.* z) *examaritum* n. *P.* a) *ita I. B. R.* forte *vbi.* b) *ita* deeft *I. B. R.* c) *fuperna.* *Et huic P.* d) *liquida I. B. R.* e) *demum* om. *I. B. R.* f) Hinc nouum caput incipit *Pol. et Lipf.* A verbis *Prius itaque* al. Lemma interponunt *Mff. nigrarum oliuarum compofitio.* [C. XLVIII.] a) *quia iam I. B. R. quod iam Lipf.* b) *Hae I. B. R.* c) *iam* omitt. *I. B. R.* d) *praematurae I. B. R.* e) *feu* abeft *Lipf. I. B. R.* f) *in* deeft *I. B. R.* g) *infundere et I. B. R.* h) *oliuam I. B. R. Lipf.* i) *ficque* defic. *I. B. R.* k) *confudefcere I. B. R. Lipf.* l) *falemue Jenf.* m) *perueniat I. B. R. Lipf.* n) *vrnas I. B. R.* o) *de I. B. R.* abeft plane *P.* p) *condunt I. B. R.* q) *Aliter* inf. *Pol.* r) *eandem I. B. R.* s) *fimiliter fupra* interf. *I. B. R.* *fimiliter deinde P. Lipf.* t) *Tum iterum oliuarum et fimiliter fupra falis* infer. *P. Lipf.* u) *componunt Lipf. I. B. R.* x) *habuit* deeft *Lipf. I. B. R.* y) *amurca P. Lipf.*

48, 2 CONSVDASCERE) Videtur legendum *confudefcere.* Supra c. 7 dixit: *dum confudent.* VRSIN.

48, 3 ET EO QVO) Forte legendum, *et eo quoque* vel *eoque condiunt iure.* Pofterius VRSINO iam placuiffe video et nunc etiam Cl. Morgagnio l, 72. Ex libris nihil praefidii.

48, 5 A SA-

separant ab seminibus lentisci, spongiaque detergent, nequid adhaereat salis: tum
in amphoram confundunt adiecto defruto, vel sapa, vel etiam melle, si est copia [z],
caeteraque similiter faciunt. – [a] In singulos modios oliuae singulos sextarios ma- 4
turi seminis anisi [b], lentiscique [c], et ternos cyathos [d] seminis foeniculi; si id non
est, ipsum foeniculum concisum, quantum satis videbitur, adiici oportet: deinde
in singulis modiis oliuarum salis cocti, et [e] non moliti ternas heminas admisceri, et
ita in amphoris condi, easque fasciculis foeniculi obturari, et quotidie per terram
volutari: deinde tertio quoque aut quarto die quidquid amurcae inest, mitti. Post 5
XL dies in alueum diffundi, et a sale [f] tantummodo separari, sic ne [g] spongia de-
tergeantur [h] oliuae, sed ita vt erunt exemtae, massulis [i] salis mistis in amphoram
condantur, et spissamentis [k] impositis ad vsus in cellam reponantur. – [l] Maturam
oliuam in statura [m] factam [n] colymbadem, de muria tollito, spongia tergito [o]: de-
inde [p] canna viridi scindito duobus vel tribus locis, et triduo in aceto habeto: quar-
to [q] die spongia [r] extergito [s], in vrceum [t] aut cacabum nouum mittito substrato
apio et modica ruta [u]. Concisis deinde pleno vase oliuis immitte defrutum vsque ad
os. Lauri turiones in hoc vsu mittito, vt [x] oliuas deprimant. post dies viginti vtere.

XLIX. [a] OLIVA nigra maturissima sereno caelo legitur, eaque sub vmbra
vno die in cannis porrigitur, et quaecumque est vitiosa bacca, separatur. Item si-
qui adhaeserant pediculi, adimuntur, foliaque et [b] surculi, quicumque sunt inter-
misti, eximuntur [c]. Postero die diligenter cribratur, vt siquid inest stercoris sepa- 2
retur: deinde intrita oliua nouo fisco includitur, et prelo subiicitur, vt tota nocte
exprimatur. Postero die iniicitur quam mundissimis molis suspensis, ne nucleus
frangatur. et cum est in sampsam [d] redacta, tunc sal coctus tritusque [e] manu per-
miscetur cum caeteris aridis condimentis. haec autem sunt, carpum [f], cyminum, se-
men

z) *copiosa P. Lips.* a) *Oliua nigra sine dulci* inser. rubr. *P. Lips.* b) *anisi* deest *I. B. R. Lips.* c) *lentisque I. B. R.* d) *quiatos P.* e) *sed I. B. R.* f) *sole I. B. R.* g) *non I. B. R.* h) *detergantur I. B. R.* i) *maximi P.* k) *spissetis P.* l) Rubr. *Olilienſem sic condire Lips. Oliuam Ciliensem sic condito Pol.* m) *slatiua P. strituā Lips.* n) *fractam I. B. R.* o) *tergeto I. B. R.* Hic plusculа *om. Lips.* p) *Dein P.* q) *quarta I. B. R.* r) *spongea I. B. R.* s) *extergeto, in vas in I. B. R. extergeto, in vas, id est, in P.* t) *vrcium P.* u) *ruta concbis. Deinde I. B. R.* x) *et P.* [C. XLIX.] a) *Sansā quemadmodum fiant P. Lips. Sirapa quomodo fiat* al. b) *et* abest *I. B. R.* c) *eliguntur I. B. R. Lips.* d) *sansam I. B. R. Lips.* e) *triclusque Reg.* f) *carpum I. B. R. careum Pol. Lips. carenum* al.

48, 5 A SALE – SEPARARI) In tantum, ne sint glomeres oliuarum salis quasi ferruminatione concreti.

48, 5 IN STATVRA) Quid hic *statura?* Suspicor legendum, *salsura*, cuius vocis vsum ostendet Index. Sed cognita modo Lipsiensi scriptura, vix dubito, quin legendum sit, *in strictura*, h. e. cum stringerentur, recentes. Vid. 12, 47, 8.

48, 5 CANNA VIRIDI) Vid. 12, 47, 3.

49 Positum hic ab auctore lemma (h. e. initium orationis, quod argumentum eius indicaret) fuisse non est dubium: quod fuerit, non ausim dicere. *Sirapa* quidem, quid rei sit, plane ignorare me fateor. Sed neque, quid *samsa* sit, aliunde, credo, quam ex hoc ipso loco et mox c. 50, 10 constare, nimirum illud in *oleo*, quod in *vino* est *pes vinaceorum*; nisi quod oliuarum caro eo modo, qui hic traditur, tractata et condita in hominum cibo aliquamdiu esse potest non ingrato: vinaceorum pes animalibus relinquitur. Quo minus dubitemus haec vera esse, Plinius facit, qui 15, 1 *exilibus regulis pedem includi iubet oliuarum*, idem praecipiens, quod noster c. 50, 10.

49, 1 INTRITA OLIVA) h. e. nondum trita. Adiiciendum vocabulum his, quae ex *in* composita, vel nominis naturam habent, vel participii, vt *infractus* etc.

49, 2 MOLIS SVSPENSIS) Vid. c. 50, 6.

49, 2 CARPVM) Nescio, quid impulerit viros doctos, vt a lectione primarum editionum discederent, et *carenum* in condimentis aridis nobis adnumerarent. *Carpum* vocari *foenum graecum*

men foeniculi, aniſum Aegyptium. Sat erit autem totidem heminas ſalis adiicere,
quot ſunt modii oliuarum, et oleum ſuperfundere, ne exareſcat: idque fieri debe-
3 bit, quotiescumque [g] videbitur aſſiccari. Nec dubium eſt, quin optimi ſaporis ſit,
quae ex oliua poſia [h] facta eſt. Caeterum ſupra duos menſes ſapor eius non perma-
net integer. Videntur autem alia genera huic rei magis eſſe idonea, ſicut Liciniae
et culmineae. Verumtamen habetur praecipua in hos vſus olea Calabrica [i], quam
quidam propter ſimilitudinem oleaſtellum vocant.

L. MEDIA eſt oliuitas [a] plerumque initium menſis Decembris. nam et ante
hoc tempus acerbum oleum conficitur, quod vocatur aeſtiuum, et circa [b] hunc men-
ſem viride premitur, deinde poſtea maturum. Sed acerbum oleum facere patrisfa-
milias rationibus non conducit: quoniam exiguum fluit, niſi bacca tempeſtatibus in
terram decidit, et neceſſe eſt eam ſublegere, ne a domeſticis pecudibus feriſue con-
2 ſumatur. Viridis autem notae conficere vel maxime expedit, cum et ſatis fluit, et
pretio pene duplicat domini reditum. Sed ſi vaſta ſunt olivueta, neceſſe eſt vt [c] ali-
qua pars eorum maturo fructui [d] referuetur. Locus autem in quo confici oleum
debeat, etiam deſcriptus eſt priore volumine, pauca tamen ad rem pertinentia com-
3 memoranda ſunt, quae prius omiſeram. Tabulatum, quo feratur [e] olea, neceſſa-
rium eſt, quamuis praeceptum habeamus, vt [f] vniuscuiusque diei fructus molis et
prelo ſtatim ſubiiciatur. Verumtamen quia [g] interdum [h] immodica [i] multitudo
baccae torculariorum [k] vincit laborem, [ſi [l] labor eſt,] eſſe [m] oportet penſile hor-
reum, quo imponantur [n] fructus: idque tabulatum ſimile eſſe debet granario, et
habere lacuſculos tam multos, quam poſtulabit modus oliuae, vt ſeparetur, et ſeor-
4 ſum reponatur vniuscuiusque diei coactura [o]. Horum lacuſculorum ſolum lapide
vel tegulis oportet conſterni, et ita decliue fieri, vt celeriter omnis humor per ca-
nales aut fiſtulas defluat. nam eſt inimiciſſima oleo amurca, quae ſi remanſit in
bacca, ſaporem olei corrumpit. Itaque cum lacus, quemadmodum diximus, ex-
truxeris, aſſerculos inter ſe diſtantes ſemipedalibus ſpatiis ſupra ſolum ponito, et
cannas diligenter ſpiſſe textas iniicito, ita vt ne baccam transmittere queant, et oli-
5 vae pondus poſſint ſuſtinere. Iuxta omnes autem lacuſculos, ea parte qua defluet
amurca, ſub ipſis fiſtulis in modum foſſularum concauum pauimentum, vel cauum [p]
lapidem eſſe oportebit, in quo conſiſtat, et vnde exhauriri poſſit quidquid deflu-
xerit. Praeterea lacus, vel dolia praeparata ſub tecto habere [q] oportebit, quae
ſeorſum recipiant ſui cuiusque generis amurcam, ſiue quae ſincera defluxerit [r], ſiue
6 etiam quae ſalem receperit. nam vtraque vſibus plurimis idonea eſt. Oleo autem
confi-

g) *quotiensque I. B. R.* h) *poſea I. B. R.* i) *calibraca I. B. R.* [C. L.] a) *olinetis Lipſ.* b) *citra I. B. R.* c) *vt* abeſt *I. B. R.* d) *fructu I. B. R.* e) *ferat I. B. R.* f) *vt* deeſt *I. B. R.* g) *qui P.* h) *interdum* abeſt *I. B. R.* i) *immodica* deeſt *P. Lipſ.* k) *trocularioꝛum P. trodetariorum Lipſ.* l) *ſit laborem P. ſic labor eſt op. Lipſ.* m) *eſſe* deeſt *I. B. R.* n) *imperientur P.* o) *coctura I. B. R. Lipſ.* p) *canalem lapideum I. B. R. canale lapidem Lipſ.* q) *haberi I. B. R. Lipſ.* r) *fluxerit I. B. R.*

cum herbarii docent; *carphos* eſt apud Plinium 12, 48 ſ. 120. Porro *foenum graecum* eſſe in condimentis aridis, Index noſter docet et Apicius 5, 7.

50, 2 PRIORE VOLVMINE) 1, 6, 18.

50, 3 [SI LABOR EST]) Lectio Medicea et Lipſ. facit, vt ſuſpicemur, haec verba orta eſſe ex intempeſtiua repetitione ſyllabarum vin*cit laborem*, quae cum delere nollent librarii, bella illa parentheſis nata eſt. Fuiſſe eum morem Lipſienſi in primis exempla me plurima docuerunt.

50, 6 CA-

conficiendo molae vtiliores sunt, quam trapetum; trapetum, quam canalis, et [s]
solea. Molae quam facillimam patiuntur administrationem: quoniam [t] pro magni-
tudine baccarum vel submitti, vel etiam eleuari possunt, ne nucleus, qui saporem
olei vitiat, confringatur. Rursus trapetum plus operis, faciliusque quam solea et
canalis efficit. Est et organum erectae tribulae simile, quod tudicula [u] vocatur: id- 7
que non incommode opus efficit, nisi quod frequenter vitiatur, et si baccae pluscu-
lum [x] ingesseris, impeditur. Pro conditione tamen, et regionum consuetudine
praedictae machinae exercentur. sed est [y] optima molarum, tum etiam trapeti.
Haec ante quam de oleo conficiendo dissererem [z], praefari necesse habui. Nunc 8
ad ipsam rem veniendum est, quamquam multa omissa sunt, quae sicut ante vinde-
miam, sic ante oliuitatem praeparanda sunt, tamquam lignorum copia, quae multo
ante apportanda est, ne cum res desiderauerit, operae auocentur; tum scalae, cor-
bulae, decemmodiae, trimodiae satoriae, quibus districta bacca suscipitur, fisci,
funes cannabini [a], et spartei, conchae ferreae, quibus depletur oleum, opercula,
quibus vasa olearia conteguntur, spongiae maiores, et minores, vrcei, quibus oleum
progeritur [b], canneae tegetes, quibus oliua excipitur, et siqua sunt alia, quae nunc
memoriam meam refugiunt. Haec omnia, et [c] multo plura esse debent: quo- 9
niam in vsu depereunt, et pauciora fiunt; quorum siquid suo tempore defuerit,
opus intermittitur. Sed iam quod pollicitus sum exequar. – [d] Cum primum
baccae variare coeperint, et iam quaedam nigrae fuerint, plures tamen albae, se-
reno caelo manibus distringi oliuam oportebit, et substratis tegetibus aut cannis
cribrari et purgari. tum diligenter mundatam protinus in torcular deferri, et inte- 10
gram in fiscinis [e] nouis includi, prelisque [f] subiici, vt quantum possit paulisper ex-
primatur. postea resolutis corticulis [g] emolliri [h] debebunt, adiectis binis sextariis
integri salis in singulos modios. et aut regulis [i], si consuetudo erit regionis, aut
certe nouis fiscinis [e] sampsae [k] exprimi. quod deinde primum defluxerit in rotun-
dum

s) *est P. est olea mole qui Lips.* t) *Tum I. B. R.* u) *radicula I. B. R.* x) *fisculum I. B. R. flusculum P. plusculum ingrasseris Lips.* y) *et I. B. R. optima molarum opus est tum etiam trapeti Lips.* z) *dixerim Lips.* a) *canales spartei I. B. R. cannali sparteis* ant. *cannabi sparteis* nouus *P. canna vel sparteis conce ferree Lips.* b) *progreditur I. B. R.* c) *et* abest *I. B. R.* d) *De oleo viridi conficiendo* rubr. *P. Lips.* e) *fiscis Lips.* f) *plerisque I. B. R. praelisque I. I. H. A. Gr. G. St.* g) *torculis Lips.* h) *emoli I. B. R. et moli Lips.* i) *segulis I. B. R. regulus P.* k) *sansae I. B. R. Lips.*

50, 6 CANALIS ET SOLEA) Quale hoc instrumentum fuerit, non habeo dicere. Obseruat Philander ad Vitru. 8, 4 pro *solea solena* substitutum a Caelio [13, 4] sed quod ipse iam vidit quomodo σωλὴν a canali differat, obscurum est. Vid. Auso. Pop. de instrum. fundi 12, 8 et quae nos ibi.

50, 7 ORGANVM ERECTAE TRIBVLAE) Hoc organum intelligi puto ex eo machinarum genere, quo vtuntur hodie ad aromata quaedam comminuenda, frequentissime autem ad fabam Turcicam (Caffeam) terendam, qui conus truncatus est, vel meta, striis helices imitantibus sulcata, matrici cylindricae, et sulcis ad perpendiculum descendentibus striatae inserta, vt grana, qua coni angustior pars spacium facit, iniecta, circumacto illo rapiantur deorsum, et inter strias strigasque elidantur, ac demum, qua arctissimum iter basis metae praebet, expellantur.

50, 10 RESOLVTIS CORTICVLIS) aperta per illam primam pressuram cuticula, vel cortice, vt sal penetrare possit. Sed neque negligenda lectio Lips.

50, 10 REGVLIS) lignis oblongis, accurate in quadratum dolaris, qualibus etiam vinaceorum pedem, ne cedere possit prelo, nostrae aetatis et regionis ratio includit. Vid. dicta ad c. 49 pr.

dum labrum (nam id melius [l] eſt, quam plumbeum quadratum, vel ſtructile ge-
mellar) protinus capulator depleat, et in fictilia labra huic vſui praeparata defundat.
11 Sint autem in cella olearia tres labrorum ordines, vt vnus primae notae, id eſt pri-
mae preſſurae oleum recipiat, alter ſecundae, tertius tertiae. nam plurimum refert
non miſcere iterationem, multoque minus tertiationem cum prima preſſura: quo-
niam [m] longe melioris ſaporis eſt, quod minore vi preli [n], quaſi lixiuum [o] defluxe-
rit. cum deinde paululum in labris primis conſtiterit oleum, eliquare id capulator
in ſecunda labra debebit, et deinde in ſequentia vsque ad vltima [p]. nam quanto ſae-
pius translatione ipſa ventilatur, et quaſi exercetur, tanto fit liquidius, et amurca
12 liberatur. Sat erit autem in ſingulis ordinibus tricena componi labra [q], niſi vaſta
fuerint olìueta, et maiorem numerum deſiderauerint. Quod ſi frigoribus oleum
cum amurca congelabitur, pluſculo ſale cocto vtique vtendum erit. ea res reſoluit
oleum, et ſeparat ab omni vitio. neque [r] verendum eſt, ne ſalſum fiat. nam quan-
tumcunque adieceris ſalis, nihilominus ſaporem non recipit oleum. Solet autem
ne ſic quidem reſolui, cum maiora frigora inceſſerunt: itaque nitrum torretur, et
13 contritum inſpergitur, et commiſcetur, ea res eliquat amurcam. Quidam, quam-
vis diligentes olearii, baccam integram prelo [s] non ſubiiciunt, quod exiſtimant ali-
quid olei deperire [t]. nam cum preli pondus accepit, non ſola exprimitur amurca,
ſed et aliquid ſecum [u] pinguitudinis attrahit. Illud autem in totum praecipiendum
habeo, vt neque fumus, neque fuligo [x], quamdiu viride oleum conficitur, in [y] tor-
cular admittatur, aut in cellam oleariam [z]. nam eſt vtraque res inimica huic rei, pe-
ritiſſimique olearii vix patiuntur ad vnam lucernam opus fieri. quapropter ad eum
ſtatum caeli et torcular, et cella olearia conſtituenda eſt, qui maxime a frigidis ven-
14 tis auerſus eſt, quoniam minime vapor ignis deſideratur. Dolia autem, et ſeriae,
in quibus oleum reponitur [a], non tantum eo tempore curanda ſunt, cum fructus
neceſſitas cogit, ſed vbi fuerint a mercatore vacuata [b], confeſtim villica debet adhi-
bere

l) *melius, ſed P. ſit Lipſ.* m) *quoniam* deeſt *I. B. R.* n) *praeli* ante Commel. omnes. o) *lixiuum I. B. R. lixiuium* al. p) *vltimam Lipſ. I. B. R.* q) *libra I. B. R.* r) *nec querendum Lipſ.* s) *praelo* ante Commel. omnes. Et ſic per totum caput. t) *deponere Lipſ.* u) *ſed cum pinguidinis P. ſed cum* etiam *Lipſ.* x) *vligo Lipſ.* y) *in troclar* ant. *in ſtroclar* nouus *P.* z) *oliuariam I. B. R.* a) *imponitur Lipſ.* b) *euacuata I. B. R.*

50, 10 STRVCTILE GEMELLAR) Quid *ſtructile* eſſet, non patiuntur nos ignorare ipſi ruſtici noſtri et Vitruuius, quem laudamus ad Pall. Aug. 11, 1 nimirum ex lapidibus vel lateribus conſtructum. Sed vtrum *gemellar* oleo excipiendo ita ſtrui ſolitum aut conſultum ſit, (gypſo quidem poliri intus potuiſſe video) non habeo dicere, non magis quam illud, quid proprie *geminum* fuerit in *gemellari*, vnde nomen inuenerit; niſi quod ſuſpicor, totum vas fuiſſe geminum aut duo pluraue caua habuiſſe, e quorum vno in alterum tranſiens oleum ipſum ſe quodammodo depleuerit. Tale *gemellar ſtructile* ideo etiam damnare videtur noſter, quod exhauriendo deplendum eſſet, neque defundi poſſet, qua cauſa etiam plumbea quadrata minus commoda ſunt; omnium aptiſſima labra rotunda, aheneorum vulgarium inſtar, in quorum fundum amurca facile confluat, ibique defuſo oleo relinquatur.

50, 11 PRIMAE NOTAE) Ita etiam Plinius 15, 1 qui et *primam vndam* vocat. Vide ibi Harduinum. SCHOETTG.

50, 12 NE SALSVM FIAT) Nam, vt Ariſtoteles docet Meteor. lib. 4 ſal in oleo non liqueſcit. Vide Marſilium Cagnatum Var. Obſeru. 1, 10. SCHOETTG.

50, 13 QVAM MINIME — DESIDERATVR) h. e. noxius eſt. Eodem modo optimi ſcriptores vtuntur formula, *non opus eſt*. Cic. pro Cluent. 50 extr. *Vt ſiquid aliquando, quod non opus eſſet, a ſe eſſet dictum, poſſet ſe negare dixiſſe.* Ita Liu. 27, 48 pr. *Non opus eſſe caſtra dilatari.* Simile eſt Ter. Phor. 5, 3, 15 *Hei pene plus, quam ſat erat* (dixi) etc.

50, 18 ERIT

bere curam, vt ſi quae feces aut amurcae in fundis vaſorum ſubſederint [c], ſtatim
emundentur, et non calidiſſima lixiuia, ne vaſa ceram remittant, ſed [d] ſemel atque
iterum eluantur [e]: deinde aqua tepida leuiter manibus defricentur, et ſaepius eluan-
tur [f], atque ita ſpongia omnis humor aſſiccetur. Sunt qui cretam figularem [g] in 15
modum liquidae fecis aqua reſoluant, et cum vaſa lauerint, hoc quaſi iure intrinſe-
cus oblinant, et patiantur areſcere. Poſtea [h] cum res exigit [i], pura eluunt aqua,
nonnulli prius amurca, deinde aqua vaſa perluunt [k], et aſſiccant. tum conſiderant,
numquid ceram nouam dolia deſiderent. nam fere ſexta quaque oliuitate cerari
oportere antiqui dixerunt. quod fieri poſſe non intelligo. nam quemadmodum noua 16
vaſa ſi calefiant, liquidam ceram facile recipiunt [l], ſic vetera non crediderim [ll] pro-
pter olei ſuccum, ceraturam pati. quam tamen et ipſam ceraturam noſtrorum
temporum agricolae repudiauerunt, exiſtimaueruntque [m] ſatius eſſe noua dolia [n]
liquida gummi perluere, ſiccataque ſuffumigare alba cera, ne pallorem capiant.
eamque ſuffitionem ſemper faciendam iudicant quotiescunque vel noua, vel vetera
vaſa curantur, et [o] oleo [p] nouo praeparantur. Multi cum ſemel noua dolia vel 17
ſerias craſſa gummi [q] liuerunt, vna in perpetuum gummitione contenti ſunt. et
ſane quae ſemel oleum teſta combibit, alteram gummitionem non recipit. reſpuit
enim olei pinguitudo talem materiam, qualis eſt gummi [r]. – Poſt menſem De-
cembrem [s] circa Calendas Ianuarias eadem ratione, qua ſuperius, diſtringenda erit
olea, et ſtatim exprimenda. nam ſi repoſita in tabulatum fuerit, celeriter conca-
leſcet [t]: quoniam hiemalibus pluuiis amurcae plus concipit, quae eſt contraria huic
rei. Cauendum eſt itaque [u], ne ex ea fiat oleum cibarium. quod vno modo vitari 18
poterit, ſi protinus illata de agro bacca commolita et expreſſa erit [x], quae ſic ad-
miniſtrata fuerit, vt ſupra diximus. Plerique agricolarum crediderunt, ſi ſub tecto
bacca deponatur, oleum in tabulato creſcere: quod tam falſum eſt, quam in area
frumenta creſcere: idque mendacium vetus ille Porcius Cato ſic refellit. Ait enim 19
in tabulato corrugari oliuam, minoremque fieri. propter quod cum facti vnius men-
ſuram ruſticus ſub tecto repoſuerit, et poſt multos dies eam molere voluerit, obli-
tus [y] prioris menſurae quam intulerat, ex alio aceruo ſimiliter ſepoſito quantum [z]
cuique menſurae defuit ſupplet [a], eoque facto videtur plus olei [b] quieta [c], quam re-
cens [d] bacca reddere, cum longe plures modios acceperit. Attamen ſi [e] id maxime 20
verum

c) *ſemel* inſ. *I. B. R.* d) *ſed* abeſt *I. B. R. L.* e) *eluentur Lipſ. I. B. R. I. I.* f) *eleuantur Lipſ.* quod non de nihilo f. hic *eleuentur* ſcrib. g) *ficularem I. B. R.* h) *Pōt I. B. R. poteſt Lipſ.* i) *exigat I. B. R. exigat tali pura Lipſ.* k) *perlinunt I. B. R.* l) *recipiant I. B. R. Lipſ.* ll) *credideram I. B. R.* m) *exiſtimaruntque I. B. R.* n) deſunt *Lipſ.* ad verba *noua dolia.* o) *et* abeſt *I. B. R.* p) *olea noua I. B. R.* q) *cummi licntur P. craſſe gummilientur Lipſ.* r) *gummis I. B. R. cummis P. gūmis Lipſ. Oleum maturum quemadmodum boni ſit ſaporis* rubr. *inſ. P. Lipſ.* s) *Decembris I. B. R.* t) *concaleſcit I. B. R.* u) *vtique ne fiat Lipſ.* x) *cera P. Lipſ.* y) *obliti I. B. R.* z) *quantumcunque I. B. R. quantumque Pol. Lipſ.* a) *ſupplet* om. *L.* b) *eſſe I. B. R.* c) *quiete B. R. quietae lenſ.* d) *recentis baccae I. B. R.* e) *ſi* deeſt *I. B. R. vt maxime id Lipſ.*

50, 18 ERIT, QVAE SIC) Forte legendum, *atque ſic*: alias enim male videtur oratio cohaerere.

50, 18 CATO SIC REFELLIT) Oraculum quidem ille edit c. 64 *Nolito credere, oleum in tabulato poſſe creſcere.* Sed rationem, quam hic adfert Columella, in libello, qui nunc extat, fruſtra quaeras.

50, 19 FACTI VNIVS) Vid. Varr. 1, 24, 2.

verum esset [f], nihilominus ex pretio viridis olei plus quam multitudine [g] mali nummorum contrahitur. Sed [h] et Cato dixit [i]: Et sic quidem quidquid [k] ponderis aut mensurae oleo accedit, in portionem [l] velis in factum adiectae baccae computare, non [m] prouentum, sed detrimentum senties. Quapropter dubitare non debemus
21 lectam oliuam, primo quoque tempore commolere, preloque subiicere [n]. Nec ignoro etiam cibarium oleum esse faciendum. nam vbi exesa vermiculis oliua decidit, vel tempestatibus et pluuiis in lutum defluxit, ad praesidium aquae calidae decurritur, ahenumque [o] calefieri debet, vt immundae baccae eluantur. sed id non feruentissima fieri oportet, verum modice calida, quo commodior gustus olei fiat: nam si excoctus est, etiam vermiculorum, caeterarumque immunditiarum saporem trahit. Sed cum fuerit oliua elota, reliqua, sicut supra praecepimus, fieri debebunt.
22 Fiscis autem non iisdem probum [p] et cibarium oleum premi oportebit. nam veteres ad caducam oliuam, noui autem ordinario aptari oleo, semperque cum expresserint facta, statim feruentissima debent aqua bis aut ter elui: deinde si sit profluens, impositis lapidibus, vt pondere pressi detineantur, immergi: vel si nec flumen est, in lacu, aut piscina quam purissimae aquae macerari, et postea virgis verberari, vt sordes fecesque decidant, et iterum elui [q], siccarique.

LI. QVAMVIS non erat huius [a] temporis olei gleucini compositio, tamen huic parti voluminis reseruata est, ne parum opportune vini [b] conditionibus interponeretur. Hac autem ratione confici debet. – Vas olearium [c] quam maximum, et aut nouum, aut certe bene solidum praeparari oportet: deinde per vindemiam musti quam optimi generis, et quam recentissimi sextarios sexaginta cum olei pondo octoginta in id confundi [d]: tum [e] aromata non cribrata, sed ne minute quidem contusa, verum leuiter confracta in reticulum iunceum [f] aut lineum [g] adiici, et ita
2 cum [h] saxi pondusculo in olei atque musti [i] partem demitti. sint autem iis portionibus pensata [k], quas infra subiicimus, calami, schoeni [l], cardamomi [m], xylobalsami [n], corticis de palma, foeni Graeci vetere vino [o] macerati, et postea siccati, atque etiam torre-

f) *esse I. B. R. Lips.* g) *multitudinem alii mille nummorum contrahitur I. B. R. mille* deest *P. plusquam multitudinem nummorum conemb'r L. multitudine mali contr.* al. h) *Sed I. B. R. quod* al. i) *dicit I. B. R.* k) *quicquam P. Lips.* l) *portiones I. B. R.* m) *non prouentum - - senties* desunt *I. B. R. Lips.* n) rubr. *De cibario oleo conficiendo Lips.* o) *benumque L.* p) *probum L. I. B. R. improbum* al. q) *diu Lips.* [C. LI.] *Olei gleuani compositio* rubr. *L.* a) *huius olei goentini compos. L.* b) *villici I. B. R.* c) *olea I. B. R. L. oleae* autumat Anonymus ad marg. *Reg.* d) *confundunt I. B. R. confunditur arom. L.* e) *tum* abest *I. B. R.* f) *vinceum L.* g) *linteum I. B. R.* h) *cum saxi pondusculo in* desunt *L. I. B. R.* i) *prelo misci L.* k) *pensare atque in subiicimus I. B. R. pensate atque infra subicimus L.* l) *coheni P.* m) *cardamo mixto balsami L. I. B. R. cardomomi Steph.* n) *xilobalsami I. I. H. A. Gr. G. St.* o) *pruno I. B. R. primo P. Lips.*

50, 22 PROBVM ET CIBARIVM OLEVM) Ita videtur leg. non *improbum.* VRSIN. Cum recte in vetustis libris legeretur *probum*, secuta aetas *improbum*, quasi *cibarium oleum* esset probum, cum sit deterrimum, excudi maluit. Fit enim, docente Columella, *vbi exesa vermiculis oliua decidit, vel tempestatibus et pluuiis in lutum defluxit.* Improbum itaque *oleum cibarium*, vt et *panis cibarius*, *cibariumque vinum*, seruis quae reseruabantur. PONTED. Confirmatur Viri Clar. sententia ab ipso Col. 12, 52 extr. *poterit* enim *ad escam probari* quod deterioris notae est. Sed supra l. 12 tamen cauit, ne cibarium oleum fiat ex oliua, quae amurcam concepit. Est igitur nota deterior etiam cibario. Qua ratione etiam *improbum* hic ferri potest.

51, 1 OLEI GLEVCINI) Meminit etiam Coelius Aurel. Acut. 3, 24 Dioscorides 1, 67 Plinius 15, 7. SCHOETTG. Notandus hic Scriuerii error, qui ad Mart. 9, 26 *glaucinum oleum* comminiscitur, et ad *glauciam* herbam refert cum aperte sit ἀπὸ τοῦ γλεύκους.

51, 2 IRI-

torrefacti, iunci radicis, tum etiam iridis Graecae, nec minus anisi [p] Aegyptii pari pondere, id est, vniuscuiusque libram, et quadrantem, vt supra diximus, reticulo inclusa demittito, et metretam linito. post septimum diem aut nonum per se metretae siquid fecis aut spurcitiae faucibus inhaerebit, manu eximito, et detergito [q]: deinde oleum eliquato, nouisque vasis recondito. mox reticulum eximito, et aro- 3 mata in pila quam mundissime contundito, tritaque in eandem metretam reponito, et tantundem olei quantum prius infundito, et obturato, in sole ponito. Post septimum diem oleum [r] depleto, et quod reliquum est musti picato cado [s] recondito. nam id si non exhauseris [t] medicamentum, dabitur potatum imbecillis bubus et caetero [u] pecori. Oleum [x] autem secundarium non insuauis odoris quotidianam vnctionem praebere poterit dolore neruorum laborantibus.

LII. OLEVM [a] ad vnguenta sic facito. Ante quam oliua nigrescat, cum primum decolorari coeperit, nec tamen adhuc varia fuerit, maxime Liciniam, si erit; si minus, regiam; si nec haec fuerit, tunc Culminiam [b] baccam manu stringito, et statim purgatam prelo integram subiicito, et amurcam exprimito: deinde suspensa 2 mola oliuam frangito, eamque vel in regulas, vel in nouo fisco adiicito, subiectamque prelo sic premito, ne vasa intorqueas, sed tantum ipsius preli pondere quantulumcunque exprimi patiaris. deinde cum [c] sic fluxerit, protinus capulator amurca separet [d], et diligenter seorsum in noua labra transferat [e], eiusque [f] eliquet reliquum olei. quod [g] postea fuerit expressum, poterit ad escam vel cum alia nota mistum, vel per se approbari.

LIII. HACTENVS de oleo abunde [a] diximus, nunc ad minora redeamus [b]. Omne pecus, et praecipue suem pridie quam occidatur, potione prohiberi oportet, quo sit caro siccior. nam si biberit, plus humoris salsura habebit. ergo sitientem cum occideris, bene exossato: nam ea res minus vitiosam [c], et magis durabilem salsuram facit. deinde cum exossaueris, cocto sale, nec nimium minuto, sed suspensa 2 mola infracto diligenter salito [d], et maxime in eas partes quibus ossa relicta sunt, largum salem infarcito [e], compositisque supra tabulatum tergoribus aut frustis vasta pondera imponito, vt exsanietur. tertio [f] die pondera remoueto, et manibus diligenter salsuram fricato. eamque cum voles reponere [g], minuto et trito sale aspergito,

p) *anesi egyptii L. I. B. R.* q) *detergeto I. B. R.* r) *oleo repleto L. I. B. R.* s) *candore condito I. B. R.* t) *exhauseris I. B. R. exacuerit medicamentum dabitur potandum Lips.* u) *caeterorum P. Lips.* x) *sic Pol. et Lips.* Alii hic nouum caput incip. [C. LII.] a) *Oleum — facito* rubr. *Pol. et Lips.* omissa ab aliis, qui coniungunt *laborantibus: antequam.* b) *culminam I. B. R.* c) *quomodo I. B. R. curo P.* d) *separet Lips. separare* al. e) *transferre debet Iuntt.* f) *eiusque eliquet reliquum olei* desunt *Iuntt.* g) *cum Iuntt.* [C. LIII.] a) *dixisse abunde est P. dixisse habunde est Lips. abunde dixisse satis est I. B. R.* b) Rubr. *De succidia et salsura facienda Lips.* c) *incinnosam Jens. incynosam Lips.* d) *insallito.* e) *infarcito I. B. R.* f) *Tertia I. B. R.* g) *exponere Lips.*

51, 2 IRIDIS GRAECAE) Supra c. 20 dixit *iris Illyrica.* VRSINVS.

51, 3 OLEVM AVTEM SECVNDARIVM) Modo dixerat, *et tantundem olei quantum prius infundito.* Hoc igitur est *oleum secundarium.* Et ita eandem causam reddidimus, factae ex Mss. mutationis.

52, 2 SEPARET) Ita videtur legendum non *separare.* VRSIN.

52, 2 EIVSQVE ELIQVET) Hunc locum ita puto constituendum: *in noua labra transferat, quousque eliquet. Reliquum olei, quod postea* etc. Mox c. 53, 2 videbimus *eius* positum pro *eiusque.*

53, 2 NEC

gito, atque ita reponito: nec desieris eius quotidie falsuram fricare, donec matura
3 sit. Quod si serenitas fuerit iis diebus, quibus perfricatur caro, patieris eam sale conspersam esse nouem diebus: at [h] si nubilum, aut pluuiae, vndecima vel duodecima die ad lacum falsuram deferri oportebit, et salem prius excuti, deinde aqua dulci diligenter perlui, necubi sal inhaereat, et paululum [i] assiccatam in carnario suspendi, quo modicus fumus perueniat, qui, siquid humoris adhuc continetur, siccare eum possit. Haec falsura luna decrescente maxime per brumam, sed etiam mense
4 Februario ante Idus commode fiet [k]. – Est et alia [l] falsura, quae etiam locis calidis omni tempore anni potest vsurpari, quae [m] talis est: Cum [ab [n]] aqua pridie sues prohibiti [o] sunt, postero die mactantur, et vel aqua candente, vel ex tenuibus lignis flammula facta glabrantur [p], (nam vtroque modo pili detrahuntur) caro in libraria frusta conciditur: deinde in seriam substernitur sal coctum, sed modice (vt supra diximus) infractum [q]: deinde offulae carnis spisse componuntur, et alternis sal ingeritur. sed cum ad fauces seriae peruentum est, sale reliqua pars repletur, et impositis ponderibus in vas [r] comprimitur [s]: eaque caro semper conseruatur [t], et tanquam falsamentum in muria sua permanet.

LIV. RAPORVM quam rotundissima sumito, eaque, si sunt lutosa [a], detergito, et summam cutem nouacula decerpito: deinde (sicut consueuerunt salgamarii [b]) decussatim ferramento lunato incidito. sed caueto, ne vsque ad imum [c] praecidas rapum. Tum [d] salem inter incisuras raporum non nimium minutum aspergito, et rapa in alueo aut seria componito, et sale plusculo asperfa triduo sinito, dum
2 exudent. post tertiam diem mediam fibram rapi gustato, si receperit salem. deinde cum videbitur satis recepisse, exemtis omnibus, singula suo sibi iure eluito: vel si non multum liquoris fuerit, muriam duram adiicito, et ita eluito: et postea in quadratam cistam vimineam, quae neque spisse, solide tamen et crassis viminibus contexta sit, rapa componito: deinde sic aptatam tabulam superponito, vt vsque ad fun-
3 dum, si res exigat, intra cistam deprimi possint [e]. Cum autem [f] eam tabulam sic aptaueris: grauia pondera superponito, et sinito nocte tota, et vno die siccari. tum in dolio picato fictili, vel in vitreo componito, et sic infundito sinapi [g] et [h] aceto, vt [i] a iure contegantur. Napi [k] quoque, sed integri, si minuti sunt, maiores autem insecti, eodem iure, quo rapa condiri possunt [l]: sed curandum est, vt haec vtraque antequam caulem [m] aut cymam faciant, dum sunt tenera, componantur [n].
4 — Napos minutos integros, aut rursus amplos in tres aut quatuor partes diuisos in vas coniicito, et aceto infundito, salis quoque cocti vnum sextarium in congium aceti adiicito. post trigesimum diem vti poteris.

LV. SEMEN

h) *aut I. B. R.* i) *paulum assiccatum I. B. R.* k) *fiet I. B. R. Aliter* inser. *P. Lips.* l) *illa I. B. R. Lips.* m) *quae talis est* omitt. *I. B. R.* n) [*ab*] deest *I. B. R.* o) *prohibitae Lips. I. B. R.* p) *glabrata Lips. I. B. R.* q) *infractus I. B. R. Lips.* qui et modo *coctus.* r) *vuas Pol.* s) *conteritur Lips. I. B. R.* t) *consumatur: tanquam I. B. R.* [C. LIV.] a) *lutuosa detergeto I. B. R.* b) *Salmagarii Lips.* c) *imum perprenda rapa tum sale Lips.* d) *Tum* deest *I. B. R.* e) *possit I. B. R.* f) *enim tabulatum I. B. R.* g) *senapi P. Lips.* abest plane *I. B. R.* h) *et aceto* deest *Lips. I. B. R.* i) *vtra P. Lips.* k) *neque quoq. sed integrissimi minute sunt Lips.* l) *possint I. B. R.* m) *caulem agant cymam ne* (*f.* cymamue) *faciant.* n) *Aliter* inser. *P. Lips.*

53, 2 NEC DESIERIS EIVS) *cousque* legi vult VRSIN. Vid. quae modo dicta ad c. 52, 2.

55, 1 SCA-

LV. SEMEN ſinapis diligenter purgato, et cribrato: deinde aqua frigida eluito, et cum fuerit bene lotum, duabus horis in aqua ſinito. poſtea tollito, et manibus expreſſum in mortarium nouum aut bene emundatum coniicito [a], et piſtillis conterito. cum contritum fuerit, totam intritam ad medium mortarium contrahito, et comprimito manu plana. deinde cum compreſſeris, ſcarificato [b], et impoſitis paucis carbonibus viuis aquam nitratam ſuffundito, vt omnem amaritudinem eius, et pallorem exſaniet [c]. deinde ſtatim mortarium erigito, vt omnis humor eliquetur. poſt hoc album acre acetum adiicito, et piſtillo permiſceto, colatoque. Hoc ius ad 2
rapa condienda optime facit. Caeterum ſi velis ad vſum conuiuiorum praeparare, cum exſaniaueris [d] ſinapi, nucleos pineos quam recentiſſimos, et amygdalum [e] adiicito, diligenterque conterito infuſo aceto. Caetera, vt ſupra dixi, facito. Hoc ſinapi ad embammata non ſolum idoneo, ſed etiam ſpecioſo vteris: nam eſt candoris eximii, ſi ſit curioſe factum.

LVI. PRIVSQVAM oluſatrum coliculum agat, radicem eius exerito [a] menſe Ianuario, vel etiam Februario, et diligenter defricato, nequid terreni habeat, et [b] in aceto et ſale componito: deinde poſt diem trigeſimum eximito, et corticem eius delibratum abiicito. caeterum medullam eius conciſam in fideliam vitream, vel nouam fictilem coniicito, et adiicito ius, quod [c] ſicut [d] infra ſcriptum eſt fieri debebit: Sumito mentam, et vuam paſſam, et exiguam cepam aridam, eamque cum 2
torrido farre, et exiguo melle ſubterito: quae cum fuerit bene trita, ſapae vel defruti duas partes, et aceti vnam permiſceto: atque ita in eandem fideliam confundito, eamque operculo contectam pelliculato [e]. cum deinde vti voles, cum ſuo iure conciſas radiculas promito, et oleum adiicito. Hoc ipſo tempore ſiſeris radi- 3
cem poteris eadem ratione, qua ſupra condire: ſed cum exegerit vſus, eximes de fidelia, et oxymelli, cum exiguo oleo ſuperfunde.

LVII. ADDITO in mortarium ſatureiam, mentam, rutam [a], coriandrum, apium, porrum ſectiuum, aut ſi non erit, viridem cepam, folia lactucae, folia erucae, thymum viride, vel [b] nepetam [c], tum etiam viride puleium, et caſeum recentem, et ſalſum: ea omnia pariter conterito, acetique piperati exiguum permiſceto. Hanc miſturam [d] cum in catillo compoſueris, oleum ſuperfundito [e]. Cum viridia, 2
quae ſupra dicta ſunt, contriueris, nuces iuglandes [f] purgatas, quantum ſatis videbitur, inſerito, acetique piperati exiguum permiſceto, et oleum infundito [g]. ſeſamum

[C.LV.] a) *mundatum adiicies Lipſ. adiicito I. B. R.* b) *ſcarifato Lipſ.* c) *exinanit Lipſ.* d) *exanineris* ante Commel. omnes. *exinaniaueris Lipſ.* Vid. *Morg. I*, 73. e) *amylum I. B. R. I. I. H. A.* [C.LVI.] a) *ſerito Lipſ. I. B. R.* b) *et* abeſt *I. B. R.* c) *infraſcriptum: quod ſic fieri I. B. R.* d) *ſic P.* e) *pellicato Lipſ. I. B. R.* [C.LVII.] a) *rutram Reg.* b) *vel* deeſt *I. B. R.* c) *neptam I. B. R.* d) *mixturam I. B. R.* e) *Aliter* inſ. *Lipſ. P.* f) *grandes I. B. R. glandes Lipſ.* g) *Aliter* inſer. *Lipſ. P.*

55, 1 SCARIFICATO) Varie perforandam, credo, iubet maſſam ſinapis, vt concipere vaporem aquae nitratae, et exſudare facilius humorem palloremque poſſit. Nihil iuuat, qui condituram ſinapis praecipit Palladius Iul. 9.

55, 1 ERIGITO) Videndum, an legi debeat *emergito*, vel *euerrito*. VRSIN. Minime vero! *Mortarium*, vt vel ex hoc loco apparet, (confer autem, qui dubitas, Indicem) eſt lapis planus, qui ſi erigatur, humor defluit.

55, 2 EXSANIAVERIS) *exinanineris* leg. VRSIN. Neque hoc probare poſſum. Verbum *exſaniare* ſatis tuetur Index.

57, 2 INSERITO) Parum aptum huic loco verbum videtur. Forte fuit *interito*; vnde *intrita* eſt.

mum leuiter [h] torrefactum cum iis viridibus, quae supra dicta sunt, conterito.
3 Item aceti piperati exiguum permisceto, cui supra oleum superfundito [i]. — Caseum
gallicum, vel cuiuscunque notae volueris, minutatim concidito et conterito, nu-
cleosque pineos, si eorum copia fuerit; si minus, nuces auellanas torrefactas
ademta cute, vel amygdalas [k] aeque supra condimenta pariter misceto, acetique
piperati exiguum adiicito, et [l] permisceto, compositumque oleo superfundito [m].
4 Si condimenta viridia non erunt, puleium aridum, vel thymum, vel origanum, aut
aridam satureiam cum caseo conterito, acetumque piperatum, et oleum adiicito.
Possunt tamen haec arida, si reliquorum non sit potestas, etiam singula caseo misce-
ri [n]. — Piperis albi, si sit; si minus, nigri vnciae tres, apii seminis vnciae duae,
laseris radicis, quod σίλφιον Graeci vocant, sescunciam [o], casei sextantem: haec
contusa et cribrata melli permisceto, et in olla noua seruato: deinde cum exegerit
5 vsus, quantulumcunque ex eo videbitur, aceto et garo diluito [p]. — Ligustici vnciam,
passae vuae detractis vinaceis sextantem, piperis albi vel nigri quadrantem: haec, si
maiorem impensam vitabis, possunt melli admisceri, et ita seruari. At si pretio-
sius oxyporum [q] facere voles, haec eadem cum superiore compositione miscebis, et
ita in vsum repones: quod si etiam [cum] laser non [r] habueris, pro silphio, mellis [s]
adiicies pondo semunciam.

6 Clausulam peracti operis mei P. Siluine non alienum [t] puto indicem lecturis,
[si modo fuerint qui dignentur ista cognoscere:] nihil dubitasse me pene infinita
esse, quae potuerint huic inseri materiae: verum ea quae maxime videbantur neces-
saria, memoriae tradenda censuisse. nec tamen canis natura [u] dedit cunctarum re-
rum prudentiam. nam etiam quicunque sunt habiti mortalium sapientissimi, multa
scisse [x] dicuntur, non omnia.

h) *leniter I. B. R.* i) *superinfundito I. B. R. Aliter* inf. *P.* k) *Amygdolas Lips. I. B. R.* l) *et permisceto* om. *I. B. R.* m) *Aliter* interf. *P. Lips.* n) *Oxyporii compositio* interser. *Pol. Lips.* o) *sesunciam I. B. R.* p) *Aliter* inf. *P. Lips.* q) *oxyporium Lips.* r) *non* abest *Lips. I. B. R.* Malim abesse *τὴν cum. vid. Morg. I, 74.* s) *melius Lips. I. B. R.* t) *alienam puto Indicem Lips.* u) *naturam cunctarum Lips. I. B. R.* x) *scississe Pol.*

57, 3 AEQVE SVPRA CONDIM.) Forte scripsit Col. *eaque.*

57, 5 LIGVSTICI VNCIAM) Intelligitur ad hunc, et qui sequuntur accusatiuos *sume*, vel simile quid. De accusatiuis aliis, absolute vel elliptice potius positis, agimus ad Cat. 90.

57, 5 PRETIOSIVS OXYPORVM) Condimentum ex aceto, vid. Comm. ad Apic. 1, 32 et 3, 18 vbi similis compositio habetur.

L. IVNII MODERATI COLVMELLAE LIBER DE ARBORIBVS.

ALDVS LECTORI S.

ILLVD *significandum censui amice et studiose lector, ordinem librorum Columellae alium esse in hoc volumine, quam in aliis: idque Iucundi nostri diligentia, qui primus eum librum, qui tertius erat, cuius principium est*, Cum de cultu agrorum abunde primo libro praecepisse videamur, non intempestiua erit arborum virgultorumque cura; quae vel maxima pars habetur rei rusticae: *non adnumerandum libris Columellae ad Siluinum deprehendit tribus praecipue rationibus: quarum prima est, quia hic idem est, cum eo qui statim sequitur, quique incipit*, Hactenus aruorum cultus, vt ait praestantissimus poëta, (nihil enim prohibet nos, Publi Siluine, de iisdem rebus dicturos, celeberrimi carminis auspicari principia) sequitur arborum cura; quae pars rei Rusticae vel maxima est. *Ecce vterque est de arboribus: sed is, cuius principium*, Hactenus aruorum cultus: *et maior multo est, et magis cultus. Secunda, quia in eo ipso libro quem non annumerandum diximus Columellae hisce de re Rustica libris, nusquam nominatur P. Siluinus: vt fit in aliis omnibus. Tertia, quia si ille liber, iis qui sunt ad Siluinum, inseratur, accusandus foret auctor indiligentiae: qui de arboribus pomiferis, de cytiso, de oliuis, et aliis quibusdam et in hoc, et in eo qui nunc quintus est, tanquam oblitus tractauerit. Praeterea quia in principio eius libri, qui incipit*, Quae fere consummabant, P. Siluine, ruris exercendi colendique scientiam, quaeque pecuariae negotiationis exigebat ratio, septem memorauimus libris: *non septem, sed* octo *foret dicendum. Tum aliis in locis numerus librorum, qui apud auctorem legitur, esset falsus: quia si illum, vbi non est nomen Siluini, addideris: in eo libro qui Villicus inscribitur, quemque vndecimum esse librum ipse dicit his verbis*, Et hoc vndecimum praeceptum Rusticationis: *foret scribendum* duodecimum. *sed perperam. nam cum alius alium librum semper citet, vt facile est quaerenti cognoscere: necesse est eum esse ordinem librorum qui hic habetur et vbi auctor septimum dicit, septimum: vbi nonum, nonum: vbi vndecimum, vndecimum esse oportere. Ipsum autem librum in fine totius operis curauimus imprimendum: vt et illum quis, cum libuerit, possit legere. An autem Columellae sit, an alterius: tum quare potius Columellae esse videatur, videant alii: nobis enim non erat otium. Vale.*

Hunc librum qui *de Arboribus* inscribitur, alterum esse ex iis duobus, quibus terrae stirpiumque cultum fuerat Columella complexus, ex eodem Colum. manifestum habemus, qui ita incipit: *Quoniam de cultu agrorum abunde primo volumine praecepisse videmur, non intempestiua erit arborum virgultorumque cura, quae vel maxima pars habetur rei rusticae.* Quorum vno in quo terrae cultus praecipiebatur, humanarum rerum vicissitudine amisso, alter quo stirpes colere docemur, vocaturque *de Arboribus*, ad nos peruenit. Hosce libros vt credere licet, cum benigne exceptos vidisset Columella, nouis praeceptis auctos, diligentiusque limatos in quinque volumina, quibus vniuersalis terrae stirpiumque colendarum ratio continetur, inferiore tempore digessit. Nam primum qui desideratur, terrae cultum complectentem in duos transtulit, in primum scilicet et secundum. Quod probari potest ex iis, quae c. 3 huius libri leguntur: *Sapor autem (sicut primo docuimus volumine) comprehenditur, si terram aqua diluas*, quae non in primo libro, verum in secundo alterius editionis continentur, nimirum cap. 2 ad hunc modum: *Sapore quoque sic dignoscemus, si ex ea parte agri, quae maxime displicebit, effossae glebae, et in fictili vase madefactae dulci aqua permisceantur.* Alterum vero, quo colendarum arborum praecepta comprehenduntur, in tres redegit, qui sunt tertius, quartus, quintus. Cuius rei, (quoniam id superioribus libris quantum instituti nostri ratio poscere videbatur, praestitum a nobis fuit, rursusque sumus hoc in libro praestituri) probationes afferre supersedebimus. Quibus septem alios subinde adiecit, veluti quaedam addi-

 tamen-

tamenta, non ignorans, multos et pecorum curam et villaticas pastiones in rusticali disciplina repudiasse. Quorum opinioni vt occurreret, hoc sexti libri initium fecit. *Scio quosdam, Publi Siluine, prudentes agricolas pecoris gregariorumque pastorum abnuisse curam, et eam velati inimicam professionis suae disciplinam constantissime repudiasse. Neque infitior, id eos aliqua ratione fecisse, quasi sit agricolae contrarium pastoris propositum etc.* Quo loco ea, quae de maiori et minori pecore libr. VI et VII dicturus erat, ab reprehensione vindicare est conatus. At vero villaticas pastiones, (de quibus libris VIII et IX agit) exponere aggressus, haec ad octauum librum praemittere, inter necessaria esse iudicauit: *Quae fere consummabant, Publi Siluine, ruris exercendi colendique scientiam, quaeque pecuariae negotiationis exigebat ratio septem memorauimus libris. Hic nunc sequentis numeri titulum possidebit, nec quia proximam propriamque rustici curam desiderent quae dicturi sumus, sed quia non alio loco, quam in agris aut villis debebant administrari, et tamen agrestibus magis quam vrbanis prosint.* Decimum porro *de hortorum cultu*, et vndecimum de villici officiis amicorum monitis apposuit; vltimum denique quoniam vndecimi materiae ratio sic poscere videbatur. His itaque duodecim voluminibus omne rusticarum rationum genus est complexus, propter quod liber *de Arboribus* nullo pacto inter illa numerari potest, miramurque eos, qui ante Iucundum et Aldum inter illa ordine tertium collocarint, in quae transscribitur, et quibus continetur. PONTED. Ita esse, vt vult Cl. Pontedera, non ego modo ante videram, quam obseruationem eius legerem, sed credo videt, si aciem intendat, quisquis aliquid videt. Apponam autem, quae in chartam conieceram, non quo nihil meorum perire velim; sane multa enim omisi, cum viderem in easdem cogitationes incidisse alios: sed quod videtur e re lectoris esse, singulatim cognoscere, quomodo in recognoscendo opere suo versatus sit Columella. Nimirum, videtur primo paucis, tribus forte aut quatuor libris, rei rusticae praecepta complexus esse, quos secunda editione, vel repetita praelectione, vti Imperator loquitur, ad Siluinum, ita explicauit ac dilatavit, vti XII existerent: vt Cicero v. c. primum duos Academicorum libros fecit, post quatuor et similiter alii. Primum volumen editionis prioris quo caremus hodie, de cultu agrorum agebat, quod ex primis huius libelli verbis intelligitur. Ita 3, 6 laudat primum volumen, cum hodie legantur illa 2, 2, 20. Liber secundus s. volumen secundum agebat de arboribus, siue surculis. Nimirum is ipse est, in quem haec praefamur, quique in antiquissimis editionibus, non adeo male, (quamquam non de sententia auctoris, qui illum plane aboleri voluit, et XII ad Siluinum libris totum opus absolui) tertium locum inter duodecim repetitae praelectionis libros occupauerat. Hunc ipsius Columellae esse, ita mihi liquidum videtur, vti neminem, qui quidem ea, quae indubie Columellae sunt, cum hoc nostro diligenter comparauerit, dubitare posse arbitrer. (Add. Clar. Pontedera ad 9, 3) Nimirum quae primum hoc vno de arboribus libro scripserat, ea deinde tribus ad Siluinum libris, qui nunc tertius, quartus, quintusque de auctoris ipsius sententia nuncupantur, expediuit; qui libri in Codice Mediceo, quo vsus est Politianus, *Surcularis prior*, *secundus ac tertius* aperte nominantur, vt in fine horum librorum a nobis obseruatum est. Sane ipse noster 2, 11, 1 librorum meminit, quos de generibus surculorum conscripserit. Nimirum vinearum cultus, de quo hic c. 1 - 16 disputat, librum tertium quartumque occupat integros, vbi praeterea, nimirum L. 4 c. 30, 31, 32 de salicto, genista et arundine, tanquam vitium adminiculis ea adiungit, quae de Arb. c. 29 strictim indicauerat. Libri 5 initio de mensurum disciplina quaedam inserit, ac tum demum absoluit de vitibus. Eiusdem libri c. 8 et 9 de oleis multo agit copiosius, quam in prima hac praelectione c. 17 fecerat. Reliqua ad finem libri in vtraque editione nihil fere immutata seruantur, si discesseris ab iis, quae de salice, genista, arundine, modo dicta sunt, et quae c. 30 ex hortorum disciplina de viola et rosa auctor praecipit. Caeterum aboleri voluisse librum de arboribus Columellam, certe in corpore XII de re rustica librorum non censeri, apparet v. g. inde, quod principio libri VIII *septem* libros praecessisse dicit, et *nouem* in decimi prooemio, quo in loco primi quidem editores posuerunt *decem* vel ex ingenio, vel ex libris; sed quicunque mutationis auctores sint, (quos recentiores esse, vel sola Lipsiensis codicis auctoritas reuincit, qui *nouem* retinet, licet *vndecimum* numeret illum hortulum, qui proprie est *decimus*) parum memores fuere loci quem priorem laudauimus, vbi *septem* omnes agnoscunt. Ita 12, 13, 1 *epilioni*, inquit, *septimo libro praecepta dedimus.* Is esset *octauus*, si hunc de arboribus *tertium* in XII esse voluisset Columella. Neque varietas est 11, 2, 1 vbi *vndecimum* de officio villici laudat, qui duodecimus nominandus fuerat. Sed res nimium est aperta.

CAP. I.

CAPVT I.

QVONIAM[a] de cultu agrorum abunde primo volumine praecepisse videmur[b],
non intempestiua erit arborum virgultorumque cura, quae vel maxima pars
habetur rei rusticae. Placet igitur, sicuti Virgilio, nobis quoque duo esse genera
surculorum: quorum alterum sua sponte gignitur, alterum cura mortalium proce-
dit. Illud, quod non ope humana prouenit, materiae est[c] magis aptum: hoc cui
labor adhibetur, idoneum fructibus. Vnum[d] hoc itaque praecipuum est, atque 2
id ipsum genus tripartito diuiditur: nam ex surculo vel arbor procedit, vt olea,
ficus; vel frutex, vt[e] rosae, arundines; vel tertium quiddam, quod neque arbo-
rem, neque fruticem proprie dixerimus, sicuti est vitis. Arborum et fruticum do-
cebimus cultum, si[f] prius de vitibus praeceperimus. [g] Qui vineam vel arbustum 3
constituere volet, seminaria prius facere debebit: sic enim sciet cuius generis vitem
positurus sit. nam[h] quae pretio parata disponitur, certam generositatis fidem non
habet: quoniam dubium est, an is qui vendidit, legendis seminibus adhibuerit di-
ligentiam: tum etiam quod ex longinquo petitur, parum familiariter nostro solo
venit, propter quod difficilius conualescit alienum exterae regionis. Optimum est 4
itaque eodem agro, quo vitem dispositurus es, vel certe vicino facere seminarium:
idque multum refert loci natura. nam si colles vineis vel arbustis occupaturus es[i],
prouidendum est, vt siccissimo loco fiat seminarium, et iam quasi ab incunabulis
vitis exiguo assuescat humori[k]: aliter cum transtuleris de humido in aridum locum,
viduata pristino alimento deficiet. At si campestres et vliginosos agros possidebis, 5
proderit[l] quoque seminarium simili loco facere, et vitem largo consuescere hu-
mori[m]. namque exilis[n], cum[o] in aquosum agrum transfertur, vtcunque[p] putre-
scit. Ipsum autem agrum, quem seminario destinaueris[q] planum et succosum, sat
erit bipalio[r] vertere: quod vocant[s] rustici sestertium. ea repastinatio[t] altitudinis
habet

VARIETAS LECTIONIS.

[Columellae Liber de Arboribus C. I.] a) *Quom I. B. R.* *Quō P.* *um* prima litera pro more omissa *Lips.* b) *videamur I. B. R.* c) *est* abest *P. Lips.* d) *Vnde I. B. R.* *Vnde hoc ita praecipiendum est Lips.* e) *oliuae* inf. *P.* *violae Lips.* f) *sed Lips.* g) rubr. *de cultu vite capitulum primum Lips.* h) *Namque I. B. R.* i) *est P.* k) *humore I. B. R.* l) *prodiderit P.* m) *humore I. B. R.* n) *ex his Lips. I. B. R.* o) *cō P.* p) *vtrumque I. B. R.* *vtrimque Lips.* q) *designaueris I. B. R.* *designaberis P.* r) *bipalo verte P.* s) *vertunt I. B. R.* t) *respastinatio P.*

1, 1 PRIMO VOLVMINE) Vid. animaduersio proxima.

1, 1 VIRGILIO) Georg. 2, 10 sq. Add. Plin. 17 principio, qui totus liber, praesertim a capite inde 10, cum de cultu arborum agat, conferri cum hoc meretur: Noster autem 3, 1.

1, 1 PROCEDIT) Quidam legunt *prodit*, quod non placet. Nam sequitur: *Nam ex surculo vel arbor procedit.* VRSIN.

1, 3 SEMINARIA) *vitiarium* vocat Columella 3, 5 ex quo pleraque huius capitis sunt desumta. SCHOETTG.

1, 4 IDQVE MVLTVM REFERT) *Ad quod multum refert* legendum. VRSIN. Putabam tamen ferri posse *idque*, si *natura* sexto casu in significatione causae intelligatur.

1, 5 NAMQVE EXILIS) *Namque ex exili* legi vult VRSIN.

1, 5 SESTERTIVM) Ad *bipalium* refero: quicunque tandem intelligatur vel as vel vncia. pedem non intelligi vnciam, docere videntur, quae statim sequuntur, nisi dicas, non deprimi totum bipalium, quantum est, sed semunciam extare supra terram. Sed si conferas nostrum 3, 5, 3 vbi hunc locum retractat, omnino respicit ad pedem; nam *duos pedes et semissem* pastinationi tribuit. Quid ergo? aut insigniter corruptus est hic locus, aut suam hallucinationem correxit in repetita praelectione Columella. Confer etiam 11, 2, 17 vbi tripedaneae quidem altitudini operas 80, vt hic, assignat: in reliquis duobus modis paullo plus laboris imponit operis.

habet plus [u] sesquipede, minus tamen quam duos pedes. eiusmodi [x] bipalio iugerum agri vertitur operis quinquaginta. Collem autem et cliuum [y] modum iugeri continentem [z], si [a] ne minus duobus pedibus alte, repastinabis [b] operis sexaginta: vel si eodem loco, quo vineam ordinaturus es, facere voles seminarium, tribus pedibus alte repastinabis iugerum operis octoginta: ita tamen si neque lapis, neque tophus [c], aut alia materia difficilior interuenerit [d]: quae res quot [e] operas absumat [f], parum certum est. Nos autem de terreno loquimur.

II. PERACTA repastinatione, mense Februario, vel prima parte Martii,
semina legito. sunt autem optima, quae de vitibus notatis leguntur. nam cui cordi
est bona seminaria facere, circa vindemiam vites, quae et magnum et incorruptum
fructum ad maturitatem perduxerint, rubrica [a] cum aceto (ne pluuiis abluatur [b])
permista denotat, ne hoc [c] vno tantummodo anno facit, sed continuis tribus vel
pluribus vindemiis easdem vites inspicit, an perseuerent esse foecundae [d]. sic enim
2 manifestum est generositate [e] vitium, non anni vbertate fructum prouenire. Si
compluribus vindemiis eundem tenorem seruarint, ex eiusmodi vitibus lecta semina
multum bonumque vinum praebebunt. namque [f] qualiscunque generis vuae, quae 3
incorruptae ad maturitatem proueniunt, longe [h] melioris saporis vinum faciunt,
quam quae praeripiuntur [i] aestu, aut alia de causa.

III. SEMINA autem eligito grandi acino, tenui folliculo, paucis minutisque vinaceis, dulci sapore. Optima habentur a lumbis; secunda ab humeris; tertia summa [a] in vite lecta, quae celerrime comprehendunt [b], et sunt feraciora, sed et quam celerrime [c] senescunt. Pampinaria sarmenta deponi non placet, quia [d] sterilia sunt. Locis pinguibus, et planis, et humidis, praecoques vites serito, raris [e] acinis,

u) *plu sesquipedem P. plures qui minus Lips.* x) *eiusmodi bipalio* deest *Lips. I. B. R.* y) *cliuos modium Lips. I. B. R. cliuos modum P.* z) *continentem* deest *Lips. I. B. R.* a) *sed Lips. I. B. R.* b) *repastinaberis P. Lips. repastinaueris I. B. R.* c) *topus P.* d) *interuenit Lips. I. B. R.* e) *quod P.* f) *assumat Lips.* [C. II.] a) *rubricatum aceto ne pluuis abluit P. Lips.* b) *abluas Iens. abluit Lips.* c) *hoc* om. *I. B. R.* d) *foecunda estum in P. est enim manif. Lips.* e) *generositatis P. Lips.* f) *Nam Lips. I. B. R.* g) *et* ins. *I. B. R.* h) *longe* deest *I. B. R.* i) *praeripientur I. B. R. praecipientur Lips. P. it. Ms. Heins. ad Ouid. Fast.* 4, 940. [C. III.] a) *summae vite vita lectae: aquae P. s. v. v. lecteaque Lips.* b) *comprendunt Iens. compraehendunt R.* c) *& celeriter I. B. R.* d) *qui P. quae I. B. R.* e) *paris P. paribus I. B. R. paruis Lips.*

ris. Nimirum demus repastinationi, quam primo loco ponit, pedem altitudinis cum dodrante, hoc enim erit *plus sesquipede minus duobus pedibus:* moliendi erunt in iugero pedes cubici 50400, qui si distribuantur in 50 operas, cedent vni 1008. Porro si repastinandum est ad duos pedes iugerum, et mouendi adeo pedes cubici 57600 ab operis 60: vna opera molietur pedes 960, quod quidem multo est tolerabilius. Sed idem minime ἀνάλογον penso, quod octuagenis operis noster imponit pedum cubicorum 1080; quod cum in retractando opere suo videret ipse Columella, videtur ad proportionem iustiorem numeros reuocasse. Difficile est nimirum, certi quid constituere, propter nimiam terreni dissimilitudinem et ipsarum operarum diuersissimas vel vires vel alacritatem: nobis difficile Columellae manum praestare in tam solenni numerorum confusione. Add. quae dicimus ad c. 4, 3.

1, 6 SI NE MINVS DVOBVS PEDIBVS ALTE) Ita cohaerere haec puto, et quasi in parenthesi posita; subaudiendum autem ἀπὸ τοῦ κοινοῦ *repastinabis.*

3, 1 A LVMBIS) scilicet cum corpore animali vitem comparat. Vid. 3, 10, 11 *Lumbi* hic sunt, quos loco laudato s. 12 *membra genitalia* vocat. De *humerosis surculis* ibid. s. 5 vbi etiam de *pampinariis.*

3, 1 PRAECOQVES VITES SERITO) Quatuor hic commemorantur vitium genera, praecoques nempe, quae raros acinos producunt, quae breues nodos, et denique quae imbecillae sunt. Haec tamen in vulgatis libris non recte seiunguntur: nam quae raros habent acinos

acinis, breuibus nodis, imbecillas: nam tali [f] generi vitium eiusmodi ager aptus est. Locis aridis, et macris, et ſiccis, vitem fere natura [g] feracem et validam, 2
crebrisque acinis. Quod ſi pingui agro validas vites depoſueris, pampinis magis eluxuriabuntur, et qualemcunque fructum tulerint, ad maturitatem non perducent: rurſus imbecillae [h] exili agro celeriter deficient, exiguumque fructum dabunt. Vnumquodque genus vitium ſeparatim [i] ferito: ita ſuo quodque tempore putabis [k], et vindemiabis [l]. Semina nouella [m] cum vetere [n] ſarmento depoſita 3
cito comprehendunt, et valenter creſcunt; ſed celeriter ſeneſcunt: at [o] quae ſine [p] vetere ſarmento panguntur [q], tardius conualeſcunt; ſed tardius deficiunt [r]. Semina quam recentiſſima terrae mandare conuenit. ſi tamen mora interuenerit, quo minus ſtatim ferantur, quam diligentiſſime obrui tota oportet eo loco, vnde neque pluuias, neque ventos ſentire poſſint. Plantaria facito ab exoriente, et [s] a decima luna

f) *talis generis Lipſ. I. B. R.* g) *maturam acrem I. B. R. matura vere metu alidam P. maturantem et validam Lipſ.* h) *imbecilles I. B. R.* i) *ſeperatum I. B. R.* k) *putauis ed P. putauis ſed vindemia veris Lipſ.* l) *vindemiaueris I. B. R.* m) *cum nouello vetere I. B. R.* n) *vetereque* coniicit Anonym. in *R.* o) *Atque vetere I. B. R.* p) *ſine* om. *omnes.* q) *paguntur Ic. piguntur P. pingiuntur Lipſ.* r) *deſpiciunt Lipſ.* s) *et* deeſt *I. B. R.*

nos iis adiiciuntur, quae praecoquem fructum ferunt; cum ſint praecoques, quae confertiſſimos acinis racemos gignunt, et optime in pingui ſolo proueniunt, quoniam celeritate ſua autumnales imbres praecurrunt: nec non dentur ſerotinae quae laetiſſimae terrae cultum non reſpuunt, et optimum ac integrum fructum per tempeſtates praebent. Siquidem per raros acinos pluuium humorem demittunt, neque in illis conſiſtere patiuntur; idcirco vua nequaquam vitiatur. Haec itaque duo genera ſeparanda ſunt. Item alia duo quorum vnum breues nodos gerit; alterum eſt imbecillum. Qua enim ratione Vitis vocari poteſt imbecilla, quae breuibus nodis conſtat, cum id quod breuibus nodis (hic nodus pro internodio capitur, vt explanauit l. 4 c. 29 *crebris etiam gemmis ac breuibus internodiis*) inſtruitur firmius ſit; quippe magis nodoſum. Vitio tamen inquinatum *τὸ breuibus nodis* mihi videtur; propterea quod Vitis breuibus nodis ſiue internodiis a natura inſtructa, cum de ſingulis nodis germinare ſoleat, plurimos et pampinos et folia gignat. Quare huiusmodi Vitis in pingui ſolo poſita, large exhibito humore, plurimis foliis luxuriabitur, et quos tulerit fructus, ſoles vmbra prohibente, vitioſi erunt, neque integri ad maturitatem vnquam peruenient. Quod contra praecepit Auctor; ea enim Vitis genera pingui agro committenda eſſe docet, quae ob terrae vbertatem luxuriari nequaquam poſſint, et fructum corrumpere. Sic itaque legere ſoleo: *breuibus foliis.* Hoc vitis genus commemorauit l. 3 c. 1 *reſoluto et lecto ſolo rari ſarmenti.* *Τὸ rari ſarmenti* vulgatae lectioni *breuibus nodis* opponitur; rarum enim ſarmentum gignitur, cum rari ſunt nodi. Hunc ergo locum eſſe hoc modo legendum ſaepe ſum opinatus: *praecoques vites ſerito, raris acinis, breuibus foliis, imbecillas.* Pro *raris acinis* in manu exaratis libris et etiam apud Ienſon. et Bruſch. reperitur *paribus acinis*, ſed id reiiciendum opinor. Legitur etiam in nonnullis manuſcriptis non *paribus*, ſed *paris* a ſincera voce *raris* factum, quod cum in Latina lingua vitium videretur, in *paribus* transſcripſere. PONTED.

3, 2 ET SICCIS) Videndum an legi debeat *et cliuis.* Nam cap. 4. ſic ait: *Cur autem eſt, vt locis aridis et cliuoſis altius vites deponantur* etc. VRSIN.

3, 3 AT QVAE SINE VETERE SARMENTO) Ita videtur legendum. VRSIN. Duo, vt nos ſubiectis figuris explanauimus, malleoli genera a Columella deſcribuntur, quorum vnum cum veteris ſarmenti parte deponitur, alterum ſine vetere ſarmento: quod potius Columella exiſtimauit, vt in hoc capite oſtendit, et fuſius l. 3 c. 17 explicauit: *Malleolus autem*, inquit, *ſic ab iisdem pangebatur, vt nouello ſarmento pars aliqua veteris haereret. Sed hanc poſitionem damnauit vſus. Nam quidquid ex vetere materia relictum erat, depreſſum atque obrutum celeriter humore putreſcebat, proximasque radices teneras et vix dum prorumpentes vitio ſuo enecabat.* Hic autem aſſerit, Malleolum cum vetere ſarmento depoſitum, vt celerius comprehendere, ita celerius interire: contra eum cui nihil veteris materiae adhaeret, tardius quidem conualeſcere, ſed diu perennare. At haec in vulgatis libris non apparent: idem ſiquidem per illa: *Semina nouella cum vetere ſarmento depoſita* indicatur, ac per illa, quae ſecundo loco inducuntur, *at quae vetere ſarmento panguntur*; quibus tamen oppoſitum attribuitur, illis quidem: *cito comprehendere, et celeriter ſeneſcere*, his: *tardius conualeſcere et tardius deficere.* Haec itaque vitioſa et confuſa lectio vna hac particula *ſine*

4 luna, et a vigeſima [t]. Haec [u] melior eſt vitibus ſatio. Sed cum feris [x], frigidos ventos vitato. [y] Malleolum ſic deponito. Virgam malleolarem non amplius quam ſex gemmarum eſſe conuenit, ita tamen [ſunt [z]] ſi breuia internodia habent [a]. eius imam partem quam in terram demiſſurus es, acutiſſima [b] falce iuxta nodum [c], ſic ne gemmam laedas [d], rotunda plaga amputato [e], et ſtatim fimo bubulo linito: tum in terram bene paſtinatam et ſtercoratam rectum ſarmentum defigito, ita ne
5 minus quatuor gemmae abſcondantur [f]. Pedale quoquouerſus ſpatium ſat erit inter ſemina relinqui: cum comprehenderint, identidem pampinentur, ne [g] plura ſarmenta quam debent, enutriant [h]. item quam ſaepiſſime fodiantur: ferro ne tangantur. Vigeſimo [i] et quarto menſe reſecentur [k]: poſt trigeſimum [l] et ſextum menſem transferantur. [m] – In agro requieto vineam ponito [n]. nam vbi vinea fuerit [o], quod citius decimo anno ſeueris, aegrius comprehendet, nec vnquam roborabitur.
6 Agrum antequam vineis obſeras, explorato qualis ſaporis ſit: talem enim etiam guſtum [p] vini praebebit. Sapor autem (ſicuti primo docuimus volumine) comprehendetur,

t) *vicesima I. B. R. vicensima ad tricensimam P.* (*f. tricesimam.*) u) *velut* add. *Lipſ. vel* inſer. *I. B. R.* x) *feras L. I. B. R.* y) Nouum caput inc. c. lemmate *Lipſ.* z) *ſunt* om. *I. I. H.* a) *habeat I. I. H.* b) *acutiſſimam P.* c) *natum Lipſ.* d) *ridas P. radas Lipſ.* e) *amputat P. amputa Lipſ.* f) *abſcundantur Bonon.* g) *nec I. B. R.* h) *enutriant* om. *Lipſ.* i) *vicesimo I. B. R. vicensimo P.* k) *reſecetur lenſ. reſecantur P.* l) *tricesimum I. B. R. tricenſimum P.* m) nouum caput inc. c. lemmate *Lipſ.* n) *poſito P.* o) *fuit L. I. B. R.* p) *guſtum Lipſ. guſtus* al.

ſine adiecta corrigitur et plana fit: *at quae ſine vetere ſarmento panguntur.* PONTED.

3, 3 ET A VIGESIMA) *ad vigeſimam* legi vult VRSIN.

3, 5 VIGESIMO ET QVARTO MENSE) Lunares menses intelligendos obſeruat ad Scribo. p. 43 Io. Rhodius.

3, 5 QVOD CITIVS DECIMO ANNO SEVERIS) Decimum annum eſſe attendendum antequam vinea in reſtibili agro pangeretur, ſcripſiſſe Columellam quis exiſtimauerit? Norat enim monitum illud longe optimum et vetuſtiſſimum *ſerere ne dubita* i. e. vt ego interpretor, *ne cunctare*; praeterea apud Catonem legerat quae c. 3 patrifamilias inculcauerat: *prima adoleſcentia patrem familiae agrum conſerere ſtudere oportere. aedificare diu cogitare oportet: conſerere cogitare non oportet, ſed facere oportet.* Quare nulla ratione perſuadere mihi poſſum, virum in re ruſtica quam maxime verſatum, tam longum temporis ſpatium impoſuiſſe agricolis, quo ſine fructu requietum agrum colendo vacarent. auocaſſet enim ab agri cultu vel maxime addictos, cum non ſibi, ſed poſteris vineas poſituri vidiſſent. Accedit etiam, quod huiusmodi reſtibilis vineae agri vitia; quod pluribus radicibus impeditus ſit, quod terra prioris vineae radicibus circumpoſita, ſit effoeta, ſituque quodam torpeat vetuſtatis, expeditiori ac breuiori via emendentur, vt ipſe quoque l. 3 c. 11 docuit, radices omnes diligentiſſime conſectando atque effodiendo, largiorique manu ſtercora ſpargendo, ſed potiſſimum inferiorem ac torpentem humum ad ſolem et aërem conuertendo; rurſus enim ſolaribus radiis gelicidiisque putris fit, nitroſisque partibus ab aëre repletur. Plurimum quoque proderit, alternis omiſſis ſpatiis, in quibus veteres vineae poſitae fuerant, nouos ordines pangere; hac enim ratione et viroſam vt ita dicam, humum declinabimus et radices etiam ſi quae foſſoris diligentiam fugerint. Antequam ſiquidem ad illa loca nouella vineae radices producant (quod tamen niſi crebrioribus ordinibus ager conſitus fuerit, tam facile fieri non poteſt) multum temporis neceſſarium eſt, quo et ſtirpes depoſitae confirmantur, et ager aſſiduis arationibus repaſtinationibusque purgatur. Pro *decimo* igitur *tertio* dixiſſe iudico; nam per hoc tempus ad accipienda ſemina aptiſſimus quisque requietus ager euadit. Hac quidem de re l. 3 c. 11 verba facit, ſed de tempore nihil; breuius tamen ſtatuiſſe hinc coniectari licet, quod bis tantum ſtercorari ſolum tradiderit, prima vice cuiuscunque generis ſtercore, altero vetuſto, aut pulla terra. Quod cum biennio abſolui poſſit, manifeſto apparet, tertio anno vitibus agrum conſeri voluiſſe. Si enim in decimum annum ſuperſedendum cenſuiſſet, ſaepius largiore fimo paſtinatum agrum ſtercorari inculcaſſet, cum nullum ſit ſtercoris genus, quod tamdiu duret. Hoc etiam confirmat, quod ſecundo loco praecepit: *tunc rurſus vel ſtercore vetuſto quia non gignit herbas vel de vepribus egeſta humo paſtinatum longe contegi.* Hac quidem ratione ſtercorata terra ſtatim bipalio conuertitur, atque in ordinem digeſta vel in ſcrobes vel in ſulcos, in quibus deponuntur ſemina, effoditur. PONTED.

3, 6 PRIMO – VOLVMINE) Haec nunc habentur

hendetur, ſi terram aqua diluas, et cum colaueris [q], tum demum aquam deguſtes. Aptiſſima vitibus terra eſt arenoſa, ſub qua conſiſtit [r] dulcis humor: probus conſimilis ager, cui ſubeſt tophus: aeque vtilis congeſta et mota terra. ſabulum quoque cui ſubeſt dulcis argilla, vitibus [s] conuenit. Omnis autem qui per aeſtatem finditur ager, vitibus arboribusque inutilis. Terra inferior [t] alit vitem, et arborem; ſuperior cuſtodit. Saxa ſumma parte terrae [u], et [x] vites et arbores laedunt, 7
ima parte refrigerant. et mediocri raritudine optima eſt vitibus terra: ſed ea quae [y] transmittit imbres, aut rurſus in ſummo diu retinet, vitanda eſt. Vtiliſſima [z] eſt autem [a] ſuperior modice rara, circa radices denſa. Montibus cliuisque difficulter vineae conualeſcunt, ſed firmum probumque ſaporem vini praebent. Humidis et planis locis robuſtiſſimae, ſed infirmi ſaporis vinum, nec perenne faciunt. Et quoniam de ſeminibus atque habitu [b] ſoli praecepimus, nunc de genere vinearum diſputabimus [c].

IV. VITES maxime gaudent arboribus, quia naturaliter in ſublime procedunt, tum [a] et materias ampliores creant [b], et fructum aequaliter percoquunt. Hoc genus vitium arbuſtiuum vocamus, de quo pluribus ſuo loco dicemus. Vinearum autem fere genera in vſu tria ſunt, iugata, humi proiecta, et deinde tertia, quae [c] eſt a [d] terra ſubrecta, more arborum in ſe conſiſtens [e]. Id genus comparatum iugatae [f] quadam parte deficitur, quadam ſuperat. iugata plus aëris re- 2
cipit, et altius fructum fert, et aequalius concoquit, ſed difficilior eſt eius cultus: at [g] haec ita conſtituta eſt, vt etiam [h] arari poſſit, eoque vbertatem maiorem conſequitur, quod ſaepius et minore impenſa excolitur. At quae protinus in terram proiecta [i] eſt, multum, ſed non bonae notae vinum facit. Vinea optime repaſtinato agro reponitur [k], nonnunquam tamen vel melius quibusdam locis, ſulcis committitur: interdum etiam ſcrobibus deponitur. ſed vt dixi, repaſtinabitur [l] iugerum in altitudinem pedum trium operis [m] octoginta; ſulcum autem terre- 3
num

q) *conderis I. B. R. conderit P. confederit Lipſ.* r) *conſtitit I. B. R.* s) *vitio P. vitiario L. viti I. B. R.* t) *inferiora licuit emet arb. L.* quae eſt ſi aliter diuidas ipſiſſima lectio noſtra: niſi quod *c* et *t* ſolenniter confunduntur. u) *refrigerant* inſ. *I. B. R. frigerant P.* x) *mediocri* inſ. *P.* y) *quam P.* z) *vitanda* inſ. *P.* a) *eſt* inſ. *P.* b) *habitu* om. *L.* c) *diſputauimus P.* [C. IV.] a) *tunc P.* b) *careant P.* c) *quae* deeſt *L. I. B. R.* d) *Aponi vſurpata: more etc. L. I. B. R. Aponi ſurpata etc. P.* e) *conſiſtentium genus I. B. R. conſiſtent m ge. L.* f) *Iugatam L. I. B. R.* g) *Ad P.* h) *et I. B. R.* i) *proiecta P. L.* k) *ponitur P. L.* l) *repaſtinatur Lipſ. I. B. R.* m) *opertos P.*

habentur 2, 2, 20. Nimirum quod in prooemiis ad hunc librum obſeruatum eſt, materiam primorum, qui nunc ſunt, librorum duorum antea vno volumine Columella comprehenderat. Atque illi quidem altera editio amplior interitum videtur attuliſſe: hic alter de arboribus aetatem tulit, etiam cum ſecundae praelectionis libri extarent.

3, 6 CVM COLAVERIS) Non negligenda eſt lectio Lipſ. *conſidit* terra poſtquam diluta eſt.

3, 6 APTISSIMA VITIBVS) Col. 3, 11.

3, 6 VITEM ET ARBOREM, SVPERIOR) Male hic locus diſtinguitur; ſiquidem et vitem et arborem inferior terra alit, ſed ſuperior vtramque cuſtodit. Quare ita ſcribatur: *Terra inferior alit vitem, et arborem; ſuperior cuſtodit.* PONTED.

3, 7 ET MEDIOCRI) Interpunctum poſuiſſem ante hoc membrum, ſed obſtabat τ *et*. Forte fuit olim *Ita*.

4, 1 AGRO REPONITVR) Veriorem puto lectionem Mſſ. *ponitur*, quam Palladii vſus confirmat ex Indice petendus.

4, 2 VT DIXI) C. 1, 6.

num pedum [n] duorum [altum [o], et] longum ſeptuaginta, vna opera [p] effodit;
ſcrobes ternarios, id eſt quoquouerſus [q] pedum trium, vna opera facit XVIII.
vel ſicui cordi eſt laxius vites ponere, ſcrobes quaternarios, id eſt quoquouerſus
pedum quaternum, vna opera XII facit; vel bipedaneos quoquouerſus vna ope-
ra XX effodit. Curandum autem eſt, vt locis aridis et cliuoſis altius vites [r] depo-
nantur, quam ſi humidis et planis. Item ſi ſcrobibus aut ſulcis vineam poſituri
4 erimus, optimum erit ante annum ſcrobes vel ſulcos facere. Vinea, quae anguſtiſ-
ſime conſeritur, quoquouerſus quinque pedum ſpatio interpoſito ponitur; laxius [s]
vero inter pedes VII, vel VIII; ſed [t] quae [u] rariſſime (vt etiam facile arari poſſit)
inter denos pedes conſtituitur. Haec poſitio vinearum, modum ſine dubio agri
maiorem occupat, ſed valentiſſima et fructuoſiſſima eſt. Cum ſemina depones,
imum [x] ſcrobem vel ſulcum bidentibus [y] fodito, mollemque reddito. Vitem,
quam ponis, fac vt ad Orientem ſpectet adminiculo religata. In imo ſcrobe lapi-
des circa pondo quinque [z] ita [a] ponito, ne vitem premant [b], ſed tamen [c] iuxta ra-
5 dices ſint. Praeterea poſt haec vinaceae [d] heminam vuae albae in nigra, vuae ni-
grae in alba ponito, atque ita ſcrobem vel ſulcum cum [e] ſtercorata terra ad medium
completo. Triennio deinde proximo paulatim ſcrobem vel ſulcum vsque in ſum-
mum completo, ſic vites conſueſcent radices deorſum agere. Spatium autem ra-
dicibus, qua repant, lapides praebent, et hieme aquam repellunt, aeſtate humo-
rem praebent, vinaceae [que [f]] et radices agere cogunt. Quoniam praecepimus
quemadmodum vites ponendae ſint, nunc culturam earum docebimus.

V. VINEAM

n) *pedum* om. *Lipſ. I. B. R.* o) *altum et* om. *L. I. B. R.* p) *operae P.* q) *quoqueuerſus P.* r) *vitis deponatur I. B. R.* s) *laxius vero* deeſt *L. I. B. R.* t) *ſed* deeſt *I. B. R.* u) *quam I. B. R.* Polit. vero nobiſcum facit. x) *vnum* hic et p. p. et ſaepe *L.* y) *videntibus P. vnidentibus L.* z) *quina P. quinalta ponito L.* a) *ita* deeſt *I. B. R.* Pol. cum Com. fac. b) *premat P.* c) *tamen* deeſt *I. B. R.* d) *vinaciae I. B. R.* e) *in* inſ. *I. B. R. cū inſterc. L.* f) *vinaceis radices I. B. R. vinaceae; quae I. I. H. A. Gr. G. St.*

4, 3 PEDVM DVORVM) Non videntur ſibi ſatis portionibus reſpondere numeri, quod apparebit, ſi quis ad calculos ſedere nobiſcum non grauetur. Ponimus, altitudinem intelligi vbiuis 3 pedum, quod ſuadet ſ. 2 huius capitis. Nam quae de ſulco, qui *duorum pedum altus* dicatur, aliquis obiiciat, illud refellitur auctoritatibus, quas laudamus. Iam ſulcus duos pedes latus, longus autem 70, et profundus, vt dictum eſt, pedes 3, habebit cubicos pedes 420. Primum quae iſta proportio ad pedes 960, vel 1080 adeo, de quibus ad Col. Arb. 1, 5? Deinde ſcrobes ternarii tribuuntur operae vni XVIII, h. e. pedes cubici 486; quaternarii autem XII, h. e. pedes 576; et bipedanei denique XX, qui efficiunt cubicos pedes 240. Hi autem numeri omnes in eo conueniunt, vt operam dicantur vnam occupare. Multo maior orietur inaequalitas, ſi illud *quoquouerſus* in quaternariis et bipedaneis ſcrobibus etiam ad altitudinem trahas (quod non puto vid. ſ. 4): orientur enim ibi pedes cubici 768, hic vero non niſi 160. Mihi, ſi vsquam alias, hic vel maxime N. L. Conf. 11, 2, 28.

4, 3 VNA OPERA XX EFFODIT) Hic numerus mendoſiſſime ſcriptus mihi videtur; nam ab vna opera cum ſcrobes ternorum quoquouerſus pedum effodiantur 18, id eſt pedes quadrati 162 vt hoc in loco et l. 11 docet Columella, hoc numero 20 ſcrobium in baſim 4 ducto, fiunt pedes quadrati 80; quae ſumma ab illa 162 pedibus 82 quadratis differt. Haec differentia quoniam maxima, vitioſum numerum 20 apertiſſime oſtendit. Sed qua ratione emendabimus? Ponemusne numerum 40, quo in baſim ducto fiunt pedes quadrati 160? Quod optimum eſſet; verum ſcrobes 40 bipedaneos quoquouerſus ab vna opera fieri poſſe difficillimum videtur. PONTED.

4, 4 LAPIDES CIRCA PONDO V) Vid. S. 3, 15, 3 vbi etiam de vinaccis.

5 Com-

V. VINEAM nouellam omneis gemmas agere ſinito: ſimul atque pampinus
inſtar quatuor digitorum erit, tum demum pampinato, et duas materias relin-
quito [a]: alteram quam vitis conſtituendae cauſa ſubmittas, alteram ſubſidio habeas,
ſi forte illa ordinaria interierit: hanc ruſtici cuſtodem vocant. proximo deinde
anno, cum putabis vitem, meliorem vnam virgam relinquito. tertio anno vitem,
in quam [b] formam voles, dum tenera eſt componito. Si iugatam [c] erimus facturi, 2
vnam [d] materiam ſubmittito, ita vt duas gemmas, quae ſunt proximae a terra, falce
acuta radas, ne [e] poſſint germinare: [f] deinde tres ſequentes relinquas, reliquam
partem virgae amputes. Sin autem vitem in ſe conſiſtere voles, ſicuti arbori bra-
chia ſubmitti patieris [g], et dabis operam, vt in orbem [h] quam rectiſſime forme-
tur [i]. Nam praeterquam quod ſpeciem habet ſic compoſita [k], tum etiam minus
laborat, cum vndique velut aequilibrio ſtabilita in ſe requieſcit. Sat erit autem
cum primo brachia ſubmittentur [l], ſingulas gemmas ſingulis ſarmentis relinqui, ne
protinus onere grauetur. Poſt hanc putationem lectis [m] ſarmentis, bidentibus [n] 3
alte et aequaliter vineam fodito: vel, ſi ita late diſpoſita erit, arato. Ab Idibus
Octobris ablaqueare [o] incipito, ante brumam ablaqueatam [p] habeto. Per brumam
vitem ne colito, niſi ſi voles eas radices, quae in ablaqueatione [q] apparebunt, per-
ſequi. tum demum optime amputabis [r], ſed ita ne codicem [s] laedas, ſed potius
inſtar digiti vnius a matre relinquas, et ita radicem reſeces. nam quae propius [t]
abraditur, praeterquam quod vulnus viti praebet, eoque [u] nocet, tum etiam de
ipſa cicatrice plures radices prorepunt. Itaque optimum eſt exiguam partem re- 4
linqui, atque ita ſummas partes, quas aeſtiuas [x] ruſtici [y] appellant, reſecare:
quae ſic reſectae inoleſcunt [z], nec vltra vitibus obſunt. Poſſunt etiam ſoboles [a]
per [b] brumam caedi, eo magis quod frigoribus extirpatae minus recreantur. Per-
acta ablaqueatione [c] ante [d] brumam tertio quoque anno macerati ſtercoris, ne [e] mi-
nus ſextarios [f] binos [g] ad radices vitium poſuiſſe [h] conueniet [i], praeterquam colum-
binum; quo [k] ſiquid amplius quam heminam poſueris, viti nocebit. Poſt brumam
deinde ablaqueationem circumfodito. Ante aequinoctium vernum, quod eſt octa- 5
vo [l] Cal. April. ablaqueationem [m] adaequato. Poſt Idus Aprilis terram ad vitem
aggerato. aeſtate deinde quam potes ſaepiſſime occato. Iugerum vineae quinque
operis ablaqueatur [n], quinque foditur, tribus occatur. Iugerum valentis et [o] iam
conſtitutae vineae, quatuor operis putatur, ſex alligatur. Arbuſto nihil eiusmodi 6
poteſt

[C. V.] a) *reliquito P.* b) *qua formem P.* c) *iugata eris* ant. *P.* d) *imam I. B. R. vma materia P.* e) *quo P. Lipſ.* f) *et* inſ. *Lipſ. I. B. R.* g) *patiaris I. B. R.* h) *horreum Lipſ. I. B. R.* i) *firmetur I. B. R.* k) *compoſitam I. B. R.* l) *ſubmittuntur I. B. R.* m) *lecti P.* n) *virentibus aequaliter I. B. R. videntibus alte aequaliter P.* o) *oblaqueare P. Lipſ.* p) *oblaqueatam P. L.* q) *oblaqueatione P. Lipſ.* r) *apparebit Lipſ.* s) *corticem P.* t) *protinus I. B. R.* u) *eo quod P. eique Lipſ.* in marg. *eo quod.* x) *aſtinas Lipſ.* y) *fuſti* ant. *P.* z) *inaleſcunt P. conualeſcunt Lipſ.* a) *ſuboles P.* b) *per brumam* deeſt *I. B. R.* c) *oblaqueatione P. Lipſ.* d) *per I. B. R.* plane om. *Lipſ.* e) *non I. B. R.* f) *ſextarios Lipſ. I. B. R. ſextariis* al. g) *vinos P. binos Lipſ. I. B. R. binis* al. h) *fudiſſe Lipſ.* i) *conuenit I. B. R.* k) *quod ſi quo Lipſ. I. B. R.* l) *XVIII Lipſ.* m) *oblaqueationem P. Lipſ.* n) *oblatur P. oblaqueatur Lipſ.* o) *etiam* iunct. *I. B. R*

5 Compara libri 4 caput 6 ſq. SCHOETTG.

5, 4 QVO SI QVID AMPLIVS) Forte legendum, *quo de ſi quid* etc. vel, *de quo.*

5, 5 POST BRVMAM) Mallem *poſt brumalem ablaqueationem.* SCHOETTG.

potest apte[p] finiri, quoniam[q] inaequalitas arborum non patitur operis iusta comprehendi. Quibusdam placet vitem proximo anno translatam non putare, sequenti deinde anno purgare, et vnam virgam, quam submittamus, ad[r] tertiam gemmam resecare: tertio deinde si vitis recte conualuerit, vna plus gemma submittere: quarto duas gemmas proximae putationi adiicere[s], atque ita quinto demum anno vitem iugare. Hunc[t] eundem ordinem culturae nos quoque experti comprobauimus.

VI. VETEREM vineam si in summo radices habebit, resecare nolito: alioquin[a] etiam nouella[b] vinea, quae ex resectione[c] enata fuerit[d], vim inutilem habebit, summa[e] parte terrae natantibus radicibus. quamobrem[f] neque fructum vberem percipies, et nihilominus celeriter consenescet. Eiusmodi itaque vinea[g], si non aridos in corpore[h] habet truncos, et flecti potest, factis sulcis optime ster-
2 nitur, atque ita renouellatur. Sin autem eo[i] vsque exaruit, vt curuari non pos-
sit[k], primo anno summatim[l], ita ne radices eruas, aut laedas, ablaqueato[m], et
stercus ad radices addito, atque ita putato, vt[n] paucas et certas materias relin-
quas[o], et fodias diligenter, et saepius pampines, ne omnino[p] superuacua sarmen-
3 ta nutriat. Sic exculta, firmas et longas materias creabit[q], quas sequenti anno
scrobibus inter ordines factis propagabis[r]: ac deinde[s] per triennium post, dum
conualescet, saepius fodies, matremque ipsam enecabis[t], nihil in posterum[u] pro-
spiciens[x] ei quam sublaturus es[y]. In postremum annum matrem radicitus tolles,
4 atque ita nouellam vineam ordinabis. Sin autem vetus vinea[z] dumtaxat[a] generis
boni radices in alto[b] sitas habebit, ita vt ablaqueatae[c] non conspiciantur, eam
vineam circa Calen. Martias antequam reseces ablaqueato[d], et protinus cum alte
ablaqueaueris,[e] resecato. quatuor digitos ab radicibus truncum[f] relinquito, et si
fieri poterit, iuxta aliquem nodum serrula desecato, et plagam acutissimo ferro de-
leuato[g]. deinde minutam terram mediocriter stercoratam ita superponito, vt ad-
5 obruto trunco ne minus tres digiti terrae super plaga sint. hoc iccirco, ne sole ina-
rescat, et vt melius materias[h] det ex[i] percepto humore, quem terra praebet.
At quae mali generis et infructuosa vinea est, summasque partes et mucidas[k] et
exesas[l] habet[m], si radices eius satis alte positae sunt, optime inseretur ita vt abla-
queata[n] et nudata pars ima secundum terram sic amputetur, ne[o] cum aggerata[p]
fuerit, supra terram extet.

VII. PRO-

p) *ate Ienf.* q) *quam P.* r) *ac I. B. R,* s) *adiecere P.* t) *Nunc B. R.* [C. VI.] a) *Aliqui P.* b) *nouellam vineam P. Lipf.* c) *resecatione renata Lipf. I. B. R.* d) *fuerint P.* e) *prima Lipf. I. B. R.* f) *quamobrem* omitt. *Lipf. I. B. R.* g) *vineas inoperari habens runcos P. vineam inoperari habent truncos.* h) *opera I. B. R.* i) *vsque eo I. B. R.* k) *possint P.* l) *summati P.* m) *ablaqueato P. Lipf.* n) *aut I. B. R. Lipf.* o) *decerptas Lipf.* p) *omnia I. B. R.* q) *creauit P.* r) *propaginibus Lipf. I. B. R.* s) *deinde triennio cum conualescat Lipf. I. B. R.* t) *enecaris P.* u) *prosperum Lipf.* x) *prospicies: et L. I. B. R.* y) *est: posterum Lipf. I. B. R.* z) *vineam taxat P.* a) *duntaxat* ante Commel. omnes. b) *altero P. alte rositas Lipf.* c) *oblaqueatae Lipf. P.* d) *oblaqueato P. Lipf.* e) *sic* interf. *I. B. R.* f) *trunci I. B. R.* g) *delebato P. releuato Lipf.* h) *materiam I. B. R. materia sit P. mat. agat Lipf.* i) *et L. I. B. R.* k) *iuncidas P.* l) *excesas B. R.* m) *habens P.* n) *oblaq. Lipf.* o) *vt I. B. R.* p) *egerata Lipf.*

6 Conf. supra 4, 22.

6, 4 RESECATO) In vetustis editionibus: *sic resecato.* Nam modum resecandae vitis, quaeque seruanda in amputatione, statim subiecit.

7, 1 QVO

VII. PROPAGATIONVM genera tria sunt in vsu maxime: vnum quo virga
edita a matre sulco committitur: alterum, quo ipsa mater prosternitur, atque in
plureis palos per suas virgas diuiditur: tertium, quo vitis scinditur [a] in duas vel
tres partes, si diuersis ordinibus diducenda [b] est. hoc genus tardissime conualescit,
quia vitis diuisa [c] medullam amittit. Et quoniam genera proposuimus, vnum-
quodque qualiter faciendum sit, demonstremus [d]. Virgam cum a matre in terram 2
deprimere voles, scrobem quoquouersus quatuor pedum facito ita [e], vt propago
non laedatur alterius radicibus. deinde quatuor gemmas, quae in [f] imum [g] scro-
bem perueniant [h], relinquito, vt ex iis radices citentur. reliquam partem, quae
continens matri est, abradito [i], ne superuacua sarmenta procreet. Diuersae autem, 3
quae supra terram extare debent [k], ne passus fueris plus quam duas, aut vt maxi-
me tres gemmas habere. reliquas, quae in terram absconduntur, exceptis quatuor
imis, fac abradas [l], ne in summo [m] radices vitis [n] citet. hoc modo propagata ce-
leriter conualescet [o]: et tertio anno a matre separabitur. Sin autem ipsam vitem 4
sternere voles, iuxta radicem ita, ne ipsam laedas, curiose fodito, et vitem ita
supplantato, ne radicem [p] abrumpas. cum eam straueris [q], et videris quousque
possit pertingere, sulcum facies vnum, in quem vitem integram demittas: deinde
ex eo sulco, quasi ramos fossarum facies, per quos, vti quaeque virga postulauerit [r],
propagetur, atque ita terra adoperies. Sin autem vitis exiguam materiam habebit, 5
et in diuersos ordines diducenda erit, neque aliter potuerit palos, ad quos perdu-
citur, pertingere, quam vt diffluat [s]: curabis vt quam acutissima falce ab ea parte,
qua bifurca [t] est, findas [u], et eodem ferro acuto plagam emendes, sicubi inaequa-
liter findi videbitur. sic diducta poterit in plures ordines diuidi. – Non inutilis est 6
etiam illa propagatio, quam nos reperimus, si quando in ordinem vitis deest, neque
est tam procera virga quae cum in imum scrobem demissa fuerit, retorqueri et erigi
supra terram possit: breuitatem ne reformidaueris, sed qualemcunque virgam, cu-
ius cacumen in imum scrobem peruenit, deprimito, et obruito: deinde gemmas,
quae secundum ipsam matrem sunt, submittito, vt materias a superiore parte citent.
Tum demum post triennium a matre amputato, et ad suum palum eam par-
tem, quam a matre [x] praecideris, reducito, et caput vitis facito. Propaginis
scrobem

[C. VII.] a) *finditur P. L.* b) *deducenda I. B. R. ducenda L.* c) *diuisam I. B. R.* d) *demonstrauimus P. demonstrabimus I. B. R.* e) *ita propalu non P. L. ita propala ne I. B. R.* f) *in deest I. B. R.* g) *imum I. B. R. vnum rel.* h) *perueniunt I. B. R.* i) *adradica L.* k) *debet Pol.* l) *adradas L.* m) *summa I. B. R.* n) *radix vitis fit Lips. vitiscit: et P. vitiscat: et I. B. R.* o) *conualescit I B. R.* p) *radice P.* q) *staueris: quousque et P. statueris quousque L.* r) *postulauit: propaletur L. I. B. R.* s) *diffluetur L. I. B. R. diffluuietur P.* t) *bifurcata I. B. R. bituxfurca P. qua bifurcata est Lips.* u) *findas eam, et idem I. B. R. et item L.* x) *et inf. P.*

7, 1 QVO VITIS SCINDITVR) Vid. f. 5 vnde etiam colligas, *finditur* hic legendum, consentientibus praesertim Mss.

7, 3 DIVERSAE AVTEM) *Diuersae* intellige partis quae remotissima a matre, recidiua e terra surgit. Huius partis ea, quae extare debent, ne plus quam duas, summum tres gemmas habere patiamur.

7, 6 GEMMAS QVAE SECVNDVM IPSAM) Vt adeo summa pars virgae, quae flagellum vocatur, radices praebeat nouae viti, illud, quod prope matrem fuerat, abscissum in cacumen abeat. Hoc ita fieri posse in arboribus eo minus mirabitur, qui edoctus fuerit, esse non in animantibus modo, sed in plantis etiam commeatum illum humoris, quem ab Harueo inuentum circulationem vocamus. Experimenta aetatis nostrae de propagationibus ex quacunque parte plantarum, praetereo sciens. Sed vid. etiam quae disputantur ad Cato. 45, 2.

fcrobem ne [y] minus triennio paulatim completo: fummas radices praecidito: crebro [z] fodito.

VIII. CVM vitem [a] inferere voles, optimi generis farmenta fructuaria, tum
cum gemmas agere incipient, vento Auftro a matre praecidito. Sarmentum, quod
inferis, de fumma vite fit rotundum, bonis crebrisque nodis. tres deinde nodos in-
tegerrimos relinquito: infra tertiam gemmam ex vtraque parte duorum digitorum
fpatium in modum cunei tenuiffime [b] fcalpello [c] acuto [d], ita ne medullam laedas,
2 adradito [e]. Vitem deinde, quam infiturus es refecato, et plagam leuato, atque ita
findito, et paratos furculos in fiffuram demittito, eatenus qua adrafi funt, ita vt
cortex furculi corticem vitis aequaliter contingat. Quidquid inferueris vimine [f]
vel vlmi libro diligenter ligato, atque [g] luto fubacto paleato oblinito, operitoque [h]
plagam, et ita [i] alligato, ne aqua ventusue penetrare poffit: deinde fupra lutum
mufcum imponito, et ita religato [k]: ea res praebet humorem, nec inarefcere [l]
3 finit. Infra infitionem et alligaturam falce acuta leuiter [m] vitem vulnerato ex vtra-
que parte, vt ex his potius plagis humor [n] defluat, quam ex infitione ipfá abundet,
nocet enim nimius humor, nec patitur furculos infertos comprehendere. Quibus-
dam antiquorum terebrari vitem placet, atque ita leuiter adrafos furculos demitti:
fed

y) *minime P. L. minuit Ienf. minuito B.* z) *Crebre I. B. R.* [C. VIII.] a) *vitcam P. autem I. B. R.* b) *tenuiffimo I. B. R.* c) *fcarpello L.* d) *acuito I. B. R.* e) *adradito* omitt. *L. I. B. R.* f) *vimide vluidini legenter I. B. R. viti, diligenter libro* alii. *vimine vlmi diligenter libro Pol. infcueris humide vlmi Lipf.* g) *atque* om. *I. B. R.* h) *operitoque* om. *L. I. B. R.* i) *ita* deeft *I. B. R.* k) *deligato L. I. B. R.* l) *marefcere P. marcefcere I. B. R.* m) *leuiter I. B. R.* n) *humore defluet P.*

8 DE INSITIONIBVS FRVCTVOSIS, QVAE VITES FOECVNDAS FACIVNT.) Quid hoc titulo ineptius: Suntne infitiones inutiles? Quid? *quae vites foecundas faciunt.* Non propterea Vites fteriles et filueftres inferuntur, vt foecundae fiant? Sed hic titulus corruptus, qui fic eft emendandus: *De infitionibus, et de iis quae infructuofas vites foecundas faciunt.* Diuiditur hoc caput bifariam, prima pars infitionum rationem continet, altera quo maxime modo infructuofas Vites fructiferas facere poffimus, docet, vt patet ex illis: *Infructuofas vites foecundas fic facito.* PONTED.

8, 1 RELINQVITO: INFRA) Ita diftinguendum. PONTED.

8, 2 VIMINE VLMI DILIGENTER [LIBRO] LIGATO.) Quae deprauata cum in excufis libris legiffent pofteriores, ex deprauatis deprauatiora reddidere. Vetus autem fcriptura haec: *quidquid inferueris vimide vluidini legenter libro ligato.* Quam fic emendo: *quidquid inferueris, vimine vel vlmi libro diligenter ligato.* De *vimine* enim deprauata vox *vimide*, deque *vel vlmi diligenter* effictum *vluidini legenter.* Caeterum de arborum infitione capite huius libri 26 non abfimilia tradidit Columella: *Cum*, ait, *omnes furculos quos arbor patietur, demiferis, libro vlmi, vel vimine arborem adftringito.* Item libro 4 cap. 29 de inferenda vite: *Vinculi genus ad infitionem non vnum eft: alii viminibus obftringunt: nonnulli circumdant libro fiffuram.* Palladius quoque libr. 3 tit. 17 de infitionibus: *nunc iunco, aut vlmo, aut vimine ftringemus.* Robertus porro Stephanus locum iftum quem fupra reftituimus, fic fcriptum in vetuftis manu exaratis libris inuenit: *Quidquid inferueris vimine vlmi diligenter*; quod ea quae conieclando attigimus, confirmat. PONTED. Ita aperte fauet Clariffimo viro non Medicei modo Codicis fcriptura, fed etiam viri nefcio cuius docti, quem laudat Politianus, auctoritas, qui verba *vimine vlmi* in codice Nicolai Nicoli adfcripferat, *vlmi* denique mentio in Lipfienfi facta; vt aufus fim hunc locum ita, vt ipfe voluit, conftituere. Sic et placuit Victorio in omiffis.

8, 2 PRAEBET HVMOREM) an *prohibet humorem?* nam propterea imponitur, *nocet enim*, vt ipfe adiecit, *nimius humor, nec patitur furculos infertos comprehendere.* Ita l. 4 c. 28 *Haec fiffura diligenter fubacto luto linitur, atque fuperpofito mufco ligatur, quod et calores et pluuias arceat.* PONTED.

8, 3 AN-

ſed nos meliore ratione hoc idem fecimus. nam antiqua terebra ſcobem [o] facit, propter hoc vrit eam partem quam perforat: peruſta [p] autem perraro [q] vnquam comprehendit inſertos ſurculos. Nos rurſus terebram [r], quam gallicam [s] dicimus, huic 4
inſitioni aptauimus: ea excauat [t], nec vrit, quod [u] non ſcobem [x], ſed ramenta facit. Itaque cauatum foramen cum purgauimus, vndique adraſos ſurculos inſerimus, atque ita circumlinimus. Talis inſitio facillime [y] conualeſcit. Igitur ſecundum Aequinoctium perfectam vitium inſitionem [z] habeto: humida [a] loca, de vua alba: ſicca, de nigra inſerito. – Infructuoſas vites foecundas ſic [b] facito [c]: Vites quae exiguum dant fructum, aceto [d] acri cum cinere rigato [e], ipſumque codicem [f] eodem [g] cinere linito. – At [h] ſi quae [i] fructum, quem [k] oſtendunt, ad maturitatem 5
non perducunt, ſed priusquam miteſcant vuae, inareſcunt, hoc modo emendabuntur [l]. Cum ſcipiones [m] amplitudinem acini habuerint [n], radice tenus vitem praecidito, plagam acri aceto pariter ac lotio veteri permiſta terra linito, eodemque [o] radices rigato, ſaepe fodito. Haec [p] materias citant [q], vuaeque ſuccum perferunt.

IX. EST

o) *ſcrobem P. L.* p) *Praeuſta I. B R.* q) *pars raro L. I. B. R.* r) *terebras P.* s) *gallinacam P. L.* t) *exſiccabat P. L. exſiccat I. B. R.* u) ſic *I. B. R.* x) *ſcrobem P. L.* y) *faciliter L.* z) *inſitione P. L.* a) *humido loco de vua vua alba L.* b) *ſic* abeſt *I. B. R.* c) *facere vites: quae I. B. R.* d) *acetum agri L. I. B. R.* e) *arigato I. B. R. irrigato L.* f) *codicem* om. *I. B. R.* g) *eodem* om. *I. B. R.* h) *Ad ſic P. ac ſic fructum L.* i) *quae* deeſt *P. I. B. R.* k) *quae P.* l) *emundabuntur P. L.* m) *inſitione P. L. inſitiones I. B. R.* n) *habuerunt P.* o) *eodem I. B. R.* p) *Haec* deeſt *I. B. R.* q) *cita vuae quae fructum I. B. R. cita vite eque fructum preferunt L.*

8, 3 ANTIQVA TEREBRA) Vid. 4, 29, 15.

8, 3 PERVSTA AVTEM PERRARO) Apud Ienſ. et Bruſch. hic locus variat: *Peruſta autem pars raro vnquam comprehendit inſertos ſurculos.* In l. 4 c. 29 autem, in quo haec transſcripta legimus, neque *pars* eſt, neque *perraro*, ſed *raro*: *Deuſta porro raro reuireſcebat, vel cum priore coaleſcebat, in eaque nec inſitus ſurculus comprehendebat.* PONTED.

8, 4 NON SCOBEM) Scobem tamen appellat, cum enarrat hunc locum Pall. Feb. 17, 6.

8, 4 SECVNDVM AEQVINOCTIVM) Addatur *vernum*; nam duo ſunt aequinoctia. Sic l. 4 c. 29 *Igitur ſecundum vernum aequinoctium, perfectam vitium inſitionem habeto.* PONTED.

8, 5 CVM SCIPIONES AMPLITVDINEM) Foede inquinata lectio; qua enim ratione acini cum ſcipionibus conferuntur, ſphaera aut ſphaeroideum corpus cum cylindro? Apud Ienſ. et in vetuſtis etiam codd. legitur, *Cum inſitiones amplitudinem acini habuerint*; et in vetuſtiſſimo Florentino, *Cum inſitione ſi amplitudinem acini habuerint.* Sed his quoque receptis adhuc perobſcurus relinquitur locus, et, vt mihi videtur, non integer. Quid autem dicam de ipſa medicina. Si Vitis ad maturitatem fructus non perducit, radice tenus ipſam praecidito. Egregium profecto remedium. Vitisne quae tot laboribus, tot ſumtibus, et tot etiam annis ad iugum perducitur, vno ictu eſt recidenda vt rurſus veluti ab infantia per eosdem labores, ſumtus, et annorum ſpatia ad eadem tabulata educatur? Malim itaque haec vitioſa ſuſpicari, quam haec a tanto viro tradita. Et reuera vitioſa ſunt, quanquam emendandi ratio mihi explorata non eſt. Illud tamen adiiciam, quid ex verbo illo *inſitiones* quod pro *ſcipiones* in codd. legitur, ſuſpicer. Cum expeditior via ſit infoecundas ac adultas Vites inſerere, quam ab radice amputare, id ipſum primo loco docuiſſe Columellam exiſtimo; quae vero tam craſſae non eſſent, vt ſciſſae ſurculos admittere poſſent, circa radicem praecidendas. Caeterum hae coniecturae ſunt. PONTED. Mihi videbatur hoc ſibi velle Columella, quo tempore ad ἀκμὴν peruenere ſuam vuae (hoc dicit, *cum ſcipiones* (vid. Index) *amplitudinem acini*, quam maximam habere ſolent, *habuerint*) eſſe recidendam vitem, et ita curandam, vti porro praecipit: vti nimirum illo ipſo tempore ſuccurratur viti, quo maxime laborare ſolet. Vel, quo tempore ſcopiones paruuli adhuc erunt, et racemi integri non maiores erunt vno acino. Caeterum praeſtat ita vitem tractare, quam fructu plane carere, et ſimilis eſt inſitionis ratio, de qua 4, 29.

8, 5 SVCCVM PERFERVNT) Blanditur altera lectio, *fructum*, ſua facilitate: ſed recte

IX. EST etiam genus insitionis, quod vuas tales creat, in quibus varii generis colorisque reperiuntur acini. Hoc autem ratione tali efficitur: Quatuor, vel quinque, siue etiam plures voles, virgas diuersi generis sumito, easque diligenter et aequaliter compositas colligato, deinde in tubulum fictilem vel cornu arcte inserito, ita vt aliquantum extent ab vtraque parte, easque partes quae extabunt, resoluito, in scrobem deinde imponito, et terra stercorata obruito, et rigato, donec
2 gemmas agant. Cum inter se virgae cohaeserint, post biennium aut triennium facta iam vnitate, dissolues tubulum, et circa medium fere crus, vbi maxime videbuntur coisse, vitem serra praecidito, et plagam leuato, terramque minutam aggerato, ita vt tribus digitis alte plagam operiat: ex eo codice cum egerit coles, duos
3 optimos submittito, reliquos deiicito: sic vuae nascentur, quales proposuimus. Vt[a] autem vuae sine vinaceis nascantur, malleolum scindito[b] ita, ne gemmae laedantur, medullamque omnem eradito, tum demum in se compositum colligato, sic ne gemmas allidas[c], atque ita terra stercorata deponito, et rigato. cum coles[d] agere coeperit, saepe et alte refodito. Adulta vitis tales vuas sine vinaceis creabit.

X. VINDEMIA facta statim putare incipito ferramentis quam optimis, et acutissimis: ita plagae leues fient, neque in vite aqua consistere poterit: quae simulatque immorata[a] est, corrumpit vitem, vermesque et alia creat animalia, quae materiam exedunt. plagas autem rotundas facito: nam celerius cicatricem du-
2 cunt. Sarmenta lata, vetera, male nata, contorta, omnia haec praecidito: nouella et fructuaria[b], et interdum sobolem[c] idoneam, si iam superficies parum valebit, submittito, brachiaque conseruato. quam celerrime poteris putationem perficito. arida, et vetera, falce quae amputari non possunt, acuta dolabra abradito. in agro macro et sicco vineam imbecillam a bruma amputato: quam partem non deputaueris, circa Calend. Febr. repetito: ab Idibus Decemb. ad Idus Ianuarias
3 ferro tangi vitem et arborem non conuenit. Cum vitem[d] putabis, inter duas gemmas secato: nam si iuxta ipsam gemmam secueris, laborabit[e], nec materiam citabit[f]. Cicatrix autem semper deorsum[g] spectet, ita neque aqua neque sole laborabit,

[C. IX.] a) *Vt autem - - - nascantur* desunt *L. I. B. R. Lips.* adiicit rubr. Ratio efficiendi vuas sine arillis. b) *findito P. L.* c) *alliges L. I. B. R. P.* d) *colos* hic et al. *L.* [C. X.] a) *immobilis I. B. R. immortale P.* b) *fructi varia P.* c) *subolem P.* d) *autem I. B. R.* e) *laborauit P.* f) *citauit P.* g) *horsum I. B. R.*

recte tamen dici possunt *vites succum vuae iam perferre*, quarum acini non iam corrugantur et inarescunt, sed pleni succo ad maturitatem perducuntur.

9, 3 VT AVTEM VVAE SINE VINACEIS) Hoc item commemoratur a Plinio libr. 17 cap. 21 idque, vt ipse fatetur, ex Columella. Quod manifesto argumento hunc de arboribus librum esse Columellae confirmat; nam alibi apud Columellam haec non leguntur. Plinii autem verba quae subiicio: *In alio genere inuentu nouitio finditur malleolus, medullaque erasa, in se colligantur ipsi caules, ita vt gemmis parcatur omni modo; tum malleolus in terra fimo mista seritur, et cum spargere coeperit caules deciditur, foditurque saepius. Talis vuae acinos nihil intus ligni habituros, Columella promittit.* PONTED.

9, 3 ATQVE ITA TERRA STERCORATA DEPONITO) Lego: *atque in terra stercorata deponito.* Plinius loco quem transscripsi: *tum malleolus in terra fimo mista seritur.* Palladius item eadem de re 3, 29 *et sic in humida terra ponendum.* PONTED.

10, 1 VINDEMIA FACTA) Col. 4, 9 et 10 Pamphilus Geop. 5, 43. SCHOETTG.

10, 2 SARMENTA LATA) Colum. 4, 24, 7.

10, 2 SOBOLEM IDONEAM) Nam alioquin vellendum hoc genus surculi, vid. Col. 4, 24, 4. Locus huic parallelus de pomis est Pall. Nou. 7, 14.

10, 3 HV-

borabit [h], humoremque recte capiet. In agro crasso, validaque vinea plures gem-
mas et palmas relinquito, in exili pauciores. Sicubi in vite brachium desiderabis [i],
falce acuta semel aut bis eo loco [k] alte instar digiti mucrone ferito. brachium
quamuis longum caue totum tollas, nisi si totum aruerit [l]. — Vineam no- 4
vellam ante brumam ablaqueatam [m] habeto, vt omnes imbres limumque conci-
piat. Vites, arboresque, quo citius ablaqueaueris [n], erunt valentiores. Sed quae-
cunque in [o] cliuis erunt positae, ita ablaqueandae sunt, vt a superiore parte secun-
dum codicem lacusculi fiant, ab inferiore autem puluinuli [p] altiores [q] excitentur, quo
plus aquae limique contineant. Vinea vetus neque ablaqueanda [r] est, ne radices, 5
quas in summo habet, inarescant, neque aranda, ne radices abrumpantur. biden-
tibus [s] saepe, et alte fodito aequaliter, et stercore vel palea conspergito [t] solum
ante brumam, vel cum circum ipsam vitem summatim ablaqueaueris, stercorato.

XI. VINEAM quam bene [a] putare, tam diligenter [b] pampinare vtile est: nam
et materiae quae fructum habent, melius conualescunt, et putatio sequentis anni
expeditius, tum etiam vitis [c] minus cicatricosa fit: quoniam quod viride et tene-
rum decerpitur, protinus conualescit. super haec quoque [d] melius vuae [e] matu- 2
rescunt. ante dies decem quam vinea florere incipit, pampinatam habeto. quid-
quid superuacui enatum fuerit, tollito. quod in cacumine aut in brachiis natum
erit, decerpito, duntaxat quae vuam non habebunt. Cacumina virgarum, ne luxu-
rientur, demutilato [f]. Vuas, quae meridiem aut occidentem spectabunt, ne
perurantur [g], suo [h] sibi pampino tegito.

XII. SIMVLATQVE vua variari coeperit, fodito tertiam fossuram [a]: et cum
iam maturescet, ante meridiem priusquam calere incipiet; et [b] cum desierit, post
meridiem fodito, pulueremque excitato: ea res et a sole, et a nebula maxime vuam
defendit. Lutulentam terram, neque arare neque fodere oportet, quia valde du-
rescit, et finditur. Bidentibus [c] terram vertere vtilius est, quam aratro. bidens [d] 2
aequaliter totam terram [e] vertit: aratrum praeterquam quod scamna [f] facit, tum
etiam boues, qui arant, aliquantulum [g] virgarum, et interdum totas vites frangunt.
Finis

h) *laborauit P.* i) *desiderauit P. L. desiderabit I. B. R.* k) *lo P.* l) *De fossura* nouum caput *P.* rubr. *Oblaqueatio vineae L.* m) *oblaqueatam L.* n) *ablaqueaberis P. ablaquearis I. B. R. oblaqu. L. etc.* o) *melius I. B. R.* Pol. nobiscum facit. p) *pulli L. I. B. R.* q) *alidiores P. vadiores L.* r) *oblaqueanda L.* s) *Videntibus P.* t) *conspargito P. conspergito. Solum I. B. R.* [C. XI.] a) *bene* deest *I. B. R. quam putare velis, eam vere pamp. L.* b) *vene* (credit *bene*) *P. vere I. B. R.* c) *vitis* omitt. *I. B. R.* d) *quo P. Lips.* e) *vuae* abest *I. B. R.* f) *demutiliato Iens. dimutilato P. diuentilato Lips.* g) *praeurantur I. B. R. it. MS. Heins. ad Ouid. met. 9, 74.* h) *sua P.* [C. XII.] a) *fussuram P.* b) *et* deest *I. B. R.* c) *Videntibus P.* d) *Videns P.* e) *terram* om. *I. B. R.* f) *scana P.* g) *aliquantum I. B. R.*

10, 3 HVMOREMQVE RECTE CAPIET) Quin *fundere* potius *humorem* debet, quod et hic apparet, et Colum. 4, 24, 7 vbi culpa maxima vinitoris dicitur, si *humorem excipiat plaga et contineat*. An *humor* hic est intestinus ille succus, quo opus est ad cicatricem obducendam iungendumque corticem? Ita esse puto.

10, 3 INSTAR DIGITI) transuersi procul dubio, vt ad medullam perueniat plaga, ex illa enim prodire nodi et gemmae solent.

11, 1 EXPEDITIVS) Videtur omnino legendum *expeditior*. VRSIN. Nisi tamen ἀπὸ τοῦ κοινοῦ etiam huc trahendum est verbum *fit*, quod statim sequitur.

12, 1 LVTVLENTAM TERRAM) Ea est *varia*, itemque *cariosa*, vid. Col. 2, 4, 5.

Finis autem fodiendi vineam nullus eſt: nam quanto ſaepius foderis, tanto vberiorem fructum reperies.

XIII. PALEARVM aceruos inter ordines verno tempore poſitos habeto in vinea [a]. cum frigus contra temporis conſuetudinem intellexeris, omneis aceruos incendito, ita fumus nebulam et rubiginem remouebit.

XIV. LVPINVM terito, et cum fracibus [a] miſceto, eoque imam vineam [b] circumlinito: vel bitumen cum oleo coquito [c], eo quoque imas vites tangito, formicae [d] non excedent.

XV. VITES, quae ſecundum aedificia ſunt, a ſoricibus aut muribus infeſtantur. id ne fiat plenam lunam obſeruabimus, cum erit in ſigno Leonis, vel Scorpionis, vel Sagittarii, vel Tauri, et noctu ad lunam putabimus. Genus eſt animalis, volucra appellatur [a], id fere praerodit teneros [b] adhuc pampinos, et vuas: quod ne fiat, falces, quibus vineam putaueris, peracta putatione, ſanguine vrſino linito: vel ſi pellem fibri habueris, in ipſa putatione, quoties falcem acueris, ea pelle aciem detergito [c], atque ita putare incipito. Quoniam de vineis abunde diximus, de arbuſtis praecipiamus.

XVI. VITEM maxime opulus [a] alit, deinde vlmus, deinde fraxinus. Opulus [b], quoniam frondem non [c] idoneam habet, a plerisque improbatur. Vlmus autem quam Atiniam [d] vocant ruſtici, generoſiſſima eſt, et laetiſſima, multamque frondem habet: eaque maxime ferenda eſt locis pinguibus, vel etiam mediocribus: ſed ſi aſpera et ſiticuloſa loca, arboribus obſerenda erunt, neque opulus [e] neque vlmus tam idoneae ſunt quam orni [f]: eae [g] ſilueſtres [h] fraxini ſunt, paulo latioribus tamen foliis quam caeterae fraxini, nec deteriorem frondem, quam vlmi praeſtant.
2 Caprae quidem, et oues [i] libentius etiam hanc frondem appetunt. Igitur qui arbuſtum conſtituere volent, ante annum quam deponant arbores, ſcrobes faciant

[C. XIII.] a) *vineam P. L.* [C. XIV.] a) *fragibus P. L.* b) *lineam circumlinito I. B. R. vineam circ. P. L. linea vitem circ.* al. c) *cocuito P.* d) *formicam P.* [C. XV.] a) *appellantur P. appellatum Lipſ.* b) *teneras P. Lipſ.* c) *detergeto I. B. R.* [C. XVI.] a) *populus L. I. B. R.* b) *Populus frondem I. B. R. populus cum fr. Lipſ.* c) *non* deeſt *P.* d) ſic ante *Steph.* omnes, *atineam* al. e) *populus I. B. R.* f) *ormae P. orneae aut L.* g) *et I. B. R. ăt P.* h) *ſilueſtre P.* i) *vel* inſ. *Lipſ. I. B. R.*

14 ANTE MERIDIEM) Geop. 3, 10.

14 IMAM VINEAM CIRCVMLIN.) Aperta et, niſi fallor, vera etiam eſt, quam exhibemus, lectio MSStorum. *Lineam* peperit, credo, ſcriptura antiqua et vitioſa, ſed ſolennis *binea* pro *vinea*. Caeterum *vineam* pro viti dici, Index noſter ſatis declarat: adſcripſerat aliquis *vitem* gloſſam *vineae*, illa deinde cum reliquis coaluit.

14 FORMICAE NON EXCEDENT) Videtur legendum *non exedent*. VRSIN. Vrſini ſcriptura poſtponenda; non omnino autem negligenda haec: *formicae non aſcendent*, vt et titulus indicat, *ne formica vitem aſcendat*. PONTED. Quid ſi ſcripſit Columella: *non eſcendent?* Inde ratio corruptionis apparet. De verbo *eſcendo* tum ad Fabri theſaurum dictum eſt, tum ad Varr. 3, 16, 27.

16, 1 VITEM MAXIME) Col. 5, 6 et Lipſ. habent *populus*, quod rectius. Horatius Epod. 2, 9 *Ergo aut adulta vitium propagine Altas maritat populos.* SCHOETTG. Add. Varr. 1, 8, 3.

16, 1 FRONDEM NON IDONEAM) Cui frons idonea non ſit, non apponitur; vel, ſi adiectum fuit, deſideratur; id autem eſt τὸ *pecori: Opulus quoniam frondem non idoneam pecori habet* etc. Nam eadem repetit l. 5 c. 5 *Opulus quia raram neque idoneam frondem pecori praebet, a plerisque repudiata eſt.* PONTED.

16 2 QVI ARBVSTVM CONSTIT.) Vid. Pall. Febr. 10, 4.

16, 3 AL-

faciant [k] quatuor pedum [l] quoquouersus. deinde circa Calen. Mart. in eandem
scrobem vlmum, et opulum [m], vel fraxinum deponant, vt si vlmus defecerit,
opulus [n] vel fraxinus locum obtineant [o]. si autem vtraque vixerint, altera [p] exi-
matur, et alio loco deponatur [q]. Arbustum inter quadragenos pedes dispositum
esse conuenit: sic enim et ipsae arbores, et appositae vites melius conualescent, 2
fructumque meliorem dabunt. segetes etiam, quae in eo erunt, minus vmbra
laborabunt. Arborem, quam deposueris, saepius circumfodito, quo celerius 3
adolescat [r]: et citra [s] triennium [t] ferro ne tetigeris. Completis sex et triginta
mensibus, ad recipiendam vitem formabis [u], et [x] superuacuos ramos amputabis,
alterna brachia in modum scalarum relinquens, alternisque annis *, sexto anno, si
iam firma videbitur, maritabis hoc modo. Ab ipso arboris crure pedale spa-
tium intermittito, deinde [y] sulcum in quatuor pedes longum, in tres altum, in [z]
dupondium [a] et semissem latum cum feceris, patiere minime duobus mensibus
eum tempestatibus verberari. tum demum circa Cal. Martias vitem, de semina- 4
rio, ne [b] minorem quidem decem pedum [c] sternito, et adminiculato, arborique
iungito [d]: eam proximo anno ne putaueris: tertio vero ad vnam [e] virgam redi-
gito, paucasque gemmas relinquito, ne antequam inualuerit, in altitudinem re-
pat: deinde vbi [f] amplum incrementum habuerit [g], per omnia arboris tabulata
disponito eius [h] materias, ita tamen ne vitem oneres, sed certa et robustissima
flagella submittas. Arbustiuam [i] vitem quam putare, tam alligare [k] diligenter
oportet. nam in eo [l] fructus maxime vis [m] consistit, diutiusque perennat [n], quae
firmis toris [o] et idoneis locis religata est. itaque omnibus annis conuenit [p] subse-
qui putationem, ita vt tori renouentur, et vitis per idoneos ramos disponatur.

XVII. OLEA

k) *faciat P.* l) *quaeque annum. Deinde L. I. B. R.* m) *populum L. P.* n) *populus L. P.* vt hic semper. o) *optineant P. optineat I. B. R.* p) *eximia* inf. *L. I. B. R.* q) *dispo-natur P. L.* r) *adolescant I. B. R.* s) *citra* deest *L. I. B. R.* t) *terrenum L.* u) *forma-rios P. formatos I. B. R.* x) *et* deest *I. B. R.* y) *Dein P.* z) *inter I. B. R.* a) *dupundium P. dipondium semissem I. B. R.* b) *deminus decem I. B. R. ne minus decem L.* c) *pedum. Ster-nito I. B. R.* d) *iniungito I. B. R. arboris iungeo L.* e) *imam I. B. R.* f) *vbi* deest *P. quom I. B. R.* g) *haberet P.* h) *eius* deest *I. B. R.* i) *Arbustiua P.* k) *allisgera P. puta-ret, amallis gera Lips.* l) *eo P. L. ea* al. m) *ius P.* n) *perannat P. peremnat L.* o) *sto-ris P. L.* p) *renouenit L.*

16, 3 ALTERNISQVE ANNIS *, SEXTO) Deficiunt inter primum et alterum membrum nonnulla, et fortasse haec: *quidquid frondis enatum fuerit, aut ferro amputare, aut astringere oportet, ne aemula vmbra viti noceat.* Haec quidem l. 5 c. 6 leguntur: *Et quidquid frondis enatum fuerit, alternis annis aut ferro amputare, aut astringere, ne aemula vmbra viti noceat.* PONTED.

16, 3 MINIME) *Minimum* debebat: sed saepe confunduntur. Vid. Ind.

16, 4 NAM IN EO) Mallem: *nam in eo* (pro *ea*) nimirum in recte vinciendo; vt ex his quae subnectuntur, manifestum: *diutiusque perennat, quae firmis toris et idoneis locis religata est.* PONTED.

16, 4 FIRMIS TORIS) Gorallus toros explicat nodos, ad illud Pedonis Albinouani 2, 79 vbi de Hercule: *Claua torosa tibi pariter cum pelle iacebat.* Ego mallem *toros* dicere firmos ramos vitium, sicuti *toros* vocamus totos hominum lacertos siue brachia. SCHOETTG. At tu vide, Lector, Indicem.

16, 4 SVBSEQVI PVTATIONEM) Lego *amputationem*, nempe vinculorum. Idem libr. 5 cap. 6 *maxime autem prodest vitibus, omnibus annis resolui, nam et commodius enodantur, et refrigerantur, cum alio loco alligatae sunt, minusque laeduntur, ac melius conualescunt.* Resolui autem vites nisi amputatis vinculis, nequeunt. PONTED. Ego putabam hoc sibi velle Columellam, *conuenit subsequi* aliquem *putationem*, h. e. post putationem venire aliquem, qui renouet etc.

XVII. OLEA maxime collibus ficcis et argillofis gaudet: at humidis cam-
pis et pinguibus laetas [a] frondes fine fructu affert. melius autem truncis quam
plantis oliuetum conftituitur. Magoni autem [b] placet ficcis locis oliuam, aut [c]
mox [d] poft aequinoctium feri, aut [e] ante brumam. Noftrae aetatis agricolae fere
2 vernum tempus circa Calend. Maias [f] feruant. Oportet autem fcrobem oleae
quoquouerfus pedes quaternos patere, in imum fcrobem lapidem glareamque
abiicere, deinde fuper terram quatuor digitorum iniicere, tum arbufculam depo-
nere ita rectam [g], vt quod a [h] fcrobe extiterit, in medium fit. arbufculam autem
a tempeftatibus tueri diligenter oportet [i] adminiculando, et terrae, quae in [k]
3 fcrobe reponitur, ftercora [l] immifcendo [m]. Oleam decet inter fexagenos pedes
difponi, vt fpatium in latitudinem crefcendi habeat: nam quae in proceritatem
extenduntur, euanidae [n] fiunt, parumque fructus ferunt. Optima eft olea [o] Lici-
niana, paufia [p] fecunda oleo, efcae orchis [q]. funt et regiae, et radii, quae [r] neque
fpecie neque [s] oleo [t] funt tam gratae, quam quas fupra diximus. Si oleam pofue-
ris eo loco, vnde quercus effoffa eft, morietur [u], ideo quod vermes quidam [x] funt,
qui in radice quercus nafcuntur [y] et [z] educantur, iique maxime femina oleae con-
fumunt. Si in olea vnus ramus aliquanto caeteris laetior eft, nifi eum recideris,
4 arbor tota fiet retorrida. Omnes [a] arbufculas prius quam transferantur [b], rubrica
notare conuenit, vt cum ferentur, easdem caeli partes afpiciant, quas etiam in fe-
minario confpexerant: alioquin frigore vel calore laborabunt ab iis partibus quas
praeter confuetudinem fub alio [c] tractu expofitas habuerint.

XVIII. PRIVSQVAM pomarium conftituas, quam magnum habere voles cir-
cummunito maceria, aut foffa, ita vt non folum pecori, fed ne [a] homini quidem [b]
transi-

[C.XVII.] a) *latam frondem P. laetam fpem Lipf.* b) *autem* om. *Lipf. I. B. R.* c) *āt. P. non ante aequin. feri ante bru. Lipf.* d) *non I. B. R.* e) *aut* omitt. *P.* f) *maii I. B. R.* g) *fectam Lipf. I. B. R.* h) *a* deeft *I. B. R.* i) *oportet* om. *L. I. B. R.* k) *in* deeft *I. B. R.* l) *ftercori P. terram — q. i. f. r. ftercori immifcere Lipf.* m) *immifcere I. B. R.* n) *euanefiunt L.* o) *oleo P.* p) *pofita P. L.* q) *orcita P. L. orcbas Ienf.* r) *non fine L. I. B. R.* s) *neque* repet. *I. B. R.* t) *fubitam P. L.* u) *emorietur I. B. R.* x) *qui funt educati in I. B. R. qui funt educantur in P. qui funt ac ducuntur L.* y) *nafcunt eique P. L.* z) *et educantur* deeft *L. I. B. R.* a) *Omnis arbufculus P.* b) *transferat P. L.* c) *alio oppofitas I. B. R. alio apofitas L.* [C.XVIII.] a) *nec P.* b) *quidem* deeft *L. I. B. R.*

17 Vid. C. 5, 8 et 9.

17, 1 CIRCA CAL. MAIAS) Veteres libri: *circa Cal. Maii.* Lego *circa Cal. Martias:* nam menfe Martio vel Februario extremo ponendae funt oleae. Palladius lib. 3. Tit. 18: *Hoc menfe* (Februario) *locis temperatis inftituemus olineta.* Idem ipfe Columella hoc non obfcure libr. 5 cap. 9 fignificauit, cum diceret: *Plantae autem in olineto difponuntur optime ficcis, minimeque vliginofis agris per autumnum; laetis et humidis verno tempore, paulo ante quam germinent.* At menfe Maio non modo germina, fed et flores emittunt oleae. PONTED.

17, 2 IN MEDIVM SIT) Forte legendum *id medium fit.*

17, 2 IMMISCENDO) Aut *immifcenda* legendum videtur, aut cum veteribus libris *immifcere.*

17, 3 PAVSIA SECVNDA) Nimirum fecundum bonitatis locum non vni generi fimpliciter tribuit: fed fi oleo ftudeas, paufia ponenda; orchis, fi efcae.

17, 3 SI IN OLEA VNVS) An de fua et fuae Palladis arbore documentum ceperunt antiqui Attici, vt et ipfi non paterentur, vnius alicuius vel virtutem vel opes eminere altius; fed teftarum fuffragio vnum illum caeteris florentiorem amolirentur? Verum ne vagemur extra oleas.

18 Hinc fere ad verbum relata funt omnia in repetitam praelectionem. Vide fis, quae adnotamus ad C. 5, 10, 1.

18 NON SOLVM PECORI) Altera negatione omiffa pro *non folum non*, de qua ratione fatis ad Fabrum difputatum eft.

18 NAM

transitus sit, nisi per ostium [c], dum adolescant [d] semina. nam [e] si [f] prius cacumina
manu perfracta [g], aut a pecore praerosa fuerint, quam [h] adolescant, in perpetuum
2 corrumpuntur. Generatim autem arbores disponere vtilius [i], maxime ne imbe-
cillae [k] a [l] valentioribus premantur, quae [m] nec viribus, nec magnitudine sunt
pares, neque pariter crescunt. terra quae vitibus apta est, eadem quoque vtilis
est arboribus.

XIX. ANTE annum quam pomaria [a] disponere voles, scrobes fodito. ita
3 sole pluuiaque macerabuntur, et quod posueris cito comprehendet. Sed si quo
anno scrobes feceris, etiam semina ponere voles, minimum ante duos menses fo-
dito scrobes, postea stramentis eos completo [b], et incendito. Quo latiores paten-
4 tioresque [c] scrobes feceris, eo [d] laetiores erunt vberioresque [e] fructus. Scrobs
clibano similis esse [f] debet, imus quam summus [g] patentior [h], vt laxius [i] radices 2
euagentur [k], ac minus frigoris hieme [l], minusque aestate vaporis per angustum os
terrae [m] admittant: tum etiam cliuosis locis terra, quae [n] in eum congesta est, plu-
5 viis non abluitur [o]. Arbores raris [p] interuallis serito [q], vt cum creuerint, spatium
habeant, quo ramos extendant. nam si spisse posueris, neque infra [r] quicquam [s] 3
serere poteris [t], nec sic [u] ipsae fructuosae erunt, nisi eas [x] interraseris. Itaque pla-
cet inter ordines [y] quadragenos pedes, minimumque tricenos, relinqui [versuris [z].]

XX. SE-

c) *odium P. L. hostium I. B. R.* d) *adulescant I. B. R.* e) *nam* om. *L. I. B. R.* f) *saepius si I. B. R. si saepius P. L.* g) *prefracta P.* h) *quam adolescant* om. *L. I. B. R.* i) *vtilis I. B. R.* k) *imbecilla valentiora P. L.* l) *a* om. *I. B. R.* m) *qua P.* [C. XIX.] a) *poma I. B. R.* b) *impleto I. B. R.* c) *patientioresque P. L. potentioresq. I. I. H. G.* d) *hoc I. B. R.* e) *superioresque P. L.* f) *est: imus I. B. R. similis et imus L.* g) *sumus B. R.* h) *patientior P.* i) *latius L.* k) *vagentur I. B. R.* l) *hieme* om. *P.* m) *teneant. Tum I. B. R. tentarit. Tum P. L.* n) *cum cong. L.* o) *abluatur P.* p) *pares L. I. B. R. paribus* al. q) *sepito I. B. R.* r) *terra I. B. R.* s) *quid P.* t) *posueris I. B. R.* u) *si I. B. R.* x) *eas* abest *I. B. R.* y) *ordinem I. B. R.* z) *volseris P. volsetis L.*

18 NAM SI PRIVS — PERFRACTA) Supra 5, 9 dixit: *Quoniam saepius cacumina hominis manu tractata*; vt fortasse hic *pertractata* legendum sit. VRSIN.

19, 1 PATENTIORESQVE) Ita omnino legendum, non *potentiores.* VRSIN.

19, 3 PARIBVS INTERVALLIS) Scribendum *raris.* nam *paribus* est mendum librarii. vid. 5, 9. VRSIN. Vitiosa lectio *paribus* pro *raris*, vt patet ex iis, quae sequuntur: *vt, cum creuerint, spatium habeant, quo ramos extendant*; nisi enim rarae ponantur, licet paribus interuallis ordinatae ad extendendos ramos arboribus, non relinquitur spatium. Haec porro emendaui ex 5, 10 in quo eadem: *Arbores raris interuallis serito* etc. PONTED. Res mihi videbatur ita certa, vt nihil dubitauerim viris doctissimis obsequi. Ex *raris interuallis serito* factum est repetita literarum *r* et *p* confusione primo *paris interu. sepito*, deinde, ne esset soloecismus *pares interuallis* sc. arbores, denique *paribus interuallis serito.*

19, 3 NISI EAS INTERRASERIS) Videtur legendum *interuulseris*, vti est 5, 10 supra. VRSIN. Loco huic lexica vt verbum *interrado* pro *interuello* constituant, innituntur; Columellae vero editores Philippum Beroaldum auctorem habent, qui primus ad istam significationem *interrado* detorsit, primusque Columellae libris inseruit, quin etiam Plinium eadem ratione libr. 12 cap. 19 locutum cum diceret: *interradi gaudent oliuae*, indicauit, quod nos minime negemus. Sed aliud est *interradere oliuas*, hoc est, muscum lichenemque de cortice distringere, et, si quid in materia vel siccum vel cariosum reperitur, scalpro eximere: aliud ipsas ab radice interuellere cum spissius quam par est, satae sunt, vt spatium ad explicandos ramos quae relinquuntur, habeant. Ideoque *interradi gaudent* quidem *oliuae*, interuelli nullo modo. *Interraseris* itaque reiicerem, et supplerem *interuulseris*, vt libr. 5 cap. 10 legitur, cum in vetustis editionibus sit excusum *interuaseris*, et in hoc libro *inter uaseris.* PONTED. Nolui tamen mutare quidquam. Potuit, quod ad 5, 10, 1 obseruauimus, ipse Columella vocem vnam alteramue immutasse.

19, 3 RELINQVI [VERSVRIS]) Vox *versuris* otiosa est. VRSIN. Aperuisse videntur Milti fontem corruptionis in hoc loco. Adscri-

XX. SEMINA lege [a], ne minus craffa, quam manubrium eft bidentis, re- 6
cta, leuia [b], procera, fine vlceribus, integro libro. ea bene et celeriter compre-
hendunt. Semina fi ex arboribus fumes, de iis potiffimum fumito, quae omnibus
annis bonos et vberes ferunt fructus. Obferuabis autem ab humeris, qui funt con-
tra folem orientem, vt eosdem [c] decerpas [d]. Si cum radice plantam [e] pofueris,
2 incrementum eius futurum [f], quod et caeteris, quas feueris, arboribus. Arbos 7
infita fructuofior eft, quam quae infita non eft, id eft, quam quae cum [g] ramis aut
plantis ponitur. Priusquam arbufculas transferas, rubrica vel alia [h] qualibet re
fignato, vt iisdem ventis, quibus [i] ante fteterunt [k], conftituas eas: curamque ad-
hibeto, vt ab fuperiore, et ficciore, et exiliore in planiorem, humidiorem [l], pin-
guiorem agrum transferas. Semina trifurca maxime ponito: ea extent fupra ter-
ram tribus pedibus. In eodem fcrobe, fi [m] duas aut tres arbufculas ponere voles,
3 curato ne inter fe contingant. nam ita [n] vermibus interimuntur [o]. Cum femina 8
depones, dextra ac [p] finiftra fingulis [q] vsque in imum fcrobem fafciculos farmento-
rum brachii humani craffitudine deponito, ita vt fupra terram paululum extent,
per quos aeftate paruo labore aquam radicibus fubminiftrés. Arbores aut radicata [r]
femina autumno ferito circa Id. Octobris. Taleas [s] et ramos vere, ante quam ger- 9
minare arbores incipiant [t], deponito. Sed ne [u] tinea molefta fit feminibus ficulneis,
in imum fcrobem taleam lentifci, ita vt cacumen eius deorfum fpectet, obruito.

XXI. FICVM frigoribus ne ferito: loca aprica, calculofa, glareofa [a], inter-
dum et faxofa [b] amat. eiusmodi agro [c] cito conualefcit, fi fc[illegible] amplos et ido-
neos feceris. Ficorum genera etiam fi fapore et habitu differunt, tamen vno modo, 10
fed [d] difpari differentia agri [e], feruntur. locis frigidis, et autumni temporibus aquo-
fis, praecoques ferito, vt ante pluuiam fructum deligas [f]: locis calidis hibernas fe-
rotinas

[C. XX.] a) *legere minus L.* b) *lenia I. B. R.* c) *eadem* coni. *Vrfin.* d) *decertaffet P. L.* e) *planta P.* f) *furit, quae caeteris fenties. Arbus P. fuerit quod caeteris fenties. Arbos I. B. R. fuerit quae c. f.-a. L.* g) *cum* deeft *L. I. B. R.* h) *aliqua vel a qualibet P.* i) *quibus* deeft *P.* k) *vnde fleterunt L. fterunt, conftitue P.* l) *vmidiorem P.* m) *fi* omitt. *P. L.* n) *vt I. B. R.* o) *interimunt P.* p) *ac* deeft *I. B. R.* q) *fi nis quoufque P. fi vis quousque I. B. R.* r) *femina radicibus L. I. B. R.* s) *Tala P.* t) *incipiunt I. B. R.* u) *nec ŷ in ea L.* [C. XXI.] a) *galerofum P.* b) *faxeta P. L.* c) *agra P. agricito L.* d) *fed dis - - - ro differentia agri pari loco feruetur L.* e) *pari loco* inf. *I. B. R.* f) *diligas R.*

fcripferat aliquis ex repetita praelectione pro *interraferis volferis* in margine ex aduerfum. Hoc loco non fuo imperite aliquis inculcauit. Alius importunam vocem emendando tolerabiliorem reddere voluit.

20, 1 AB HVMERIS) Vid. leg. *ab iis ramis.* VRSIN. Quin *humeri* quid effent in arbore, vidimus ad 3, 1 huius libri. Defcripfiffe autem videtur hunc locum Plinius 17, 14 *certumque eft, ab humeris arborum orientem aeftiuum fpectantibus furculos petendos.*

20, 1 SI CVM RADICE) Locus obfcurus, cui neque ex repetita praelectione auxilium peti poteft. Si fanus eft, illam, puto, habet fententiam. Incrementum quidem aequale habebunt plantae cum radicibus depofitae, fed fructuofiores infitae eiusdem incrementi.

21, 1 EIVSMODI AGRO) An *eiusmodi arbos*, vt 5, 10 habemus? PONTED.

21, 1 TAMEN VNO MODO) At 5, 10 *vno modo fed pro differentia agri feruntur.* Veteres excufi libri vitiofi item: *fed difpari differentia agri pari loco feruntur.* Quaenam difpar differentia, cum quod difpar etiam differat? Fortaffe vetus lectio fic reftitui poteft, et in vtroque libro fcribi: *fed pro differentia agri difpari loco feruntur.* Hoc ex his quae proxima, apparet. Seruntur quidem fici vno modo, fed pro differentia agri difpari loco, in locis nimirum frigidis, et per autumnum aquofis ponuntur praecoques; in calidis hibernae. PONTED.

21, 1 LOCIS CALIDIS HIBERNAS SEROTINAS) Delendum eft *τὸ ferotinas*; quod enim hibernum, fatis ferum. PONTED.

22, 1 QVAE

rotinas ferito. At [g] fi voles ficum quamuis non natura feram facere, cum groffuli minuti erunt, fructum decutito: iterum alterum edet fructum, et [h] in hiemem [i]
feram [k] differet maturitatem. Nonnunquam etiam, cum frondere coeperint arbores, cacumina fici acutiffimo ferramento fumma amputare prodeft. fic firmiores arbores et feraciores fiunt. Semper proderit, fimul ac folia agere coeperit ficus [l], 2
11 rubricam [m] amurca [n] diluere, et cum ftercore humano ad radicem infundere: ea res efficit vberiorem fructum, et farctum [o] fici fpeciofius et plenius.

XXII. NVCEM Graecam ferito Arcturi figno, vel circa Calend. Febr. quae
12 prima [a] gemmafcit. Agrum calidum, durum et [b] ficcum defiderat. nam in locis diuerfis natura [c] eiusmodi fi pofueris nucem, protinus putrefcet. Ante quam nucem deponas, in aqua mulfa, nec [d] nimis dulci macerato, ita iucundioris faporis fructum, cum adoleuerit, praebebit, et interim melius atque celerius nafcetur.
13 Ternas nuces in trigonum ftatuito, parsque acutior inferior fit, quia inde radices 2
mittit, nuxque [e] a nuce minime palmo [f] abfit, et anceps ad Fauonium fpectet. Omnis nux vnam radicem mittit, et fimplici ftilo prorepit. cum ad fcrobis folum radix peruenit, duritia humi coërcita [g] recuruatur, et extenfa in modum ramorum
14 alias radices emittit. Nucem Graecam, et Auellanam [h] Tarentinam hoc modo facere poteris. In quo fcrobe deftinaueris nucem [i] ferere, terram minutam in modum femipedis ponito, ibique femen ferulae repangito [k]. cum ferula fuerit enata, 3
eam findito, et in medullam eius fine putamine nucem Graecam vel Auellanam [l] abfcondito, et ita adobruito. hoc ante Cal. Mart. facito, vel etiam inter Nonas et Idus Martias. Hoc eodem tempore iuglandem, et pineam, et caftaneam ferere oportet.

15 XXIII. MALVM Punicum vere vsque in Cal. Apriles recte feritur. Quod fi acidum aut minus dulcem fructum feret, hoc modo emendabitur. Stercore fuillo et humano, et lotio humano veteri radices rigato. ea res et fertilem arborem reddet, et primitiuos [a] annos fructum vinofum, poftea [b] vero etiam dulcem et apyrenum [c] facit. Nos exiguum admodum lafer [d] cyrenaicum vino diluimus, et ita cacumina

g) *Ad P.* h) *et* omitt. *I. B. R.* i) *bieme I. B. R.* k) *ferum differat P.* l) *ficus* om. *I. B. R.* m) *rubrica I. B. R.* n) *amulga P.* o) *ructum.* [C. XXII.] a) *quae prunacem nefcit I. B. R. qui primacem mafcit P. qui primacem ;nafcit L. quae pruinam nefcit* rel. b) *et* om. *I. B. R.* c) *eiusmodi natura I. B. R. natura, eiusmodi Iuntt.* d) *ne P.* e) *nuncque I. B. R.* f) *palmae abfint I. B. R. palmae abfit P. L.* g) *cortice Lipf.* h) *abellanam tarentinas P.* i) *nuces I. B. R.* k) *facito Lipf. I. B. R.* l) *abellanam P.* [C. XXIII.] a) *primitiuus annus L.* b) *poft I. B. R.* c) *apyrinum P. L. B. R.* d) *lac I. B. R. lacyrenaicum P. L.*

22, 1 QVAE PRIMA GEMMASCIT) Ex loco fimili fupra 5, 10 legendum: *quae prima gemmafcit*, vel *gemmas agit.* VRSIN. Vide, quae notamus ad 5, 10, 12.

23, 1 PRIMITIVOS ANNOS) *primis quinque annis* ex repetita praelectione legi vult VRSIN.

23, 1 EXIGVVM ADMODVM LASER) Bofchius ad Petro. c. 35 extr. legi vult *exiguum ad modum lafer*: veritus, credo, ne *exiguum* parum accurate ad lafer referatur, cum potius dicendum fit *exiguum laferis.* Sed *puluis exiguus* apud Horat. 1 Od. 28 pr. et *paruum lac* Sedulii in noto hymno non ita infolentia funt, vt non et Columella dicere ita potuerit. Quod autem *emendabit* hic malebat poft magnum Goefium idem Bofchius; minus etiam probare poffum, cum enarret Columella, quid fibi fucceflerit. Caeterum de laferis fiue filphii Cyrenaici vfu in medicina arborum tum Palladius docet Mart. 10, 3 tum Geop. 4, 7 quidquid autem fcitur

2 cumina arboris fumma obleuimus, ea res emendauit [e] acorem malorum. Mala Pu- 16
nica ne rumpantur in arbore, remedio [f] funt lapides tres, fi, cum feres arborem, ad radicem ipfam collocaueris. at fi iam arborem fatam habueris, fcillam fecundum radices [g] arboris ferito. Alio modo, cum [h] iam matura mala fuerint, ante quam rumpantur, petiolos, quibus pendent, intorqueto. eo modo feruabuntur etiam anno toto.

XXIV. PIROS autumno ante brumam ferito, ita vt minime dies quinque 17
et viginti ad brumam fuperfint. quae vt fint feraces, cum iam adoleuerint, alte ablaqueato, et iuxta ipfam radicem truncum findito, et [a] in fiffuram [b] cuneum pineum tedae adiicito [c], et ibi relinquito: deinde obruta ablaqueatione [d] cinerem fupra terram fpargito.

XXV. MALA aeftiua, cydonea [a], forba, pruna, poft mediam hiemem vs- 19
que in Idus Febr. ferito. Morum [b] ab Idibus Febr. vsque in aequinoctium vernum [c]
recte feres. Siliquam Graecam, quam quidam κεράτιον [d] vocant, deinde [e] Perfi- 20
cum ante brumam per autumnum ferito. Amygdala, fi parum feracia erunt, per
2 foratam arborem lapidem adigito: ita librum arboris inolefcere finito. Omnium 21
autem generum ramos circa Calen. Mart. in hortis, vbi et fubacta et ftercorata terra eft, per puluinos arearum difponere conuenit: deinde cum creuerint [f], danda eft opera, vt dum teneros ramulos habent, veluti pampinentur, et ad vnum ftilum [g] primo anno femina redigantur: et cum autumnus inceflerit, ante quam frigus cacumina adurat, omnia folia decerpere expediet, et ita craffis arundinibus, quae ab vna [h] parte nodos integros habent, quafi pileolos [i] induere, atque ita a frigore et
gelicidiis teneras adhuc virgas tueri. Poft [k] quartum et vigefimum deinde menfem, 22
fiue transferre et difponere in ordinem voles, feu inferere, fatis tuto vtrumque facies.

XXVI. OMNIS furculus omni [a] arbori inferi poteft, fi non eft ei [b] cui inferitur, diffimilis cortice: fi vero fructum etiam eodem tempore fert, fine vllo fcrupulo

e) *emendabit I. B. R. femen dabit Lipf.* f) *remedium placuit I. B. R. remedio placuit P.* g) *radicem P.* h) *et cum P. et I. B. R.* [C. XXIV.] a) *et* abeft *P.* b) *fixura I. B. R. fuffuram L.* c) *adiigito B. R.* d) *oblaqueatione P.* [C. XXV.] a) *cytonea P.* b) *Mabrum P. L. f. ex* Maurum. c) *vernale I. B. R.* d) *ceratium P. cerutiu L.* e) *dein P.* f) *tenuerint P. L.* g) *ftimulum L.* h) *ima I. B. R.* i) *pillcolos P. L.* k) *poteft L.* [C. XXVI.] a) *omni arbori* deeft *L. I. B. R.* b) *arbori* inf. *I. B. R.*

tur de lafere, Spanhemius de vfu et praeft. num. diff. 6 §. 1.

24 ADIICITO) Videndum an rectius fit *cuneum pineae tedae adigito.* VRSIN. Vix dubito, quin *adigito* rectius fit, et ita mox ipfe loquitur 25, 1. Poteft tamen fieri, vt variauerit orationem ipfe nofter Moderatus. Verbo *adiicere*, pro iniicere, imponere, vfos effe noftros, Index docet.

24 OBRVTA ABLAQVEATIONE) Ablaqueatio eft opus quo vites arboresue per autumnum circumfodiuntur, ideoque ineptiffime dicitur *obruta ablaqueatione.* Vitiofa itaque vox *obruta* fed vitiofa etiam vt opinor, illa *abfumpta*, quae l. 5 c. 10 ad eandem rem fignificandam adhibetur; *Deinde abfumpta ablaqueatione, cinerem fupra terram iniicito.* Legerem potius in vtroque loco *abfoluta.* PONTED. Ego *obrui ablaqueationem* intelligebam, cum iam lacufculi et foffae ablaqueationum, quae pluuias conceperant, terra implentur.

25, 1 MALA AESTIVA) Ita diftinguito: *Mala aeftiua, Cydonea, forba, pruna.* Nam Cydoneum nequaquam eft malum aeftiuum. PONTED.

26, 1 OMNIS SVRCVLVS) Hypomelides non poffe inferi Palladius auctor eft 13, 4 Item Cydonia de infit. v. 19.

26, 1 ETIAM EODEM) An rectius: *etiam fimilem, et eodem tempore etc.* Plurimae enim funt

pulo optime inferitur. Tria autem genera infitionum antiqui tradiderunt: vnum,
quod refecta et fiffa [c] arbore recipit infertos furculos: alterum, quod refecta inter
librum et materiam [d] admittit femina: quae vtraque genera verni temporis funt:
tertium [e], quod [f] ipfas gemmas cum exiguo cortice in partem fui delibratam recipit,
2 quam vocant agricolae emplaftrationem. hoc genus aeftatis eft. Quarum infitio- 2
num rationem cum tradiderimus, a nobis quoque repertam aliam [g] docebimus.
Omnes arbores fimulatque gemmas agere coeperint, luna crefcente inferito, oliuam
3 autem circa aequinoctium vernum vfque in Idus Aprilis. Ex qua arbore inferere
voles, et furculos ad infitionem fumturus es, videto vt fit tenera et ferax, nodisque
crebris: et cum primum germina tumebunt, de ramulis anniculis [h] qui folis or-
tum fpectabunt, et integri erunt, eos legito: craffitudine minimi digiti: furculi
fint bifulci. Arborem, quam inferere voles, ferra diligenter exfecato ea parte, quae 3
4 maxime nitida et fine cicatrice eft, dabisque operam, ne librum laedas. Cum deinde
truncum [i] recideris, acuto ferramento plagam leuato: deinde [k] cuneum ferreum
vel offeum inter corticem et materiem, ne minus digitos tres, fed leniter [l] demit-
tito, ne laedas aut rumpas corticem. Poftea furculos, quos inferere voles, falce 4
1 acuta ab vna [m] parte eradito tam alte quam cuneum demififti, fed ita ne medul-
5 lam, neue alterius partis corticem laedas: vbi furculos paratos habueris, cuneum
vellito, ftatimque furculos demittito in ea foramina, quae cuneo adacto inter corti-
cem et materiem facta funt. Ea autem fine, qua adraferis, furculos demittito ita,
vt fex digitis de arbore extent. in vna [n] autem arbore duos aut tres ramulos figi-
to, dum ne minus quaternum digitorum inter eos fit fpatium. Pro arboris ma-
6 gnitudine, et corticis bonitate haec facito. Cum omnes furculos, quos arbor pa- 5
tietur, demiferis, libro vlmi, vel vimine arborem aftringito: poftea paleato luto
bene fubacto oblinito totam plagam, et fpatium quod eft inter furculos vfque eo,
vt duobus digitis infita extent: fupra lutum mufcum imponito, et ita alligato, ne
7 pluuia dilabatur. Si pufillam arborem inferere voles, iuxta terram abfcindito, 6
ita vt fefquipedem a terra extet. cum deinde abfcideris [o], plagam diligenter leuato,
et

c) *fixa I. B. R.* d) *materiem I. B. R. I. I. G.* e) *enim* infer. *I. B. R.* f) *quom I. B. R. cum P. L.* g) *aliam* omitt. *L. I. B. R.* h) *anniarculis P. annicretulis L.* i) *truncam reddideris P.* k) *dein P.* l) *lente L. I. B. R.* m) *ima I. B. R.* n) *ima I. B. R.* o) *abfcinderis B. R.*

funt ftirpes, quae eodem tempore fructum ad maturitatem perducunt, non tamen fimilem. Haec vero rectiffime traduntur 5, 11 *fi vero etiam fimilem fructum, et eodem tempore affert.* PONTED. *Fructum fimilem* etiam hic commemorat 27, 1.

26, 1 QVOD RESECTA ET FISSA ARBORE) Pronum erat legere, *quo refecta — arbor* etc. quod voluit etiam VRSINVS, vt conueniret cum editione altera, et cum MSS., qui deinde legunt *cum ipfas gemmas in partem fui delibratam recipit*; vbi illud *fui* indicat, fubiectum orationis effe *arborem*. Sed cum nihil noui fit, excidere accurate etiam fcribentibus quaedam, quae ipfi deinde emendent, fecutus obferuationem ad 5, 10, 1 propofitam nihil hic mutare volui.

26, 1 DELIBRATAM) Ita omnino legendum, non *deliberatam*. Nam fic habetur infra bis hoc ipfo capite: *delibratoque diligenter* etc. *et materiem delibrato* etc. VRSIN. Nefcio, vbi *deliberatam* legerit Vrfinus, noftri quidem non variant. Vid. c. 27, 3.

26, 2 SVRCVLI SINT BISVLCI) Vid. leg. *bifurci*, vel *trifurci*. Pall. Feb. 17 *craffitudine digiti minoris, bifurci, vel trifurci.* VRSIN. Nihil mutandum. *Bifulcus, trifulcus*, de vngulis, lignis, fulminibus etc. nota funt.

26, 5 PLVVIA DILABATVR. SI) Inter haec duo membra periodus interponenda videtur, quae 5, 6, vt indicaui, reperitur: *ne pluuia dilabatur. Quosdam tamen magis delectat in trunco arboris locum feminibus ferra facere, infectasque partes tenui fcalpello laeuare, atque ita furculos aptare. Si pufillam etc.* PONTED.

et medium truncum acuto scalpro modice findito, ita vt fissura [p] trium digitorum
sit. in eam deinde cuneum, quoad [q] patietur, inserito, et surculos ex vtraque par-
te adrasos demittito, ita vt librum seminis libro arboris aequalem facias. Cum sur- 8
culos diligenter aptaueris, cuneum vellito [r]: deinde [s] arborem, vt supra dixi, alli-
gato, et oblinito: dein [t] terram [u] circa arborem aggerato vsque ad ipsum insitum.
7 ea res a vento et calore maxime tuebitur. Tertium genus insitionis, cum sit sub-
tilissimum, non omni generi idoneum est: et [x] fere eae recipiunt talem insitio-
nem, quae humidum, succosumque, et validum librum habent, sicuti ficus. nam 9
8 et lactis plurimum remittit, et corticem robustum [y] habet. optime itaque ea inse-
ritur tali ratione. Ex qua arbore inserere voles, in ea quaesito [z] nouellos et niti-
dos ramos. in his deinde obseruato gemmam, quae bene apparebit, certamque
spem germinis [a] habebit: eam duobus digitis quadratis circumsignato, vt medio [b]
gemma sit, et ita acuto scalpello [c] circumcidito [d], delibratoque diligenter, ne
gemmam laedas. deinde [e] in [f] qua arbore inserere voles, in ea nitidissimum ramum 10
eligito, et eiusdem spatii [g] corticem circumcidito, et materiam delibrato, et [h] in
eam partem, quam nudaueras [i], gemmam hanc [k], quam ex altera arbore sumseras,
9 aptato ita, vt [l] emplastrum circumcisae parti conueniat. Vbi haec feceris, circa 11
gemmam bene vincito, ita ne laedas: deinde commissuras et vincula luto oblinito,
spatio relicto, qua gemma libere germinet [m]. Materia, quam inseueris [n], si so-
bolem vel superiores [o] ramos habebit, omnia praecidito, ne quid sit quo [p] possit
succus euocari, aut cui magis quam insito seruiat. Post vnum et vigesimum diem
soluito emplastrum. Hoc genere etiam optime olea inseritur. Quartum illud ge- 12
nus insitionis iam [q] docuimus, cum de vitibus disputauimus: itaque superua-
cuum est hoc [r] loco repetere iam traditam rationem terebrationis.

XXVII. SED cum antiqui negauerint posse omne genus surculorum in
omnem arborem inseri, et illam quasi finitionem [a], qua nos paulo ante vsi sumus,
veluti quandam legem sanxerint, eos tantum surculos posse [b] coalescere, qui sint
cortice, ac libro, et fructu consimiles iis [c] arboribus, quibus inseruntur, existi-
mauimus errorem huius opinionis discutiendum [d], tradendamque posteris ratio-
nem [e], qua possit omne genus surculi, omni generi arboris inseri. Quod ne lon- 13
giori exordio legentes fatigemus, vnum quasi exemplum subiiciemus, qua simili-
tudine quisque [f] quod genus volet omni arbori poterit inserere [g]. Scrobem quo-
quouersus

p) *fixura I. B. R.* q) *quod is Lips.* r) *alligato deinde terram circa arborem.* s) *terra cir-ca* inf. *P.* t) *Deinde I. B. R.* u) *terra P.* x) *sed* ex 5, 8, 11 *Morg. I, 76.* y) *robustam I. B. R.* z) *quaerito L.* a) *germinandi L.* b) *gemma media L. I. B. R.* c) *scarpello L.* d) *circumcide diligenter, ne gemmas L. I. B. R.* e) *Delibrato item quam arborem inserere L. I. B. R.* f) *ex omnes.* g) *spatiis Iunt.* h) *Deinde I. B. R.* i) *nudaueris I. B. R. et Morg.* coni. *I, 77.* k) *hanc* om. *I. B. R.* l) *ante* inf. *L. I. B. R.* m) *generum L.* n) *inserueris I. B. R.* o) *supra ramum L. I. B. R.* p) *quod possit euocari L. I. B. R.* q) *ita I. B. R. ita iam P.* r) *hic repetere I. B. R. hoc eo rep. L.* [C. XXVII.] a) *insitionem I. B. R.* b) *posse* deest *I. B. R.* adest *P.* c) *iis arboribus - - existimauimus* desunt *I. B. R.* adsunt *P.* d) *destruendum L.* e) *putaui* inf. *I. B. R.* f) *qd. quisque I. B. R.* g) *Inserere oliuam fico* inf. *P.*

26, 8 DEINDE IN QVA) *In* posui pro *ex*, ipso, spero, Columella suffragante. Sed idem vidit, qui multa Cl. Morg. I, 77.

26, 9 AVT CVI MAGIS) *aut ne cui magis* legendum. VRSIN. Ita legitur 5, 6 *aut ne cui magis etc.* PONTED. Nihil mutaui. Potuit in prima editione retulisse ad proximum illud *ne sit*: *ne sit cui magis quam insito* succus *seruiat*.

27, 3 ET

quouerſus pedum quatuor ab arbore oliuae tam longe fodito, vt extremi rami
oleae poſſint eam contingere. in ſcrobem deinde fici arbuſculam deponito, dili-
14 gentiamque adhibeto, vt robuſta et nitida fiat. Poſt triennium, aut quinquen-
nium, cum iam ſatis amplum incrementum ceperit, ramum oliuae qui videbitur
nitidiſſimus, deflecte, et ad crus arboris ficulneae religa: atque ita amputatis [h]
caeteris ramulis, ea tantum cacumina, quae inſerere voles, relinquito: tum [i] ar-
15 borem fici detruncato, plagamque leuato, et mediam [k] cuneo findito [l]. Cacumina 5
deinde oliuae ſicuti matri inhaerent, vtraque parte adradito, et ita fiſſurae fici apta-
to, cuneumque eximito, et diligenter colligato, ne qua vi reuellantur [m]. Sic interpo-
ſito triennio coaleſcit [n] ficus oliuae: et tum demum quarto anno, cum bene
coierint [o], velut propagines, ramulos oliuae [p] a matre reſecabis. Hoc modo omne
genus in omnem arborem inſeritur.

XXVIII. CYTISVM [a], [quem [b] Graeci aut ζέας [c], aut καρνίκην [d], aut
χιτρυφερὴν [e] vocant,] quamplurimum habere expedit, quod gallinis, apibus, oui-
bus, capris quoque, et omni generi pecudum vtiliſſimus [f] eſt, quod [g] ex eo cito
pingueſcit, et lactis plurimum praebet ouibus: tum etiam quod octo menſibus vi-
ridi eo pabulo vti, et poſtea arido poſſis. Praeterea in quolibet agro, quamuis
2 macerrimo [h] celeriter comprehendit, omnemque iniuriam ſine noxa patitur. Mu- 2
lieres quidem, ſi lactis inopia premuntur, cytiſum aridum [i] in aqua macerari opor-
tet: cum tota nocte permaduerit, poſtero die expreſſi ſucci ternas heminas per-
miſceri modico vino, atque ita potandum dari [k]: ſic et ipſae valebunt, et pueri
3 abundantia lactis confirmabuntur. Satio autem cytiſi vel autumno circa Idus
Octob. vel vere fieri poteſt. Cum terram bene ſubegeris, in modum horti [l] areas 3
facito, ibique velut ocimum ſemen cytiſi autumno ſerito: plantas deinde vere
4 diſponito, vt [m] inter ſe quoquouerſus quatuor pedum ſpatio diſtent. Si ſemen [n] non
habueris, cacumina cytiſorum vere diſponito, ſtercoratam terram circa aggerato. ſi
pluuia non inceſſerit [o], rigato XV proximis diebus. ſimul ac nouam frondem agere
coeperit, ſarrito. poſt triennium deinde caedito, et pecori praebeto. Equo abunde 4
eſt

h) *computatis L.* i) *Totam I. B. R.* k) *medium I. B. R.* l) *fundito P.* m) *reuellatur I. B. R.* n) *coaleſcet I. B. R.* o) *poterit I. B. R.* p) *ramoſa* inſ. *I. B. R.* *ramos L.*
[C. XXVIII.] a) *Cythiſum in agro quam plurimum ſunit.* reliqua deſunt. b) *quod P.* c) *zeas I. B. R.* *theas L.* d) *carnicin L. I. B. R.* *κοτίνην Gryph.* e) *triſarin L. I. B. R.* f) *vtiliſſimum P.* g) *quod* om. *I. B. R.* h) *magerrimum P.* *ager fimum L.* i) *aridam P.* k) *dare I. B. R.* l) *erui I. B. R.* *berum L.* m) *haut P.* n) *ſatien P.* *cithion L.* o) *ingeſſerit I. B. R.*

27, 3 ET TVM DEMVM) Ita legendum, non *dum demum* hic obſeruat VRSINVS. Quo porro in libro illud inuenerit *dum*, mihi non liquet. Vid. c. 26, 1.

28, 1 [QVEM GRAECI AVT ZEAΣ etc.) Haec imperiti cuiusdam additamenta videntur, cuius ſatis firma eſt ratio (qua nunc tantum vtor, alia breuitatis ſtudio praetermittens) quod cum omnia, quae in hoc capite ſunt tradita 5, 12 transſcripſiſſet Columella, haec nequaquam transſcripſerit. Quare et Aldus et Iunta iure ac merito praetermiſerunt. PONTED. Etiam Cl. SCHOETTGENIO e gloſſa irrepſiſſe iſta videbantur: et idem forte ſibi volebat crucicula quam huic loco apponendam curauerat Sylburgius.

28, 1 QVOD GALLINIS, OVIBVS, CAPRIS, BVBVS QVOQVE, ET OMNI) Ita legendus hic locus. Paullo poſt ſcribendum: *quod ex eo cito pingueſcit, et lactis plurimum praebet ouis.* Nam ſic eſt 5, 12 in quo haec verba repetuntur. VRSIN.

eſt viridis pondo xv, boui pondo xx. caeteriſque pecudibus pro portione virium. [Poteſt autem etiam circa [h] Septembrem ramis ſeri.] Aridum ſi dabis, exiguius [i] dato, quoniam maiores vires habet, priusque aqua macerato, et exemtum [k] paleis permiſceto. Cytiſum, quod [l] aridum facere voles, circa menſem Septembris, cum ſemen eius grandeſcere incipiet [m], caedito. paucis deinde horis, dum flacceſcat, in ſole habeto. deinde in vmbra adſiccato, et ita condito.

XXIX. SALICEM et geniſtam [a] creſcente luna vere circa Calendas Martias ſerito. Salix humida loca deſiderat, geniſta etiam ſicca, vtraque tamen circa vineam opportune [b] feruntur, quoniam [c] palmitibus idonea praebent vincula. Arundo optime ſeritur, quos alii bulbos, alii oculos vocant. ſimulatque terram bipalio repaſtinaueris, radicem [d] arundinis acuta falce praeſectam impendenti pluuia diſponito.

h) *circa ſaepem. Aridum P. L.* i) *exiguis P. L. exiguum* rel. k) *exemplum P. exemptam I. B. R.* l) *aridum cum I. B. R.* m) *incipit I. B. R.* [C. XXIX.] a) *geneſtam P.* b) *opportuna P.* abeſt *I. B. R.* c) *cum I. B. R.* d) *radicitem P.*

28, 4 [POTEST — RAMIS SERI] Huius rationem adfert 5, 12 hiſce verbis adpoſitis: *Cytiſus quoniam facile comprehendit et iniuriam ſuſtinet.* Quae addenda videntur. Haec porro tam in hoc loco, quam 5, 12 extra ſedem ſuam tranſpoſita ſunt; annectenda enim videntur τῷ *vere diſponito*, ſic: *Si ſemen non habueris, cacumina cytiſorum vere diſponito. Poteſt autem etiam circa Septembrem ramis ſeri cytiſus, quoniam facile comprehendit, et iniuriam ſuſtinet. Stercoratam* etc. PONTED.

28, 4 EXIGVIVS DATO) Ita e vetuſtis libris ſcripſi. *Exiguius* ſecunda collatione. quod quamuis multis nouum ſit, non tamen ſperni ac reiici debet. Veteres etiam Iuriſconſulti ſaepe ita locuti ſunt. lib. XXIX Pandectarum L. cum aliter. *Licet alii validioris vocis, alii exiguioris ſunt.* nec non lib. XXX L. ſi ita ſit adſcriptum. *Et ait poſſe dici exiguius eſſe praeſtandum,* ſic enim in optimo exemplari ſcriptum eſt. Nam optimum Romani ſermonis auctorem Lucretium *Egregius*, eadem ratione dixiſſe, manifeſtum eſt, *Nam nihil egregius quam res ſecernere apertas A dubiis.* VICT. Quia ſaepe in hoc commentariolo veteris ſcripturae, quae eſt in peruetuſto libro Pandectarum, qui publice in hac vrbe cuſtoditur, mentionem feci, rectum eſſe cenſui ſemel, cuius indicio antiquam, veramque lectionem indagauerim, declarare: non enim exemplar ipſum ſemper conſului: ſed habui excuſos formis libros, quos cum antiquis illis Angelus Politianus ſtudioſe olim contulerat, eosque quantum mihi commodum fuit, pertractaui: illi enim quoque publici ſunt. Eruditiſſimi igitur viri labor magno me labore leuauit: qui quidem, vt erat diligens, et accuratus hac librorum collatione mirifice delectabatur, et ita poſſe bonos auctores multis maculis purgari vere exiſtimabat: quaecunque itaque in priſcis exemplaribus inueniebat, in impreſſis ſedulo annotabat: quod ſi diutius ille vixiſſet, et quae mente deſtinauerat perficere potuiſſet, opera, ſedulitasque ipſius magnos ſtudioſis literarum fructus attuliſſet, multosque qui poſtea huic muneri corrigendorum librorum neceſſario incubuerunt, magna prorſus moleſtia liberaſſet. Sed ea nunc omnia inchoata, imperfectaque iacent: raro enim ille quid ſentiret oſtendebat, ſed veterem tantum ſcripturam cum fide in ſuos codices transferebat: commodius, vt opinor, tempus expectans, quo poſſet de his rebus mature diiudicare. Mors tamen eum praeuenit, nec quae cogitauerat ad exitum perducere potuit: Libri vero obitu ipſius diſſipati ſunt, paucique e magno numero inueniuntur. Si quis autem propter acumen ingenii, et variam Latinorum Graecorumque ſcriptorum lectionem hoc praeclare facere potuit, ille vt opinor, fuit; nam, vt aiunt, libros etiam legum illuſtrare ſuo ſtudio, et induſtria cupiebat, et fundamenta iam huius ſui laboris iecerat. Hoc tamen ab illo relictum, a doctiſſimo viro ſuſceptum, et magna ex parte confectum eſt. VICT.

29 Materiam huius capitis retractat auctor L. 4 c. 30, 31 et 32.

29, 1 GENISTA ETIAM SICCA) Geniſtam tam in ſiccis quam in humidis locis prouenire a vero eſt alienum, per aridos enim et apricos tractus gignitur. Quod neque Columellam latuit, qui de hac ſtirpe l. 5 c. 31 haec memoriae tradidit, *Perarida loca quae genus id virgultorum* (ſalicum nimirum) *non recipiunt, geniſtam poſtulant.* Vitium itaque in illis verbis latere videtur, et, vt mea fert ſententia, in τῷ *etiam* pro *autem* ſcripto; nam eo ita emendato, plana euadit lectio: *Salix humida loca deſiderat, geniſta autem ſicca.* PONTED.

29, 1 ARVNDO OPTIME SERITVR, QVOS ALII BVLBOS, ALII OCVLOS VOCANT) Cum *quos* ad aliquid proximum referatur, id ipſum ad abſoluendam ſententiam neceſſarium videtur. Hoc autem niſi *radicibus* reſponderit,

disponito. Sunt qui arundines integras sternant, quoniam ex omnibus nodis fatae [e] 2
arundines emittunt [f]. sed fere hoc genus euanidam [g], exilemque, et humilem arundinem affert. melior itaque satio est ea, quam prius demonstrauimus. Placet autem omnibus annis simulac [h] arundinem cecideris [i], locum alte et aequaliter fodere [k], atque ita rigare.

XXX. VIOLAM qui facturus [a] est, terram stercoratam et repastinatam minimum [b] alte pedem in puluinos redigat. Atque ita plantas hornotinas [c] scrobiculis pedalibus factis ante Calendas Mart. dispositas habeat [d]. Semen autem violae sicut olerum in areis duobus temporibus seritur, vere vel autumno. colitur autem eo modo, quo et caetera olera, vt runcetur, vt sarriatur, vt interdum etiam rigetur. Rosam fruticibus [e] ac surculis disponi per sulcos [f] pedales conuenit per idem 2
tempus, quo et viola. sed omnibus annis fodiri ante Calend. Mart. et interputari oportet. hoc modo culta multis annis perennat.

e) *sata L. I. B. R.* f) *emittat P. L. emittit I. B. R.* g) *euanidum P. euadum L.* h) *simul P. L.* i) *caecideris Iens. I. I. H. A. G.* k) *confodere P.* [C. XXX.] a) *saturus* coni. *Morg. I.* 79. sed vid. Ind. b) *nimius P.* c) *annotinas P. ornotinas scrobis I. B. R.* d) *habeas I. B. R.* e) *fructibus I. B. R.* vid. *Morg. II,* 11. f) *sulculos P.* vnde ortum *surculos I. I. — Gr.* vid. *Morg. I,* 79 *et II,* 11.

sponderit, cui responderit? Ad hunc sane modum l. 17 c. 21 Plinium locutum de arundine inuenio: *Arundo etiamnum dilutiore quam hae solo gaudet. Seritur bulbo radicis, quem alii oculum appellant, dodrantali scrobe.* Quare hunc locum sic lego: *Arundo optime seritur radicibus quas* (vel *quos*) *alii bulbos, alii oculos vocant.* PONTED. Ego putabam intelligi post seritur *bis* aut pronomen simile.

Hic subiungere visum est, quod promisimus ad Colum. 11, 2, 1, Kalendarium rusticum e bibliotheca Farnesiana editum a F. Vrsino, quod paucis notis exceptis etiam habetur in antiquitatis monumentis a Ge. Fabricio editis sub Roma p. 97 sq. et apud Gruterum p. 138 omissis tamen Vrsini notis, quas hic repraesentamus; ne quid huius viri, quod quidem ad nostros scriptores pertineat, omissum queri aliquis possit. Caetera enim eodem volumine comprehensa tum ad alium locum pertinent, tum etiam alias prostant: qua de re in praefatione nostra. GESN.

De hoc Kalendario vid. Cl. PONTEDERA in Epistolis n. 46. p. 393 vbi non leuibus argumentis de νοθείᾳ huius Kalendarii disputatur.

MENSIS
IANVAR
DIES. XXXI
NON. QVINT
DIES. HOR. VIIIIS=—
NOX. HOR. XIIII=—
SOL
CAPRICORNO
TVTELA
IVNONIS
PALVS
AQVITVR
SALIX
HARVNDO
CAEDITVR
SACRIFICANT
DIS
PENATIBVS

MENSIS
FEBRVAR
DIES. XXVIII
NON. QVINT
DIES. HOR. XS=—
NOX. HOR. XIII=—
SOL. AQVARIO
TVTEL. NEPTVNI
SEGETES
SARIVNTVR
VINEARVM
SVPERFIC. COLIT
HARVNDINES
INCENDVNT
PARENTALIA
LVPERCALIA
CARA. COGNATO
TERMINALIA



MENSIS
MARTIVS
DIES. XXXI
NON. SEPTIMAN
DIES. HOR. XII
NOX. HOR. XII
AEQVINOCTIVM
VIII. KAL. APR
SOL. PISCIBVS
TVTEL. MINERVAE
VINEAE. PEDAAMIN
IN. PASTINO
PVTANTVR
TRIMESTR. SERITVR
ISIDIS. NAVIGIVM
SACR. MAMVRIO
LIBERAL. QVINQVA
TRIA. LAVATIO

MENSIS
APRILIS
DIES. XXX
NONAE
QVINTAN
DIES
HOR. XIIIS
NOX
HOR. XS
SOL. ARIETE
TVTELA
VENERIS. OVES
LVSTRANTVR
SACRVM
PHARIAE
ITEM
SARAPIA

MENSIS

MENSIS
MAIVS
DIES. XXXI
NON. SEPTIM
DIES. HOR. XIIIIS
NOX. HOR. VIIIIS
SOL. TAVRO
TVTEL. APOLLIN
SEGET. RVNCANT
OVES. TVNDVNT
LANA. LAVATVR
IVVENCI. DOMANT
VICEA. PABVLAR
SECATVR
SEGETES
LVSTRANTVR
SACRVM. MERCVR
ET. FLORAE

MENSIS
IVNIVS
DIES. XXX
NON. QVINT
DIES. HOR. XV
NOX. HOR. VIIII
SOLIS. INSTITIVM
VIII. KAL. IVL.
SOL. GEMINIS
TVTELA
MERCVRI
FAENISICIVM
VINIAE
OCCANTVR
SACRVM
HERCVLI
SACRVM
FORTIS
FORTVNAE

MENSIS
IVLIVS
DIES. XXXI
NONAE
SEPTIMAN
DIES
HORARVM
XIIII =—
NOX. HOR
VIIIIS =—
SOL. CANCR
TVTELA
IOVIS
MESSES
HORDIAR
ET. FABAR
APOLLINAR
NEPTVNAL

MENSIS
AVGVST
DIES. XXXI
NON. QVINT
DIES. HOR. XIII
NOX. HOR. XI
SOL. LEONE
TVTEL. CERER
PALVS. PARAT
MESSES
FRVMENTAR
ITEM
TRITICAR
STVPVLAE
INCENDVNT
SACRVM. SPEI
SALVTI. DEANAE
VOLCANALIA

MENSIS

MENSIS
SEPTEMBER
DIES. XXX
NON. QVINT
DIES. HOR. XII
NOX. HOR. XII
AEQVINOCT
VIII. KAL. OCT.
SOL. VIRGINE
TVTELA
VOLCANI
DOLEA
PICANTVR
POMA. LEGVNT
ARBORVM
OBLAQVIATIO
EPVLVM
MINERVAE

MENSIS
OCTOBER
DIES. XXXI
NONAE
SEPTIMAN
DIES
HOR. XS ═ —
NOX
HOR. XIIIS
SOL
LIBRA
TVTELA
MARTIS
VINDEMIAE
SACRVM
LIBERO

MENSIS
NOVEMBER
DIES. XXX
NON. QVINT
DIES. HOR. VIIIIS
NOX. HOR. XIIIIS
SOL
SCORPIONE
TVTELA
DEANAE
SEMENTES. TRITICAR
ET. HORDIAR
SCROBATIO
ARBORVM
IOVIS
EPVLVM
HEVRESIS

MENSIS
DECEMBER
DIES. XXXI
NON. QVINT
DIES. HOR. VIIII
NOX. HOR. XV
SOL. SAGITT
TVTEL. VESTAE
HIEMPS. INITIV
SIVE. TROPAE
CHIMERIN
VINEAS. STERC
FABA. SERENTES
MATERIAS
DEICIENTES
OLIVA. LEGENT
ITEM. VENANT
SATVRNALIA

NOTAE
AD KALEND. RVSTICVM FARNESIANVM.

MENSIS IANVARIVS.

MENSIS IANVAR) in Kalendario Vallensi, MES. IANVAR. et sic deinceps exaratum est, ea scribendi ratione, qua *Hortensius* antiqui dicebant, pro *Hortensius*, Graecos imitati, qui *ὀρτήσιος*, et multa huiusmodi sine N. litera scribebant. Velius Longus: *Sicut Cicero qui foresia, et Megalesia, et Hortesia sine, n, litera libenter dicebat.*

NON. QVINCT.) Nonae Quinctanae dicebantur, quod quincto mensis die essent: Septimanae vero, quod septimo. Videndus Macrobius lib. 1 Saturn. M. Varro: *Primi dies mensium nominati Kalendae ab eo quod his diebus Kalentur eius mensis nonae a Pontificibus, Quintanae ne an Septimanae futurae in Capitolio*, in curia *Calabra, sic: dies te quinque Kalo Iuno nouella, Septem dies te Kalo Iuno nouella.* Sic enim ex V. C. legendum, et *couella*, non, *nouella*, hoc est, *caelestis*, a *cauo, id est, caelo.*

PALVS AQVITVR) Colum. lib. 11 cap. 2 *Palos vna opera caedere, et exputatos acuere centum numero potest.* et infra: *Siue enim vineas possidemus, pali, et ridicae possunt dolari, exacuique etc.* AQVITVR autem positum est pro, ACVITVR *ἀκχινῶς*. ACVAM tamen Antiqui dicebant, non, AQVAM, ne viderentur nomen, et ipsum trisyllabum significare, vt ait Velius Longus. Item QVI, vel, QVOI, (o, litera inserta, quo pinguior esset enunciatio,) pro CVI: COQVVS pro COCVS: QVOTIDIE pro COTIDIE: Item pro DELICVERIT apud Plautum in Casina in VV. CC. est DELIQVERIT, et ita Nonius legit.

SALIX HARVNDO CAEDITVR) Cato tit. 7 *Salicem Graecam circum arundinetum serito, vti siet, qui vineam alliges.* Varro lib. 1 c. 30 *Salicem caedi, prata defendi.* Colum. lib. 11 c. 2 *Arundineta nunc ponere, vel etiam pristina colere. Salicta fauere, vel deputare, runcare, ac fodere.* et infra: *Possit etiam salix decisa pridie ad lucubrationem expurgari.* et in lib. de arboribus: *Placet autem omnibus annis simul ac arundinem cecideris etc.* Colum. lib. 4 c. 32 de arundine. *Caeditur*, inquit, *deinde post brumam. nam vsque ad id tempus incrementum capit.*

SACRIFICANT DIS PENATIBVS) In kalendario Vallensi est, SACRIFIC. DIIS PENATIBVS.

MENSIS FEBRVARIVS.

SEGETES SARIVNTVR) Colum. lib. 11 cap. 2 *Eodemque mense ante Kal. Febr. sarriendae segetes autumnales etc.* Palladius in mense Ian. tit. 9 *Sed triticum, et far sarritur quattuor foliorum, ordeum quinque etc.* SARIVNTVR vnico R, quod antiqui mutas et semiuocales non geminabant.

VINEARVM SVPERFIC. COLIT.) in Kalendario Vallensi est: VINEARVM. SVPERFICIVM. COLITVR. Colum. lib. 11 c. 2 *Item vinearum fossio hisdem locis peragenda etc.* Palladius in mense Febr. tit. 20 *Nunc locis maritimis et calidis fodiendae sunt vites. vel (si haec prouinciae consuetudo est) exarandae, et in eisdem locis palandae, aut ligandae sunt vineae prius, quam gemma procedat etc.*

HARVNDINES INCENDVNT.) In kal. Vallensi est: HARVNDO INCENDIT, pro, INCENDVNTVR, et INCENDITVR. Colum. lib. 4 c. 32 *Sed et macies eius, cinere vel alio stercore iuuanda est, propter quod caesum plerique incendunt arundinetum.*

PARENTALIA LVPERCALIA CARA COGNATO) In Kal. Vallensi. LVPERCALIA PARENTALIA CARA COGNAT. Haec in Fastis, *Charistia* dicuntur, de quibus ita Ouidius cecinit in libris Fastorum. *Proxima cognati dixere Charistia patres, Et venit ad socios turba propinqua deos.* Val. Max. lib. 2 *Conuiuium solemne maiores nostri instituerunt, idque Charistia appellauerunt. Praeter cognatos et affines nemo interponebatur etc.*

MENSIS MARTIVS.

VINEAE. PEDAM. IN. PASTINO PVTANTVR) In Kal. Vallensi VINEAE ET PEDAMINA etc. Varro lib. 1 c. 8 de re rust. *Quibus stat recta vinea, pedamenta dicuntur.* Colum. lib. 4 c. 26 *Tamen in his haec, eorumque similia pedamenta post putationem retractanda sunt, partesque eorum putres dedolandae etc.* Idem cap. 15 *Nam plurimum interest, adhuc noua confitione pedamen omne vestiri.* et lib. 11 c. 2 *Igitur a Kalendis Martii eximia est vitium putatio vsque in decimum Kalendarum Aprilium, si tamen se gemmae nondum moueant.* Pallad. in mense Martio

tit. 1 *Martio mense locis frigidis putatio vinearum celebratur etc.*

TRIMESTR. SERITVR) Colum. lib. 2. c. 9 *Atque adhuc de satione autumnali loquimur, hanc enim potissimam ducimus. Sed et est altera, cum cogit necessitas, trimestrem vocant agricolae.* Pallad. lib. 3 tit. 3 de satione trimestri. *Hoc mense*, inquit, *serendum omne trimestrium genus.* Cato tit. 25 *Trimestrem quo in loco sementim maturam facere non poteris, et qui locus restibilis crassitudine fieri poterit, seri oportet.* Pallad. lib. 1 tit. 6 *Trimestris satio locis frigidis et niuosis conuenit, vbi qualitas aestatis humecta est, ceteris raro respondet euentu etc.*

ISIDIS NAVIGIVM) In Kalendario etiam Vallensi est, ISIDIS NAVIGIVM. De Isidis nauigio meminit Lactantius Firmianus lib. 1 c. 27 *Certus dies*, inquit, *habetur in Fastis, quo Isidis nauigium celebratur: quae res docet, non tranasse illam, sed nauigasse.* et Apuleius lib. 11 de Asino aureo hunc diem videtur designare, cum inquit: *Diem, qui dies ex hac nocte nascetur, aeterna mihi nuncupauit religio, quo sedatis hibernis tempestatibus, et lenitis maris procellosis fluctibus, nauigabili iam pelago rudem dedicantes carinam, primitias commeatus libant mei sacerdotes.*

SACRVM MAMVRIO) In kal. Vallensi habetur itidem SACRVM MAMVRIO. Putamus autem designari diem eum, quo ancilia mouebantur: tunc enim in fine sacri, Mamurii nomen Salii canebant, qui Numa regnante ancilia confecerat. Festus. *Rumentum in Auguralibus significare videtur interruptio, abruptione. Dum verba ancilibus mouendis praeit, si interim auis canerit, tum aeque atque auspicio, augurio rumentum estod.* Ancilia cum feruntur a Saliis, religio est antequam condantur aliquid agere, et etiam proficisci; et eo tempore vxor Flaminis Dialis non pectebat crines. Corn. Tacit. *Fuere qui proficiscenti Othoni moras relligionemque nondum conditorum ancilium adferrent.*

LAVATIO) Hoc verbum in kal. Vallensi literis vetustate corrosis non legitur, nec in iis quidem schedis, quae centum abhinc annis extant apud me scriptae manu Pomponii Laeti. existimamus autem designari diem in Fastis VI. kal. Apr. quo die Mater Deum lauabatur in flumine Almone. Augustinus lib. 2 c. 4 de ciuitate Dei: *Caelesti virgini, et Berecynthiae Deorum matri omnium, ante cuius lecticam die sollenni* LAVATIONIS *eius talia per publicum cantitabantur a nequissimis scenicis.* Vibius sequester in libro de Fluminibus; *Almon Romae*, inquit, *vbi mater Deum* VI *Kal. April. lauatur.* Ammianus lib. 23 *Vbi diem* VI *Kal. quo Romae matri Deum etc. et carpentum quo vehitur simulacrum, Almonis vndis ablui perhibetur.* Videndus Arnobius lib. 7. Lucanus lib. 1 *Tunc qui fata Deum, secretaque carmina seruant, Et lotam paruo reuocant Almone Cybellem.* Martialis lib. 5 *Phrygiumque Matris Almo qua lauat ferrum.* Statius lib. 1 Silu. *Est locus ante vrbem, qua primum nascitur ingens Appia, quaque Italo gemitus Almone Cybelle Ponit etc.* Silius Italic. lib. 8 *— quique ostia Tusci Amnis amant, tepidoque fouent Almone Cybellem.* Claudianus *Praelatoque lauas Phrygios Almone leones.* Ouidius in Fast. *Est locus in Tiberim quo lubricus influit Almo, Et magno nomen perdit in amne minor. Illic purpurea canus cum veste sacerdos Almonis dominam sacraque lauit aquis.*

MENSIS APRILIS.

OVES LVSTRANTVR) Ouid. Fast. lib. 4 *Pastor oues saturas ad prima crepuscula lustret, Vnda prius spargat.* Iuuenalis Satyr. 6 *— ne si centum lustrauerit oues.* Tibull. li. 1 eleg. 1 *Tunc vitula innumeros lustrabat caesa iuuencos Nunc agna exigui est hostia parua soli. Agna cadat nobis, quam circum rustica pubes Clamet io messes, et bona vina date.* et tunc fortasse, oues signabant. vt ex Columella coniici potest in lib. 11 c. 2.

SACRVM PHARIAE ITEM SARAPIA) Spartianus: *Caracalla sacra Isidis Romam deportauit, et templa vbique ei deae fecit.* Suet. in Othon. c. 12 *Sacra etiam Isidis saepe in lintea religiosaque veste propalam celebrasse.* Lampridius: *Commodus sacra Isidis coluit, vt et caput raderet, et Anubim portaret.* Val. Max. lib. 7 c. 3 *Isiaci habitu per itinera, viasque publicas stipem petens.* Plin. lib. 27 cap. 7 *Absinthium etc. huius ramum Isiaci praeferre solenne habent.* Lactant. lib. 1 c. 21 *Isidis Aegyptiae sacra sunt etc.* Tibull. lib. 1 eleg. 5 *Vt mea votiuas persoluens Delia voces, Ante sacras, lino tecta, fores sedeat.* Lampridius: *Isiacos vero Commodus vsque ad perniciem pectus tundere cogebat.* Eutropius li. 8 *Domitianus Isium et Serapium fecit.* Lampridius: *Alexander Isium et Serapium decenter ornauit.* Sed de sacris Isidis et Serapidis, siue, Sarapidis (vtroque enim modo scribebant) videndus Apul. li. 11.

MENSIS MAIVS.

SEGETES RVNCANT.) In Kal. Vallensi. SEGETES RVNCANTVR. Varro lib. 1 c. 30 de re rustica. *Segetes runcari, terram proscindi. Runcari* autem quid sit, Varronis expositor declarauit, qui ad id verbum hanc notam posuit, quae deinde a librariis in textum est recepta: *Runcari herbam ex segetibus expurgari.* Colum. li. 11 c. 2 *Seminaria, quae sunt antefacta, runcari, et adhuc commode fodiri possunt.*

OVES TVNDVNT LANA LAVATVR) Ita scribebant antiqui pro TONDENT, quod positum est pro, TONDENTVR. Eodem etiam modo dicebant FRVNDEM, pro, FRONDEM, et FRVNTEM, pro, FRONTEM, Col. lib.

lib. 11 c. 2 *Oues Tarentinae radice lanaria lauari debent, vt tonsurae praeparentur.* Palladius in mense Maio, tit. 8 *Locis temperatis nunc ouium celebranda tonsura est.*

IVVENCI DOMANT.) In kal. Vallensi, IVVENCI DOMANTVR. Videndus Varro, apud quem ita scriptum est li. 1 c. 20 *Nouellos cum quis emerit iuuencos, si eorum colla in furcas destitutas incluserit, ac dederit cibum, diebus paucis erunt mansuefacti, et ad domandum proni. Tum ita subigendum, vt minutatim assuefaciant, et vt tironem cum veterano adiungant. imitando enim facilius domantur.*

VICEA PABVLAR. SECATVR) Colum. li. 11 c. 2 *Sed et viciam in pabulum secare oportet, prius quam siliquae eius durentur etc.* Pallad. in mense Ian. tit. 6 *Hoc mense vltimo colligendi seminis causa non pabuli secandi vicia seritur.* VICEA vero pro VICIA dicebant antiqui, vt VINIA, pro VINEA, et permutatis literis VEA, pro VIA. Varro li. 1 c. 2.

SEGETES LVSTRANTVR) Virg. Bucol. Eclog. 1 — *et cum lustrabimus agros.* et Georg. li. 1 *Terque nouas circum felix eat hostia fruges.* Tibul. li. 2 eleg. 1 *Quisquis adest valeat, fruges lustramus et agros.* et Propert. li. 4 eleg. 1 *Parua saginati lustrabant compita porci.* Cato tit. 141 *Agrum lustrare sic oportet. imperans suouetaurilia circumagi cum diuis volentibus etc.*

SACRVM MERCVR.) Maius Mercurio dicatus. Plutarch. in Numa.

ET FLORAE) Floralia in Fastis habentur VI Kal. Iun. sed haec aliaque huiusmodi, quae in Kalendario Vrbano sunt descripta, consulto a nobis omittuntur.

MENSIS IVNIVS.

SOLIS INSTITIVM. VIII KAL. IVL.) In Kal. Vallensi, SOLSTITIVM etc. Colum. li. 2. c. 4 *Circa solstitium quod est* A. D. IX *vel* VIII *Kal. Iulias.*

FAENISICIVM) In Kal. Vallensi, FAENISIC. Colum. li. 2 c. 18 *Altero tamen anno minora pecora post faenisicia permittemus admitti.* Pallad. in Iunio tit. 3 *Colligemus viciam, faenum resecabimus ad pabulum.*

VINIAE OCCANTVR) Colum. li. 11 c. 2 *Sed frigidioribus regionibus puluerationem faciunt, quam vocant rustici occationem, cum omnis gleba in vineis refringitur, et resoluitur in puluerem.* et lib. de arborib. c. 5 *Post Idus Apr. terram ad vitem aggerato, aestate deinde quam potes saepissime occato. Iugerum vineae quinque operis ablaqueatur, quinque foditur, tribus occatur.* Palladius in Maio tit. 4 *Hoc mense arbores, et vites, quae ablaqueatae fuerant, occare, hoc est operire iam conuenit.* VINIAE, pro, VINEAE, antiqua scribendi ratio est, qua, I, et E, inuicem mutantur. vnde in veteri inscriptione est, LOCVM VINIAE PVBLICAE A PRIVATIS OCCVPATVM.

SACRVM FORTIS FORTVNAE) Hoc habetur in Fastis VIII Kal. Iulias.

MENSIS IVLIVS.

MESSES HORDIAR. ET FABAR.) In Kal. Vallensi. ET FABARIAE. Colu. li. 11 c. 2 *His diebus etc. ordeum metere, fabam serotinam ducere, fabam maturam conterere, et paleam eius diligenter recondere, ordeum terere, paleasque omnes recondere etc.* Pallad. li. 7 tit. 2 *Nunc primo ordei messis incipitur, quae consummanda est ante quam grana arefactis spicis lapsa decurrant, quia nullis sicut triticum folliculis vestiuntur.* et tit. 3. *Nunc et faba, luna minuente velletur. Ante lucem sane, et ante quam luna procedat, excussa, et refrigerata ponatur.* HORDIAR. antiqua scriptura, pro, HORDEAR.

MENSIS AVGVSTVS.

PALVS PARAT.) In Kal. Vallensi, PALVS PARATVR. Colum. li. 11 c. 2 *Vel etiam palis conficiendis idoneum tempus est.*

MESSES FRVMENTAR. ITEM TRITICAR.) Palladius li. 8 tit. 1 *Nunc locis temperatis tritici messis expletur.* Varro li. 1 c. 32 *Quarto interuallo inter solstitium et caniculam plerique messem faciunt, quod frumentum dicunt quindecim diebus esse in vagina, quindecim florere, quindecim exarescere, quod sit maturum* et cap. 50 *Messis proprio nomine dicitur in iis, quae metuntur, maxime in frumento, et ab eo est vocabulo declinata. Tria genera sunt messionis etc.*

STVPVLAE INCENDVNT) In Kal. Vallensi, STVPLAE INCENDVNT, quod positum est pro, INCENDVNTVR. Pallad. in mense Augusto tit. 4 *Nunc vrenda sunt pascua, vt et altorum fruticum festinatio reprimatur ad stirpes, et incensis aridis noua laetius succedant.*

MENSIS SEPTEMBER.

DOLEA PICANTVR) DOLEA, pro, DOLIA positum est, ea scribendi ratione, de qua supra dictum est. Colum. lib. 11 c. 2 *Hoc igitur cum exploratum habuerit villicus, sciat vindemiam sibi esse faciendam. Sed ante quam fructum cogere incipiat, cuncta praeparanda erunt superiore, si fieri poterit, mense. Sin minus, certe vt ante quindecim dies dolia partim picata, partim defricata, et diligenter lota marina, vel aqua salsa, et recte siccata.* Palladius in Septembri, tit. 11 *In doliis picandis hic modus erit, vt dolium ducentorum congiorum* XII *libris picetur.*

POMA LEGVNT) In kal. Vallensi, LEGVNTVR. Colum. lib. 12 c. 44 *Omne autem pomum,*

mum, quod in vetustatem reponitur, cum pediculis suis legendum est, sed, si sine arboris noxa fieri possit, etiam cum ramulis. nam ea res plurimum ad perennitatem confert.

ARBORVM OBLAQVIATIO) In kal. Vallensi, ARBORVM OBLAQVEATIO. Colum. lib. 11 cap. 2 *Tum etiam arbores ablaqueare, nec minus vineas, easdemque putare.* et in lib. de arborib. cap. 5 *Ab Idibus Octobris ablaqueare incipito, ante brumam ablaqueatam habeto.* Sed *ablaqueare* tum apud Catonem tum apud Varronem vbique scriptum est, non, *oblaqueare.*

MENSIS OCTOBER.

VINDEMIAE) Colum. lib. 11 c. 2 *His diebus locis maritimis, et calidis vindemia, et cetera, quae supra scripta sunt, commode administrantur etc.* Vindemiae quae sunt necessaria parari docet Cato tit. 23 et videmia facta quae fieri debeant tit. 26 et tit. 68. Vindemiarum tempus describit Varro lib. 1 c. 27. Item vindemiam quomodo facere oporteat li. 1 c. 54 Pallad. in Septembri, tit. 11.

DEANAE) pro, DIANAE, ἀρχαϊκῶς. et ita in inscriptione Colotiana: M. AVRELIVS. PACORVS. M. COCCEIVS STRATOCLES. AEDITVI. VENERIS. HORTORVM. SALLVSTIANORVM. BASEM. CVM. PAIMENTO. MARMORATO. DEANAE D D

MENSIS NOVEMBER.

SEMENTES. TRITICAR. ET HORDIAR.) Pallad. li. 13 tit. 1 *Decembri mense seruntur frumenta, triticum, far, ordeum, quamuis ordei satio iam sera sit, et faba circa septimum idus fieri potest.*

SCROBATIO ARBORVM.) Cato tit. 7 *Scrobes inuertito oleis, vlmis, vitibus, ficis simul cum semine.* et tit. 28 *in scrobe cum pones, summam terram subdito etc.* Scrobium ratio, et quot operis fiant, Colum. lib. 11 cap. 2 et de scrobibus latius lib. 5 c. 5 et alibi. et Pallad. li. 2 tit. 10 et tit. 13.

IOVIS EPVLVM) Iouis epulum Septemuiri Epulonum in Capitolio celebrabant. Valer. Max. lib. 11 c. 1 *Foeminae cum viris cubantibus sedentes caenitabant: quae consuetudo ex hominum conuictu ad diuina penetrauit. nam Iouis epulo ipse in lectulum, Iuno et Minerua in sellas ad caenam inuitabantur.*

HEVRSEIS) Heuresis quid sit, quaerendum. nam fortasse dies designatur is, quo Ceres Proserpinam filiam a Plutone raptam, omnibus terris perquisitam inuenit. Apuleius lib. 11 de Asino aureo: *Siue tu Ceres alma frugum parens originalis, quae repertu laetata filiae, vetustae glandis ferino remoto pabulo, miti commonstrato cibo, nunc Eleusinam glebam incolis etc.* Fabula ita nota est, vt non egeat explicatione. *Repertu* autem Apuleius dixit pro *inuentione*, quod verbum respondet Graeco εὕρεσις.

MENSIS DECEMBER.

HIEMPS INITIVM) Videndum an sit fabrile erratum, nam in kal. Vallensi est: HIEMIS INIT.

SIVE TROPAE CHIMERIN.) In kal. Vallensi, TROPEAAE CHIMER. Sed haud scio quam recte, nam Graecis τροπαὶ χειμεριναὶ dicuntur, quae Varroni et Columellae aliisque Latinis scriptoribus *Bruma.*

VINEAE STERC.) In kal. Vallensi, VINEAE STERCORANTVR. Cato tit. 33. Colum. lib. 2 c. 2 et cap. 16 vbi tamen ait stercus vitibus ingestum vini sapori obesse.

FABA SERENTES) Non est erratum fabrile, licet in Kal. Vallensi sit, FABA SERITVR, nam FABA, pro, FABAM positum est, vt infra dicetur. Palladius lib. 13 tit. 1 *Decembri mense etc. faba circa septimum Idus seri potest.*

MATERIAS DEICIENTES) In kal. Vallensi mendose incisum est DECIENTES. Colum. lib. 11 cap. 2 *Nec minus in aedificia succidere arborem conuenit, sed vtraque melius fiunt luna decrescente ab vigesima vsque in trigesimam, quoniam omnis materia sic caesa iudicatur carie non infestari.* et paulo post. *Materies si roborea est, ab vno fabro dolari ad vnguem per quadrata debet pedum XX. haec erit vobis vna.*

OLIVA LEGENT.) Putamus OLIVA, pro, OLIVAM positum esse, vt supra FABA, pro, FABAM, et in antiquis monumentis PRIVERNVM CAPTV etc. Pallad. lib. 1 tit. 6 *Graeci iubent oliuam cum plantatur et legitur, a mundis pueris, et virginibus operandum, credo recordati arbori huic esse praesidem castitatem.*

ITEM VENANT.) VENANTVR integra lectio. Columella tamen lib. 11 c. 1 praecipit villicum debere venandi studium, aut aucupandi vitare, quod iis rebus plurimae operae auocantur.

COLLA-

COLLATIO COLVMELLAE DE RE RVSTICA

EX EDIT. GESNERI

CVM

CODICE SCRIPTO SANGERMANENSI

LIBER I.

PRAEFATIO.

2. humi mat. — rerum.
3. intemperantia — violentia.
noxae — *fic.*
optimus quisque — o. quisque et.
tractauerit. Atqui — tractauerat. Atque.
rimantes — rimantis, *et passim pl.*
4. iamque — iam.
5. fercula — fericula.
6. difcipulos — *fic man. rec.*
ciuitas egeret — egeret ciu.
refpublica — *fic.*
at — ac.
nec — ne.
7. retinendique — relinquendique.
8. perofis — perobfeffa.
alea — alia.
fe — *abeft.*
audeat — *abeft.*
credere — tendere.
10. gratuitae feruituti — gratuita feruitute.
11. confpici; eoque — confpicioque.
12. ipfi — ipfa.
ignoret — ignorat.
ad labores — et lab.
mercenariis — mercedariis.
qui vectigalis effe non poffit — quia vectigali effe non poffet.
13. flagitiofa et q. pudenda — flagitiofas et q. pudendas.
videatur ingenuis — non ingenuis fit.
cum pluribus — conpluribus.
15. ac vinetis — ac vineis.
16. ganeas — caneas.
quotidianam — cotidianam.
Laconicis excoquimus — Lacticis exquoquimus.
exfucto — exufto.
17. At mehercule — Ac hercules.
qui — quae.
in villis — inutilis.
adminiftrarentur opera colonorum — *abeft.*
19. hofticisque — hofticis.
vaftatas — *fic.*
largius — parcius.
20. Dii cultus — di fructus.
Baeticis — beticis.
nullius — nullis.
praeceptoris — praeceptone.
21. numerum recenfeo — fubtilitatem defpicio.
23. humidus autumnus — humidum autumnum.
24. quando — quanto.
quarum nonnullae — quorum nonullae.
in aliis — in his.
25. habere — haberet.
recufet — recufaret.
humidus — tumidus.
ratione — rationem.
difpicere — difpiceret.
vinetis — vineis.
quorum — quarum.
26. ouillum — ouilium.
paftiones — paffiones.
denfaeque — denfae.
27. exercere — exerceret.
fic vt — ficut.
rofariis — rofaris.
28. tardatum iri — tarda vt rei.
conterriti — *fupr. aliq.*
quod — quid.
nolent — nollent.
affequi — confequi.
29. fperauimus — fperauerimus.
culmen affectantes — columen adfectantes.
30. fuis — *abeft.*

Catulo — Caluo.
ille — *abest.*
31. tot iam — tota.
possent — possint.
contingit — contigit.
32. ille — illi.
consummatae non sit, nec in — consummata est et in.
sagacitatem Democriti — sagacitatem quae Dem.
non — *abest.*
Metonis — Mentonis.
Stolones — Tolones.

C. I.

Hic liber sine vlla capitum aut titulorum distinctione vna serie scribitur.

4. iam — tam.
statumque — statum.
5. statum — situm.
nunc — hunc.
6. autem, quae — autem.
discrepent — discrepant.
8. e queis — ea quae.
Amphilochus — Amphilocus.
Euphron — Euphronius.
Euphronis — Euphrontis.
ipse — esse.
9. Mnasseas — Mnasias.
Colophonius — Cholophonius.
Hegesias — Hicetias.
Maronites — Mariotes.
10. Aeschrion — Aeschion
Dadis — Dandis.
Euphyton — Eyheton.
Euphorion — Euphonon.
11. Cleobulus — Eubulus.
Pleutiphanes — Euantiphanes.
Persis — Persis et.
12. Romana — Romanam.
ciuitate — ciuitatem.
patrem et fil. — filium et patrem.
eam — etiam.
13. Hygini — *sic.*
Carthaginiensem — Carthaginensem.
16. discatur — discitur.
cesserit — cessit.
18. significantem — significante.
parabit — parauit.
19. contingat — contingant.
20. quoniam — quonam.
corrupti — corruptis.
culturae — culturis.

C. II.

1. propinquo — propinque.
veniat — perueniat.
se venturum — venturum se.
naturam — natura.
2. illud — ilcut.
et — *abest.*
multari — mulcari.
3. subscripserit — subscribit.
et asperis — ex asp.
aut — vel.
4. frumentarii planicies — frumentari planitias.
simillimi — simillimo.
positioni — positione.
vinetisque — vineisque.
materiam — maceriam.
5. viuae aquae — villae quae aquas.

C. III.

1. emendo — *deest.*
inspiciendoque — inspiciendo.
3. et aquam, et vicinum — aquam, vicinum.
vexationem — vesationem.
inuehenda — *sic.*
4. patremfamilias — patremfamiliae.
5. eam — ea.
probatam — probata.
proroget — prorogat.
diuersae — *abest.*
6. 'Ουδ' ἂν βοῦς ἀπόλοιτ', εἰ μὴ γείτων etc. — ουδαν βους απολοι τις αλμγετων κακος ειη. Haec maiusculis literis scripta sine accentibus.
7. Palatinis — Palatini.
pedamenti quidquam — pedamenta.
8. μέτρον ἄριστον — *abest.*
poetae — coepta.
10. veterata — *sic.*
tanta — tantam.
11. flagitiosum — flagitiosius.
adhibebitur — et habebitur.
12. equis quidem — quoquo.
ac populandos — *abest.*
13. sua — suum.
moderata — *abest.*
possidere — *abest.*

C. IV.

1. mercaturis — marcus.
2. M. Attilius — Atilius.
effoeti — effeti.
si — *abest.*
auctoritate — *sic.*
suadebat — veniebat.
exilis — exillis.

3. vere

3. vere — verum.
patrisfamilias — patrisfamiliae.
4. varium — proprium.
praetermiserimus — promiserimus.
quae — *abest.*
5. attentando — tatentando.
praestare — praestari.
6. quum — cum.
8. proportione — pro portione, (vt Gryph.)
quam — qua.
in eo. Iucundius — in eo iucundus.
viro — vero.
quamobrem — *abest.*
idem — pedem.
villa — vlla.
fundus — fructus.
9. atque — *abest.*
Boeotias — Boetias.
10. quem — qui.
medius — medios.
paullulum — paulum.
effluxerit — adfluxerit.

C. V.

2. deficient — deficiet.
pecoribus instruantur, colligendae aquae tandem pluuiali, quae salubritati etc. — pecori struantur, quae tamen pluuialis aquae salubr. etc.
si (per saxa) — *abest.*
vt est in Guarceno Campaniae — *abest.*
vel (collina) — *abest.*
3. repit — repet.
tamen — *abest.*
4. aestuum — aestatum.
dummodo — dum tamen.
vtique — itaque.
caligent — caligant.
ad (orientem) — ab.
ad (meridiem) — *abest.*
ac fluctu — a fluctu.
6. longo potius — longo aut potius.
natricum — nantium.
7. pestilenti loco, sed procul et — alia procul.
vt frons e. — sic vt frons e.
8. afferant — afferunt.
tum et — tunc ex.
fructibus — frugibus.
9. aedificia — aedificare.
depressiore — pressiore.
et (pro etc.) — *abest.*
ad superiorem partem — ab superiori parte
postmodum — *abest.*
incumbent — incumbant.
10. at si — ad si.
nouum — tum.
rimosoque — rimosumque.

C. VI.

1. et (fructuariam) — *abest.*
hiberna — hibernacula.
3. omni — omnes.
4. fient — *abest.*
bubilia — bubula.
5. omnia — ampla.
qui — *abest.*
6. stans — status.
7. omne rusticum — rusticum omne.
condatur — recondantur.
9. oleariam, torculariam — *sic.*
congerantur — congeruntur.
11. balneis — balineis.
sterquilinio — stercilino.
ex — *abest.*
qui — *abest.*
vinum — qui vinum.
12. pauiculis — pilis.
13. mistam — mixta.
Nam — quoniam.
his — in his.
lacubus — lacibus.
14. cui — cui quoi.
Deinde — Dein.
15. noxa — noxia.
sit in — *abest.*
possunt — possit.
seruari — seruare.
siros — *sic.* Sed Gryph. Syros.
17. visus — *abest.*
erit — erat.
18. magis constringitur — magnis conficitur.
congelatur — congelantur.
necesse ne — ne necesse.
premetur — premitur.
19. quo — quod.
tantum feriis — tamen ferciis.
20. earum — *abest.*
fumi quodam tenore praecocem — fumo quodam genere praequoquem.
admoueantur — amoueantur.
suffitione — suffumatione.
21. ac — quae.
pauitumque — pauimentumque.
solum habeat — solo.
22. succo — *abest.*
virgeis — virgis.
cratibus — *abest.*

ventis

ventis ſinunt —— *abeſt.*
exuri —— *abeſt.*
23. eſt ſilice —— eſt in ſilice.
fere —— ferre.
24. nubilarium —— nubilar.
inceſſerit —— ingeſſerit.
quo —— qua.
balneorumque —— balneariorumque.

C. VII.

1. ſoluti aut —— ſoluti et aut ſoliti aut.
2. cui —— cum.
veriſſime —— ſeueriſſime.
3. L. Volufium —— P. Voluſſium.
audiui —— audi.
patrisfamilias —— *abeſt.*
4. niſi in —— niſi ſi in.
5. committi —— commentu ei.
6. patrisfamilias —— patrisfamiliae.
frumentarium —— frumentaria.
quem minime —— quem et minime,

C. VIII.

2. agriculturam —— agricultura.
3. aetatem —— aetatis.
cum —— quoniam.
4. qui, quid —— quicquid.
tenaciſſimae ſit memoriae —— tenaciſſimae mem.
fraudis —— *abeſt.*
timeat —— *ſic.*
5. Idemque —— Eidemque.
7. cito —— *abeſt.*
remeare —— remanere.
8. inſtrumentorum —— inſtrumenti.
11. ſic enim et etc. —— ſic enim vt etc.
exequentur —— exequantur.
et caeteri —— ſed caeteri.
13. negotietur —— negotientur.
14. poſtmodum —— poſt modo.
ſe —— *ſic.*
15. familiariusque —— familiarius.
alloquerer —— adloquerer.
cum (comitate) —— hac
nonnunquam —— nonnumquam.
quamque ſit etc. —— cumque eſt.
16. circumſpectis —— circumſaeptis.
vincta —— vincti.
num villicus —— numquam vilicus.
17. vilicis —— vilicis.
operum —— vt operum.
18. ab ipſis —— ab iis.
quaerat —— quaerit
exploret —— explorat.
tegmina —— tegumina.
recognoſcat —— recognoſcit.
19. certus numerus —— *ſic.*
complures —— plures.
plures —— plus.
Haec enim —— Haec et.

C. IX.

1. ſtatura —— ſtatus.
2. efficit —— effecit.
3. aratorem —— maiorem.
quia —— quin.
4. his —— is.
hominum —— *abeſt.*
quem —— *ſic.*
6. enixus —— eniſus.
et vinitores —— *abeſt.*
iique —— et qua *in marg. ant. ms.* eque.
mediaſtinis —— mediaſtini.
7. quod is —— vt.
9. futuro —— futura.

LIBER II.

C. I.

1. veterum —— veterem.
2 prouenirent —— conuenirent.
3. deſtituta —— derelicta.
ceſſationis —— ceſſatorum.
4. nimia corporis exercitatione —— nimiae corp. exercitationi.
pondere —— ponderis.
5. cultu —— cultum.
6. frutetis —— frutectis.

C. II.

1. Siluine —— *abeſt.*
2. quae qualitates —— quae ad qualitatium.
4. cum vtique pene infinita ſint —— quoniam vtrimque paene infinita ſunt.
7. *λιμῷ δ' οἴκτιστον θανέειν, κ. τ. ἑ.* —— *[illegible] οἴκτιστον θανεῖν.*
8. ratio —— tractatio.
an —— et.
filictis —— felictis.
9. obcaecantur —— occaecantur.
patentes —— ea.
caecarum —— foſſarum.
et patentes —— *abeſt.*
et (apertas) —— *abeſt.*
10. obcaecari —— occaecari.
ſuperiecta —— ſupertecta.
11. per imum —— primum.
et (ſingulis) —— vt.
radicitus —— radicibus.
et (remou.) —— *abeſt.*

rarae

rarae ſint —— rareta ſunt.
12. At —— Ac.
13. filicis —— felicis.
quoniam —— *ſic.*
moriuntur —— moritur.
14. expediendi —— *ſic.*
nigrum colorem —— colorem nigrum.
15. De caeteris —— Nihil de caet.
tum Cornelium —— tum etiam Corn.
ſententia —— ſententie.
16. laeta —— *ſic.*
18. et quouis —— quamuis.
ea —— quae.
18. admonet nos —— nos admonet.
19. et (ſi) —— *abeſt.*
aliquo quaſi —— quaſi aliquo.
cum —— tum.
quam (ſi ſit) —— *abeſt.*
pullula —— pulila.
20. Sapore —— Saporem.
ſic dignoſcemus —— *abeſt.*
ſed citra —— ſed et citra.
21. bipedanea —— *ſic.*
antiquiſſimi fere omnes —— antiquiſſimum eſt.
conſcripſere —— conſcribere.
ſcita —— ſectam.
23. qui —— quia.
perfoſſam —— perfoſſa.
terram —— terga. *Bene. v. L.* 4,14. 10,7.
confert —— confertur.
26. vltimaque —— vltima quae.
quod retrectantem —— quae reſcaetratum.
28. refringerentur —— ſtringantur.

C. III.

1. id —— et.
2. abſumſerint —— *ſic.*

C. IV.

2. occationem —— occaſionem.
ſeminauerimus —— ſeminabimus.
4. diebus interpoſitis —— viginti diebus interp.
Cum —— quoniam in.
ac (ſubitaneis) —— *abeſt.*
5. quandoque —— *ſic.*
6. at quae —— at qui
ſoli —— ſolis.
diffindit —— diffundit.
aliquibus —— aliquis.
maxime —— peſſime.
8. pluuiamque —— pluuiam.
ſatum —— *ſic.*

9. trimeſtri —— trimeſtrium.
ab —— *ſic.*
11. in (parte) —— *abeſt.*
ſolo —— ſolo.
eo quod —— eo que.

C. V.

2. obrui —— adrui.

C. VI.

1. perſequemur —— perſequamur.
2. trimeſtre —— trimenſtre.
Id genus —— id porro genus.
3. vidimus —— videmus.
candoris —— candidioris et.
3. trimeſtre —— trimenſtre.
quod —— quoniam.

C. VII.

1. et (in) —— *abeſt.*
panicum —— panicium.
et ordeum —— hordeum.
2. occiſſime —— *ſic.*
feramus —— metamus.

C. VIII.

2. ambigimus —— abnuimus.
3. gelicidiis —— gelidis.
4. caeli talis —— talis caeli.
perinde —— proinde.
5. implnerit —— impluuerit.
edi, vbi —— non infeſtari, dum.
apte —— alte.

C. IX.

1. quinque —— quibus.
2. quod —— *ſic.*
4. (nam) vel —— vt.
iacitur —— *ſic.*
ſuſtinent —— ſuſtinet.
6. quintam partem —— quinta parte.
occupare —— occupari.
7. (Sed) et —— *abeſt.*
trimeſtrem —— ſemeſtrem.
tanto —— *abeſt.*
8. reſpondet. Sed —— reſpondent.
glabrentibus —— calentibus.
9. Ea glabreta —— Eam gleba.
aliqua —— alia quae.
enecat —— negat.
11. adhibeatur —— adhibetur.
12. exile —— ex leui.
(Vidi) ego —— *abeſt.*
13. diffiſſum eſt —— eſt diffiſum.
optabilis —— ſtabilis.
ea —— *abeſt.*

14. alia — omnia.
nimiis — nimis.
15. modii occupabunt — modios occupabit.
de (caulis) — *abest.*
17. et milium — ac milium.
18 rationem — *sic.*
farritionem — fartionem.
aestibus — *abest.*
afficcata fuerint — afficcuerunt.
19. et (milium) — *abest.*
quauis — quamuis.
maxime cum lacte — *abest.*

C. X.

1. differamus — differemus.
iam — *abest.*
annonae — annorum.
2. requiem in — requiem siue in
Octobris — Octobribus.
conualuerit — conualuit.
3. feminis — femini.
ederunt — adederunt.
4. modii occupant — modis occupat.
veruacto — veterio.
obferitur — obferetur.
modio — modo.
autumnali — autumni.
5. destinatur — destinetur.
tamen iaciemus — autem alemus.
7. filiquam — spicam.
9. matura — *sic.*
matura — maturae.
trimestrem — trimestris.
10. ἀπόκρουσιν — *sic.*
adhuc crescente — adhuc lunae crescente.
11. maderent — maderet.
12. ex (leguminibus) — et.
et (fine) — *abest.*
13. collocetur — conligetur.
furcillisue — furcisue.
14. refectae — reiectae.
resederunt — resederint.
decidet — *sic.*
emittetur — emittitur.
15. Lentem sementi media crescenti — Lenti modo semeata.
feratur — feritur.
pingui — pinguis.
quatuor — quatriduo.
16. estur — enestur. *v. ad App.*
filphii — filpii.
defriceturque — defrigeturque.
falsamentariisque: quae — falsamentariis quaeque.

quandoque — *sic.*
17. Octob. — Octobribus.
solo quam — solo et quam.
tenue — tenuiur.
18. Sesama — Sesema.
quidem (semen) — idem.
19. Cicercula — Cicer aut Cicercula.
Februario — *sic.*
tamen — *abest.*
20. arietinum — arietillum.
22. naporum raporumque — napi raparumque.
23. largoque — *sic.*
24. tractatum solum — tractatum etiam solum.
napi . . . . latescit . . . agit — *sic.*

C. XI.

1. et (viciam) — *abest.*
cicera — ciceram.
ac (minus) — et.
2. quod cum semel feritur — quod semel feruntur.
annis durat; quod per annum — annis omnibus.
3. egerito . . . offring. — eligito . . . effring.
4. Aprilis — Aprili.
5. in (anno) — *abest.*
9. satio — ratio.
quae autumno sata partim — est.
dum adhuc viret, partim — d. a. v. quae autumno sata partim.
semini — foenum.
10. vltimo vel primo Februarii — vltimi vel primi Febr.
messem — sem̄.
ratione — satione.
adobruunt — adruunt.
11. et (autumno) — *abest.*
12. subtritis — succretis.

C. XII.

1. farritionis — fartionis.
(negant) eam — *abest.*
farritionem — fartionem.
2. farriri — fariri.
farritionem — fartionem *et mox.*
4. permittit — permittat.
5. Quod etiam — Quod et.
At aliae fegetes — Ac aliquae f.
quae — *abest.*
farriuntur — fariuntur.
quoniam — quia.
6. runcatione — runca.
dotes leguminis — dotes eius leguminis.
pessimi agricolae — pessime agricola.

runcatio

runcatio —— runca.
7. debere ter farriri —— debere etiam ter fariri.
fed exiguam —— fed et exiguam.
cum vix —— quoniam vix.
humi —— culmi.
pullulare defiit —— paululum defit.
adobrutum —— adrutum.
9. farrita —— farta.
antea —— ante.
10. deuenit —— venit.

C. XIII.

1. fumma operarum decem et dimidia —— fummam et dimidiam.
defiderant —— defiderent.
Sefami —— feminis.
2. Summa —— fummam.
dimidia —— dimidiam.
fefqui opera farriuntur —— fefquiopera iterum fariuntur.
fefqui opera iterum farriuntur —— *abeft.*
et tertio vna —— *abeft.*
vna. Summa —— vna fumma.
3. vetereto —— vertera. *faepiffime.*
vel trium —— *abeft.*
metunturque —— metuntur quae.
4. opera vna, runcantur —— *abeft.*
operas defiderat —— operis.
5. decem —— vndecim.
operis —— *abeft.*
6. coluntur —— tolluntur.
occantur operis quatuor, farriuntur —— occantur tribus, runcantur vna, velluntur tribus, fumma fit operis quatuor. fariuntur.
farriuntur —— fariuntur.
occatur duabus —— occant duo.
farritur —— farit.
metitur vna —— metit vnus.
7. at fi —— aut fi.
Saferna —— Spaferna.
modios (quinque) —— modii.
9. computantur, quibus —— computantur dies quinque quibus.
ftercorum —— ftercoris.

C. XIV.

1. eruo lente —— eruilia lenti.
2. meffe —— meffes.
profcindatur —— profcinditur.
3. falfae —— denfae.
fit —— *abeft.*
ficut etiam —— ficut et.

abfumtas —— adfumtas.
refoueas —— rebeas.

C. XV.

1. praecipua —— praecipue.
maxime tamen —— maxime autem.
2. per fe —— *abeft.*
naturae eft feruentioris —— feruentius naturae eft.
facit —— faciet.
vini —— vitis.
3. habet —— auet.
4. quoniam —— quia.
bene —— paene.
quae diximus, ouillum, et ab hoc caprinum —— *abeft.*
ceterorum iumentorum —— ceterum duminumentorum.
habetur —— habeatur.
5. profuit —— prodicitur.
auis —— aues.
6. vepribus compitisque —— vepribus et e viis comp.
cortis —— cohortis.
foffa —— *abeft.*
ferpentum noxam —— ferpentem noxiam.
7. cafeale —— caerilae.
diebus vt —— falientibus.
8. denas vehes ftercoris —— dena repofitum annum requieuerit fegetibus effe ve ftercori.
ipfi —— illi.
colluuies cortis —— colliopis cohortis.
9. habeo —— veo.
repofitum anno requieuerit, fegetibus effe —— *abeft.*
et (vires) —— *abeft.*
fit —— fed.
ea —— et.
res —— *abeft.*

C. XVI.

1. difponat —— difputat.
faturus —— araturus.
2. caufa tempeftiuam —— caufa eum tempeftiua.
farrias —— fariat.
feminantis —— minantis.
oportet —— oportere reor.
3. hoc affumto —— ad hoc adfumto.
largiore torretur —— largioribus tolleretur.
4. fuppetet, ei —— fuppetit.
fabulofis —— pabulofis.
5. negabat —— negat.

censebat —— conferat.
aliam —— alia.
exili loco —— exilii sola.
sparserit et inarauerit —— arserit et inaruit.

C. XVII.

2. minimique —— minimeque.
egens —— eroris.
3. meliusque —— melius.
succoso gignitur solo —— aquis et eligitur, quae.
in densa et resoluta —— inde et resolata.
5. aut si —— sed vt.

C. XVIII.

1. intuba aut solstitiales spinas —— intuba solstitialis.
suffodiat —— suo fodiat.
cespites —— cespitem.
est —— *abest.*
quoniam —— quia vdo.
demergunt vngulas —— demerguntur vngulae.
2. macriora —— aspriora.
obnoxia —— noxia.
temporius —— temperius.
veteri vel crasso musco. quibus mederi solent agricolae seminibus —— quibus mederi solent agricolae veteri vel eraso musco feminibusque.
3. sunt ista —— ista.
Sed hoc —— Sed haec.
accepimus —— adcessimus.
ea expedit —— eaque expedit.
4. saepius —— protinus.
napis —— napo.
radicitus —— radicibus.
si (fructus) —— *abest.*
5. foenisecam messorem —— foenisiccas.
inducere —— inducere ac recidere.
et desectam herbam religare et exportare —— *abest.*
deinde locum rigare —— rigare deinde.
aquae, si —— aquae, et si.
6. herbarum —— *abest.*
condensare —— condensari.
foenisicia —— foenisicia.
7. poterit —— *abest.*

C. XIX.

1. inarescat —— arescat.
quod (si nim.) —— *abest.*
cecidimus —— caedimus.
2. siccari. tum demum conuertemus et vtrumque —— (sicca demum conuertemus et vtrumque).
strigam —— *sic.*
manipulos —— manipulum.
quo —— quem.
3. exudet atque —— *abest.*
paucos —— aliquos.
temere —— *sic.*
in se —— *sic.*
sed et —— sed sed.
sequitur —— insequitur.

C. XX.

1. confodiatur —— conficiatur.
permistisque —— permistis.
cum amurca —— et amurga.
accepit —— accipit.
extergatur —— strigetur.
subiectis —— superiectis.
2. potius adiacentium fabalium —— pratis obiacentem fauonio.
lecta —— iniecta.
expoliunt —— excolunt.
trituris —— frumentis.

C. XXI.

1. ortum —— exortum.
demetatur —— demetur.
2. (si) vero —— *abest.*
turbines incesserint —— turbinibus incesserunt
propter —— *abest.*
3. vericulatis —— verutulatis.
idque —— ideoque.
nubilarium —— nubilar.
4. vt in area —— vt sic in area.
tribulam et traham —— tribulare et trahere.
tunduntur —— cuduntur.
5. leuis —— leuis.
quia dum —— quia saepe dum.
vannis —— manibus.
6. vel statim absumuntur vel reconduntur —— vel conduntur.

C. XXII.

2. negent —— negant.
leuari —— lauare.
salubri —— salubri, id est salutari.
3. ritus —— ritu.
far pinsere —— faro instare.
ficilire —— ficiure.
tabulata —— tabulatu.
caseum facere —— caseum naso facere.
apportata ferere —— apportare nec ferere.
collucare —— conlocare.
4. Defrutum —— Defritu.
facere —— *abest.*
defrutare vinum —— vinum defrutaro.
condilui —— conditu.

5. dixit

5. dixit — ait.
denicalibus — denialibus.
percensuerim — percensuerint.

LIBER III.

L. Iuni M. C. rei rusticae liber II. Sementiuus Incipit feliciter.

Sed sequitur liber de cultu arborum.

C. I.

2. sui cuiusque — sua cuique.
poma vel — *sic.*
tripartito — tripertito.
olea — oleae.
palma — palmae.
dixerim — dixerimus.
3. terra — macria.
4. vtramque — vtcunque.
frigido, aestuoso — frigido vel aestuoso.
5. quoque — *abest.*
7. hiemem — *abest.*
aliae — aliarum.
fidenter — *sic.*
9. veluti — velut.
10. glaciale — niuali.
pluuio — pluuioso.

C. II.

1. et (duracinae) — sed (dur.)
2. possint — possunt.
venuculae — vennuculae.
4. sponder — frondet.
putrescit — arescit.
6. Amineae — Aminneae.
et (caeteras) — *abest.*
9. et acinorum — *abest.*
dignoscitur — dinoscitur.
10. quae — *abest.*
duplices vuas — duplicis vuae.
gemellae vocantur — cognomen trahunt.
austerioris — austeris.
Earum — duarum.
11. absimilem — absimile.
germanae — germana.
13. primum — prima.
proximae — proximo.
14. Amineis — minoris maioris.
rubellianae — rubellanae.
15. citius — cito.
16. Pingui aruo — Pinguique aruo.
gracilibus — *abest.*
rosidum — roscidum.
et caelum — *abest.*
sustinent — sustinet sicut.
eugeniae — euaginiae.
cum — num.
18. neruis — neruisque.
expopulationem — populationem.
19. basilica — balisca.
cocolubem — coccoloum.
21. Visula — Visullae.
22. visula — visulla.
materiam et latum folium — materiam durum fol. et lat.
etiam — *abest.*
23. eae — haec.
24. commendantur — commendatur.
Albuelis vtilior — Aldiuelis vtilior his.
quae — *abest.*
plithiae — pithiae.
sophortiae sicut — sophorsisae vt.
amethyston — amarcion.
quod — quod quo.
et boni vini est et innoxia, vnde etiam — *abest.*
gustu — gustus.
hebes — habilis.
25. Heluenaciae — hennacae.
emarcum — marcum.
eandemque auaram — eademque causam.
quas — *abest.*
spes — specie.
26. macerrimum — *sic.*
27. At spionia — vt scipionia.
musto et — mustos sed.
amplitudine magis — amplitudinem alicui.
oleaginia — holconia.
Pompeiana vt Numisiana vt venucula eademque scirpula — *vncinis includuntur.*
atque sticula — hasque rabucula.
28. nuper mihi cognitas pergulanam — nuper gulanam.
iucunditateue arcelacae basilicaeque — vel alcelacae basiliscaeque.
29. enim — *abest.*
versentur — turbentur.
30. nominant — denominant.
mutationes — murationem.
etiam (nationes) — *abest.*
32. id — idem.

C. III.

2. aestimabimus — aestimauimus.
aruorum — arborum.
Fauentino — Florentino.
haec iis — his.
3. Sed — *abest.*
nunc — *abest.*
Ceretanis — Celeretanis.

4. enutriunt — nutriunt.
5. tum — cum.
6. vberrimum — vberrime.
confectantur, nec prouident futuro tempori, fed quafi plane — *abeft.*
viuant — viuat.
imperant — imperat.
infcitiam — infcitia.
perdiderunt — quae perdiderunt.
7. fiqui — fiquis.
tricenas certe — certe ducenas.
vt (Graecinus) — *abeft.*
8. feptem — octo.
politas — pofita.
9. nongentos — nungentos.
quinquaginta — *fic.*
feftertios — *fic.*
vincit — vineft.
triginta duorum — *fic.*
11. cuiquam — *abeft.*
iam — *abeft.*
13. redemtor emerit — redemptorum erit.
feftertia — feftertiorum.
fexcentis — fexcenis.
15. cum — quoniam.

C. IV.

3. fernerit — pofuerit.
quae — quod.

C. V.

1. et — ac.
ftirpes — fpinae.
fint — funt.
fi in peius — fi impetus.
2. poftulauerit — poftulat.
fentient — fentiunt.
terra — materia.
3. quoniam — cum.
vitiario — feminari.
qui — *abeft.*
obtinent fexcenteni — optime fepteni.

C. VI.

2. duro virgam — dura virgã.
aliquibus — aliquis.
nepotum — nunc totum.
3. innatus — inatus.
a fimilitudine rei — ad fimilitudinem.
malleoli — mallei.
ftirpe — ftatione.
acinus — acinis.
praecoquem — praecoquis.
4. non vna — naturae.
anni prouentu — anno ventu.
plurimis — *fic.*
figniferi per — fignifer.

C. VII.

1. tacitum — tactum.
ac — an.
vulgo non — voli nunc.

C. VIII.

1. progenerandi — generandi.
Curiatiae — Aequitiae.
2. M. Tullius — *abeft.*
3. pari tamen in — perufta enim.
4. Ad genera — Sed ad g.
5. addubitamus — dubitemus.

C. IX.

1. forfan defideratur — forfitan defideretur.
non in vniuerfum — non vniuerfum.
bafilicum — valifcum.
2. ante — *abeft.*
in (Albano) — *abeft.*
vites huiusmodi notae — vites notatas.
3. Terentius Varro — Varro Terentius.
poffent — poffet.
fexcentenas — feptenas.
nifi putamus — nifi fi putamus.
bafilici — balifci.
7. repugnent — repugnat.
9. ex — *abeft.*
etiam e vitis — et vitis.

C. X.

1. auctores — *fic.*
tradiderunt — crediderunt.
eius — eft.
confpicitur — conficitur.
in — *abeft.*
non (debet) — *abeft.*
2. per fiphonem — fi fons.
peruenerit — peruenit.
3. ftirpes — fteriles.
e (duro) — *abeft.*
citantur — vtuntur ac.
probatae — robuftae.
macerrimae — acerrimae.
quia — quas.
a fe — ad fe.
4. etiam fi — etiam cum.
nec — ne.
cum — quoniam.
5. a (praedictis) — ex praed.
humerofos — humoros.
legamus tamen quae attuliffe — legamus ea quae tamen tuliffe.

antea

antea —— *abeſt.*
animaduerterimus —— animaduertemus.
6. agricolae —— agricola.
legenti —— legentibus.
7. aut ſeponit —— ac ſuperponit.
operis —— laboris.
vt et —— *ſic.*
ſcit —— ſciat.
exequatur —— exſequatur et.
8. primum —— primo.
proceſſit —— ceſſit.
9. tactu, naribus —— tactu quaeque naribus.
oculorum, nihil oculi quod —— *abeſt.*
10. vniuerſi —— vniverſis.
atque hanc animantis machinae ſpeciem —— atque hoc animantis imagine ſpecie.
11. tum caules et —— cum.
12. laborabimus —— laborauerimus.
14. inſtitiſſe —— inſtituiſſe.
eſſe —— *abeſt.*
15. hos ſciam —— hos ipſos ſciam.
ſequentis acquirere —— ſementis adquirere.
reſecem ſubmitti —— reſicendum mitti.
17. vti —— vt e.
toto fructu —— dato fructu.
(An) non —— *abeſt.*
18. indulget dicendo —— incolcet diligendo.
20. reformident —— formident.
cenſuiſſe —— ſenſiſſe.
metris Virgilii —— numeris Vergili.
Et hic —— Et ſic.
21. ducebant —— *ſic.*

C. XI.

1. ipſum perſpiciamus —— ipſum ſolum perſpiciamus.
3. in (profundum) —— *abeſt.*
ſummum —— ſummam V. c. 19.
oliuetum quod —— oliuetum, melius tamen vetus oliuetum quod.
4. totum ſolum ſicco fimo —— totum fimo ſolum fimo.
id —— *abeſt.*
5. noualia arboribus —— noualia et ab arboribus.
6. et (ſcabra) —— nec ſc.
7. tophum —— tufum.
geluue —— et gelu.
8. mea fert —— mea quoque fert.
Hyginus —— *ſic.*
9. vel (amarum) —— *abeſt.*
etiam vel —— *ſic.*
iuuet —— adiuuet.

C. XII.

1. limitatio —— eſtimatio.
velut ſtupentes —— vel ſtupentes.
neque humidum —— *abeſt.*
quoniam cum ſe promunt vites modico tepore euocant —— quae tum ſe promunt cum modico tempore euocantur.
qui —— *abeſt.*
putrefacit —— putrefacere.
3. exareſcere —— exrareſcere.
vincibilem —— vinci.
continetur —— contineatur.

C. XIII.

1. remotis regionibus —— remotis fere regionibus.
2. vineta —— vinea.
ponuntur —— ponitur.
Quibus vitem —— Quibus autem.
pedes perque duos —— perque duos pedes.
coaequant, quae —— coaequam.
3. perſequentes —— ſequente.
inſiſtunt —— inſtituunt.
minimum eſt ſeptem —— minimum ſeptem.
5. infodiunt —— infindunt.
vinetis —— vineis
fecerint —— fecerunt.
ſationes —— ſartiones.
6. ex omni —— vt omnem.
arbuſtiuo —— arbuſtum.
ſilueſtri loco, quem vineis —— ſilueſtre locum.
molibus —— *ſic.*
8. regeſtum: niſi —— regeſtum: ac niſi.
9. tamen ſi —— ſi tamen.
obuia —— obuia ſit.
10. ſuperiore —— priore.
monendo, necubi —— necubi monendo.
13. effoſſus —— et fuſus.

C. XIV.

2. improbauerunt —— improbarunt.
cum —— quoniam.
praeſtet —— praeſtat.
et caeteras —— ceterasque.
ex quo —— quod.

C. XV.

1. in (emund.) —— *abeſt.*
2. per (ordinem) —— in.
et (in diu.) —— *abeſt.*
frontibus —— *ſic.*
4. teſtae —— teſta.
effuſos —— et fuſos.

5. in

5. in scrobem vires — in scrobe an.
et humidam — vt humum.

C. XVI.

1. vnam — imam.
depangere — depingere.
2. conualescet — conualescit
pedis — pedale.
a (medio) — ita.
parte — vite.
distent — distet.

C. XVII.

3. quae — quia.
4. prorepentes — properentes.
enecabat — enecarat.
resecuerunt — raserunt.

C. XVIII.

1. pastinum — pastinatum.
repastinatae — repastinari.
fuere — sunt.
redeamus — *abest.*
2. stirps — stirpans.
deposita — composita.
perfractam — praefractam.
4. vt (quod) — sed.
salicto — salictam.
conferendo — conferenda.
vitauerimus — *sic.*
5. perfractae — praefractae.
6. consertum — sertum.
superfluit — superfluxit.

C. XIX.

1. summa — summam.
in (plano) — *abest.*
2. situ ferimus — situs patitur.
2. gemmarum — germinum.
3. an plurium — vniusne, an plurium.
exeque — aeque.

C. XX.

1. quod humore proficit — *abest.*
2. priuabimur — priuabimus.
cui diuersarum notarum stirpes non fuerint — *abest.*
3. multitudinis possumus — possimus multitudinis.
notae — *abest.*
quoque — quae.
quodam — *sic.*
contenti — conten.
tetradio — tetardeo.

4. obtinere — hoc optinere.
vt — aut.
qui — *abest.*
probauerit — probabit.
nonnihil — ni his.
in quo — *abest.*
plerumque — perique.
5. minimo — *sic.*
discernatur — digeratur.
6. secordis — socordia.

C. XXI.

3. Consitum — *abest.*
opimae — opinis.
hinc pares iis heluolae — hic paribus heluo.
qua- fauente — quae patre fauente.
4. paterfamilias — paterfamiliae.
5. serum — *abest.*
expectet — expectes.
6. interiectibus capere cuiusque generis fructum aueat, primum necesse est vt vindemiatorum. — interectionibus. fructum capere primum consuerit negligentiae vindemiatoris.
antistites dare potest — antistores possit dare.
cum maturis — *abest.*
expedire — experiri.
7. vineis consemineis — consemineis vineis.
an (angusta) — *abest.*
8. Quin etiam quam coeli — Quam coeli quam.
spectat — spectet.
rigore vitiantur — sincaloriores.
9. nam et quae maturescere — nam vt quae virescere.
10. basilicus — balisaus.
spionicus — spiniosus.
diffusa — *sic.*
potus — petus.
10. [post id tempus] — *abest.*
sortitur — sortitum est.
Potes — Posset.
vel inferas — velim feras.
haec — hactenus.

LIBER IV.

De R. R. Lib. Quart. — Rei rusticae L. Qu. Surcularis prior. I. M. Columellae liber quintus feliciter.

(vt supra omnia capitum commata vna serie praefiguntur non inter singula capita)

C. I.

1. ais — *abest.*
gemmis — gemminis materiis vnius seminis.

1. vtraque

1. vtraque ambiguam — vtraque reprehensiō abiaram.
3. deprimantur femina — deprimatur ſcrobis.
refuſius — refuſos ſed.
Nec — quam.
4. ſibi altum — praealtum ſibi.
capiamus — capimus.
5. cum quae — cumque.
deſtinatur — deſtinetur.
et — *abeſt.*
ſi modo — ſi modo quando.
6. bipedanea — tripedaneam.
profunt — prudens.
praecipua commoda — praecipua eſſe commoda.
fatigantur — fatigentur.
ſunt — ſit.
7. laxaque — laxataque.
in (qua) — *abeſt.*
non (diffitemur) — *abeſt.*

C. II.

1. falſum — falſiſſimum.
viuit — tenuit.
2. quod — quoniam.
radicantur — redigentur.
quae toto — quae eſt toto.
3. in vtramque partem — in vtraque parte.

C. III.

1. Nam quidam vt inquit — Quidam inquit.
4. fructuoſum — fructui.
enim eſt — eſt enim.
peritque — enim.
adhibeas — habeas.
6. eo libro, quem de vineis ſcripſit — *abeſt.*
Paridium — Paririum.
nuptui collocaſſe — nuptum conlocaſſe. *Drak. ad Liv.* I, 49.
coniicit — conuincit.
niſi — *abeſt.*
ante vniuerſam — ante vniuerſa ſunt.

C. IV.

1. Siluine — *abeſt.*
[tota], — *deeſt.*
erigatur — exigatur.
ſcrobs — ſcrobis.
2. et velut recumbens — *abeſt.*
Nam — quoniam.
3. malleoli — optime.
ſi mollis — ſimul.

C. VI.

2. deteriores — *abeſt.*
3. prohibet — prohibebit.
proſpiciemus — efficiemus.
4. ab imo vſque in tres pedes et ſemiſſem pampinabimus — *abeſt.*
decerpemus — diſcerpemus.

C. VII.

2. adhibere — adhiberi.
ii paulùlum ab ipſa matre recidendi, et velut reſeces — *abeſt.*
3. et ipſe — et ſi ipſe.
decacuminare — recacuminare.

C. VIII.

1. in re ruſtica — iure.
ampliorem — poſt Idus Octobris ampliorem.
adopertas — adapertas.
prudens — frondes.
2. eſt amputandi — *ſic.*
adleuanda — ablaqueanda.
applicandum — adleuandum.
plures enaſcentur — pube naſcentur.
aut — vt.
quae ex pluuiis conſiſtit in lacuſculis — *abeſt.*
ita — *abeſt.*
3. aequandi — coaequandi.
4. quinquennio, — quinquennio intermittendus eſſet operis.
intermittendus eſt eius operis — *abeſt.*

C. IX.

1. virgulam — virgam.
eaque recidatur — *abeſt.*
ſuperincidentem — ſupercidentem.
2. in terram — interdum.
delacrumet — lacrimae.
defluens — depluens.
frondeſcere — creſcere.

C. X.

1. (niſi) ſi — *abeſt.*
2. ſunt — *abeſt.*
quam vt educauerint — quam aeducauerint.
pampinator — pampinatione.
verno — verna.

C. XI.

1. quod aciem — quoniam.
3. ad terram — a terra.
ſemina — *abeſt.*

3. cum ad terram —— cum a terra.
femina —— *deest*.
et —— *abest*.
4. supra —— et iuxta.

C. XII.

1. ridicam —— rigidam.
palo —— *abest*.
arundines binas singulis vitibus applicabimus —— harum singulis binas applicauimus singulis viticulis.
vetera deponemus —— de vepribus.
2. paullum —— palum.
conueniet —— conuenit.

C. XIII.

1. vt quibusdam placuit auctoribus —— *abest*.
relinquetur —— relinquitur.
2. religantur semina, plurimum refert —— religatur plurima seminum.
se ipsam praecidit —— se ipsa procidit.

C. XIV.

1. deputati —— *sic*.
germinent —— germinet.
quo —— quem.
ne —— nec.
2. et hibernos transmisit imbres —— *abest*.
3. onerari —— *sic*.

C. XV.

1. palum —— paulum.
3. recens erit —— recessit.
refectum —— refecta.
4. destitutus —— destituta.

C. XVI.

1. (nam) in —— *abest*.
conseritur —— consequitur.
quoniam —— quia.
2. excesserit —— excessit.
idque —— ita.
defigitur —— deponitur.
recedendum —— recidendus.
vt fossor ab —— vt fossor tamen ab.
3. defodiendus —— deponendus.
paxillo —— taxillo.
adigendus —— adfigendus.
contingens —— constringens.

C. XVII.

1. Perticae —— perticum.
firmius faciunt —— fortius.
operosum, arundines —— onerosum est arund.
easque —— eque.
4. eis —— *abest*.
perfecta —— percepta.
5. circa —— contra.
tenerum —— teneri.
6. distinetur —— distenditur.
7. circumfirmanda —— firmanda.
8. contra frigidis et p. —— contra pluuiis et frigidis et p.
fossores quoque —— fossoresque.

C. XVIII.

1. quando —— quoquo.
2. concisa —— *sic*.
et simul —— extimulque.
ad festinandum —— et ad festin.
instantis —— instisa.

C. XIX.

2. fructusque —— fructus.
3. vites —— *abest*.

C. XX.

1. et firmitatem, perp. —— sed firmitatem et libertatem, perp.
2. meant —— manant.
ad summum —— in summam.
curuae —— *abest*.
et (distortae) —— *abest*.
alliduntur —— *sic*.
in cursum —— cursum.
salebris —— salubris.
3. curuantur, vinculo —— circulo curuantur atque vinculo.
4. pluuiae neque —— *abest*.
ferisque deuastentur —— ferisue vastentur.
5. flectendi —— plectendi.
ad iugum perducitur —— perducitur ad iugum.

C. XXI.

1. instituimus —— stitui dicere.
3. cum e lateribus —— cum modo e lat.
fructiferae —— frugiferae.

C. XXII.

1. vineas et —— etiam.
2. vel etiam —— aut etiam.
3. et (ab ea) —— *abest*.
8. [eae] deficient —— et deficient.
At si cum eius —— Cuius cum.
arenosae —— *abest*.
arenosus —— harenosus.
et plus —— vel plus.
9. emendantur insitione facta de qua suo loco differemus —— *abest*.
ad eam —— eadem.

C. XXIII.

C. XXIII.

1. quoniam — quia.

C. XXIV.

2. constitutionis a parte — positionis in partibus.
ea — in.
ingruentibus — ingredientibus.
iam — *abest.*
inarescere — humum legere.
4. ima — *sic.*
sobolem repullescentem vellere — *abest.*
5. circumspiciendi — *sic.*
iugo superiecta — iugum superfecta.
noxiisue — noxiisque.
eradi — adi.
6. (situque) et — *abest.*
7. conualescunt — coalescunt.
excipiunt — recipiunt.
recidito — decidito.
recta — *abest.*
10. duramenti — duramenti trahens.
abnodant — adnodant.
afflixerit — adfixerit.
11. palmitibus — palmis.
(faciendus) est — *abest.*
cum — quoniam.
12. capere — facere.
13. debet — debent.
14. et (a cap.) — *abest.*
maximum — maxime.
renouata intra — reuocata in.
15. quidem — *abest.*
16. internodio — intermedio.
17. Sed si refecis — si reficis.
brachium — fachium.
fructuarium — fructum.
18. abnodatur atque erad. — adnodatur et erad.
si abnodes — ne annodes.
applicato — applicito.

C. XXV.

1. gnarus est. Nam — gnarus est iis vtendis. Nam
2. autem — *abest.*

C. XXVI.

1. olea — oleagotum.
probatur — prodatur.
et lauru — tum ex lauru.
pinus — ab ‹ uis.
etiam — *abest.*
dedolandae. atque — dedolandae acuendae. atque.
3. media — in ea.
4. retorqueat — torqueat.
et vt omnis materia — sed vt omni materiae.
modo — mundo.
suppendeat — suspendeat.

C. XXVII.

1. decusseris — decusserit.
gemment — germinent.
atque hilarius — et hilarius.
et ouis — *abest.*
2. pampinatio — pampinationi.
putatio vitibus — putationi.
6. occupant — opacant.

C. XXVIII.

1. et (quasi) — *abest.*
nudare, tum et crebris fossionibus . . . . . puluerationibus — *deest.*
2. ter — per.
est, quae — *abest.*

C. XXIX.

1. sine germine — *sic.*
affirmat — adfirmat.
sarmenti silentis — *sic.*
2. praecipere debemus — permiscere debeamus.
4. gemmas et corticem nat. mouent — gemma se et cortex nat. mouet.
6. necesse est — necesse erit.
ne proceriorem faciamus quam — *abest.*
tempestates — tempestatis.
et — *abest.*
et imbres — *abest.*
8. est a terra — a terra est.
fissura — ipsum.
atque superposito — et subposito.
coagmentet — est purgamentum habens ad.
9. refectione absfuerit — refectionibus fuerit
autem non — vt rarior.
aequaliter — atque is.
parte qua raditur — qua raditur parte.
vt sit leuis — vt sit ab ea parte leuis.
acutus — artus.
atque altero plenior — *abest.*
nisi — *abest.*
applicetur — applicatur.
nequit — ne quid patiatur.
11. sunt — *abest.*
motus — *abest.*
orbandus — ordinandus.
submittitur — summittuntur.

e duro —— nam e duro.
12. ducat —— ducit.
13. In (illa) —— *abest.*
autem quae fit —— sic.
ita —— ipsa.
14. totus truncus —— vltratus surculus.
alieni generis viti —— alienigenis surculis.
non (fit) —— *abest.*
15. perurebatque —— perferebat.
deusta —— deuineta.
raro reuirescebat, vel cum priore coalescebat, in eaque nec —— cum rore conualescebat et.
17. inutile ex —— inutile est ex.

C. XXX.

2. Viminalium —— licet Viminalibus.
3. possunt —— posse.
arundineti —— arundinetis.
vliginosus —— vliginis abundans.
semissem. salicto —— semissem pastinare s.
4. coloris est —— coloris et.
et (tenuissimi) —— sed.
salix —— secus.
gracilem virgam — gracilem vocant virgam.
et rutilam —— vo et rutilam.
plenitudinis —— planitudinis.
6. conueniet —— conuenit.
nam rosidas —— ab roscidas.
prospere —— commode.
crebrius vt —— crebrius, id est vt.
7. curuatis et defossis cacuminibus —— curuata et defossa cacumina.
ali possit —— prosit.

C. XXXI.

1. eius —— plus.
viuiradix —— radix.
2. ramorum —— *abest.*
3. supra —— super.

C. XXXII.

1. Vepretis —— vepribus.
feritur —— *abest.*
2. totae arundines prostratae deponantur —— tota prostrata deponeretur.
4. castrationem —— stipationem.
5. obriguit —— *sic.*

C. XXXIII.

1. eius enim —— tum.
atque —— neque.
solum et rubricosum —— *abest.*
2. cautius —— tutius.
semen —— *abest.*
3. sicuti moribus —— *abest.*
4. MMDCCCLXXX. —— ñ ∞ ∞ ⅁CCLXX.
5. idem est fossionis positionisque —— idem est positionis.

LIBER V.

—— Explicit L. II. L. I. M. Columellae Rei Rusticae. Liber sextus surcularis. Liber tertius feliciter.

rursus praefiguntur lemmata numeris capitum.

C. I.

1. Superioribus —— Prioribus.
neque infitior —— neque ego infitior.
non —— *abest.*
cuncta —— non cuncta.
2. satis abundeque est —— abunde est.
in (ea) —— *abest.*
a me requireret —— requireret a me.
pastinaremus —— pastinemus.
3. consummatorum —— *sic.*
censeo —— *abest.*
4. est (XVI) —— *abest.*
5. latitudinis pedes —— latitudinem pedis.
erat —— erit.
vsurpauit —— vsurpabit.
aenuam —— agnuam.
iidemque —— itemque.
6. candetum —— gandetum.
iugerum —— iugeri.
longitudine —— longitudinem.
latitudine —— latitudinem.
CXX —— CCXX.
inter —— in.
quae octies —— quae mensura octies.
multiplicata —— *abest.*
sic veniunt quinque millia pedum —— sunt campum.
8. viginti octo millia et octingentos —— XXƓII & CCC.
CCLXXXVIII. —— CCLXXXƓII.
9. autem —— abest.
ducentesima octogesima octaua — CCLXXV & LXXC.
CXLIIII. —— septuagesima et secunda pars CXLIII.
pars septuagesima secunda —— *deest.*
sextula —— sextulam.
scripula —— *sic et saepe.*
10. in quo —— *sic.*
13. et —— *abest.*
in —— vt.
in (latitud.) —— VIII.

C. II.

C. II.

3. fiet de omnibus agris quorum longitudo maior sit latitudine — omnes longitudinis pedes cum pedimus latitudinis multiplicabimus.
4. dimidia pars — pars dimidia.
CC · CCXL
| XXVIII & CCC |

C. III.

9. placuerint — placuerit.

C. IV.

1. breui — leui.
circummunitae — circumuinctae.
2. proiectae — proiecta.
porriguntur — porrigitur.
externarum — exterarum.
quod — id est.
3. quoniam — cum.
rustici — rusticum.

C. V.

1. ante annum fiant, q. v. c. — *abest.*
exploranda est. — exploranda est, si antè annum fiant. nam si ieiuna atque exili agro semina deponentur.
2. sub ipsum tempus sationis scrobs aut sulcus f. e. — *abest.*
scrobs — scrobis.
quaternum — quaterna.
habemus — habetur.
3. vt (plurimum) — *abest.*
4. nimius — seminis.
conualescant — conualescat.
5. sed cum semina comprehenderint, statim — sed eum seminatim.
autumnale — autumni.
neque — nec.
6. corroborata f. — comprobauerunt.
nihil — *abest.*
voluminibus — *abest.*
7. in (quibus) — *abest.*
aeque — *abest.*
itaque et — item.
Et — versibus aliter.
8. tenerae viti — tenere.
infirmae — infirmum.
9. [vt] a — *abest.*
citauerit — curauerit.
12. Hoc autem — hoc aut.
cum — quoniam.
excolunt — excoli.
et eam — eam quo.

13. vitibus — *abest.*
gemment — progemment.
potuit — putauit.
14. vt — *abest.*
16. eluenaci — et luenaci.
ad (arundines) — *abest.*
candosoccos — andooccos.
18. cubantis — curantis.
stantis — statumen.
reseces — reiicis.
relinqui. sed — relictis et.
[vt] — *abest.*
deflectatur — deplectitur.

C. VI.

1. aut (temp.) — ac.
vicem — vice.
habuerit: quod, et quomodo — habuit quoquo modo.
2. iam ferit — inferit.
3. praebet, qua — quo.
paueris — *sic.*
affert — afferes.
5. opulus — populus. *saepe.*
quae — quia.
asperis montosis — asperis et montosis.
quod — quia.
praefertur — *sic.*
cui — si.
est — erit.
deponuntur — disponuntur.
6. aream — areas.
7. erunt — *abest.*
8. conspergi potius — conspargi seminus.
debent — debet.
affert, cum — affert tunc, cum.
transferre volumus — transferemus.
9. quae — quia.
10. altitudinis — altitudinis et latitudinis.
in (occidentem) — *abest.*
11. intra — inter.
incipient — incipiet.
formandae — formanda.
12. ne (minus) — si (minus).
trunco — truncum.
dodrantalem — dodrantem.
14. matris — maturius.
applicetur — adplicetur.
15. sic formare — formare sic.
conueniet — conuenit.
16. in superiore politi sint — inferiore positis.
in eademque — easdemque.
vt (ipse) — *sic.*
cum — quoniam.

comprehendat — comprehendit.
17. ante — *abest.*
eadem — ea.
fuerit — est.
aemula — nimia.
qua sit — deturque.
18. nouam sufferet — onus nam non sufferet.
vetustam — vetuste.
sibi pares — subpares.
pedum duorum — pedes duo.
longus — *sic.*
pedum — pedes.
vlmi iunxeris — *sic.*
19. deponendae — disponendae.
21. depositas stercoremus — disposita stercorata.
terra — certe.
22. feruidis — praeferuidis.
flexura materias — plexuram materiae.
24. lex — *abest.*
se dabit, ita — sedebit ita.
vitem accipiat — item accipit.
25. imum — viuum.
non
tum — tum.
cum — quoniam.
enim — tamen.
26. amputatis — *sic.*
minimum — *sic.*
27. vimine — vineae.
28. fructu ind. — ex fructu ind.
29 creat — *abest.*
palmitis — palmitum.
30. simul — *abest.*
31. dimitti — immitti.
extolli — ex toto tolli.
33. hornotinis — annotinis.
34. deinde alliget — deinde ita alliget.
virium — vinum.
35. dicitur — deciditur.
36. ea ratione — ea ratio.
facere — faceret.
37. vt in — et in.
frequentare — frequenter.
et si — vt si.
quam — et.

C. VII.

posse
1. videtur idonea — videtur esse idonea.
carpinus — carpus.
nisi in aquosis — nisi aquosis.
2. eo tempore — eodem tempore.
5. in alteram partem — in altera parte.
in alteram v. — in altera v.
connectantur — comitantur.
4. patrifamilias — patrifamiliae.
cultus — clitus.

C. VIII.

3. modo — omnino.
Pausia, Algiana, Liciniana — posilalicia.
Neuia — neuira.
Orchis — orcis.
Regia — regio.
Circites, Murtea — nascrisis culimustea.
4 speciosissima est — speciosissima.
Regiae, quae — regies et vtraque.
vetustate corrumpitur — inani rumpitur.
5. perferuidum — praeferuidum.
milliarium — *abest.*
sexagesimum — centesimum.
6. et nuda — aut nuda.
5. Sed — *abest.*
vobis — *abest.*

C. IX.

1. terreno — modo.
sed succoso — et sucoso.
terrae fere — fere terrae.
2. detur, fermentari finito. Tum ramos — ater inferetur ramus.
ex his — *abest.*
vt (ne) — *abest.*
3. earum — illae.
parte ima terram, — pari recte.
talearum capita — palorum capita.
totas eas immergeri — totos eos immediri.
4. indicibus — inducibus.
et in summa parte inter se — et in summa parte et inter se.
5. oculis — *sic.*
et chorda — corde.
6. minimeque — et.
7. deponantur — deponatur.
arbores, stramentis incendantur — arbore sustam rectis atque virgis infectis incena dantur.
faciat — efficiat.
proflatu — perflatu.
explantes arbusculam — plantam pars arbuscula solet.
erat — et id.
resoluatur — soluatur.
pilae, quae eximitur — pila qua eximuntur.
9. imum — copia.
immittere — mittere.
ordei — *abest.*
semina — seminibus.
ea — *abest.*

ante-

antequam — nusquam.
vel glarea — et glarea.
10. sua — *sic.*
fimoque — coenoque.
oblitis — obruitis.
in (scrobem) — *abest.*
Truncus autem aptior translationi est — Truncos gratus autem maturis.
etiam — *sic.*
si non — sui.
exiguus — exiguum.
11. deinde — dein.
13. in cliuo sit — in cliuo est.
limosam aquam — aquam limosam.
[vel] — *abest.*
14. seruieris — seruari.
singulis — singuli.
congius — conduus.
16. oleastri demitti — oleastri parte dimitti.
17. ablaqueabimus — *sic.*
18. ratio — *abest.*

C. X.

1. Locum — Modum.
circummunire — circumuenire.
oportet — *abest.*
praecipiti, vt non — praecipio nec.
valeat — *abest.*
cacumina — cacumine.
tractata — detracta.
2. etiam (arboribus) — *abest.*
fodito — fodies.
quod — qua pedes.
3. facere — *abest.*
voles — proibis.
ante duos menses scrobes — *abest.*
stramentis — sarmentis.
4. fiat, cuius imum summo patentius est — sit vnius summo patentior.
a — *abest.*
6. de iis quoque qui — de iisque.
afferunt — afferant.
eligito: ac illos magis — ab illa.
7. admoueto — adhibeto.
8. subministrare possis — sumministres.
Calendas et — *abest.*
10. iterum — ita.
fiunt — sunt.
amurca — amurgam.
11. farctum — partum.
topiae — asopiae.
Rhodiae — rohdiae.
hibernae — tibernae.
triferae — antiferae.

12. quae — quia.
mulsa — mulsea.
13. vt nux — et nux.
summo duum — se in modum.
ambas — alias.
14. repangito — pangito. *V. de arb. c.* 22.
aut Auellanam — vel Auell.
15. ab eodem tempore — habere.
et (post) — *abest.*
apyrenum — aprinum.
16. rumpantur — ient. *l. bient.*
17. absumta — adobruta.
19. et mala — *abest.*
20. Mororum — malorum.
21. subacta — structa.
supra — super.
22. velut pileis — quasi tileae sic.
sic — *deest.*
tute — tuto.

C. XI.

1. Omnis — Sed omnis.
omni arbori — *abest.*
cui inferitur, — cui inferitur arbori,
3. sumturus es — summes.
anniculis — *abest.*
4. deinde cuneum — deinde quasi cuneum.
5. habueris — straueris.
semipede, nec — semipedem vel.
inseres, quatuor — ins. dum ne minus quat.
6. arbor ea — arbores.
totam — tam.
eo dum — ad eodem.
insita — insta.
muscum — muscula.
7. scalpello — scalpro.
derasos — adrasos.
9. caprifici ramus — carifici ratione.
obseruato — quaerito.
circumcidito delibratoque d n. g. laedas — circumcisam eam diligenter, ne laedas, delibrato.
10. postea — *deest.*
11. quo possit succus euocari — quod possit auocari.
12. illam quasi finitionem qua — ex illa desfinitione quam.
13. omnibus — dissimilis.
pedum — pedes.
14. triennium — biennium.
arboris — *abest.*
ramulis — ramis.
15. ex (vtraque) — *abest.*
omnium persecuti sumus — omnes persequimur.

dicere

14. alia — omnia.
nimiis — nimis.
15. modii occupabunt — modios occupabit.
de (causis) — *abest.*
17. et milium — ac milium.
18 rationem — *sic.*
sarritionem — sartionem.
aestibus — *abest.*
assiccata fuerint — assiccuerunt.
19. et (milium) — *abest.*
quauis — quamuis.
maxime cum lacte — *abest.*

C. X.

1. differamus — differemus.
iam — *abest.*
annonae — annorum.
2. requiem in — requiem siue in
Octobris — Octobribus.
conualuerit — conualuit.
3. seminis — semini.
ederunt — adederunt.
4. modii occupant — modis occupat.
veruacto — veterio.
obseritur — obseretur.
modio — modo.
autumnali — autumni.
5. destinatur — destinetur.
tamen iaciemus — autem alemus.
7. siliquam — spicam.
9. matura — *sic.*
matura — maturae.
trimestrem — trimestris.
10. ἀπόκρουσιν — *sic.*
adhuc crescente — adhuc lunae crescente.
11. maderent — maderet.
12. ex (leguminibus) — et.
et (fine) — *abest.*
13. collocetur — conligetur.
furcillisue — furcisue.
14. refectae — reiectae.
resederunt — resederint.
decidet — *sic.*
emittetur — emittitur.
15. Lentem sementi media crescenti — Lenti modo semeata.
feratur — feritur.
pingui — pinguis.
quatuor — quatriduo.
16. estur — enestur. *v. ad App.*
silphii — silpii.
defriceturque — defrigeturque.
salsamentariisque: quae — salsamentariis quaeque.
quandoque — *sic.*
17. Octob. — Octobribus.
solo quam — solo et quam.
tenue — tenuiut.
18. Sesama — Sesema.
quidem (semen) — idem.
19. Cicercula — Cicer aut Cicercula.
Februario — *sic.*
tamen — *abest.*
20. arietinum — arietillum.
22. naporum raporumque — napi raparumque.
23. largoque — *sic.*
24. tractatum solum — tractatum etiam solum.
napi . . . . latescit . . . agit — *sic.*

C. XI.

1. et (viciam) — *abest.*
cicera — ciceram.
ac (minus) — et.
2. quod cum semel seritur — quod semel feruntur.
annis durat; quod per annum — annis omnibus.
3. egerito . . . offring. — eligito . . . effring.
4. Aprilis — Aprili.
5. in (anno) — *abest.*
9. satio — ratio.
quae autumno sata partim — est.
dum adhuc viret, partim — d. a. v. quae autumno sata partim.
semini — foenum.
10. vltimo vel primo Februarii — vltimi vel primi Febr.
messem — sem̄.
ratione — satione.
adobruunt — adruunt.
11. et (autumno) — *abest.*
12. subtritis — succretis.

C. XII.

1. sarritionis — sartionis.
(negant) eam — *abest.*
sarritionem — sartionem.
2. sarriri — sariri.
sarritionem — sartionem *et mox.*
4. permittit — permittat.
5. Quod etiam — Quod et.
At aliae segetes — Ac aliquae s.
quae — *abest.*
sarriuntur — sariuntur.
quoniam — quia.
6. runcatione — runca.
dotes leguminis — dotes eius leguminis.
pessimi agricolae — pessime agricola.

runcatio

runcatio —— runca.
7. debere ter farriri —— debere etiam ter fariri.
sed exiguam —— sed et exiguam.
cum vix —— quoniam vix.
humi —— culmi.
pullulare desiit —— paululum desit.
adobrutum —— adrutum.
9. farrita —— farta.
antea —— ante.
10. deuenit —— venit.

C. XIII.

1. summa operarum decem et dimidia —— summam et dimidiam.
desiderant —— desiderent.
Sesami —— seminis.
2. Summa —— summam.
dimidia —— dimidiam.
sesqui opera sarriuntur —— sesquiopera iterum sariuntur.
sesqui opera iterum sarriuntur —— *abest.*
et tertio vna —— *abest.*
vna. Summa —— vna summa.
3. vetereto —— vertera. *saepissime.*
vel trium —— *abest.*
metunturque —— metuntur quae.
4. opera vna, runcantur —— *abest.*
operas desiderat —— operis.
5. decem —— vndecim.
operis —— *abest.*
6. coluntur —— tolluntur.
occantur operis quatuor, sarriuntur —— occantur tribus, runcantur vna, velluntur tribus, summa sit operis quatuor. sariuntur.
sarriuntur —— sariuntur.
occatur duabus —— occant duo.
sarritur —— sarit.
metitur vna —— metit vnus.
7. at si —— aut si.
Saserna —— Spaserna.
modios (quinque) —— modii.
9. computantur, quibus —— computantur dies quinque quibus.
stercorum —— stercoris.

C. XIV.

1. eruo lente —— eruilia lenti.
2. messe —— messes.
proscindatur —— proscinditur.
3. salsae —— densae.
sit —— *abest.*
sicut etiam —— sicut et.
absumtas —— adsumtas.
resoueas —— rebeas.

C. XV.

1. praecipua —— praecipue.
maxime tamen —— maxime autem.
2. per se —— *abest.*
naturae est feruentioris —— feruentius naturae est.
facit —— faciet.
vini —— vitis.
3. habet —— auet.
4. quoniam —— quia.
bene —— paene.
quae diximus, ouillum, et ab hoc caprinum —— *abest.*
ceterorum iumentorum —— ceterum duminumentorum.
habetur —— habeatur.
5. profuit —— prodicitur.
auis —— aues.
6. vepribus compitisque —— vepribus et e viis comp.
cortis —— cohortis.
fossa —— *abest.*
serpentum noxam —— serpentem noxiam.
7. caseale —— caerilae.
diebus vt —— salientibus.
8. denas vehes stercoris —— dena repositum annum requieuerit segetibus esse ve stercori.
ipsi —— illi.
colluuies cortis —— colliopis cohortis.
9. habeo —— veo.
repositum anno requieuerit, segetibus esse —— *abest.*
et (vires) —— *abest.*
sit —— sed.
ea —— et.
res —— *abest.*

C. XVI.

1. disponat —— disputat.
saturus —— araturus.
2. causa tempestiuam —— causa eum tempestiua.
sarrias —— sariat.
seminantis —— minantis.
oportet —— oportere reor.
3. hoc assumto —— ad hoc adsumto.
largiore torretur —— largioribus tolleretur.
4. suppetet, ei —— supperit.
sabulosis —— pabulosis.
5. negabat —— negat.

censebat —— censerat.
aliam —— alia.
exili loco —— exilii sola.
sparserit et inarauerit —— arserit et inaruit.

C. XVII.

2. minimique —— minimeque.
egens —— eroris.
3. meliusque —— melius.
succoso gignitur solo —— aquis et eligitur, quae.
in densa et resoluta —— inde et resolata.
5. aut si —— sed vt.

C. XVIII.

1. intuba aut solstitiales spinas —— intuba solstitialis.
suffodiat —— suo fodiat.
cespites —— cespitem.
est —— *abest.*
quoniam —— quia vdo.
demergunt vngulas —— demerguntur vngulae.
2. macriora —— asperiora.
obnoxia —— noxia.
temporius —— temperius.
veteri vel crasso musco. quibus mederi solent agricolae feminibus —— quibus mederi solent agricolae veteri vel craso musco feminibusque.
3. sunt ista —— ista.
Sed hoc —— Sed haec.
accepimus —— adcessimus.
ea expedit —— eaque expedit.
4. saepius —— protinus.
napis —— napo.
radicitus —— radicibus.
si (fructus) —— *abest.*
5. foenisecam messorem —— foenisecas.
inducere —— inducere ac recidere.
et desectam herbam religare et exportare —— *abest.*
deinde locum rigare —— rigare deinde.
aquae, si —— aquae, et si.
6. herbarum —— *abest.*
condensare —— condensari.
foenisicia —— foenisicia.
7. poterit —— *abest.*

C. XIX.

1. inarescat —— arescat.
quod (si nim.) —— *abest.*
cecidimus —— caedimus.
2. siccari. tum demum conuertemus et vtrumque —— (sicca demum conuertemus et vtrumque).
strigam —— *sic.*
manipulos —— manipulum.
quo —— quem.
3. exudet atque —— *abest.*
paucos —— aliquos.
temere —— *sic.*
in se —— *sic.*
sed et —— sed sed.
sequitur —— insequitur.

C. XX.

1. confodiatur —— conficiatur.
permistisque —— permistis.
cum amurca —— et amurga.
accepit —— accipit.
extergatur —— strigetur.
subiectis —— superiectis.
2. potius adiacentium fabalium —— pratis obiacentem fauonio.
lecta —— iniecta.
expoliunt —— excolunt.
trituris —— frumentis.

C. XXI.

1. ortum —— exortum.
demetatur —— demetur.
2. (si) vero —— *abest.*
turbines incesserint —— turbinibus incesserunt
propter —— *abest.*
3. vericularis —— verutularis.
idque —— ideoque.
nubilarium —— nubilar.
4. vt in area —— vt sic in area.
tribulam et traham —— tribulare et trahere.
tunduntur —— cuduntur.
5. lenis —— leuis.
quia dum —— quia saepe dum.
vannis —— manibus.
6. vel statim absumuntur vel reconduntur —— vel conduntur.

C. XXII.

2. negent —— negant.
leuari —— lauare.
salubri —— salubri, id est salutari.
3. ritus —— ritu.
far pinsere —— faro instare.
sicilire —— siciure.
tabulata —— tabulatu.
caseum facere —— caseum naso facere.
apportata ferere —— apportare nec ferere.
collucare —— conlocare.
4. Defrutum —— Defritu.
facere —— *abest.*
defrutare vinum —— vinum defrutare.
condiui —— conditu.

5. dixit

5. dixit — ait.
denicalibus — deniualibus.
percensuerim — percensuerint.

LIBER III.

L. Iuni M. C. rei rusticae liber II. Sementiuus Incipit feliciter.

Sed sequitur liber de cultu arborum.

C. I.

2. sui cuiusque — sua cuique.
poma vel — *sic.*
tripartito — tripertito.
olea — oleae.
palma — palmae.
dixerim — diximus.
3. terra — macria.
4. vtramque — vtcunque.
frigido, aestuoso — frigido vel aestuoso.
5. quoque — *abest.*
7. hiemem — *abest.*
aliae — aliarum.
fidenter — *sic.*
9. veluti — velut.
10. glaciale — niuali.
pluuio — pluuioso.

C. II.

1. et (duracinae) — sed (dur.)
2. possint — possunt.
venuculae — vennuculae.
4. spondet — frondet.
putrescit — arescit.
6. Amineae — Aminneae.
et (caeteras) — *abest.*
9. et acinorum — *abest.*
dignoscitur — dinoscitur.
10. quae — *abest.*
duplices vuas — duplicis vuae.
gemellae vocantur — cognomen trahunt.
austerioris — austeris.
Earum — duarum.
11. absimilem — absimile.
germanae — germana.
13. primum — prima.
proximae — proximo.
14. Amineis — minoris maioris.
rubellianae — rubellanae.
15. citius — cito.
16. Pingui aruo — Pinguique aruo.
gracilibus — *abest.*
rosidum — roscidum.
et caelum — *abest.*
sustinent — sustinet sicut.
eugeniae — euaginiae.
cum — num.
18. neruis — neruisque.
expopulationem — populationem.
19. basilica — balisca.
cocolubem — coccoloum.
21. Visula — Visullae.
22. visula — visulla.
materiam et latum folium — materiam durum fol. et lat.
etiam — *abest.*
23. eae — haec.
24. commendantur — commendatur.
Albuelis vtilior — Aldiuelis vtilior his.
quae — *abest.*
psithiae — pithiae.
sophortiae sicut — sophorsisiae vt.
amethyston — amarcion.
quod — quod quo.
et boni vini est et innoxia, vnde etiam — *abest.*
gustu — gustus.
hebes — habilis.
25. Heluenaciae — hennacae.
emarcum — marcum.
eandemque auaram — eademque cauam.
quas — *abest.*
spes — specie.
26. macerrimum — *sic.*
27. At spionia — vt scipionia.
musto et — mustos sed.
amplitudine magis — amplitudinem alicui.
oleaginia — holconia.
Pompeiana vt Numisiana vt venucula eademque scirpula — *vncinis includuntur.*
atque sticula — hasque rabucula.
28. nuper mihi cognitas pergulanam — nuper gulanam.
iucunditateue arcelacae basilicaeque — vel alcelacae basiliscaeque.
29. enim — *abest.*
versentur — turbentur.
30. nominant — denominant.
mutationes — mutationem.
etiam (nationes) — *abest.*
32. id — idem.

C. III.

2. aestimabimus — aestimauimus.
aruorum — arborum.
Fauentino — Florentino.
haec iis — his.
3. Sed — *abest.*
nunc — *abest.*
Ceretanis — Celeretanis.

4. enutriunt —— nutriunt.
5. tum —— cum.
6. vberrimum —— vberrime.
consectantur, nec prouident futuro tempori, sed quasi plane —— *abest.*
viuant —— viuat.
imperant —— imperat.
inscitiam —— inscitia.
perdiderunt —— quae perdiderunt.
7. siqui —— siquis.
tricenas certe —— certe ducenas.
vt (Graecinus) —— *abest.*
8. septem —— octo.
positas —— posita.
9. nongentos —— nungentos.
quinquaginta —— *sic.*
sestertios —— *sic.*
vincit —— vinest.
triginta duorum —— *sic.*
11. cuiquam —— *abest.*
iam —— *abest.*
13. redemtor emerit —— redemptorum erit.
sestertia —— sestertiorum.
sexcentis —— sexcenis.
15. cum —— quoniam.

C. IV.

3. feruerit —— posuerit.
quae —— quod.

C. V.

1. et —— ac.
stirpes —— spinae.
sint —— sunt.
si in peius —— si impetus.
2. postulauerit —— postulat.
sentient —— sentiunt.
terra —— materia.
3. quoniam —— cum.
vitiario —— seminari.
qui —— *abest.*
obtinent sexcenteni —— optime septeni.

C. VI.

2. duro virgam —— dura virgâ.
aliquibus —— aliquis.
nepotum —— nunc totum.
3. innatus —— inatus.
a similitudine rei —— ad similitudinem.
malleoli —— mallei.
stirpe —— statione.
acinus —— acinis.
praecoquem —— praecoquis.
4. non vna —— naturae.
anni prouentu —— anno ventu.
plurimis —— *sic.*
signiferi per —— signifer.

C. VII.

1. tacitum —— tactum.
ac —— an.
vulgo non —— voli nunc.

C. VIII.

1. progenerandi —— generandi.
Curiatiae —— Aequitiae.
2. M. Tullius —— *abest.*
3. pari tamen in —— perusta enim.
4. Ad genera —— Sed ad g.
5. addubitamus —— dubitemus.

C. IX.

1. forsan desideratur —— forsitan desideretur.
non in vniuersum —— non vniuersum.
basilicum —— valiscum.
2. ante —— *abest.*
in (Albano) —— *abest.*
vites huiusmodi notae —— vites notatas.
3. Terentius Varro —— Varro Terentius.
possent —— posset.
sexcentenas —— septenas.
nisi putamus —— nisi si putamus.
basilici —— balisci.
7. repugnent —— repugnat.
9. ex —— *abest.*
etiam e vitis —— et vitis.

C. X.

1. auctores —— *sic.*
tradiderunt —— crediderunt.
eius —— est.
conspicitur —— conficitur.
in —— *abest.*
non (debet) —— *abest.*
2. per siphonem —— si fons.
peruenerit —— peruenit.
3. stirpes —— steriles.
e (duro) —— *abest.*
citantur —— vtuntur ac.
probatae —— robustae.
macerrimae —— acerrimae.
quia —— quas.
a se —— ad se.
4. etiam si —— etiam cum.
nec —— ne.
cum —— quoniam.
5. a (praedictis) —— ex praed.
humerosos —— humoros.
legamus tamen quae attulisse —— legamus ea quae tamen tulisse.

antea

antea — *abest.*
animaduerterimus — animaduertemus.
6. agricolae — agricola.
legenti — legentibus.
7. aut seponit — ac superponit.
operis — laboris.
vt et — *sic.*
scit — sciat.
exequatur — exsequatur et.
8. primum — primo.
processit — cessit.
9. tactu, naribus — tactu quaeque naribus.
oculorum, nihil oculi quod — *abest.*
10. vniuersi — vniversis.
atque hanc animantis machinae speciem — atque hoc animantis imagine specie.
11. tum caules et — cum.
12. laborabimus — laborauerimus.
14. instituisse — instituisse.
esse — *abest.*
15. hos sciam — hos ipsos sciam.
sequentis acquirere — sementis adquirere.
resecem submitti — resicendum mitti.
17. vti — vt e.
toto fructu — dato fructu.
(An) non — *abest.*
18. indulget dicendo — incolcet diligendo.
20. reformident — formident.
censuisse — sensisse.
metris Virgilii — numeris Vergili.
Et hic — Et sic.
21. ducebant — *sic.*

C. XI.

1. ipsum perspiciamus — ipsum solum perspiciamus.
3. in (profundum) — *abest.*
summum — summam V. c. 19.
oliuetum quod — oliuetum, melius tamen vetus oliuetum quod.
4. totum solum sicco fimo — totum fimo solum fimo.
id — *abest.*
5. noualia arboribus — noualia et ab arboribus.
6. et (scabra) — nec sc.
7. tophum — tofum.
geluue — et gelu.
8. mea fert — mea quoque fert.
Hyginus — *sic.*
9. vel (amarum) — *abest.*
etiam vel — *sic.*
iuuet — adiuues.

C. XII.

1. limitatio — estimatio.
velut stupentes — vel stupentes
neque humidum — *abest.*
quoniam cum se promunt vites modico tepore euocant — quae tum se promunt cum modico tempore euocantur.
qui — *abest.*
putrefacit — putrefacere.
3. exarescere — exrarescere.
vincibilem — vinci.
continetur — contineatur.

C. XIII.

1. remotis regionibus — remotis fere regionibus.
2. vineta — vinea.
ponuntur — ponitur.
Quibus vitem — Quibus autem.
pedes perque duos — perque duos pedes.
coaequant, quae — coaequam.
3. persequentes — sequente.
insistunt — instituunt.
minimum est septem — minimum septem.
5. infodiunt — infindunt.
vinetis — vineis
fecerint — fecerunt.
sationes — sartiones.
6. ex omni — vt omnem.
arbustiuo — arbustum.
siluestri loco, quem vineis — siluestre locum.
molibus — *sic.*
8. regestum: nisi — regestum: ac nisi.
9. tamen si — si tamen.
obuia — obuia sit.
10. superiore — priore.
monendo, necubi — necubi monendo.
13. effossus — et fusus.

C. XIV.

2. improbauerunt — improbarunt.
cum — quoniam.
praestet — praestat.
et caeteras — ceterasque.
ex quo — quod.

C. XV.

1. in (emund.) — *abest.*
2. per (ordinem) — in.
et (in diu.) — *abest.*
frontibus — *sic.*
4. testae — testa.
effusos — et fusos.

5. in

5. in scrobem vires — in scrobe an.
et humidam — vt humum.

C. XVI.

1. vnam — imam.
depangere — depingere.
2. conualescet — conualescit
pedis — pedale.
a (medio) — ita.
parte — vite.
distent — distet.

C. XVII.

3. quae — quia.
4. prorepentes — properentes.
enecabat — enecarat.
resecuerunt — raserunt.

C. XVIII.

1. pastinum — pastinatum.
repastinatae — repastinari.
fuere — sunt.
redeamus — *abest.*
2. stirps — stirpans.
deposita — composita.
perfractam — praefractam.
4. vt (quod) — sed.
salicto — salictam.
conferendo — conferenda.
vitauerimus — *sic.*
5. perfractae — praefractae.
6. consertum — sertum.
superfluit — superfluxit.

C. XIX.

1. summa — summam,
in (plano) — *abest.*
2. situ serimus — situs patitur.
2. gemmarum — germinum.
3. an plurium — vniusne, an plurium.
eaeque — aeque.

C. XX.

1. quod humore proficit — *abest.*
2. priuabimur — priuabimus.
cui diuersarum notarum stirpes non fuerint — *abest.*
3. multitudinis possumus — possimus multitudinis.
notae — *abest.*
quoque — quae.
quodam — *sic.*
contenti — conten.
tetradio — tetardeo.

4. obtinere — hoc optinere.
vt — aut.
qui — *abest.*
probauerit — probabit.
nonnihil — ni his.
in quo — *abest.*
plerumque — perique.
5. minimo — *sic.*
discernatur — digeratur.
6. secordis — socordia.

C. XXI.

3. Consitum — *abest.*
opimae — opinis.
hinc pares iis heluolae — hic paribus heluo.
qua fauente — quae patre fauente.
4. paterfamilias — paterfamiliae.
5. serum — *abest.*
expectet — expectes.
6. interiectibus capere cuiusque generis fructum aueat, primum necesse est vt vindemiatorum. — interectionibus fructum capere primum consuerit negligentiae vindemiatoris.
antistites dare potest — antistores possit dare.
cum maturis — *abest.*
expedire — experiri.
7. vineis consemineis — consemineis vineis.
an (angusta) — *abest.*
8. Quin etiam quam coeli — Quam coeli quam.
spectat — spectet.
rigore vitiantur — sincaloriores.
9. nam et quae maturescere — nam vt quae virescere.
10. basilicus — baliscus.
spionicus — spiniosus.
diffusa — *sic.*
potus — petus.
10. [post id tempus] — *abest.*
sortitur — sortitum est.
Potes — Posset.
vel inferas — velim feras.
haec — hactenus.

LIBER IV.

De R. R. Lib. Quart. — Rei rusticae L. Qu. Surcularis prior. L. M. Columellae liber quintus feliciter.

(vt supra omnia capitum commata vna serie praefiguntur non inter singula capita)

C. I.

1. ais — *abest.*
gemmis — gemminis materiis vnius seminis.

1. vtraque

1. vtraque ambiguam — vtraque reprehensio' abiaram.
3. deprimantur femina — deprimatur scrobis.
refusius — refusos sed.
Nec — quam.
4. sibi altum — praealtum sibi.
capiamus — capimus.
5. cum quae — cumque.
destinatur — destinetur.
et — *abest*.
si modo — si modo quando.
6. bipedanea — tripedaneam.
profunt — prudens.
praecipua commoda — praecipua esse commoda.
fatigantur — fatigentur.
funt — fit.
7. laxaque — laxataque.
in (qua) — *abest*
non (diffitemur) — *abest*.

C. II.

1. falsum — falsissimum.
viuit — tenuit.
2. quod — quoniam.
radicantur — redigentur.
quae toto — quae est toto.
3. in vtramque partem — in vtraque parte.

C. III.

1. Nam quidam vt inquit — Quidam inquit.
4. fructuosum — fructui.
enim est — est enim.
peritque — enim.
adhibeas — habeas.
6. eo libro, quem de vineis scripsit — *abest*.
Paridium — Paririum.
nuptui collocasse — nuptum conlocasse. *Drak. ad Liu.* I, 49.
coniicit — conuincit.
nisi — *abest*.
ante vniuersam — ante vniuersa sunt.

C. IV.

1. Siluine — *abest*.
[tota], — *deest*.
erigatur — exigatur.
scrobs — scrobis.
2. et velut recumbens — *abest*.
Nam — quoniam.
3. malleoli — optime.
si mollis — simul.

C. VI.

2. deteriores — *abest*.
3. prohibet — prohibebit.
prospiciemus — efficiemus.
4. ab imo vsque in tres pedes et semissem pampinabimus — *abest*.
decerpemus — discerpemus.

C. VII.

2. adhibere — adhiberi.
ii paullulum ab ipsa matre recidendi, et velut reseces — *abest*.
3. et ipse — et si ipse.
decacuminare — recacuminare.

C. VIII.

1. in re rustica — iure.
ampliorem — post Idus Octobris ampliorem.
adopertas — adapertas.
prudens — frondes.
2. est amputandi — *sic*.
adleuanda — ablaqueanda.
applicandum — adleuandum.
plures enascentur — pube nascentur.
aut — vt.
quae ex pluuiis consistit in lacusculis — *abest*.
ita — *abest*.
3. aequandi — coaequandi.
4. quinquennio, — quinquennio intermittendus esset operis.
intermittendus est eius operis — *abest*.

C. IX.

1. virgulam — virgam.
eaque recidatur — *abest*.
superincidentem — supercidentem.
2. in terram — interdum.
delacrumet — lacrimae.
defluens — depluens.
frondescere — crescere.

C. X.

1. (nisi) si — *abest*.
2. sunt — *abest*.
quam vt educauerint — quam aeducauerint.
pampinator — pampinatione.
verno — verna.

C. XI.

1. quod aciem — quoniam.
3. ad terram — a terra.
femina — *abest*.

3. cum ad terram — cum a terra.
femina — *deest.*
et — *abest.*
4. fupra — et iuxta.

C. XII.

1. ridicam — rigidam.
palo — *abest.*
arundines binas fingulis vitibus applicabimus — harum fingulis binas applicauimus fingulis viticulis.
vetera deponemus — de vepribus.
2. paullum — palum.
conueniet — conuenit.

C. XIII.

1. vt quibusdam placuit auctoribus — *abest.*
relinquetur — relinquitur.
2. religantur femina, plurimum refert — religatur plurima feminum.
fe ipfam praecidit — fe ipfa procidit.

C. XIV.

1. deputati — *fic.*
germinent — germinet.
quo — quem.
ne — nec.
2. et hibernos transmifit imbres — *abest.*
3. onerari — *fic.*

C. XV.

1. palum — paulum.
3. recens erit — receffit.
refectum — refecta.
4. deftitutus — deftituta.

C. XVI.

1. (nam) in — *abest.*
conferitur — confequitur.
quoniam — quia.
2. exceflerit — exceffit.
idque — ita.
defigitur — deponitur.
recedendum — recidendus.
vt foffor ab — vt foffor tamen ab.
3. defodiendus — deponendus.
paxillo — taxillo.
adigendus — adfigendus.
contingens — conftringens.

C. XVII.

1. Perticae — perticum.
firmius faciunt — fortius.
operofum, arundines — onerofum eft arund.
eaeque — eque.
4. eis — *abest.*
perfecta — percepta.
5. circa — contra.
tenerum — teneri.
6. diftinetur — diftenditur.
7. circumfirmanda — firmanda.
8. contra frigidis et p. — contra pluuiis et frigidis et p.
foffores quoque — fofforesque.

C. XVIII.

1. quando — quoquo.
2. concifa — *fic.*
et fimul — extimulque.
ad feftinandum — et ad feftin.
inftantis — inftifa.

C. XIX.

2. fructusque — fructus.
3. vites — *abest.*

C. XX.

1. et firmitatem, perp. — fed firmitatem et libertatem, perp.
2. meant — manant.
ad fummum — in fummam.
curuae — *abest.*
et (diftortae) — *abest.*
alliduntur — *fic.*
in curfum — curfum.
falebris — falubris.
3. curuantur, vinculo — circulo curuantur atque vinculo.
4. pluuiae neque — *abest.*
ferisque deuaftentur — ferisue vaftentur.
5. flectendi — plectendi.
ad iugum perducitur — perducitur ad iugum.

C. XXI.

1. inftituimus — ftitui dicere.
3. cum e lateribus — cum modo e lat.
fructiferae — frugiferae.

C. XXII.

1. vineas et — etiam.
2. vel etiam — aut etiam.
3. et (ab ea) — *abest.*
8. [eae] deficient — et deficient.
At fi cum eius — Cuius cum.
arenofae — *abest.*
arenofus — harenofus.
et plus — vel plus.
9. emendantur infitione facta de qua fuo loco differemus — *abest.*
ad eam — eadem.

C. XXIII.

C. XXIII.

1. quoniam — quia.

C. XXIV.

2. constitutionis a parte — positionis in partibus.
ea — in.
ingruentibus — ingredientibus.
iam — *abest.*
inarescere — humum legere.
4. ima — *sic.*
sobolem repullescentem vellere — *abest.*
5. circumspiciendi — *sic.*
iugo superiecta — iugum superfecta.
noxiisne — noxiisque.
eradi — adi.
6. (situque) et — *abest.*
7. conualescunt — coalescunt.
excipiunt — recipiunt.
recidito — decidito.
recta — *abest.*
10. duramenti — duramenti trahens.
abnodant — adnodant.
affixerit — adfixerit.
11. palmitibus — palmis.
(faciendus) est — *abest.*
cum — quoniam.
12. capere — facere.
13. debet — debent.
14. et (a cap.) — *abest.*
maximum — maxime.
renouata intra — reuocata in.
15. quidem — *abest.*
16. internodio — intermedio.
17. Sed si refecis — si reficis.
brachium — fachium.
fructuarium — fructum.
18. abnodatur atque erad. — adnodatur et erad.
si abnodes — ne annodes.
applicato — applicito.

C. XXV.

1. gnarus est. Nam — gnarus est iis vtendis. Nam
2. autem — *abest.*

C. XXVI.

1. olea — oleagotum.
probatur — prodatur.
et lauru — tum ex lauru.
pinus — ab ruis.
etiam — *abest.*
dedolandae. atque — dedolandae acuendae. atque.
3. media — in ea.
4. retorqueat — torqueat.
et vt omnis materia — sed vt omni materiae.
modo — mundo.
suppendeat — suspendeat.

C. XXVII.

1. decusseris — decusserit.
gemment — germinent.
atque hilarius — et hilarius.
et ouis — *abest.*
2. pampinatio — pampinationi.
putatio vitibus — putationi.
6. occupant — opacant.

C. XXVIII.

1. et (quasi) — *abest.*
nudare, tum et crebris fossionibus . . . . . puluerationibus — *deest.*
2. ter — per.
est, quae — *abest.*

C. XXIX.

1. sine germine — *sic.*
affirmat — adfirmat.
sarmenti silentis — *sic.*
2. praecipere debemus — permiscere debeamus.
4. gemmas et corticem nat. mouent — gemma se et cortex nat. mouet.
6. necesse est — necesse erit.
ne proceriorem faciamus quam — *abest.*
tempestates — tempestatis.
et — *abest.*
et imbres — *abest.*
8. est a terra — a terra est.
fissura — ipsum.
atque superposito — et subposito.
coagmentet — est purgamentum habens ad.
9. refectione abfuerit — refectionibus fuerit
autem non — vt rarior.
aequaliter — atque is.
parte qua raditur — qua raditur parte.
vt sit leuis — vt sit ab ea parte leuis.
acutus — artus.
atque altero plenior — *abest.*
nisi — *abest.*
applicetur — applicatur.
nequit — ne quid patiatur.
11. sunt — *abest.*
motus — *abest.*
orbandus — ordinandus.
submittitur — summittuntur.

e duro — nam e duro.
12. ducat — ducit.
13. In (illa) — *abeſt.*
autem quae fit — ſic.
ita — ipſa.
14. totus truncus — vltratus ſurculus.
alieni generis viti — alienigenis ſurculis.
non (fit) — *abeſt.*
15. perurebatque — perferebat.
deuſta — deuineta.
raro reuireſcebat, vel cum priore coaleſcebat, in eaque nec — cum rore conualeſcebat et.
17. inutile ex — inutile eſt ex.

C. XXX.

2. Viminalium — licet Viminalibus.
3. poſſunt — poſſe.
arundineti — arundinetis.
vliginoſus — vliginis abundans.
ſemiſſem. ſalicto — ſemiſſem paſtinare ſ.
4. coloris eſt — coloris et.
et (tenuiſſimi) — ſed.
ſalix — ſecus.
gracilem virgam — gracilem vocant virgam.
et rutilam — vo et rutilam.
plenitudinis — planitudinis.
6. conueniet — conuenit.
nam roſidas — ab roſcidas.
proſpere — commode.
crebrius vt — crebrius, id eſt vt.
7. curuatis et defoſſis cacuminibus — curuata et defoſſa cacumina.
ali poſſit — proſit.

C. XXXI.

1. eius — plus.
viniradix — radix.
2. ramorum — *abeſt.*
3. ſupra — ſuper.

C. XXXII.

1. Vepretis — vepribus.
feritur — *abeſt.*
2. totae arundines proſtratae deponantur — tota proſtrata deponeretur.
4. caſtrationem — ſtipationem.
5. obriguit — *ſic.*

C. XXXIII.

1. eius enim — tum.
atque — neque.
ſolum et rubricoſum — *abeſt.*
2. cautius — tutius.
ſemen — *abeſt.*
3. ſicuti moribus — *abeſt.*
4. MMDCCCLXXX. — ñ ∞ ∞ ƆCCLXX.
5. idem eſt foſſionis poſitionisque — idem eſt poſitionis.

LIBER V.

— Explicit L. II. L. I. M. Columellae Rei Ruſticae. Liber ſextus ſurcularis. Liber tertius feliciter.

rurſus praefiguntur lemmata numeris capitum.

C. I.

1. Superioribus — Prioribus.
neque infitior — neque ego infitior.
non — *abeſt.*
cuncta — non cuncta.
2. ſatis abundeque eſt — abunde eſt.
in (ea) — *abeſt.*
a me requireret — requireret a me.
paſtinaremus — paſtinemus.
3. conſummatorum — *ſic.*
cenſeo — *abeſt.*
4. eſt (XVI) — *abeſt.*
5. latitudinis pedes — latitudinem pedis.
erat — erit.
vſurpauit — vſurpabit.
aenuam — agnuam.
iidemque — itemque.
6. canderum — gandetum.
iugerum — iugeri.
longitudine — longitudinem.
latitudine — latitudinem.
CXX — CCXX.
inter — in.
quae octies — quae menſura octies.
multiplicata — *abeſt.*
ſic veniunt quinque millia pedum — ſunt campum.
8. viginti octo millia et octingentos — XXƆII & CCC.
CCLXXXVIII. — CCLXXXƆII.
9. autem — abeſt.
ducenteſima octogeſima octaua — CCLXXV & LXXƆ.
CXLIIII. — ſeptuageſima et ſecunda pars CXLIIII.
pars ſeptuageſima ſecunda — *deeſt.*
ſextula — ſextulam.
ſcripula — *ſic et ſaepe.*
10. in quo — *ſic.*
13. et — *abeſt.*
in — vt.
in (latitud.) — VIII.

C. II.

C. II.

3. fiet de omnibus agris quorum longitudo maior fit latitudine —— omnes longitudinis pedes cum pedimus latitudinis multiplicabimus.
4. dimidia pars —— pars dimidia.
CC · CCXL
| XXVIII & CCC |

C. III.

9. placuerint —— placuerit.

C. IV.

1. breui —— leui.
circummunitae —— circumuinctae.
2. proiectae —— proiecta.
porriguntur —— porrigitur.
externarum —— exterarum.
quod —— id eft.
3. quoniam —— cum.
ruftici —— rufticum.

C. V.

1. ante annum fiant, q. v. c. —— *abeft.*
exploranda eft. —— exploranda eft, fi ante annum fiant. nam fi ieiuna atque exili agro femina deponentur.
2. fub ipfum tempus fationis fcrobs aut fulcus f. e. —— *abeft.*
fcrobs —— fcrobis.
quaternum —— quaterna.
habemus —— habetur.
3. vt (plurimum) —— *abeft.*
4. nimius —— feminis.
conualefcant —— conualefcat.
5. fed cum femina comprehenderint, ftatim —— fed eum feminatim.
autumnale —— autumni.
neque —— nec.
6. corroborata f. —— comprobauerunt.
nihil —— *abeft.*
voluminibus —— *abeft.*
7. in (quibus) —— *abeft.*
aeque —— *abeft.*
itaque et —— item.
Et —— verfibus aliter.
8. tenerae viri —— tenere.
infirmae —— infirmum.
9. [vt] a —— *abeft.*
citauerit —— curauerit.
12. Hoc autem —— hoc aut.
cum —— quoniam.
excolunt —— excoli.
et eam —— eam quo.
13. vitibus —— *abeft.*
gemment —— progemment.
potuit —— putauit.
14. vt —— *abeft.*
16. eluenaci —— et luenaci.
ad (arundines) —— *abeft.*
candofoccos —— andooccos.
18. cubantis —— curantis.
ftantis —— ftatumen.
refeces —— reiicis.
relinqui. fed —— relictis et.
[vt] —— *abeft.*
deflectatur —— deplectitur.

C. VI.

1. aut (temp.) —— ac.
vicem —— vice.
habuerit: quod, et quomodo —— habuit quoquo modo.
2. iam ferit —— inferit.
3. praebet, qua —— quo.
paueris —— *fic.*
affert —— afferes.
5. opulus —— populus. *faepe.*
quae —— quia.
afperis montofis —— afperis et montofis.
quod —— quia.
praefertur —— *fic.*
cui —— fi.
eft —— erit.
deponuntur —— difponuntur.
6. aream —— areas.
7. erunt —— *abeft.*
8. confpergi potius —— confpargi feminus.
debent —— debet.
affert, cum —— affert tunc, cum.
transferre volumus —— transferemus.
9. quae —— quia.
10. altitudinis —— altitudinis et latitudinis.
in (occidentem) —— *abeft.*
11. intra —— inter.
incipient —— incipiet.
formandae —— formanda.
12. ne (minus) —— fi (minus).
trunco —— truncum.
dodrantalem —— dodrantem.
14. matris —— maturius.
applicetur —— adplicetur.
15. fic formare —— formare fic.
conueniet —— conuenit.
16. in fuperiore politi fint —— inferiore pofitis.
in eademque —— easdemque.
vt (ipfe) —— *fic.*
cum —— quoniam.

antequam — nusquam.
vel glarea — et glarea.
10. sua — *sic.*
fimoque — coenoque.
oblitis — obruitis.
in (scrobem) — *abest.*
Truncus autem aptior translationi est — Truncos gratus autem maturis.
etiam — *sic.*
si non — sui.
exiguus — exiguum.
11. deinde — dein.
13. in cliuo sit — in cliuo est.
limosam aquam — aquam limosam.
[vel] — *abest.*
14. seruieris — seruari.
singulis — singuli.
congius — conduus.
16. oleastri demitti — oleastri parte dimitti.
17. ablaqueabimus — *sic.*
18. ratio — *abest.*

C. X.

1. Locum — Modum.
circummunire — circumuenire.
oportet — *abest.*
praecipiti, ut non — praecipio nec.
valeat — *abest.*
cacumina — cacumine.
tractata — detracta.
2. etiam (arboribus) — *abest.*
fodito — fodies.
quod — qua pedes.
3. facere — *abest.*
voles — proibis.
ante duos menses scrobes — *abest.*
stramentis — sarmentis.
4. fiat, cuius imum summo patentius est — sit vnius summo patentior.
a — *abest.*
6. de iis quoque qui — de iisque.
afferunt — afferant.
eligito: ac illos magis — ab illa.
7. admoueto — adhibeto.
8. subministrare possis — sumministres.
Calendas et — *abest.*
10. iterum — ita.
fiunt — sunt.
amurca — amurgam.
11. farctum — partum.
topiae — afopiae.
Rhodiae — rohdiae.
hibernae — tibernae.
triferae — antiferae.
12. quae — quia.
mulsa — mulsea.
13. vt nux — et nux.
summo duum — se in modum.
ambas — alias.
14. repangito — pangito. *V. de arb. c.* 22.
aut Auellanam — vel Auell.
15. ab eodem tempore — habere.
et (post) — *abest.*
apyrenum — aprinum.
16. rumpantur — ient. *l. bient.*
17. absumta — adobruta.
19. et mala — *abest.*
20. Mororum — malorum.
21. subacta — structa.
supra — super.
22. velut pileis — quasi tileae sic.
sic — *deest.*
tute — tuto.

C. XI.

1. Omnis — Sed omnis.
omni arbori — *abest.*
cui inseritur, — cui inseritur arbori,
3. sumturus es — summes.
anniculis — *abest.*
4. deinde cuneum — deinde quasi cuneum.
5. habueris — straueris.
semipede, nec — semipedem vel.
inseres, quatuor — ins. dum ne minus quat.
6. arbor ea — arbores.
totam — tam.
eo dum — ad eodem.
insita — insta.
muscum — muscula.
7. scalpello — scalpro.
derasos — adrasos.
9. caprifici ramus — carifici ratione.
obseruato — quaerito.
circumcidito delibratoque d. n. g. laedas — circumcisam eam diligenter, ne laedas, delibrato.
10. postea — *deest.*
11. quo possit succus euocari — quod possit auocari.
12. illam quasi finitionem qua — ex illa definitione quam.
13. omnibus — dissimilis.
pedum — pedes.
14. triennium — biennium.
arboris — *abest.*
ramulis — ramis.
15. ex (vtraque) — *abest.*
omnium persecuti sumus — omnes persequimur.

dicere

dicere nunc — prauum ac.
est — fuit.

C. XII.

1. Cyth. — Nunc arboris incipientes opportune eius meminerimus. Cyth.
apibus, capris — apibus, ouibus, capris.
ouibus — *abest.*
tum — cum.
quod — ouis.
possis — possit.
2. aquam macerari — aqua macerare.
permisceri — permiscere.
dari — dare.
4. agere — *abest.*
Potest — Potes autem.
ante — circa.
5. Aridum — aridam.

LIBER VI.

de re rust. — rei rusticae surcularis liber sextus Explicit. Incipit lib. VII.

Praef.

1. gregariorumque pastorum abnuisse curam — abnuisse curam gregariorumque pastorum.
et eam — *abest.*
ita fit, vt quod — ideoque.
abominatur, contra — abominetur at contra.
3. adiumento iunetur — adiutorio colatur.
iumenta — ium. et armenta. *Cum Seruio ad Aen.* 3, 590.
subuectando — subiectando.
4. et nunc — sed ne.
nulla est — *abest.*
etiam — *abest.*
5. eidem — *sic.*
quodnam — quidam.
asseruasse — asseuerasse.
6. Quam ob rem — Quam ob caussam.
quoque hanc — hanc quoque.
Igitur — Igiturque.
canem — tamen.
7. autem — et
foemina aratro — foemina boues aratro.
pecus — petam.
item — idem Atticus.

C. I.

1. cum — quoniam.
corporis — corporum.
2. eademque rubros — eodemque robios.
3. labris — *sic.*
rubeo — rubii.
fusco — fusci.

C. II.

1. neque — nec.
2. digredi — degredi.
3. supraque — superque.
liberum — bonum.
4. iaculi — laquei.
capulantur — *sic.*
manu — mane.
et aliquis ante — *abest.*
6. ventris — vteris.
ricini — riclini.
7. liquamine tinctas, lingula demittito, — in singula dimittito.
9. veteranum pecus — vanum pecus pecus.
nam si aderit — adeoque.
qui — quis.
10. hac machinatione — hanc machinationem.
iniuncto — iniecto.
etiam obsequitur — etiam inuitus obsequitur.
12. sic pedes eius vinculis — pedes eius sic singulis.
aut pasci possit — aut per hoc pasci possit.
13. ex (simil.) — in.
est — *abest.*
15. habilis — *sic.*
Sed — *abest.*
praecipiamus — praecipiemus.

C. III.

1. diuo — dio.
3. armentum — armenta.
4. sit — *abest.*
et eluta — est elata.
5. si non, modius — sine modo.
laureae et iligneae frondis — laurea ilignea frondes.
permittat — permittit.
6. cibaria sufficiunt — sunt cibaria.
et — *deest.*
quadragena — quadragenas in.
maturuerit — maturuit.
7. et (folia) — abest.
quoque, vti iuniperus — eruis.

C. IV.

1. omni adiuuentur — omnis adhibeatur.
triti lupini — tristis.
cupressique — cupressi quae.
diuo habito — dio habetur.
2. ieiunis — ieiuni.
rutamque cum — putaque vinitam.
medicamenta — medicamina.

3. erui

3. erui — albis.
et concisa — est concisa.
4. deinde — de.

C. V.

1. vtile — vtilius.
et id praecipue, quod egerit — *abest.*
labefaciat — labefactet.
2. perducendi sunt — perducenda erunt.
foeniculi — foenuculi.
defruti — fricti.
candenti [que] — candentique.
3. tantundem — tantumdem.
in Marsis — Marsis.
4. subula — fibula.
orbiculus — *abest.*
subula — fibula *et p. p.*
conseruatur — conseruetur.

C. VI.

2. possit — possint.
3. insequitur — sequitur.
4. anum — *sic.*
haec profuit res — hoc profuit tres.
aridae — aridi.
5. ita citatus — citatius.

C. VII.

1. anatis — antis.
torminum — terminum.
2. Remedia — Remedio.
ponderis — *sic.*
dispensati — *sic.*
3. tenerae laurus caulium — teneram laurum coloni.
cum abrotoni macerati p. p. dent — et aprotonum ceraticum p. p. deterant.
et (cum) — *abest.*
4. sextariis — *abest.*
potandum — potandumque.
omnique alio humore prohibent — omnia in humoris supra dicti.
si (saepius) — *abest.*
quam — *abest.*
lacrymae ab — lacrymaque.
a naribus — nari.
scindantur — decidantur.

C. VIII.

1. decidit. Tum vino — *abest.*
perluitur — proluitur.
interposito — intertrito vulnera defricatur d. l. pit. proluat. Tum vino perlutitur os, et interp.
2. vel — et.
si — sic.

C. IX.

1. garo saliuati — caro saliuati.
2. tecto — iectu.

C. X.

1. saliuato — *sic et mox bis.*
infunditur — funditur.
2. remedio est — remedium est.
torrefacto — torreo.

C. XI.

1. expressus — expressa.
sinus — sasinus.
atque linamentis — atque ita linamentis.
colligari — conligari *a. m. f.*

C. XII.

1. demissus — *sic.*
fricatione — frictione.
2. induitur — inducitur.
ne in aquam — ne bos in aquam.
ac primo — primum.
seuo — sebo.
4. spongiae — spongia.
imbutae, et expressae atque melle litae — imbuta, et expressa litaque melle.
maturuerit — maturuit.
5. caprinus — caprina.

C. XIII.

1. cunila — cunicula.
3. fraces — flaces.

C. XIV.

1. tum — et.
2. tumore — tumor.
in latus — lotus.
opus est — *abest.*
3. contusum erit — contuderit.
4. lenis — *sic.*
biduum — triduum.
5. aureum — autem.
subsiccatur — subiicitur.
6. operanti — per ardentem.
lucerna instillatur — lucernam instillato.
7. Potior tamen ratio est — Paratior est tamen ratio.
lateri later conteritur, eoque intrito prius — lateritio trito.

C. XV.

1. et lana succida inuolutam — lana sucida inuoluta et.
2. vomer — vomere.
coronae — quo venae.

C. XVI.

leuigato [que] — leuigata.

C. XVII.

1. pafcuo — *fic.*
μυγαλῆν — μυγάλην.
factam — captam.
perfonatam — perfona.
2. Simonianum — fi montanum.
quod inuenitur — inuenitur quod.
confragofis — fragofis.
traditur — nafcitur.
nam — non.
pratenfe — pratenfem.
3. malagmatis more, fcarificatione intenditur — malagmatis incedunt.
et farina — atque hordeaceae farinae.
et fale — et fali.
4. fubula aenea — fibula aerua.
5. eique — eoque.
6. difcutiatur — difcuteretur.
conuertitur — conuerti.
7. triticeae farinae — triticea farina *a m. f. fed eadem.*
tefta — tofta.
ειλφιον — ἄλφιον.
8. contufa — tunfa.
confperfa mulfa — confparfa mulfae.
9. conlinita — conleuata.
ad dulcedinem mellis — ad dulc. et ad oculorum mellis.

C. XVIII.

1. nidor — odor.
depellit — depellet.
adhiberi praeceperimus — adhibendas praeceperim.

C. XIX.

2. ii . . . ligantur — (ii . . . ligantur.)
a pofteriore — et in pofteriore.
3. poffunt — poteft.
numelli — numella.
teneatur — catenetur.

C. XX.

fubftrictiore — fubtruncior.
rectus — ftreus.

C. XXI.

1. patentibus — patentiffimis.
et leuibus — ac leuibus.
modicis et — *abeft.*
et (in mar.) — *abeft.*
exceflerint — excefferunt.

C. XXII.

1. in hoc — *abeft.*
2. frutetis, et carectis — fructibus et caretis.
quam — quoniam ficcis ac.
externi — *fic.*

C. XXIII.

2. et fentibus vftis — dentibus duris et.
3. cenferi — conftare.
veluti — velut.
reditusque — et reditus.

C. XXIV.

2. Quod — in Venerem quam.
3. eas — *abeft.*
4. pecudibus — pecudibus pluribus.
5. vel tenero olere, commifto — et tenuem vitulus torrido.
molitoque — *abeft.*
vnam noctem — mixto.
macerato — *abeft.*
faliuatur — *fic.*
probantur — parantur.
Ceuas — geuas.

C. XXV.

demitti — dimitti.

C. XXVI.

2. vere — *fic.*
teftium — et ipfos.
quibus comprehenfis, ftatim — comprehenfos deinde.
refcindere — recidere.
3. formaque feruata — formamque feruat.
generandi — cum generandi.

C. XXVII.

1. mediocris — *fic.*
equinum pecus — equitium.
2. vacuaque — vacua ne.
frequenter — frequentibus.
3. anni meffem — annum menfem.
4. figurantes — figurando.
5. Quae — neque.
poeta — poetica.
equarum — equarum illas ducit:
6. (Saxa . . . . frigore coelum) — *abeft.*
in Sacro — Sacro.
8. folicitati — follicitationis.
9. mulos — mulas.
poteft trimus adhiberi et — poft trimatum.
effe — eft.
10. perfricatur — proritatur.
fpongia — fpongis.
abducitur — adducitur.

11. clau-

11. clausoue — clauso.
tamen si — si tamen.
filicula — felicula.
dataque — ac data.
12. Tantum — Tanta.

C. XXVIII.

ad vigesimum — in vicesimum.
eamque — eamdemque.

C. XXIX.

1. nouaeque rei auditu — nouae rei neque auditu.
certans aequales — certaminis aequalis.
2. crispaque, aequalibus — crispa quae mollibus.
3. concitati — *sic.*
4. laborum — laboremque.
Equus bimus — bimus equus.
5. superiores cadunt — superiores et inferiores cadunt.

C. XXX.

2. seruare — conseruare.
3. adhibentur, cap. — adhibentur et calefacto oleo lumbi rigantur, cap.
4. adhibentur — adhibebuntur.
5. calda — calida.
perexigua portione — perexiguas portiones.
6. exinaniatur — exanimetur.
7. iisdem — iisdem locis.
eodemque — et eodem.
Postridie — post triduum.
adiutus — adhibilis.
9. quasi — in qua.

C. XXXI.

1. faucibus — compluribus.
2. occupat — *abest.*
haec — *abest.*
permistis — mistis.

C. XXXII.

1. in die — die.
saniei vis emanat — sanguis emanet.
cedria — caedro.
ceti — cati.
vel (quod) — *abest.*
lancibus — lacibus.
falitus — fallitus.
2. inueterauerit — inueterauit.
3. expurgant — et purgant.
ducant — ducat.

C. XXXIII.

1. mistis et — *abest.*
defricatae — defricta.
fossili — *sic.*
2. acapno — acaprio.

C. XXXIV.

adiunguntur — diluuntur.
etiam — *abest.*

C. XXXV.

1. est — *abest.*
2. deducas — decidas.
speculatae — speculata.
abolent — abolet.

C. XXXVI.

2. conuenit — conuenit quam am vsque.
quousque — *abest.*
sit — *abest.*
et (ingenii) — *abest.*
diutius — dilatius.
3. vt (equae) — *abest.*
ita — *abest.*
frustratur — *sic.*
fingant — fingunt.
speciosi — specioso.
aliqui — aliquis.
exhibent — exhibet.
hebetes — hebes in.
solicitantur — solicitatur.
4. Huiuscemodi mari sensim — Huiusce sensium.
subadmouere debent — lacessunt admota.
Ita enim efficitur, vt eius obiectu — Itaque obiectu asinae.
mas etiam — *abest.*
eblanditus est — eblanditi sunt.
incensus — incensum.
obcaecatus — obcaecatum.
imponatur — imponunt.

C. XXXVII.

4. seruitio — seruili.
siluestri — siluestris.
strigosum — strigosum quam.
[magis] — magis.
6. maculosi — magilis.
7. dominum — domini spem.
primordii seminis mistu — primordiis seminum mixtus.
8. destinanti — desideranti.
9. minorem quam trimum admitti — minori trimo mare mitti.
cognouit — conciuit.

et vulgaris —— ac vulgaris.
10. quae (cap.) —— quod.
imo cliuo —— in imo cliuo.
11. postea —— post modum.

C. XXXVIII.

3. Est νοσκύαμος —— Et et ὑοσκύαλλος.
triti —— *abest.*
myrrhae —— murrae.
nec tarde —— celerius nec t.

LIBER VII.

— Rei Rusticae veterinarius medicinalis liber II. de minore pecore L. VIII. haec continet.

C. I.

1. vel perticis salignis —— vepraticis.
quibus —— quae.
omnes regiones —— omnibus regionibus.
2. cum —— *sic.*
(Libye) sit —— *abest.*
nimio pondere —— minima pondera.

C. II.

3. Milesias —— *abest.*
Appulasque —— apulasque et miles.
4. praebent —— praebet.
pecoris —— pecudis.
6. ouilli pecoris —— *sic saepe.*
nunquam non —— nunquam nisi.

C. III.

1. idem qui —— *sic.*
3. quod ea porrecta —— quae tam profecto.
altaque —— altoque.
4. naturali teló —— *sic.*
tempestiuum —— tempestiue.
5. est, et —— et est.
cum —— quoniam.
6. flexu —— flexum.
7. comam —— conamque.
trima dente —— trime dentem.
ceruice prolixa —— cerui et.
8. simul hieme —— simul et hieme.
animalibus vestitiss. —— animalibus si vestitiss.
cohors —— chors.
aestiuandi —— aestuandi.
subsistat —— consistat.
9. quala —— quola.
enim (saepius) —— *sic.*
curae —— cura.
10. lana —— fructus lanae.
a (pascentuum) —— *abest.*
11. constat —— constitit.
admissurae tempus —— *abest.*
12. generandae sunt —— generandae erunt.
13. pascua petiturus —— *abest.*
opilio —— opilio vilicus.
referuet —— referuat.
villicus enim —— *abest.*
minor —— *abest.*
quandoque —— quantum quemque.
15. validissima, quae —— quae validissimo.
16. partum —— partibus.
ἐμβρυουλκεῖν —— ἐμβρύα ἕλκειν.
17. etiam —— *abest.*
exiguum —— exiguum lactis.
clauditur —— claudatur.
ea (partum) —— *abest.*
foueat, et ille matrem agnoscere condiscat —— *abest.*
19. a septo emittendi —— a se mittendi.
20. vt et ante —— iam et ante.
et nunc —— vt nunc.
22. suis valuulis —— *abest.*
vel —— *abest.*
regionibus —— *sic.*
exiguo pretio —— salubri potio.
sunt —— est.
23. aut alta —— aut ad alta.
24. compellamus ad aquam —— compellamus aquam.
id faciendum, —— id faciendum est.
ad pascua —— in pabula.
producamus —— *sic.*
saltus —— *abest.*
refert ne pasc. —— refert ne vt pasc.
obuersa —— aduersa.
25. iis diebus —— *abest.*
grauedinem —— glandiginem.
tantum —— *abest.*
26. Idemque duci —— Idem.
propior quam domino et in cogendis —— propriorque silent et iam in agendis.
[grex] —— *abest.*
et (grauidas) —— *abest.*

C. IV.

1. plerique —— plerumque.
2. ita (vt) —— *deest.*
3. agnus —— *abest.*
5. diuerrendus —— *sic.*
est —— *abest.*
6. cape saxa manu —— *abest.*
Deiice —— *abest.*
8. imbuitur —— imbibitur.
minus est —— *abest.*

sub

fub dio — fubfidio.
quoque — *abeft.*

C. V.

1. corporum — corporis.
2. quod remur — quia remur.
3. perfequi — profequi.
7. quoniam — quid.
elleborum — elleboreos.
8. linitur — inlinitur.
quae prius — quae tamen prius.
9. figularibus tritis — figularis triti.
et picis liquidae — et picis eius liquaminis.
et fricti falis fingulos — fingulos fricti falis.
10. coactus — coctus.
vt caetera vulnera — *fic.*
emitti oportere — mitti oportet.
11. claui — cludi.
12. litae — *fic.*
tenero — auftero.
aerugine infriata — rubigine infricata.
fuperpofita — inlita.
13. et cum — fed cum.
14. tradidimus — traderemus.
16. pufulam — puhiulam.
fiquidem nec — *fic.*
[ea] — *abeft.*
tantum valet — tactus volet.
eblandiatur — eblanditur.
17. Bolus — Dolus.
ὑπομνήματα — χειρωνίματα.
hanc faepius — hanc peftem faepius.
pufulofa — pufillofa.
meare — *fic.*
18. arcuato — arquato.
nepetae fyluestris furculi — furculi nepete fyluestris.
inuoluti — inuolutis.
22. aeruginis — rubiginis aeneae.

C. VI.

1. profiliunt — profilierunt.
2. nigro — *deeft.* *Cann. ad Auian.* F. 13, 6.
3. procreandum — progenerandum.
4. quoniam — quia.
5. quae gelicidio hiemis — quia gelicidior hiems.
fecit — vitiat.

C. VII.

1. Alia [namque] — Atque alia.
opimae — optimae.
ftatim vnam vel alteram — adhuc paucas.
2. pabulo — poculo.
faliendaque — *fic.*
3. transmittet — transmittat.
4. cerato — gercatori.

C. VIII.

1. mulctram — mulcram.
vel miftum — vel quam miftum.
5. eluitur — abluitur.
6. inducant — indurat.
virides — viridis.
transmiferint — tranfierunt.
7. perduratus — praeduratus.
malini ligni — mallinis lignis.

C. IX.

1. frequenter — frequentius.
pecore — pecore verres.
et — fed.
quam qui — *abeft.*
funt — fint.
perinde — proinde.
roftris breuibus — roftri breuis.
3. piftrinale — *fic.*
5. facere — *fic.*
6. tamaricibus — termitibus.
lotos — lotus.
pinus — pampinus.
achrades — arades.
pyri — *fic.*
7. vt aquis — aquis.
et (id) — *abeft.*
9. per (porticus) — *abeft.*
harae — *abeft.*
10. iuniorum — minorum.
11. quotque — quot.
fint — funt.
maxime — *abeft.*
13. quantum — quantam.
quia — *fic.*

C. X.

7. ne — vt.
inferta — exarta.
8. infatiabile eft, fues enim, dum — inexitiabiles bis.
fupra m. — et fupra m.
ex tamaricibus — tramaricis.
repleanturque — repleantur.
deinde — *abeft.*

C. XI.

2. refectam — referatam.
3. funt, ita vt — *abeft.*
fi — fic.

indigeant —— indigent.
non —— vt non.

C. XII.

3. vt prius —— prius vt.
si non sit albo colore conspicuus —— *deest.*
lupo —— vestio.
4. nocte —— noctu.
conspicitur —— conspiciatur.
[canis] —— canis.
habeat —— habet.
δριμεῖς —— δριμεῖς.
5. canis —— *abest.*
neque —— nec.
vigilaces —— vigilantes.
6. vt cum —— vt et cum.
7. consistere —— consistunt.
odorantur —— *sic. Beus.*
8. pastoralibus —— pastoribus.
9. et ad pugnam —— pugnamque,
minus —— tamen.
12. et (catenis) —— *abest.*
catenis —— *sic.*
14. mordicus comprehensus —— modice compressus.

C. XIII.

2. siue cyminum —— *sic.*
infestabit —— infestauit.
cytisi —— gypsi.
sunt —— erunt.

LIBER VIII.

L. I. M. Col. Rei Rusticae L. VIII.
Veterinarius medicinalis de minore pecore
L. II. —— de villaticis pastionibus Auiarius et Piscator Lib. IX. haec continet.

C. I.

1. consummabant —— *sic.*
exercendi colendique —— experiendi.
nec —— *abest.*
2. focum —— locum.
opulentent —— opulentet.
augeant —— *sic.*
3. liquoris —— litoris.
4. χηνοτροφεῖα —— χηνοβοσκεῖα.

C. II.

1. cohortalium —— chortalium.
2. capite —— *abest.*
cohortales —— chortales.
4. animos —— animosa.
5. rixosarum —— rixiosarum.
6. tueri —— tutari.
cohortalis —— chortalis.
7. distendant —— *sic.*
insidiosorum —— insidiatorum.
fuscae —— infuscae.
enitentur —— viterbitentur.
propterque insigne —— propter insigne.
8. probi —— robii.
[robusti corporis] —— *abest.*
rutilisque —— rutilis.
cristulis —— *deest.*
vngulis —— vnguibus.
generosissimaeque —— generosis atque.
9. rauidi —— rubidi.
paleae —— galeae.
12. et —— vt.
exclusi —— excusi.
13. nam et paternam speciem gerunt —— *desunt.*
14. probo, tam —— probatam.
iniri —— inire.
15. et per excisam partem galli pes inferitur —— *desunt.*
vniuersi generis —— generis vniuersi.

C. III.

3. diuidatur —— *sic.*
supra —— super.
occupant —— occupat,
exitum —— *abest.*
4. intra —— infra.
fenestrae —— fenestellae.
habitent —— habitet.
auiariusque —— auiarius quia.
iis —— *abest.*
siue —— *sic.*
5. qualis vimineis —— qualem vimineos.
6. cohorte —— chorte.
et extrinsecus —— *abest.*
ne —— neque.
et aeque —— tum et aeque.
7. induuntur —— induunt.
8. nisi vno —— nisi in vno.
ligneis —— *sic.*
fictilibus —— *sic.*
9. euerritur —— *sic.*

C. IV.

1. vicia —— vinacia.
minuta —— *sic.*
tantum —— tamen.
appetuntur —— *sic.*
2. temporibus anni —— anni temporibus.

foetus

foetus — fetum.
raro — raros.
3. temporius — temperius.
4. vel cinere — *absunt.*
5. vagis — bagis.
terni vel — *abest.*
. praebeatur — *sic.*
6. Habere etiam clausam — Habeat tamen etiam clausa.
locis, quibus — locis et quibus.

C. V.

2. praebetur — praebeatur.
vtraque — *abest.*
autem — *abest.*
3. eaque — quae.
aliisque — atque aliis.
4. itaque — *abest.*
5. excubandis — excudendis.
6. excubant — excudant.
educant — educent.
7. quae fit — quae est.
suos et alienos propter — *absunt.*
8. impar obseruatur — *absunt.*
Martio XIX. — Maio IX.
vnum et viginti — vndecim.
totidem — tredecim.
9. intereant. Plerique — *desunt.*
etiam — iam.
nec plerumque intereunt — *desunt.*
10. et in speciem — et specie.
pauonino — pauone.
pusillis — pullis.
minutae nascuntur — minillimae nascentur.
11. excludi — excudi.
ab (aduol.) — *abest.*
euoluta — *abest.*
13. leniter — leuiter.
14. die vndeuigesimo animaduertat — duo de viginti diebus enim aduertat.
percuderint — pertuderint.
pipiant — pipant.
putaminum — putaminarum.
erumpere — rumpere. *Burman. ad Claud. Phoen.* 106.
15. excludantur — excudantur.
16. pulegii — pulei.
17. tertia die — iam tertia die.
ne — *abest.*
si — nisi.
non — *abest.*
20. pituitae — *abest.*
21. spicas allii — micas alii.
madefactas — madefaciant.
faucibus — et faucibus.
potui — quoque.
23. aqua potatur — fuit aqua.
farre — hordeo.
24. vt — *abest.*
parum bonae — *abest.*
atque etiam calcare — *absunt.*
ab (solstitio) — *abest.*
25. autem — *abest.*
foeminam — foeminas.

C. VI.

1. aut — ac.
durant — adudant.
2. sal — salis.
ne — *abest.*
muriam — muria.

C. VII.

2. substernatur — substernantur.
mundissima palea — mundissimae paleae
3. est — *abest.*
aues saginantur. — auis saliuatur.
eae — ita.
vitanda est maxime — maxime vitanda est.
4. deposita cauea dimittitur — depositae caveae demittitur.
sed — et.
[enim] — *abest.*

C. VIII.

3. ita non — non ita.
paxillis — taxillis.
4. maiore parte, — maiorem partem.
5. praebeatur — praebetur.
6. quoniam fere — quia.
miliumque, et lolium — milium, lolium.
euolandi — auolandi.
7. tinunculum — titiunculum.
spirantibusque — *sic.*
suspenduntur — supponuntur.
Seligendae — Eligendae.
nec nimium nouellae — *absunt.*
sic — *abest.*
8. Alexandrinae — Alexandrina.
et — *abest.*
impares — pares.
suas — suos. e
diligunt — diligunt.
9. laudatur — laudatus est.
clauso — cluso.
est (improb.) — *abest.*
domini — dominicam.
suis — *abest.*

10. millibus

10. millibus nummum — milibus numorum.
11. etiam — *abest.*
subtrahas — detrahas.
12. exerere — *sic.*

C. IX.

1. id genus — ingenuus.
excludit — excudit.
a (volatura) — *abest.*
Per hiemem — nam per hiemem.
gliscit — crescit.
turturum — turturis.
2. crassescant — crassescat.
delectantur — delectatur.
3. efficiuntur — fiunt.
autem — *abest.*
pascuntur — pascantur.

C. X.

2. columbi — columbae.
patiatur — patitur.
4. arbuti — arbusti.
5. haec — *abest.*
quae in — quae auiariis in.
desidentium — sidentur.
6. luxuries — luxuria.

C. XI.

1. Sed ne — Sed nec.
solitudines — solitudinem.
eblandiantur — eblandiatur.
paruulis — parulis.
4. paxilli — taxilli.
edolatas — dolatas.
esse debent, quae — *desunt.*
paxillis — taxillis.
a paxillis deductae — taxillis eductae.
6. intexi — contexi.
proposueram, portione — *absunt.*
7. sine rixa — *abest.*
deducuntur — diducuntur.
mares — marem.
8. veluti mirantem — velut emirantem.
confestim — *deest.*
9. excluduntur — excuduntur.
12. excludantur — excudantur.
14. amoueantur — moueantur.
15. emissa — missa.
gallina — *abest.*
16. pauoni — pauoninis.

C. XIII.

1. ἀμφίβια — ἀμφιβίους.
2. aduentu — aduentum.
tenerum — rerum.
3. sicubi vero — *sic.*
nec — neque.
id quoque genus — *abest.*
intra cohortem, vt protecti sint — in rutectis circa cohortem.
oportet — *abest.*
foetus edant — foetus vbi edant.

C. XIV.

2. Et — *abest.*
intubi — intibi.
σέρις — coepim.
4. admittendis — ad admittendum.
Februarii vel — *sic.*
Martii — Martiis.
excludere — excudere.
quum — cum.
5. enutriuntur — enutritur.
appropinquant — appropinquat.
6. oua — *abest.*
autem — deinde.
7. radices — herbae.
noceri — nocere.
excudendisque — excludendisque.
9. maioribus — maribus.
gratissimum — crassissimum.
quoque — *sic.*
pernicies — *sic.*
10. maceratum far — carata farri.
pauonibus — pauenis.
sunt — facti sunt.
11. tenebroso — tenebricoso.

C. XV.

1. Nessotrophii — Nossotrophi.
querquedulae — quercedulae.
phalerides — plargides.
vel (accipitr.) et.
2. perrepat — repat.
longitudini — longitudinis.
latitudini — latitudinis.
4. siluulis tamaricum — insulis tramaricum.
locus — lacus.
apricitate diei — apricitatem die.
5. vbi irrepant — qui inrepant.
fluuiaticis — fluuiatilibus.
aut — vel.
6. et (esca) — *abest.*
praebeantur — praebentur.
7. quae — *sic.*
ceteri — ceterae.
festucae — fetus.
exclusi — excusi.

C. XVI.

C. XVI.

1. contrarium excogitare queam —— contrarium est.
aquis marinos clauderent — a quibus a fluviatilis eludent.
2. et item Vulsinensis —— item bolsiniensis.
Ciminus —— Ciminius.
3. et iam cum auorum memoria circumfertur — iam tum quorum memoriam circunferretur.
luxuriosissimum — luxuriosi.
4. nebulo —— nebulus.
rhinthon —— mintho.
5. laudabatur —— laudatur.
6. iam —— *abest.*
mercatus —— mercatur.
ex mari —— vt ex mari.
9. vt litorum —— vt hic litorum.
et in nostro Gadium municipio generosissimis piscibus adnumeratur, eumque —— generosissimis piscibus adnumeratur in nostro Gadium municipio, eumque.
Zeum —— Zaeum.
scarus —— scharus.
litoribus —— litore.
10. quamuis Tarsensis, Carpathiique pelagi — quamuis parte sit pelagi. Hinc, quamuis Tartessii *vel* Tartelii pelagi *legit Oudendorp. ad Sueton. Vit.* 13.
vernacula —— vernaculo.

C. XVII.

2. saeuissime persequuntur —— saepissime persecuntur.
3. loci situs —— locus.
venit —— veniat.
4. quam (larg.) —— *abest.*
5. longos —— longis.
nec nisi —— et.
6. herbis —— vel venis.
veri —— *abest.*
7. regio —— regio oportet, si quis in eo.
8. pelagios —— *sic.*
si vitemus —— etsi videmus.
includemus —— includamus.
flutas —— plautas.
9. et (prostr.) —— *abest.*
piscibus —— *abest.*
erectis —— rectis.
simillimis —— similibus.
in (ea) —— *abest.*
profluo —— frondi, f. *profundi* vel *prona.*
11. Maeandri —— Maeneandri.
Hinc —— *abest.*
quia —— quae.
12. sardiniam —— sardinam.
branchias —— branchiam.
pelamis —— palemis.
elacatae —— et laptae.
ventriculos —— venterculos.
cetariorum —— caeterarum.
13. viridibus —— viridis.
mulctra —— e multis.
14. dum —— *abest.*
sublimius aspectat —— sublimiora spectat.
palagici —— pesci.
et (quisquis) —— *abest.*
15. regionum —— regionibus.
diu clausi —— clausi diu.
piscatorium —— piscatoris.
16. Redibimus —— Rediemus.

LIBER IX.

— rei rusticae — de villaticis pastionibus auiarius et piscator. L. I. M. Col. R. R. L. X. de villaticis pastionibus et apiarius haec continet.

Praef.

1. et (apium) —— *abest.*
similibus —— sub.
suo clausa —— sui classa.
promerentur —— promoretur.

C. I.

2. Et si naturalis defuit aqua, vel inducitur —— *absunt.*
pro —— vt pro.
suadeat haut dubie —— suadet ita vt dubiis.
3. quercu —— querceo.
postulat, erit —— postulauit.
ramices —— amites.
4. defigere —— figere.
5. cerreae —— acerreae.
tum —— cum.
- arbuti —— arbusti.
pecudibus —— subus.
6. plurimumque —— primumque.
idque vt —— vt.
7. educent —— educant.
effoetae sint —— effetae sunt.
8. autem —— tamen.
9. in id viuarium —— in viuarium.

C. II.

1. Hygino —— *sic. et mox* Hyginus.
2. imperfecta —— in infectu.
apum —— apium.
4. Erichthonii —— Erechthei.
Hymetto —— Hymetio.

C. III.

1. apum fine —— *abest.*
aeque —— neque.
et infusci —— sed fusci.
2. eiusque —— eius.
auctoritatem —— *sic.*
3. aluearia —— *abest.*
ab internicione —— ad internecionem.
4. apiario fiat —— fiat apiario.

C. IV.

2. satureiam —— satyram etiam.
3. amygdalae —— amydalae.
et (pers.) —— *abest.*
persici atque —— persicique ac.
et odorata cedrus —— *abest.*
4. At tiliae folae —— ac tilia sola.
sunt —— *abest.*
irriguo —— virgineo.
Sarranae —— Serranae.
caelestis numinis —— celestis luminis.
croci —— crocino. *Salm. ad Solin. p.* 861.
odoretque —— inodoretque. *vs. L.* 11, 3.
mella —— *deest.*
6. omisi —— *sic.*
temporis —— temporum.
proxima —— proximum.
thymbra —— thybra.
cunila —— cunela.
reliquaque —— reliqua.
7. omnibus —— sordidis.
ex (sparto) —— *abest.*
arbuto —— arbusto.
et stercorosis herbis —— *absunt.*

C. V.

1. apibus —— apium.
2. Verum —— Vel et.
et (sub) —— *deest.*
3. quo —— quod.
4. prima noui —— vere nouo.
Vere suo, ludetque fauis emissa iuuentus —— *absunt.*
5. extructo —— extracto.
canali —— *abest.*
apum —— apium.
immerserit —— sparserit.
6. cunilae —— cunelae.
itemque —— item.
quaecunque —— quae.
valles argutae —— vallis argutiae.

C. VI.

1. cum sint —— quoniam sunt.
aeque —— *sic.*
3. aut (pen.) —— et.
4. monet —— monit.
opere —— *abest.*
lateritio —— laterício

C. VII.

1. extendi —— extenditur.
in tres —— per tres.
totidemque crassitudinis —— *absunt.*
isque sic extructus —— exstructus isque.
leuigari —— leuigatur.
2. a tergo —— tergo et frontibus.
3. cereis —— et ceteris scilicet.
4. ingressi fuerint —— incesserint.
porticibus —— porticu.
illinitis —— inlimatis. *v. Oudend. ad Suet. Oth.* 12.
aestus, vt hiems —— vt hiemalitus.
5. nec —— neque.
scarabei —— scarabri.
populantur —— populabuntur.
6. licet —— liceat.
vadentibus —— volantibus.
effugium —— *sic.*

C. VIII.

1. comparabimus —— parabimus.
studiosius —— scrupulosius.
2. (vt) in —— an.
conquiescant —— conquiescent.
ex (peregr.) —— *abest.*
4. an —— numquid.
debeant —— debeat.
5. et quod —— quoque.
refert —— referunt.
sunt —— sint.
7. apes, quam —— *sic.*
9. si (non) —— *abest.*
persequeris —— persequens.
et per id —— per quod.
liquoris —— liquaminis.
10. [et] —— et.
notet —— notat.
persequatur —— persequitur.
quod si —— quod siue.
elicitur —— elicietur.
11. sunt in —— *absunt.*
arboris —— *abest.*
trunco —— truncis.
tunc, si —— in eo sunt.
inhabitari —— habitari.
illinitur, et —— inlitis.
relictisque —— relictis.
13. mellphylla —— melisphylla.
et succus —— ac fucus.
14. saepe inania —— saepe vel inania.
tamen —— *abest.*

C. IX.

C. IX.

2. velut — tanquam.
si a procuratore — si procurator.
velut — vel.
3. egressus regressusque vt diligentius — regressus diligenter.
tie
4. militaria — milia *a. m. f.*
mouentium — mouentia.
increpat — inuocat. *in m.* crepat.
5. debet — debent.
6. mulso — aqua mulsea.
simili — simplici.
7. aciem — acie.
8. quos sic — *desunt.*
patieris — paterisque.
melissophylli — melissylli.
quem elidere debes — *absunt.*

C. X.

2. Namque duae — nam duo sunt.
gentis — plebis.

C. XI.

1. necandus est — idem auis necandus est.
eliditur — eligitur.
in vnum — in vnam.
2. submoueant — summouent.
si elidatur — *absunt.*
iunioribus pareat necesse est, et siquae sint — minoribus parere non censeat atque.
spernentes — spernendo.
afficiuntur — afficitur.
3. illud tamen incommodum — illi quidem incommodo quod.
quod — et.
cui — *abest.*
vexantur — vexata sunt.
4. quos habeat — si quos habet.
cerae — cerae eius.
apparet eminentior, et laxioris — *absunt.*
sint — sunt.
5. sint — sunt.

C. XII.

1. patriam — patriae.
2. eaque vel — *sic.*
perliniat — perlinat. *v. Oudend. l. c.*
reliquorum — reliquarum.
4. eandemque — eaque.
vacuam — vacantem.
ac etiam — atque etiam.

C. XIII.

1. in his — *abest.*
inspiciuntur — dispiciuntur.
2. Maximus autem — Maximusque vel minimus.
fameram vlmi — famaras vlmis semina sua.
namque sicut — nam quasi.
nil — *abest.*
repleuerint — repleuerunt.
3. Hyginus — *sic.*
maiores — antiquos.
4. in praeparatum — si praeparatum.
si — *abest.*
5. Syriaco — sutorio.
6. Hyginus — *sic.*
8. Hyginus — *sic.*
9. consumatur — consumantur.
debere — debent.
10. et (velut) — *abest.*
erodunt — produnt.
quod — *abest.*
Graeci φαγέδαιναν — φαγέδαιναν Graeci.
11. putant — putent.
se posse — posse.
vt — *abest.*
consummatis — *sic.*
[vt] — vt dum.
euagatum — euagatur.
12. fiat, duo — fiat vel duo.
13. quoniam — quae.
14. euocatae — auocatae apes.
se non sperent — non sperent se.

C. XIV.

1. exortum — ortum.
vt (aran.) — *abest.*
2. et (item) — *abest.*
3. vti — vtique.
fere ab — *absunt.*
eliquamina — liquamina.
4. Duodequinquagesimo — Vndequinquagesimo.
in (extr.) — et.
caeterarum apum — caeterae apes.
5. Tuncque — Tumque.
6. progenerari — progenerare.
7. quam — *abest.*
8. si apparuerint — *absunt.*
euerrantur — verrantur.
inter — intra.
9. ideoque — ideo.
11. quod — cum.
tamaricis — amaracis.
12. eoque vsque ad Arcturi exortum sustineutur — *absunt.*
Metonis — Mentonis.
13. reliquiae sunt — requiescunt.
15. esse — *abest.*
16. etiam — *abest.*
17. a curatore — *absunt.*
sit, consumunt, et — *absunt.*

18. ab — *abest.*
19. absumtis — adsumtis.
rursus insulis — rursus in insulis.
transferuntur Scyrum — transportantur Syrum.
20. Hyblam — Hybleam.
vt — *sic.*

C. XV.

1. apis et — api sed
[fucos] — fucos.
et — etiam rure.
2. et educandam — *absunt.*
a praesepibus — praesebibus.
arcentur — *sic.*
4. Duobus — Duobus autem.
succidantur — subsecentur.
5. nullum — qua nullum est.
habuerit — fuerit.
vt (altera) — *abest.*
patulo — paulo latiore.
7. obseruat — seruat.
10. tandem — tamen.
11. vestibula — vestibulo.
cum — *abest.*
veteres potius faui quam noui eximentur, ceraeque nouabuntur — *absunt.*
vt modo — vt semper modo.
12. mella conficere — conficere mel.
13. remanserunt retractata — retractata remanserunt.
optimi — primi.

C. XVI.

1. coniiciuntur — *sic.*

LIBER X.

L. I. M. Col. R. R. L. X. explicit. Incipit de villaticis pastionibus liber secundus macellarius et apiarius.

Praef.

1. insigniter — segnis ac.
3. et — *abest.*
tradiderunt — tradidere.
prosa oratione prioribus — prosus.
peruicit — praecepit.
post — *abest.*
memorandas — *sic.*
4. instigante — castigante.
confici — conspici.
vt, quod aiunt Graeci, ex — quod aiunt Graeci vt ex.
5. adeo — *sic.*
v. 6. numeroso — nummoso. *V. D. in Ald.*
7. glebas — glebae.
terga — terra.
9. soli, quae — soli est, quae *V. D.*
10. baccas — bacas.
11. nec quae — sed nec.
15. Achrados — Achradis.
16. iniussi — iniussa.
17. galbana succo — carbasa suco.
21. aeque — aequa.
26. grauis — labor *V. D. in Ed. Ald.*
hausturis — hausuris.
28. neu — ne.
29. Daedaleae — Daedaliae.
31. truncum forte dolatum — trunco falce dolato *V. D. in Ald.*
32. Ithyphalli — Priapi.
37. Paestique — festaque.
46. defossa — defessa.
52. Gnosius — noxius. naxius. *V. D. vide B. Pium.*
57. Nepae — negat.
58. falsae — fessae. *V. D.*
59. Prometheae — Promethei.
60. Nos — nox.
61. mersit — *deest.*
68. Durior — Durusque. *V. D.*
72. latis — marris. rastris *V. D.*
marris — matris.
73. summoque — summo. summoque *V. D.*
frequentia — frementia.
76. et — vt.
78. aura — auras.
80. cantarit — cantauit. cantabit *V. D.*
83. diductos — diruptos. deductos *V. D.*
qualos — quales.
84. pigeat — pudeat.
fesso — secto *V. D.*
91. quoque trita solo — tritum solum *V. D.*
95. squallore — squalore.
96. pangite — pingite tunc. pangite tum *V. D.*
101. tum — *sic.*
auro — abo.
107. sicca — scilla *V. D.*
ferulae — *abest.*
110. chaerophylum — cheropolum.
111. lactucula — vt lactuca.
112. spicis — sticis. *Salmas. ad Solin. p. 822.*
113. habilis. *beta est fabrilibus esus V. D. ex Martiale* [10, 48. 13, 13] betae et faba fabrorum.
118. inulae — inulaeque.
124. gustum — gustus.
125. Deletura — *sic.* Velatura quoque est fronti data signa focorum *V. D.*

127. con-

127. conferitur — confertur.
129. veri — veris *V. D.*
130. Quae — Qua *V. D.*
cespoſo — cepoſo. piſcoſo *V. D.*
131. Quae . . . quae — Qua . . . , qua *V. D.*
Lepino — Lepuno.
132. horti — hortis.
134. Sebetide — Sebethride.
135. Quae — Qua *V. D.*
Pompeia — Rompheia.
138. Turni — Turris.
139. Aricia — tericia.
145. nexus — nixus *V. D.*
adoperta — adaperta *i. e. ad aerem. V. D.*
146. Florida — Torrida *et mox* aruo *V. D.*
151. vertice — cortice.
154. ſiccos — ſitiens.
aeſtus — aeſtu.
155. nec, — quo, *et V. D.*
158. ſe nubere — denubere.
171. hilari ſampſuca — thilaro ſamſuca.
172. Cinyreia — Cinireia.
175. Aeacii — Aiacis *V. D.*
178. coramble — coramue.
181. crebra — rubra *V. D.*
183. puro — pullo *V. D.*
184. ſua — ibi *V. D.*
188. cure — cura.
193. Paphien iterum iam pange — Paphiae paphiam depinge *V. D.*
195. facili — facilis.
199. ſuas — ſuos *V. D.*
partes — partus *Mſ. S.* foetus *V. D. mox* ſe foetibus implent *V. D.*
201. pellicit — polluit.
205. Acriſioneos — Acriſineos.
206. depluit — defluit *V. D.*
208. Sed — Et.
216. raptos — raptor *S. et V. D.*
217. iſta — iſte
219. et — ad.
ſacra — coeca *V. D.*
220. Cybelles — Cybeles.
222. amica — *ſic S. et V. D.*
223. Bacchea — Baccheia.
225. cura leuiore — curauerit ore.
232. aluus — *ſic S. et V. D.*
238. Myrtiolo — Myrteolo *S.* Murteolo *V. D.*
239. adoperta — adaperta.
244. Tempus haris — Tertia erit *V. D.*
245. gracilique — *ſic.*
cumino — camino.
246. Bacca — virga *V. D.*
247. malache — malohae.
ſolem — molem.
250. bryonias — *ſic.* brionias *V. D.*
251. Graio — Greio.
252. docti — docto.
256. anni — annus.
257. cingi — pingi.
258. loti — lotae.
259. violaria — viuaria.
261. adoperta — adaperta *S. et V. D.*
praebet — praeſtet. praeſtat *V. D.*
264. Maenalidumque — Maenalioſque.
270. Ennaei — Hennaei *S. et V. D. v. Heinſius ad Claudiani R. P.* I, 122.
277. aptate — *ſic.*
281. virent — vigent.
283. tener ac — tenerans.
decumbere — decumbit *et V. D.*
284. fugientes . . . . fontes — fugientis . . . . fontis *S. et V. D. pro* gramine, gurgite *V. D.*
285. potare iuuat — potat latices *V. D.*
286. hortus — herbis.
290. pyrous — pyrois. *S. et V. D.*
295. cum — dum.
297. balauſti — *ſic V. D.*
304. Iam — Iam.
308. et — vt.
Vertumnus — *ſic V. D.* Portunnus *S.*
310. plenos — plenus. *pro* gerulus, olitor *V. D.*
312. extenderit — expenderit.
313. flammis — terris *V. D.*
314. Allia cum — Alia tunc.
319. Ocima — *ſic.*
325. turgeſcit — pingueſcit.
326. pallentia robora — pallentes verbere *V. D.*
329. imbres — ignes *V. D.*
332. Ex — E.
333. volucres — volucrae *V. D. pro* eruca, vrica *V. D.*
334. ſemina morſu — foemina viſu *V. D.*
335. coma — comas.
345. ruris — rurſus.
346. fulmina — fulgura.
Tarchon — Tarcho.
347. praecinxit — precinxit.
348. Amythaonius — Aminthanus.
quem — *ſic.*
354. Innataue laris — Et nata in cameris *V. D.*
356. ſedi — ſeri.
359. iuuentae — iuuencae.
366. ad — in.
368. Iolchos — Iaſon *V. D.*

370. Tarte-

370. Tartefiacos —— partefiacos.
373. lapathos —— laphatos.
374. fcylla —— ftilla.
hirfuta —— hirfuto.
375. corruda —— curruda.
376. andrachne —— andrachniae.
antes —— antas.
377. fafellus —— phafelos.
378. chelidri —— cylindri *V. D.*
393. Foetidus —— Foetibus et *V. D.*
fucco —— fuccoque et.
quoque —— *abeft.*
394. trichila —— tricleam.
395. nimio —— nimium.
407. expofiti patrio — expofito patriae.
laeti —— laeta *Salmaf. Plin. p.* 426.
410. perfica —— praecoca.
411. manent —— madent. *S. et V. D.*
414. Caunis —— cannis *V. D.*
418. Libyfca —— libyffa *V. D.*
426. tua —— iam.
429. Maenalium —— Nyctilium *V. D.*
431. et —— ac *V. D.*
multo —— mufto *S. et V. D.*
hort
433. aruorum —— agrorum. *S. et V. D.*

LIBER XI.

— Rei Rufticae Cepurius de cultu hortorum liber XI. Explicit. Incipit Lib. XII.

C. I.

1. agricolationum —— agricolarum.
excudit —— extudit.
2. idem —— *abeft.*
3. ille —— alter.
hic —— alter.
anno trigefimo —— annis quinque et triginta.
fexagefimum —— fexagefimum et quintum.
4. edoceat —— et doceat.
docetur —— *fic.*
5. vir —— *abeft.*
Ifchomachus —— Schomachus.
funt —— *fic.*
6 - 8. (noftrae - - Qualitas) —— *abfunt.*
ita —— itaque.
fegetes —— vt fegetes.
9. quem —— quod.
reprehendiffe —— reprehendi.
loquor —— loquamur.
10. pepererit —— ceperit.
13. domefticum —— domeftici.
etiam —— *abeft.*
externum —— exteri.
effugiunt —— officiunt.
poteft —— poffit.
18. relinquat —— reliquerit.
Tum —— tunc.
noxam —— noxiam.
21. fagatis —— fagaceis.
hiemalis dies —— hiemalibus diebus.
fingulis —— omnibus.
22. compedibus diligenter —— diligenter compedibus.
refoluat —— foluat.
24. eum —— *abeft.*
aeris —— non eft.
exigitur —— *abeft.*
25. Iam illa —— Illa iam.
26 - 28. vel nequiffimi - - quicquid — *abfunt.*
emendatum —— emendata.
factum —— facti.
30. quidque —— *fic.*
oporteat —— oportet.
fiderum coeli —— fiderum et coeli.
32. quantum vis —— quamuis.
continget —— contingit.

C. II.

1. Itaque —— Itemque.
2. difcedamus —— defiftamus.
4. XV. Cal. Feb. —— XII. Cal SS
Feb. —— S.
5. IX. C. Febr. —— VIII. Sept.
VI Calen. Febr. —— Sep.
V. Cal. Februar. —— Sep.
quae —— qui.
6. femeftrium —— femimenftruum. *v. Oudend. ad Suet. Caef.* 80.
8. et (vligin.) —— *abeft.*
(poft . . . arandi) —— *abfunt.*
9. eorumque —— earumque.
farritio —— fartio.
10. creuerit —— creuit.
13. per quadrata debet — debet per quadratos.
pedum —— pedes.
haec —— hoc.
ad —— in.
15. Febr. —— Septemb.
VI. Idus Febr. —— SS.
nota eft, quae fere femper in hoc codice pro omnibus menfibus promifcue adhibetur.
III. Id. Febr. eurus —— III. Idus eurus.
16. finienda eft —— fida.
17. eft, iam —— etiam.
vt —— autem.
cui —— quae.

18. vel

18. vel — *abest.*
vitiaria — vinearia.
malleolisque — malleolusque.
recentissimis — *abest.*
pangenda — pangendus.
19. quoque — *abest.*
arbustorum ramos e — arbustis et.
aut — ramos et.
et — *abest.*
iacens — facile.
20. trimestrium — trimenstruum.
administretur — administraretur.
Martii — SS. *et paullo post.*
22. ventosa — ventorum.
23. est — *abest.*
24. Martii — SS. *et paullo post.*
26. vtiliterque — vtiliter.
longe — *abest.*
ponuntur — deponuntur.
Sarritura — Sartura.
28. dipondio semisse — dupondii semissis.
30. orthocissos — *abest.*
36. se — *abest.*
vesperi — vespere.
38. possint — possunt.
et (resarc.) — *abest.*
40. obligat — alligat.
LXV — LXX.
42. idem — *abest.*
43. Euronotus — Eurinus; *paullo p. iterum.*
44. veteranam — *sic.*
aut amissi — et mulsi.
46. fructiferae — frugiferae.
lirantur — linantur.
48. (pabulum . . . oportet) — *absunt.*
49. qui — *abest.*
a Graecis — Graece.
50. aluos — alueos.
51. Cepheus — Cetheus.
Sexto — V.
Iulii — SS.
52. mane — *abest.*
(Nono . . . significat) — *absunt.*
clare — *abest.*
53. Quarto — septimo.
clarae stellae — clara stella.
exoriuntur — exoritur.
55. fodiendis — *abest.*
colendisue — colendis.
iam — *abest.*
58. Hoc — Et hoc.
60. resoluitur — soluitur.
et inoccantur — et ita inoccantur.
66. etiam — *abest.*
interdum et pluuiam — *absunt.*
autumnale pluuiam — plerumque.
69. opportunum — optimum.
vt — *abest.*
aestiuante — *abest.*
percoqui — precipi.
70. sciat — sciet.
71. siliquam — siliqua.
72. quem — quod.
percipiendum — *sic.*
75. nouem vel decem ordei modios — *absunt.*
vel panici — *abest.*
76. vnum vel — *abest.*
amplius lini seminis — *absunt.*
nouem — VIII.
ciceris modios duos vel tres — *absunt.*
quatuor — III.
denum, latis pedum — *abest.*
tempestas — temperat.
rorat — rorat tantummodo iugulae exoriuntur vespere.
77. Decimo tertio — XIIII.
81. aliam — vllam.
sementim — sementem.
potest — possit.
obrui — obruere.
tolli — tollere.
intererunt — *sic.*
83. detur — *abest.*
Hyginus — *sic.*
per ver — praebueris.
84. VII. — V.
significat tempestatem — tempestatem significat.
hiemat — *abest.*
Vulturnus — Vulturnius.
Sexto Idus Nouembris Vergiliae mane occid. — *absunt.*
Quinto — Quarto.
86. vehes — vehis.
stercoris habet — stercoris vna habet.
quinos — quinque.
87. ablaqueant — oblaqueant.
88. Idibus Nouembris — Idus Nouembres.
93. irrorat — et rorat.
nam frigidis — nam locis frigidis.
94. Sexto — VIII.
95. causa — causam.
99. ilice vel — siliquis et.
siccam — *abest.*
mense — *abest.*
100. aruo — eruo.

C. III.

C. III.

1 - 2. Democritus . . . munimus — *absunt.*
4. et latitudinis — *abest.*
5. eligi — legi.
6. possint — possit.
circa — citra.
7. superscendant — super se pandant.
8. [prius] — *abest.*
9. ne per — neue per.
11. conuertemus — conuertamus.
et — sed.
14. chaerephylli — chaerfolii.
15. sinapis — sinapi.
etiam nunc — iam potius.
18. aestatem — aestum.
19. operam postulare — postulare operam.
20. ἀφροσκόροδον — ἀφροσκόδον.
spicas — sticas. *Salm. ad Sol. p.* 822.
22. vt — *abest.*
recondita — fere condita.
inodorare — odorari.
24. farrita — farta.
25. ponitur — ponuntur.
dispergitur — dispangitur.
26. autem — que.
quoque — quidque.
earum — et eorum.
veluti — vt.
differitur — differtur.
27. vsque — *deest.*
Idus April. — Idus Octobres.
29. circa — ante.
melius — melior.
30. secari — secare.
quaternos — quatuor.
31. est — ferendum est.
in (singulis) — *deest.*
32. alius — aliud.
transfertur — transferuntur.
33. sed — *sic.*
praecipue — precipue.
releget — liget.
in — *abest.*
obruet — obruat.
coerceas — *sic.*
36. ἱπποσέλινον — ἱπποσέλινον πετροσέλινον.
σμύρνιον — σμυρναιον.
37. atque (edomitam) — et.
38. runcarique — runcareque.
permanet — manet.
39. nascuntur — nascantur.
Hae — ea.
feruntur — seruatur.
40. ita pinsito — in illo.
fruticibus — fructibus.
42. hortus — locus.
ἀτράφαξον — ἀνδράφαξιν. *et paullo post pro* ἀτράφαξυς, ἀνδράφαξις.
43. corrudam — corundam.
spongias — phongeas.
madidum — validum.
stercoratumque — stercorosumque.
44. spongiolae — fongiae.
45. adhuc — vix adhuc.
inualidisque — validis.
est (tollendus) — *abest.*
46. collectis — electis.
eius — eius cum.
48. ministrari — ministrare.
sulci faciendi sunt — fossa facienda est.
49. exaruerint — exaruerunt.
50. caeteris — aeris.
51. conficiatur — confiat. *V. Heins. ad Virgil. Aen.* 4, 116.
53. Bolum Mendesium — Volumendesium.
ita — itaque.
materna — macerata.
sicque — sic.
57. aliquod — aliquid.
coeperint — coeperit.
60. culex — pulex.
id quoque — idque.
[etiam] — *abest.*
feruntur — obferentur.
61. nos — non.
minus larga — larga non.
62. vastiora — laetiora.
cum — *abest.*
patitur — patiatur.
rapum et — sicut.
raphanum — rapharum.
seruantque — seruarique.
63. iisque — *abest.*
virgae transuersae imponuntur — virgaeque.
65. instructum, atque — *absunt.*

LIBER XII.

Hic librorum omnium repetuntur argumenta singulis libris praefixa.

L. I. M. Col. Rei Rusticae L. XIII.
Villicae.
Praef.

1. et (ne) — *abest.*
praepararentur — praeparentur.
2. intus — *abest.*
qui — quae.
reconderet atque custodiret — reconderentur.
alio

alio genere — genere alio.
3. caetera — ea.
fruges et caetera — frugis caeteraque.
tecto — tecti.
custodienda — custodiendi.
aut — *abest.*
4. a (natura) — *abest.*
7. et (deinde) — *abest.*
non — quod.
diligentiae — *abest.*
8. sedulitas — *abest.*
industriae — industria.
9. sedentes — *abest.*
confectas — confectae.
habeant — sint.
pretiosiores alias a viris — *absunt.*
pelliceant — placeant.
tempus — *abest.*
morari — moram.
10. prosequar — persequar.

C. I.

1. pulcherrimi — pulcherrima.
2. et (auersum) — *sic.*
contubernio — a contubernio.
3. [etiam] — *abest.*
4. tantummodo — *abest.*
capessenda — capessuntur.
erit diligentior — diligentior erit.
villica, si meminerit ibi — *abest.*
ratio frequenter — frequenter ratio.
5. diurna cessatione — diurna cessendo.

C. II.

1. recondita — *abest.*
in — *abest.*
in (vndecimo) — *abest.*
de officio villici — de villico.
3. in re — rei.
5. eadem — enim.
6. haec — *abest.*

C. III.

1. ad — *abest.*
seponebantur — separabantur.
2. conficiendum — comparandum.
vt assolent — et adsolent.
constituebantur — construebantur.
pertinerent — pertinent.
quod — *abest.*
3. ipsa ei — ipsis.
qui vti — qui his vti.
solet — solent.
ea ponerent — exponerent.

4. singulis — omnium.
cuique sua — omnia.
annumerauimus — adnumerauimus.
5. antiqui per — *sic.*
Ischomachi — Schomachi.
desidiaue — desidiaque.
6. seruilis — seruulis.
8. bubilia — bouilia.
mundanda — emundanda. *V. L.* 2, *c.* 15.
et ornata — *abest.*
aut metientibus — *abest.*
9. vellerum quoque — vero earum vtique.
etiam — *abest.*
ferramenta — aeramenta.
si — quae.
10. ciuitatibus — ciuilibus.

C. IV.

1. vere — fere.
herbis — *abest.*
2. Paxamus — Phaxames.
otium — vacuum.
Maenas — Mecenas.
diligentiam — *sic.*
instituere — instruere.
3. ab impube — impubi.
5. aequaliter — aequali.
cum — quoniam.
conseruet — construet.
conficiuntur — confieri. *V. Heins. ad. Virg. Aen.* 4, 116.

C. V.

vini vapidi, vt acre fiat — *absunt.*
sextarios — sestarios.
duodequinquaginta — quadraginta octo.
sextarium — sestarium.
subterito — haec subterito.

C. VI.

1. In eam — *abest.*
est — *sic.*
2. aliam [in id vas facere] — facere aliam.
opertam — operta.
Est — Et est.

C. VII.

1. cole antequam — caule florem antequam *post* silentes *add.* florem.
coliculis — coliculo.
2. ruscus — et ruscum.
lapsana — *abest.*
3. ius — *abest.*
4. exponito — reponito.

adiectas — adici. tum.
5. caulem — caulo.
posset — possit.
cunila — canela, *semper*.

C. VIII.

2. deinde operculo — Operculo deinde imposito, oblinito *omisso* et. *v. Oudendorp. ad Suet. Oth.* 12.
ante — antea.

C. IX.

1. muria — in muria.
macerare — macerari.
2. nec pati sitire — neque patis nec itinere.

C. X.

1. vnionem — vniuersi.
3. maturissima — maturrima.
4. Dolabelliana — Dolauelliana.
percruda — cruda.
operculo deinde imposito — operculum deinde impositum.
6. villico — villica.

C. XI.

1. mella — melle.
exceptum — exemptum.
2. quod — quia.

C. XII.

1. seposita ea — seposita.
etiam — quae.
2. cum — qui.
3. vt — sicut.

C. XIII.

1. quo — quod.
per — propter.
2. portulaca — protulacam.
olus — holos.
satiuum — satiuam.

C. XIV.

vel — aut.
rustici — rusticis.

C. XV.

1. occasum — occasu.
accliues — adcliues.
inarescentem — viscentem.
2. vasis repletis — repletis vasis.
3. expandunt — eas expandunt.
4. formam — farinam.
exegerit — exigerit.
5. arescere — viescere.
in (vasis) — *abest*.

C. XVI.

2. crate disponito — crateriis ponito.
3. cinere — cineream.
4. desuper — super.
5. pomum etiam — pomum in passo, quidam etiam.
aridi — spissi.
deprimantur — deprimatur.

C. XVII.

1. etiam — *abest*.

C. XVIII.

2. perenne — perennie.
falculae — faculae.
4. vt omnia — vt et omnia.
qui — *sic*.
6. complures — hae complures.
7. sunt autem satis — satis autem.
sesquicullearibus — *sic*.

C. XIX.

3. deferemus — conferemus.
leuique — lenique.
4. ex crudo — sed crudo.
subsederit — supersederit.
5. vel — saepe.
quod aliquando contingit — *abest*.
6. ipsa — *abest*.

C. XX.

1. diligenter — indiligenter.
medicamine — medicamento tunc.
vitiatur — vitiat.
2. quod si — quod etiam si.
consedit — considit.
3. nam — *abest*.
4. dum defrigescit — cum defrigescat.
5. costum — *sic*.
myrrhae — murram pondo.
quincunx — quicunx.
6. cripae — crispae.
7. singulis — in singulis.

C. XXI.

1. decoquatur — decoquetur.
etiam — et.
sed — et.
2. iam — *abest*.
4. vina — *abest*.
altiori — altiore.
5. reponet — reponat et.
eliquatam — eliquata.
eosque — aquae.

C. XXII.

C. XXII.

1. lixiuiae —— lexiuae.
lixiuiam —— lexiuam. *mox pro* lixiuiae, lexiuae *et passim.*
alterius quam —— alterius notae quam.
purissimae quinque —— purissimae et quam optimae X pondo et resinae quam purissimae quinque. *haec antiqua manus in margine.*
3. autem —— *abest.*

C. XXIII.

2. tunc —— tum.
rutabulo —— rotabulo.
3. eidem —— eiusdem.
autem —— *sic.*

C. XXIV.

1. immiscemus —— immiscebimus.
2. deinde —— dein.
siderit —— sederit.

C. XXV.

1. etiam —— enim.
2. vel —— *abest.*
3. salis sextarius —— salis candidi sextarii sex.

C. XXVI.

1. corbem —— cornam.
2. vas —— vasa.
VII —— L

C. XXVIII.

1. Alia medicamimum genera vini conditur is . . . . facito —— *absunt.*
in ferias —— *sic.*
3. quiescere —— liquescere.
vere —— per ver.
defecatum —— effecatum.

C. XXX.

2. quadrantem —— quadrante.

C. XXXI.

vti —— *abest.*
adoleatur —— *sic. et Edd. vulg.*

C. XXXII.

quam vinum voles —— quam voles vinum.

C. XXXIII.

2. improbo —— probo.

C. XXXIV.

Hoc ipsum . . . patiuntur —— *ad cap.* XXXIII. *referuntur.*
dixi —— *deest.*
non dulce —— non est dulce.
dispumetur —— despumatur.

C. XXXV.

et glechoniten —— *sic.*

C. XXXVII.

XLIX. —— XLVIII.
vini —— vino.

C. XXXVIII.

1. sunt genera —— genera sunt.
4. super imponitur —— superponitur.
5. Vinum . . . temperato —— *absunt.*
dispumato —— despumato.
nam —— quoniam.
6. ligneo —— lineo.
7. perterunt —— posterunt.
tum —— dum.
quod —— *sic.*
pertriuerant —— protriuerant.
myrteae —— myrtitis.
compositio —— compositiones.
8. poterit —— possit.

C. XXXIX.

1. combiberint vuae —— combiberit vuas.
impleuerint —— impleuerit.
2. vel triginta —— *desunt.*
3. Passum . . . volueris —— *absunt.*
Apianam —— Appianam.
conspergito —— inspargito.
superponito, vt —— *absunt.*
4. superiores —— superioris.

C. XL.

vinacea —— vinaceo.
et (spumas) —— *abest.*

C. XLI.

1. trigesimum —— vicesimum.
2. Conditura . . . modo —— *absunt.*
3. subsiderunt —— subsederunt.

C. XLII.

nam —— quoniam.
licebit aperiri —— licet aperias.
vti —— vtaris.

C. XLIII.

2. patinas —— patenas.
similiter instruito —— similiter super instruito.
et impositum —— et ita compositum. *a. m. pr.*
4. scobe virides —— scobe et virides.
6. picari —— picato.
7. appositi —— apposite.
opercula —— operculata.
quae partes —— qua parte.
8. crassa —— grossa.
halitu —— halitus.
rumpuntur et —— corrumpunt. eae.

9. fircitulas —— fcirriculas.
decrefcit —— *fic.*
lectiffimae —— rectiffime.
leguntur: deinde —— leguntur. ftatim pediculi earum picantur deinde.
10. forficibus —— forpicibus.
refolutaque —— refoluta.
interculcari —— intercalcari.
11. dolium completur tabulatis ollarum, ... inculc. —— doliis extruuntur ollae et fpiffe incalcantur.
tamen —— autem.

C. XLIV.

1. et cetarii —— *abeft.*
falgamarii —— falgamari.
vti funt inprimis o. g. mala —— *abfunt.*
2. vt a granatis incipiam —— *abfunt.*
in arbore intorquent —— *fic.*
3. et fambuco —— *abeft.*
[quoniam . . . . recipiat] . . . . circumlinitur —— *abfunt.*
humo —— humus.
4. fuperaggeretur —— fuperaggeratur.
idem in —— idem etiam in.
elicere —— adicitur.
5. fpartoue illigata —— vel fparto ligata.
6. fcobs —— fcobis.
donec —— itaque fic facere donec.
vrceus —— vrcilus.
liniunt —— linunt.

C. XLV.

1. fubigunt —— fubiciunt.
liniunt —— linunt.
3. interdum —— inter cibum.
melomeli —— *fic.*
4. eft, fed ratio quam —— effe.
5. poffunt alia —— poffunt etiam alia.
Seftiana —— Caefiana.
fagineae —— faginae.
tiliagineae —— *fic.*
loco —— *abeft.*
fubftrata —— cartha fubftrata.
contingatur —— contegatur.
6. Ita —— item.
fic vt praedixi —— ficut fupra dixi.
7. vt —— *abeft.*

C. XLVI.

1. Conditura fic fiet —— curatio.
eius radicem —— radices eius.
cacabo —— cacabulo.
inuri poffint —— femicrudae fint.
poft haec —— poft hoc.
2. cunila impofita —— ius infundito, quod eam compofitionem habeat, vt.
vt hoc —— eo.
3. craffamentum —— craffamen.
fi (fit) —— *abeft.*
perfecte —— *fic.*
4. dimittant —— demittant.

C. XLVII.

2. orchitam —— horbadem.
primum —— prima.
vrceolo —— vrciola.
3. contuderint —— contunderint.
infecuerint —— inliferint.
4. diftrictas —— tringinto et.
arido —— in arido.
7. maturuerit —— vbi commaturuerit.
immiftis —— miftis.
poffet —— poffit.
8. hae cum exeunt —— haec fic.
poffunt —— poffit.
cum —— *abeft.*
petiolo —— peciolae.
9. vannis —— cannis.
10. quae vti —— quanta.
11. liquamine: tum demum —— liquidatum.

C. XLVIII.

1. Sequitur . . . repetit —— *ad C. XLVII. referuntur.*
quoniam —— quia iam.
2. ficque triginta —— quadraginta.
confudafcere —— confudefcere.
3. aliqui duas partes et vnam aceti —— *abfunt.*
et falis —— et fimiliter deinde falis tum iterum oliuarum et fimiliter fupra falis.
et cribratam —— et iam cribratam.
melle —— mella.
copia —— copiofa.
4. et —— fed.
mitti —— emitti.
5. ne —— non.
fpongia —— fpongea.
maffulis falis miftis —— maxime falis micis.
ftatura —— ftatiuam.
in vrceum —— in vas, id eft in vrceum.
vt —— et.

C. XLIX.

1. et —— *abeft.*
eximuntur —— eliguntur.
2. autem (funt) —— *abeft.*
carpum —— careum.

C. L.

C. L.

2. cum — quoniam.
vt — *abeſt.*
debeat — debet.
3. feratur — inferatur.
immodica — *abeſt.*
imponantur — importentur.
5. cauum lapidem — canalem lapideum.
conſiſtat — conſiſtant.
habere — haberi.
6. quoniam — Tum.
8. ſicut — ſic et.
et ſpartei — vel ſpartei.
refugiunt — fugiunt.
9. intermittitur — intermittetur.
10. mundatam — emundatam *vt ſupra et ſ.* 14.
fiſcinis — fiſcis *et p. p.*
13. quoniam — vt qù iam.
deſideratur — deſideretur.
14. ſed (ſemel) — *abeſt.*
eluantur — *ſic.*
16. pallorem capiant — pallorem aut malum odorem capiant.
18. ex ea — *abeſt.*
creſcere — grandeſcere.
19. olei quieta — ſequietae.
recens bacca — recentis baccae.
20. ſi id maxime — vt maxime id.
eſſet — eſſe.
quidquid — quidquam.
non prouentum ſed detrimentum ſenties — *abſunt.*
21. vbi exeſa — vbi vel exeſa.
22. probum — *ſic.*
aut piſcina — aut in piſcina.

C. LI.

1. olearium — oleare.
lineum — linteum.
cum ſaxi ponduſculo — *abſunt.*
2. cardamomi xylobalſami — cardamo mixto balſami.
vino — primo.
per ſe — apertae.
3. depleto — repleto.

C. LIII.

1. abunde diximus — dixiſſe abunde eſt.
vitioſam — incynoſam.
3. perlui — elui.
paululum — paulum.
4. quae talis eſt — *abſunt.*
prohibiti — prohibitae.
feriam — feria.
in vas comprimitur — iouas comteritur.

C. LIV.

1. Raporum — Rapa.
rapum — rapa.
aſperſa — inſperſa.
2. neque ſpiſſe — neque non ſpiſſe.
aptatam tabulam — apta tabula.
vt vſque . . . pondera ſuperponito — *abſunt.*
3. caulem aut cymam f. — caulem agant et cymam f.

C. LV.

2. exſaniaueris — exaniaueris.
embammata — embamma.

C. LVI.

exerito — eruito.
defricato — diffrictam.

C. LVII.

2. iuglandes — grandes.
inſerito — interito.
permiſceto, cui — permiſce tum.
4. laſeris — laridis.
5. ſextantem, — ſeſtantem, mente aridae ſeſtantem.
cum laſer non — Syria cum laſar.
mellis — melius.
6. dedit — *abeſt.*

LIBER DE ARBORIBVS.

V. Supra.

C. I.

1. eſt (magis) — *abeſt.*
vnum — vnde.
praecipuum — praecipiendum.
ficus; — ficus, pirus.
vt roſae — vt violae, roſae.
3. generoſitatis — geoſitatis.
4. aſſueſcat humori — aſſueſcit humore.
5. humori — humore.
vtcunque — vtrimque.
cliuum — cliuoſum.
continentem — *abeſt.*
ſi — ſed.
interuenerit — interuenit.

C. II.

1. cum — tum.
abluatur — abluit.
vno — *abeſt.*

Sic enim —— Tum enim.
2. quae incorr. —— quae integrae et incorr.
prouenimt —— perueniunt.
praeripiuntur —— praecipientur.

C. III.

1. summa in vite lecta, quae —— a summa vite vita lectae aeque.
sed et —— sed ea.
celerrime —— celeriter.
2. natura feracem —— maturam.
vindemiabis —— vindemiaueris.
3. et (a decima) —— *abest.*
vigesima —— vicesima ad tricesimam.
4. Haec melior —— Haec vel melior.
ita ne —— ita vt ne.
5. enutriant —— nutriant.
quod —— quo.
6. colaueris —— conderit.
7. terrae, et vites —— terrae refrigerant et mediocri vites.

C. IV.

1. tum —— tunc.
quae est a terra subrecta —— est aponi surpata.
consistens. Id genus —— consistet ingens.
iugatae —— iugatum.
2. proiecta —— porrecta.
repastinabitur —— repastinatur.
3. pedum duorum [altum, et] —— altum duorum.
vites deponantur —— vitis deponatur.
4. laxius xero —— *abest.*
pedes VII, vel VIII. —— VII. vel VIII. pedes.
sed —— *abest.*
quinque —— quina.
premant —— premat.
(sed) tamen —— *abest.*
5. vinaceae [que] et —— vinaceis.

C. V.

1. relinquito. —— relinquito alteras tollito.
2. erimus factori —— eris facturis.
vnam —— vna.
submittito —— summittito.
ne possint —— quo possint.
deinde —— et deinde.
rectissime —— rotundissime.
submittentur —— submittuntur.
3. ablaqueare —— oblaqueare *et mox* oblaqueatam.
ablaqueatione —— oblaqueatione. *semper.*
eoque —— eo quod.
4. inolescunt —— inalescunt.

C. VI.

1. summa —— prima.
quamobrem —— *abest.*
aridos —— peraridos.
in corpore —— *abest.*
2. eo vsque —— vsque eo.
curuari —— curari.
ablaqueato, —— oblaqueato eam.
3. firmas et longas —— longas et firmas.
propagabis —— propaginibus.
per triennium post cum —— triennio cum.
conualescet —— conualescat.
enecabis —— onerabis.
prospiciens —— prospicies.
In postremum —— Posterum.
4. in alto sitas —— alte positas.
ablaqueaueris —— oblaqueaueris.
resecato —— sic resecato.
truncum —— trunci.
5. materias det ex —— materias citet.

C. VII.

1. scinditur —— finditur.
diducenda —— deducenda.
demonstremus —— demonstrauimus.
2. propago —— propala.
perueniant —— perueniunt.
abradito —— adradito.
3. abradas —— adradas.
4. straueris —— statueris.
demittas —— dimittas.
vti —— vt.
propagetur —— propaletur.
5. diducenda —— deducenda.
findas —— findas eam.
6. demissa —— dimissa.
reformidaueris —— reformideris.
praecideris —— et praecideris.
ne minus —— minime.

C. VIII.

1. tenuissime —— tenuissimo.
abradito —— *abest.*
2. demittito —— dimittito.
vimine vel vlmi libro diligenter —— vimide vluidini legenter. *leg. f.* vimine vlmi diligenter.
atque —— *abest.*
operitoque —— *abest.*
et ita alligato —— et adligato.
3. propter —— et propter.
peruita —— praeusta.
perraro —— pariaro.
4. gallicam —— gallinaceam.

quod

quod — quia.
fic facito — facere *omiſſo* fic.
5. fi quae — fi.
quem — quae.
fcipiones — inftar ad erui.
habuerint — habuerunt.
Haec — *abeſt.*
vuaeque fuccum — eaeque fructum.

C. IX.

1. generis fumito — gen. ac faporis colorisque fumito.
et — ac.
3. Vt . . . nafcantur — *abſunt.*
allidas — alliges.

C. X.

4. puluinuli altiores — pulli alidiores.

C. XI.

1. Vineam — Vinea.
diligenter — bene.
expeditius — expeditur.
quoque — quo.
vuae — *abeſt.*
2. perurantur — praeurantur.

C. XII.

1. et (cum) — *abeſt.*
2. aliquantulum — aliquantum.

C. XIII.

vinea — vineam.

C. XIV.

fracibus — fragibus.
imam vineam — *fic.*
formicae — formicam.

C. XVI.

1. Opulus — Populus.
non (idoneam) — *abeſt.*
opulus — populus.
libentius — vel liuentius.
2. pedum — *abeſt.*
quoquouerfus — quoquo annum.
opulum — populum *fic et mox.*
deponant — deponat.
deponatur — difponatur.
3. citra — *abeſt.*
formabis — formaris.
et (fuperuacuos) — *abeſt.*
relinquens — relinques.
annis, fexto — annis putabis, fexto.
et (femiffem) — *abeſt.*
4. ne minorem quidem — de minus.
vero — vere.

deinde vbi — cum deinde.
eius (mater.) — *abeſt.*
in eo — *fic.*

C. XVII.

1. laetas frondes — laetam frondem.
autem (placet) *abeſt.*
aut mox — autumno.
aut (ante) — *abeſt.*
2. a (fcrobe) — *abeſt.*
in medium — in medio.
oportet — *abeſt.*
terrae — terram.
in fcrobe — fcrobem *omiſſo* in.
ftercora — ftercori.
immifcendo — immifcere.
3. paufia — pofita.
orchis — orcita.
quae neque — non fine.
funt — neque fui.
morietur — emorietur.
vermes quidam . . . educantur — quidam vermes, quirunt educuntur in radice quercus nafcuntur.
4. transferantur — transferat.
quas praeter — quae contra.
tractu — *abeſt.*

C. XVIII.

1. quidem — *abeſt.*
prius — fepius.
perfracta — praefracta.
quam adolefcant — *abſunt.*
2. imbecillae — imbecilla.
a valentioribus premantur — a valentiore prematur.

C. XIX.

1. pomaria — poma.
minimum — minime.
completo — inpleto.
patentioresque — patientioresque.
2. effe debet — eft.
euagentur — vagentur.
hieme — *abeſt.*
3. raris — pares.
ferito — fepito.
quicquam — quid.
eas — *deeſt.*
interrafer is — interuulferis.
ordines — ordinem.
verfuris — volferis.

C. XX.

TAB. I.



Piscina oblonga porticum versus

Accessus semita in tholum. potest etiam fuisse angustior.



… qua itur in aream

…ulatio, et inferius flumen.

C.P. Boelius fec.

370. Tartesiacos —— partesiacos.
373. lapathos —— laphatos.
374. scylla —— stilla.
hirsuta —— hirsuto.
375. corruda —— curruda.
376. andrachne —— andrachniae.
antes —— antas.
377. faselius —— phaselos.
378. chelidri —— cylindri *V. D.*
393. Foetidus —— Foetibus et *V. D.*
succo —— succoque et.
quoque —— *abest.*
394. trichila —— tricleam.
395. nimio —— nimium.
407. expositi patrio — exposito patriae.
laeti —— laeta *Salmas. Plin. p.* 426.
410. persica —— praecoca.
411. manent —— madent. *S. et V. D.*
414. Caunis —— cannis *V. D.*
418. Libysca —— libyssa *V. D.*
426. tua —— iam.
429. Maenalium —— Nyctilium *V. D.*
431. et —— ac *V. D.*
multo —— musto *S. et V. D.*
hort
433. aruorum —— agrorum. *S. et V. D.*

LIBER XI.

— Rei Rusticae Cepurius de cultu hortorum liber XI, Explicit. Incipit Lib. XII.

C. I.

1. agricolationum —— agricolarum.
excudit —— extudit.
2. idem —— *abest.*
3. ille —— alter.
hic —— alter.
anno trigesimo —— annis quinque et triginta.
sexagesimum —— sexagesimum et quintum.
4. edoceat —— et doceat.
docetur —— *sic.*
5. vir —— *abest.*
Ischomachus —— Schomachus.
sunt —— *sic.*
6 - 8. (nostrae - - Qualitas) —— *absunt.*
ita —— itaque.
segetes —— vt segetes.
9. quem —— quod.
reprehendisse —— reprehendi.
loquor —— loquamur.
10. pepererit —— ceperit.
13. domesticum —— domestici.
etiam —— *abest.*
externum —— exteri.
effugiunt —— officiunt.
potest —— possit.
18. relinquat —— reliquerit.
Tum —— tunc.
noxam —— noxiam.
21. sagatis —— sagaceis.
hiemalis dies —— hiemalibus diebus.
singulis —— omnibus.
22. compedibus diligenter —— diligenter compedibus.
resoluat —— soluat.
24. eum —— *abest.*
aeris —— non est.
exigitur —— *abest.*
25. Iam illa —— Illa iam.
26 - 28. vel nequissimi - - quicquid — *absunt.*
emendatum —— emendata.
factum —— facti.
30. quidque —— *sic.*
oporteat —— oportet.
siderum coeli —— siderum et coeli.
32. quantum vis —— quamuis.
continget —— contingit.

C. II.

1. Itaque —— Itemque.
2. discedamus —— desistamus.
4. XV. Cal. Feb. —— XII. Cal $\overline{SS}$
Feb. —— $\overline{S}$.
5. IX. C. Febr. —— VIII. Sept.
VI Calen. Febr. —— $\overline{Sep}$.
V. Cal. Februar. —— $\overline{Sep}$.
quae —— qui.
6. semestrium —— feminenstruum. *v. Oudend. ad Suet. Caes.* 80.
8. et (vligin.) —— *abest.*
(post . . . arandi) —— *absunt.*
9. eorumque —— earumque.
farritio —— fartio.
10. creuerit —— creuit.
13. per quadrata debet — debet per quadratos.
pedum —— pedes.
haec —— hoc.
ad —— in.
15. Febr. —— Septemb.
VI. Idus Febr. —— $\overline{SS}$.
nota est, quae fere semper in hoc codice pro omnibus mensibus promiscue adhibetur.
III. Id. Febr. eurus —— III. Idus eurus.
16. finienda est —— fida.
17. est, iam —— etiam.
vt —— autem.
cui —— quae.

18. vel

18. vel — *abest.*
vitiaria — vinearia.
malleolisque — malleolusque.
recentissimis — *abest.*
pangenda — pangendus.
19. quoque — *abest.*
arbustorum ramos e — arbustis et.
aut — ramos et.
et — *abest.*
iacens — facile.
20. trimestrium — trimenstruum.
administretur — administraretur.
Martii — SS. *et paullo post.*
22. ventosa — ventorum.
23. est — *abest.*
24. Martii — SS. *et paullo post.*
26. vtiliterque — vtiliter.
longe — *abest.*
ponuntur — deponuntur.
Sarritura — Sartura.
28. dipondio semisse — dupondii semissis.
30. orthocissos — *abest.*
36. se — *abest.*
vesperi — vespere.
38. possint — possunt.
et (resarc.) — *abest.*
40. obligat — alligat.
LXV — LXX.
42. idem — *abest.*
43. Euronotus — Eurinus; *paullo p. iterum.*
44. veteranam — *sic.*
aut amissi — et mulsi.
46. fructiferae — frugiferae.
lirantur — linantur.
48. (pabulum . . . oportet) — *absunt.*
49. qui — *abest.*
a Graecis — Graece.
50. aluos — alueos.
51. Cepheus — Cetheus.
Sexto — V.
Iulii — SS.
52. mane — *abest.*
(Nono . . . significat) — *absunt.*
clare — *abest.*
53. Quarto — septimo.
clarae stellae — clara stella.
exoriuntur — exoritur.
55. fodiendis — *abest.*
colendisue — colendis.
iam — *abest.*
58. Hoc — Et hoc.
60. resoluitur — soluitur.
et inoccantur — et ita inoccantur.
66. etiam — *abest.*
interdum et pluuiam — *absunt.*
autumnale pluuiam — plerumque.
69. opportunum — optimum.
vt — *abest.*
aestiuante — *abest.*
percoqui — precipi.
70. sciat — sciet.
71. siliquam — siliqua.
72. quem — quod.
percipiendum — *sic.*
75. nouem vel decem ordei modios — *absunt.*
vel panici — *abest.*
76. vnum vel — *abest.*
amplius lini seminis — *absunt.*
nouem — VIII.
ciceris modios duos vel tres — *absunt.*
quatuor — III.
denum, latis pedum — *abest.*
tempestas — temperat.
rorat — rorat tantummodo iugulae exoriuntur vespere.
77. Decimo tertio — XIIII.
81. aliam — vllam.
sementim — sementem.
potest — possit.
obrui — obruere.
tolli — tollere.
intererunt — *sic.*
83. detur — *abest.*
Hyginus — *sic.*
per ver — praebueris.
84. VII. — V.
significat tempestatem — tempestatem significat.
hiemat — *abest.*
Vulturnus — Vulturnius.
Sexto Idus Nouembris Vergiliae mane cecid. — *absunt.*
Quinto — Quarto.
86. vehes — vehis.
stercoris habet — stercoris vna habet.
quinos — quinque.
87. ablaqueant — oblaqueant.
88. Idibus Nouembris — Idus Nouembres.
93. irrorat — et rorat.
nam frigidis — nam locis frigidis.
94. Sexto — VIII.
95. causa — causam.
99. ilice vel — siliquis et.
siccam — *abest.*
mense — *abest.*
100. aruo — eruo.

C. III.

C. III.

1 - - 2. Democritus . . . munimus — *absunt.*
4. et latitudinis — *abest.*
5. eligi — legi.
6. possint — possit.
circa — citra.
7. superscendant — super se pandant.
8. [prius] — *abest.*
9. ne per — neue per.
11. conuertemus — conuertamus.
et — sed.
14. chaerephylli — chaerfolii.
15. sinapis — sinapi.
etiam nunc — iam potius.
18. aestatem — aestum.
19. operam postulare — postulare operam.
20. ἀφροσκόροδον — ἀφροσκόδον.
spicas — sticas. *Salm. ad Sol. p.* 822.
22. vt — *abest.*
recondita — fere condita.
inodorare — odorari.
24. farrita — farta.
25. ponitur — ponuntur.
dispergitur — dispangitur.
26. autem — que.
quoque — quidque.
earum — et eorum.
veluti — vt.
differitur — differtur.
27. vsque — *deest.*
Idus April. — Idus Octobres.
29. circa — ante.
melius — melior.
30. secari — secare.
quaternos — quatuor.
31. est — ferendum est.
in (singulis) — *deest.*
32. alius — aliud.
transfertur — transferuntur.
33. sed — *sic.*
praecipue — precipue.
releges — liges.
in — *abest.*
obruet — obruat.
coerceas — *sic.*
36. ἱπποσέλινον — ἱπποσέλινον πετροσέλινον.
σμύρνιον — σμυρναιον.
37. atque (edomitam) — et.
38. runcarique — runcareque.
permanet — manet.
39. nascuntur — nascantur.
Hae — ea.
feruntur — seruatur.
40. ita pinsito — in illo.
fruticibus — fructibus.
42. hortus — locus.
ἀνδράφαξον — ἀνδράφαξιν. *et paullo post pro* ἀνδράφαξυς, ἀνδράφαξις.
43. corrudam — corundam.
spongias — phongeas.
madidum — validum.
stercoratumque — stercorosumque.
44. spongiolae — fongiae.
45. adhuc — vix adhuc.
inualidisque — validis.
est (tollendus) — *abest.*
46. collectis — electis.
eius — eius cum.
48. ministrari — ministrare.
sulci faciendi sunt — fossa facienda est.
49. exaruerint — exaruerunt.
50. caeteris — aeris.
51. conficiatur — confiat. *V. Heinf. ad Virgil. Aen.* 4, 116.
53. Bolum Mendesium — Volumendesium.
ita — itaque.
materna — macerata.
sicque — sic.
57. aliquod — aliquid.
coeperint — coeperit.
60. culex — pulex.
id quoque — idque.
[etiam] — *abest.*
feruntur — obserentur.
61. nos — non.
minus larga — larga non.
62. vastiora — laetiora.
cum — *abest.*
patitur — patiatur.
rapum et — sicut.
raphanum — rapharum.
seruantque — seruarique.
63. iisque — *abest.*
virgae transuersae imponuntur — virgaeque.
65. instructum, atque — *absunt.*

LIBER XII.

Hic librorum omnium repetuntur argumenta singulis libris praefixa.

L. I. M. Col. Rei Rusticae L. XIII.
Villicae.

Praef.

1. et (ne) — *abest.*
praepararentur — praeparentur.
2. intus — *abest.*
qui — quae.
reconderet atque custodiret — reconderentur.

alio

alio genere — genere alio.
3. caetera — ea.
fruges et caetera — frugis caeteraque.
tecto — tecti.
custodienda — custodiendi.
aut — *abest.*
4. a (natura) — *abest.*
7. et (deinde) — *abest,*
non — quod.
diligentiae — *abest.*
8. sedulitas — *abest.*
industriae — industria.
9. sedentes — *abest.*
confectas — confectae.
habeant — sint.
pretiosiores alias a viris — *absunt.*
pelliceant — placeant.
tempus — *abest.*
morari — moram.
10. prosequar — persequar.

C. I.

1. pulcherrimi — pulcherrima.
2. et (auersum) — *sic.*
contubernio — a contubernio.
3. [etiam] — *abest.*
4. tantummodo — *abest.*
capessenda — capessuntur.
erit diligentior — diligentior erit.
villica, si meminerit ibi — *abest.*
ratio frequenter — frequenter ratio.
5. diurna cessatione — diurna cessendo.

C. II.

1. recondita — *abest.*
in — *abest.*
in (vndecimo) — *abest.*
de officio villici — de villico.
3. in re — rei.
5. eadem — enim.
6. haec — *abest.*

C. III.

1. ad — *abest.*
seponebantur — separabantur.
2. conficiendum — comparandum.
vt assolent — et adsolent.
constituebantur — construebantur.
pertinerent — pertinent.
quod — *abest.*
3. ipsa ei — ipsis.
qui vti — qui his vti.
solet — solent.
ea ponerent — exponerent.

4. singulis — omnium.
cuique sua — omnia.
annumerauimus — adnumerauimus.
5. antiqui per — *sic.*
Ischomachi — Schomachi.
desidiaue — desidiaque.
6. seruilis — seruulis.
8. bubilia — bouilia.
mundanda — emundanda. *V. L.* 2, *c.* 15.
et ornata — *abest.*
aut metientibus — *abest.*
9. vellerum quoque — vero earum vtique.
etiam — *abest.*
ferramenta — aeramenta.
si — quae.
10. ciuitatibus — ciuilibus.

C. IV.

1. vere — fere.
herbis — *abest.*
2. Paxamus — Phaxames.
otium — vacuum.
Maenas — Mecenas.
diligentiam — *sic.*
instituere — instruere.
3. ab impube — impubi.
5. aequaliter — aequali.
cum — quoniam.
conseruet — construet.
conficiuntur — confieri. *V. Heins. ad. Virg. Aen.* 4, 116.

C. V.

vini vapidi, vt acre fiat — *absunt.*
sextarios — sestarios.
duodequinquaginta — quadraginta octo.
sextarium — sestarium.
subterito — haec subterito.

C. VI.

1. In eam — *abest.*
est — *sic.*
2. aliam [in id vas facere] — facere aliam.
opertam — operta.
Est — Et est.

C. VII.

1. cole antequam — caule florem antequam *post* silentes *add.* florem.
coliculis — coliculo.
2. ruscus — et ruscum.
lapsana — *abest.*
3. ius — *abest.*
4. exponito — reponito.

adiectas —— adici. tum.
5. caulem —— caulo.
poffet —— poffit.
cunila —— cunela, *femper*.

C. VIII.

2. deinde operculo —— Operculo deinde impofito, oblinito *omiffo* et. *v. Oudendorp. ad Suet. Oth.* 12.
ante —— antea.

C. IX.

1. muria —— in muria.
macerare —— macerari.
2. nec pati fitire —— neque patis nec itinere.

C. X.

1. vnionem —— vniuerfi.
3. maturiffima —— maturrima.
4. Dolabelliana —— Dolauelliana.
percruda —— cruda.
operculo deinde impofito —— operculum deinde impofitum.
6. villico —— villica.

C. XI.

1. mella —— melle.
exceptum —— exemptum.
2. quod —— quia.

C. XII.

1. fepofita ea —— fepofita.
etiam —— quae.
2. cum —— qui.
3. vt —— ficut.

C. XIII.

1. quo —— quod.
per —— propter.
2. portulaca —— protulacam.
olus —— holos.
fatiuum —— fatiuam.

C. XIV.

vel —— aut.
ruftici —— rufticis.

C. XV.

1. occafum —— occafu.
acclives —— adclives.
inarefcentem —— vifcentem.
2. vafis repletis —— repletis vafis.
3. expandunt —— eas expandunt.
4. formam —— farinam.
exegerit —— exigerit.
5. arefcere —— viefcere.
in (vafis) —— *abeft*.

C. XVI.

2. crate difponito —— crateriis ponito.
3. cinere —— ciueream.
4. defuper —— fuper.
5. pomum etiam —— pomum in paffo, quidam etiam.
aridi —— fpiffi.
deprimantur —— deprimatur.

C. XVII.

1. etiam —— *abeft*.

C. XVIII.

2. perenne —— perennie.
falculae —— faculae.
4. vt omnia —— vt et omnia.
qui —— *fic*.
6. complures —— hae complures.
7. funt autem fatis —— fatis autem.
fefquicullearibus —— *fic*.

C. XIX.

3. deferemus —— conferemus.
leuique —— lenique.
4. ex crudo —— fed crudo.
fubfederit —— fuperfederit.
5. vel —— faepe.
quod aliquando contingit —— *abeft*.
6. ipfa —— *abeft*.

C. XX.

1. diligenter —— indiligenter.
medicamine —— medicamento tunc.
vitiatur —— vitiat.
2. quod fi —— quod etiam fi.
confedit —— confidit.
3. nam —— *abeft*.
4. dum defrigefcit —— cum defrigefcat.
5. coftum —— *fic*.
myrrhae —— murram pondo.
quincunx —— quicunx.
6. cripae —— crifpae.
7. fingulis —— in fingulis.

C. XXI.

1. decoquatur —— decoquetur.
etiam —— et.
fed —— et.
2. iam —— *abeft*.
4. vina —— *abeft*.
altiori —— altiore.
5. reponet —— reponat et.
eliquatam —— eliquata.
eosque —— aquae.

C. XXII.

C. XXII.

1. lixiuiae —— lexiuae.
lixiuiam —— lexiuam. *mox pro* lixiuiae, lexiuae *et passim.*
alterius quam —— alterius notae quam.
purissimae quinque —— purissimae et quam optimae X pondo et resinae quam purissimae quinque. *haec antiqua manus in margine.*
3. autem —— *abest.*

C. XXIII.

2. tunc —— tum.
rutabulo —— rotabulo.
3. eidem —— eiusdem.
autem —— *sic.*

C. XXIV.

1. immiscemus —— immiscebimus.
2. deinde —— dein.
siderit —— sederit.

C. XXV.

1. etiam —— enim.
2. vel —— *abest.*
3. salis sextarius —— salis candidi sextarii sex.

C. XXVI.

1. corbem —— cornam.
2. vas —— vasa.
VII —— L

C. XXVIII.

1. Alia medicaminum genera vini condituris . . . . facito —— *absunt.*
in ferias —— *sic.*
3. quiescere —— liquescere.
vere —— per ver.
defecatum —— effecatum.

C. XXX.

2. quadrantem —— quadrante.

C. XXXI.

vti —— *abest.*
adoleatur —— *sic. et Edd. vulg.*

C. XXXII.

quam vinum voles —— quam voles vinum.

C. XXXIII.

2. improbo —— probo.

C. XXXIV.

Hoc ipsum . . . patiuntur —— *ad cap.* XXXIII. *referuntur.*
dixi —— *deest.*
non dulce —— non est dulce.
dispumetur —— despumatur.

C. XXXV.

et glechoniten —— *sic.*

C. XXXVII.

XLIX. —— XLVIII.
vini —— vino.

C. XXXVIII.

1. sunt genera —— genera sunt.
4. super imponitur —— superponitur.
5. Vinum . . . temperato —— *absunt.*
dispumato —— despumato.
nam —— quoniam.
6. ligneo —— lineo.
7. perterunt —— posterunt.
tum —— dum.
quod —— *sic.*
pertriuerant —— protriuerant.
myrteae —— myrtitis.
compositio —— compositiones.
8. poterit —— possit.

C. XXXIX.

1. combiberint vuae —— combiberit vuas.
impleuerint —— impleuerit.
2. vel triginta —— *desunt.*
3. Passum . . . volueris —— *absunt.*
Apianam —— Appianam.
conspergito —— inspargito.
superponito, vt —— *absunt.*
4. superiores —— superioris.

C. XL.

vinacea —— vinaceo.
et (spumas) —— *abest.*

C. XLI.

1. trigesimum —— vicesimum.
2. Conditura . . . modo —— *absunt.*
3. subsiderunt —— subsederunt.

C. XLII.

nam —— quoniam.
licebit aperiri —— licet aperias.
vti —— vtaris.

C. XLIII.

2. patinas —— patenas.
similiter instruito —— similiter super instruito.
et impositum —— et ita compositum. *a. m. pr.*
4. scobe virides —— scobe et virides.
6. picari —— picato.
7. appositi —— apposite.
opercula —— operculata.
quae partes —— qua parte.
8. crassa —— grossa.
halitu —— halitus.
rumpuntur et —— corrumpunt. eae.

9. ſircitulas —— ſcirriculas.
decreſcit —— *ſic.*
lectiſſimae —— rectiſſime.
leguntur: deinde —— leguntur. ſtatim pediculi earum picantur deinde.
10. forficibus —— forpicibus.
reſolutaque —— reſoluta.
interculcari —— intercalcari.
11. dolium completur tabulatis ollarum, ... inculc. —— doliis extruuntur ollae et ſpiſſe incalcantur.
tamen —— autem.

C. XLIV.

1. et cetarii —— *abeſt.*
ſalgamarii —— ſalgamari.
vti ſunt inprimis o. g. mala —— *abſunt.*
2. vt a granatis incipiam —— *abſunt.*
in arbore intorquent —— *ſic.*
3. et ſambuco —— *abeſt.*
[quoniam . . . . recipiat] . . . . circumliniſtur —— *abſunt.*
humo —— humus.
4. ſuperaggeretur —— ſuperaggeratur.
idem in —— idem etiam in.
elicere —— adicitur.
5. ſpartoue illigata —— vel ſparto ligata.
6. ſcobs —— ſcobis.
donec —— itaque ſic facere donec.
vrceus —— vrcilus.
liniunt —— linunt.

C. XLV.

1. ſubigunt —— ſubiciunt.
liniunt —— linunt.
3. interdum —— inter cibum.
melomeli —— *ſic.*
4. eſt, ſed ratio quam —— eſſe.
5. poſſunt alia —— poſſunt etiam alia.
Seſtiana —— Caeſiana.
fagineae —— faginae.
tiliagineae —— *ſic.*
loco —— *abeſt.*
ſubſtrata —— cartha ſubſtrata.
contingatur —— contegatur.
6. Ita —— item.
ſic vt praedixi —— ſicut ſupra dixi.
7. vt —— *abeſt.*

C. XLVI.

1. Conditura ſic fiet —— curatio.
eius radicem —— radices eius.
cacabo —— cacabulo.
inuri poſſint —— ſemicrudae ſint.
poſt haec —— poſt hoc.
2. cunila impoſita —— ius infundito, quod eam compoſitionem habeat, vt.
vt hoc —— eo.
3. craſſamentum —— craſſamen.
ſi (ſit) —— *abeſt.*
perfecte —— *ſic.*
4. dimittant —— demittant.

C. XLVII.

2. orchitam —— horhadem.
primum —— prima.
vrceolo —— vrciola.
3. contuderint —— contunderint.
inſecuerint —— inliſerint.
4. diſtrictas —— tringinto et.
arido —— in arido.
7. maturuerit —— vbi commaturuerit.
immiſtis —— miſtis.
poſſet —— poſſit.
8. hae cum exeunt —— haec ſic.
poſſunt —— poſſit.
cum —— *abeſt.*
petiolo —— peciolae.
9. vannis —— cannis.
10. quae vti —— quanta.
11. liquamine: tum demum —— liquidatum.

C. XLVIII.

1. Sequitur . . . repetit —— *ad C. XLVII. referuntur.*
quoniam —— quia iam.
2. ſicque triginta —— quadraginta.
conſudaſcere —— conſudeſcere.
3. aliqui duas partes et vnam aceti —— *abſunt.*
et ſalis —— et ſimiliter deinde ſalis tum iterum oliuarum et ſimiliter ſupra ſalis.
et cribratam —— et iam cribratam.
melle —— mella.
copia —— copioſa.
4. et —— ſed.
mitti —— emitti.
5. ne —— non.
ſpongia —— ſpongea.
maſſulis ſalis miſtis —— maxime ſalis micis.
ſtatura —— ſtatiuam.
in vrceum —— in vas, id eſt in vrceum.
vt —— et.

C. XLIX.

1. et —— *abeſt.*
eximuntur —— eliguntur.
2. autem (ſunt) —— *abeſt.*
carpum —— careum.

C. L.

C. L.

2. cum —— quoniam.
vt —— *abeſt.*
debeat —— debet.
3. feratur —— inferatur.
immodica —— *abeſt.*
imponantur —— importentur.
5. cauum lapidem —— canalem lapideum.
conſiſtat —— conſiſtant.
habere —— haberi.
6. quoniam —— Tum.
8. ſicut —— ſic et.
et ſpartei —— vel ſpartei.
refugiunt —— fugiunt.
9. intermittitur —— intermittetur.
10. mundatam —— emundatam *vt ſupra et ſ.* 14.
fiſcinis —— fiſcis *et p. p.*
13. quoniam —— vt qù iam.
deſideratur —— deſideretur.
14. ſed (ſemel) —— *abeſt.*
eluantur —— *ſic.*
16. pallorem capiant —— pallorem aut malum odorem capiant.
18. ex ea —— *abeſt.*
creſcere —— grandeſcere.
19. olei quieta —— ſequietae.
recens bacca —— recentis baccae.
20. ſi id maxime —— vt maxime id.
eſſet —— eſſe.
quidquid —— quidquam.
non prouentum ſed detrimentum ſenties —— *abſunt.*
21. vbi exeſa —— vbi vel exeſa.
22. probum —— *ſic.*
aut piſcina —— aut in piſcina.

C. LI.

1. olearium —— oleare.
lineum —— linteum.
cum ſaxi pondufculo —— *abſunt.*
2. cardamomi xylobalſami —— cardamo mixto balſami.
vino —— primo.
per ſe —— apertae.
3. depleto —— repleto.

C. LIII.

1. abunde diximus —— dixiſſe abunde eſt.
vitioſam —— incynoſam.
3. perlui —— elui.
paululum —— paulum.
4. quae talis eſt —— *abſunt.*
prohibiti —— prohibitae.
feriam —— feria.
in vas comprimitur —— ionas comteritur.

C. LIV.

1. Raporum —— Rapa.
rapum —— rapa.
aſperſa —— inſperſa.
2. neque ſpiſſe —— neque non ſpiſſe.
aptatam tabulam —— apta tabula.
vt vſque . . . pondera ſuperponito —— *abſunt.*
3. caulem aut cymam f. —— caulem agant et cymam f.

C. LV.

2. exſaniaueris —— exaniaueris.
embammata —— embamma.

C. LVI.

exerito —— eruito.
defricato —— diffrictam.

C. LVII.

2. iuglandes —— grandes.
inſerito —— interito.
permiſceto, cui —— permiſce tum.
4. laſeris —— laridis.
5. ſextantem, —— ſeſtantem, mente aridae ſeſtantem.
cum laſer non —— Syria cum laſar.
mellis —— melius.
6. dedit —— *abeſt.*

LIBER DE ARBORIBVS.

V. Supra.

C. I.

1. eſt (magis) —— *abeſt.*
vnum —— vnde.
praecipuum —— praecipiendum.
ficus; —— ficus, pirus.
vt roſae —— vt violae, roſae.
3. generoſitatis —— geoſitatis.
4. aſſueſcat humori —— aſſueſcit humore.
5. humori —— humore.
vtcunque —— vtrimque.
cliuum —— cliuoſum.
continentem —— *abeſt.*
ſi —— ſed.
interuenerit —— interuenit.

C. II.

1. cum —— tum.
abluatur —— abluit.
vno —— *abeſt.*

Sic enim — Tum enim.
2. quae incorr. — quae integrae et incorr.
prouenjunt — perueniunt.
praeripiuntur — praecipientur.

C. III.

1. summa in vite lecta, quae — a summa vite vita lectae aeque.
sed et — sed ea.
celerrime — celeriter.
2. natura feracem — maturam.
vindemiabis — vindemiaueris.
3. et (a decima) — *abest*.
vigesima — vicesima ad tricesimam.
4. Haec melior — Haec vel melior.
ita ne — ita vt ne.
5. enutriant — nutriant.
quod — quo.
6. colaueris — conderit.
7. terrae, et vites — terrae refrigerant et mediocri vites.

C. IV.

1. tum — tunc.
quae est a terra subrecta — est aponi surpata.
consistens. Id genus — consistet ingens.
iugatae — iugatum.
2. proiecta — porrecta.
repastinabitur — repastinatur.
3. pedum duorum [altum, et] — altum duorum.
vites deponantur — vitis deponatur.
4. laxius xero — *abest*.
pedes VII, vel VIII. — VII. vel VIII. pedes.
sed — *abest*.
quinque — quina.
premant — premat.
(sed) tamen — *abest*.
5. vinaceae [que] et — vinaceis.

C. V.

1. relinquito. — relinquito alteras tollito.
2. erimus facturi — eris facturis.
vnam — vna.
submittito — summittito.
ne possint — quo possint.
deinde — et deinde.
rectissime — rotundissime.
submittentur — submittuntur.
3. ablaqueare — oblaqueare *et mox* oblaqueatam.
ablaqueatione — oblaqueatione. *semper*.
eoque — eo quod.
4. inolescunt — inalescunt.

C. VI.

1. summa — prima.
quamobrem — *abest*.
aridos — peraridos.
in corpore — *abest*.
2. eo vsque — vsque eo.
curuari — curari.
ablaqueato, — oblaqueato eam.
3. firmas et longas — longas et firmas.
propagabis — propaginibus.
per triennium post cum — triennio cum.
conualescet — conualescat.
enecabis — onerabis.
prospiciens — prospicies.
In postremum — Posterum.
4. in alto sitas — alte positas.
ablaqueaueris — oblaqueaueris.
resecato — sic resecato.
truncum — trunci.
5. materias det ex — materias citet.

C. VII.

1. scinditur — finditur.
diducenda — deducenda.
demonstremus — demonstrauimus.
2. propago — propala.
perueniant — perueniunt.
abradito — adradito.
3. abradas — adradas.
4. strateris — statueris.
demittas — dimittas.
vti — vt.
propagetur — propaletur.
5. diducenda — deducenda.
findas — findas eam.
6. demissa — dimissa.
reformidaueris — reformideris.
praecideris — et praecideris.
ne minus — minime.

C. VIII.

1. tenuissime — tenuissimo.
abradito — *abest*.
2. demittito — dimittito.
vimine vel vlmi libro diligenter — vimide vluidini legenter. *leg. f.* vimine vlmi diligenter.
atque — *abest*.
operitoque — *abest*.
et ita alligato — et adligato.
3. propter — et propter.
perusta — praeusta.
perraro — pariaro.
4. gallicam — gallinaceam.

quod

quod — quia.
fic facito — facere *omiſſo* fic.
5. fi quae — fi.
quem — quae.
fcipiones — inftar ad erui.
habuerint — habuerunt.
Haec — *abeſt.*
vuaeque fuccum — eaeque fructum.

C. IX.

1. generis fumito — gen. ac faporis colorisque fumito.
et — ac.
3. Vt . . . nafcantur — *abſunt.*
allidas — alliges.

C. X.

4. puluinuli altiores — pulli alidiores.

C. XI.

1. Vineam — Vinea.
diligenter — bene.
expeditius — expeditur.
quoque — quo.
vuae — *abeſt.*
2. perurantur — praeurantur.

C. XII.

1. et (cum) — *abeſt.*
2. aliquantulum — aliquantum.

C. XIII.

vinea — vineam.

C. XIV.

fracibus — fragibus.
imam vineam — *ſic.*
formicae — formicam.

C. XVI.

1. Opulus — Populus.
non (idoneam) — *abeſt.*
opulus — populus.
libentius — vel liuentius.
2. pedum — *abeſt.*
quoquouerfus — quoquo annum.
opulum — populum *ſic et mox.*
deponant — deponat.
deponatur — difponatur.
3. citra — *abeſt.*
formabis — formaris.
et (fuperuacuos) — *abeſt.*
relinquens — relinques.
annis, fexto — annis putabis, fexto.
et (femiffem) — *abeſt.*
4. ne minorem quidem — de minus.
vero — vere.

deinde vbi — cum deinde.
eius (mater.) — *abeſt.*
in eo — *ſic.*

C. XVII.

1. laetas frondes — laetam frondem.
autem (placet) *abeſt.*
aut mox — autumno.
aut (ante) — *abeſt.*
2. a (fcrobe) — *abeſt.*
in medium — in medio.
oportet — *abeſt.*
terrae — terram.
in fcrobe — fcrobem *omiſſo* in.
ftercora — ftercori.
immifcendo — immifcere.
3. paufia — pofita.
orchis — orcita.
quae neque — non fine.
funt — neque fui.
morietur — emorietur.
vermes quidam . . . educantur — quidam vermes, quirunt educuntur in radice quercus nafcuntur.
4. transferantur — transferat.
quas praeter — quae contra.
tractu — *abeſt.*

C. XVIII.

1. quidem — *abeſt.*
prius — fepius.
perfracta — praefracta.
quam adolefcant — *abſunt.*
2. imbecillae — imbecilla.
a valentioribus premantur — a valentiore prematur.

C. XIX.

1. pomaria — poma.
minimum — minime.
completo — inpleto.
patentioresque — patientioresque.
2. effe debet — eft.
euagentur — vagentur.
hieme — *abeſt.*
3. raris — pares.
ferito — fepito.
quicquam — quid.
eas — *deeſt.*
interraferis — interuulferis.
ordines — ordinem.
verfuris — volferis.
.. .. ..

C. XX.

1. ſi cum — ſed ſi cum.
plantam — planta.
futurum quod et — fruitque.
2. ſeueris, arboribus — ſenties.
interimuntur — interibunt.
3. ac (ſiniſtra) — *abeſt.*
ſingulis — finis quae.
faſciculos — faſciculus.
radicata femina — femina radicibus.

C. XXI.

1. ſaxoſa — ſaxeta.
diſpari — diſpro.
feruntur — pari loco feruntur.
iterum — Ita.
et (in hiemem) — *abeſt.*
2. rubricam amurca — rubrica amurga.
farctum — fartum.

C. XXII.

1. prima gemmaſcit — *ſic.*
natura eiusmodi — eiusmodi natura.
3. Tarentinam — Tarentinas.
repangito — iacito.

C. XXIII.

1. ſunt lapides — placuit lapides.
2. radices — radicem.

C. XXIV.

et (in fiſſuram) — *abeſt.*

C. XXV.

1. cydonea — cythonea.
vernum — vernale.
deinde — item.
per foratam arborem — perforata arbore.

C. XXVI.

1. omni arbori — *abſunt.*
ei cui — ei arbori cui.
quod — cum.
2. aliam — abeſt.
3. deinde cuneum — deinde quaſi cuneum.
leniter demittito — lente dimittito.
6. quoad patietur — quod is patitur.
7. generi idoneum — generi arborum idoneum.
8. quaeſito — quaerito.
circumcidito — circuncifae.
deinde ex — delibrato. Item.
qua arbore — quam arborem.
et in eam — deinde in eam.
nudaueras — nudaueris.
hanc — *abeſt.*
vt emplaſtrum — vt ante emplaſtrum.
9. materia — materiem.
ſuperiores ramos — ſupra ramum.
euocari — auocari.
etiam optime — optime etiam.

C. XXVII.

1. finitionem — infinitionem.
2. mediam — medium.
3. reuellantur — reuellatur.
coierit — poterit.

C. XXVIII.

1. [quem . . . vocant] — *deſunt.*
capris quoque — capris bubus quoque.
vtiliſſimus — vtiliſſimum.
macerrimo — acerrimum.
3. horti — horum.
inceſſerit — ingeſſerit.
4. circa Septembrem ramis ſeri — circa ſaepem.
exiguius — *ſic.*
Septembris — Septembrem.

C. XXIX.

1. geniſtam — *ſic.*
bipalio — bipalo.
2. ſatae — ſtrata.
emittunt — emittat.
euanidam — euanidum.
fodere — confodere.

C. XXX.

1. minimum — ne minus.
hornotinas — annotinas.
eo modo — modo eo.
2. fruticibus — fructibus.

Pag. 904 *extr. leg.* capitum lemmata.


TAB. I.
Piscina oblonga porticum versus
Accessus semita in tholum. potest
etiam fuisse angustior.
e qua itur in aream
ulatio. et inferius flumen

TAB: II.



C. F. Boetius sculp.

I.



7





. *II*.